Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidade do Minho
Biblioteca

Biblia Sacra

1590

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIA SACRA

CVM

GLOSSA ORDINARIA,

PRIMVM QVIDEM

A STRABO FVLDENSI

COLLECTA.

Nunc verò nouis Patrum, cum Græcorum, tum Latinorum explicationibus locupletata: annotatis etiam iis quæ confusè anteà citabantur locis.

ET

Postilla NICOLAI LYRANI, Additionibus PAVLI BVRGENSIS, ac MATTHIAE THORYNGI Replicis, ab infinitis mendis purgatis: in commodiorémque ordinem digestis.

Per F. FRANCISCVM FEVARDENTIVM Ordinis Minorum, IOANNEM DADRAEVM & IACOBVM DE CVILLY Theologos Doctores Parisienses.

LVGDVNI,

M. D. XC.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Por especial comision de la S.ta Inquis.on he expurgado este tomo segun el expurg.o del año de 1707
Juan Cesar

BEATISSIMO
AC SANCTISSIMO
DOMINO NOSTRO
ET PATRI, SIXTO V.
PONT. OPT. MAX.

***

IOANNES BAPTISTA REGNAVLD,
ET SOCIETAS BIBLIOPOLARVM
PARISIENSIVM. S. D.

SACRORVM BIBLIORVM raros & vberes fructus laudibus referre meditanti, tot pro culdubiò, Beatissime Pater, libros conscribere opus esset, quot & ipsa habent. Nulla est enim in his pagina, quæ tantis mysteriis non abundet, vt siue summi illius Mosis verba spectes, siue populi Dei miros progressus, siue Prophetarũ oracula, siue reparatæ salutis labores, nihil diuinius, nihil Christiano gregi charius cõsequi posse in his rerum humanarum scatebris existimabis animum: adeò vt eorum studio & energia multi ex antiquis Patribus diuini illius ignis feruore æstuantes (quo incalescunt generosiores spiritus) Philosophorum abstrusis inuolucris valedixerint. Totius siquidem Philosophiæ adyta, & quandam summi boni Theosophiam penetrasse putabant, huius sacræ lectionis cognitione, cuius efficaciam omnibus animi symptomatis mederi eleganter scripsit Lactantius. Nec ignorabant pij Patres præstantiora & salubriora multò magis esse religionis nostræ dogmata, anilibus commentis Ethnicæ superstitionis. Quantum erit cornicularia collatio, si cum Mose, Herodotus: sacra Nomothesia, cum Pythagoræ numeris: Regum Chronographia, cum Liuij Decadibus: sublimes illi concentus Psalmorum, cum Pindaricis adulationibus, Prouerbia Salomonis cum Theocriti Idyllijs conferantur? In his siue res, siue celsitudinem personarum consideres, nihil simile, omnia ex diametro intra se distant: vt ex illis nulla pharmaca quæ ad pietatem Christianã faciant: sic ex nostris locupletissima vitæ beatioris munera colligimus. Sitit aliquis iustitiam, hic reperiet fontem limpidissimum, vnde qui ex eo biberit, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dolet, torquetur, aut cruciatur, omnigenæ consolationis flosculos hîc decerpat. Ex hac sacra Bibliorum Oeconomia, cumulatissima nobis paratur supellex Virtutũ, Pietatis, & Doctrinæ. Sed vt hæc verenda semper & augusta fuêre priscis patribus, sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostræ tempestatis hæreticis exosa,non minus,quàm sunt canes lupis, quàm iudices furibus. Nam cùm sacris sententiis iugulentur & profligentur eorum prophani & phanatici errores, omni conatu earum minuere maiestatem, & sacram pessumdare authoritatem tentant,vanásque meditantur in contrarium παροιμίας καὶ παρεξηγήσεις deliras & prauas interpretationes euomere,vt de Theodoro Mopsuestia conquestus est iampridem Leontius Monachus. Hinc prodeunt tot commentationum farragines, tot contortæ, & à genuina veritate conuulsæ interpretationes, quibus nihil vel dici potest ineptius aut turpius ad antiquandũ & extirpandum radicitus Christianæ doctrinæ decus.Quamobrem vt contunderetur Giganteæ illius audaciæ superbia,operepretium visum est bonis & sapientissimis viris,qui nihil habent cum carne & sanguine commune,aduersus hæreticorum commenta receptissimam vsu & authoritate vtriusque instrumenti elucidationem opponere, qua nostra tutissima Panoplia strueretur.Fatentur Iurisperiti se plurimum debere Iustiniano Cæsari, qui vniuersi Iuris Ciuilis volumina propemodum innumera & confusa ordine præclaro digessit, & posteris faciliorẽ intellectum ad legum scatebras aperuit.Sed quantò maiores nos agere & habere conuincimur gratias Esdræ sapientissimo,qui post Babylonicã captiuitatem ab interitu legem vindicauit? Eleazaro Hebræorũ Pontifici maximo,Ptolemæo Philadelpho Aegyptiorũ regi,Septuaginta illis interpretibus, tũ beato Hieronymo,cuius lucubrationibus prælucet nobis fax quædã per medias tenebras sacræ Scripturæ? Veruntamen cùm hic multa abstrusa & difficilia adeò sint, vt iuxta Isaiæ vaticiniũ liber signatus sit,qui si scienti literas legendus tradatur,respondebit vtique non possum,signatus est enim:& si nescienti literas porrigatur,librũ ille à se excutiet & se nescire literas profitebitur. Glossematibus ergo, scholiis, & illustrationibus(vt Lesbia regula)opus fuit amplissimis quæ quidẽ à priscis Ecclesiæ Patribus iuxta quadruplicẽ sensum tradita absolutissimã totius sacræ scripturæ enarrationẽ cõplectuntur,quã nos GLOSSAM ORDINARIAM cõgruo sanè nomine apellamus. Cuius vtilitati & honori ne quid deesset, Nicolaus Lyranus religiosorum eius seculi, & Hebraicæ linguæ coryphæus, sacri tui instituti Minoritanæ familiæ alumnus, Postillas.& interpretationem κατὰ λέξιν cum facillimis rerũ quæ ad mores & Christianam Philosophiã cõducunt obseruationibus adiecit.Ego postremò vnà cum Societate nostra Bibliopolarũ Parisiensium ne quid huic tantorũ laborum operi deesset quod pro temporum vicissitudine desideraretur,magnis sumptibus propriis officinæ typis illud iterum vt excuderetur elegantioribus, summa qua potui diligentia Lugduni curaui,iámq; tutè progreditur ad augustã Vaticanæ Bibliothecæ limina,eò confidẽtius,quòd præse ferat SIXTI V.Pontificis Optimi Maximi insignia,& vndiq; fulgeat amplissima congerie veterum Patrum labore & industria eruditissimorum Theologorum, ordine quoque tam pulchrè digesto niteat, vt nemo sit tam hospes & peregrinus in sacræ historiæ ædibus qui non aliquando eo sit doctior futurus. Ingenti applausu congratulabuntur diuini studij archigymnasia S. T. quod eius temporibus pristino honori restitutus sit sacer hic thesaurus,quem profectò tibi summo scripturæ sacræ interpreti,cui interest,vt scribit Basilius κελεύθου ἀπὸ τοῦ δορίμυ καὶ καθαροῦ διακρίνειν adulterinum à puro & legitimo discernere,veluti maximo totius orbis ornamento miseriarúmque schismatis Gallici æquissimo iudici in perpetuum debiti officij & Christianæ pietatis monimẽtum quod ex animo præstamus, illúdque constantissimè præstituros ad supremamvsque vitæ catastrophen pollicemur,cum omni obseruantiæ & humilitatis genere dicamus, & ante tuos supplici affectu deosculatos pedes humiliter deponimus, Deúmque optimũ maximum assiduis precamur votis, vt Petri annos procul excedens diu in excelso Apostolicæ sedis culmine optatis tuis in Reipublicæ Christianæ commodum felicissimè frui valeas. Ex nostra Typographia Lugdunensi, Calendis Octobris, 1589.

CHRISTIANO LECTORI
SALVTEM

COMMVNE hoc est (amice Lector) omnibus qui in publicum aliquid laboris aut industriæ collocant, ante omnia suscepti laboris,finísque quo ij tendant sudores,causas afferre, & quæ inde Reipublicæ euentura sunt emolumẽta ostẽdere. Cui nos labori ex ipso quippe titulo operis,& antiquitate à nemine hactenus reprobata,re satis manifestata, supersedendum primò existimauimus: Nam BIBLIA sacra satis per se commẽdata:GLOSSA verò ORDINARIA Authorũ grauitate collaudata, Postilla Nicolai de Lyra antiquitate, vtpote ante ducẽtos annos edita, copiosè probata, noua nostra commendatione egere non videbantur : Sed cùm antiqua conseruandi colendique religio, immutando quicquam aut innouando habeat periculum, multa in nostra editione addita,non pauca immutata, quædam denique extincta & deleta, horum omniũ rationes reddere cõpulerunt.Scribendi itaque munus tres nostri seculi flores,& in Alma Parisiensi Academia,Sacræ Theologiæ doctores susceperũt,IACOBVS DE CVEILLY Rector parochiæ Regiæ Sancti Germani Antissiodorensis Lutetiæ Parisiorum.FRANCISCVS FEVARDENTIVS in collegio Fratrum Minorũ Sacrarũ literarum Professor. IOANNES DADRÆVS Rothomagensis Ecclesiastes & Pœnitẽtiarius, quibus prima ea omniũ cura fuit: Opus totum ab innumeris quibus scatebat mendis summo studio, summáque diligentia vindicare: Authorúmque fragmenta passim sub incerto citata,apposito vel in margine libri,vel in ipso Opere maiusculis literis notato,vnde sunt desumpta quæque, Authoris nomine & libro, plerumque etiam si ita opus fuerit distinctum,capite. Qui labor vt est omnium grauissimus, ita nullus est nostro caliginoso,miseriisque referto seculo accommodatior. Non enim dubitans de Deo Protagoras,quo omnes natura duce vehimur: aut diuinitatem omnem pernegantes Diagoras Melius, Diodorusue Syrenaicus, aut Philosophorũ turba,qui putãtes se sapientes stulti facti sunt,& euanuerunt in cogitationibus suis,de figuris deorum,de locis atque sedibus & actione vitæ certantes nos oppugnant, Epicureúsue aliquis contra mundi ædificatorẽ,Stoicorúmque πρόνοιαν differens, quomodo parere & obedire voluntati Architecti aër, ignis, aqua, & terra potuerunt:vnde ortæ illæ quinque formæ ex quibus reliquæ formantur, aptè cadentes ad animum afficiendum, pariendoque sensus,curiosius inquirens, venit in occursum, quorum omnium iam pridem sunt explosæ sententiæ. Sed qui eodem nobiscum Baptismatis fonte abluti,ijsdémque sacris initiati,qui Christianorum se insigniri titulo volunt: qui denique à nobis exierunt,sed non sunt ex nobis,sacra religionis nostræ mysteria mentis suæ tenuitate metientes,debilitatéque ingenij ponderantes: In sua victrici conuersi viscera dextra: *quicquid maiorum traditione probatum & receptum,quicquid animo ipsi comprehendere nequeunt,demoliuntur,euertunt,& nisi, non philosophorum,quod facilimum,non Theologorum, quorum illi insanè causas postulant,sed suis principijs coerceantur,pernegant,& reijciunt.Horum itaque insaniæ,furorique audaciæ nefario & conscelerato,viri isti doctissimi singulari industria perspicacíque prudentia, triennalem hunc multis vigilijs exantlatum laborem opposuerunt, & vt Gallinæ auésque reliquæ pullos ex ouis cum excluserint,ita tuentur,vt & pennis foueant ne frigore lædantur,& si est calor à sole,se opponunt: Cùm autem pulli pinnulis vti possunt,tum volatus eorum matres prosequuntur,reliqua cura liberantur, eandem ad pullorum Ecclesiæ (quos sub alis voluit congregare Christus dominus) conseruationem & salutem posuerunt so-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lertiam. Hisce siquidem commentarijs tanquam pennis fulti Theologiæ candidati, aut qui omnem suam curam in hoc studio nolunt conferre, absque Delio (quod aiunt) natatore, ex tantis Noui & Veteris Testamenti scopulis & Syrtibus emergent. Hæreticorum verò rabies si tanquam solis ardor vehemētius inuaserit, Doctorum hæc loca, vt pote ex hisce plerūque libris quos illi sponte se amplecti velle (etsi falsò) confitentur deprōpta, tanquā matris alæ se audacter opponent & tuebuntur: Prouectiores autē Theologi qui iam pinnulis vti possunt, locis, vt diximus in margine citatis, matrum volatus persequentes, ad ipsa Doctorum scripta transuolabunt. Loca porro obscura, & multis inuoluta difficultatibus, quæ Glossæ huius collectores aut neglexerunt, aut breuitatis studio de industria præterierunt, multis Doctorū sententijs illustrarunt. Hæreses, quas felix illud maiorum nostrorum seculum euitauit, Patrum authoritate refutarunt & expulerunt: Multas in Ecclesia natas controuersias, qualis est de Pœnitentia Salomonis, De perpetua virginitate BB. Virginis Mariæ De salute Saulis, Conciliorum sacrorum, Patrúmque testimonijs diremerunt: Et ne noua cum veteribus, primorúmque studium cum recentiorum diligentia confundantur, hac nostra editione inserta * Asteriſco hoc voluerunt nostri doctores insigniri. Porro multa ab hisce addita non citatis Authoris vnde sunt desumpta locis, aut in veteri, incerto authore loca, si inueneris, non propterea aut negligentiæ, aut inertiæ hos graues viros statim accusandos esse censeas, sed hæc non esse vnius scriptoris, sed ex multis Patribus antiquis collecta loca illa, ex Authoris eius in locum illum commentarijs, aut cuius vnum tantum opus est desumpta esse scito. Historialiū denique (vt vocāt) librorum quosdam, aut saltem partes eas quæ puriorem habent Historiam, & Apocriphos, aut omnino nō attigerunt, aut leuiori brachio, etsi à multis copiosè explicatos, studio & industria pertractarunt. Et ne quid in tanto opere sordis, aut quod Lectori esse oneri magis quàm vtilitati posset inueniretur, Britonis in D. Hieronymi Prologos passim incerta commentaria, & fortè ab illo ideo conscripta, vt breuitati qua se oppressum dixit Nicolaus de Lyra subueniret, nullius pene ponderis, & tanto opere indigna, penitus expunxerunt.

Et ne quid tam immensi operis perfectioni et tanto doctorum virorum diligentia elaborato nostra incuria, aut sumptus parsimonia deesse videreur, Postillas Nicolai Lyrani Glossis Doctorum prius immixtas, alio literarum charactere, & à Glossis Patrum linea quadam distinctas curauimus excudere, & numeris ad singula textus loca à dextris, vt Glossas ordinarias literis Alphabeti à sinistris reuocare, Morales quoque Lyrani expositiones ab eiusdem literali, & Additionibus Pauli Burgensis eadem quoque linea distinguere, & eisdem quibus literalis est notatus sensus, numeris, si ad literam est explicatus locus, notare, sin verò ad literam fortè locum intactum reliquerit, hoc † crucis signo ad textum remittere. Obeli porro, cruces aliæ, asteriſci, numeri quoque Arithmetici in margine passim appositi, quid notent si inquiras, vide Prologum D. Hieronymi quem Galeatum vocant ante libros Regum & eiusdem in Genesim præfationem.

Cum igitur clarissimos illos viros, quos suprà commemorauimus, non gloriolæ cuiusquam inanissimæ spes induxisse putanda est, vt tot labores exantlarent, tot vigiliis sese macerarent & conficerent, sed potentior quædam vis & quasi cognatio cum præstantissima illa, atque excellentissima natura, quæ idcirco optima & maxima dicta est, quod cùm sit potentissima, potentia tamen sua vtatur ad iuuandos & seruandos, non ad lædendos aut perdendos mortales, eos impulit, vt omnem ingenij sui vim ad bene merendum de hominibus expromerent & profunderent. Quod si de singulis affirmare difficile est, quod & variæ & obscuræ sunt voluntates hominum, ea tamen ratio & natura rerum est, vt non videatur res tam leuis, tam fluxa, tam caduca, tam fallax atquè incerta, excellentes virtute & ingenio homines, ad tot corporis atque animi labores subeundos fuisse excitatura, aut si etiam, non ea tamen gloria, quæ ex temeritate multitudinis imperitæ pendet, sed illustris quædam & peruagata multorum & magnorum in omne genus hominum fama meritorum, & consentiens laus bonorum, & incorrupta vox de excellenti virtute bene iudicantium: neminem tam ab humano officio alienum fore arbitramur

qui non

qui non viuis summas sit ob tantos & tam feliciter susceptos labores gratias acturus, defunctō rúmque memoriam grata quoque beneuolentia prosecuturus. Quod si quis omnibus numeris iniquus eorum sudori & diligentiæ, quam nos puris, nulla simulationis arte obductis, nulla inuidiæ aut maleuolentiæ labe suffusis animis dijudicandam tradimus audeat detrahere ab improbis non laudari, imo argui laudi ducimus & honori, illíque quod Plutarchus eiusdem farinæ homini responsum volumus, τί τὸ ἀλλότριον ἄνθρωπε βασκαίνωτατε κακὸν ὀξυδερκεῖς τὸ δ' ἴδιον παραβλέπεις. Nostra denique beneuolo cuicunque existimatori, si quis nos profuisse sumptibus aut industria iudicauerit, in promouendis eius studijs nunquam deerit officiosa sedulitas. Lugduno 12. Calend. Aug. M. D. XXCIX. Vale.

† 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORVM. *de hac noua Glossæ Ordinariæ editione censio.*

NOS S. Subsignati Sacræ facultatis Theologicæ in Academia Parisiensi Doctores, quanta possumus maxima fide & religione contestamur, in instauranda & locupletanda Glossa Sacrorum Bibliorum Ordinaria, nos nihil doctrinæ aut commentationis adiecisse, quod omne etiam ad verbum ex Sanctis prisísque Patribus & Græcis & Latinis Sanctæ Apostolicæ & Catholicæ Romanæ iudicio probatis, tanquam à primis fontibus signatis & laudatis depromptum non fuerit. Actum Parisijs Anno Domini. 1588. die 20. Decembris.

IACOBVS DE CVEILLY, Rector Parochiæ S. Germani Antissiodor. Lutetiæ Parisiorum.

Frater FRANCISCVS FEVARDENTIVS, In collegio fratrum Minorum sacrarum literarum Professor.

IOANNES DODRÆVS, Rothomagensis Ecclesiastes & Pœnitentiarius.

ELENCHVS Authorum qui in primo hoc Tomo citantur.

IN GENESIM.

A
Acacivs.
Albinus.
Alcuinus.
Ambrosius.
Augustinus.

B
Basilius.
Beda.
Bernardus.

C
Cassianus.
Chrysostomus.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.

D
Damascenus.
Diodorus.

E
Epiphanius.
Eucherius.
Eusebius Cæsarienſis.
Eustachius.

G
Gennadius.
Glossa Græca.
Gregorius Magnus.

H
Hieronymus.
Hilarius.
Hugo Victorinus.
Hyppolitus Martyr.

I
Irenæus.
Isidorus.
Iunilius.

O
Origenes.

P
Philo Hebræus.
Procopius.
Prosper.

R
Rabbanus.
Rabbi Salomon.
Rabbi Moyses Gerund.
Rupertus.

S
Seuerianus.
Strabus.

T
Theodoretus.
Thomas Aquino.

V
Victorinus martyr.

IN EXODVM.

A
Ambrosius.
Augustinus.

B
Basilius.
Beda.
Bernardus.

C
Chrysostomus.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.

D
Damascenus.
Diodorus.

E
Epiphanius.
Eucherius.
Eusebius Emissenus.
Eusebius Cæsarienſis.

G
Gilbertus.
Græcus.
Gregorius.
Gregorius Nyssenus.
Gregorius Nazianzenus.

H
Hieronymus.
Hilarius
Hugo à Sancto Victore.

I
Isidorus.

M
Maximus Episcopus Taurin.

N
Nicetas.

O
Origenes.

P
Philo Iudæus.
Procopius.

R
Rabanus.
Rupertus.

S
Sexta Synodus.
Strabus.

T
Tertullianus.
Theodoretus.

IN LEVITICVM.

A
Ambrosius.
Apollinaris.
Augustinus.

B
Basilius.
Beda.

C
Chrysostomus.
Clemens Alexandrinus.
Cyrillus Alexandrinus.

G
Gregorius.

H
Hieronymus.

I
Isichius.
Isidorus.
Iustinus Martyr.

O
Origenes.

P
Procopius.

R
Rabanus.
Rabbi Dauid Kimhi.
Rabini.
Rodolphus Flauiacensis.
Rupertus.

T
Tertullianus.
Theodoretus.

IN LIBRVM NVMERORVM.

A
Acacius.
Ambrosius.
Apollinaris.
Augustinus.

B
Beda.

C
Cyrillus.

G
Gregorius Nyssenus.
Gregorius magnus.

H
Hieronymus.

I
Iosephus.
Isidorus.

O
Origenes.

P
Philo Iudæus.
Procopius.

R
Rabanus.
Rupertus.

S
Seuerus Antiochenus.

T
Tertullianus.
Theodoretus.

IN DEVTERONOMIVM.

A
Aben Ezra.
Ambrosius.
Augustinus.

B
Basilius.

C
Chaldæus Paraphrastes.
Chrysostomus.
Clemens Alexandrinus.
Cyrillus Alexandrinus.

D
Diodorus.

G
Gilbertus.
Gregorius magnus.
Gregorius Nyssenus.

H
Hebræi.

I
Isidorus.

N
Nicetas.

O
Origenes.

P
Paraphrastes Hierosolymita.
Procopius.

R
Rabanus.
Rupertus.

S
Seuerus Antiochenus.

T
Tertullianus.
Theodoretus.

Thomas > Theo- Orige-

AD SANCTISSIMVM ET BEATISSIMVM P. AC D. NOSTRVM SIXTVM V. TOTIVS ECCLESIAE CATHOLICAE, PONT. MAX.

***

F. FRANCISCI FEV-ARDENTII, Ordinis F. Minorum, ac Parisiensis Theologi, in locupletatam emendatámque Sacrorum Bibliorum Glossam Ordinariam,

PRAEFATIO.

MAXIMAM Diuinamq; semper in Ecclesia Catholica fuisse Sacrorum Bibliorum authoritatem, mirabilem vtilitatem, summámque veritatem, nihil ambigi potest inter eos, qui Christi sacris initiati, quæcunque illorum paginis cõprehenduntur, pro alio nõ ducent, quàm pro verissimo & certissimo Dei verbo, quod Prophetis & Apostolis interpretibus, velut ore suo cælesti, tubaque alicuius diuinioris clangore apud omnes homines non loquitur solùm verumetiam personat, Deum vnicum esse illorum conditorem, rectorem, iudicem, & seruatorem. Illi namque veteres Dei optimi maximi interpretes internunciique ea omnia, quæ ex diuina mente didicerunt, ac scriptis ad posteros transmiserunt, omni constantia & adseueratione appellant verbũ Dei, verbũ iustitiæ, verbum sanctum, os domini, mandatum vitæ, legem domini immaculatam, testimonium domini fidele, eloquiũ domini igne examinatum, aurũ terra purgatum septies, lucernam pedibus, & lumen semitis humanis. Isti, quibuscum Deus nouissimè locutus est in filio suo, diuini, Spiritus in seipsis loquentis conscij, palam contestantur Euangelia, Epistolas, & alia tum dicta tum scripta sua esse verbum regni cœlestis, verbum gratiæ, verbum vitæ æternæ, verbum reconciliationis, verbum quod procedit de ore Dei, verbum veritatis & virtutis, testimonium Iesu Christi, scripturam sanctam, doctrinam sanam & irreprehensibilem, vocem de cælo delapsam: quibus elogijs ac epithetis non tantùm libros suos ab omnibus profanis humanisque scriptis secernunt: verùm, & Deũ ipsum præcipuum habere auctorem confirmant, & illos non posse à quoquam despiciant oppugnari, quin eadem opera cælo bellum inferat, ipsamque Dei infirmitatem & veritatem contumeliosissimè aspernetur. Iure itaque Sacra Biblia definiens summus Ecclesiæ pastor Gregorius, ea vocat, Epistolam Dei viuentis ad creaturas missam. Et Augustinus: Literæ, inquit, quæ de ciuitate cælesti nobis venerunt, ipsæ sunt Scripturæ. Easdem, diuinæ sapientiæ fontes, putéumque aquæ salientis in vitam æternam censet Philo Carpathius. Alioquin enim vnde tantum authoritatis & dignitatis culmen toto orbe obtinuissent: tot linguæ, tot gentes, tot ætates, pro diuinis oraculis illas suscepissent; in his totius salutis suæ proram puppimque collocassent; eas hæreticis vt muros aheneos opposuissent; ac pro illarũ dignitate tot subiuissent martyria? Quis vnquã pro Socratis, Platonis, vel Aristotelis summorũ Philosophorũ placitis, ad ignes, ad bestias, ad cruces vsque decertauit? Aut quis pro asserẽdis Numæ, Draconis, Solonis, Lycurgi vel egibus animã aliquãdo posuit: humana quippè inuenta hæc esse nouerant: illa veri ac viuentis Dei æterna sunt cõsilia suo tẽpore hominibus patefacta & reuelata: atque inter atroces, innumeráque Ecclesiæ persecutiones, clades, ruinas, incendia, in hãc vsque diem summa fide, ac prorsus cælesti beneficio & miraculo sarta tectaque seruata. Quod itaque eximius Prophetarum Dauid de seipso, æquè & alij omnes diuinorum Bibliorum scriptores constanter pronuntiare possunt: Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Nam locutus est per os omnium qui à seculo fuerunt Prophetarum: quandoquidẽ Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Istud verò quantum reuerentiæ, quantumque fidei ac venerationis in cordibus omnium piorum diuinis illis Scripturis pepererit, quantum denique admirationis & amoris illarum accenderit, testantur homines integri, innocentes, religiosi, qui cum beatissimo Patre nostro Francisco sanctissima earũ verba, & nomina scripta, vbicunque inuenerint in locis illicitis, colligunt, & in locis honestis reponunt. Testantur Iudæi, piaculũ publicis ieiunijs expiandum existimantes, sacros codices super nudam terrã deponere; aut illotis manibus attingere, aut in suis Synagogis à Leuita circumlatos, non religiosissimè venerari, simúlq; adorare. Testantur postremò etiam Ethnici, qui earum partem ante bis mille annos in linguam sibi notam translatam, & in publica bibliotheca repositam, tanquam diuina oracula exosculari & suscipere non detrectauerunt. His accedit diuina vltio, qua horrendo planè modo in belluinos mores transformatus Nabuchodonosor: Diocletianus prius corporis tabe, lingua vermibus corrosa, mentisque insania correptus, vim sibi ipsi intulit; & Proculus Genserici VV andalorum Regis minister sibi frustulatim linguam dentibus lacerans, fœdaque morte sublatus: eo quòd sacra volumina flammis voraci-*

Genes. 41. Isa. 45. Psal. 104. Baruc. 3. 4. & 5. Num. 9. Psal. 18. Psal. 11. Psalm. 118. Matth. 13. Act. 5. 12. & 14. Ioan. 6. 2. Cor. 5. Matth. 4. Apoc. 1. Tit. 2. 2. Tim. 4. 2. Petr. 1. Epist. 40. In psal. 90. In c. 4. Cant.

2. Reg. 23. Psal. 84.

Luc. 1. 2. Pet. 1.

In Testamẽto suo.

Aristeas. Iustinus. Irenæus Tertull. Augustin. Dan. 4. Euseb. lib. 8. hist. Nic. l. 7. c. 4. Sigebert.

*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus publicè concremarint. Quid quod Theopompus nonnulla ex Hebræorum libris Græca oratione conatus exornare, mentis turbatione illicò percellitur? Theodectes tragœdus, cùm ad quandam fabulam etiam aliqua ex illis desumpta aptare vellet, continuò capitur luminibus? Alios quoque, Philone referente, nominis Abrahæ commutationem irridēs, & contumeliosis verbis identidem exagitans, vesaniæ suæ pœnas impura & præpostera morte persoluit? Num his iræ cœlestis ac diuinæ vltionis exemplis, contemptores hostesque diuinorum librorum, ipsius quoque Dei viuentis contemptores ac hostes esse conuincuntur? Iure itaque optimo Patres Arelatenses eos iamdudum ex ordine Cleri submouerunt, qui Scripturas sanctas persecutoribus dedisse probarentur: & non ita pridem Tridentini, vt temeratores & violatores verbi Dei eos seuerè coerceri iusserunt, qui quomodolibet earum verba & sententias ad scurrilia, fabulosa, adulationes, detractiones, superstitiones ve detorquerent. Nihil in illis est, ait Hieronymus, quod non luceat, & splendore suo mundum illuminet: vt etiam quæ parua putantur, Spiritus sancti fulgeant maiestate. Iterumque. Singuli sermones, ait, syllabæ, apices, puncta, in diuinis scripturis plena sunt sententijs.

Quis igitur fructus vtilitatesque, vt & hoc perstringamus quæ ex diligenti earum lectione, meditatione, ac explicatione colliguntur, satis posset enumerando percensere, dicente præsertim Apostolo, eas dem perutiles esse ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, & ad omne opus bonum instructus? *Et idem rursum ait:* Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. *Et iterum:* fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei. *Qua enim luce tot hominum mentes densissimis errorum atque eidolomaniarum tenebris pridem offusæ, de Dei vnius & trini, æterni, omnipotentis, immortalis cognitione: de angelorum, hominum, totiusque huius mundi creatione: de generis humani lapsu & instauratione, de lege & decem præceptis: de Euangelio & Sacramentis: de resurrectione ac futuro iudicio: demique de finibus bonorum & malorum, aliisque præcipuis religionis Christianæ capitibus, fuerunt collustratæ, nisi Euangeliorum & reliquarum scripturarum prædicatione?* Declaratio, *ait Vates,* sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Lex domini immaculata conuertens animas. *Et alius.* Nónne verba mea, *inquit,* sicut ignis, & quasi malleus conterens petras? *Verè ignis, quo super omnem glaciem frigidæ & induratæ in vitijs animæ ad Dei, & proximorum, adeóque inimicorum amorem accenduntur. Verè malleus, quo deorum aureorum, argenteorum, & lapideorum cultus, qui orbem tot seculis fascinauerat, breui contritus & deletus est. Breue Dei verbum, sed multa illius virtus. At gemma non in corporis mole, sed naturæ secreta vi pretium continet.* Verbum Dei, *ait Syracides,* fons sapientiæ, & ingressus illius mandata æterna. *Ex hoc enim fonte haustum & acceptum est, quicquid huius mundi sapientes de Deo, de virtutibus, de legibus rectè verèque tradiderunt. Biblia, aiunt patres, officinæ sunt omnium medicamentorum generibus refertæ, in quibus quisque aduersus quamlibet infirmitatem, medelam reperiet. Prata quoque virentia, quæ omnigenos virtutum flores cunctis ostentant, & suauissimis odoribus ad eos sibi decerpendos transeuntes liberaliter inuitant. Thesauri, omni gemmarum copia redundātes. Turres, omni armorum genere ad ethnicos, hæreticos, & alios diuinæ religionis hostes oppugnandos, superandos, funditusque delendos instructæ, fœtent quorumcunque hominum scripta, nisi hoc sale condiantur. Tullianı Hortensij lectione flagrans Augustinus, hoc solo æstuescebat, quòd nomen Christi ibi nō erat. Horum lectio vel minus à nobis intellecta, inquit magnus Adamantius, angelicos etiam spiritus ad nos allicit, malignarū autem virtutum insidias, & teterrimorum dæmonum incursiones procul repellit. Et Os aureum. Vt arma regalia, etiamsi nemo eis vtatur, custodiam tamen præbent: sic vbicunque fuerint hi libri, illinc expellitur vis diabolica, multáque habitantibus accedit consolatio: quandoquidem ipse etiam illorum aspectus segniores nos reddit ad peccandum. Et Ambrosius: Illic pascua sunt, in quibus grex domini recreatur. Carpis illinc nouum florem, qui bonum odorem dat resurrectionis. Carpis lilium, in quo splendor æternitatis. Carpis rosam, hoc est, dominici corporis sanguinem. Horum quotidiana lectione pascimur, recreamur, ac reficimur, cùm ea degustamus, vel summo ore libata frequentiùs ruminamus. Quantam ergo beatitatem putamus esse hominis illius, qui in illis meditatur die ac nocte? Nam qui scripturæ incumbit, Tertulliano authore, totus in cœlo est. Itaque si ad tribunal cœlestis iudicis pertractus Hieronymus, ad netem propemodum cæditur, quòd Tullij Plautique lectionem sacrorum Bibliorum studio prætulisset: nec liber dimissus est, quoadusq; Gentilium libris valedicturum se, vt diuinis penitùs vacaret, fuisset ex animo pollicitus: quantis, quæso, probris suppliciisque digna est eorum socordia & amentia, qui salutaribus istis oraculis prætermissis, adeóque neglectis, in quæstionibus perobscuris, incertis, inutilibus, pugnantibus, quæ omnia differendo potius inuoluunt, quàm euoluunt: suspendunt, quàm expendunt: obscurant, quàm illustrant, miserum ac exiguum huius mortalis vitæ suæ curriculum impendunt ac conficiunt?

Nihil autem discors est in diuina scriptura, inquit Epiphanius, neque opposita dictio aduersus dictionem reperietur: sed omnia mirabiliter consentientia ad nostram salutem scripta sunt. Qui enim fieri posset, vt sibi contrarius esset diuinus Spiritus, quo authore sunt reuelatæ & traditæ? Aut vniuersæ salutis humanæ in his iactum positúmque fundamentum, satis firmum consisteret, si quid in illis nutans labánsque in vtramque partem vacillaret? Enimuerò verissima & certissima esse necessum est, quæcunque in his traduntur, quando ad illarum studium fidémque, potius quàm ad eos, qui ex inferis ad superos redirent, ablegamur: & Propheticus sermo etiam visione cœlesti, ac voce de cœlo delapsa firmior à principe Apostolorum asseritur. Cœlum & terra transibunt, verba filij Dei non præteribunt. Fidelis Deus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Veritas Domini manet in æternum. Quæ procedunt de labiis suis, non faciet irrita. Non est Deus quasi

Euseb. li. 8. Præp. Euan. cap. 2. Lib. de mut. nom. in fac. lic.

Concil. 1. Arelaten. c. 13. Trident. Sess. 4.

Epist. Ia 1. cap. Ephes.

2. Tim. 3.

Rom. 15.

Rom. 10.

Psal. 118.

Psal. 18. Ierem. 23.

Ecclc. 1.

Origen. Basil. Chrysost.

Lib. 3. Confess. cap. 4.

Hom. 20. in Ioſ.

Hom. 3. de Lazaro.

In Psal. 118 Octon. 14.

Exhort. ad Castitat. Epist. ad Eust.

Contr. Hæres. 70.

Ioan. 5. Luc. 16. 2. Pet. 1 Matth. 24. Psal. 116. Psal. 144. Psal. 88. Num 33. Malach. 3.

quasi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Impossibile est mentiri Deum. *Itaque vt contra rationem nemo sobrius, inquit Augustinus, contra Ecclesiā nemo pacificus: sic cōtra Scripturam nemo Christianus senserit. Idē rursum profitetur solis se diuinarum Scripturarum libris canonicis hunc timorem amorémque deferre, vt nullum eorum auctorē scribendo aliquid errasse firmissimè credat. Quòd si vel minima falsitatis, aut mendacij quātumuis officiosi, suspicio in eas incidat, iam omnis illarum veritas & authoritas fluctuat, protinúsque victa labascit. His ergo cedat omnis philosophia & humana ratio, his Concilia, his Patres, his omnis lex & consuetudo, his vniuersi homines & Angeli: quandoquidē si quid illis cōtrarium attulerint, aut Euangelizauerint, nobis erunt anathema. Sed hactenus de Sacrorū Bibliorū authoritate, vtilitate, atque veritate: de horum interpretatione aliquid etiā videamus.*

Heb. 6.

Libro 4. de Trinit. c. 6. Epist. 19. Epist. 80. 87. & 97.

Gal. 1.

Penitus aberrant à vero, ac longissimè falluntur huius tempestatis hæresiarchæ, cùm passim clamitant, Scripturam per se facillimam, cuiuis è triuio apertissimam, nihil obscuritatis esse in ea, interpretatione non indigere: ac proinde Patrum glossas, postillas, & commentarios non solùm aspernandos, sed & reiiciendos, vtpotè qui pro auro obtrudant carbones, eámque potius obscurent, quàm explicent. At quam impudenter mentiatur hæc iniquitas sibi, satis ostendunt eorum plusquàm feralia ferinaque inter se certamina, quibus non minus contra seipsos, quàm contra veterum dogmata pugnant: simúlq; tot contrariæ ex Hebræo Græcoque versiones, & interpretationes, quibus hi pseudoprophetæ præla, officinas, nundinas, quotannis grauant & onerant; seipsosque spectante orbe mirificè proscindunt & lacerant. Ostendunt insuper recondita de Trinitate & vnitate Dei de emanatione personarum: de incarnatione, duplici natura, & vnica Verbi hypostasi; de aterna prædestinatione & reprobatione; de Angelorum creatione, natura, & ministerijs: de Sacramentorum formis & effectis, déque aliis arcanis atque diuinis iudicijs abdita mysteria. Ostendunt denique tot ambiguæ sententiæ, tot hyperbata & metonymiæ, tot hyperbolæ, tropi, synecdochæ, ironiæ, metaphoræ, anthropopathiæ, parabolæ, & innumerabiles aliæ loquendi figuræ, quibus abundat Scriptura, hanc non quibuslibet obuiam & apertam: sed multa in ea esse intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles deprauant ad suam ipsorum perditionem. Quorsum verò interpretatio sermonum Spiritus sancti, donum appellaretur, si humanæ sagacitati & prudentiæ tam facilis est Scriptura? Aut opus fuisset Apostolis alio Paraclito, qui suggereret & doceret omnia, qui virtutē conferret ex alto, quiqs aperiret eis sensum, vt intelligerent Scripturas? Mirum profectò, cur Dauid tam anxiè postulet, sibi dari intellectum à Deo, vt scrutetur legem eius, reuelari sibi oculos, vt consideret eiusdem mirabilia, aut Eunucho legis studiosissimo opus fuerit Philippo interprete, si nihil obscurum, nihil latens, nihil ambiguum, & quod in contraria sensa rapi valeat, in Scripturis reperiatur. At enim germanus earum sensus, thesaurus est absconditus in agro, & puteus altus: in quo eruendo, effodiendo, exhauriendo, vigilandum, laborandum, orandum est enixissimè. Iudæos, ait Chrysostomus, Christus ad Scripturarum inuestigationem perquàm diligentem relegauit, cùm dixit: Scrutamini Scripturas. *Diuina enim summa indigent diligentia. Multis obscuritatibus & ambiguitatibus, quæ densissimam caliginem obducunt, inuolutam Scripturam esse docet Augustinus, ad eam domādam labore superbiam, & intellectum à fastidio reuocandum, cui facilè inuestigata, plerunq; vilescunt. Tanta est, ait rursus idem, Christianarum profunditas literarū, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem, maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer edisce re. Multa igitur incerta & occulta sapientiæ suæ in illis reseruat Spiritus sanctus, quo nos exerceat, & semper discipulos habeat: multa ostendit, vt alliciat: multa tradit vt afficiat: semper autem Deus & hìc, & in futuro seculo doceat, homo autem semper discat quæ sunt à Deo.*

Hom. 40. in Ioan. Ioan. 5.

Lib 2 de doctri. Christ. cap 6. Epist. 3. Iren. lib. 2. cap. 47.

Quid ergo? Scripturam diuinam propter sui obscuritatem negligemus, contemnemus, relinquemus? Absit. Verū ad antiquissimorum, sanctissimorum, & doctissimorum Patrum, qui vel sanctam & Apostolicam Sedem, in qua nunc Beatissime, resides, tenuerunt, vel perpetuò constantérq; cum eadem senserunt, Commentaria confugientes, illius germanam syncerámque interpretationē discamus: cum his sapiamus, ni decipere maluerimus: horum scripta diu noctúq; euoluamus, & sensa inuestigemus. Ad eorum namque subsellia nos remittens diuinus Spiritus, ait: Nō te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis: quoniam ab ipsis discES intellectū, & in tempore necessitatis dabis responsum. *Et iterum:* Memento dierum antiquorū, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annūtiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. *Rursumque.* State super vias, & discite, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris. *Et Sapiēs:* Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. *An non hoc idem confirmat, cùm in omnire difficili & ambigua, præcipit ascēdere ad locum quē elegerit dominus: & Sacerdotes, horúmque Principem consulere, & sub interminatione mortis, audire? Ecquid sibi aliud volūt hæc noui Testamenti præscripta:* Dic Ecclesiæ? Quòd si Ecclesiam nō audierit, sit tibi tāquam Ethnicus & publicanus? Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit? Cōfirma fratres tuos? Ecclesia est columna & firmamentum veritatis? Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam? *Ecquis obsecro, aut quando finis tot controuersiarum, his & illis Scripturarum voces in rem suam producentibus, & confertim laudantibus, nisi de summorum Sacerdotum, Conciliorum, Patrum veterum interpretatione omnes consenserint, & sententias suas horum iudicijs submiserint? An non Patres Niceni diuinarum trium personarum vnam inter se substantiam: Constantinopolitani, Spiritus sancti coæternitatē: Ephesini, Mariā esse Deiparam, & Chalcedonenses, impermixtas Dei & hominis in Christo substātias, aduersus veterū hæreticorū latratus & blasphemias, potius ex diuinorū Patrū interpretationibus, quā à disertis Scripturarū verbis eruerūt, vindicauerūt, definierunt: Illi nāq; quod*

Ecclē. 8.

Deut. 32.

Ierem. 6.

Prou. 22.

Deut. 17.

Matth. 18. Luc. 10. Luc. 22. 1. Tim. 3. Matth. 16.

Auguſt. lib. 2. contr. Iulian. Pelag.

inuenerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præfatio.

inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt.
Ezech. 34. *Hi eodem (tametsi pro suæ fidei mensura) Spiritu sancto, quo & sancti Apostoli inspirati & afflati, doctrinâ eorum explicauerunt, integram incontaminatámque omni ope conseruarunt & propagarunt. Pastores enim fuerunt, quos do*
Cant. 3. *minus promiserat se missurum, vt Ecclesiam iuxta cor suum pascerent. Hi fortes & ad bella idonei, qui lectulum Sa-*
Isa. 62. *lomonis nostri ambiunt: & custodes murorum Sion, qui nec die tacent, nec nocte, quandoquidem defuncti adhuc lo-*
Heb. 11. *quuntur. Hi filij sunt pro patribus nati, & constituti principes dogmatis nostri super omnem terram. Hi quos posuit*
Psal. 44. *Spiritus sanctus regere Ecclesiam, quam Christus acquisiuit sanguine suo. Hi pastores & doctores dati ad consumma-*
Act. 20. Ephes. 4. *tionem sanctorum, & ne fluctuemus ad omnem ventum doctrinæ in nequitiis hominum, in astutia ad circumuentio-*
Hebr. 13. *nem erroris. Horum exitum intuentes, fidem imitari iubemur. Quisquis hos religiosè imitatur, Catholicus: qui inse-*
Lib. 4. c. 45. *ctatur, aut schismaticus, aut mox euadit hæreticus. Vbi igitur charismata domini posita sunt, ibi oportet discere ve-*
Lib. 4. c. 63. *ritatem, ait vir Apostolicorum tẽporum Irenæus, apud quos est ea quæ est ab Apostolis Ecclesiæ successio, & id quod est sanum & inadulteratum. Ab his sine fictione custodita est Scripturarum tractatio plenissima, neque additamentum neque ablationem recipiens, & lectio sine falsatione, & secundum Scripturas expositio legitima & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia.*

Circa annũ 840. Circa annũ dom. 1110. *Laudabile sanè, ac toti Ecclesiæ peritile opus præstitisse multis iam seculis, doctorum & piorum virorum consen-*
sione approbationéque censentur Strabus Fuldensis monachus, Rabani Abbatis auditor & Scriba, simúlque aliquãto
pòst Ambrosius Laudunensis, quando immensum & laboriosum illud in sacrosancta Biblia Glossæ ordinariæ, ac in-
terlinearis opus, ex multorum veterum Patrum scriptis concinnarunt, atque in studiosorum commodum euulgauerunt. Illud cùm in Gallijs nouissimè recudendum sciremus, nõ parum operis ac studij in his recensendis posuimus, Beatissime Pater, quando Patrum interpretationes ad ipsos fontes reuocare, eosdem ad marginem signare, insuper, & ex vniuersa æquè pia ac erudita antiquitate locupletare studuimus, ipsas denique perdocti domini NICOLAI LYRANI *Postillas, ad ipsius ἀυτόγραφον quod ex conuentu Vernolien si, prouinciæ Normaniæ, in quo nostrum beatiss. P. Francisci ordinẽ professus est, ad nos adferri curauimus, diligenter contulimus. Ampla hæc & magnifica inquiet aliquis, Beatissime Pater: ego perexigua & pertenuia, donec ad tuam sanctißimam & æquissimam censuram fuerint reuocata, & summa tua authoritate probata. Has igitur lucubrationes pedibus tuæ Sanctitatis aduoluimus, eandemq; obtestamur, vt pro eius in nostrum ordinem non exiguis, in nostram Galliam maioribus, in vniuersum deniq; Christianum orbem maximis summisque meritis, hæc in tuo nomine, ad Reipublicæ Christianæ ornamentum, piorumque ac studiosorum emolumẽtum apparere sinas. Magno nostro dolore, nec sine lachrymis dicimus, quantas nos in his perficiendis exorbere oportuerit molestias, dum intermedios armorum strepitus, confertáq; militum agmina scriberemus, & à Christiani nominis desertoribus ac hostibus, nobis præsertim Theologis, ac diuini verbi præconibus, cruces, ignes, gladios, culeos, euisceraciones, & alia id genus supplicia, vel ipsi olim Phalaridi & Domitiano, vel nunc Ottomanicis inaudita parari audiremus. Multa eam ob rem in his adhuc desiderari posse non diffitemur, sed quæ singulari Dei Opt. Max. munere, tuæq; Sanctitatis non mediocri cura & studio restituta Reipub. Gallicæ salute, emendatiora multo & locupletiora prodibunt in lucem, atque in hominum manus aliquando peruenient.*

Habes, Beatissime Pater, nostri erga te officij obseruantiæq; monimentum, quod si amplissimã, summámq; eiusdem beatitudinis in his terris potestatem maiestatémq; spectes, leuidense ac tenue: sin ab ea animũ tantisper auoces, eiúsq; qui hæc Sanctitati tuæ dicat consecratque, voluntatem in SIXTVM *V. P. M. propensam aduertas, non nisi plurimi feceris. Quod dum cogito, Deum oro atque obsecro, vt tuam Sanctitatem nostro ordini, bonis omnibus, vniuersæ denique Ecclesiæ suæ incolumem seruet Iesus Christus æternus Dei filius, Angelorum hominúmque vnicus seruator & vindex. Parisijs, anno. 1589.*

EPITAPHIVM OPTIMI PATRIS, ATQVE eruditissimi Doctoris F. N. LYRANI.

NE me ignores, properans, dum plurima lustras,
Qui sum ex his nosces, quæ pede busta teris.
Lyra breuis vicus, Normanna in gente celebris,
Prima mihi vitæ ianua, forsque fuit.
Nulla diu mundi tenuit vesania natum:
Protinus euasi religione Minor.
Vernolium admisit currentem ad sacra tyronem:
Et Christi docuit me domitare iugo.
Vt tamen ad mores legis doctrina beatæ
Adyta planaret simplicitatis iter,
Artibus ipse piis, & Christi dogmate fretus,
Parisij excepi sacra magisterij.
Et mox quæque vetus, & quæque recentior affert
Pagina, Christicolis splendidiora dedi.
Litera nempe nimis quæ quondam obscura iacebat,
Omnis per partes clara labore meo est.
Et quos sæpè locos occidens litera tradit,
Hos typicè humanis artibus exhibui:
Extat in Hebræos sanctissima condita turris,
Nostrum opus, haud nullis communienda petris.
Insuper & nostri releguntur, sæpè libelli,
Quos in sensu Petri quatuor arte tuli.
Et quoque Quolibetis non irrita gloria nostris,
In quæ tu iustus arbiter esse potes.
Non tulit hæc vltra vitam proferre meremur
Omnipotens dominus, quo sumus & morimur.
A cruce tu cuius numeres si mille trecentos,
Adiungens vnà quatuor & decades,
Ille me rapuit mors omnibus æmula siclo
Cùm micat Octobris terna vigena dies.
Iam quo tendis, Nicolai illectus amore?
Quo doctore tibi lex reserata patet?

De canonicis & non canonicis libris.

A

QVONIAM plerique eo quòd non multam operam dant sacræ scripturæ, existimant omnes libros, qui in Bibliis continentur, pari veneratione esse reuerendos atque adorandos, nescientes distinguere inter libros canonicos, & non canonicos, quos Hebræi à canone separunt: & Graeci inter apocrypha computant, vnde sæpe coram âoctis ridiculi videntur, & pertурbantur, scandalizantúrque cum audiunt aliquem non pari cum ceteris omnibus veneratione prosequi aliquid, quod in Bibliis legatur. Idcirco hic distinximus, & distinctè numeraimus primò libros canonicos, & postea non canonicos, inter quos tantum distat quantum inter certum, & dubium. Nam canonici sunt confecti spiritu sancto dictante, Non canonici autem sine apocryphi, nescitur quo tempore quibus ve autoribus sint editi, quia tamen valde boni, & vtiles sunt, nihilque in eis, quod canonicis obuiet, inuenitur: ideò ecclesia eos legit, & permittit: vt ad deuotionem, & ad morum informationem à fidelibus legantur. Eorum tamen authoritas ad probandum ea, quæ veniunt in dubium, aut in contentionem, & ad confirmandam ecclesiasticorum dogmatum autoritatem, non reputatur idonea, vt ait beatus Hieronymus in prologis super Iudith, & super libris Salomonis. At libri canonici tantæ sunt authoritatis vt quicquid ibi continetur, verum teneat firmiter, & indubitatum esse. Et per consequens illud quod ex hoc concluditur manifestè, Nam sicut in Philosophia veritas cognoscitur per reductionẽ ad prima principia per se nota: ita & in scripturis à sanctis doctoribus traditis veritas cognoscitur, quantum ad ea quæ sunt fide tenenda per reductionem ad scripturas canonicas quæ sunt habitæ diuina reuelatione, cui nullo modo potest falsum subesse. Vnde de his dicit Augustinus ad Hieronymum. Ego solis eis scriptoribus, qui canonici appellantur, didici hunc timorẽ honorémque deferre, vt nullum eorum scribendo errasse, firmissime teneam, ac si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud existimem, quam mendosum esse codicem, vel non esse assequtũ interpretẽ, quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrinâve polleant, non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per illos autores canonicos vel probabiles rationes, quod à vero non abhorreat persuadere potuerunt.

Canonici libri. κανονικοὶ, id est, oculati.

B

Numerus librorũ canonicorum

Hanc diuisionem probãt Hebræi qui Biblia sua ob id appellant עשרים ואחד, id est, viginti quatuor

Apoc. 5. b.

Sunt igitur libri canonici veteris testamenti vigintiduo, ad numerum viginti duarum literarum Hebræorum vt scribere Origenem super primum psalmũ refert Eusebius libro sexto Ecclesiastica historiæ & copiosius distinctiusque dicit beatus Hieronym. in prologo galeato super lib. regum quòd omnes in tres partes ab Hebræis diuiduntur. In legem, id est quinque libros Moysi. In prophetas octo, & Agiographa nouem, vt statim clarius patebit. Quamuis non nulli librum Ruth separent à libro Iudicum, & lamentationes Hieremiæ à Hieremia, & inter agiographa computent, vt sint viginti quatuor libri ad numerũ viginti quatuor seniorũ quos Apocalypsis inducit adorantes agnũ.

Isti sunt libri qui sunt in canone, vt latius scribit beatus Hieronymus in prologo galeato qui est super libros Regum. Et primò quinque libri Moysi qui appellantur lex, quorum primus est Genesis, secundus Exodus, tertius Leuiticus, quartus Numeri, quintus Deuteronomium.

Secundo sequuntur octo libri prophetales, quorum primus est Iosue, secundus liber Iudicum cum Ruth, tertius Samuel, id est, primus, & secundus, Regum, quartus Malachim, id est, tertius, & quartus Regum, quintus Esaias, sextus Hieremias cum lamentationibus, septimus Ezechiel, octauus liber duodecim prophetarum: quorum primus est Osee, secundus Ioel, tertius Amos quartus Abdias, quintus Ionas, sextus Micheas, septimus Naum, octauus Abacuk, nonus Sophonias, decimus Aggeus, vndecimus, Zacharias, duodecimus Malachias.

ἀγιογραφὴν id est, scripta sancta

C

Tertio sequuntur agiographa nouem, quorum primus est Iob, secundus Psalterium, tertius Salomonis prouerbia, quartus eius dem Ecclesiastes, quintus eiusdem canticum canticorum, sextus Daniel, septimus Paralipomenon qui apud Hebræos est vnus liber, non duo: octauus Esdræ cum Neemia (est enim totus vnus liber) nonus, Hester. Quicquid autem extra hos est (de veteri testamento loquor) vt dicit Hieronymus inter apocrypha est ponendum.

Non canonici libri & eorum autoritas

Isti sunt libri, qui non sunt in canone, quos tamen ecclesia vt bonos, & vtiles libros admittit, non vt canonicos, inter quos sunt aliqui maioris authoritatis, aliqui minoris. Nam Thobias, Iudith, & Machabæorum libri: Sapientia quoque liber atque Ecclesiasticus, valde ab omnibus probantur, ita quod Aug. lib. de doctr. Christ. tres superiores numerat inter canonicos, & de Sapientia atque Ecclesiastico dicit, meruisse illos recipi in authoritatem, & inter propheticos debere numerari. Et de libris Machabæorum libro decimo octauo de ciuitate Dei loquens, & de Esdræ libris dicit quod quãuis Hebræi non habeant eos pro canonicis, tamen ecclesia habet illos pro canonicis propter quorundam martyrum passiones vehementes atque mirabiles. Minoris autem autoritatis sunt Baruch, & tertius & quartus Esdræ. Nam Augustin. in loco supradicto nullam de his facit mentionem, cum tamen (vt dixi) alios apocryphos canonicis annumeret. Rufinus quoque in expositione Symboli & Isidorus in libro sexto etymolog. vbi hanc Hieronymi diuisionem referunt, horum nihil meminerunt. Et vt numeres eos eo ordine quo sunt in Biblijs, quamuis alio ordine fuerint editi, primo sunt tertius & quartus libri Esdræ, qui dicuntur tertius & quartus, quia ante Hieronymum

Cap. 31.

Minoris autoritatis

D

Graci & Latini librum Esdræ canonicum secabant in duos libros, sermones Neemiæ, secundum librum appellantes. Illi autem tertius & quartus inter omnes non canonicos minoris (vt dixi) sunt autoritatis. Vnde Hieronym. in prologo Esdræ eos appellat somnia. & in pauciss. mis Biblijs manu scriptis inueniuntur, & in multis impressis inuenitur solum tertius. Secundus est Thobias, liber valde deuotus & vtilis. Tertius est Iudith, quem dicit Hieronymus in prologo fuisse à Nicena Synodo computatum in numero sanctarum scripturarum. Quartus liber Sapientiæ, quem scripsisse Philonem alexandrinum Iudæum doctissimum, fere omnes tenent. Quintus est liber Iesu filij Syrach, qui ecclesiasticus dicitur. Sextus est Baruch, vt dicit Hieronymus in prologo Hieremiæ. Septimus est Machabæorum liber in primum & secundum diuisus.

Neque aliquem moueat, quòd in Iudith & Thobia prologis dicitur quòd apud Hebræos inter agiographa leguntur, quia manifestus error est, & apocrypha, non agiographa, est legendum: qui error in omnibus quos vidorim codicibus inuenitur: & inoleuit (vt puto) ex pietate & deuotione scribentium, qui deuotissimas historias horrebant annumerare inter apocrypha. Nam quòd hic error multis retro annis codices occupauerit, ostendit magister in historia Iudith, vbi dicit. Hic liber apud Chaldæos inter historias computatur, & apud Hebræos inter apocrypha, quod dicit Hieronymus in prologo, qui sic incipit, Viginti & duas literas. Si ergo alicubi in prologo super Iudith, legitur inter agiographa vitium scriptoris est, quod in ipse titulo deprehendi potest. Ex quo miror quòd dictus magister non aduerterit eundem esse errorem in prologo Thobiæ, vbi ipse dicit, Hanc historiam Hebræi ponunt inter apocrypha. Hieronymus tamen in prologo suo dicit inter agiographa: Glossa quoque super dicto prologo Thobiæ dicit potius & verius dixisset inter apocrypha. Vel large accipit agiographa, quasi sanctorum scripta, & ita non est de numero illorum nouem, quæ proprie dicuntur agiographa, quæ sunt de catalogo, id est, de numero viginti duorum librorum Bibliorum. Nam cum Hieronymus in prologo Galeato, post enumerationem canonicorum librorum dicat, Hic prologus scripturarum: quasi Galeatum principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum conuenire potest. vt scire valeamus quicquid extra hos est inter apocrypha esse ponendum. Igitur si Sapientia quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Syrach liber, & Iudith, & Thobias, & Pastor, non sunt in canone, quomodo credendum est, illum postea in illis prologis scripsisse eos inter agiographa & sibipsi contradicere. Si quis præter ea liberaliori examine Hieronymi verba in dictis prologis perpenderit, animaduertet illum scripsisse apocrypha, non agiographa. Dicit enim in prologo Thobiæ, Exigitis in librum Chaldæo sermone conscriptum ad Latinum stilum traham, librum vtique Thobiæ, quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ apocrypha memorant, nunciarunt. In Iudith autem ait, apud Hebræos liber Iudith inter apocrypha legitur, cuius autoritas ad roborandam illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Cum itaque dicat Hebræos secare Thobiam de catalogo diuinarum scripturarum, & Iudith autoritatem minus idoneam iudicari, si inter agiographa numeraret, & non inter apocrypha, contraria videretur in eodẽ loco scripsisse. Sed (vt dixi) scriptores hoc nomen apocrypha horrẽtes, deuotione ac pietate quadam reiecto apocrypha, agiographa scripserunt.

Ecclesiastici libri

Rufinus vero vbi suprà, enumeratis libris canonicis, in quibus cum Hieronymo concordat, infert, Hæc sunt quæ patres intra canonem conclusernnt, ex quibus fidei nostræ assertiones confirmare voluerunt.

Sciendum tamen est quòd & alij libri sunt, qui non canonici, sed ecclesiastici à maioribus appellati sunt, vt Sapientia quæ dicitur Salomonis, & alia Sapientia quæ dicitur filij Syrach, & infra eiusdem ordinis est Libellus Thobiæ. & Iudith, & Machabæorum libri. Quæ omnia legi quidem in ecclesijs voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem ex his confirmandam. Cæteras vero scripturas apocryphas nominauerũt, quas in ecclesijs legi noluerunt.

F

Præterea est sciendum quòd in libro Hester illa duntaxat sunt in canone quæ scribuntur vsque ad eum locũ vbi posuimus, finit liber Hester. prout est in Hebræo. quę postea sequuntur non sunt in canone. *Similiter in Daniele, illa tantũ sunt in canone quæ sunt vsque ad eũ locũ vbi posuimus.* Finit Daniel propheta quæ post ea sequuntur non sunt in canone.

Psalterium

Quamuis autem Dauid, id est, Psalterium apud Hebræos non ponatur inter prophetas, sed inter agiographa, tamen fere omnes Latini eum non solum prophetam sed summum prophetarum, vel secundum vocant.

Daniel

Danielem quoque inter prophetas numerant.

Aliter quoque aliqui Latini diuiserunt vetus & nouum testamentum, scilicet in libros legales, historiales, sapientiales, & prophetales. Legales appellant quinque libros Moysi in veteri testamento: quibus in nouo faciunt respondere quatuor euangelia. Historiales, Iosue, Iudicum, libros Regum, Paralipomenon Esdram & librum, & Iob: quibus in nouo correspondent Acta apostolorum. Sapientiales tres libros Salomonis, scilicet: Prouerbia, Ecclesiasten. & Canticum canticorũ: quibus in nouo correspondent Epistolæ Pauli, & quæ canonicæ dicuntur. Prophetales faciunt Dauid, id est, Psalterium, Esaiam, Hieremiam, Ezechielem, & duodecim prophetas & Danielem: quibus in nouo respondet liber Apocalypsis.

Legales

Historiales

Sapiẽciales

Prophetales.

Noui testamenti libri

Noui autem testamenti omnes qui in Bibliis ponuntur libri, sunt in canone, testibus Hieronymo, Augustino, & Isidoro, in locis supradictis. Hi sunt quatuor sacrosancta Euangelia, scilicet, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, Pauli Apostoli Epistolæ quatuordecim: Quarum vna est ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galathas vna, ad Ephesios vna, ad Philippenses vna, ad Thessal

Universidad de Deusto
Biblioteca

De libris canonicis & non canonicis.

A Thessalonicenses duæ, ad Colossenses vna, ad Timotheum duæ, ad Titū vna, ad Philemonem vna, ad Hebræos vna. Item Acta Apostolorum. Item epistolæ septē, quæ canonicæ appellātur, quarū vna est Iacobi, duæ Petri apostolorū principis, Ioānis apostoli, & euāgelistæ tres. Iudæ qui alias Tadæus dicitur vna. demū liber Apocalypsis. Hi omnes libri pro canonicis habētur. Quāuis ante Hieronymū à multis de epistola ad Hebræos dubitaretur, quā dubitationem ipse multis rationibus sustulit. Itidē de epistola Iudæ, ac de secūda & tertia Ioānis, in ecclesia primitiua à multis an deberent in canonē recipi, valde dubitatū est, de quarū prima sic dicit Hieronymus in libro de viris illustribus. Iudas frater Iacobi paruā quidē quæ de septē canonicis est, epistolā reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimoniū, à plerisque rejicitur, tamē autoritatē vetustate iam, & vsu meruit, & inter sanctas scripturas cōputatur. De aliis autē duabus quæ incipiūt Senior: dicit Hieronymus in dicto libro in capitulo Ioānes, & Papias, quod asserebantur esse Ioānis presbyteri discipuli Ioannis euangelistæ, qui dicebatur senior Ioannes. Sed tamen omnium approbatione iam sunt receptæ, & citra cuiusquam refragationem pro canonicis habentur.

TRANSLATORES BIBLIORVM.

NOTANDVM. Quod translatores, & interpretes Bibliorum multi fuerunt. Quia sicut dicit magister in historijs, ante incarnationē domini annis. ccc. xli. tēporibus Ptolemei Philadelphi regis Aegypti Lxx. interpretes floruerūt, qui legem, & prophetas hoc modo transtulerunt. Ptolemæus studiosus, & librorum cupidus percipiens apud Iudæos legē esse ore Dei editā, & digito illius scriptā, mīsis epistolis, & muneribus rogauit Eleazarū pōtificē Iudæorū, vt sibi viros seniores Hebraicæ, & Græcæ linguæ peritos, qui interpretari, & transferre valerēt, dirigeret. Etenim sui desiderij erat eā in Græco trāslatā habere, & Archiuis regalibus inter serere. Eleazarus autē annuens eius petitioni, de vnaquaque tribu sex legisperitos deslinauit. Hi sunt septuaginta duo interpretes qui licet pares, more sacræ scripturæ tātū communiter dicuntur septuaginta, quia & si duo supersunt, hoc est modicū respectu septuaginta. Hi ergo venientes ad regē, Pētateuchum & prophetas trāsferētes, corā rege disputauerūt de vno Deo colēdo, & quod nulla creatura esset Deus. inde est quod vbicūque occurrebat eis in trāslatēdo de Trinitate, vel sub silētio praeteribāt vel sub ænigmate trāstulerūt, ne res deos colēdos tradidisse viderētur; similiter de incarnatione verbi facientes: Vnde trāslatio septuaginta duorū quādoque est superflua, quādoque dimmuta. Post incarnationē autē domini, & passionē annis cētū viginti quatuor. Aquila quidā Iudæus ad fidē cōuersus, sed postea in hæresim lapsus, primus inter pres fecit aliā trāslationē de Hebraico in Græcū tēpore Adriani imperatoris. Deinde post annos. 54. Theodotion fecit tertiā trāslationē sub Cōmodo. Deinde post annos. xxx. Symmachus interpres claruit sub Seuero. Deinde post annos 8. inuēta est quædā trāslatio Hierosolymis, cuius autor ignoratur, qua dicta est vulgata trāslatio, vel quinta editio. Deinde post annos. xvij. tēpore Alexandri superuenit Origenes videns istas trāslationes imperfectas, incepit corrigere trāslationē Lxxij. interpretū per posteriores istā dictas trāslationes vel. secūdū aliquos, solā trāslationē Theodotionis immisuit, scilicet supplendo diminuta, & resecando superflua. Vbicunque igitur ad trāslationē Lxxij. interpretū aliquid addidit ex trāslationibus sequētibus, ibi ponebat astericum. i. stellā vel formā astri, per quod innuit quod per additionē istam eluceſcebant quæ prius deerāt. Et dicitur secūdū aliquos astericus ab ἀστὴρ & ἰσκω quod est imago vel signū, & producit penultimā, quia apud Græcos scribitur ει per ι diphthongon. Tu dic melius quod Græce dicitur ἀστερισκὸς, astericus, & est diminutiuū quasi stellula. Vbi verò erat superfluū, ponebat obelum. ὀβελὸς enim græce dicitur sagitta latine, vel verū, signās per hoc quod litera ibi superflua erat. Deinde ipse Origenes, vt dicit Hieronymus, sextā, & septimā trāslationē miro labore reperit. Quæ trāslationes scilicet quinta, sexta, & septima: licet vt idem ait Hieronymus quibus censeantur autoribus ignoretur, tamē ita probabilem sui diuersitatē tenēt, vt autoritatē sine nominibus tenuerint. Deinde quidā volētes habere omnes istas translationes, simul scribebant libros, sic eos ordinantes, quod in medio cuiuslibet folij ponebant sex columnas à summo deorsum descendentes, ponentes in prima verba translationis primæ, in secunda secundæ, & sic de aliis, Et isti libri dicti sunt ἑξαπλα, ab ἑξ græcè, quod est sex latinè, quasi sexcupla. Vel dicitur ἑξαπλα, quasi liber habens sex translationes rectas vel rectificatas. Et his temporibus multi vtrumque linguæ sciolí fecerunt alias translationes de prædictis græcis translationibus in latinum. Nouissimè superueniens beatus Hieronymus peritus in tribus linguis, Hebraica, Græca, & Latina. Primo correxit trāslationē Lxxij. interpretum in latino cum astericis, & obeliscis. Postea verò transtulit immediate Biblia de Hebræo in latinum sine astericis, & obelis. Et hac translatione nunc vbique vtitur tota Romana ecclesia, licet non in omnibus libris. Et ipsius translatio merito cæteris antefertur. quia est verborum tenacior, & perspicuitate sententiæ clarior. Et translatio primi, scilicet Lxxij. interpretum facta est in Alexandria ciuitate, quæ Metropolis est Aegypti. Aliæ autem translationes in diuersis partibus mundi vbi tunc magistri polluerunt.

Nota quòd vbicunque in libris veteris testamenti mendū reperitur, recurrendū est ad volumina Hebraeorū, quia vetus testamētū primo in lingua Hebraea scriptū est. Si verò in libris noui testamenti, reuertendū est ad volumina Græcorum, quia nouum testamentum primo in lingua Græca scriptum est, præter Euangelium Matthæi, & epistolam Pauli ad Hebræos.

D

IN NOMINE SANCTÆ TRINITATIS, INCIPIT PROLOGVS primus Venerabilis patris, fratris Nicolai de Lyra ordinis Seraphici Sancti Francisci, de commendatione Sacræ Scripturæ in generali.

HAEC Omnia Liber vitæ, &c. Eccl. 23. cap. secūdū quòd dicit beatus Greg. Homil. xxxv. euangeliorum. Temporalis vita, æternæ vitæ comparata, mors est potius dicenda quàm vita. Scientiæ verò à philosophis traditæ ordinantur ad finem consequendum in præsenti vita, quia scientiæ practicæ ab eis traditæ ordinantur ad felicitatem politicam, loquēdo de politia præsentis vitæ. Similiter scientiæ speculatiuæ ordinantur ad felicitatē cōtemplatiuā, loquendo de contemplatione quæ potest haberi in vita præsenti, & per viam naturæ quæ dependet ex phantasmate. Vnde dicitur tertio de anima, quòd intelligentibus nobis necesse est Phantasmata simul speculari. Et de tali speculatione dicitur ibidem. quod intelligere corrumpitur in nobis, quodam interius corrupto. Sacra scriptura enim ordinatur ad felicitatem vitæ futuræ, quam philosophi nescierunt, secundū quòd dicit beatus Hieronym. in epistola ad Paulinū de omnibus sacræ scripturæ libris. Hoc doctus Plato nescivit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Ex quibus concluditur quòd libri à Philosophis descripti continentes scientias ordinatas ad finē in hac temporali vita, tantummodo naturaliter cōsequendū. si cōparentur ad libros sacræ scripturæ quæ ordinātur ad finē æternæ vitæ, magis sunt dicendi libri mortis quàm vitæ. Sed licet cōtinens sacrā scripturā, quæ licet in multis libris partialibus diuidatur: sub vno tamē libro cōmetur, qui nomine generali liber vitæ propriè nominatur, secundum quod dicitur in verbo præassumpto. Hęc omnia, &c.

Scientiæ philosophicæ finis

In quo sacra scriptura quadrupliciter describitur secundū quatuor excellentias, quibus omnem scripturam aliam excellit. Primò enim describitur, vt singularis eminentia, quod notat pronomen singulare, cū dicitur, Hæc. Secundò describitur vt generalis contīnētia, quod ostendit signū vniuersale, cū dicitur, Omnia. Tertiò, vt speculatiui intelligentia, quod denotat conditio libri: cū dicitur, Liber. Quartò vt salutaris efficacię, quod ostēdit cōsecutio finis inteti, cū dicitur, Vitæ. Circa primū sciendū, quòd vna scientia eminentior est altera seu honorabilior duplici de causa, vt habetur primo de anima. Vna est, quia est de nobiliori subiecto. Alia, quia procellit certiori modo. Et propter vtranque sacra scriptura, quæ propriè Theologia dicitur, cum ipsa sola sit textus huius scientiæ, omnes scientias antecellit. Primo, quia habet Deū pro subiecto, qui est in summo totius nobilitatis propter quod nominatur Theologia, quasi sermo de Deo. Secūdo quia procedit modo certiori. Alia enim scientiæ humanitus repertæ procedūt per inuestigationē rationis humanæ. In quo quidem processu licet non sit error quātū ad cognitionem primorū principiorum, quæ sunt per se nota secundū quòd dicitur secundo Metaphy. In foribus quis delinquet, tamē in deductione conclusionū ex principijs potest esse error, maxime quantū ad cōclusiones à primis principijs longinquas. Vnde & in tali processu omnes philosophantes tātū humanæ inuestigationi inueniūtur errasse, & ideo de singulari eminētia huius scientiæ dicitur Deuteron. quarto. a. Hæc est sapientia vestra, & intellectus corani populis. Sapientia enim dicitur propriè illa scientia, quæ considerat altissimas causas, vt habetur primo Meta. Sacra verò scriptura habet Deū pro subiecto, vt dictū est, qui est prima causa simpliciter omnium, & ideo propriè dicitur sapientia. Sed cōuenienter additur. Vestra, ad distinguendū sapientiam sanctorum seu catholicorū, quæ est ipsa sacra scriptura, à sapientia Philosophorū, & hoc potissimè in duobus, videlicet in proprietatibus de Deo cognitis, & in fine cognitionis. Licet enim philosophi habuerint cognitionē de Deo, hoc tamē solū fuit quantum ad proprietates, quæ de ipso possunt concludi per inuestigationē rationis procedentem ex creaturis, sicut philosophus. xij. Metaphy. probat eius veritatem, & octauo Physicorū virtutis infinitatē, & sic de similibus. Sed prophetæ & apostoli sancti, qui hanc scripturā nobis tradiderunt per reuelationem spiritussancti, habuerunt cognitionem de proprietatibus diuinis trāscendentibus inuestigationē rationis, vt de pluralitate personarum, & earum distinctione in vnitate essentiæ, & consimilibus. Item philosophi cognitionem de Deo habitam non ordinauerunt ad alium finem, sed ipsam quæsierunt propter ipsum speculari tantum, inquantum est perfectio ipsius cognoscētis. Cognitio autem Dei, quæ in sacra scriptura traditur, ad hoc principaliter quæritur, vt per ipsam ipse speculans seu contemplans feratur in amorem ipsius obiecti cogniti scilicet Dei, ipsum super se, & super omnia diligendo. Et propter hoc saluator Matthæi vigesimo secundo, dicit quòd in duobus præceptis charitatis tota lex pendet & propheta, &. Apostolus primæ ad Timothe. i.b. Finis præcepti est charitas de corde puro. & cōscientia bona, ac fide nō ficta Et quia philosophi suo sensu inniti entes, hunc finem non attenderunt. ideo errauerunt, propter quod eorum sapientia, insipiētia nominatur: ad Roma. primo cap. Qui cum Deum cognouissent, nō sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Sed quoniam sacra scriptura non solum excellit alias, inquantum est de subiecto nobiliori: sed etiam inquantum procedit modo certiori, videlicet per diuinam reuelationem, cui non potest subesse falsum, ideo subditur in autoritate præmissa. Et intellectus coram populis. Intellectus enim propriè dicitur habitus principiorum, circa quæ non est error, vt iam dictum est: propter quod illud quod concluditur directe ex illis, iudicatur simpliciter esse verum, & quod inuenitur eis repugnans, iudicatur simpliciter esse falsum. Ita simiter quicquid ex sacra scriptura manifestè concluditur, verum iudicatur, Quod autem ei repugnat, falsum simpliciter reputatur, & ideo sacra scriptura, non solum vocatur sapientia, sed etiā cum hoc intellectus. vnde dicitur Ecclesiastici. decimoquinto. a. Implebit eum spiritu sapientiæ, & intellectus Et Colos. primo. b. Impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia, & intellectu, &c. Et sic patet primum.

Scientiæ horum duobus accipitur.

Sapientię & scientiæ dria.

Circa secundum considerandum quod sub consideratione alicuius scientiæ non solum cadit subiectum, sed etiam ea quæ habent attributionem ad ipsum: vt habetur quarto Metaphys. Sicut sub consideratione medici non solum cadit sanitas vel corpus sanabile. sed etiam vrina, inquantum est indicatiua sanitatis: & potio, inquantum est factiua eius, & dieta, inquantum est ipsius conseruatiua, & sic de aliis. Omnia autem creata habent attributionem ad ipsum Deum, qui est huius scientiæ subiectum, propter quod ista scientia est quodammodo consideratiua omnium. In quo apparet eius continentia generalis, quæ notatur in verbo primitus præassumpto, cum dicitur. Omnia. de quo potest exponi quod dicitur Sapientiæ primo. b. Hoc quod continet omnia scientiam habet vocis, vt sit sensus. Hoc scilicet volumen sacræ scripturæ, quæ licet diuidantur in plures libros partiales: tamen vtcligunturin vnum volumen, quod Biblia appellatur. Continet omnia: quia hæc scientia est quo dammodo omnium consideratiua. Scientiam habet vocis: de proprietate vocis est, quod sit verbi significatiua, & proprium est sacræ scripturæ, quod sit diuini verbi expressiua: secundum quod manifestè habetur Ioannis primo. a. In principio erat verbum, &c. Et quia per verbum omnia facta sunt, vt ibidem subditur: ideo omnia sub consideratione huius scientiæ continentur. Non tamen sub propriis rationibus singulorum: quia hoc pertinet ad scientias particulares, & humanitus inuentas, sed inquantum ex omnibus creatis manuducimur in cognitionem, & dilectionem Dei per veram fidem charitate formatam: ad quam consideratio huius scientiæ ordinatur: vt prædictum est. Et hoc est quod dicit Augustinus decimoquarto de Trinitate, cap. primo. Non vtique quicquid sciri potest ab homine in rebus humanis, vbi plurimū superuacuæ vanitatis & noxiæ curiositatis est, huic scientiæ tribuens, sed illud tantummodo quo fides saluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. Vnde, & Ioannis decimosexto. c. Saluator loquēs de spiritusancto cuius reuelatione tradita est hæc scriptura dicit, Docebit vos omnem veritatem: Glossa: necessariam ad salutem. Et sic patet secundum.

Speculi simi litudinem habet.

Sapientiæ diuinæ præceptores qui sunt.

Circa tertium quod est intelligentia speculatis, quod notatur, cum dicitur, liber: considerandum, habet similitudinem speculi. Quia sicut in speculo apparent formæ sensibiles sic in libro relucent intelligibiles veritates. Vnde, & diuina præscientia in qua relucent omnes veritates, liber vocatur. In quo libro leguntur sancti Apostoli, & Prophetæ qui hanc scientiam tradiderunt. Et hoc est quod dicit glo. super illud Esaiæ trigesimo octauo. a. Dispone domui tuæ, &c. Glossa. Prophetæ in ipso libro præscientiæ Dei, in quo omnia scripta sunt legere possunt. Quod tamen non est sic intelligendum, quod prophetæ viderint ipsam Dei essentiam, quæ idem est cum eius præscientia: quia prophetica cognitio cum habeat ænigma, euacuatur in tali visione secundum quod dicit Apostolus. i. Corinthiorum decimo tertio. c. Sed pro tanta dicuntur prophetæ in libro præscientiæ Dei legisse: quia per species diuinitus impressas mentibus prophetarum, & per lumen propheticum eis proportionatum, videbant suo modo veritatem à Dei scientia ad eos derivatam per reuelationem. Sicut intellectus possibilis virtute luminis intellectus agentis insistit in speciebus à phantasmatibus acceptis sibi proportionabiles veritates. Nos autem qui talem cognitionem non habemus quia lumine prophetico illustrati non sumus, non possumus legere in dicto libro, sed in libro scripturæ sacræ nobis tradito à prophetis

Quadruplici sensu exponi potest litera aliqua,

Habet tamen iste liber hoc speciale, quod vna litera continet plures sensus. Cuius ratio est: quia principalis huius libri autor est ipse Deus: in cuius potestate est non solum vti vocibus ad aliquid significandum (quod etiā homines facere possunt, & faciūt) sed etiā rebus significatis per voces vtitur ad significandū alias res, & ideo commune est omnibus libris, quod voces aliquid significent: sed speciale est huic libro quod res significatæ per voces aliud significent. secundū igitur primā significationem quæ est per voces accipitur sensus literalis seu hystoricus. Secundum verò aliam significationem quæ est per ipsas res accipitur sensus mysticus seu spiritualis. Qui est triplex in generali, quia si res significatæ per voces referātur ad significandum ea quæ sunt in noua lege credenda, sic accipitur sensus allegoricus. Si autem referantur ad significādum ea quæ per nos sunt agenda, sic est sensus moralis, vel tropologicus. Si autem referantur ad significandum ea quæ sunt sperāda in beatitudine futura sic est sensus anagogicus. Et dicitur ab, ἀνάγω, quod est sursum tollo. Vnde versus.

Sufficienter la quatuor ex positionum sensuum sacræ scripturæ.

Litera gesta docet, quid credas allegoria.
Moralis quid agas, quo tendas anagogia.

Et istorum quatuor sensuum potest poni exemplum in hac dictione Hierusalem. Quæ secundum sensum literalem significat quandam ciuitatem: quæ fuit quondam Metropolis in regno Iudææ: quæ primo fuit fundata à Melchisedech: postea per Salomonem dilatata & fortificata. Secundum sensum verò moralem, significat animam fidelem, secundum quem sensum dicitur Esaiæ quinquagesimo secundo. a. Consurge sede Hierusalem, &c. Secundum sensum verò allegoricum significat ecclesiam militantem, secūdum quem dicitur Apocalypsis vigesimo primo. c. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Secūdum verò sensum anagogicum significat ecclesiam triumphantem, secundum quod dicitur Galath. quarto. d. Illa quæ sursum est Hierusalem, est libera quæ est mater nostra. Et sicut positum est exemplum in vna dictione, ita posset poni in vna oratione. & sicut in vna, ita & in aliis. Igitur de isto libro sub vna litera continente plures sensus, dicitur Ezechielis secundo. d. Ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum corā me, qui erat scriptus intus & foris. Et Apocalypsis 5. a. Vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus & foris. Scriptura exterior est sensus literalis, qui est patentior, quia per voces immediatè significatur. Scriptura autem interior est sensus mysticus vel spiritualis, qui est latentior, quia per res significatas vocibus designatur vt prædictum est. Et sic patet tertium.

Circa quartum in quo notatur efficacia salutaris, cum dicitur, vitæ. Considerandum, quod sicut dictum est à principio, nulla alia scriptura nisi ista ducit immediatè ad vitam beatam, quæ sola est vita simpliciter: quia mortem nescit. Ideo saluator Ioannis quinto. f. loquens de efficacia huius sacræ scripturæ, dicebat Iudæis in lege peritis, Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere.

Sensus literalis necessitas.

Literalis sensus obfuscatio vnde acciderit tēpore moderno.

Circa quod sciendum, quod hoc verbum putatis, quod importat falsi opinionem, vel saltem veri dubitationem, nō refertur ad ipsam sacram scripturam, qua nullum falsum continet, vt patet ex supradictis. Nec est etiam dubium quin ad vitam perducat beatam, cum sit quoddam instrumentum perueniendi ad æternam felicitatem, vt patet ex verbis beati Augustini superius inductis. Sed refertur ad legisperitos scripturam sacram male exponentes, & male viuentes, propter quæ merito priuandi erant à cōsecutione beatitudinis æternæ, qua est finis huius scientiæ, quam sine dubio consequuntur eam sanè intelligentes, & secundum sanum ipsius intellectum piè viuentes. secundum quod dicitur Ecclesiastici vigesimoquarto. c. Qui elucidant me vitam æternam habebunt. Elucidatur autem sacra scriptura in vera ipsius expositione. & in sancta operatione, quia hæc scriptura, tanquam omnibus eminentior, continet perfectiones scientiæ practicæ & speculatiuæ. Et sic per veri cognitionem, & bonæ operationem, perducit ad vitam beatam. Quam nobis concedat qui sine fine viuit & regnat.

PROLOGVS SECVNDVS DE intentione autoris & modo procedendi.

VIDI In dextera sedentis super thronum librum scriptū intus & foris. Apocalypsis quinto. a. Sicut dictum est in Prologo præcedenti, liber iste est sacra scriptura, qui dicitur scriptus exterius quantum ad sensum literalem, & interius quantum ad sensum mysticum, & spiritualem. Qui licet tripliciter diuidatur in generali, vt prædictum est, & licet sub quolibet membro possit fieri expositionum mysticarum multiplicatio in speciali, omnes tamen præsupponunt sensum literalem tanquam fundamentum. Vnde sicut ædificium declinans à fundamento, dispositur ad ruinam: ita expositio mystica discrepans à sensu literali, reputanda est indecēs & inepta, vel saltem minus decens cæteris paribus, & minus apta, & ideo volentibus proficere in studio sacræ scripturæ, necessarium est incipere ab intellectu sensus literalis. maximè cum ex solo sensu literali, & non ex mystico, possit argumentum fieri ad probationem vel declarationem alicuius dubij, secundum quod dicit Augustinus in epistola contra Vincentium Donatistam.

Vlterius considerandū quòd sensus literalis, à quo est incipiendum, vt dictum est, videtur multum obfuscatus diebus modernis: partim scriptorum vitio, qui propter similitudinem literarum in multis locis aliter scripserunt quàm habeat veritas textus, partim imperitia aliquorum correctorum, qui in pluribus locis fecerunt puncta vbi non debent fieri, & versus inceperunt vel terminauerunt, vbi non debent incipi & terminari. Et per hoc sententia literæ variatur, vt patebit in suis locis infrà prosequendo, domino concedente partim ex modo translationis nostræ, quæ in multis locis aliter habet quàm libri Hebraici. secundum quod declarat Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus, & in pluribus aliis locis, & alij expositores sacræ scripturæ legēdo vel scribendo idē dicunt, & tamen secundū Hieronymū in secundo Prologo super Genesim, & in pluribus aliis locis, pro veritate literæ habēda in scriptura veteris testamēti recurren-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prologi Nicolai de Lyra in postillam Bibliæ.

A currendum est ad codices Hebræorum. In hoc tamen valde cauendum est, quantum ad locos scripturæ veteris testamenti, qui de Deitate Christi ac de consequentibus ad hoc loquuntur. Quorum aliquos Iudæi corruperunt ad defensionem sui erroris, vt partim declarauimus in quadam quæstione de diuinitate Christi & declarabo plenius quando loci tales occurrent, domino concedente. In illis autem in quibus non est verisimile quòd aliquid immutauerint, cum nec causam hoc faciendi habuerint, nullum videtur periculum, sed magis securum secundum dictum Beati Hieronymi in dubijs recurrere ad textum Hebraicum tanquàm ad originale, pro veritate textus declaranda.

Literalis sensus multum obumbratus est per modernos expositores

Scendum etiam quòd sensus literalis est multum obumbratus, propter modum exponendi communiter traditum ab alijs: qui licet multa bona dixerint, tamen parum tetigerunt literalem sensum: sensus mysticos intantum multiplicauerunt, quòd sensus literalis inter tot expositiones mysticas interceptus, partim suffocatur. Item textum in tot particulas diuiserunt & tot cõcordantias ad suum propositum induxerunt quòd intellectum & memoriam in parte confundunt, ab intellectu literalis sensu animum distrahentes. Hac igitur & similia vitare proponẽs cum Dei adiutorio intendo circa literalem sensum insistere, & paucas valde & breues expositiones mysticas aliquando interponere: licet raro. Similiter intendo non solum dicta doctorum catholicorum, sed etiam Hebraicorum maxime Rabbi Salomonis qui inter doctores Hebræos locutus est rationabilius, declarationem sensus literalis inducere. Aliqua etiam dicta Hebræorum valde absurda aliquando, licet valde raro interponam: non ad tenendum ea, vel sequendum: sed vt per hæc appareat, quanta cæcitas contigerit in Israel secundum dictum Pauli apostoli Ad Romanos vndecimo: Propter quod etiam dictis Hebræorum non est inhærendum, nisi quantum rationi consonant & literæ veritati. Item omissis prologis, à principio Genesis incipiam. Tum quia residuum vitæ meæ non credo ad expositionem totius sacræ scripturæ sufficere, & ideo nolui in exponendis dictis beati Hieronymi: vel alterius cuiuscunque doctoris immorari. Tum quia dicti prologi parum faciunt ad intellectum librorum sequentium, vt mihi videtur. Aliquorum tamen librorum prologos exposui, super quos scripsi, antequam à libro Genesis inchoarem. Postremò, quia non sum ita peritus in lingua Hebraica vel Latina, quin in multis possim deficere: ideo protestor quòd nihil intendo dicere assertiuè, seu determinatiuè nisi quantum ad ea quæ manifestè determinata sunt per sacram scripturã vel ecclesiæ autoritatẽ: cætera verò omnia accipiãtur tãquã scholastice, & per modũ exercitij dicta. Quapropter omnia dicta & dicenda suppono correctioni sanctæ matris ecclesiæ ac cuiuslibet sapientium lectorem, & charitatitatiuũ flagitãs correctorẽ.

B Protestatio scribentis.

Septẽ regulæ exponẽdi sacrã scripturam obseruandæ.

Veruntamen antequam descendã ad expositionem literæ præmitto septem regulas exponendi sacram scripturam, quas tangit Isidorus primo libro de summo bono: capite vigesimo. Et vocantur istæ regulæ ab aliquibus claues, quia per eas intellectus scripturæ aperitur in multis.

Prima

Prima est de domino Iesu Christo & eius corpore mystico, quod est ecclesia, quia propter connexionem capitis ad corpus sacra scriptura sub vno contextu quasi sub eadem persona aliquãdo loquitur de vtroque: & de vno transiens ad aliud. verbi gratia. Esa. 61. d. Induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatã monilibus suis. Quod enim dicitur hic: Quasi sponsum, &c. intelligitur de Christo. Et quod subditur, quasi sponsam, &c. intelligitur de ipsa ecclesia, Similiter Can. 1. a. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, cùm enim dicitur, osculetur me, &c. verbum sponsæ sui sponso desiderãtis, & quod subditur, quia meliora sunt vbera, &c. verbũ est sponsi sponsam cõmendantis. Vnde talibus sic connexis ratione prædicta debet lector prudẽs attendere quid cõuenit capiti, & quid corpori.

secunda regula.

Secunda regula est de corpore domini vero & simulato. Ecclesia enim, quæ est corpus domini mysticum, vt prædictũ est, est quasi sagena nondum tracta ad litus: & ideo habet malos permixtos cum bonis vsque ad iudicium in quo separabuntur hi ab illis: & ideo in sacra scriptura aliquando mali commendantur cum bonis quibus sunt permixti: sicut Osee vndecimo. a. Puer Israel, & dilexi eum. Et econuerso aliquando boni vituperantur cum malis, sicut Esaie 1. a. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit: & populus meus non intellexit. Aliquando etiam in eodem textu exprimitur, quid ad bonos pertineat, & quid ad malos, sicut Canticorum 1. b. dicitur: Nigra sum, sed formosa, filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Verba sunt sponsæ, quæ ratione malorum in Ecclesia contentorum dicit. Nigra sum. sed ratione bonorum subdit: sed formosa. At quod subditur (quasi pro exemplo) sicut tabernacula Cedar: ad malos refertur. Cedar enim fuit filius Hismaelis, vt habetur Gen. 25. à quo descenderunt Saraceni. Quod autẽ subditur, sicut pelles Salomonis, refertur ad nos. Per Salomonem enim hic intelligitur ipse Deus, secũdũ expositores Catholicos & Hebræos: & ideo pelles eius dicũtur, quibus operiebatur tabernaculũ, in quo boni colebant Deum.

C

Tertia regula.

Tertia regula est de spiritu & litera. secundum quod accipitur sub eadem litera sensus historicus & mysticus: quia veritas historiæ est tenẽda, & tamen ad spiritualem intellectum est referenda: hoc modo exponitur ista litera communiter. Potest etiam aliter exponi, vt referatur ad sensum literalem tantum sicut & alia. Circa quod considerandum, quòd eadem litera aliquando habet duplicem sensum literalem. Verbi gratia: D primi Paralipo. xvij. c. dicit dominus de Salomone: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et intelligitur de Salomone ad literam, inquantum fuit filius Dei per adoptionem in iuuẽtute: propter quod Nathan propheta vocauit eum amabilem domino, vt habetur secundi Regum xij. cap. Prædicta etiam autoritas, Ego ero illi in patrem, &c. inducitur ab Apostolo ad Hebræ. primo. Tanquam dicta de Christo ad literam: quod patet ex hoc, quia apostolus inducit eam ad probandum quòd Christus fuit maior angelis: talis autem probatio non potest fieri per sensum mysticum, vt dicit Augustinus contra Vincentium Donatistam, vt suprà allegatum est. Prædicta enim autoritas impleta fuit ad literam in Salomone: minus tamen perfectè: quia fuit Dei filius per gratiam solùm, in Christo autẽ perfectius qui est Dei filius per naturã. Licet autẽ vtraq; ex positio sit literalis simpliciter, secunda tamẽ quæ est de Christo spiritualis & mystica est secundumquid, inquantum Salomon fuit figura Christi.

Quarta regula

Quarta regula est de specie & genere, siue de parte ac toto, cum de vno transit ad aliud, & econuerso, sicut Esa. 13. a. Primo loquitur cõtra Babilonẽ specialiter: cũ dicitur. Onus Babylonis, &c. & trãsit ad intelligẽdũ verbũ de toto mũdo generaliter, per hoc quod subditur. A summitate cœli dominus & vasa furoris eius, vt disperdat omnẽ terram. Postea reuertitur ad loquendum contra Babylonem specialiter, cum dicitur: Ecce ego suscitabo super vos Medos, qui argẽtũ nõ quærãt, &c. quia Darius Medus cum Cyro nepote suo cepit Babyloniam, & interfecit Balthasar regem Babylonis, vt habetur Danielis quinto.

Quinta regula

Quinta regula est de temporibus, quæ contingit quadruplicíter. Vno modo per synecdochem, quando ponitur pars temporis pro toto, sicut in Euangelio dicitur. Christum tribus diebus iacuisse in sepulchro: & tamen prima dies & tertia non fuerunt integræ. Alio modo propter minuitias tẽporũ, quæ aliquando in scriptura computãtur, & aliquando omittuntur. Et secundũ hoc scriptura sacra loquens de aliquo numero annorũ in pluribus locis: aliquando in vno loco ponit plures annos minutias prædictas computando. In alio vero loco ponit pauciores dictas minutias omittendo. Tertio modo contingit, in eo quòd computatio annorũ incipit in vno loco à priori termino, in alio à posteriori, sicut Gen. 15. c. dictum fuit Abrahæ. Semen tuum futurum est peregrinũ quadringentis annis. & Exo. 12. f. De ista peregrinatione dicitur, q̃ mansio filiorũ Israel in terra Aegypti fuit quadringentorum trigintã annorum: quia computatio huius E maioris numeri incipit à tẽpore, quo dictum fuit Abrahæ. Gen. 12. a. Egredere de terra tua, &c. Computatio autem minoris numeri incipit à natiuitate Isaac, quæ fuit trigintã annis post egressum Abrahæ de Aran: vt plenius videbitur infr. Exo. 12. Quarto modo contingit, eo quod scriptura sacra loquitur de futuro per modũ præteriti, sicut Es. 9. a. Parvulus natus est nobis, &c. & hoc est ad denotandum certitudinem prophetiæ, cuius euentus de futuro est ita certus, sicut si iam præteriisset. Et hoc est propter certitudinẽ diuinæ prescientiæ, ex qua fit reuelatio ipsi prophetæ. Ad euertendũ tamen q. talis modus loquẽdi nõ habet locum, nisi in prophetia prædestinationis, quæ est quando aliquod futurum contingens reuelatur prophetæ, eo modo quo est in præscientia Dei, quæ infallibiliter futura intuetur sicut præsentia & præterita: In prophetia vero comminationis non habet locum, quæ est quando aliquã pœna reuelatur prophetæ instigenda populo, vel alicui personæ: non secundum quod est in Dei præscientia, sed secundũ ordinem causarum secundarum: vt pote secundum deme rita hominũ, sicut est illa prophetia Ion. 3. b. Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Hanc enim subuersionem meruerunt peccata illius ciuitatis. Veruntamen quia talis causa mutabilis est, ideo effectus aliquando non sequitur, sicut in proposito. quia Niniuitæ egerunt pœnitentiam, & sic dominus non instixit pœnam comminatam.

Sexta regula

Sexta regula est de recapitulatione & anticipatione. In sacra enim scriptura non semper eodẽordine gesta & facta scribuntur, quo fiunt: & ideo quãdo præponuntur posteriora, dicitur ancicipatio, quãdo autẽ fit econuerso. dicitur recapitulatio sicut Gen. 10. de filijs Noe dicitur: Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis vnusquisq; secũdum linguam suam, &c. & inf. eo. ca. Hi sunt filij Cham in cognationibus & linguis & generationibus, &c. Et postea xj. ca. dicitur: Erat autẽ terra labij vnius, & sermonum eorundẽ. Ex quo patet, quod illud quod prædicitur de diuisione linguarum, dicitur per anticipationem similiter Gen. 2. post quam Moyses 1. cap. descripserat creationem cœli & terræ, & distinctionem, & ornatum partium mundi, dicitur: Istæ sunt generationes cæli & terræ in die quo creati sunt. Ex quo patet quòd hoc dicitur per recapitulationem.

Septima regula.

Septima regula est de diabolo & eius corpore: secundum enim quod dicit beatus Gre. hom. 10. Certè iniquorum omnium diabolus caput est, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. Et ideo propter connexionem capitis ad membra: scriptura loquens de vno in eodem contextu transit adloquendum de alio. sicut Esa. 14. ca. loquens de rege Babylonis qui erat diaboli membrũ, transit ad loquendum de principe dæmoniũ, cũ subditur ibidem: Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, quimane oriebaris? Et Ezec. 28. c. loquens de principe Tyri, transit ad loquendum de diabolo. cum subditur: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delitijs paradisi Dei fuisti. His igitur præmissis regulis seu clauibus exppnendi sacram scripturam, cum confidentia diuini adiutorij descendamus ad literam exponendam.

F

PRO-

In Postillam Bibliorum Nico. de Lyra.

PROLOGVS EIVSDEM NICOlai de Lyra in Moralitates Bibliorum.

A VDI in dextera sedentis super thronum, librum scriptum intus, & foris. Apocalypsis quinto. a. Sedens super thronum gloriæ est Deus gloriosus: & sublimis, regens vniuersum. in cuius dextera est sacra scriptura diuinitus data, secundum quod dicitur Deuteronomij trigesimotertio. a. In dextera eius ignea lex. Lex enim veteris, & noui testamenti bene dicitur ignea, quia reuelatione spiritussancti (qui diuinus est ignis) fuit inspirata. Et hæc scriptura bene dicitur liber scriptus intus, & foris: foris quantum ad sensum literalem, intus verò quantum ad sensum mysticum, sub litera latentem. Deus enim qui est auctor huius scripturæ, non solum vtitur vocibus ad aliquid significandum, sed etiam rebus per voces significatis. Et sic festa veteris testamenti significauerunt ea quæ in nouo testamento fiunt. Sicut dicit Apostolus primo Corinthio. decimo. c. Omnia in figura contingebant illis. Sensus igitur, qui per voces significatur, propriè dicitur literalis: Ille verò qui per res significatur, mysticus nominatur, & hic est triplex: quia si per talem modum significetur aliquid pertinens ad credibilia, dicitur allegoricus. Si autem pertineat ad agibilia, dicitur moralis. Si autem ad speranda in beatitudine futura, dicitur anagogicus: ἀναγωγικὸς, id est, mysticus, nos in altum ducens. Vnde versus. Litera gesta docet, quid credas allegoria. Moralis quid agas, quo tendas anagogia. Exemplum in hoc nomine Hierusalem. quod secundum sensum literalem significat quandam ciuitatem in terra Iudæ sitam. Et quoniam hæc ciuitas à Deo fuit electa ad diuinum cultum, vt habetur. iij. Regum. xviij. qui colitur in anima viri iusti, & in ecclesia militante, & etiam triumphante ideo Hierusalem secundum sensum moralem in sacra scriptura signat animam fidelem, secundum sensum allegoricum ecclesiam militantem, & secundum sensum anagogicum ecclesiam triumphantem.

Literalis sensus

Moralis

Mysticus

B

Quadruplex sensus sacræ scripturæ.

Sciendum autem, quod licet sacra scriptura habeat quadruplicem sensum prædictum, hoc tamen non est in qualibet sui parte, secundum quod dicitur in collationibus patrum, collatione octaua. Nam alicubi habet tantum sensum literalem sicut Deutero. sexto. a. Audi Israel, dominus Deus tuus, dominus vnus est. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, &c. in istis enim, & consimilibus non est mysticus sensus requirendus. Alicubi verò non habet literalem sensum propriè loquendo. Verbi gratia, Iudicum. ix. b. Ierunt ligna vt vngerent supra se regem, &c. Et Matt. v. c. Si manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te. Sensus enim literalis est propriè, qui significatur, vt prædictum est, & talis sensus non est hic. nec in consimilibus. Sequeretur enim quod sensus sacræ scripturæ esset falsus, quia ligna nunquam hoc fecerunt, nec facere potuerunt. Similiter saluator non monuit quod homo manum sibi abscindat ad literam: Sed in istis est tantum sensus mysticus qui per res significatas intelligitur. Nam per ligna intelliguntur habitatores vrbis Sichen, qui fecerunt Abimelech super se regem vt ibidem in textu exponitur, & per manum abscindendam, intelligitur amicus quantũcunque propinquus, præbens occasionem ruinæ, & hu

Parabolicus sensus

ius familiaritatẽ debet homo abscindere à se. Quod autem aliqui doctores dicunt sensum parabolicum esse intelligendum largè loquendo, quia vbi non est sensus per voces significatus, parabolicus est primus: & ideo largè loquendo dicitur literalis, eo quod literalis est primus quando non est ibi alius: & ad hoc significandum ipsi dicunt parabolicum contineri sub literali, & hoc modo loquendo ego sensum parabolicum vocaui in pluribus locis literalem, scribendo super libros sacræ scripturæ. Alicubi verò sacra scriptura habet sensum literalem, & mysticum, sicut in Gene. dicitur. quod Abraham duos filios habuit, scilicet Isaac, & Hismaelem: &

C hoc est verum secundum literalem sensum, & similiter secundum mysticum. Nam per illos allegoricè significata fuerunt duo testamenta, vt dicit Apostolus ad Gal. 4. Et eodem modo moraliter possunt significari duo filij spirituales vnius prælati, quorum vnus proficeret & alter deficeret, & anagogicè angeli stantes, & cadentes. ità sicut dictum est, sensus mysticus est qui per res significatur, & vnius rei subiectiuæ sunt plures proprietates reales, & aliquãdo valde vniuersales. ideo vna res subiectiuè aliquãdo mystic̃ plura & diuersa significat. Sicut leo per proprietatẽ cõstantiæ Christũ significat Ap. v. Ecce vicit leo de tribu Iuda, & per voracitatem significat diabolum. prima Petr. v. c. Aduersarius vester diabolus: tanquam leo rugiens, circumit quærens quem deuoret.

Postquam autem sacram scripturam cum Dei adiutorio exposui secundum literalem sensum, & Deus dedit mihi spacium vitæ, confisus de Dei auxilio propono eam iterum exponere secundum sensum mysticum, vbi est mysticè exponenda, prout mihi dominus dabit, non tamen intendo omnes sensus mysticos scribere, nec per singula verba discurrere: sed aliqua breuiter ordinare, ad quæ lectores Bibliorum ac prædicatores verbi Dei recurrere poterunt, prout, & quando eis videbitur expedire. Ne quis miretur si in expositione mystica plura dimittam. Nam hoc faciam propter breuitatem: & quoniam sic fecerunt præcedentes expositores, & etiam Christus qui Matt. xiij. b. & Marci. iij. b. exponens parabolam seminantis, illud quod dicitur in fine: Dederunt fructum: aliud centesimum, aliud sexagesimũ, aliud tricesimũ. inexpositum dimisit in alia parabolarum expositionibus similiter fecit ipse Christus. Igitur in nomine Iesu Christi incipiam à libro Genesis: & per alios consequenter D discurram: quandiu dominus donabit mihi gratia mihi vitam.

ADDITIONES AD POstillam magistri Nicolai de Lyra super Biblia editæ à reuerendo patre domino Paulo de Sancta Maria magistro in Theologia episcopo Bur. Archicancellario Serenissimi principis domini Ioannis regis Castellæ, & legionis incipiunt. Quas venerabili viro Alfonso legum doctori, decano Compostellano filio suo ex legitimo matrimonio genito direxit: præmittens ei prologum sub forma sequẽti. Finiuit autem eas anno domini. M. cccc. xxix. Quibus etiam insertæ sunt Replicæ magistri Mathiæ Doring. eiusdem ordinis minorum fratris, & Theologi optimi prout clarius videbitur in processu.

QVOD tibi vir vt viuens donem dilectissime fili: aut successionis titulo post vitam relinquam nisi quod ad sacrarum scripturarum notitiam conferat: & gressus tuos in Catholicæ veritatis solidissimo feruore confirmet. Hæc est enim quã corde gesto, ac ore profiteor: & de qua puto scriptum fuisse. Pater filijs notam faciet veritatẽ suam, quam cum ab in E cunte ætate non recepissem sed sub Iudaicæ cæcitatis perfidia natus, sacras literas non à sacris doctoribus didicissem ab erroneis magistris erroneos sensus trahebam, literam rectam nõ rectis cauillationibus (vt cæteri illius perfidiæ duces) temerariè inuoluere satagens. Cũ verò placuit illi cuius misericordia mensuram non habet, me à tenebris ad lucem, à caliginosa turbine ad serenam aerem renocare: cecciderunt quodammodo squamæ de oculis mentis meæ: & copi scripturam sacram aliquanto studiosius relegere, & iam nõ perfidè sed humiliter veritatem inquirere, & ingenij mei viribus non confidens toto corde à domino postulare, vt quod salubrius animæ meæ esset, cordi meo infigere dignaretur, nocte dieque eius auxilium præstolabar. Sicque factum est, vt Catholicæ fidei desiderium in mẽte mea de die in diem fortius incandesceret, quo in ipsam fidem quam corde gerebam, publicè profitere: & ea ferè ætate qua tu nunc es, Baptismi sacramentũ in huius ecclesiæ sacro fonte susc̃epi, Pauli nomen assumens, te nunc infantiæ innocentia gaudente, qui post me in ætate illa tenera sacro lauacro ab originalis culpæ mundatus es, antequã actualiniquinari valuisses nomen Alfonsi susc̃episti, prius quam literas nominare nouisses. Procedente verò tempore sacrarum literarum studio insistẽs, vt iusque testamenti lectioni operam dedi, & interdum à magistris viuentibus audiendo. Sapientiorũ doctorum aliorumq; insignium vivorum, qui ab hac vita trãsierunt opera relegendo, diuina donãte clemẽtia qui prius fueram magister errorũ, factus sum discipulus veritatis: quousque ad hanc quam vides senectutem accesserim. Et (vt verum tibi fatear) inter pressuras seculi: & curiæ nostræ curas, quibus quandoq; remitatur sum, hæc fuit præcipua delectatio mea: hoc singulare solatium meum æternum, & immutabilem Deum, eiusque mirabilia opera in sancta, & immaculata legis sue lectione contemplari. Nec tamen hi quos prosperos vulgus appellat successus defuerunt. Nam me licet prorsus immeritum, non ad parvum excellæ gradum diuina gratia sublexit. Primò enim ad Carthaginiensem, deinde ad hanc Burgens. sedem promotus, amplissimis ecclesiæ Dei fauoribus sum nutritus, ecclesiasticis et am secularia adiecta sunt tamen tam in domo gloriosæ memoriæ illustrissimi regis Curricij quo eius illu. tis plantæ inclyti regis nostri pragrandi officio susc̃epto satis familiariter fum versatus. Fratrem verò tuum primogenitum, ac te quam clementer quam pie omnipotentis clementia tractauit, ego non referam, vos ipsi cognoscite. Vnum F est quod silentio committere non possum, nobis ex Leuitico sanguine descendentibus aliquantulum demonstratum fuisse, quod ante tot secula scriptum est, tribui Leui non fuisse datam possessionem: quia dominus est possessio eius, Deus enim est possessio nostra. Christus hereditas nostra qui purgaturus filios Leui, vt sacrificia domino in iustitia offerrent, voce prophetica antiquitus prædicatos: his iam diebus manibus nostris sacrificium verum tractari permittit, vtinam sic acceptans, sicut, & tolerans. Nec volo ista me putes superuacuè iactanter ve inseruisse, vitamque meam frustra annunciasse tibi, cum non superuacuũ, quinimo necessarium reor omnipotentis beneficia cognoscere, & arrogantiæ attribuendum non est infirmitatis propriæ aperta, & inficta confessio. præsertim cũ tibi loquar à cuius memoria hæc excidere nullo vnquam tempore vellem. Nec enim puto me satis gratum tantorum beneficiorum receptorẽ agere, si cum vita mea illorum recognitio quiescat. Tibi autem non alteri inter cæteros hoc libenter enarro, vt qui beneficio ætatis non vidisti, saltem à patre audiens memoriæ tradas, successoribusque quos forsan non audierunt, cùm horum occurrerit sermo: frequenter enarres, vt & illi enarrent filijs suis ne obliuiscãtur operum do-

MIRI

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prologus Additionum D Pauli Burgensis

mini, sed legem eius exquirant. Cuius clariori exquisitioni, fili charissime, cum non modicum conferant studium, & disciplina, ad quæ te (licet iuuenili doctrinæ & puericia occupatum) interdum anhelare conspicio & inter studia iuris, & disceptationem forensium occupationes, vtriusque testamenti spicas quasi furtim ruminare tentantem aliquo munusculo excitare sæpe proposui, desideriumque tuum paterno fauore iuuare.

Et quoniam inter innumerabilia pene opera, quorum varietate diuina scriptura circumdata refulget, Postilla Nicolai de Lyra tam sui tenoris, quamdigna celebritate clarescit, qui vtriusque testamenti studiosè discurrens, literalem sensum, qui inter cæteros præcipuus est, copiosa luculentia tradidit, hanc tibi donare proposui. Et cùm infirmitatis humanæ periculo detentus, desiderium meorum finem susscipiat: Memor sum illam tibi ex Bibliotheca mea electam, iam bis præelegisse. Cùm verò summi patris clementia vitam meam misericorditer prolongauit, visum mihi est, vt quod legare conceperam inter vinos, nunc nudè donarem, sed paterna additamenta paterno munusculo cumularem, & in Gazophilacio eius, qui vitæ dies addidit, etiã si modicũ aliquid superadderẽ. Nec enim quia multa dare nõ possumus, manũ ex toto retrahere licet. Vnusquisque enim tanti debitor est, quantum ingenij sui vires exsoluere valent, nec quisquam apud Deum soluendo non est, cum vltra facultatem non petit nec opulentior debitor est, cùm nihil habeat quod non receperit, sed misericordia eius his quæ possumus contentatur. Iustitia enim omnia quæ videmus transcendit, Cùm ergo Postillam hanc discurrissem, & si solennissimè & mirãda copiositate scriptam conspicio: quia tamen nullũ opus humanum adeo perfectum est, quin ei superaddi aliquid possit. Et de sola scriptura diuina scriptum est: Ne addas quicquam verbis illius, expedire putaui aliquibus in locis aliqua additare, in illis permaximè, vbi sanctorum doctrinas aliquatenus prætermissas conspexi. Nec fuit propositi mei curiosè inquirere quid supplerem, sed libenter fine supplementis transiui,
Prou. 30.a. nisi vbi ipsa me supplementa vocarunt. Quare nec volumen proposui scribere, nec libri nomine gloriari, sed postillam ipsam cum paucis admodum additionibus in margine transcriptis tibi donare, vt & ipsi nouitij studentes facere solent, qui cum librum aliquem affectuosè perlegunt, aliquibus glosulis sæpe manu propria conscriptis margines occupant, vt firmius memoriæ quod legerint, tradant. Nondum tamen vti propositi, totam postillam discurrere valui: Tum ætatis pondere, & passionum illi adhærentium grauitate: Tum tarditate ingenij: Tum etiam occupationum multitudine, & humanorum casuum varietatibus obsistentibus, quæ hu in parte nonnunquam abundant. Sed licet aliqua ex parte nondum perfecerim, quod transcursum est confestim dono, reliquum si Deus compleri
B permiserit donaturus. Nec enim imperfecti occasione quod scriptum erat retinere volui, imo in quasdam aras commercij nostri illico tradere. Hoc est ergo fili mi testamentum meum, hi sunt codicilli mei, hoc ex illis præ-legatum agnosce, vt in lege domini sit voluntas tua, & in lege eius mediteris die ac nocte. Meditationem verò tuam, hæc, & similia relegendo, puriorẽ profecto, & suauiorem efficies gratanter. Igitur donũ hoc tui parentis paterna accepta affectione, & læta manu donatũ. Sed omittamus hæc, & omnipotentis Dei cuius opus aggredimur, & à quo, & cum quo omnis sapientia fuit semper, & est ante æuum, auxilio humillimis precibus inuocato quicquid huic postillæ addidimus, stilo plano, omni verborum flore deposito exprimẽtes, manũ aratro iam ponamus.

Super prologum primum postillæ qui incipit *Hæc omnia liber vitæ*. Similiter super secundum prologum eiusdem postillæ qui incipit *Vidi in dextera sedentis super tronum, &c.*

Sequitur additio super vtrumque prologum.

Literalis sensus cæteris dignior. C QVONIAM intentio postillatoris præcipue versatur circa sensum literalẽ, ideo ante omnia quærendũ videtur, vtrum sensus literalis cæteris sensibus sacræ scripturæ sit dignior, & videtur q̃ non. Nam secundum Apostolum. ij. Corin. iij. b. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Sed sensus literalis propriè fundatur in litera. Sensus verò spiritualis fundatur proprie supra significationem spiritualem, qua res significatæ per literam vlterius alias res significant, ergo sensus literalis sacræ scripturæ non viuificat, sed occidit, & per consequens non est dignior cæteris sensibus. Præterea dignior est doctrina quæ habetur per sensus spirituales, quàm illa quæ habetur per sensum literalem, ergo spirituales sensus sunt digniores. Tenet consequentia, quia quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. ad Ro. xv.a. Assumptum probatur Nam per sensum allegoricum habentur quæ sunt credenda, quod pertinet ad fidem. Per sensum anagogicum, quæ sunt speranda, quod pertinet ad spem. Per sensum verò tropologicum quæ sunt agenda: quod pertinet ad charitatem. In quibus scilicet tribus virtutibus proprie Deus colitur secundum Aug. Per sensum verò literalem habetur historia tantum. Quod autem per prædictos quatuor sensus intelligantur quatuor prædicta. patet per versum allegatum in prologo postillæ, & est communis sententia expositorum, in quo versu dicitur, Litera gesta docet quid credas, allegoria. Tropologia quid agas, quid speres anagogia

anagogia: Præterea secundum philosophum j. Posterio. Vnumquod- D
que propter aliud, & illud magis sed sensus literalis est propter sensum spiritualem, igitur sensus spiritualis est dignior, consequentia tenet: & antecedens pro secunda parte probatur. Nam sensus literalis se habet ad sensus spirituales, sicut fundamentum ad ædificium prout ponit postillator in secundo prologo. Constat autem quod fundamentum est propter ædificium, & non econtra. Præterea, sensus literalis accipitur secundum primam significationem literæ qua voces significant res, prout communiter tenetur, & postillator ponit in primo prologo, sed secundum primam significationem qua voces res significant multa falsa reperiuntur in sacra scriptura, specialiter attribuendo Deo quod Deo minimè competit, sicut motus localis: vt Gene. xi. descendit Deus vt videret ciuitatem, & turrim, &c. & sic de multis aliis, quæ tamen in sensu spirituali non reperiuntur, ergo sensus literalis non est dignior. Præterea illa quæ sunt interiora tam in corporalibus quàm in spiritualibus, exterioribus sunt digniora. In corporalibus enim illa in quibus principaliter consistit vita animalis sunt in interioribus eius partibus sicut cor. Idẽ etiã patet in spiritualibus. s. quod illa quæ sunt interiora fortiora sunt, & in dignitate potiora sicut patet in tabernaculo fœderis, in quo arca testamenti ponebatur in loco interiori qui dicitur sancta sanctorum. Catera vero in loco magis exteriori bus secundũ gradum sanctitatis eorum, vt patet Exo. xl. similiter. ij. Reg. viij. Idem patet in sacramẽtis ecclesiæ in quibus inuisibilis gratia quæ interius datur, dignior est quàm visibilis forma quæ apparet exterius. Cum autem sensus literalis dicitur scriptus esse in libro foris, sensus verò mysticus intus, vt patet Apoca. v. a. in autoritate allegata per postillam, vbi dicitur, Vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus & foris. Consequens est quòd sensus literalis sit minoris dignitatis respectu sensus spiritualis. Præterea notitia humana communiter procedit à minus perfectis ad magis perfecta. prout patet non solum in humanis scientijs, quæ procedunt à sensibus & particularibus, & terminantur in summis rerum causis, sed etiam in his quæ ad noticiam diuinorum pertinent, Vnde Ro. j. c. Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sed in studio sacræ scripturæ incipiendum est ab intellectu sensus literalis: vt postillator dicit in summa, ergo sensus literalis non est dignior. Præterea ille sensus scripturæ debet dici dignior qui alterius defectum supplet, sed sensus spiritualis quandoque supplet defectum literalis sensus. Dicit enim Greg. in moral. Cum ordo historiæ deficit, sese nobis intellectus mysticus quasi apertus iam foribus ostendit: ac si patenter clamet, quia rationem literæ defecisse cognoscitis, restat vt ad spiritualem sensum
E fine dubitatione redeatis: ergo literalis sensus non est dignior quàm spiritualis. Sed contra. Sensus ille ad quem tantum pertinet honor sacræ scripturæ, propriè debitus, est cæteris sensibus virtuosior seu dignior, cum honor sit præcipuum signum virtutis, vt in j. Ethi. Sed sensus literalis sacræ scripturæ est huiusmodi, ergo sensus literalis inter cæteros est dignior. minor patet secundum Aug. in epistola ad Hiero. Solum enim scripturarum libris qui canonici appellantur hunc honorem didici deferre vt nullum autorem eorum scribendo errasse aliquid firmissimè credam. Constat autem quod huic honorem non habet sacra scriptura secundum sensum spiritualem, quia si sic ex tali sensu spirituali posset sumi efficax argumentum, quod esset contra Aug. in epistola ad Vincentium Donatistam dicentem, quod ex solo sensu literali argumentum efficax sumitur. In hac quæstione sex videntur consideranda. Primum, quis dicendus sit sensus sacræ scripturæ literalis, & quis spiritualis. Secundum, an quilibet passus seu textus sacræ scripturæ exponatur quadruplici sensu supra tacto. Tertium, an cuiuslibet passus seu textus sacræ scripturæ sit tantũ vnus sensus literalis, vel quandoque plures. Quartum posito quod aliquando vnus textus seu vna autoritas sacræ scripturæ habeat plures, quis eorum est alteri præferendus. Quintum, an ex quolibet sensu literali possit sumi efficax argumentum. Sextum, respondendum est ad quæstionem, &c.

Circa primum scilicet quis dicendus sit sensus sacræ scripturæ literalis & quis spiritualis? Dicendum quod sensus literalis quandoque dicitur ille secundum quem aliqua historia narratur ad literam, & hoc videntur sonare verba Gre. in iij. Mor. qui de sensu literali loquens dicit. Dum narrat gestum prodit mysterium. Similiter, & in versu præalleg. dicitur. Litera gesta docet: Sed secundũ hoc sola historialia sacræ scripturæ dicerent habere sensum historialem vel literalem, non autẽ doctrinalia seu prophetica & huiusmodi. Cũ in talibus non videtur narrari aliqua historia, sed hoc est contra communem sententiam expositorum, qui communiter autoritatibus sacræ scripturæ sensum literalem attribuunt. vnde aliter, & magis propriè dicitur sensus literalis. s. ille qui habetur per significationem literæ qua voces significant res, Ille autem dicitur sensus spiritualis qui habetur per significationes rerũ significatarũ per voces, prout in prima parte. q. j. arti. vlti. Et est sententia communis quam sequitur Postillator in prologo. Sed attendendum est quod per prædicta non habetur definitio seu descriptio adæquata sensus literalis, de quo hic agitur. Sunt enim quædã in sacra scriptura tradita, quæ si accipiantur secundũ significationẽ qua voces cõmuniter significant res essent falsa: vt patet in locutionibus parabolicis, & huiusmodi, vt infrà patebit. Vnde addendũ est prædictis: quod sensus sacræ scripturæ ad hoc quod literalis dicitur, requiritur quod sit intentus ab authore sacræ scripturæ qui est Deus. Cuius ratio est: nam

Sacræ scripturæ sensus qui & quot sint.

nam sensus literalis cuiuscunque scripturæ est ille quẽ autor intẽdit cum D
A voces sint earum quæ sunt in anima passionũ notæ: vt in prima Perierme nias: Sed cõstat quod autor sacræ scripturæ est Deus, & sic patet quod sensus literalis de quo agitur est ille qui à Deo intẽditur, & per voces in litera cũ ætas signatur. Ex quibus sequitur quod sensus literalis sacræ scripturæ nõ debet dici ille sensus qui in aliquo repugnat ecclesiæ autoritati seu determinationi, quã uncunque talis sensus sit cõformis significationi literæ, talis enim sensus nõ solum non intenditur ab autore, sed potius est hæreticus. vnde Hier. Quicunque aliter scripturã intelligit, quã sensus spiritus sancti efflagitat, à quo scripta est, hæreticus appellari potest, quod intelligitur de illo qui ad hoc exposi tionẽ sacræ scriptu æ retorquet, quod contrariatur ei quod per spiritũ sanctũ reuelatũ est, Vt secunda secũdæ. q. xi.

Sequitur etiam quod nec habendus est pro sensu literali, ille qui rationi rectæ repugnat, talis enim sensus nõ intenditur ab autore. scilicet, Deo qui est prima veritas, à quo omnis veritas derivatur, & ideo Augu. super Gen. ad literam, cum scriptura diuina multipliciter exponi possit, nulli expositioni aliquis ita præcisè inhæreat, quod si certa ratione constiterit hoc esse falsum, quod aliquis sensum scripturæ hũc asserere præsumat. Ex hoc enim scriptura ab infidelibus derideretur, & eis præcluderetur via credendi. Hæc ille. Idem etiam est dicendum de sensu spirituali sacræ scripturæ, qui per significationem rerum per voces in litera contentas significatarum habetur: scil cet, quod talis sensus non debet repugnare autoritati ecclesiæ, nec rectæ rationi: quia si sic talis sensus spiritualis non esset attribuẽdus sacræ scripturæ, à Deo (qui est summa veritas) reuelatæ.

An quilibet passus sacræ scripturæ recipiat quadruplicẽ expositionẽ. B Circa secundum, scilicet, an quilibet passus seu textus sacræ scripturæ exponatur quadruplici sensu supra tacto: Dicẽdum quod non: Dicit enim Aug. ij. super Gen. In quibuslã solus sensus literalis quærendus est. Quod patet manifestè. Sunt enim multa in libris canonicis tã veteris testamenti quàm noui, quæ non habent nisi tantum modo sensum literalem. Quod patet in multis, & specialiter in duobus præceptis charitatis: in quibus tota lex pendet, & prophetæ, vt habetur Matth. xxij. d. Licet enim in his præceptis, scilicet: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & diliges proximũ tuum sicut te ipsum. multa contineantur exponenda. seu expoinibilia, tam ad obiectũ charitatis quàm eius actum in eiusdem seu exteriorem, quàm etiam ad eius ordinẽ, & alia huiusmodi pertinentia, omnia tamen illa pertinẽt ad sensum literalem tantũ. Non enim in hoc loco, per significatur per hanc vocem Deus, seu per hanc vocẽ proximus: & per hanc vocẽ diliges, iterũ res alias significatas, à quibus rebus sic signatis sensus spiritualis vlterius accipiatur: vnde totũ quod in expositione horum præceptorum traditur, ad sensum literalem eorum tantum modo pertinet. Et sic cõmuniter de alijs præceptis moralibus veteris testamenti & multis aliis passibus quos causa brevitatis omitto. In Euangelijs etiam multa traduntur quibus non oportet assignare sensum mysticum, sed tantum literalem. sicut in his quæ traduntur vt præcepta, vt cum Ioan. xiij. a. dicitur: Creditis in Deum, & in me credite, & similibus. Similiter in his quæ dantur vt consilia, sicut cum dicitur Mat. xix. c. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. in quibus & similibus non est quærendus sensus spiritualis qui ex rebus signatis per voces accipiatur. sed totum sensus literalis qui ex significatione vocum accipitur. vt est manifestum. Similiter cum Luc. viij. b Christus interpretatur parabolam suam, dicens: Semen est verbum Dei, &c. manifestum est q̃ illa verba interpretatiua nõ oportet q̃ sint alius sensus spirituales, cum ipsamet interpretatio sit exposita parabolæ præcedentis. Similiter epistolæ Pauli quæ vna de præcipuis partibus noui testamenti censeri debent per totum serè sensum literalem tantum modo habent. Loquitur enim ibi tanquã doctor vniuersalis ecclesiæ, exponens & concordans vtrumque testamentum. Licet enim in ipsis epistolis profunda & difficilia ad fidem pertinentia, & vtriusque testamenti declarationem tradantur, non tamẽ allegorice vel anagogicè traduntur, sed tantum literaliter, ipse enim historialiter loquẽdo seu literaliter ostendit de quibuslã scripturis quomodo sint intelligẽdæ in sensu spirituali: vt cum Gal. iij. dicit de duobus filijs Abrahæ quæ sunt per allegoriam dicta. Non ergo verba Apostoli sunt allegorizanda seu moralizanda & huiusmodi, sed potius enucleãda: vt ex ipsis veri sensus literales extrahãtur, ex quibus discursiuè procedẽda multa magna & profunda infernitur argumenta. sicut in alijs scientijs humanis ex certis & veris principijs multa discursiuè inferuntur, prout in. a. par. q. j. ar. vij. quæ quidem omnia ad literalem sensum pertinent, à quo rectè deducuntur.

Et sic patet q̃ nõ quilibet passus sacræ scripturæ quadruplici sensu sit exponendus. Sed prout sanctus Tho. notabiliter tradit. 2. quolibeto. q. 24. Sacra scriptura quandoque est exponenda istis quatuor sensibus: quandoque tribus quandoque duobus, quandoque vno tantum. Vnde ea quæ secundum literalem sensum ad facta veteris testamenti spectant, possunt, quatuor sensibus exponi, similiter ea quæ ad literam de Christo capite dicuntur possunt exponi literaliter de Christi gestis. allegoricè referendo ea ad corpus eius mysticum, & moraliter eadem referendo ad actus nostros qui secundum ipsum debet regulari, & anagogicè inquantum in ipso Christo est nobis iter gloriæ demonstratum. Illa autem quæ secundum literalem sensum dicuntur de ecclesia, possunt exponi moraliter & anagogicè. Ea verò quæ secundum literam moraliter dicuntur, non consueuerunt exponi nisi anagogicè. illa verò quæ secundũ sensum literalem pertinẽt ad statum gloriæ, nullo alio sensu consueta sunt exponi, eo q̃ ipsa non est figura aliorum, sed ab omnium aliis figurata. Quæ quidẽ omnia & alia ad hoc pertinentia plenius in dicta quæstione declarantur. D

An cuiuslibet passus sit tantum vnus sensus literalis. Circa tertium, scilicet an cuiuslibet passus seu textus sacræ scripturæ sit tantum vnus sensus literalis. Et videtur quòd non. Nam secundum Augustin. in lib. de vti. cre. Ad sensum literalem pertinent tria: Quorum primum est, cum litera simpliciter exponitur, & hunc dicit sensum historicum. Secundum est, cum causa huius quod in litera continetur assignatur seu exponitur, quem sensum vocat Ethimologicum. Tertium est, cum veritas illius literæ ostenditur veritati alterius scripturæ non repugnare: vocat anagogicum. Verbi gratia, cum legitur Genes. ij. capit. Edificauit dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, &c: Sensus historicus illius dicti est, cum simpliciter exponitur quod in litera continetur. Sensus verò Ethymologicus est, quando redditur causa quare de latere viri formata sit mulier, & non de alia parte corporis. Similiter quare dormienti & non vigilanti subtracta sit costa, prout tractatur in secundo distinc. xvij. Sensus verò Anagogicus est, cum ostenditur quòd veritas huius dicti non repugnat veritati alterius scripturæ, vbi dicitur Genes. j. d. de Creatione hominis, Masculum & fœminam creauit eos, &c. Ex qua litera apparet quòd simul in eodem tempore fuerunt masculus & fœmina humanæ speciei creata, & non successiuè, sic vt fœmina esset post creationem masculi de latere eius subtracta.

Sed bene attendenti, ex hac consideratione Aug. võ habetur quòd sub sensu literali contineantur tria genera expositorum, sic quòd quilibet illarum sit sensus literalis proprie. Sed prima expositio est tantum sensus literalis. Secunda verò est reddituua causæ ipsius literalis sensus. Tertia verò est solutiua contrarietatis illius. Vnde secunda & tertia expositio licet pertineant ad sensum literalem eo quòd per eas magis perficitur seu elucidatur, non tamen sunt sensus literales proprie dicendi. De quibus tribus generibus expositionum ad sensum literalem pertinentium potest E
intelligi illud. ij. Esdr. viij. b. vbi dicitur, Et legerũt in libro Legis Dei apertè & distinctè, & apposuerunt ad inteligendum. In hoc enim quòd dicitur, legerunt in libro. pertè potest intelligi ipsa expositio literæ, quæ est quasi janua omnis expositionum sequentium, sine cuius apertione non potest quis rectè introire ad alias expositiones. Cum autem dicitur, Et distinctè, intelligitur sensus anagogicus ab Augu. nominatus, quia per proprias & veras distinctiones soluuntur contrarietates, quæ in actu scripturis quandoque apparent. In hoc autem quod sequitur Et apposuerunt ad intelligendum. potest intelligi notitia causæ seu historiæ, vel aliorum dictis sacræ scripturæ. Cum enim intelligere sit in nobis legere, ille qui per cognitionem effectus deuenit ad noticiam causæ, per priẽ dicitur intelligere, qui quidem sensus vocatur ab Aug. Etymologicus.

Sed vlterius attendendũ, quòd sub quolibet genere prædictarũ trium expositionum ad literalem sensum vt dictum est pertinentium, possunt esse multæ species. Potest enim nõ solum vna causa, sed plures vnius dicti assignari, similiter & non solum vno modo soluere contrarietates sed pluribus vt est manifestum.

Item quantum ad simplicem expositionem scripturæ quæ ex primaria vocis significatione conuenit, manifestum est quod plures sensus literales traduntur non solum ab expositoribus seu scriptoribus communiter, sed etiam à doctoribus sanctis vt patet Gen. j. in quo loco, vt magister dicit in secundo, di. xiij. Quidam doctorum parum qui verba Dei atque arcana scrutari sunt, quasi diuersa videntur scripsisse. Et sic patet quòd non cuiuslibet textus sacræ scripturæ sit tantum vnus sensus literalis.

Virtus seu capacitas literalis. Si autem dicatur contra hoc, quòd licet diuersi diuersos sensus attribuant alicui literæ sacræ, non ex hoc sequitur quòd sint plures sensus literales talis literæ. s. d tantum ille est literalis quem intendit autor. Ad F
hoc dicendum quòd secundum sanctum Thom. in prima par. q. i. quia autor sacræ scripturæ Deus est, qui simul omnia suo simplici intellectu comprehendit, non est inconueniens vt Augustinus dicit in iij. confess. si etiam secundum literalem sensum sacræ scripturæ plures insint sensus, quod intelligendum est dum tales sensus sint literæ conformes, & quòd determinationi ecclesiæ seu rectæ rationi non repugnent, vt dictum est, similiter & quòd sint inuicem compatibiles. Cum autem contingat duos sensus literales secum impatibiles alicui sacræ autoritati attribui, necesse est dicere quòd tantum alter eorum est literalis, sicut cum Daniel. x. de principe regni Persarum traditur à Beato Gregorio in moralibus, quòd esset Angelus bonus qui regno Persarum præsidebat. Alij verò dicunt oppositum, & sic contingit in multis alijs.

Item attendendum est, quòd sensus literalis sacræ scripturæ tantæ capacitatis est seu virtutis, quòd in eo continentur virtualiter omnia ad fidem seu bonos mores & virtutes pertinentia. Vnde magister qui patrum sententias breui volumine compilauit, in cuius voluminis expositione doctores posteriores seu scriptores omnia quodammodo Theologica introduxerunt. in hunc sensus literalis testimonium totum suum opus fundauit. Dicit enim in suo prologo sic. Volumen Deo præstante compegimus ex testimonijs veritatis in æternum fundata. sunt testimonia sacræ scripturæ secundum literalem sensum sumpta, ex quo sensu solo testimonium potest accipi seu argumentum secundum Aug. vbi suprà. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prologus Additionum D. Pauli Burgensis

A ❧ *Sed circa hoc considerandum quod non omnia quæ secundū sensum literalem ex sacra scriptura habentur sunt immediata, sic quod ex primaria literarū significatione intelligantur, sed requiritur quādoque additio alicuius veri ex quo vero adiuncto sensui literali aliud verum deducatur Sicut cum Christus. Lu. xx. g. ex testimonio literæ dicentis, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, concludit contra Saduceos, aliā vitam esse negātes hominū post præsentē. Sic arguens: Est Deus mortuorum vel viuorum. q.d. cū ex sensu literali habemus de Deo, & sit Deus Abraham, &c. Et ratio dictat, quod Deus dicitur esse Deus respectu alicuius existentis in rerū natura. Ergo sequitur quod Abraam, & Isaac essent in rerum natura quod negabant Saducæi. Constat autē quod hæc conclusio nō deducitur ex sensu illius literæ.* Deus Abraā Deº Isaac, &c. *nisi addatur alia propositio vera supradicta, & sic patet intentū. Et potest etiam contingere, quod talis cōclusio ex vna deductione vel ex pluribus successiue ex sacra litera cōcludatur sicut cōtingit in scientijs seu artibus humanis liberalibus, quod aliquæ cōclusiones statim à primis principijs naturaliter notis deducūtur. Aliæ verò ex multis mediis inuicem ordinatis, vt est manifestum. Sensus ergo literalis verus qui ex primaria significatione literæ consurgit, dicendus est primus sensus literalis. Alij verò subsequentes sunt sensus secundarij, quorum certitudo à certitudine primi sensus dependet, qui sensibus secundarijs est certior, sicut prima principia naturaliter nota cæteris ab eis deductis certiora sunt. Quæ quidē consideratio attendenda est in multis passibus sacræ scripturæ.*

Quis literalis sensus in exponendo sit præferendus

Circa quartum scilicet: Cum plures sensus de vna autoritate sacræ scripturæ literales traduntur, quis illorū alijs sit præferendus? Dicēdum quod in hoc non videtur quod posit dari vnica regula generalis: Sed sunt quædam circa hoc considerandæ præsuppositis his quæ suprà in articulo primo de sensu literali dicuntur. Primum est, quod ille sensus videtur præferendus, cuius sententia magis innititur rationi. Vnde in decretis di. xx. c. decretales. Quo enim quisque magis rationi innititur, eo maioris autoritatis eius verba esse videntur. Itē sensus ille videtur alijs præferendus esse qui magis cōsonat literæ. Vnde secūdū Aug. in. iij. de doctrina Christiana. Dubia sunt determinanda secundū sententiā quæ de scripturarū planioribus locis accipitur. Cōstat autē quod planiora loca sunt illa quæ planius literæ consonant. Itē præferendus est cæteris paribus sensus literalis qui à sanctis doctoribus traditur, cæteri sensibus ab alijs expositoribus traditis, vnde in decretis ca. allegato, In sacrarū literarū expositionibus sancti doctores summis pontificibus præponūtur, & à fortiori alijs scriptoribus. Itē vbi duo sensus literæ habentur, quorum neuter repugnat ecclesiæ autoritati, nec rectæ rationi, vnus tamen traditur à Catholicis, & alius ab infidelibus, tunc præferendus est sensus Catholicorum: Tum quia magis præsumendum est, quod illis qui in gremio ecclesiæ sunt, cui Christus promisit spiritum veritatis, verum intellectum sacræ scripturæ habeant quàm infideles qui veritati fidei communiter aduersantur: Tum ne ad hoc detur infidelibus occasio non credendi, quod ipsi melius sacram scripturam exponant quàm catholici. Vnde Leo Papa in quadam epistola ad episcopum Alexandrinum dicit, quod inimici crucis Christi factis, & verbis nostris insidiātur, ideo nullā eis vel tenuē occasionē demus. Qua ratione videtur quod cū aliqua litera sacræ scripturæ eodē modo exponitur à Catholicis, & ab infidelibus, tunc autoritas talis expositionis attribuenda est Catholicis, & non infidelibus ratione prædicta, præsertim si talis expositio prius emanauit à Catholicis. Cuius contrarium reperitur aliquo modo in postilla sicut patebit infra. Genesis j. vbi quæritur, quare in secunda die non dicitur. Et vidit Deus quod esset bonum *sicut in alijs diebus: Quia tamen vbi pluralitas sensuum literalium occurrit raro contingit, quod vnus prædictorum sensuum cæteris præcellat secundum omnia dicta, sed potius vnus illorum sensuum præcellit vno modo, & alius alio. Idcirco in talibus videtur habere locū illud ad Ro. xiiij. a.* Vnusquisque in suo sensu abundet, *salua semper sanctorum reuerentia, & autoritate.*

An ex quolibet sensu literali possit sumi efficax argumentum.

Circa quintum scilicet an ex quolibet sensu literali sacræ scripturæ possit sumi efficax argumentum? Dicendū quod licet à solo sensu literali sacræ scripturæ possit sumi efficax argumentum vt patet per Aug. vbi suprà, non tamen ex quolibet sensu literali sacræ scripturæ sumitur argumentum. Nam cum sint multi textus in sacra scriptura, qui diuersimode etiam à sanctis doctoribus exponuntur, vt suprà articulo tertio, sequitur quod ex nullo talium sensuum possit sumi efficax argumentum, quia sic argueretur quasi à disiunctiua ad alteram partem. Bene tamen si huiusmodi sensus diuersi in aliquo concordant, potest sumi inde efficax argumentum saltem ad hoc in quo concordāt, sicut. Dan. ix. in computatione lxx. hebdomadarum, vbi licet expositores tam Hebræi quàm Latini diuersimode se habeant non solum in termino à quo hebdomadæ habent initium, sed etiam in progressu computationis, quia tamen secundum omnes terminus vltimus earum iam longe transiuit in præteritum, ideo ex ipsa autoritate argumentum efficax sumitur ad concludendum Christum iam venisse vt ibidem patebit.

Ex quibus sequitur quod cum sensus literalis sacræ scripturæ in quibusdam locis non sit idem apud omnes, ideo potest contingere quod ex aliquo sensu literali, posset sumi argumentum validum contra quosdam, puta contra tenentes eundem sensum literalem, ex quo tamen sensu non potest sumi argumentum validum contra alios scilicet tenentes aliam

expositionem

D *seu sensum literalem, quæ quidem diuersitas sæpius contingit inter nos, & infideles. Sunt enim aliqui textus sacræ scripturæ quorum sensus qui est literalis, & verus apud Catholicos, non sufficit vt ex eo sumatur efficax argumentum contra infideles seu hæreticos, sed ex hoc non tolletur quin talis sensus Catholicorum sit verus, & literalis apud Catholicos censendus. Verbi gratia, cum psalmista dicit:* Verbo domini cœli firmati sunt, &c. *Sensus verus, & literalis apud Catholicos est, quod verbo domini, id est, filio patris cœli sunt firmati. Quæ quidem expositio apud catholicos est quasi necessaria, etiam consona huic quod dicitur Ioan. j.* Et Verbum erat apud Deum, & omnia per ipsum, *id est per verbum facta sunt. Sed ex hoc sensu non sumitur argumentum efficax contra infideles, non recipientes Euangelium: Illi enim non concedunt aliquam esse distinctionem realem in diuinis, sic vt sit aliqua diuina persona æternaliter procedens ablatio per modū verbi mentis. vnde cum dicitur:* Verbo domini cœli firmati sunt. *Ipsi dicunt quod hic loquitur psalmista more humano: Sicut cum de mandato alicuius domini aliqua fiunt, dicitur quod sunt verbo eius facta. Sumitur tamen ex hac autoritate argumentum validum apud fideles circa distinctionem personarum in diuinis prout in primo Sententiarum, di. ij. Ex quo sequitur quod Catholicus exponens istam autoritatem psalmistæ debet eam Catholicè exponere, non curans an ex ea posset sumi efficax argumentum contra infideles trinitatem negantes, an non: quia non oportet quod ex quolibet sensu literali argumentum sumatur apud omnes, vt iam dictum est. Quod tamen postillator in hoc loco, & alijs nonnullis videtur obseruare, vt in suis locis patebit. Videtur enim æstimare quod non sit sensus literalis, nisi ille à quo sumitur argumentum validum etiam contra aduersantes, quod tamen non est sic intelligendum, vt dictum est.*

E An sensus literalis prius stantior sit alijs.

Circa sextum, scilicet, respondēdo ad principale quæsitum videtur dicendum, quod sensus literalis possit comparari ad alios sensus dupliciter: Vno modo vniuersaliter, s. respectu totius sacræ scripturæ in cōmuni. Alio verò modo particulariter, scilicet, secundum quedam particularia loca sacræ scripturæ. Si primo modo comparatur, & accipiatur sacra scriptura prout est principaliter speculatiua, tunc sensus literalis secundum vnam considerationem est eiusdem dignitatis cum alijs sensibus. Secundum verò aliam considerationem est cæteris dignior. Ad quod sciendum quod scientia speculatiua dicitur alia dignior ex duobus. Vno modo ex dignitate materiæ: Nam vt dicit philosophus in. xj. de animalibus. Minimum quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum desiderabilius est quàm certissima cognitio, quæ habetur de minimis rebus. Et secundum istam considerationem sensus literalis & sensus spiritualis sacræ scripturæ communiter accepti, eiusdem sunt dignitatis. De eodem enim tractatur, secundum vtrunque sensum, scilicet, de Deo, & de creaturis, prout in Deum referantur, prima parte. q. j. Speculatiua scientia dignior dicitur altera duplicitèr

Alio vero modo particulariter, scilicet, secundum quedam particularia loca sacræ scripturæ. Et primo modo vna scientia dicitur dignior alia ex certitudine, secundum quam illa scientia dicitur dignior quæ certior est, & secundum hanc considerationem manifestum, quod sensus literalis est dignior, cum sit cæteris certior. Tota enim certitudo aliorum sensuum sacræ scripturæ à certitudine sensus literalis dependet. Vnde Augustinus de doc. Christiana, Nihil est quod occultè in aliquo loco sacræ scripturæ traditur, quod nō alibi manifestè exponatur. Cuius ratio est: Nam spiritualis expositio semper debet habere fulcimentum ab aliqua literali expositione sacræ scripturæ, prout in quolibeto, & quæstione suprà allegatū plene traditur. Si autem comparetur sensus literalis ad alios sensus secundum quedam particularia loca sacræ scripturæ, sic manifestum est quod in pluribus locis sensus spiritualis est dignior ex eo quod de altiori materia tractat, sicut cum legitur de Abraam Gen. xxj. b. quod duos filios habuit, &c. *Quod exponitur ab Apostolo Gal. iiij. allegorice de duobus testamētis, vbi patet quod sensus allegoricus ille dignior est quàm sensus historialis illius literæ, & idem patet de multis alijs. Si autem accipiatur sacra doctrina prout comprehendit sub se scientiam practicam, tunc etiam sensus literalis, & spiritualis duplici modo comparari possunt, scilicet vniuersaliter, & particulariter vt dictum est. Si primo modo, tunc sensus literalis, & spiritualis eiusdem sunt dignitatis. Illa enim scientia practica seu ars dignior est, quæ ad vlteriorem finem ordinatur, vt ciuilis militari, vt in. j. Ethi. Constat autem quod finis vltimus totius sacræ doctrinæ in quantum est practica, siue secundum sensum literalem, siue secundum sensum spiritualem: est vnus, & idem, scilicet, beatitudo æterna. Si autem comparentur secundo modo scilicet, secundum particularia loca, tunc manifestum est quod in quibusdam locis sensus spiritualis est dignior, tanquam propinquior vltimo fini vt patet in multis præceptis cæremonialibus, sicut cum dicitur* Deute. xxv. a. Non ligabis os bouis triturantis, in area fruges tuas. *Quod exponitur ab Apostolo. j. Corin. ix. spiritualiter, ostendens quod sensus præcepti illius literalis modica vtilitatis est, de quo dicit:* Nunquid de bobus cura est Deo; An propter nos vtique dicit? *& sic de multis alijs. Sunt etiam aliæ considerationes quibus sensus literalis præeminet sensibus spiritualibus: Quarum vna est ex parte extentionis Sensus enim literalis extendit se ad quamlibet particulā sacræ scripturæ; quilibet enim passus sacræ scripturæ habet aliquē sensum literalem Sensus vero spirituales non se extendunt ad totam sacram scripturam, prout patet ex dictis in secundo articulo.*

F Sensus literalis aliorum sensuū fundamentū & certificatiuus. Sensus spirituales literali posteriores et

&c. Sensus literalis & spiritualis eiusdem dignitatis. Illa enim scientia practica seu ars dignior est, quæ ad vlteriorem finem ordinatur, vt ciuilis militari, vt in. j. Ethi. Constat autem quod finis vltimus totius sacræ doctrinæ in quantum est practica, siue secundum sensum literalem, siue secundum sensum spiritualem: est vnus, & idem, scilicet, beatitudo æterna. Si autem comparentur secundo modo scilicet, secundum particularia loca, tunc manifestum est quod in quibusdam locis sensus spiritualis est dignior, tanquam propinquior vltimo fini vt patet in multis præceptis cæremonialibus, sicut cum dicitur Deute. xxv. a. Non ligabis os bouis triturantis, in area fruges tuas. Quod exponitur ab Apostolo. j. Corin. ix. spiritualiter, ostendens quod sensus præcepti illius literalis modicæ vtilitatis est, de quo dicit: Nunquid de bobus cura est Deo; An propter nos vtique dicit? & sic de multis alijs. Sunt etiam aliæ considerationes quibus sensus literalis præeminet sensibus spiritualibus: Quarum vna est ex parte extentionis Sensus enim literalis extendit se ad quamlibet particulā sacræ scripturæ; quilibet enim passus sacræ scripturæ habet aliquē sensum literalem Sensus vero spirituales non se extendunt ad totam sacram scripturam, prout patet ex dictis in secundo articulo.

❧ *Alia*

& de eorundem inter se comparatione.

❧ A *Alia vero consideratio est ex parte vniuersalitatis. Sensus enim literalis communior est seu vniuersalior, quia etiam rudes qui ad intelligibilia capienda non sunt idonei, per sensum literalem capiunt spiritualia, saltem sub similitudinibus corporalibus, prout in prima parte. q. prima. artic. xx. Constat autem prout in j. Ethicor. quòd Bonum quanto vniuersalius tanto diuinius.*

Ex hac igitur triplici consideratione, qua sensus literalis cæteris sensibus simpliciter comparatus est dignior, potest quodammodo accipi triplex ratio ad commendationem huius postillæ, scilicet, magistri Nicolai.

Postillæ recommēdatio ex trib⁹

Prima est ex parte sensus literalis qui cæteris modo prædicto est dignior. Hæc enim postilla inter alias quæ in communem vsum veniunt magis intendit literalem sensum, cæteris sensibus prætermissis seu valde modicum tactis. vt ipse dicit in prologo.

Secunda ratio ex parte suæ extensionis. Fuerunt enim aliquæ postillæ solemnes de certis seu singularibus libris diuinæ scripturæ, quæ se non extenderunt ad omnes libros: Hæc vero se extendit ad vtrunque testamentum nihil inde prætermittens.

Tertia vero ratio ex parte suæ vniuersalitatis seu communitatis. Hæc enim postilla saltem in his partibus Hispaniæ, & vt credo Galliæ communior est cæteris citra glosam ordinariam. Ad istam enim recurrunt non solum Theologi, sed etiam iuristæ, & alij intellectum sacræ scripturæ planum habere desiderantes.

Sed licet ex prædictis tribus hæc postilla simpliciter est commendenda, sunt tamen alia tria quibus videtur saltem in aliquibus locis minus sufficere.

Postillæ famosa diuulgatio

Primum, quia expositiones sanctorum in pluribus locis irrationabiliter videtur postponere propriæ expositioni, & quandoque etiam expositionibus Hebræorum, quod est inconueniens, vt dictum fuit in quarto articulo supradicto. Inter quos sanctos doctores pluries videtur impugnare irrationabiliter sanctum Thomam quandoque expresse, quandoque tacite, cuius sancti doctoris eloquia firmiter credo esse igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata. A quo etiam sancto doctore ipse postillator multa frequenter accipit, licet eum nō alleget nisi solum reprehendendo:

Postillæ in sufficientia ex tribus

B *Secundum, quia in litera Hebraica adquam pluries recurrit, non videtur fuisse sufficienter eruditus, quasi illam in puericia didicisset, sed de illa videtur habuisse noticiam, quasi ab alijs in etate adulta mēdicato suffragio acquisitam. Quod multum refert in pluribus sacræ scripturæ passibus vt in suis locis patebit.*

Tertium quia vt ipse dicit in secundo prologo inter doctores Hebraicos maxime inducit Ra. Sa. qui inter eos rationabilius ad declarationem sensus literalis vt asserit fuit locutus, cuius oppositum est manifestum apud Hebræos. Qui licet ipsum Ra. Sa. reputent solennem doctorem in thalmudicis, non tamen in his quæ pertinent ad fidei & sacræ scripturæ expositionem, sed potius inter eos reputantur maiores seu soleniores in huiusmodi expositionibus, quidam alij vt Ra. Moy. AEgyptius, & Rab. Moy. Gerunden. & Rabbi Abenhazra, & alij prout iam videbitur.

Postillæ suppletio per Burgensem Adai.

Vt igitur prædicta & quædam alia magis eluceſcant, quod valde vtile putatur, considerans vniuersalitatem huius postillæ ad quam etiam infideles quandoque recurrunt, & multoties non vt discant, sed potius vt reprehendant. Nam vt dicit magister in prologo. Dissentientibus voluntatum moribus, dissentiens quoque sit animorum sensus. cogitaui ex zelo diuinæ veritatis illam transcurrere, & vbi iuxta modum imbecillitatis meæ aliquid vium fuerit additione egere, in marginibus superaddere, postillamque ipsam cum additionibus tibi, vt in prefatione dicebam, donare. Non tamen me putes vt corrigentem seu temerarie asserentem, quod absit, sed simpliciter tibi aliqua quæ si hoc legerint proponentem, diffinitionem tamen eorum quæ per me dicitur, & ad probationem seu reprobationem humiliter & deuotè relinquo determinationi sacrosanctæ matris ecclesiæ & cuiuscunque melius sentientis. Cum autem aliquam additionem huiusmodi legere voluerit, oportet vt prius videas sententiam postillæ in eodem passu ad plenum, nam quelibet additio sententiam postillatoris eodem loco supponit præintelligendam. Nec ignoro q. non omnibus, scilicet, qui forsan legerint hoc placebit opusculum, sed formido. vt iuxta Bernardum loquar, me ob hanc rem multorum fore indignationi obnoxium, & q. aliquando superfluus, aliquando iudicabor præsumptor. Sed quia non vi nouus ex positor ausus fuerim mittere manum, nec quicquam post patres quod sit contra patres, quimmo pro partibus vt arbitror scripti, sed potius modicum hoc quod videbis plano modo tradidi, profundorum mysteria pertioribus relinquendo. Cessat vt æstimo præsumptionis reatus. Superfluitatis etiam vitium incurrere me non credo, cum non tam intendissem sacrā exponere literam, quod iam multi maiorum nostrorum fecerunt, quā de eadem loquendo sumere occasionem: Tum vt senescentis ætatis meæ deuotionem excitarem. Tum vt te ad studia nostra monendo in aliquo adiuuarem: Tum etiam quia tecum loqui delectabar, hanc materiam latius visilisq. inter colloquendū honestā vtilēq. putaui. Si quid tamen satius visilisq. inter colloquendū honestā vtilēq. putaui. Si quid tamen superfluitatis præsumptionis ve, & si ego non sentio, tu forsan repereris. Solent enim nonnunquàm aliqua vitia præsertim spiritualia à suis possessoribus ignorari, qua infinita clementia saluator dignetur ignoscere, tu verò tolera patienter, zelum potius quàm effectum consideranS.

C Additionū legēdi modus

Nunc autem ad quæstionem propositam veniamus respondendo ad argumenta.

D Responsio ad argumēta. Sol. prima z. Cor. j. b.

Ad primum dicendum, quòd Apostolus cum dicit. Litera occidit, spiritus autem viuificat, *non intendit diuinguere inter sensum literalem & spiritualem de quibus hic agitur sed inter legem veterem quæ fuerat data in literis scripta, scilicet, in tabulis decalogi & in libris Mosaicæ legis, & inter legem nouam quæ fuit data in spiritu, scilicet, in cordibus prout fuit propheratum Hiere. xxxj. vnde lex vetus dicitur lex litera, & lex noua, lex spiritus. Et quia testamentum vetus cognitionem peccati dabat, ex qua augebatur concupiscentia occasionaliter ex malitia humana, quæ semper in nititur in vetitum, non autem dabat gratiam qua homo adiuuaretur ad implenda diuina præcepta. Idcirco dicit: Litera occidit, scilicet, lex litera quæ occasionaliter occidit modo prædicto: Sed lex noua quæ lex spiritus dicitur, viuificat, inquantum est lex gratia qua homo adiuuatur ad implenda diuina præcepta.*

Secunda

Ad secundum dicendum. q. per sensum literalem non solum habetur historia tantum, scilicet, rerum gestarum, sed etiam quæ sunt agenda vt patet ex preceptis charitatis, in quibus secundum doctrinam Christi tota lex pender. Similiter per sensum literalem habentur quæ sunt credenda. vt de vnitate Dei Deutero. vj. c. Audi Israel Deus tuus vnus est, *Et de Trinitate personarum, vt Matth. xxviij. d.* Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti, *& sic de alijs, ad fidem & spem pertinentibus. vnde secundum Thom. prima parte. q. j. artic. vlti. in responsione ad primum argum. Nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium, quod scriptura per literalem alicubi manifeste non tradat. Vt est sententia Augustini, de doctrina Christiana. Hæc ille. Vnde ex hoc quòd in quibusdam locis sacra scriptura sensus literalis solum gesta docet. Non sequitur simpliciter quòd per sensum literalem non habeantur ea quæ sunt de necessitate salutis credenda, agenda & speranda.*

Tertia

Ad tertium dicendum quòd fundamentum in spiritualibus sæpe dicitur esse nobilius seu dignius quàm ædificium. Christus enim qui cæteris suppositis ecclesiæ incomparabiliter dignior existit, fundamentum dicitur. vnde. j. Corinth. iij. e. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. *Quod dicitur secundum similitudinem. Nam sicut fundamentum in corporalibus sustineret ædificium & est prius eo, & ipso deficiente ædificium tendit in ruinam, sic in ædificio spirituali Christus sustinet totum corpus ecclesiæ, & est prior eo dignitate & causalitate, sine quo ædificium ecclesiasticum euacuaretur. Similiter suo modo dicendum est de sensu literali, scilicet, quòd est fundamentum, scilicet, respectu aliorum sensuum secundum quandam similitudinem. Nam sicut in ædificio corporali fundamento sublato ædificium tendit in ruinam, sic totus sensus spiritualis sacræ scripturæ rueret sensu literali totaliter sublato, cum sensus spirituales de his quæ ad salutem pertinent fundari habeat in sensu literali, vt dictum est.*

Quarta

Ad quartum dicendum quòd in sacra scriptura multa traduntur parabolice seu metaphorice. scilicet, sub similitudine rerum corporalium. Et hoc propter duo. Primò propter necessitatem. Secundò propter vtilitatem. Quia enim debilitas cognitionis nostræ quæ à sensu habet initium, diuina intelligere non potest nisi varietate sacrorum velaminum circumuelata, secundum Diony. in j. de cœlesti hierar. Idcirco necesse est quòd sub talibus similitudinibus diuina nobis tradantur. In quo etiam est quædam vtilitas, scilicet, rudes qui ad capienda intelligibilia non sunt idonei, saltem sub similitudinibus corporalibus spiritualia proponantur. Vnde saluator Matth. xiij. a. postquam proposuit similitudinem, dicens: Exijt qui seminat, &c. *postea discipulis ait:* Vobis datum est nosse mysterium regni, cæteris autem in parabolis, &c. *Vnde secundum Tho. in prima parte. q. j. articul. vlti. in responsione ad tertium argumen. In talibus parabolicis locutionibus seu metaphoricis sensus parabolicus sub literali sensu continetur. Cuius ratio est. Nam per voces significatur aliquid proprie, & aliquid figuratiuè, nec in talibus est sensus literalis ipsa figura, sed illud quod est figuratum. Non ergo cum scriptura nominat Dei brachium, est literalis sensus, quasi in Deo sit membrum huiusmodi corporale, sed illud quod per membrum significatur, scilicet, virtus operatiua. Et idem dicendum est cum dicitur Deum descendere & huiusmodi, scilicet, quòd non est sensus literalis, quòd Deus moueatur aliquo modo, sed quòd ad modum descendentis operetur prouidentiam suam rebus inferioribus applicando, & sic patet quòd sensui literali sacræ scripturæ ex talibus locutionibus nunquam potest subesse falsum.*

F

Quinta

Ad quintum sciendum, quòd si liber sacræ scripturæ de quo Ezechielis. ij. & Apocalip. v. dicatur, scriptus foris ratione sensus literalis qui dicitur esse potentior, eo quòd per voces immediatè significatur, & dicatur scriptus intus propter sensum mysticum, seu sensum spiritualem qui est latentior, non tamen ex hoc sequitur quòd sensus literalis sit minoris dignitatis vniuersaliter, sed solum particulariter, scilicet, in illis locis seu passibus sacræ scripturæ, in quibus concurrunt duo sensus, vnus, scilicet, spiritualis qui de altiori materia tractat seu vtiliori, & alius literalis qui tractat de rebus gestis, quæ sunt minoris dignitatis, vt dictum fuit suprà. Sed ex hac consideratione habetur quòd sensus literalis simpliciter loquendo sit dignior, eo q. eius notitia se extendit: non so-

†† *Nunc*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Additiones circa prologos.

A tum ad sapientes qui mystica intelligunt, sed etiam ad rudes, iuxta illud Rom. 1.b. Sapientibus & insipientibus debitor sum. Ex quo manifestè sensus sacræ scripturæ dicitur scriptus intus & foris, etiam secundum sensum literalem tantum. Nam vt deductum fuit in tertio articulo huius quæstionis, de his quæ pertinent ad sensum literalem, quædam sunt intimiora aliquam alia.

Sextum. Ad sextum dicendum, quòd sicut studium humanarum scientiarum incipit à principijs naturaliter notis, sic studium sacræ scripturæ rectè ordinatum incipit ab articulis fidei diuinitus in sacra scriptura reuelatis, qui fundantur in sensu literali sacræ scripturæ. Ex quibus articulis vnà cum alijs in sacra scriptura traditis, seu per veram & rectam rationem inuentis, proceditur ad aliqua alia probanda, sicut Apost. 1. Corinth. xv. ex resurrectione Christi arguit resurrectionem communem, & per istum processum deuenitur ad omnia quæ in sacra Theologia veraciter traduntur, quæ omnia reducuntur ad sensum literalem ipsius sacræ scripturæ, vt dictum est. Ex quo patet quòd studium sacræ scripturæ incipit ab intellectu sensus literalis ipsius primarie sumpto, & terminatur in his quæ in eadem sacra scriptura traduntur vel deducuntur ex eis modo prædicto. Cætera autem quæ ad sensum spiritualem pertinent fundari habent in prædictis, vt dictum est. Ex quibus patet excellentia sensus literalis inquantum in eo includuntur circa cognitionem diuinam quæ est per fidem tam illa quæ se habent in alijs scientijs vt intellectus. s. prima principia, quàm illa quæ se habent vt scientia, scilicet, quæ deducuntur à principijs, quòd etiam illa quæ sunt de summis causis rerum quæ pertinent ad sapientiam, vt in 3. Ethic. Illud autem quod dicit Apostolus Rom. 1. c. Inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ sunt facta intellecta conspiciuntur proprie intelligitur de his quæ cognoscuntur de Deo per creaturas, vt Philosophi cognouerunt: vnde ibidem dicit, Quod notum

Septimum. est Dei, manifestum est illis, &c.

Ad septimum dicendum, quòd ex illa autoritate Greg. non est intelligendum, scilicet, quòd sensus literalis sacræ scripturæ, scilicet, qui ab autore intenditur deficiat in aliquo loco, vt vel falsum includat, vel aliquid penitus inutile. Primum enim esset infirmare totam autoritatem sacræ scripturæ, vt Augu. dicit. Secundum contra apostolum sic dicentem, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Sed quia sensus literalis acceptus à significatione quæ voces significant res quandoque deficit, in tali casu dicit Grego. q. redeundum est ad significationem quæ res per voces significatas aliud vlterius significant, quod pertinet ad mysticã expositionem. Et in talibus sensus literalis principaliter intellectus ab autore, non est ille qui per significationem vocum primaria intelligitur, sed potius ille qui vlterius per significationem rerum per voces significatarum habetur. Contingit autem hoc in sacra scriptura multipliciter. Primo in locutionibus parabolicis, vt dictum fuit in responsione ad quartum argumentum. Item cum scriptura loquens de vno ad literam transit ad aliud cuius est figura, vt patet in prima regula & vltima beati Isidori, quæ ponuntur in secundo prologo huius postillæ. Item cum aliqua historia secundum significationem vocum tantummodo intellecta non inducit aliquam instructionem in fide, seu in moribus vilitatem, neque etiam inducit ad aliquam honestatem in conuersatione humana, sed potius videtur aliquam speciem mali inducere seu approbare, & ideo in talibus historia, requirendus est necessario sensus, secundum mysticam significationem accommodatus & vtilis ad aliquid prædictorum. Iuxta illud Esa. 38. c. Ego dominus docens te vtilia. Et hoc insinuant verba Gregor. in prædicta autoritate cum dicit. Cum ordo historiæ deficit. Historia enim sacra ordinatur ad nostram doctrinam. Cum autem in hoc secundum significationem vocum deficiat, constat quòd ordo historiæ deficit, & sic sine dubitatione redeundum est ad spiritualem sensum modo prædicto, qui in talibus habendus est pro literali. Cuius exemplum habetur iij. Regum j. a. in historia de Abisas adducta ad Dauid in senectute sua, prout Hieronym. ibidem notabiliter exponit, vide ibi in Additione secunda. Qui quidem defectus in sensu accepto secundum significationem vocum tantum sæpè contingit in sacra scriptura modo prædicto. Vnde in talibus locis recurrendum est ad autoritatem Beati Gregor. supradictam, quæ valde attendenda est.

Copia cuiusdam literæ, quæ contra determinationem prædictæ quæstionis à quodam magistro in sacra pagina de ordine Minorum, autori additionum fuit missa.

C ALME PRÆSVL, vt alter Symeon annosus famosus studio diuinæ legis, tuam emeritam senectutem obtulisti quasi sacrificium vespertinum, in quo forsan responsum accepisti à Spiritu sancto, non videre mortem nisi prius additionibus declarationis declarationes literales vtriusq; testamenti eluc dares, quasi in te esset vena vitæ & in lumine tuo lumen illius videretur, ideirco tibi laus & honor in ecclesia sanctorum, sacram scripturam elucidantibus est concessus. Et quoniam, Alme præsul, apex & pastor, speculum & agalma luciforme proœmialiter introductio tui operis, Additiones nominati, ad manus mes pauperis fratris minoris suppliranti is fama primò, secundò scriptura pernenit. In quo cernens mentis tuæ rectitudinem complanatam ramusculo bonæ naturæ legis: quanta interserat Paulus de thesaurizandis patribus filijs, nec minus terminum quæstionis, qua quærit tua ingeniosa solertia dignitatem literalis intelligentiæ abundare alijs sacræ scripturæ sensibus. Pro cuius parte contra, octo rationibus Achilleis fundamentum firmitatis quæstionatæ veritatis agitasti. Non modo firmitatẽ eiusdem solidando, in eo honoris virtuti debitã decisionem assignando sub numero senario. In quibus omnibus et si magna exuberat vtilitas, attamen non ingeniosa subtilitas mentem reficit eleuatam, non faciat tuæ quæstionis determinatio affirmatiua, cum sua solidatio potius oppositum concludat. Quorum sicut adoratio imaginis non propter imaginem, sed imaginatum fit, sic reuerentia & honor litera propter spiritũ: & propter quod vnumquodque, & illud potius. Honor enim & reuerentia transit in prototypum. Non vrna aurea manente plena, virga & tabulæ propter arcam fœderis, sed arca propter talia reuerendæ erat. Quid interiora nisi spiritualis intelligentia? Quid arca nisi litera prophetatur? Quòd ad hoc distinctius Exechielica visio manifestat, cum pulchrius ista depingit, sub metaphora rotæ in medio rotæ. Rota in medio rotæ, litera gratiæ in litera legis, quibus non concedit vitã, sed spirituali intelligentiæ cum subiungit: Et spi. vi er. in ro. Hæc enim est vera vita, quam verbum vitæ cæcitati Iudaica prædicauit, cum dixit: Scrutamini scripturas, &c. Non satiat etiam primum decisionis, nec secundum, nec tertium, nec quartum, nec quintum, imo nec sextum, vbi agitur de comparatione sensus literalis ad mysticum sensum, inter quos comparatio non est possibilis propter gradus diuersarum specierum, extra quod non contingit comparatio propter intensionem gradualem specifice natura. Quare ex his dependenter fallit motiuum tripliciu considerationis, qua sensus literalis alijs sensibus simpliciter comparatus est dignior, scilicet, ex parte extensionis. Fallit istud cum cuncta sacra eloquia plena sint dominicis sacramentis. Hanc longiorem extensionem spiritus literam cognouit Paulus cũ dixit, Omnia in figura illis contingebant, non solum scripta, sed etiam quocunq; modo alio tradita. Et propter hoc etiam fallit secundum, videlicet, ex parte vniuersalitatis, quoniam quanto aliquid vniuersalius, tanto communicabilius. Sensus autem literalis propter suam limitationẽ per doctores famosos, & signanter per doctorem irrefragabilem est incommunicabilis. Non enim diuiditur, sed bene mysticus multiplicatur. Et ponam multiplicationem doctoris, quoniam inquit, aut vefert mores aut fidem. Primo modo tropologicus, secundo modo dupliciter, quoniam vel fidem Deitatis vel humanitatis. Si Deitatis, anagogicus, si humanitatis, allegoricus. Tertium autem etiam fallit: quoniam dignitas istorum sensuum attendatur penes maiorem vtilitatem, quæ consequitur maiorem certitudinem quantũ est ex se. Non enim certitudo spiritualis intelligentiæ & speculationis, sicut literalis intelligentiæ, sed est certitudo experientiæ & secundum affectum, & per modum gustus: per spirationem & testimonium spiritussancti. Ex quibus non consurgit ratio commendationis postillæ doctoris Nicolai, sed confidendo de tui benigna conditione, cui me deuotè commendo æstimo rationem suæ commendationis consurgere ex oppositu adiectiuis, quibus Nicolaum tam immeritè reprehendere niteris. Commendatur enim quis ex proprio opere, quare sententias doctorum posposuit quasi impertinentes, & liquidem pertinentes vt autorizaret opus suum Eccl. fiæ doctoribus, à qua non deuiauit. Nec probas, q. dicis verba sancti Tho. esse igne charitatis examinata, cum in pluribus suis determinationibus sint impugnata per plures ingeniosos Theologos, viros admirabiles, qui si in corpore vel extra corpus scripserint, Deus scit. Commendatur secundo, & si non à proprietate sermonis Hebraici, quem nõ in lacte suxit, sed à veritate sententiæ, circa quam non errauit immiscendo illam habitui Theologico qui illum lactauit. Commendatur tertio in eo, quòd inter omnes doctores Hebraicos. Rab. Sal. elegit, quoniam inter omnes illum meliorem Theologum inuenit. Ista sic indigesta tua digestæ prudentiæ (Alme Præsul) scribo calamo breuissimo commendans tuæ ingeniosæ scientiæ defectus calami ignari, attamen Deo teste tibi nunc plusquam viuenti in seculo afficior, cum inter mortales sis nunc virtuosior, & tui reuerentia esset mihi opus tuum assidua diligentia si occurisset mihi suæ præsentia. Viue cum gratia, vt vinas semper in gloria.

Sensus literalis alijs dignior

Commendationis causæ vnde & quando fuerũt

Copia responsionis ad prædictam epistolam.

VENERANDAE religionis vir, frater & amice charissime, literas tuas me recepisse recognosco, in quarum exordio me alterum Symeonem vocas, cui in nullo me credo assimilari, nisi forte in senecta, vtinam vberi. Sed illarum processu aliqualiter conspecto, te potius F vocare possem alterum Samaritanum. Oleum enim laudis cum vino reprehensionis artificiose satis attulisti. De vtraque autem materia plusquam casus requireret credo te attulisse. Nõ enim talẽ ac tantũ me sentio qualẽ me scripsisti, nec dicta mea de quibus agitur, inquantum ingenij mei modulus intelligere valet reprehensione tua, condigna reperio. Si tamen sunt, libenter correctionem recipiam. Non enim vanum nomen acquirere sed veritatẽ inquirere, propositi mei est. Sed per hoc latius discurrendo quan-

Obiectiones contra Burgensem.

☞ *quantum ad primum tuum benivolum erga personam meã affectum à quo*
A *huiusmodi oleum emanasse concerno, gratiam habeo, & gratiarũ retributione æstimo esse condignum. De secundo verò amplector libenter effectum: Ferrum enim ferro acuitur, & contrariorum solutionibus veritas magis elucescit. Decreui autem per singula argumenta tua discurrere, & omni rhetorum flore deposito verbis planis quibus in scientiarum inuestigationibus vti solemus singulis prout mihi videbitur respondere, obiectiua verba tua in locis suis repetendo, vt omni confusione semota: singulorum veritas aperiùs innotescat.*

Dicis enim primò de quæstione mea in generali sic, In quibus omnibus & si magna exuberat vtilitas attamen non ingeniosa subtilitas mentem reficit eleuatam.

Circa quod non modicum de tua discretione admiror, verba enim quæ in sacræ scripturæ expositionibus magnam exuberant vtilitatem, quid si non reficiant mentem eleuatam? Quidam enim propheta eram scripsit:

Esa. 48.c. Ego dominus docens te vtilia. *Vnde non dixit subtilia seu ingeniosa talia enim quæ vt dicit mentem eleuatam reficiunt, si contra vtilia distinguantur, potius pertinere videtur ad alta sapere quã ad sobrietatem.*

Consequenter dicis quod non satiat me quæstionis determinatio affirmatiua, &c. Ex quo videtur quod non vidisti: vel forte non attentè considerasti determinationem meam specialiter in sexto articulo responsali, vbi manifestè habetur quod decisio seu determinatio mea non fuit affirmatiua simpliciter, sed distinctiua. Sunt enim ibi tres distinctiones. Secundum quarum vnam sensus naturalis præeminet, secundum aliam verò est æ-

philoso. i. poste. *qualis dignitatis, & secundum aliam etiam minoris dignitatis quàm sensus spiritualis. Cõsequẽter dicit quod reuerẽtia & honor litera est propter spiritũ, quia propter vnũquodq; & illud magis. Ex quo conaris cõcludere q. sensus literalis honoratur propter spiritualẽ. Ad quod deduci exẽplũ de arca fœderis cui honor debebatur propter cõtenta in ea: & nõ ecõtra. Frater mi charissime mihi videtur te hic inuoluisse sententias. Si enim per hoc quod dicis litera, intelligis characteres in tabulis expressos, & per spiritum intelligis sensum per eos signatum, vtique conceditur tibi: sed nihil facit contra me argumentatio. Nam sensus literalis est qui primo*

B *per literam intelligitur, & ei debetur honor potius quàm litera materiali. Si autem per hoc quod dicis litera, intelligens sensum literalem, & per spiritum sensum mysticum seu spiritualem, sic distinguendũ est. Nam in quibusdam locis sacræ scripturæ, vt in historialibus veteris testamẽti seu cerimonialibus & huiusmodi, dignior est sensus mysticus quã literalis, vt in sexto articulo responsali quæstionis prædictæ fuit ostensum, & in talibus potest habere locum exemplum prædictum de arca fœderis. In alijs verò locis vbi sensus literalis solus secundum August. inquiritur, exemplum nullum videtur habere locum. vt patet in materia propria de qua loqueris. In tabulis enim testamenti quæ in arca fœderis concludebantur nihil aliud continebatur nisi præcepta decalogi, quæ quidem præcepta non exponuntur principaliter seu communiter, nisi secundum sensum literalem, ad quem omnes expositiones eorum quantumcunque multiplices reducuntur.*

Exech. 1 d. *Consequenter deducis visionem Ezechielis de rota in medio rotæ ad tuum propositum ostendendum, quod manifestè videtur non valere. Si enim hanc visionem allegas secundum literalem sensum, interroga magistrum Nicolaum, qui literalem sensum maxime sequitur, & dicit tibi quod per quaternarium numerum animalium & rotarum in visione Ezechielis, intelligitur quaternarius regnorum succedentium, scilicet Chaldæo-*

C *rum, Persarum, Græcorum, & Romanorum, & sic authoritas tua secundum literalem sensum nihil facit contra me. Si autem eam allegas secundum sensum mysticum seu spiritualem, vide Grego. qui hanc visionem in Homel. suis super Ezechielem eleganter exposuit, qui rotam in medio rotæ nouum testamentum in medio veteris exposuit. Constat autem quod in vtroque testamento, & per consequens in vtraque rota inuenitur sensus literalis. Sed dicis licet in vtroque testamento inueniatur sensus literalis & spiritualis vita tamen non conceditur nisi spirituali intelligentiæ, cum subiungit: Et spiritus vitæ erat in rotis. Audi rogo si per spiritualem intelligẽtiam solum intelligeres spiritualem sensum seu mysticum excluso sensu literali, manifestè deuiares à veritate sacræ doctrinæ.*

Constat enim quod omnia quæ de necessitate salutis traduntur credenda seu agenda in sacra scriptura, sub sensu literali reperiuntur. Mysterium enim summæ Trinitatis & vnitatis: quod inter credenda summum tenet locum: in autoritatibus sacræ scripturæ secundum literalem intellectũ fundatur. Vnde Augustinus tractans de ordine seruando cum de trinitate agitur in iij. lib. de Trinitate sic dicit: primo contra autoritates sacrarum scripturarum: vtrum fides ita se habeat demonstrandum est, deinde aduersus garrulos, &c.

Constat autem quod autoritates sacrarum scripturarum, quæ nos obligant ad credendum in mysterium sanctæ Trinitatis sunt illæ, quæ secundum sensum literalem hoc dicunt: Tantummodo enim à talibus sumitur efficax argumentum, secundum eundem Augustinum de doctrina Christiana. Vnde omnia testimonia quæ à Magistro in j. distinct. ij. ad hoc

Ioan 17.a. *mysterium fundandum deducuntur, intelliguntur secundum sensum literalem, vt ibidem patet. De mysterio autem incarnationis verbi patet, in cuius agnitione vita æterna consistit, vnde: Hæc est vita æterna, vt*

cognoscant te Deum, & quem misisti filium tuum, &c. *manifestum est, quòd omnia circa hoc de necessitate salutis credenda, in sensu literali principaliter traduntur: vt cum de incarnatione dicitur, Ver-* D
Ioan. 1. a. *bum caro factum est. quod secundum sensum literalem incarnationem veram significat. De morte dicitur:* Clamans voce magna expirauit.
Mar. 15. d. *& sic de alijs circa humanitatem Christi credendis: quæ omnia in sensu literali inueniuntur. Idem de creatione mundi, & alijs articulis fidei, qui nobis proponuntur credendi: qui omnes sub sensu literali inueniuntur, & ideo habent vim obligatoriam, vt dictum est. De his verò quæ agenda sunt de necessitate salutis solùm accipio illa duo manifesta: in quibus tota lex pendet & prophetæ, secundum testimonium saluatoris, scilicet,* Diliges
Matthæ. 22. d. dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Et: Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Ista enim mandata non habent nisi sensum literalem. Non enim in hoc loco res significatæ per hanc vocem Deus, seu per hanc vocem Proximum, & per hanc vocem diliges, vlterius alias res significant, à quibus rebus sic significatis sensus alius accipitur: vt est manifestum. Et attende quod non solùm prædicta quæ de necessitate salutis sunt agenda: sed etiam illa quæ ad statum perfectionis pertinent: & vt consilia dantur, habentur per sensum literalem. vt cum dicitur. Si vis*
Mat. 19. c. perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. *In quibus verbis secundum sensum literale minime intellectu includuntur omnia illa quæ ad statum perfectionis pertinent, vt est manifestum. Item doctrina sacramentorum ecclesiæ quibus gratia iustificans datur seu agetur. Quæro per quem sensum datur nobis in scripturis? Per literalem seu mysticum? Non est dubitabile quod per literalem. Cum enim dicitur,* Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. *secundum sensum literalem institutio sacramenti baptismi intelligitur. Similiter cum dicitur.*
Mar. 16. d. Caro mea verè est cibus, & qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, &c. *secundum sensum literalem doctorum huiusmodi habetur virtus seu efficacia sacramenti eucharistiæ. Similiter per sensum literalem huiusmodi dicti.* Confitemini alterutrum peccata
Iaco. 5. d. vestra. *Sacramentum pœnitentiæ intelligimus. Quis ergo sanæ mentis audeat dicere, quod in sensu literali non est spiritus vitæ, cum in eo omnia credenda & agenda ad vitam spiritualem pertinentia tradantur? Sed forte diceres, quod omnia prædicta etiam habentur in sensu mystico. Nam per sensum allegoricum habentur ea quæ sunt credenda, & per tropologicum quæ sunt agenda.* E

Ad quod dicendum quod nihil sub sensu spirituali continetur fidei vel moribus necessarium, quod scriptura alicubi per literalem sensum manifestè non tradat. Vnde Augustinus ad Vincentium Donatistam. Quis autem non imprudentissime nitatur aliquid in allegoria positum pro se adducere, nisi habeat etiam manifesta testimonia, quorum lumine illustren tur obscura? Sed vlterius de sensu mystico videris dicere sic. Hæc enim est vera vita, quam verbum vitæ cæcitati Iudaicæ prædicauit, cum dixit: Scrutamini scripturas in quibus putatis vos vitam æternam habere: *per hæc tua verba sentio te æstimare, quod per scrutinium scripturarum à Christo præceptum Iudæis, intelligitur eis mandare vt de sacris literis educerent seu extraherent sensum spiritualem seu mysticum quod salua pace dixerim, nullam continet veritatem. Audeo enim tibi frater dicere, Scrutare omnia sacra Euangelia Dei: & nunquam reperies Christum allegasse aliquam authoritatem sacræ scripturæ vel discipulis erudiendis, aut Iudæis contradicentibus, seu etiam diabolo tentanti, nisi sub sensu literali intellectã. Vnde & magister Nicolaus hoc rectè considerans in tota postilla sua veteris testamenti, vbi occurrit aliquis textus allegatus in nouo à Christo, & à discipulis semper exponit eum se-* F
cundum sensum literalem, intantum quod etiam vel illud Psalmistæ. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. exponit intelligendum esse secundum sensum literalem de Christo, eo quod Christus Iudæis illum textum de seipso allegauit. Similiter omnes autoritates veteris testamenti quas Apostolus allegat ad Hebræ. j. ad probandum diuinitatem Christi, & alia eius mysteria conatur eos reducere ad sensum literalem quantumcunque prima facie habeant aliam apparentiam: quod est necessarium ad hoc quod sint efficaces ad concludendum intentum: & sic in alijs quibuscunque locis totius postillæ. Ex quo concluditur contra te, Ipsos enim sensus mandabat Christus scrutari: de quibus ipse quotidie docebat, prædicabat, seu disputabat: qui sunt tantummodo literales: vt dictum est: & ideo illud verbum Christi, Scru-
Ioan. 5. f. *tamini scripturas, quod pro te allegas secundum magistrum prædictum exponitur de mysterijs Christi, quæ in sacris scripturis secundum sensum literalem intellectu reperiuntur. Dicit enim super prædicto verbo, scilicet: Scrutamini scripturas. Ioan. v. f. Sic scriptura veteris testamenti designat tempus aduentus eius: Gene. penul. b.* Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. *& Danie. ix. vbi determinatur aduentus sancti sanctorum sub numero certo hebdomadarum. Determinat etiam locum nativitatis Mich. v. a.* Et tu Bethleem. *Determinat etiam modum nascendi Esa. vij.* Ecce virgo concipiet. *Et modum conuersandi Zachar. ix. b.* Ecce rex tuus venit tibi. *Et modum moriendi Esa. liij. c.* Sicut ouis ad occisionem ducetur, &c. *Et breuiter omnia Christi mysteria in veteri testamento inueniuntur expressa & in Christo completa. Hæc ille. Constat autem omnes auctoritates prædictæ allegatæ per postillatorem*

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum sensum literalem prædicta mysteria significant. Et sic patet quod cum dicitur. Scrutamini scripturas, referendum est ad sensum literalem: quod est intentum.

Sed forte dices, quod sensus literalis non indiget scrutinio. cum ex significatis per vocem accipitur, & sic statim offerre se intellectui. cum modico scrutinio seductionis indagine. vnde de hoc superfluum videtur citatio Iudaica Christum prædicasse: Scrutamini scripturas: cum ipsi de suo sensu satis edocti fuissent. Non sic frater mi, non sic: Sensus enim literalis sacræ scripturæ licet ex significatis per vocem accipiatur, vt dicis, multi tamen in eius inuentione vel acquisitione errauerunt tam in veteri quàm in nouo testamento. Cuius ratio est: Nam sicut de viis domini quæ sunt eius præcepta, seu consilia, legitur per propheram. Rectæ sunt viæ domini, & iusti ambulabunt in eis, prævaricatores autem corruerunt in eis. Sic in sensu literali contingit: scilicet quod licet sit rectus. i. planior, & iusti id est, habentes lumen fidei ambulabunt in eo, scilicet intento, & significatis per sensum literalem fidei adhærendo: prævaricatores tamen, scilicet carentes huiusmodi lumine. s. fidei, corruerunt in eo. In veteri testamento Iudæi Christi contemporanei circa huiusmodi sensum literalem multipliciter errabant: sicut, & Moderni priorum suorum errorem sequentes: vt in multis locis Euangelij patet. Vnde in præceptis decalogi, quæ sunt principalia inter legis præcepta: intantum errabant quod per præcepta de observatione sabbati intelligebant prohiberi ad literam, ne quis in sabbato proximum suum curaret: quod est inhumanum. de quo confutabat eos Christus ostendens quod licet in sabbatis bene facere: dicens: Quis ex vobis qui habet vnam ouem, & si ceciderit in sabbatis, &c. Similiter in homicidio non intelligebant prohiberi nisi occisionem corporis humani: quibus aperuit dominus sensum: asserens omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere debere deputari. Hoc idem declarat August. contra Faustum de omnibus illis de quibus dicitur in Euangelio. Audistis quia dictum est antiquis.

Errabant etiam circa præceptum de honoratione parentum: irritum facientes Dei mandatum propter traditionem suam, vt testificatur Mat. xv. & Marci vij. Qua ratione ostendit de eis dictum fuisse per Esaiam: Populus hic labijs me honorat, &c. Super quo & alijs erroribus, quibus adhærebant in sensu literali sacræ scripturæ deficientes de eis ibidem concludit: Cæci sunt, & duces cæcorum. Vnde cæcitas Iudaica quam Christus reprobat circa falsum intellectum sensus literalis cõsistit. Patet etiam hoc per prædictas auctoritates veteri testamenti: quas postillator allegauit super illud verbum: Scrutamini scripturas. quæ quidem auctoritates secundum verum sensum literalem mysteria Christi significant: vt suprà dictum est. Quem quidem sensum literalem Iudæi multifarie peruertentes veritatem fidei per eas expressam non verentur negare. vnde rectè eis dicitur; Scrutamini scripturas. i. diligenter attendite verum sensum literalem in eis contentum.

Item attendendum quod quia inter prædictos errores periculosior erat error circa cognitionem Christi, circa quam pertinacissimè se habebant. Testatur enim Lucas quod cum eis semel in Synagoga illud Esaiæ lxj. a. Spiritus domini super me: propter quod vnxit me euangelizare pauperibus, &c. exponeret de seipso fuisse dictum, finaliter eiecerunt illum extra ciuitatem vt præcipitarent eum, merito igitur talibus Christus dicebat: Scrutamini scripturas. quia si talium scripturarum sensum literalem verum habuissent, testimonium verum inuenissent de Christo, & ideo subiungit: Illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Testimonium autem à sacra scriptura non habetur certum nisi ex sensu literali: vt Augustin. in multis locis testatur. Idem patet in nouo testamento. Nam si Arrius verum literalem sensum habuisset huius dicti, Ego, & pater vnum sumus. Hanc autem vnitatem intelligendo in diuina natura. Similiter, & huius dicti, Pater maior me est, Verum intellectum habuisset intelligendo maioritatem respectu naturæ assumptæ, nõ corruisset in hæresim suã damnatã. Sed quia prædicta aliter intellexit ad literam quàm catholici spiritusancto illuminati intellexerunt. Lapsus est in laqueũ. Et sic patet quod circa verum intellectum literalem euangelij prædictus error consistit. & sic intelligendum est de alijs: Ex quo patet intentum. Vlterius dicis quod nõ satiat te primum decisionis meæ, nec secundum: nec tertium: nec quartum: nec quintum. Circa quod si ostendissem rationem tuæ insatietatis, forte satisfieret tibi. Sed quia prætermisisti assignare rationem, nullam tibi de responsionem: nisi quod cauendum est ab insatiabilitate cordis, quæ in sacris scripturis reprobatur. Circa sextum, quia tibi declarãti mentem tuam: merito respondendum est tibi. Dicis primo quod inter sensum literalem, & mysticum non est possibilis comparatio. Quod valde irrationabiliter dictum reputo. Tum quia tu ipse prædictos sensus comparas adinuicem: asserens enim quod sensus mysticus est dignior, & per consequens sunt cõparabiles per te. Tũ quia nullus rationabiliter negare posset creatorẽ esse dignioreẽ creatura. Distãtia autẽ inter creatorem & creaturam excedit quamcunque distantiam inter res creatas, vt est manifestum. Tum etiam quia isti duo sensus de quibus agimus sunt species sub genere expositionis sacræ scripturæ contentæ, vt patet per omnes doctores de hoc loquentes, vt Bedam, Augustin. & alios. Nihil enim prohibet quod sicut dicimus speciem humanam esse digniorem brutali seu irrationali, sic quod vnus sensus exponendi sacram scripturam sit altero dignior.

Consequenter quia dixeram in conclusione quod sensus literalis esset dignior ex parte extensionis, eo quod quælibet propositio sacræ scripturæ habet sensum literalem verum. Sensu verò mystici non se extendunt ad totam sacram scripturam. contra quos dicis sic: Fallit illud cum cuncta sacra eloquia plena sint dominici sacramenti, hic videris inuoluere sententias per acceptionem huius dicti sacramẽtum. Si enim accipieres sacramentum propriè vt significat sacramenta nouæ legis & etiam veteris: sic falsum assumeres. Multa enim sunt eloquia, in quibus fit mentio de sacramentis, in quocunque sensu talia eloquia sumantur. Si autem per sacramentã intelligas sacrũ secretũ, vt per hoc intelligatur sensus mysticus, sic etiam assumeres falsum. Ostensum est enim in secundo articulo quæstionis de qua agitur, quod sunt multa in sacra scriptura, in quibus solus literalis est quærendus: Et est sententia Augustin. super Gene. ad literam. Si autem per sacramentum intelligis quamcunque sacram doctrinam, sic verum dicis. Sed nihil facit contra me, quia in illis passibus in quibus solus sensus literalis quærendus est, sunt multa sacra documenta de fide seu moribus, prout deductum fuit suprà, & sic patet quod extensio sensus literalis stat in suo vigore, sed ad probationem tui assumpti, scilicet quod sensus mystici extendantur ad totam sacram scripturam, sic allegas. Hanc extensionem spiritus supra literam cognouit Paulus cum dixit: Omnia in figuris contingebant illis, non solum scripta, sed etiam quocunque alio modo tradita. Hæc auctoritas Pauli, si bene attendas, nihil facit contra me. Loquitur enim ibi de gestis populi tantum sub antiquo testamento degentis, quorum vita erat prophetica. Vnde narratis in eodem capitulo quibusdam eorum gestis, tam in transitu maris quàm sub nube, & huiusmodi, concludit, Hæc autem omnia contingebant illis in figura. Non enim dixit solum, omnia contingebant sed cum hac additione. Hæc autem omnia, vt ostenderet se de illis & similibus tantummodo loqui. Similiter non dicitur quod omnia dicebantur illis in figura, sed contingebant, in quo manifestè ostendit quod loquitur de gestis contingentibus, non autem reuelatis seu præceptis eisdem. Nunquid quod dicitur in veteri lege: Audi Israel Deus tuus vnus est, contingebat eis in figura: vel quod dicitur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & huiusmodi. & sic de similibus? Absit: ibi solus literalis sensus est quærendus secundum sententiam August. Et ex hac consideratione clarius patet præeminentia sensus literalis secundum extensionem. Extendit enim se ad auctoritates notabiliores & excellentiores sacræ scripturæ, de quibus dictum est suprà, in quibus auctoritatibus mysticus sensus non habet locum.

Consequenter dicis quod sensus literalis non est vniuersalior. quia de quanto aliquid est vniuersalius, tanto communicabilius, sed sensus literalis propter suam limitationem, & signanter per doctorem irrefragabilem est incommunicabilis, eo quod non diuiditur, sed bene mysticus multiplicatur.

Attende frater rogo, si comparas sensus sacræ scripturæ adinuicem secundum eorum limitationem ad materias de quibus agunt, manifestum est quod quilibet sensus mysticus limitatur ad certam materiã. Tropologicus enim sensus solum agit de agendis secundum mores. Allegoricus verò de credendis. Anagogicus de sperandis. Sensus autem literalis de singulis prædictis, & etiam de iam gestis manifestè tractat. Nec credo quod doctor irrefragabilis huius oppositum asserat, quod sic comparatio tua potius facit pro me.

Item si attendisti vniuersalitatem quam attribuo sensui literali satis manifesta est. Consistit autem in hoc quod non solum literati seu sapientes, sed etiam rudes, qui ad intelligibilia capienda non sunt idonei: tamen per sensum literalem capiunt spiritualia saltem sub similitudinibus corporalibus: iuxta illud apostoli: Sapientibus & insipientibus debitor sum. vnde ex parte huius vniuersalitatis sensus literalis manifestam habet præeminentiam.

In hoc autem quod obijcis de incommunicabilitate: si sic opinaris, à veritate deuias manifestè. Communicatur enim sensui literalis cuilibet propositioni sacræ scripturæ vt dictum est: & iterum in multis locis vnus passus habet multiplicem expositionem literalem: prout fuit ostensum in tertio articulo quæstionis. Est etiam sensus literalis abyssus multa, propter magnas difficultates in eo contentas, circa ea quæ ad fidem, & mores pertinent.

Nec mirandum: nam in scientiarum humanarum libris, in quibus solus sensus literalis est inquirendus: quamplurima commenta sunt, & plures expositiones seu scripta. Similiter, & multiplices quæstiones ad mentem auctorum intelligendam seu elucidandam: vt patet in physicis, metaphysicis, & Ethycis. Similiter in facultatibus vtriusque iuris, & huiusmodi: in quibus nec in textu, nec in glosis est sensus nisi literalis. Si igitur in illis in quibus solũ illa tractantur, quæ in lumine naturali rationis cognosci possunt, tot multiplicitates commentorum varietatesque quæstionum, & expositionum

positionum, & huiusmodi, circa sensum literalem inueniuntur: quanto magis in scriptura diuina vbi agitur de his quæ supernaturali lumine tantummodo cognoscuntur, inueniri possunt multiplices sensus literales, seu expositiones, quæstiones, & huiusmodi.

Nec credo te latere quod sensus literalis diuiditur in tres species secundum Augustin in lib. de vti. cre. scilicet in historicam, etymologicam, & anagogicam: vt in tertio articulo exposui. Similiter, & septem claues suæ regulæ quas Isidorus tradit in libro de summo bono, quæ in prologo à postillatore ponuntur, non sunt nisi quædam species sensus literalis, vt patet intelligenti. Ex quibus manifestè patet quod sensus literalis est communicabilis, & multiplicabilis.

Dicis enim consequenter quod dignitas istorũ sensuum attenditur penes maiorem vtilitatem, quæ consequitur maiorem certitudinẽ, quod tibi concedo, prout in quæstione prædicta largius est deductum. Sed quod subiungis quod certitudo spiritualis intelligentiæ non est speculationis sicut literalis intelligentia, sed est certitudo experientiæ, & secundum effectum, & per modum gustus per inspirationem, & testimoniũ spiritussancti, hic manifeste inuoluis sententias. Attribuis enim sensui spirituali seu mystico quod in homine spirituali habet locum: non enim de ratione sensus spiritualis seu mystici est, vt det gratiam cum intelligenti, seu inuenienti: nec etiam est necessarium quod habens verum sensum mysticũ, seu spiritualẽ sacræ scripturæ sit in gratia gratificante: sufficit enim ad sensum spiritualem seu mysticum rectè inueniendum seu habendum, habere seu participare donum prophetiæ seu donum interpretationis sermonum, quæ licet sint gratiæ, tamen sunt gratis datæ tantum: & sic certitudo illa quam dicis per modum gustus, pertinet ad donum sapientiæ: secundum quod spiritualis homo iudicat omnia etiam profunda Dei secundum Apostolum. de quo non agitur in proposito.

1. Cor. 2. c. Ex hoc dicto tuo etiam sequeretur quod nullus haberet certitudinem alicuius sensus mystici seu spiritualis sacræ scripturæ, nisi existens in gratia: & cum nemo sciat de lege communi vtrum sit dignus amore vel odio, sequitur, quod nullus sciret se habere talem certitudinem prædicti sensus mystici de lege commun., quod esset valde inconsonum rationi.

Consequenter dicis (quod non probo) verba sancti Tho. esse igne charitatis examinata: si bene attendisti verba mea, sic dixi, Credo verba sancti Tho. esse igne charitatis examinata. vnde de credulitate mea non requiritur aliud testimonium, nisi quod in dictis, & in scriptis meis semper sequor istum sanctum doctorem, vtinam dignè, & sufficienter. Nec igno ro quod dicta sua in pluribus sunt impugnata per plures ingeniosos Theologos viros admirabiles vt dicis: nec ex hoc impeditur mea credulitas, seu prosecutio. Tum quia sæpe contingit doctrinas veras impugnari: tam in Theologicis: quorum principium positum est in signum cui contradicetur, quàm in Peripateticis. Tum quia illa in quibus contradicitur, non referunt vt firmiter credo, ad expositionem aliculus passus sacræ scripturæ an sic vel aliter teneatur, & ideo talia apud me, qui de solo vero intellectu sacræ scripturæ & diuinæ curo, magis sunt curiosa quàm fructuosa. Vnde, & Apost. de similibus dicit, quod quæstionem magis præstant quàm ædificationem, & cætera.

Vltimò commendas magistrum Nicolaum eo quòd sententias sanctorum doctorum propriæ sententiæ postposuit, vt auctorisaret opus suum: & si simpliciter illum commendares, rectè vtique faceres: Commendandus est enim qui tanto studio & labore sacram scripturam exposuit sub plano & suaui stylo: sed miror te ex hoc illum commendasse, quòd sententias suas dictis sanctorum præposuit, vt eis ad auctorizandum opus suum, cum huic commendationi non solùm sacra scriptura repugnet. Legitur enim, Non qui seipsum commendat, ille probatus est. 2. Corint. x. d. & Proverb. 27. a. Laudet te os alienum, non tuum. Hoc etiam Physica doctrina suadet, Ait enim Philosophus, Laudamus seipsos vituperantes. Et sic per oppositum seipsum laudare, seu aliis præponere, non est commendabile: præsertim cum Postillator de quo loquimur, vt ordinis minorum dignus professor humilitatem non præsumptionem sequi æstimandus est. Magna enim de se sentire bi qui mollibus vestiuntur, & in domibus regum sunt, consueuerunt. Nec enim adduci possum, vt credam, quòd posponere sententiam Hieronymi, vel alicuius sancti doctoris dicto Rab. Salom. (præsertim vbi ratio non suadet) commendatione repetes dignum. Lauda ergo eum in quo laudandus est: in recta videlicet intentione, quam credo eum habuisse, & propter laborem magnum quem sustinuisse dubium non est, vt sacram scripturam exponere, & pro maiori parte rectè: non autem ex eo, quòd à sanctorum doctorum interdum expositionibus indebitè deuiauit.

Secundò verò commendans Postillatorem ex hoc, quod per habitum Theologicum veritatem sententiæ habuit: licet in latè non fuxisset proprietatem Hebraici sermonis. Quod, salua pace, videtur minus rationabiliter dictum. Notum est enim quòd habitus Theologicus non se extendit ad donum linguarum habendum. Et ideo cum Theologus dicit: Sic est in Hebraica veritate, & ibi non sic inuenitur: non est ex hoc cõmendandus.

Commendans eum tertiò ex hoc, quòd inter doctores Hebraicos non inuenit meliorem Theologum quàm Rab. Sa. Circa quod notum est, quòd si in rei veritate ille fuit minus peritus quàm alij, non debet commendari ex hoc quòd sequitur eum præsertim in deuijs & inconsonis auctoritatibus sanctorum: commendæ ergo illum vt dixi in his, & ex his quibus commendandus est, & libenter amplectar commendationes tuas.

Concludendo ergo charissime frater non credas me reprehendere voluisse Postillatorem, vt dicis, absit à me: sed potius postillam suam esse simpliciter commendandam expresse asserui in quæstione prædicta: licet in aliquibus locis sentio eam minus sufficere: quod non reputatur vitium simpliciter: nemo namque mortalium perfectè omnia examinare potest: sæpe enim dormitauit Homerus. Sanctum autem in omnibus scientijs præfertim in scriptura diuina, semper præponere veritatem.

Vtinam frater dilectissime esses in meo consortio, saltem aliquantulo tempore: vt simul discurrere valeremus additiunculas has, & sic experimento cognosceres, quòd in illis locis in quibus ab eius dictis deuiare videor zelo veritatis non reprehendendi studio processi: & etiam in his non iudicio proprio deuiaui, sed sequendo maiorum sententiam. Vale frater in domino: & meliora charismata semper æmulare, &c.

INCIPIT Prologus in Replicas Defensiuas postillæ venerabilis ac deuoti patris fratris Nicolai de Lyra ab impugnationibus domini Burgensis editas à venerabili & religioso patre fratre Matthia Thoring sacri ordinis minorum prouinciæ Saxoniæ ministro, ad plurimorum rogatum præfatam postillam vt veritate lucentem amplexantium.

MOdestiam antiquam tenere homines iustos atque sanctos decebat: & ordinata regulariter iniurijs non grauare molestis. Nam sicut minus bene gesta correctionis limam: sic optime facta laudem & gloriam requirunt, sed quia omnimoda perfectio solis diuinis rebus competit: in cunctis humanis operibus reperiri poterit quod reprehensione dignum est: cum modestia tamen, vt ait beatus Augustinus in principio retracta. quæ modestia non modo in agibilibus, sed & scibilibus locum habet. Nam secundum verum intellectum sacræ scripturæ circa diuinum scibile errare non contingit: ideo ipsa sola hunc honorem sibi vendicat, vt rectè intellecta sine reprehensione consistat, vt vult beatus Dionysius de diuinis nominibus, capit. secundo. Nihilque ei contrarium nisi omnino sit falsum. In ea quoque nihil reperitur absurdum secundum Augustinum xj. super Genesim, capite primo. Diuersitas igitur & contrarietas in eius expositione non habet ortum ex illa doctrina irrefragabili, sed ex eo quod eius expositores intellectum plenũ non sunt assecuti: vt vult Beatus Hilarius secundo de Trin. Quæ tamen expositorum diuersitas non omnino inutilis est: quinimo per ea pigritia studentium excutitur vt veritas inquiratur. sicq; eccle sia proficiunt insurgẽtes hæreses: vt inquit beatus Augustin.) super Genesim contra Manicheos. Omnes igitur sancti & catholici sacræ scripturæ tractatores antiqui nedum consentiendo, verumetiam salua fide dissentiendo à successoribus gratias meruerunt immortales. Nam post & per eorum venerandos sanctósque labores excitati, pro patribus nati filij doctores, in eorum comparatione moderni non parum laude digni surrexerunt: qui in sacræ scripturæ expositione desudantes vt vitam haberent æternam talibus promissam, ipsam elucidauerunt. sensum ipsius literalem tanquam magis autenticum inquirentes, inter quos magister Nicolaus de Lyra in lingua Hebraica simul & Latina peritus, vniuersalior & præclarior reperitur: cuius spiritum tanquam pueri iunioris, de minorum fratrum ordine Deus illustrando misericorditer suscitauit. Ipse quoque sic suscitatus, quod sine fictione didicit, sine inuidia communicauit. & tanquam sapientibus & insipientibus, magnis & paruulis debitor effectus, satisfacere cupiens, opus egregium composuit: & in ecclesiæ sanctæ gazophylacium pauper professione cum vidua paupercula studere volentibus profuturum obtulit, & hoc ipsum opus suum, Postillam nuncupare decreuit. Hoc inquam opus postillæ, & si tantæ sufficientiæ fuerit, quòd ipsum non solùm paruuli, sed magni: nec solùm fideles, sed & infideles in dubijs circa sacræ scripturæ literalem intelligentiã requirunt, ipse tamen magister Nicolaus vt verè humilis, imperfectum se recognoscens, & vt pius culpam agnoscens, vbi fortassis culpa non est, in proœmio sui operis, se, & per eum scripta determinationi sanctæ matris ecclesiæ summittens, lectorem benevolum, & correctorem effligitat charitatium, sciens quòd nemo omni ex parte beatus. Vbi autem charitatiuum correctorem expostulat, infidiosum corruptè inuenisse probatur. Nam quidam Iudæus, vt dicitur, in Hispania ad fidem conuersus, Paulus in baptismo nominatus, tandem ad ecclesiam Burgensem promotus, omni modestia postposita, præfatam postillam Ecclesiæ sanctæ necessariam: & cunctis studiosis venerandam, hostiliter inuasit, immoderatione per beatum Hylarium decimo de Trinitate reprehensiue descripta, vbi dicitur, Contra veritatem aut non intellectam, aut offendentem, vel stultæ, vel vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiosa voluntatis error obnititur. Immoderata est enim omnis susceptarum voluntatum pertinacia, vbi non rationi voluntas subijcitur, sed hi quæ volumus rationem inquirimus: & placitis doctrinam coaptamus. Iámque nominis potius quàm rei erit doctrina quæ fingitur. Hos inquam immodestiæ modos (vt ita dicam) dictus Paulus Burgensis manifestè tenuit, quia in multis ostendi se possibilem odisse: & non intellexisse, vel intelligere noluisse, quæ vt irrationabilem, falsam erroneá, in multis improbauit, vt opus tam insigne támque laudabile, apud minus sapientes parui pensum reddat. Et vt immoderantiam præfatis modis assumptam colorare videatur, inuisiones quas scripsit: Additiones (quamuis verè sint corruptiones) nominauit postillamque (vt patet in effectu) ficte commendauit. Nam in proœmio sui corruptorij de hac postilla scribens filio suo Alfonso sic ait: Quoniam innumerabilia pene opera quorum veritate diuina scriptura circundata refulget, postillà Nicolai de Lyra tùa sui recentia, quàm sui digna celebritate, claruerit, qui vtrumque testamentum discurrens studiosè sensum literalem (qui inter cæteros præcipuus est) copiosa luculentia tradidit, hanc tibi donare proposui, & quod legare conceperam inter viuos non nude condonare, sed paterna additamenta paterno munusculo cumulare visum est. Hæc Burgen. Vnde si operi sic commendato non detrahentia addidisset: & vbi emendandum foret eum modestia emendasset, non esset locus redargutori. Sed quia sub titulo Additionum, calumnias corruptorias miscuit, quantum per eum stetit, minus cautis opus vile reddere studuit, & ad modum scorpionis facie blandiens, cauda pupugit, & corrupit, quatenus opere sic vilificato, sensus sacræ scripturæ literalis, & præcipuus, alibi ita planè & cõpendiosè nõ reperibilis nõ minus negligenter quàm periculosè transiret in abusum. Ego frater Mathæus ordinis fratrum minorum inter sacræ Theologiæ professores minimus, prouincia Saxonia minister indignus, ad multorum præfatam postillam cupidentium rogatum, certamen contra Burgen. pro magistro Nicolao suscepi, non vt postillæ quæ seipsam sufficienter defendit conferam adminiculum, sed vt ostendam magistrum Nicolaum, & eius opus sine modestiæ stimulo inuidiæ, aut vanæ gloriæ, vel vtriusque à Burgen. viliter impugnatum. Et sic opus Burgen. vere est postillæ corruptorium, ita vt opus illud cum Deo fauente consummatum fuerit. Correctorium corruptorij venit merito nuncupandum. In quo corruptorio quicquid dictus magistri Nicolai non obuiat: & si reprehensione dignum, tamen vt additamentum relinquam intactum, nec vim faciam, vbi Burgen. aliquem passum aliter quàm postillator exponit. Scimus etiam apud sanctos doctores eiusdem passu esse varias expositiones, nisi fortassè à veritate vel à communi sententia doctorum notabiliter deuiaret. In hoc autem opere: & quocunque alio per me facto vel in posterum fiendo, me totum dignis, & legitimis correctoribus submitto. Etsi in hoc opere reperiatur, quod dixerim Burgen. deliuare, non recipiatur vt blasphemia, sed ad literam quod deliuat: quia cum lyra non concordat. In hoc igitur correctorio hunc ordinem communiter seruabo. Primo enim punctum correctoris fideliter referam, deinde quid, & quantum contra postillam magistri Nicolai faciendum. Hoc præsupposito circa sensum literalem, quod, & postillator, & Burgen. principaliter quærunt: quod adæquata ratio sensus literalis sit: & quod sensus literalis sit ille qui est verus rationabilis per spiritum sanctum intentus: & per voces aut res sine absurditate significatus. Illa ratio adæquata sensus literalis habetur à beato Augustin. super Gen. ad literam, & à beato Greg. in moralibus, prout ita etiam Burg. eosdem ad id allegat in disputatione quæstionis præambula.

Additiones Burgensis

Sensus literalis.

Mathias Thoring.

Correctorium corruptorii.

Quid correctorii

Ratio adæquata.

Sensus literalis

REPLICA contra quædam dicta Burg. in quæstione præambula. In cuius quæstionis articulo quarto Burgensis notat postillatorem in duobus. Primò quod præponderat expositionem infidelium. Secundò quod dissimulauerit reuerentias: & autoritates sanctorum doctorum. Quid veritatis sit in primo, dicetur in loco per Burgen. allegato, videlicet Gen. primo. Circa secundum notandum, quod sanctorum autoritas, & reuerentia, vbi vt sancti locuti sunt: semper debet à fidelibus venerari, vt patet. xv. distin. decreti per totum. Vbi autem vt homines, & ex opinione locuti sunt, nec sancti in huiusmodi sibi volunt honorem deferri, vt patet. iij. super Gene. ad literam. ca. xxij. Sciuerunt enim sancti quod ex opinione sapientiæ contradicitur sine vitio sapienti, imo expedire videtur in materia opinabili dubia moueri. Nam sicut beatus Aug. primo super Gen. contra Manich. ecclesiæ proficiunt insurgentes hæreses, ad excutiendum pigritiam. Ita expedit in ecclesia contrarias esse opiniones, eadem ratione, & quam contrariæ sancti doctores opinentur in pluribus sacræ scripturæ passibus non nisi dicta sanctorum ignorans ignorat. Nec puto inconueniens dicta infidelium assumi in expositionem sacrarum scripturarum, & confirmationem dubiorum occurrentium. Nam beatus Augustin. facit sic. iij. confessio. in principio: & multis alijs locis, vbi assumit, & laudat dicta Ciceronis, & Platonis, & aliorum. Omnis enim quæ contra fidem non sunt, licet assumere in adiutorium. Omne enim verum vero consonat ex primo Ethi. Et sortasse veritas fidei posita ab infidelibus, ea quæ sunt fidei confirmat, vt dicit. xj. de ciuita. Dei. cap. xxj. Et ij. de do. Christiana Beatus Aug. ad propositum dicit, Si qua forte fidei nostræ accommoda dixerint, non solum formidanda non sunt: sed ab eis tanquam iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda. Et posito exemplo de Iudæis spoliantibus Aegyptios subdit: Sic fecerat Cyprianus doctor suauissimus, & martyr beatissimus, Lactantius, Victorianus, Optatus, & Hilarius. Frustra ergo Burgen. postillatorem in eo redarguit, cum, & ipsemet Aristo. dicta aliquoties adducit.

Dicta infidelium

In vj. articulo eius quæstionis post veram, quamuis apud Burg. fictam commendationem, postillatorem ipse Burgen. vituperat in tribus. Primo dicit in postilla irrationabiliter postponi dicta sanctorum, & specialiter sancti Thomæ, cuius dicta dicit igne charitatis examinata, & naturalis rationis diclamine multipliciter purgata. Ad hoc dico quod Burg. in postillatore egrè ferre non debuit, quod ipsemet sæpe facere consueuit. In plerisque enim locis (vt patebit in processu) Et beatum Augu. Hieronym. Greg. Isid. & sanctum Thom. quem cæteris grandi compendit, postponit sine ratione, quod in postillatore non reperitur, qui nullius sancti dictum reprobat, nisi ex maiori ratione: & autoritate declinandum ostendat. Et specialiter huic Burgen. videtur crimen læsæ maiestatis repugnare, cum dicta sancti Thomæ præferre videtur dictis Aug. Greg. Hiero & aliorum, quasi illa non sicut ista sint igne charitatis examinata, & quasi illa sicut ista non egeant retractatione. beatus enim Aug. in exordio suæ retractationis dicit, quod in multiloquio peccatum non deerit. Qui non habet primas partes sapientiæ. s. rectè docendo, habeat saltem secundas. s. modestiæ, in reuocando errata.

Dicta Tho.

Partes sapientiæ

Concludit: Qui ista sciuri sunt non imittentur me errantem, sed in melius proficientem. Modestum fuisset Burg. sanctum Tho. beato Augustino præferre, quasi omnia dicta sancti Tho. sint prima vera, quoniam multa dicta beati Aug. sunt hodie opinabilia, qui etiam libros suos super Gene. ad literam reputat magis esse inquisitiuos quàm diffinitiuos: & quædam dicta eius etiam non retractata, à moderna schola communiter non recipiuntur, vt de ratione intelligendi opera sex dierum, &c. Non igitur ægrè ferat Burgen. si dicta beati Tho. non vsquequaque recipiantur.

Libri Augustini super Genesim.

Secundo autem Burgen. notat postillatorem quasi non fuerit perfectus in idiomate Hebraico, eo quod à pueritia non didicit. Sed illa ratio non valet. quia fit ad senem addiscere idioma quodcunque perfecte. Nec Burg. debuit ex eo notare postillatorem sed ei gratias agere, quia ad exaltationem Catholicæ fidei, & sacræ scripturæ dilectione, tantum impendit studium, vt intellectum linguæ Hebraicæ etiam adultus assequi mereretur. Quod si reprehensibile est, venit beatus Hieronymus similiter culpandus, quod absit.

Lyra carpitur quod nõ perfectus Hebræus

Tertio Burgens. culpat postillatorem, quia secutus est Ra. Sa. potius quàm alios Hebræos eo potiores. Respondeo quod postillator non sequitur nec illum nec alios, nisi quantum ratio, & fides admittunt, imo hi quos Burgen. præfert Ra. Sa. non reperiuntur fidei plus fauisse, & rationi, nec scripturam clarius exposuisse quàm Ra. Sa. vt patebit in locis suis.

Ra. Sa.

EPISTOLA BEATI HIERONYMI AD PAVLINVM PRÆSBYTERVM, DE OMNIBVS DIVINAE HISTORIAE LIBRIS.

CAPVT PRIMVM.

ERATER Ambrosius tua mihi munuscula perferēs, detulit & suauissimas literas quæ à principio amicitiarum, fidem probatæ iam fidei & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, non subdola & palpans adulario, sed Dei timor & diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historijs quosdam lustrasse prouincias, nouos adijsse populos: maria transijsse vt eos quos ex libris nouerant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras Mēphiticos vates, sic Plato Ægyptum & Archytā Tarentinum: eande mq; oram Italiæ quæ quōdā magna Græcia dicebatur, laborioſisimè peragrauit: vt qui Athenis magister erat & potens, cuiusque † doctrinas Academiæ gymnasia personabant: fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecundè discere: quàm sua impudenter ingerere. Denique cum literas quasi toto orbe fugientes persequitur, captus à piratis & venūdatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captiuus, vinctus, & seruus, tamen quia philosophus maiore mente se fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de vltimis Hispaniæ Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus, quos ad contemplationem sui Roma nõ traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis celebrandúmque miraculum, vt vrbem tantam ingressi: aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, siue ille magus, vt vulgus loquitur: siue philosophus vt Pythagorici tradūt, intrauit Persas: pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Messagetas: opulētissima Indiæ regna penetrauit: Ad extremum latissimo Physon amne transmysso peruenit ad Brachmanas: vt Hierarchiā in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos de natura, de *moribus, ac siderum cursu audiret docentem, inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæstinos, reuersus Alexandriam, perrexit Aethiopiam, vt Gymnosophistas & famosissimam solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbique quod disceret: & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo voluminibus Philostratus.

† Doctrinā.

* de moribus syderis ac dictum cursu.

CAPVT SECVNDVM

QVid loquar de seculi hominibus: cum apostolus Paulus vas electionis magister gentium: qui de conscientia tāti in se hospitis loquebatur. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Post Damascū Arabiamque lustrata m ascendit Hierosolymam vt videret Petrum, & [1] manſit apud eū diebus quindecim (Hoc enim mysterio [2] hebdoadis & ogdoadis futurus gentium prædicator instruendus erat.) Rursumque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito, [3] exposuit cum apostolis euangeliū, ne forte in vacū currerer, aut cucurrisset. Habet nescio quid latentis energiæ viua vox, & aures discipuli de authoris ore transfusa fortius sonat. Vnde & Aeschines cum Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio quā aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsam audissetis bestiam, sua verba resonantem.

1 manserit

2 hebdoma dis.

3 Exposuerit Apostol.

CAPVT TERTIVM.

NEC [4] hoc dico, quòd sit in me aliquid tale quod vel possis [5] vel velis discere, sed [6] quo ardor tuus & discendi studium etiā absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile & sine doctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quæras consideramus. Mollis cera & ad formādum facilis, etiam si artificis & plastæ cesset manus, tamen virtute sorum est quicquid esse potest. Paulus apostolus ad pedes Gamalielis legē Moysi & prophetas didicisse se gloriatur: vt armatus spiritalibus telis, postea † doceret confidenter. Arma enim nostræ militiæ non carnalia sunt: sed potentia Deo: ad destructionem munitionū: *cogitationes destruentes: & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei: & † captiuantes omnē intellectum ad obediēdū † Christo: & parati subiugare *eunctam inobediētiam. † Ad Timotheum scribit ab infantia sacris literis eruditū: & hortatur ad studium lectionis: ne negligat gratiam quæ data sit ei per impositionem manus præsbyterij. Tito præcipit: vt inter cæteras virtutes episcopi quem breui sermone depinxit: sciētiam quoque intelligat scripturarum. obtinentem, inquit, eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: vt potens sit

4 Hæc non dico.
5 A me audire,
6 quod

† doceret

* alias, consilia

† captiuantem.
† alias, Deo

* omnem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A exhortari in doctrina sana: & contradicentes reuincere.

CAP. IIII.

Sancta quippe rusticitas solũ sibi prodest:& quantum ædificat ex vitæ merito ecclesiam Christi: tantum nocet si destruentibus non resistat. Malachias prophe ta: imo per Malachiam dominus interrogauit sacerdotes legem. †Intantum sacerdotis officium est interrogatum, respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus: Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, seniores tuos & dicẽt tibi. In psalmo quoque centesimooctauodecimo. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti viri: cum eum arbori vitæ Dauid quæ est in paradiso compararet: inter cæteras virtutes † hoc etiam intulit:* In lege domini voluntas eius:&in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis: iustos ait fulgere sicut stellas:& intelligentes: id est, doctos quasi firmamentum. Vides quantum inter se distent iusta rusticitas, & docta iustitia. Alij stellis, alij cœlo comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatem, vtrumque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur * Paulus Apostolus, vas electionis? Nempe quia vas legis:& scripturarum sanctarum † armariũ. Pharisęi stupent in domini doctrina: & mirantur in Petro & Ioanne, quomodo legem sciãt, cum literas non didicerint. Quicquid enim alijs exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet: illis hoc spiritussanctus suggerebat. Et erant iuxta quod scriptum est: θεοδίδακτοι: docibiles Deo Duodecim annos saluator impleuerat:& in templo * sedens de quæstionibus legis interrogãs: magis docet dum prudenter interrogat. Nisi forte rusticum Petrum: rusticum † dicamus Ioannem: quorũ vterque dicere poterat: Et si imperitus sermone: non tamen scientia. Ioannes rusticus, piscator indoctus. Et vnde illa vox obsecro: In principio erat verbum & verbum erat apud Deum:& Deus erat verbum λογός: Logos enim Græcè multa significat. Nam & verbum est:& ratio: & supputatio & causa vniuscuiusque rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ vuiuersa rectè intelligimus in Christo.

† 31 dis. qui in aliquo. de tempor. ordin. cap. si archiepiscop Sacerdotũ proprium. Deut. 31. a.

† & hoc in iulic.

* Psal. 1. a. Visio Danielis secretissima Dani. 12. b.

B

* dicitur Paulus

† erat armarium.

* sedens

† dicimus

C

CAPVT V.

Hoc doctus Plato nesciuit: hoc Demosthenes eloquẽs ignorauit. † Perdam inquit sapientiam sapientium: & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam. Et quanquàm stultitia prædicationis in cruce sit: tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam autem non seculi huius: nec principum seculi istius * qui destruuntur: sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit Deus ante secula. Dei sapientia, Christus est, Christus enim Dei virtus & Dei sapientia in mysterio absconditus est: de qua & noni psalmi titulus prænotatur: pro occultis filij. In quo sunt omnes Thesauri Sapientiæ & Scientiæ Dei absconditi. Et qui in mysterio absc̃ditur erat prędestinatus ante secula. Prædestinatus autem & præfiguratus in lege & prophetis. Vnde & prophetæ appellabantur videntes, quia videbant eum quem cæteri non videbant, Abraham vidit diem eius & lætatus est. Aperiebantur cœli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erant. † Reuela inquit Dauid oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritalis est:& reuelatione opus est vt intelligatur: ac reuelata facie * domini gloriam contemplemur. Liber in apocalypsi septem sigillis signatus ostẽditur: quem si dederis homini scienti literas vt legat respondebit tibi: Non possum: Signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas, tenent signatum librum, nec aperire possunt nisi ille reserauerit qui habet clauem Dauid: qui aperit & nemo claudit: qui claudit & nemo aperit. In actibus apostolorum sanctus eunuchus imo vir (sic enim eum scriptura cognominat) cum legeret Esaiam prophetam: interrogatus à Philippo? Putasne intelligis quæ legis? Respondítque: Quomodo possum nisi aliquis me docuerit? Ego (vt de me interim loquar) nec sanctior sum hoc eunucho, nec studiosior: qui de Æthiopia, id est, de extremis mundi finibus, venit ad templum: reliquit aulam regiam: & tantus amator * diuinæ scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo sacras literas legeret. Et tamen cum librum teneret: & verba domini cogitatione conciperet: lingua volueret: labijs personaret: ignorabat eum quem in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus: ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus: Eadem hora * credidit eunuchus: baptizatur: * fidelis & sanctus est magister de discipulo plus in deserto fonte ecclesiæ, quàm in aurato synagogæ templo reperit.

* *
*

CAP.

D

* quæ destruitur

E

† Ps. 118. b.

* domini

F

* Legis diuinæque scientię.

* Et fidelis & sanctus factus est.
* Credit

† 1. Cor. c. 1. Cor. 2. b.

CAP. VI.

Hæc à me perstricta sunt breuiter (neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in scripturis sanctis sine prævio & monstrante semitam non posse ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis, quorum scientia moralibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα τὴν μέθοδον τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniam, & quæ non tam λογικά, quàm manu administrantur. Agricolæ, cæmentarij, fabri metallorum, lignorumque cæsores, lanarij quoque & fullones, & cæteri qui variam supellectilem & vilia opuscula fabricant, absque doctore non possunt esse quod cupiũt. Quod medicorum est promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi omnes passim vendicant. Scribimus indocti, doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent antequam discant. Alij * adducto supercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alij discunt proh pudor à fœminis quod viros doceant. Et ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imo audacia ediderunt alijs, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone compositio aurem populi mulserint, quicquid dixerint hoc legem Dei putant. Nec scire dignantur quid prophetæ, quid apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit & non vitiosissimum * dicendi genus deprauare sententias, & ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homero centonas & Virgilio centonas, ac non sic etiam Maronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripserit. * Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna. Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium, * Nate meæ vires mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce: Talia perstabat memorãs fixusque manebat. Puerilia sunt hæc & circulatorũ ludo similia, docere quod ignores, imo vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quod nescias.

* adducto.

* Docendi.

* Vir. Bucolii. egloga. 4.

* Ene. 1.

CAP. VII.

Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum, & gentium vsque ad * Aegyptum scribitur Hebræorum.

Genesis.

* Ad exitũ.

Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo cum mysticis diuinisque præceptis.

Exod.

In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, imo singulæ pene syllabæ, & vestes Aaron & totus ordo leuiticus * inspirant cœlestia sacramenta.

Leuiticus.

* Spirant.

Numeri vero, nonne totius arithmeticæ & prophetiæ Balaam, & quadragintaduarum mansionum per eremum mysteria continent.

Numeri.

Deuteronomium quoque secunda lex, & Euangelicæ legis præfiguratio, nonne sic ea habet quę priora sunt vt tũ noua sint? omnia? De veteribus hucusque Moyses, hucusque, πνευματικὸς Pẽtateuchus, quibus quinque verbis loqui se velle apostolus in ecclesia gloriatur.

Deuteronomium.

1 omnia de veteribus. Hucusque, &c.

Iob exemplar patientiæ quæ non mysteria suo sermone complectitur. Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur, omnesque leges dialecticæ propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba plena sunt sensibus. Et vt de cæteris sileam, resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius vel cautius scripserit. Scio inquit quòd redemptor meus viuat, & in nouissimo 2 de terra surrecturus sim, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Iob.

2 die de

Veniam ad Iesum naue † qui typum domini, non solum gestis, verum etiam nomine † præfert. Transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina: torrentes, atque confinia ecclesię cœlestisque Hierusalem spiritualia regna describit.

Iosue, siue Iesus Naue. alias non habet † qui.

alias non habet † præfert.

In Iudicum libro quot principes populi, tot figuræ sunt.

Liber Iudi.

Ruth Moabitis Esaię explet vaticinium dicentis, Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion.

Ruth.

Samueli in Heli mortuo & in 3 occisione Saul veterem legem abolitam. 4 porrò in Sadoch atque Dauid noui sacerdotij nouique imperij sacramenta 5 testatur.

Reg. 1 & 2. 3 Occiso Saul. 4 Monstrat porrò. 5 Testatur.

Malachin, ideſt, tertius & quartus regum liber, à Salomone vsque ad Iechoniam, & à Hieroboam filio Nabath vsque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, Regnum Iuda & regnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

regnum describitur Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt: si [2] in litera sensum
[2] literis [2] inspexeris ecclesiæ
larentem [2], ecclesiæ paucitas & hæreticorum contra ecclesiam bella narrantur.

[3] angustias aliis † sonat.
Duodecim prophetæ in vnius voluminis [3] angustia coartari: multo aliud quàm † sonant in litera præfigurant.

Oseæ.
Oseæ crebro nominat Ephraim: Samariam: Ioseph: Iezrael: & vxorem fornicariam & fornicationis filios: & adulteram cubiculo clausam mariti: multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri viri ad se redditum præstolari.

Ioel.
Iohel filius Phatuel describit terram duarum tribuum [4] herucha: bruche: locusta &
[4] eraca.
rubigine vastante consumptam: & post euersionem prioris populi, effusum iri spiritum sanctum super seruos Dei & ancillas: id est, super centum viginti credentium nomina: & effusum iri in cœnaculo Sion.

Qui centum viginti ab vno vsq; ad quindecim paulatim: & per incrementa surgẽtes, quindecim graduum numerum efficiunt: qui in psalterio misticè continentur.

Amos.
Amos pastor & rusticus & ruborum mora distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor scelera Damasci, [5] Gazæ, Tyri, Idumeæ,
[5] & gazæ, & tyri, & Idumææ, & filiorum.
filiorum Ammõ & Moab, & in septimo octa uoq́ue gradu Iudæ & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues quæ sunt in monte Samariæ: & ruituram domum maiorem minoremq; testatur. Ipse cernit fictorem locustæ: & stãtem dominum super murum litum, vel adamantinum, & vncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terra: non famem panis neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.

Abdias.
Abdias qui interpretatur seruus domini: pertonat cõtra Edom sanguinem terrenúmque hominem: fratris quoque Iacob semper æmulum hasta percutit spiritali.

Ionas.
Ionas columba pulcherrima: naufragio suo passionem domini præfigurãs: mundum ad pœnitentiam reuocat: & sub nomine Nini ue, salutem gentibus nunciat.

Micheas.
Micheas de morasthi cohęres Christi: vastationem annunciat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam: quia maxillam percusserit iudicis Israel.

Naum.
Naum consolator orbis: increpat ciuitatẽ sanguinum: & post euersionẽ illius loquitur: Ecce super montes pedes euangelizantis & annunc
anunciantis pacem.

7 Abacuk luctator fortis & rigidus: stat super custodiam suam & figit gradum super mu 7 Abacuc
nitionem: vt Christum in cruce contemplentur: & dicat: Operuit cælos gloria eius: & laudis eius plena est terra: Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

Sophonias speculator & arcanorum domini cognitor, audit clamorem à porta piscium & eiulatum à secunda, & contritionem Sophonias.
à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pylæ, quia conticuit omnis populus Chanaam, [8] dispersi sunt vniuersiqui inuoluti erant argento. [8] dispersi sunt

Aggeus festiuus & lætus, qui seminauit in Aggeus.
lachrymis vt in gaudio meteret, destructum templum ædificat, Deúmque patrem inducit loquentem. † Adhuc vnum modicum & ego commouebo cœlum & terram † Aggei. 2. b.
& mare & aridam, & mouebo omnes gentes: & veniet desideratus cunctis gentibus.

Zacharias memor domini sui, multiplex in Zacharias.
prophetia, Iesum vestibus sordidis indutum & lapidem oculorum septem, candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoque oliuas à sinistris lampadis cernit, & à dextris, vt post equos rufos: nigros, [9] varios: & albos, & dissiparas quadrigas [9] Albos, & varios.
ex Ephraim, & equum de Hierusalem, pauperem regem vaticinetur, & prædicet sedentem super pullum filium asinæ subiugalis.

Malachias aperte & in fine omnium pro- Malachias.
phetarum, de abiectione Israel & vocatione gentium. Non est mihi ait voluntas in vobis: dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomẽ meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.

[10] Esaiam, Hieremiam, Ezechielem, & Da- [10] Isaiam.
nielem, quis potest vel intelligere, vel exponere. Quorum primus non prophetiam videtur mihi texere, sed euangelium.

Secundus virgam nuceam, & ollam succensam à facie aquilonis, & pardum [11] expo- [11] Spoliatum.
liatum suis coloribus, & quadruplex diuersis metris nectit alphabetum.

Tertius principia [12] & finem tantis habet [12] istæ partes
obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos ipsæ partes cum exordio Geneseos: ante annos triginta non legantur.

Quart

Quartus verò qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius, & totius
[1] Philistoros.
mundi [1] philohistoricus, lapidem præcisum de monte sine manibus & regna omnia subuertentem, claro sermone pronunciat. Dauid simonides noster pindarus & alcæus, flaccus quoque catulus & serenus Christum Lyra personat, & in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem. Salomon pacificus & amabilis domini, mores corrigit, naturam docet, ecclesiam iungit & Christum sanctarúmque nuptiarum dulce canit epithalamium.

[2] Esther.
[2] Hester in ecclesiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij & diem celebrem mittit in posteros.

[3] Id est testamenti
Paralipomenõ liber [3] instrumẽti veteris ἐπιτομὴ epitome, tãtus ac talis est, vt absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iuncturáque verborũ & prætermissæ in regum libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicantur Euangelij quæstiones.

Esdras & Neemias adiutor videlicet & consolator à domino, in vnum volumen coarctantur, instaurant templum, muros extruunt ciuitatis, omníque illa turba populi redeuntis in patriam, & descriptio sacerdotum, leuitarum, Israelis proselytorum, ac per singulas familias murorum ac turrium opera diuisa, aliud in cortice præferunt: aliud in medulla retinent.

Cernis me scripturarum amore raptum, excessisse modum epistolæ, & tamen non implesse quod volui. Audiuimus tantum quid nosse, quid cupere debeamus, vt & nos quoque pos-
† Ps. 118. c.
sumus dicere: † Concupiuit anima mea desiderare iustificationes suas in omni tempore. Cæterum Socraticum illud impletur in nobis: Hoc tantum scio quod nescio. Tangam & nouum breuiter testamentum. Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga domini, & ve-
aliis, † Cherub.
rũ † Cherubim, quod interpretatur scientiæ
[4] Multitudo.
[4] plenitudo: per totum corpus oculati sunt: scintillæ emicant: discurrunt: fulgura: pedes habent rectos: & in sublime tendentes: terga pennata, & vbique volitantia: tenent se mutuo sibiq́ue perplexi sunt: & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quocunque eos flatus sancti spiritus duxerit. Paulus Apostolus ad septem scribit ecclesias, octaua enim ad Hebræos à plerisque extra numerum ponitur. Timothæũ instruit ac Titum. [5] Philemonem pro [5] Et Philemonem.
fugitiuo famulo deprecatur, super quo tacere melius puto, quàm pauca scribere.

Actus Apostorum nudam quidem sonare videntur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere, sed si nouerimus scriptorem eorum Lucá esse medicum, † cuius laus est in † 2. Co. 8. d
Euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius animæ languentis esse medicinam. Iacobus, Petrus: Ioannes: Iudas, septem epistolas ediderunt, tam mysticas quàm succinctas, & breues pariter ac longas. Breues in verbis, Longas in sententijs, vt rarus sit, qui non in earum lectione cæcutiat. Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior est. In verbis singulis, multiplices latent intelligentiæ. † Oro te fra- † Conclusio cohortatiua ad Paulinum.
ter charissime inter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quærere. Nonne tibi videtur iam hic in terris regni cœlestis habitaculum? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate, & quasi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de industria sic prolatæ sunt, vt rusticam concionem, eadémque sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non sum tam petulans & hebes vt hæc me nosse pollicear, & eorum fructus carpere, quorum radices in cœlo fixæ sunt, sed velle fateor,
† sedenti me præfero, magistrum renuens, co- aliis, † sed eniri me profiteor.
mitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit, Discamus in terris quorum nobis scientia perseueret in cœlo. Obuijs te manibus excipiam, Et vt ineptè aliquid ac de hermagoræ tumiditate † effutiam, quicquid quæsieris tecum scire conabor. aliis, † effundam

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Paulinum.

CAP. VIII.

HABES hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honestatem morum tuorum, contemptum seculi, fidem amicitiæ, amorem Christi. Nam prudentiam & eloquij venustatem etiam absque illo ipsa epistola præferebat. Festina quæso te & [1] hærenti in salo nauiculæ funem magis præcide quàm solue. Nemo renunciaturus seculo bene potest vendere quæ contempsit vt venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est, Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est. Infidelis autem etiam obolo indiget. Sic viuamus [2] quasi nihil habentes, & omnia possidentes. [3] Victus atque vestitus, diuitiæ Christianorum. Si habes in potestate rem tuam vende, si non habes, proijce. Tollenti tunicam & pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrastinans, & diem de die trahens cautè & pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus vnde alat pauperes suos? Totum Deo dedit qui [4] se obtulit. Apostoli nauem tantum & retia reliquærunt: Vidua duo æra misit in Gazophylacium, & præfertur Crœsi diuitijs. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

1 hærentis

2 Tãquàm nihil.

2 cor. 6. b.

3 Victus atque vestitus diuitiæ Christianorum.

4 seipsum.

Finit Epistola Hieronymi ad Paulinum.

Prologus Sancti Hieronymi in

PENTATEVCHVM MOYSI.

A

DESIDERII Mei desideratas accepi epistolas, qui quodam præsagio futurorum cum Daniele sortitus est nomen, obsecrantis, vt translatum in Latinam linguam de Hebræo sermone pẽtateuchum nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certe & obtrectatorum latratibus patens, qui me asserũt in septuaginta interpretum suggillationem noua pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes cum ego sæpissime testatus sim, me pro † vili portione in tabernaculo Dei offerre quæ possim, nec opes alterius aliorũ paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me studium prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, Asterico & Obelo, id est, stella & veru opus omne distinguens, dum aut illucescere facit quæ minus ante fuerant, aut superflua quæque iugulat & confodit, maximè quæ Euãgelistarũ & Apostolorũ autoritas promulgauit. In quibus multa de veteri testamento legimus, quæ in nostris codicibus non habentur, vt est illud: †Ex Aegypto vocaui filium meũ, & quoniam Nazaræus vocabitur, † & videbunt in quem compunxerunt, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, & quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis [1] ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se, & multa alia quæ proprium ἀνέκφραστα desiderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta sint, & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee. Secũdum in Esaia. Tertium in Zacharia. Quartum in Prouerbijs. Quintum æquè in Esaia. Quod multi ignorantes, apocryphorum delyramenta sectantur, & [2] Iberas nenias libris [3] authenticis præferũt. Causas erroris non est meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt esse consilio, ne Ptolemæus vnius Dei cultor etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maximè idcirco faciebãt, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicunque sacratum aliquid scriptura testatur de patre & filio & spiritusancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus [4] autor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadẽ scriptitarint, cum [5] Aristæus eiusdem Ptolemæi ὑπερασπιστὴς † multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint, sed in vna basilica congregatos, contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim [6] vatem: aliud esse interpretem. Ibi spiritus ventura prædicit, hic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit transfert. Nisi forte putãdus est Tullius œconomicum Xenophontis, & Platonis †Pythagoram: & Demosthenis pro Ctesiphonte afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per septuaginta interprætes, aliter per Apostolos spirituſsanctus testimonia texuit, vt quod illi tacuerũt, hi scriptum esse mentiti sunt. Quid igitur? Damnamus veteres? Minime: Sed post priorum studia in domo domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nescibãt, dubijs protulere sententijs, nos [7] post passionem & resurrectionem eius, non tam prophetiam quàm historiam scribimus. Aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus: melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator ausculta. Non damno, non reprehendo septuaginta, sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero. Per istorum os mihi Christus sonat, † quos ante prophetas inter spiritualia charismata positos lego, in quibus vltimum penè [8] locum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Si cubi tibi in translatione videar errare, interroga Hebræos, diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est, si contra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerunt, & emendatiora sunt exemplaria Latina quàm Greca, & Græca quàm [9] Hebræa. Verum hæc contra inuidos. Nunc te [10] precor Desideri charissime, vt quia tantum opus me subire fecisti, & à Geneſi exordium capere, orationibus iuues, quòd possim eodem spiritu quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

Finit præfatio.

† Alias vili.

† Oſee. 11.

† Zachariæ. 12. c.

1 ascenderunt.

2 hiberas.

3 authenticis.

4 author.

5 Aristæus.

† non

6 esse vatẽ

† alias, pro thagoram

7 verò post

† 1. Corin. 12. d.

8 gradum

9. Hebraica.

10 deprecor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prothemata glossæ ordinariæ.

VM OMNES diuinos libros legimus, in tanta multitudine verorum intellectuum, qui de paucis verbis eruuntur, & sanitate catholicæ fidei muniuntur, potissimum id diligamus, quod certum apparuerit eum sensisse quem legimus. Si autem hoc latet, id certe quod circunstantia scripturæ non impedit, & cum sana fide concordat. Si autem scripturæ circunstantia tractari, & discuti non potest, saltem id solum, quod fides exigit sana vel præscribit. Aliud est enim, quid potissimum scriptor senserit, nó dignoscere, aliud à pietatis regula errare. Si vtrunque vitetur, perfecte se habet fructus legentis. Si vero vtrunque vitari non potest, etiam si voluntas scriptoris incerta sit, sanæ fidei congruam non inutile est eruisse sententiam. AVGVST. In rebus obscuris atque à nostris oculis remotissimis, si qua in scriptura etiam diuina legimus, quæ possunt salua fide alijs parere sententijs, in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita proijciamus, vt si forte diligentius exquisita veritas eam labefactauerit, corruamus. Non pro sententia diuinarum scripturarum, sed pro nostra dimicantes, ita vt eam velimus scripturarū esse, quæ nostra est, cū potius eam quæ scripturarū est, nostram esse velle debeamus.

In rebus obscuris non est facile eligere vnā aut certam partem, cui sit habenda fides.

Notandum quia hæc scriptura ita allegoricis verbis texitur, vt allegoricum sensum contineat, & historicam fidem rerum gestarum non amittat. Dicitur autem Genesis a suo principio, secundum morem Hebræorum, qui ex principijs maxime nomina libris imponunt, sicut Matthæus Euangelicam suam historiam, librum generationis appellat. Cum multa vtraque scriptura in sequentibus contineat. In quibus nulla generationis mētio fiat. Introducit quippe hæc historia primum hominem, futuri formam, vt pote de terra virgine conditum, per quem
B generandi terreni erant in vitam transitoriam, sicut euangelium secundum nouum hominem inducit de matre virgine genitum, qui filios generaret in vitam æternam. In hac ergo scriptura figuræ sunt futurorum. In euangelio vero manifestato completorum. Liber iste more Hebræorum à principio Genesis appellatur, quia in eo de cæli & terræ generatione agitur, licet alia multa sequantur, sicut euangelium Matthæi, *Liber generationis Iesu Christi.* Inducit enim Moyses primum hominem formam futuri de terra virgine conditum, qui generaret terrenos in vitam transitoriā, sic & Euangeliū secundū hominē. s. Christum de matre virgine genitum, qui generaret cœlestes in vitam æternā. Hic ergo figura, in euāgelio veritas. Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Basilius, Chrysostomus, Theophylactus, Beda, Rabanus, Strabus, Haymo, Remigius, Anselmus, Lyranus, Dionysius Carthusianus, Thomas Aquinas, Hugo Cardinalis, Vatablus, Sanctes Pagninus, Arias Montanus, Iohannes Mercerus, Iunius, Tremellius, Genebrardus, Gilbertus Cognatus, Iohannes Drusius, Franciscus Vatablus, Iohannes Calvinus, Theodorus Beza, Iohannes Piscator, Iohannes Marloratus, Iohannes Brentius, Iohannes Oecolampadius, Philippus Melanchthon, Martinus Bucerus, Petrus Martyr, Conradus Pellicanus, Sebastianus Munsterus, Andreas Osiander, Sebastianus Castalio, Sebastianus Schmidius, Iohannes Gagnæus, Iohannes Claius, Iohannes Forsterus, Iohannes Mollerus, Iohannes Wolfius, Iohannes Pappus, Iohannes Hentenius, Iohannes Cuntzius, Iohannes Lauater

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prothemata glossæ ordinariæ in Genesim.

A Die quinta facta sunt in aquis reptilia animarum viuarum, id est, homines in vitam reuocati per sacramentum baptismi. *Facta sunt volatilia* id est, animæ volantes ad superna.

Sexta die prouixit terra animam viuam, quando caro nostra ab operibus mortuis abstinens, viua virtutum germina parit, secundum genus suum, id est, vitam imitando sanctorum. Vnde Philiij.d. *imitatores mei estote, &c.* Secundum genus nostrum viuimus, quando sanctos quasi proximos imitamur. *Producit terra animã*, id est, homines ferocitate superbientes. *& pecora*, id est, simpliciter viuentes. *& serpentes*, astutos scilicet, & bonum à malo discernentes, & quasi reptando scrutantes terrena, per quæ intelligant cœlestia: Post hæc fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam virum scilicet perfectum, qui ipsam veritatem contemplando operatur iustitiam. Hic accipit potestatem piscium maris, & volatilium cœli, pecorum, ferarum, atque repentium, quia spiritualis similis Deo factus omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur. *Masculum & fœminam creauit eos,*
B quia sicut viro mulier, sic spirituali & perfecto viro minus perfectus obedire debet. Dicitur enim eis. *Crescite & multiplicamini & replete terram.* In spiritualibus scilicet donis, vt ratio domine tur carni, quasi insensato animanti, & perturbationibus eius. Per herbam seminalem & lignum fructuosum in escam hominibus datum, intelligimus oblationes sanctorum. Vnde Paulus. j. Corin. ix. b. *Seminauimus spiritualia vobis, magnum est si carnalia vestra metamus.*

AVG. Cũ in diuina scriptura de paucis verbis plures intellectusveri & catholici habentur, illũ deligamus maxime, quem constat scriptorem sensisse, vel quem non impedit circunstantia scripturæ, si conuenit cum sana fide, aut saltem quem sana fides præscribit.

Nota. IDEM. Si quia obscura legimus, quę possunt sanè varijs exponi sententijs, nullam præcipitanter affirmemus, ne forte velimus eam esse scripturæ sententiam, quæ nostra est, cum potius scripturæ sententiam debeamus facere nostram.

In principio. IDEM. In narratione rerũ gestarũ non omnia secundum figuralẽ tantum intellectũ accipiuntur, sed quædam secundum fidem rerum gestarum asserenda & defendenda sunt. Quærendum est ergo, quomodo præter allegoricam significationem dictum sit, *In principio creauit Deus cœlum & terrã*, *In principio*. scilicet temporis, Vel quia primo facta sunt. Vel. *In principio*. id est, in Dei filio, qui ait Ioan. viij. d. *Ego sum principium, qui & loquor vobis. Cœlum & terram.* spiritualem, corporalémque creaturam in-
C telligunt, vel corporalem tantum, per cœlum, superiorem, per terram, inferiorẽ. Vel vtriusque informis materia dicta est cœlum & terra. Spiritualis enim vita sicut in se est, non conuersa D ad creatorem, informis est. Conuersa verò ad eum, formatur. Corporalis autem per priuationem omnis corporeæ qualitatis, quæ apparet informata materia. Vel cœlum est creatura spiritualis, quæ ab exordio quo facta est, & perfecta, & beata semper est. Terra verò corporalis materies adhuc imperfecta, quia terra (inquit) *erat inuisibilis & incomposita, &c.* Vbi videtur informitatem significare corporalis substantiæ. Vtriusque tamen in formitas hic significari potest. Corporalis in eo quod dictum est, *Terra autem erat inuisibilis & incomposita.* Spiritualis autem in hoc, *Et tenebræ erant super faciem abyssi.* Vt abyssum tenebrosam naturam vitæ informem intelligamus, nisi ad creatorem conuertatur, in quo solo formatur & illuminatur, ne sit tenebræ vel abyssus.

Terra.

Quomodo Deus cuncta simul condidit.

GREGOR. Quærendum est quomodo Deus cuncta simul cõdidit, dũ idem Moyses ex dierũ mutatione variante, distinctè creata describit? Sed rerũ materia simul creata est, simul verò formata per species non est, & quod simul extitit per substantiam materiæ, non simul apparuit per speciem formæ. Cum enim simul factum cœlum terræque dicitur, simul spiritualia & corporalia, & quicquid de terra producitur, simul facta iudicantur. Sol, luna, & sidera quarto die in cœlo facta perhibẽtur. Sed quod quarto die processit in specie, primo die in cœli substantia extitit per conditionem. Primo die terra creata dicitur, tertio arbusta condita, & cuncta terræ virentia describũtur. Sed quo die tertio in speciem prodijt, prima die in ipsa terræ substantia cõditum fuit. Hinc Moyses distinctè per omnes vel singulos dies, omnia condita retulit, & tamen omnia simul creata subiungit dicens, *Istæ sunt generationes cœli & terræ, quando creatæ sunt, in die, quando fecit Deus cœlum & terram & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnémque herbam regionis, &c.* Qui enim diuersis diebus creatum cœlum, terram, virgultum, herbãmque narrauerat, hinc vno die facta manifestat, vt ostenderet, quòd omnis creatura simul per substantiam extitit.

E

Gene. 1 2.

† Quæ non simul per speciem processit. Vnde, *Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Ad imaginem Dei creauit illum, Masculum & fœminam creauit eos.* Fœmina nondum erat facta, iam homo masculus & fœmina perhibetur. Sed quia ex latere Adæ erat processura, in illo iam computatur per substantiam, à quo fuerat producenda per formã. In minimis quoque licet hæc considerare. Herba enim cum prodit & formatur, nondum in illa fructus, nec dum fructus sui semen ostenditur, ineſt tamen ei fructus, & semen, quia simul sunt in radice substantiæ, quæ non simul prodeunt per temporis incrementa.

alias † quãtus Gene. 2. a

F

*/N

POSTILLA NICOLAI DE LYRA SVPER GENESIM.

CAPVT PRIMVM.

A 

IN PRINCIPIO, &c. Tota sacra scriptura diuiditur in duas partes, in vetus & nouum Testamẽtum. Nam licet tota sacra scriptura sit de Deo, tãquam de subiecto, tamen prima pars principaliter est de Deo, tãquam creatore & gubernatore: secũda verò de Deo, tanquam redemptore & glorificatore. Prima pars videlicet veteris testamenti, diuiditur in quatuor partes: in libros Legales, Historiales, Sapientiales, & Prophetales. Et quia vetus testamentũ & nouum se habent sicut rota in medio rotæ, vt habetur Ezec. 1. d. Ideo nouum Testamentum consimiliter diuiditur: quia legi in nouo testamento correspondet Euangelium, libris Sapientialib. correspondent epistolæ Pauli, & aliorum apostolorum. Libris historialib. correspondent actus apostolorum. Libris prophetarũ correspondet Apocalypsis. Circa primam partem veteris testamenti quæ continet libros legales, videlicet quinq; libros Moysi, considerandũ quòd lex non datur vni personæ, sed communitati populi aduna-
Ezech. 1. ti, ideo primò describitur adunatio fidelis populi sub cultu vnius Dei, quod fit in lib. Genes. Secũdo describitur lex flatio populo adunato, & hoc fit in Exod. & duobus libris sequentibus. Tertiò ponitur prædicta legis repetitio & explicatio, & hoc fit in Deute. Prima in duas, quia primò Moyses ostendit naturã humanæ productionẽ. Secũdo ipsius propagationẽ. 4. c. vt sic procedat ad electionem fidelis populi, & distinctionem eius ab infidelibus populo per successiones generationum, vt patebit infrà. Circa primum
B considerandũ, quòd tota corporalis creatura facta est propter hominem. Nam elementa sunt propter mixta, & mixta inanimata propter mixta animata, & imperfecta propter perfecta, vt plantæ propter animalia animalia verò propter hominem, quantũ ad eius nutritionem & inuamentũ. Corpora etiã cœlestia facta sunt propter hominem, secundũ quod dicitur. Deute. 4. c. Ne fortè oculis eleuatis ad cœlũ, videas solem & lunã, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quę creauit dominus Deus tuus in ministeriũ cunctis gentibus. Et ideo primò describitur corporalis creaturæ productionẽ generaliter. Secundo hominis formationem specialiter ibi. Et ait, Faciamus hominem, &c. Circa primum tria facit scriptura: Quia primò exponit opus creationis. Secũdo opus distinctionis seu formationis, ibi. Dixitq; Deus. Fiat lux. Tertiò opus ornatus seu dispositionis, ibi. Dixit autem Deus. Fiãt luminaria. Opus creationis describitur ante omnẽ diem. Opus distinctionis, primis tribus diebus. Opus autẽ ornatus aliis tribus diebus sequentibus. Et septimo die requieuit Deus à nouis creaturis condendis. Secundũ verò sententiam Hieronymi, in epistola ad Paulinũ presbyterũ de omnibus sacræ scripturæ libris. Principium Geneſis est tantis obscuritatibus inuolutum, vt ante triginta annos apud Hebræos non legatur, & huiusmodi obscuritates satis apparent ex varijs & multiplicibus expositionibus tam doctorũ Hebræorum quam catholicorũ. Et quia confusio est tam intelligentiæ quam memoriæ inimica, intendo vitare talẽ multitudinem expositionis, illarum maxime quæ à sensu literali remotæ videntur:
C cui sensui intendo insistere secundũ gratiam à Domino mihi datam. Igitur circa principiũ Geneſis sunt tres expositiones solẽnes ad quas aliæ videntur reduci. Prima est ipsius Augustini, qui illos sex dies exponit, non prout important successionẽ temporis, sed prout dicunt cognitionẽ angelicam relatam ad sex genera rerum conditarũ. Ista autem cognitio angelica duplex est. Vna est rerum in genere proprio, & hæc dicitur vespertina, quia omnis creatura ad Deũ comparata, qui est lux per essentiam, tenebra est. Alia est cognitio in verbo, & hæc dicitur matutina. Et sic exponit, Factũq; est vespere & mane dies vnus, inquantũ angeli cognouerũt lucem productam, & à tenebris diuisam in genere proprio, & hæc dicitur vespere. Et verũ in verbo, & hæc dicitur mane. Et eodem modo de aliis diebus sequentibus. Sed ista expositio videtur nimis longinqua à literali sensu, maximè quia secundũ alios sanctos & doctores, Moyses rudi populo loquebatur, qui nõ poterat capere spiritualia, sed tantũ corporalia & grossa: & ideo de productione angelorũ nõ fecit expressam mentionem. Et iterũ quia populus ille pronus erat ad idololatria, si feciſſet mẽtionem de creaturis spiritualib. & inuisibilib. coluiſſet eas tanquam Deos. & ideo ista expositio quæ longinqua videtur à litera dimittatur. Aliæ autem duæ expositiones videntur propinquæ litere, & ideo intendo eas prosequi, & procedunt secundũ varias opiniones de natura materiæ positas à Philosophis: & ideo primo videndũ est de hoc. Nec mirũ si circa hoc diuersas ammorẽtur: quia ex hoc dependet intellectiua operationis sex dierũ, quæ hic describuntur multũ obscurè. Igitur circa naturam materiæ corporalis tres sunt opiniones solennes. Dicit enim Comentator lib. de substantia orbis, quòd in corporib. cœlestibus non est materia propriè dicta, quæ sit pars substantiæ compositæ. Cuius ratio est, quia materia propriè dicta quæ est in genere substantiæ, est potentia contractionis ad esse, & ad nõ esse, simpliciter: talis autẽ potentia non est in corporibus cœlestibus, quæ sunt incorruptibilia, vt ab omnibus supponitur tanquã verũ. ergo, &c. & ideo si aliquando in corporibus cœlestibus à philosopho dicatur esse materia, hoc est largè accipiendo, inquantũ subiectũ accipitur pro materia: quia est ibi subiectũ motus localis, & potentia ad vbi. Alij autẽ dicũt quòd in corporibus cœlestibus est materia quæ est pars substantiæ compositæ, alioquin corpora cœlestia essent forma actu intelligibiles, quia essent à materia separatæ. Item quia ibi est quantitas quæ sequitur materiã, sicut qualitas formam, sed est alterius rationis quam materia corporũ elementorũ & mixtorũ: quia in ipsa est tantũ potentia ad formã quam habet, & ad nullam aliã, sicut materia solis est solum in potentia respectu formæ quã habet, & non alterius, & sic est de aliis corporib. cœlestib. propter quod corpora cœlestia sunt incorruptibilia. Materia verò elementorũ & corporũ mixtorũ est in potentia ad plures formas, quæ non possunt simul esse in materia, & ideò quando est sub vna forma, est in potentia ad aliã, qua caret, & sic habet priuationẽ annexam, propter quod prædicta corpora sunt corruptibilia, quia priuatio semper machinatur ad maleficium, vt dicitur primo Physicorum. Alij verò dicunt, quòd in corporibus cœlestibus est materia, & quòd est eiusdẽ rationis cum materia generabilis & corruptibilium. Cuius ratio est, quia materia substantiatur per suum posse (secundũ commentatorem & Philosophũ) & ideò circunscripta omni forma, materia quæ est in genere substantiæ, & est pars compositi, non potest intelligi nisi pura potentia. Cum igitur actus sit qui distinguit, & per materiã potentiam nulla possit esse distinctio, videtur quòd circunscripta per intellectum omni forma corporum corruptibilium & incorruptibilium, non remaneat aliquid vnde hæc materia possit distingui ab illa, sed remanet vnius simpliciter rationis in corporibus cœlestibus & corruptibilibus. Item secundum
Aug. Augustinum lib. confessio. Materia est prope nihil. ita quòd nihil potest excogitari intermedium. Si autem in corporibus cœlestibus est materia alterius rationis quam in elementis, oportet quòd ista ratio sit nobilior, quia ignobilior, non potest esse, ergo magis recedit à nihilo, & per consequens perdit rationem materiæ, & accipit rationem formæ. Veritamen licet in ipsis sit materia eiusdem rationis, tamen corpora cœlestia sunt incorruptibilia, inferiora autem corruptibilia. Cuius ratio est, quia secundũ Philosophum libro de sensu & sensato, ignis & terra non agunt & patiuntur adinuicem in quantum huiusmodi, sed solum inquantum contrarietatem habentia. ideò corpora elementaria & mixta, quorũ formæ substantiales habent annexas contrarias qualitates actiuas & passiuas, agũt & patiũtur adinuicem passione propriè dicta, quæ est cũ abiectione contrarij, ideò transmutantur, generantur, & corrumpuntur. Formæ autem substantiales corporum cœlestiũ non habent annexas tales qualitates actiuas & passiuas, & per consequens non est in eis passio quæ magis facta contraria abiecit ab ipsa substantia, & per consequens remanent incorruptibilia. licet habeant materiam eiusdem rationis cũ corporibus corruptibilibus, accipiendo materiã precisè, prout est pars compositi in genere substantiæ, quæ distinguitur à priuatione, prout habetur 1. Physic. Et secundum istos materia corporum cœlestium non est priuationi adiuncta, quia materia non habet priuationem adiunctam propriè loquendo, nisi prout est informata forma substantiali habente annexas qualitates, habentes contrarietatem ad qualitates annexas alteri formæ substantiali incompossibili in eadem materia. Sicut forma substantialis ignis habet annexas, caliditatem & siccitatem. Forma substantialis aquæ habet annexas frigiditatem & humiditatem, quæ sunt generationis & corruptionis causa, vt superius expressum est. Quæ autem istarum trium opinionum sit verior, non est præsentis speculationis inquirere, nec per consequens multitudinem rationum ad hoc inducere. cùm (sicut prædictũ est) intendam insistere expositioni literali: propter quod intendo literam quæ est in principio Geneſis, secundũ prædictas opiniones variè exponere, & rationes ad vtramq; partem indictas soluere, quibus solutis aliæ quæ possent induci, de facili poterunt solui sicut credo. Et sic lector eligat expositionem quam tenere voluerit, vel vtramq;, si voluerit, prosequatur. Prima expositio est, quòd omnes partes mundi principales, videlicet corpora cœlestia omnia, & quatuor elementa, per opus creationis à principio fuerũt producta in formis suis substantialib. distinctis: & totum opus distinctionis seu formationis in tribus diebus sequentibus: & etiam opus ornatus corporum cœlestium, quod factum est in quarta die, intelligitur quantũ ad qualitates & proprietates accidentales superadditas, vt patebit magis in particulari prosequendo istam

D Opiniones tres de materia corporum cœlestium.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

E

F

Materia prope nihil 1. 12. confes. cap. 6.

Aristoteles de sensu, & sensato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A IN PRINCIPIO *creauit, &c.* Non dicit: *In Principio dicit Deus fiat cœlum & terra.* Sed dixit: *fiat lux. Et facta est lux*: quoniam vniuersaliter nomine cœli & terræ comprehendendum erat quicquid fecit Deus. Deinde per partes explicandum quomodo fecit. Vnde sequitur: *Dixit Deus. Fiat*, id est, per verbum suum fecit. Vel quia cum primum fiebat informis materia spiritualis vel corporalis, non erat dicendum: *dixit Deus: fiat.* Incongruum enim erat à Deo dici: *fiat*, quia formam verbi non imitatur imperfectio, nisi cum generis sui cõuersione ad creatorem sit perfecta creatura, vt cum dicitur: *Dixit Deus fiat*, intelligamus eũ ad se imperfectionem creaturæ reuocare. Cum ergo dicitur: *in principio fecit Deus cœlum & terram*, commemoratio filij fit, quia principium est. Sed cum dicitur: *Dixit Deus fiat* commemoratur, quia verbum est. Per principium notat exordium creaturæ existentis ab illo: per verbum, perfectionem creaturæ ab illo ad ipsum reuocatæ, vt

B formetur imitando formam verbi incommutabilem. Non enim habet vitam informem verbum Dei, cui est idem esse quod viuere, imo idem viuere, quod beatè viuere. Creatura verò spiritualis habet informem vitam, cui non est hoc esse quod viuere, nec viuere, quod beatè viuere: quia auersa à sapientia Dei, stultè & miserè viuit.

a *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Creationem mundi insinuans scriptura, primò verbo, æternitatem & omnipotentiam Dei ostendit. Quem enim in principio temporum mundum creasse, eundem ante tempora æternaliter significat extitisse. Et quem in conditionis initio cœlum & terrã creasse narrat, tanta celeritate operationis, omnipotẽrem esse declarat, cui voluisse, facere est. Benè ergo dicitur: *In principio creauit, &c.* Vtrunq; s. simul, quãuis vtrunq; simul ab homine nõ dicatur. Vnde propheta terrã in initio factã ostendit dicẽs: Psal. 101. d. *Initio tu domine terrã fundasti, &c.*



Liber Geneſis, Hebraicè dictus בראשית *Bereſit: id eſt, in principio. Græcè* Γένεσις, *id eſt, generatio.*

CAPVT PRIMVM.

a ¶ Tẽporis, vel ante cætera, vel in filio suo.
b ¶ Tanquam omnium creator.

N † principio creauit[a] b Deus cœlum & terrã

In principio creauit Deus cœlũ & terram. Cœlum non visibile firmamentum, sed empyreũ, id est, igneum vel intellectuale, quod non ab ardore, sed à splendore dicitur, quòd statim repletũ est angelis. vnde in Iob 38. a. *Vbi eras cum me laudarent astra matutina, &c.* Et nota tria hic cõmemorari elementa. Nomine cœli, aërem intelligimus. Nomine terræ, ipsam & ignem qui in ea latet. Quarti, id est, aquæ in sequentibus fit mentio.

ALCVIN. *In principio.* Filio, quo humanato paruit qui essent cęlestes qui terreni. Cœlum, creatura spiritualis ab exordio perfecta & beata. Terra, corporalis materies adhuc imperfecta. Cœlum, informem materiã spiritualis vitæ, sicut in se potest existere nõ conuersa ad creatorem in quo formatur. Terrã, corporalem, sine omni qualitate quæ apparet in materia formata. Scriptura ait, *Qui fecisti mundũ de materia informi.* Materia facta est de nihilo. Species mundi de materia informi.

BEDA. Proinde duas res fecit Deus ante omne tẽpus, angelicam creaturam, & materiam informem, quãuis Salo. dicat: *Qui viuit in æternum creauit omnia simul.* Eccles. 18. a. secundum Origenẽ tamen informis materies antecedit formatam speciem. Itaque mundum & angelos & animã de nihilo fecit Deus, hominem & creaturas cæteras de aliquo.

BEDA. Septem sunt cœli, quorum hæc sunt nomina, aër, æther, olympus, spacium vel igneum, firmamentum, cœlum angelorum, & trinitatis.

A HIERONYMVS autem dicit cœlum trinitatis primùm, secundum angelorum, tertium firmamentum.

Lib. de mũdi opificio. ✠ PHILO. Propter traditam à Mose creationem, præclarissima & omnium optima edocti sumus. Primum esse & subsistere in natura rerũ aliquod numen, aliquam diuinitatẽ, idque propter impios ostensum. Secundũ q̃ Deus sit vnus, propter eos qui multos Deos induxerunt. Tertiũ q̃ mundus is est creatus, propter eos qui eum statuerũt sempiternũ. Quartum quod vnus sit etiam iste mundus, quia creauit hunc ipsum quem fecit.

Hom. 1. exameron. ✠ BASILIVS. Ex duobus extremis, vniuersi sanè totius innuit ortum, cœlo quidem primis ortus redditis partibus, terræ verò secũdis. Quidquid autẽ istorũ mediũ est, id vnà cum ipsis omninò sinib. exortũ esse, consentaneum est rationi. Itaque si nihil etiã de cęteris dixerit elementis, tu tamen ipse tua solertia capere velis.

Hom. 2. in Geneſ. ✠ CHRYSOST. Merito dubitatur, cur Moses qui multis seculis post mundi cõditionem vixit, hæc nobis exponat. Quia scilicet, Deus per seipsum ab initio hominibus loquebatur. Sic enim ad Adã venit, Caim increpauit, cum Noë locutus est, apud Abraham hospitatus est. At vbi in magnam malitiam humanum genus degenerauit, quia familiaritate sua indigni facti fuerãt, iterum suã erga illos amicitiã innouare volẽs, quasi lõgè absentib. literas mittit. Et has quidem literas dedit Deus, attulit autem Moses.

quæſt. 2. in Gene. ✠ THEODORETVS. Cur nullam apertam Moses de creatione Angelorum fecit mentionem? Huic respondemus, quòd Iudæi qui legem acceperant, nihil firmum habebant. Nam si post tanta miracula, vitulum sibi in Deum conflauerunt, quid fecissent si angelicarum naturarum cognitionem habuissent? Ideò antè Abraham ad neminem veterum per Angelos locutus est Deus.

quæſtio. 1. ✠ IDEM. Cur ante rerum opificem Moses de Deo nil meminit? Metiri solet diuina scriptura doctrinam suam pro viribus erudiendorum. Et perfectis quidem perfecta, imperfectis autẽ velut elementa tradit. Itaq; quia Iudaicus populus diu cũ Aegyptiis vixerat, qui plures Deos colunt, iure populo huic Moses primũ doctrinã de vero & solo Deo & omniũ creatore tradidit, ostendẽs omnia principium habere, creatorem vero sempiternum & absq; principio esse, vnde ait, *In principio fecit*, &c.

Myſtice. MYSTICE. *In principio creauit Deus cœlum*, eos, scilicet, qui cœlestis imaginem portauerunt, & terram, id est eos qui postea superbiendo, terram, id est terreni hominis imaginem portantes, se fecerunt deformes. *Terra autem erat inanis*, quia de posuerat formam bonam. *& vacua*, boni operis fructu. *& tenebræ erant*, veri, scilicet luminis priuatio. super faciem abyssi,

Vbi ſupra. corda scilicet superborum.

C a *Terra autem erat inanis, &c.* BEDA. Quod vel quale cœlum in principio cum terra factum est, ostendit. Hoc enim de terra subdit, quod de cœlo intelligi voluit. Hoc enim superius cœlum quod à volubilitate mundi secretum est, mox vt creatum est, sanctis angelis est impletum: quos in principio cum cœlo & terra conditos testatur dominus dicẽs Iob 38. a. *Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Astra matutina eosdẽ angelos, & filios Dei vocat. De cęlo enim in quo posita

a Nostræ carnis. ¶ Corporalis subſtantia. b ¶ Priusquam doctrinæ formã acciperet. ¶ ſuæ formæ, imperfectæ.
c ¶ His quæ de ipſa erant formanda.

1 2 Terra autẽ erat[a] inãnis & vãcua,

a ¶ Peccatorum. ¶ Ignorantiæ excitatio. ¶ Spiritualem naturam ſignificat, quæ conuersa ad creatorẽ formatur & illuminatur. ¶ Quia non erat lux quæ ſuperesset & ſuperfunderetur. b ¶ Humani cordis.

b 3 & tẽnebræ erãt sup faciẽ [b]abyssi, &

a ¶ Spiritus ſanctus. ¶ bona voluntas creatoris, cui ſubiacebat quod formandum erat. ¶ tanquam dominus. b ¶ Syra lingua, ſonabat ſicut nuis oua. ¶ ſicut ſapientia artifices ſuperfertur fabricando operi.
c ¶ informem ſed ductilem materiam.
¶ totam corporalẽ machinam, quia ex humidi natura formãtur, quæ videmus in ſpecies varias.
¶ vel ſpiritualem vitam quaſi ſtuitatem ante conuerſionis formam. c ¶ cor tenebroſum & fluidum.

c ſpiritus [b]Dñi ferebatur sup 4 aquas

Hom. 1. exameron. ✠ BASILIVS. Alia litera habet, *terra autẽ inuiſibilis erat & incruda.* Atqui dñas terrã ob causas inuisibilẽ dixit, aut quia nõdũ erat spectator ipsius homo, aut quod cetui non poterat, cum obruta fluitantibus aquis esset. Nondũ enim aggregatæ erãt suis in locis aquæ, quas Deus cũ aggregasset materia nũcupauit. Nã cũ inuisibile dicatur, tũ id quod oculis corporeis videri nõ potest, vt mens humana: tũ id quod natura sua conspici potest, obiectu tamẽ corporis occultatur: vt ferrũ quod in alto gurgite iacet: hoc modo secũdo nũc inuisibilẽ terram dictam esse putamus, aquea natura velatam: adde tamen & lucem nondum exortam fuisse, absentia cuius terra inuisibilis à scriptura dicta est, quod aër vndique circa ipsam diffusus luce careret.

Lib. 1. exameron. c. 7.

Hom. 2. exameron. ✠ AMBROSIVS. Bonus artifex prius fundamentũ ponit, posteà fundamento posito ædificationis mẽbra distinguit, adiũgit ornatum. Merito inuisibilis (terra) quia aquis operta, & quia incomposita, quæ figuram & speciem congruentẽ, adhuc non acceperat à proprio conditore. Et fortasse dicant, cur non simul ornatus congruos dedit elemẽtis? Primò, ne verè increata & sine principio crederentur, si species rerum velut ingeneratæ ab initio, non posteà additæ viderentur, accedit, quod Deus imitatores nos sui esse voluit, vt primò faciamus aliqua, posteà venustemus, ne dum simul vtrumq; adorimur, neutrũ possimus implere.

In eum cam.

✠ EVCHERIVS. *Terra ergo erat inuiſibilis & incompoſita*, id est, adhuc informis erat ipsa materia prima, quia necdũ ex ea cœlũ & terra, necdũ omnia formata erãt quæ formari restabant. Hęc enim materia de nihilo facta, præcessit tamẽ resex se factas. b *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* AVGVST. quia scilicet non erat lux, quæ si esset, etiam superesset & superfunderetur, quod fit in creatura spirituali, cum conuertitur ad incommutabile lumen quod Deus est.

†Eccl. 18. a. BEDA. *Tenẽb. erant, &c.* Non sunt audiendi qui reprehendendo dicunt Deum prius creasse tenebras quàm lucem: quia nullas in aqua vel aëre fecit tenebras, sed distincto ordine prouidentiæ prius aquas cum cœlo creauit & terra, & has cum voluit lucis gratia venustauit. Et notandum, quòd cum cœlo duo elementa mundi creata sunt, quibus alia duo inserta sunt, aqua, scilicet, & terra, quibus insunt ignis & aër. Aquæ autem totam superficiem terræ tanta altitudine tegebant, vt ad illos quæ locos pertingerent, vbi nunc vsq; super firmamentum partim rẽsident. Ipsa autem terra & aqua informis dicuntur materia, quia omnia quæ videmus, vel ex iftis sumpserunt exordium, vel ex nihilo: & priusquã in lucẽ venirent, nõ erat vnde formã haberẽt.

F Hom. 3. in Geneſ. ✠ CHRYSOST. Discimus hic, quod omne quod videbatur erat abyssus aquarum tenebris velata, & opus habebat sapiente opifice, qui omnẽ hanc informitatem discutere, & ornatum aliquem inducere posset.

In Geneſ. Libr. 1. de Geneſ. ad literam. c. 5. ✠ ACACIVS. Declarat tenebras lucem præcessisse. Neque mirum. Nam & rationis expertia, hominem ratione præditum, in rerum creatione præcesserunt.

c *Et ſpiritus domini ferebatur super aquas.* AVGV. Siue totam ☞ corpo

¶ De consec. dist. 2. c. quia tẽpus. verb. ergo sicut & cap. panis est in altra. de pœn. distinct. 2. c. quòd ergo. de summa tri. c. 1. Beda in Geneſim.

NICOLAVS DE LYRA.

C *expositionem. Et procedit ista expositio secundum duas primas opiniones de natura materiæ suprà positas. Illi enim qui dicunt, quòd in corporibus cœlestibus non est materia, non possunt dicere, quòd materia omnium corporalium sit producta sub vna forma communi, & posita secundũ diuersas sui partes per formas substantiales specificas distincta. cum secundum eos in corporibus cœlestibus non sit materia: & ideò consequenter habent dicere, quòd omnia corpora cœlestia à principio sunt producta in formis suis substantialibus distinctis. & consimiliter dicunt de elementis quæ sunt partes integrales, mundi principales: quod in suis formis substantialibus simul sunt producta, licet nõ ita necessario sequatur de elementis ad dictum eorũ de natura materiæ, sicut sequitur de corporibus cœlestibus, in quibus non ponunt materiam. Eodem modo dicendũ est illis qui tenent opinionem secundam de materia suprà positam: quia si materia cuiuslibet corporis cœlestis est solum in potentia ad formã substantialem quam habet non potest dici, quòd materia corporum cœlestium & elementorum sit producta sub vna forma communi, & postea per formas substantiales distincta. nec etiam, quòd materia corporũ cœlestium per se sit producta sub vna forma communi, & postea distincta per formas substantiales solis & lunæ, & aliorum corporum cœlestium, quia ad vtrumq; istorum sequitur oppositum dicti sui: videlicet, quòd materia corporis cœlestis non sit in potentia ad vnam formam, sed ad plures. Secunda autem expositio literalis quam tenent Strab. & Beda & aliqui alij doctores, est, quòd materia omnium*

D *corporalium & elementarium per opus creationis producta est sub vna forma communi in genere substantiæ, vtpote corporeitatis, & dictis sequentibus sit distincta secundum diuersas sui partes per formas specificas tam cœlestes, quam elementares. Considerandum verò quòd sicut quælibet particula litera exponeretur secundum vtramq; opinionem præditam successiuè talis frequens mutatio & transitus de vna expositione ad aliam confunderet intellectum: propter quod intendo exponere totam literam à principio capituli vsq; ad opus quartæ diei inclusiuè. Primò secundum primam opinionem, & secundo quantum ad secundam. Litera autem quæ sequitur opus quartæ diei secundum vtramque opinionem vniformiter potest exponi. Primò igitur exponitur opus creationis cũ dicitur,*

1 In principio. *Et sic describitur factum ante omnem diem. sed illud, ante, secundum istam expositionem non accipitur duratione, sed natura tantum, sicut sonus præcedit vocem, dicit igitur.* In principio. *scilicet temporis vel productionis rerum.*

2 Creauit Deus. *id est, de nihilo produxit quod est proprium ipsius Dei.*

3 Cœlum. *id est, corpora cœlestia omnia in suis formis substantialibus distincta, licet adhuc in aliquibus proprietatibus accidentalibus essent informia, vt patebit infrà.*

4 Et terram. *in sua forma substantiali distinctam, & aliquibus proprietatibus formam substantialem necessario concomitantibus: quia tamen adhuc quantum ad aliqua erat informis, ideò sequitur.*

✠ 1 *Terra*

MORALITER.

✠ 1 *In principio creauit Deus cœlum & terram, &c.* In hoc cap. mundi creatio describitur, per quam bene hominis creatio designatur, eò quòd homo minor mundus dicitur à philosophis, & etiam à sanctis. Gregorius enim exponens illud Marci vltimo d. *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, dicit omnis creaturæ nomine signatur homo, mundus enim & vniuersitas creaturæ idem penitus significant, igitur primò describitur hominis perfectio in esse naturæ, cum dicitur.

In prin. crea. Deus cœlum, id est, spiritum humanum, qui cœlum dicitur, eo quod à Deo cœlitus donatur.

4 *Et terram.* id est, carnem humanam, quæ dicitur terra, eò quòd est terræ à dominio. Caro verò hominis lapsi non habet ex se aliquod bonum. Roma. 7. cap. non habitat in me, id est, in carne mea bonum, ideò subditur.

✠ 1 *Terra*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Terra autẽ erat ina. *id est inuisibilis: quia erat vndiq; aquis cooperta.*
2 Et vacua. *Quia non erat adhuc plantis & herbis ornata. Sequitur.*
3 Et teneb. erant super fac. abyssi. *id est, super faciem elementorum. Abyssus, ἄβυσσος enim Græce, est vorago Latinè: & importat immensam aquarum profunditatem. Importat etiam confusionem quandam & commixtionem: istum autem quod est infra circulum lunæ erat confusum: quia licet elementa essent producta in suis formis substantialibus, non tamen adhuc habebant omnes proprietates accidentales debitas vsq; in tertiam diem, in qua sunt distincta elementa, & ideo vsque tunc aqua ipsa non habuit debitam densitatem, sed quasi vaporaliter eleuabatur per totum spacium aeris & ignis, cooperiebat enim terram, & sic quædã cõfusio & cõmixtio erat in elemẽtis, & ideo hoc vocabatur abyssus.*
4 Et spiritus &c. aquas. *id est super illam congeriem & commixtionem*

✠ nem

MORALITER.

✠ 1 *Terra autem erat, &c. & vacua.* scilicet à bono moris.

3 *Et tene. & c. abyssi.* Nomine abyssi potest anima humana significari propter sui profunditatem. vnde Hiere. 17. b. Prauum est cor hominis, & inscrutabile. Alia translatio habet, Profundum est cor hominis, &c. Nec obstat, quòd spiritus hominis, qui est idem quod anima, supra per cœlum significatur. Nam vnum & idem propter diuersas sui proprietates per diuersas res figuratur, vt suprà dictum est in prologo. Nam anima in sua creatione caret scientiarum luce, vt habetur 3. de anima. propter quod bene dicitur de ipsa, Et tenebræ erant super faciem abyssi. Sed quoniam scire naturaliter desiderat, ideò subditur.

4 *Et spiritus domini.* id est spiritus hominis qui conuenienter dici potest domini spiritus, eo quòd à domino creatus.

Ferebatur super aquas. ità est naturaliter desiderãs scientias, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporalem materiam aquam appellauit, vt insinuaret vnde facta & formata sunt omnia quæ ex humida natura per species varias in terra formari videmus. Siue spiritualē vitam ante conuersionis formam quasi fluitantem. Spiritus Dei superferebatur: quia subiacebat bonæ voluntati creatoris, quod formandū & perficiēdum inchoauerat. dictum est etiā: *Spiritus domini ferebatur super aquas.* Ne faciēdo opera potius per necessitatem indigātiæ, quam per abundantiam beneficentiæ Deus amare putaretur. Cōmodè enim prius insinuatur aliquid inchoatum, cui superferretur: nō loco, sed omnia superante potentia.

Spiritus domini.

Et spiritus domini ferebatur, &c. Hier. in heb. habet מרחפת merahephet, id est, incubabat vel fouebat, more voluceris oua calore animantis. Intelligimus ergo non de spiritu mundi dici, vt putant multi, sed de spiritu sancto, qui & ipse est omnium vinificator. Si autem vinificator, & conditor.

Hom.2.in Genes.

Si cōditor, & Deus. Psa. 103. d. *Emitte* (ait) *spiritum tuum & c. cæt.*

✠ Basilivs. Siue id dicat spiritum diffusionem aēris naturæ spirabilis, siue quod verius est, & à maioribus nostris probatum, Spiritus sanctus spiritus Dei sit dictus, qui diuinæ trinitatis numerum complet.

Hom.3.

✠ Chrysost. Mihi videtur significare quod affuerit efficax quædam & vitalis operatio aquis, & nō fuerit simpliciter aqua stans, sed mobilis, & vitalem quandam vim habens.

Lib.1.de Genesi ad literam imperfe.cap.4.

✠ Avgvstinvs. Nō autem superferebatur spiritus Dei, sicut oleum aquæ, id est, quasi contineretur. Sed si ad hoc devisibilibus exempla capienda sunt, sicut superfertur lux ista solis, his corporibus quæ illuminat in terra, nō enim continetur illis.

B *Et spiritus.* In quo subsistentes requiesceremus flatu eius vinificati, & vnda baptismi abluti. *Et spiritus do.fer.super aq.&c.* Sicut Deus s. & conditor præerat fluitanti & confusæ materiei, vt distingueret quādo vellet. Tota ergo trinitas hic operata intelligitur. Deus pater. s. Principiū filius. Spiritus Dei, spiritus sanctus.

Cōparatio sex dierum ad sex ætates mundi & hominis.

Et spiritus. Isid. Corda. s. fluctuantia, quæ mentis quietem amiserant, quia eis spiritus non initebatur: sed superferebatur: quasi potens naturam à confusione in melius reuocare. Deinde per totum huius scripturæ textum sex quasdam operosas ætates videmus, licet quasi proximis limitibus distinctas, vt in septima quies speretur, & eas habere similitudinem sex dierum, quibus ea facta sunt, quæ Deum fecisse scriptura commemorat. Primordium enim generis humani quo ista luce frui cepit, comparatur primo diei quo lucem Deus fecit. Hæc ætas tanquam infantia est totius seculi, quod tanquam vnum hominem proportione magnitudinis suæ cogitamus. Homo enim cum primo nascitur in lucem, infantiam agit primam ætatem, quæ tendit ab Adam vsq; ad Noë generationibus decem. diluuium quasi vespera huius Dei est, quia infantia nostra obliuionis diluuio deletur.

Ex cathena græca.

✠ Cyrillvs. Alexand. *Et spiritus domini ferebatur.* per hoc autem obscurè innuit iam ab ipsius mūdi exordio sacri baptismatis gratiam.

C a *Dixitq;.* Alcvin. perfecit, posuit, vt celeritatem, vel facilitatem operis Dei ostenderet.

Hom.2.exameron.

✠ Basilivs. Vocem in Deo, verbum, imperium, præceptúmque dicimus, nec eum intelligimus sonum, qui per instrumenta vocis elicitur, nec aërem lingua formatum, orationem diuinam esse asserimus, sed pro voluntatis momento vocem atque præceptum, sumi dicique censemus.

Vbi supra. cap.17.

Dixitq; Deus: Fiat lux, &c. Avg. Lux primo die facta: spiritualis vel corporalis intelligitur. Si spiritualis: nō illa patri coæterna, D per quem facta sunt omnia. Sed de qua dicitur. Sap. 8.d. *Prior omnium creata est sapientia.* i. intellectualis & angelica vita, quæ informiter fluctuat: nisi ad creatorem conuersa quæ potest esse prima creatura, & cœlum dicta, cum dicitur, *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Sed ad creatorem cōuersam cum dicitur. *Fiat lux, & facta est lux.* In qua luce spirituali forte diuisio lucis à tenebris, distinctio rei intelligitur iam formatæ ab informi. Appellatio diei & noctis, significatio distributionis, qua significatur nihil Deū inordinatū relinquere nec profectus creaturārū, sine supplemento vniuersi decoris esse. Vespera in triduo antequā fierēt luminaria, cōsummati operis terminus. Mane futuri inchoatio. Si autē primo die corporalis lux facta est cōgrue mundi ornatus à luce inchoatur: vnde cætera quæ creāda erāt, videbantur. Si autē quæritur, vbi est facta, cū abyssus omnem terræ altitudinem tegeret? patet, q; in illis partibus, quas nūc illustrat solis diurna lux. Nec mirū lucem in aquis posse lucere, cum etiā nauarum operatione sæpius illustrētur, qui in profundo mersi, misso ex ore oleo, aquas sibi illustrant: quæ tunc multò rariores quā sit modò, fuere in principio, quia nondum congregatæ in vno loco.

Quomodo aquæ illuminentur.

Dixitq; Deus. Fiat lux. Avg. Non temporaliter. Si enim temporaliter, & mutabiliter. Si mutabiliter, & per subiectam creaturam, nō est lux prima creatura. Sed forsitan quia iam dictum erat: *In principio fecit Deus cælum, &c.* poterat per cœlestem creaturam vox ista tēporaliter fieri: *Fiat lux.* Quod si ita, ista corporalis lux facta est per subiectā creaturā, quā ante fecerat, dicēte domino: *Fiat lux.* Quomodo per spiritualis creaturæ occultum motū dici potuit diuinitus. Nō enim corporaliter sonuit vox Dei, sicut illa Mar. 1. b. *Tu es filius meus, &c.* Qua enim lingua sonaret, cum linguarum diuersitas nondum esset, nec lingua erat vna & sola E quæ loqueretur, nec erat quē oporteret audire & intelligere. Be nè ergo accipitur vox Dei verbū, quod in sono vocis intelligitur. Ad naturā enim verbi: per quod omnia facta sunt, hoc ipsum pertinere dicitur. Aeternum ergo est, quod dixit Deus: *Fiat lux,* quia verbū Dei patri coæternū. Cū enim audimus: *& dixit Deus, Fiat,* intelligimus in verbo esse, vt fieret. Cū verò addit: *Et factum est,* ita intelligimus factā creaturā non excessisse præfixos in verbo terminos generis sui, Cum verò dicitur: *vidit Deus quod esset bonum,* intelligimus in benignitate spiritus eius, non quasi cognitum postquā factum est placuisse, sed eadem bonitate placuisse vt factum maneret, in quā placuit vt fieret. Ideò enim diligit Deus creaturam suam, vt sit, & vt maneat.

Vox Dei.

b *Fiat lux.* Avg. ea conditione scilicet qua cuncta subsistunt intemporaliter in Dei sapientia priusquam in seipsis. *Et facta est lux,* id est angelica & cœlestis substātia, in se temporaliter, sicut erat in sapiēria, quantū ad eius incommutabilitatē æternaliter. Vel notatur huius creaturæ informitas scilicet & imperfectio antequā formaretur in amore conditoris. Formatur enim cum conuertitur ad incommutabile lumen verbi.

Ibi.c.4.5.9.

Ibi.cap. 10. & 11. & 16.

Fiat lux Avg. Si corporaliter lux facta est, quænā illa est? quā cū sol occiderit, videre nō possumus, qa nec luna erat, nec erant stellæ. Sed forsitā in ea parte cœli est, in qua sol, nō solis lux: sed sic ei iuncta, vt discerni non possit: vel fortè in parte lucē Deus fecerat, in qua hominem facturus erat, vt cum ab illa parte lux discessisset, vespera diceretur. Sed quare factus est sol in potestatem diei, si lux illa faciendo diei sufficiebat? Sed fortè lux prior superiores tantum partes illustrabat, & ad illuminationem infe-

☞ riorum F

* ¶ non temporaliter, non sono vocis, sed in verbo sibi coæterno. a ¶ Hic incipit distinguere opera. ¶ angelica natura vel corporalis lux. ¶ illuminatio fidei scilicet apparet. ¶ lux à luendo id est purgando tenebras. b ¶ bene ab æterna luce prius fit temporalis lux, vt per eam cætera viderentur. ¶ angelica natura Dei visione illustrata.

nem elementorum prædictam. & vocatur nomine aquarum, quia sicut dictum est, ipsa aqua cooperiebat terram. & aliis duobus elementis commixta erat modo prædicto: & accipitur hic spiritus Dei id est voluntas artificis super materiam quam formare & ornare intendit.

Spiritus.

Opus distinctionis.

1 Dixitque Deus &c. *Hic incipit opus distinctionis, & primò ponitur distinctio diei & noctis. Secundo distinctio corporum cœlestium, ibi:* Dixit quoque Deus. *Tertiò distinctio elementorum. ibi:* Dixit verò Deus, &c. *Circa primum considerandū quod dies & nox distinguuntur per lucem quæ est quoddam positiuum: & per tenebras, quæ important priuationem lucis: & ideo opus distinctionis incipitur à luce, & hoc conuenienter. Primo quia est qualitas communis, in qua corpora cœlestia communicant cum inferioribus, vtpotè cum igne, & cum aliquibus corporibus mixtis quæ lucida sunt, & quia secundum istam expositionem di-*

Distinctio diei & noctis.

Quare à luce incipiat.

stinctio rerum accipitur secundum qualitates & proprietates accidentales ideo conuenienter inchoatur à luce, quæ est qualitas communis, sicut in generatione naturali inchoatio fit à communioribus formis: quia secundum philosophum embrio prius viuit vita plantæ: postea animali, postea hominis, vel leonis, & huiusmodi. Et 1. Phys. dicit Philosophus, quod à communioribus est incipiendum via doctrinæ, sicut pueri in principio vocāt omnes viros patres, & omnes fœminas matres. postea distinguunt. Secundo quia distinctio non apparet nisi per manifestationem, omnia autem per lucem manifestantur, & ideo distinctio incipit à luce. Tertiò quia dies nō potest esse sine luce. ideo lucem oportuit fieri prima die. Dicit igitur. Dixitque. d. Istud dicere Dei, non importat aliquam vocem sensibilem, sed intelligere Dei practicum, quod includit ipsum velle, quia secundum formam sua dispositionis & voluntatis sequitur effectus.

Dicere Dei.

2 Fiat lux. *Ista lux est lux solis, quæ est qualitas accidentalis, à qua*

✠ *luce*

✠ nomine aquarum designantur. Prouerb. 5. c. In plateis aquas tuas dinide, docendo scilicet publicè.

1 *Dixit*

Dixitque Deus: Fiat lux: Scilicet rationis naturalis, quę est quædam impressio diuini luminis in nobis. Psal. 4. b. *Signatum est super nos lumen vultus tui, &c.*

✠ *Appel*

riorum solem fieri oportebat. Potest quoque dici auctum esse A fulgorem diei sole addito. Emissionem verò cōtractionémque illius lucis, si noctem & diem intelligimus quæ causa reddetur? Nōdū enim erant animalia quibus hic vicissitudo exhiberetur.

Lib. 1. 9 exameron.

✠ Ambros. Lucem fieri voluit, quæ oculis corporalibus comprehenderetur. Qui ædificium aliquod dignū habitaculo patrisfamilias struere desiderat, antequam fundamenta ponat, vnde lucem ei infundat, explorat, & ea prima est gratia, quæ si desit, tota domus deformi horret incultu.

quæst. 9. in Genes.

✠ Theodoret. Nō præcipit Deus alteri cuidā creare, sed ea quæ non sunt, vocat, ita vt hic præceptum sit ipsa voluntas. *Omnia* enim ait, *quæcunque voluit Deus fecit.* Quod si creando voce quadā vsus est, certum est, hoc nō inanimatorum elementorū causa, sed inusibilium virtutum gratia factū esse, vt sciant quia ipso iubente, ea quæ nō sunt subsistunt.

Lib.1.de sacramentis cap.9.

✠ Hvgo victorinvs. Principium diuinorum operum fuit creatio lucis, quādo ipsa lux non materialiter de nihilo creata est, sed de præcarenti illa vniuersitatis materia formaliter facta est. Hoc opus prima die factum est, sed operis materia ante lucem creata est.

Lib.2. de fide c.7.

✠ Damascenvs Ignis vnū est è quatuor elementis primo die conditū. Ait enim scriptura, *Et dixit Deus fiat lux.* neque enim B ex quorundam sententia ignis quicquam aliud est quam lux.

a *Et vidit Deus luc.&c.* Avg. Non quasi incognitā lucem laudauit: sed iam factam dignam laude declarauit. Sed quia non totas mundi tenebras luce expulit rectè subditur.

Lib. 1. exameron. c. 9.

✠ Ambros. Lucis natura huiusmodi est, vt non in numero, nō in mensura, non in pondere vt alia, sed omnis eius in aspectu gratia sit, propriis itaq; sermonibus naturā lucis exprēssit, quæ videndo cōplacet, quoniam ipsa videndi officium subministrat.

✠ Prosper. in sentētiis. Tria quædā nobis maximè scieda de cōditione creaturæ oportuit intimari, Quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit. Si ergo quærimus quis fecerit, Deus est, Si per quid fecerit, *Dixit, & facta est.* Si quare fecerit, quia bona est. Nec author excellentior est Deo, nec ars efficacior Dei verbo, nec causa melior quàm vt bonum crearetur à bono.

Homil.3.in Genes.

✠ Chrysosto. Quare hac dictione vsus est? Demittit se & iuxta humanam consuetudinē hæc omnia loquitur beatus prophera. Et quemadmodum homines cum aliquid magno studio elaborauerint, & sinē laboribus suis imposuerint, tunc probant opus & laudibus extollunt, hic scriptura nunc ad nostrarum aurium infirmitatem demisit. *Et vidit Deus quod esset bona.*

quæst. 10. in Genes.

✠ Theodoretvs. Hoc dixit, vt moneret ingrātos, non esse damnanda quæ bona suffragio Dei censeantur.

C b *Diuisit lucem.* Diuisit enim non solum qualitate: sed & locorum distantia, diffundendo lucem in superiori parte, inferiori in tenebris remanente.

Ibid.c.17.

c *Et diuisit, &c.* Avgvst. Hoc factum est ex quo lux facta est. Sed non potuit ab homine simul dici, sicut à Deo fieri. Discretio autem lucis à tenebris, distinctio est inter perfectum cuiusque rei statum, & quem habet ex se defectum. Diem quippe in specie rei conditæ intelligimus. Noctem verò in eius rei priuatione vel defectu quæ rebus temporaliter conditis ex se inest, etiam si desit effectus. Vespera in omnibus perfectæ conditionis terminus est. Mane exordiū incipientis. Omnis enim creatura certis initiis & terminis cōtinetur. Nōdū enim erant solares dies, vt ortus solis dies, occasus vespera diceretur, quod quarta die factū est, cū luminaria primùm in firmamēto ordinata sunt.

Strab. Lucē & tenebras fecit Deus: vnde Dan. 3. f. *Benedicite lux & tenebræ domino:* cū oīs creatura ad benedicēdum inuitatur.

Homil.2. in Genes.

✠ Basilivs. *Et diuisit,* id est Naturam istarum talem effecit, vt miseri non possint, oppositæque sint perinde atque D contraria. Nam maximo interullo eas seiunxit.

✠ Avg. Sciendū est quòd Deus species & naturas rerum facit & ordinat, priuationes autem species, defectúsque naturarum nō facit sed ordinat tantum. Ideo nec dixit, *fiant tenebræ,* quæ nihil aliud sunt quàm lucis priuationes.

Lib. de Genesi ad literam imperf. Ibidem.

✠ Chrysos. Quid est distinxit? vnicuiq; locū proprium distribuit, Nā ab initio cuique terminos quos perpetuò custodiret, præfixit, Sanè hoc vnum ingratis sufficere deberet, quòd dant, & obediant his quæ à diuina creptura dicta sunt, ita vt vel elementa imitentur, quæ cursum suum perpetuò seruant, & mensuram suam non egrediuntur, sed agnoscunt propriam naturam.

à tenebris

In Genes.

✠ Evcherivs. Diuisio lucis à tenebris, boni angeli separati à malis. Et quia ex his quosdam præsciebat casuros, per incommutabilitatem præscientiæ suæ diuisit inter bonos & malos.

Firmamentū vox Hebræa ῥῥ ra quia sonat extēsionem & expānsionem.

Isidoro. Habet quisq; in operibus & recta vita, distinctos sex dies, post quos requiē sperat. primo die lucē fidei, qñ primò inuisibilibus credit propter quā fidem dūs apparere dignatus est.

d ✠ *Appellauitq, lucem, &c.* Ivnilivs. Non lingua hæc appellatio facta est, quia apud Deum purus intellectus est, sine strepitu linguæ. Sed appellauit. i. appellari fecit, quia sic distinxit, vt discerni possent, & nominari. Sic enim dicimus, iste paterfamilias ædificauit istā domum. i. ædificari fecit. quod vbicunq; dicitur quod vocauit significatur æquiuocatio nominis. Quod ergo dicitur, *Vocauit lucem diem,* propter hoc dictum est, quia E etiam dies vocatur spatium viginti quatuor horarum.

c *Factúmque est vespere.* Avgvst. Occidente luce paularim, & post spacium diurnæ longitudinis inferiores partes subeunte, factum est vespere, sicut nunc vsitato circumitu solis solet fieri. Factū est autē mane eadē super terram redeunte, & alium diem inchoante, & dies expletus est vnus 24. horarū. Notādum verò quòd nox in illo tridno omnino tenebrosa fuit, quæ post creata fidera aliqua luce claruit: decebat etiam vt dies à luce inciperent, & in mane sequentis diei tenderent, vt opera Dei à luce inchoata, & in lucem completa esse significarentur.

Vespere quomodo factum.

✠ Origen. Nō dixit dies prim⁹ sed dies vna, qa tēpus nondū esset antequam esset mundus, tēpus autē esse incepit cū mundo.

Homil.1.in Genes.

✠ Ambros. Sicut virorum generatio computatur & intelligitur etiam fœminarum, quia nec tunc virorum sola potioribus, ita etiam dies enumerantur, & noctes æstimantur adiunctæ.

Vbi supra cap.10.

✠ Avgvst. Non eodem modo nunc appellatur dies cum dicitur, *Et facta est vespere, & mane dies vnus,* quo cum diceretur, *Et vocauit Deus lucem diem,* sed eo modo quo dicimus triginta dies habere mensem. Hic enim nomine diei etiam noctes includimus, superius autē dictus est dies vt à nocte seiungeretur.

De Gene. ad lit.imperf.

Factúq; est vespere, &c. Greg. Nequaquā in hac vita per exercitationē iustitiæ peccatū deseritur, vt in ipsa incōcussè maneatur, quia si culpā rectitudo eliminat, cogitationis nostræ foribus F assidens, vt sibi aperiatur, pulsat. Vnde ait Moyses: *Facta est lux.* & paulò post: *factum est vespere.* Creator enim humanæ culpæ prescius: tunc expressit in tēpore, quod nunc versatur in mente. Lumen nāque rectitudinis sequitur vmbra tentationis. Sed quia electorū lux tētatione nō extinguitur, nō nox, sed vespera facta memoratur: quia tentatio lumē iustitiæ absc̄odit, nō interimit.

Libr.8. moral.c.10.

Avgvs. Notādum, q̄ cæteræ creaturę, quę infra lucem sunt spirituale, sine eius cognitione nō sunt. Ideò idē dies vbiq; repetitur, vt eius repetitione tot fiant dies quoties distinguuntur genera rerum creatarum perfectione senarij terminada, ita. s. vt vespera primi diei sit sui cognitio, non se. s. esse quod Deus est. Mane autē post hāc vesperam, quo clauditur primus dies, &

Libr 4. de Genes.c.22.

☞ choatur

luce alia cœli luminaria illustrantur, propter quod. 3. de anima dicitur, quod sol est pater virorum deorumque, quia reliqua cœli luminaria, quæ ab antiquis vocabantur dij recipiunt lumen à sole.

2 Et vidit Deus lucem quòd esset bona. *quia vtilis est ad multa, vt patebit infra in opere quarte diei. Aduertendum tamen, quod ista lux solaris, quæ facta dicitur prima die, adhuc fuit informis quantum ad aliqua vsq; ad quartum diem, secundum quòd dicit Dion. c. 3. de diuinis nominibus: qualiter autem fuerit formata quarta die, patebit infrà.*

2 Et

3 Appellauitque lucem diem. *qua dies est latio solis super terram.*

4 Et ten.noctem. *quia sicut per præsentiam solis efficitur dies, ita per suam occultationem efficitur nox. Notandū enim quod cū dicitur, Appellauitque lucē diē, loquitur de die artificiali, cum autem subditur.*

5 Factúmq; est vesp. & mane dies vnus. *loquitur de naturali: qua est. xxiij. horarū, & coplectitur diē & noctem: & ideo dicit* factúmque

✠ *est vesp*

✠ 1 *Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem.* Cognitio ei lux est, & ignorantia tenebræ.

✠ 1 Fiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

choatur secundus, cõuersio eius, vt q̃ creata est, ad laudẽ referat
A creatoris, & cognitionem creaturæ percipiat de verbo Dei: quę
post ipsam fit.i. firmamẽti, quo prius per verbũ in eius cogni-
tione fit: post in natura ipsius firmamenti: deinde fit vespera hu-
ius lucis: cum firmamentum nõ tam in verbo Dei sicut antè, sed
in firmamenti natura cognoscitur, quæ
cognitio quia minor est, vespera voca-
tur. Post fit mane, quo clauditur secun-
dus & incipit tertius. In quo similiter a
mane cõmunio lucis est.i. huius diei, ad
laudem Dei, qui fecit firmamẽtum:
ad percipiendum de verbo eius cog-
nitionẽ creaturæ post firmamẽtum fa-
ciendæ: & sic vsque ad mane post vespe-
rã sextæ diei. Multum enim interest in-
ter cognitionem rei in verbo Dei & co
gnitionem eius in natura, vt illud, scili-
cet, ad diem pertineat: hoc ad vesperam.

Homil 7. in Ezechiel. a *Fiat firmamentũ &c.* GREGO. Angelicæ virtutes quę in Dei amore perstite-
runt, hoc in retributione acceperũt vt in contemplatione con-
ditoris perenni felicitate maneant, & in hoc quod cõditæ sunt
æternaliter subsistant. Vnde apud Moysen, cœlum factum dici-
B tur, & idem postea firmamentum vocatur, quia angelica natura
prius subtilis est in superioribus condita, & post, ne vnquam
cadere possit, mirabiliùs confirmata.

Lib.2.de Genesi ad literam c.1. *Fiat firmamẽtum &c.* AVGVST. Quæritur vtrum illud cœlum
nunc fiat quod excedit aëris spacia: an ipse aër vocetur firma-
mentum? Asserunt enim aquas super cœlum fidereum esse non
posse, cum earum pondus exigat hoc: vt supra terram fluant, vel
ferantur vaporaliter in aëre. Nec quisquam dicat fieri hoc om-
nipotentia Dei. Quomodo enim Deus naturas rerum fecerit
quæritur? Non quòd ex eis ad miraculum potentiæ operetur.
Qui verò negant aquas super cœlum esse posse, non tantum lo-
cis, sed & qualitatibus distinguunt elemẽta, pro quibus fortian-
tur propria loca, vt sit aqua super terram, aër super aquam, cœ-
lum super aërem. Vnde colligitur quòd si aër super cœlum ma-
neret, ex põdere suo caderet: & sic aquam super cœlum esse non
posse. Vnde quidã conantur demonstrare, aquas esse super cœ-
los, aërem hic, cœlum, & firmamentum accipientes, propter hoc
tantùm, quia interuallum eius diuidit inter quosdam vapores
aquarum, & aquas quæ sunt in terris.

Ibid.c.4. *Fiat firm.* AVG. & c Notandum quòd firmamentum non pro-
pter stationem, sed propter firmitatem & intrãsgressibilem ter-
minum superiorum & inferiorum aquarũ appellatum est. Siue
cœlum intelligimus aërium, siue quod excedit spacia nubiloſi
C aëris, qui exhalatione terræ aquas vaporaliter trahit, & per sub-
tiles tiles minutias suspendit, & post corpulentius conglobatas plu- D
ualiter refundit. Si verò potest aqua sicut videmus ad tãtas mi-
nutias peruenire, vt feratur vaporaliter super aërẽ aquis natura-
liter leuiorẽ, cur non credamus & super illud leuius cœlũ, minu-
tioribus guttis & leuiorib⁹ immanare vaporibus? Sed quoquo-
modo ibi sint, ibi esse non dubitamus.

Fiat firmamentum in medio. BEDA. &c. Cœli in quo fixa sunt sidera creatio de-
scribitur quod constat esse in medio a- 1
quarum. Nã suppositæ sunt ei aquæ in
aëre & in terra super positęq; de quibus
dicitur Psal. 103. b. *Qui tegis aquis su-
periora eius.* In medio ergo firmamen-
tum est sidereum cœlum, quod de aquis
esse factũ credi potest. Crystallus enim
lapis cuius magna firmitas, magna per-
spicuitas, de aquis factus est. Si quẽ mo-
uet, quomodo aquæ naturæ fluidæ & in
ima labiles super cœlum possunt consi-
stere, cuius figura rotunda videtur esse,
de quo scriptũ est meminerit Iob 26.c. *Qui ligat aquas in nubibus
suis, &c.* Qui enim infra cœlũ ligat aquas ad tẽpus vaporibus nu-
biũ retẽtas, potest super cœli spherã ne labantur, nõ vaporali te-
nuitate, sed glaciali soliditate aquas suspẽdere, qui etiã terrę mo
lẽ appẽdit in nihilo. Quales aũt & ad qd vtiles? nouit q̃ cõdidit. E

✠ CHRYSOSTOMVS. Quid est fiat firmamentum? Quasi Homil.4. in Genes. quis dicat humana lingua fiat paries quidem & interstitium in medio diuidens & separationem faciens.

✠ AMBROS. Firmamentum dicitur à firmitate, quod non sit Lib.2.exam. c.2. inualidum nec remissum, vel quod diuina virtute firmatum sit, sicut scriptura nos docet, dicens, *laudate eum in firmamento cœli.*

✠ ORIGENES. Cum iam antea Deus fecisset cœlum, nunc Homil.1. firmamentum facit. Fecit enim cœlũ prius de quo dicit, *cœlum mihi sedes est.* Post illud autem firmamentum facit, id est, cor-
poreum cœlum. Omne enim corpus firmum est sine dubio &
solidum, & hoc est quod diffidit inter aquam quæ est super cœ-
lum, & aquam quæ est sub cœlo.

✠ THEODORETVS. Quoniã cœlũ ex fluida, natura cõstitit, quæst.11. in Genes. fluxa alioqui natura spissitudinẽ firmitatẽq; cõtraxit, firmamẽ-
tũ est appellatũ. Bifariã verò Deus naturã secreuit aquarũ, par-
tim supra firmamẽtũ profundẽs, partim deorsum relinquẽs, vti
superiores ille sua humiditate de frigore firmamẽtũ defendant,
ne syderũ calore fatiscat: inferiores aũt vt sua exhalatione aërẽ
b *Et fecit de fir. &c.* AVGVST. Quæritur quare cũ dixisset, *fiat* Lib.2.de Genesi ad literam.c.8.
firmamentũ & factum est ita, postea addit, *& fecit Deus firmamen-
tũ*: cũ in creatione lucis additũ non sit: In quo demõstratur, pri- F

☞ mo die

mo die quo facta est lux, conditionẽ spiritualis creaturæ, id est,
A sanctos angelos per lucem significari. Ideo non repetitur post-
quam dixit, *fiacta est lux*, quia non primò nouit rationalis creatu-
ra formationem suã, & postformata est. f. in ipsa sua formatione
cognouit. Conditio enim lucis in ea est, prius in sapientia, post
in conditione sua, illic genita, hic facta,
id est, ex informi formata. vnde, *Fiat lux.
& facta est lux*, vt quod erat in verbo,
esset in opere. Cætera prius fiunt in sa-
pientia, post in angelorum cognitione,
tandẽ in proprio genere. Cùm ergo au-
dimus: *Dixitque Deus fiat lux*, intelligi-
mus ad sapientiã Dei scripturã recurre-
re. Cùm audimus, *factum est*, intelligimus
in creatura spirituali factã cognitionẽ
faciendæ creaturæ. Cũ additur, *& fecit
Deus*: fieri intelligimus ipsam naturam
in genere suo: Nec toties dixit Deus, *fiat*, quoties scriptura di-
cit: quia vnum verbũ: genuit, in quo omnia dixit, per quod sin
gula facta. Sed scriptura condescẽdens paruulis, in vno quoq;
genere creaturæ respicit, in verbo Dei æternam rationem, di-
cens: *Dixitque Deus fiat. &c.*

Ibidẽ ca. 3. & 5. AVGVSTINVS. Super aërem putus ignis dicitur esse cœ-
B lum. Vnde sidera & luminaria facta coniectant, illius, scilicet
igneæ lucis conglobata dispositáq; natura in eas formas quas
in cœlo cernimus. Quidam etiam nostri, aquas non esse super
cœlum sidereũ, qualitatibus & meatibus conuincere volunt,
Saturni ſtella quomodo frigida. asserentes tamen stellam Saturni esse frigidissimam. Quæritur
ergo ab eis, vnde frigida sit? quæ tantò debet esse ardentior,
quantò sublimior, & cœlo propinquior. Cùm enim rotũda mo
les circumagitur, interiora tardiùs, & exteriora eius mouentur
celeriùs, & ideo feruentiùs: debuit ergo magis esse calida quàm
frigida. Facit ergo frigidam aquarũ super cœlestium vicinitas.

Ibid. AVGVST. Notandũ verò quòd prima die cum facta est lux,
dictũ est tantũ, *Fiat lux*, & hoc in verbo, & *facta est lux*, in opere,
statimque adhæsit increatæ luci lux creata, vt vicinior, & omni
creatura capacior. In secunda die quædam mora est, & verborũ
multiplicatio, *fiat*: & *fecit Deus*: & *factum est ita*: vt intelligamus
istas naturas ad deficiẽdũ pronas, & ad obediendũ minùs aptas.

Lib.1. cõtra Iouinianum. HIERONYM. Notandum etiam, quòd huius diei secundi
opera secundum Hebræos non dicuntur bona. Cum bona sint
sicut cætera: quod fit propter binarium principem alternitatis,
qui primus ab vnitate discedit: & in figura bigamiæ ponitur &
multorum reprehensibilium. Vnde quæ bina ingrediuntur in
arcam immunda sunt, impar numerus mundus. Vel ideo bona
non dicuntur, quia in hoc opere distinctio aquę nõ fit perfecta,
C quæ in proximo fit, vbi dicit: *Congregentur aquæ*: vt ibi dicetur.

Cuius figuræ sit cœlum. Ibid. cap. 9. & 10. AVGVST. Quæri solet, cuius figuræ sit cœlum? Sed spiri-
tus sanctus, quamuis autores nostri sciernt, per eos docere no-
luit, nisi quod profit saluti. Quæritur etiam, si stet, an moueatur
cœlum? Si moueatur inquiunt, quomodo est firmamentum? Si
stat, quomodo sidera in eo fixa circumeunt? Sed firmamentum
non propter stationem, sed propter firmitatem, aut terminum
aquarum intransgressibilem dici potest. Si autem stat, nihil im-
pedit moueri & circumire sidera. Secundo die factum est tan-
quam firmamentum disciplinæ, quod discernit inter carnalia &
spiritualia, sicut inter inferiores & superiores aquas.

ISIDORVS. Die secunda posuit firmamentum, sanctas sci-
licet scripturas in ecclesia: de quibus dicitur Esa. 34.a. *Cœlum
sicut liber plicabitur.* Hoc firmamento discernit aquas superiores,
id est populum angelorum: quibus nõ est necesse, vt in lectione
audiant Dei verbum. Sed illud firmamentum posuit super infir
mitatem inferiorum populorum, vt suspicientes in eo cogno- D
scant qualiter discernat inter carnalia & spirituala, quasi inter
aquas superiores, & inferiores.

a *Diuisitq; aquas quæ erant, &c.* AMBRO. Cum hæc audis quid Lib. 2. exa-meron. c. 3. miraris si supra firmamentum potuit vnda suspendi? De a-
liis hæc collige quomodo ad Iudæo-
rum transitum, si rationem quæris, se vn
da diuiserit. Non solet hoc esse naturę,
vt aqua se discernat ab aqua, & in pro-
fundo inter fusiones aquarũ tertæ mę-
dio seperarentur. Nonne potuit etiam ali
ter Hebræum populum liberare? Sed ti
bi voluit ostẽdere, vt eo spectaculo etiã
illa quæ non vidisti, affirmares esse cre-
denda. Iordanis quoque reflexo amne
in suum fontem reuertitur.

✠ BEDA. Aquas super firmamentũ positas eo lis quidem spiritalibus humiliores, sed tamen omni Beda de natura rerum. creatura corporali superiores, quidã ad inundationem diluuij
seruatas, alij verò rectiùs ad ignem syderum temperandum su-
spensas affirmant.

✠ RVPERTVS. Aquas quas super firmamentum positas es- In Genes.c. 21. Psal.148. se dicit, nos Angelorum multitudines intelligimus, iuxta illud, E
Et aquæ quæ supra cœlos sunt laudent nomen domini.

✠ IVNILIVS. Meminerit, si quem mouet, quomodo aquæ
quarum natura est fluitare semper & ad ima delabi, super cœ-
lum consistere possint, cuius rotunda videtur esse figura, me mi-
nerit inquam, scripturæ dicentis de Deo, *Qui ligat aquas in nu-
bibus suis, vt non erumpant pariter deorsum*: & intelligat quia qui
infra cœlum ligat aquas cum vult, vt non pariter decidant, ipse
potuit aquas super rotundam cœli figuram suspendere.

✠ ORIGENES. Mysticè autem. Illud primum cœlũ quod Hom. 1. in Genes. spiritale diximus, mens nostra est, id est, spiritalis homo noster,
qui perspicit Deum. Istud autem corporale cœlum quod firma-
mentum dicitur, exterior homo est, qui corporaliter intuetur.
Sicut ergo firmamentum cœlum appellatum est, ex eo quod di-
uidat inter eas aquas quæ super ipsum, & eas quæ sub ipso sunt,
ita & homo qui in corpore positus est, si diuidere potuerit & F
discernere quæ aquæ sunt superiores super firmamẽtum & quæ
sunt quæ sub firmamento sunt, etiam ipse cœlum, id est, homo
cœlestis, appellatur, secundum Apostoli Pauli sententiam di-
centis, *nostra conuersatio in cœlis est.*

b *Et factum est vespere, &c.* Incipit mane secundæ diei à Noe, tã-
quã à pueritia: & tenditur vsq; ab Abrahã, aliis generationibus
decem. Et benè cõparatur secundo diei, quo factum est firma-
mentum inter aquas. Sicut arca Noe inter aquas inferiores, in
quibus natabat, & superiores quibus cõpluebatur. Hæc ætas nõ
diluuio deletur, quia pueritia nostra obliuione de memoria nõ
deletur. Meminimus enim nos pueros fuisse, infantes nõ memi-
nimus. Huius vesperæ est confusio linguarum in eis qui turrem
faciebant: & fit mane ab Abraham. Sed nec ætas secunda gene-
rauit populum Dei, quia nec pueritia apta est generationi.

c *Dixit verò Deus.* AVGVST. In hoc die factum videtur, vt duo
tantũ inferiora elementa secernerentur. De aëris tamen forma-
tione intelligi potest, qui tunc primùm notam nobis formam
accepit, cum aqua quæ aëris & terræ spacium occupabat, in F
vnam terræ partem secessit. Ita in secundo & tertio die qua-
tuor elementa in proprias formas videntur esse distincta. Et
quoniam per enumerationem dierum ex informibus forma a
numerantur, & ex corporali materia iam factum cœlum Moy-
ses dixerat, cuius multùm à terrenis species distat, quod ex ea
formandum in infima parte restabat, noluit infolitis verbis in-

☞ ferere,

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio lucis à tenebris. est vespere & mane dies vnus. *In vespere enim cõpletur dies artificia
lis, qui est prima pars diei naturalis, et in mane diei sequitis cõpletur nox,
quæ est secunda pars diei naturalis, & ideo proponit vespere ipsi mane,
vt ostendat completionem diei naturalis, exprimendo terminos diei arti-
ficialis & noctis, quæ sunt partes integrantes diem naturalem.*

Op⁹ 2. diei 1 Dixit quoque Deus. *Hic describitur opus secundæ diei in qua fa-
cta est distinctio corporum cœlestium ab elementis. Ad cuius intelligen-
tiam considerandũ quòd præter cœlum empyreum (de quo dubitauerunt
doctores vtrũ sit aliquis locus corporalis an non, propter quod de ipso hic
non sit mentio secundũ istam expositionem: quam nunc prosequor, est cœ-
lum crystallinum, quod etiam dicitur aqueum propter similitudinẽ quam
habet cum aqua in diaphanitate, & sub ipso cœlo crystallino est firma-
mentum: sub quo nomine intelligitur octaua sphæra quæ magis propriè
dicitur firmamentũ, & sphæræ septem planetarum, quæ continentur sub
octaua sphæra: videlicet Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij,
Lunæ. ita quòd sphæra Saturni est superior existens immediatè sub octa-
ua sphæra. Sphæra autem lunæ inferior, cui immediatè coniunguntur
elementa. Ex quibus patet quòd firmamentum prout includit sphæras se-
ptem planetarum, medium est inter cœlum crystallinum & elemen-
ta, quæ nomine aquarum designantur, vt prædictum est, & hoc est quod
dicitur.*

Sphęræ planetarum.

Cœlum crystallinum. 2 Fiat firmamentum, &c. aquas ab aquis, *id est, cœlum crystallinum
ab elementis.*

3 Et fecit Deus firma, &c. *Istud fieri non intelligitur quantum ad
formam substantialem: quia sic factum est per opus creationis secundum
istam expositionem, vt prædictum est: sed intelligitur secundum aliquam
qualitatem ipsius firmamenti. quæ autem sit illa qualitas, in textu non
exprimitur: sed dicit Ra.Sa. Hebræus, quòd est soliditas, de qua dicitur
Iob.37.* Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi
quasi ære fundati sunt. *& propter hoc ipsum cœlum tunc vocatum est
firmamentum, a firmitate dictum. Alij autem dicunt, quòd ista qua-
litas est quædam virtus ad influendum super elementa, ad ipsorum con-
seruationem & gubernationem: propter quod dicitur. 1. Metheo. quod
mundus, qui est circa terram, id est, elementa, contiguus est superioribus
lationibus vt omnis ipsius virtus gubernetur inde. Quod autem in scri-
ptura sacra, res aliqua fieri dicatur, secundum acquisitionem alicuius di-
spositionis accidẽtalis, probat idẽ Ra.Sa. per illud quod habetur Deut. 21.
De muliere gẽtili captiua apud Hebreum virum, de qua dicitur ibidem,
quòd si volueris habere eã vxorẽ, radet celariẽ suã & circũci-
det vngues suos, secundũ translationem nostram: sed textus Hebraicus
habet et faciet vngues suos. Ex quo patet manifestè quòd fieri vngiũ,
ibi accipitur pro dispositione accidentali ipsorum. Possumus etiam ad hoc
ponere exemplum secundũ translationem nostram Daniel. 4. f. vbi dicit.
Nabuchodonosor Rex Babylonis:* Nõne hæc est Babylon ciui-
tas magna, quam ædificaui? *Et tamen certum est quòd non fecit
primò illam ciuitatem, quia multi reges fuerunt ante eum in Babylone,
imò etiam illa ciuitas videtur fundata & edificata satis ciò post dilu-
uium, vt habetur Genes. 11.a. Sed quia Nabuchodonosor eam ampliauit
& fortificauit, ideo dicitur eam ædificasse, seu fecisse: & eodem modo di-
citur hic:* Et fecit Deus firmamẽtũ, *quia secunda die dedit sibi quali-
tatem accidentalem, vt prædictum est.*

✠ 1 Diuisitq;

MORALITER.

✠ 1 *Fiat firm.* id est, cognitio primorum principiorum indebi-
lis & firma.

† *In*

† *In medio aquarum.* id est, scientiarum, quarum aliquæ sunt sub
isto firmamento, quia deductæ sunt ex primis principiis, &
aliquæ supra firmamentum, quia sunt à Deo per reuelationem datæ.

✠ *Congreg*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Diuisitq; aquas, &c. *Hic aquæ dicuntur equinoce, vt patet ex præ-
dictis, quia istæ quæ sunt super firmamentum, sunt de natura cœlesti: illæ
autem quæ sub firmamento, de natura elementari.*

2 Et factum est ve. & m. di. sc. *Exponatur sicut prius, & eodem mo-
do in sequẽtibus diebus. Hic quæritur: Quare in secundo die non dicitur.*
Et vidit Deus quod esset bonũ, *sicut in alijs diebus. Ad quod respõ-*

Binarius numerus. *dẽt aliqui quòd hoc est, quia numerus binarius est infamis, eo quòd prius
recedit ab vnitate. Sed ista responsio videtur truphatica: maximè quia in
sacro euangelio numerus binarius laudabilis & mysticus designatur. vnde
super illud Luc.10.a.* Misit illos binos & binos ante faciem suã:
*dicit Grego. quòd per binarium ibi dominus designauit charitatem, quæ
est excellentissima virtus & forma virtutum. Alij autem dicunt quod
hoc ideò est quia angeli peccantes ceciderunt secunda die. Sed hoc scri-*

Quãdo angelus peccauit. *ptura authoritatem non habet, ideo eadem facilitate contemnitur, qua
probatur: maximè quia doctores dicũt cõuniter quòd inter creationem
angelorum & eorũ lapsum fuit modica morula tẽporis: secundum autem
ipsã responsionem interfuisset ad minus spacium vnius diei naturalis, quia
secundum omnes angeli fuerũt creati à principio. Ideo aliter respõdet Ra.
Sa. & magis secũdum intentionẽ literæ vt videtur dicẽti (& verum est)
quòd hoc verbũ:* Et vidit Deus, q̃ esset bonũ, *&c. in alijs dieb. dicitur
ad approbationẽ operis illorũ dierum, approbatio autem propriè respicit
opus completum. In secunda autẽ die, licet principaliter fiat distinctio
corporum cœlestiũ, tamẽ cum hoc etiã fit mentio de distinctione aquarum
elementariarum: & quia ista distinctio non fuit completa vsque ad tertiam
diẽ, quando congregatæ sunt aquæ in locum vnũ, vt videbitur inf. a. ideo
subiecit verbum prædictum die secunda. & tertia illud bis dixit, vt
patet in litera, semel pro opere secũdæ diei, & semel pro opere tertiæ diei.*

3 Dixit verò Deus. *Hic consequẽter describitur opus tertij diei quo
distincta sunt elementa: quę distinctio facta est, per hoc quod aqua
prius producta in forma substantiali, vt prædictum est, accepit tunc à
Deo debitam densitatem: & sic occupauit minorem locum aëris spacium
dimittendo: & per hoc quòd virtute diuina facte sunt concauitates in
terra, vbi recepta est pars aquarum: & sic apparuit pars terræ discoo-
perta aquis, ad habitationem hominum & animalium, & sic fuerunt
elementa distincta in locis sibi debitis: & hoc est quod dicitur:*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ferere, vt diceret, *fiat* quia infirmiorem & informitati proximam susceptur̃ erat speciem, vt his verbis: *Congregentur aquæ & appareat arida*, intelligamus hæc duo proprias formas accepisse nobis notas & tractabiles, aquas scilicet mobilem, terram immobilẽ. Vnde aqua cõgregatur, terra apparet. aqua enim labilis & fluxa, terra stabilis & fixa.

a *Congregentur aquæ.* BEDA. Quæ inter cœlum & terrã vniuersa compleuerant, in vnum locũ congregantur, vt lux quæ præterito biduo aquas clara luce lustrauerat, in puro aëre clarior fulgeat, & appareat terra quę latebat & quę aquis limosa erat: fiat arida, & germinibus apta. Si quæratur, vbi congregatæ sunt aquæ, quæ omnes partes terræ vsque ad cœlũ texerant? Potuit fieri vt terra subsidens cõcauas partes præberet, quibus fluitantes aquas reciperet. Potest etiam credi primarias aquas rariores fuisse, quæ sicut nebula tegerent terras, sed congregatione esse spissatas.

Lib. 3. exa. cap. 3. ✠ AMB. Quomodo vna collectio, cũ hodie diuersa sint maria? Nã & Oceanum mare dicimus & Tyrrhenum, & Adriaticum, & Indicum, vna aquarum congregatio est, sed diuersi sinus maris. Meritoq; in diuersis locis diuersa sunt nomina, quia vocabula aquis ex regionum vocabulis adhæserunt. Ita vna est collectio quæ dicitur mare, & multæ collectiones quę maria pro regionibus vocantur. Sicut multæ terræ, vt Aphrica, Hispania, Thracia, pro regionũ appellantur vocabulis, & vna est terra, ita multa dicuntur pro locorum appellationibus maria, & vnum est mare.

Lib. 1. de sacram. c. 21. 2 ✠ IVGO DE SANCTO VICTORE. Locus in quo congregatæ sunt aquæ, abyssus magna creditur, quæ ab ipso mundi exordio in terræ corpore tantæ capacitatis facta fuisse putatur, vt omnium receptaculum aquarum esse potuisset.

Homil. 4 in examer. ✠ *Et appareat arida.* BASILIVS. Aduertendum etiam quòd non dixit, *vt appareat terra*, sed *arida*, ne rursum ipsam inextructam & incompositam ostendat, luto refertam, atque nondum aquis immixtam, propria forma facultateq; recepta. Et simul ne telluris exiccandæ soli nos causam tribuamus, terræ siccitatem ortu solis vetustiorem opifex fecit.

Ibid. cap. 6. ✠ AMBRO. *Aridæ* expressio naturæ est, *terra* appellatio simplex negotij, quę in se habeat proprietatem, sicut animal generis significatio est, rationabile proprium est hominis, ita & terra potest communiter dici vel scatens aquis vel sine aqua.

b *Et vocauit Deus aridam terram.* AVGVST. Prius ad distinctionem aquarum totam solidiorem mundi partem terram appellauit, dicens: *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Postquam mundus iam formari incipit, & terræ facies apparet, recedentibus aquis ad distinctionem partis quæ adhuc præmebatur aquis, portio quam aridam esse licebat, terrę nomen accepit, eo quòd pedibus teratur, *congregationesque aquarum appellauit maria.* Sic enim appellantur apud Hebræos omnes congregationes aquarum, siue salsæ, siue dulces. Et quia per continuationem omnium aquarum quæ in terris sunt, dixit eas congregatas in vnum locum, nunc vocat pluraliter congregationes aquarum propter multifidos sinus earum.

BEDA. Cum multa constat esse maria, in vnum tamẽ locum dicit aquas congregatas, quia cunctæ magno mari iunguntur. Si qui lacus in semeipsis stricti videntur, occultis tamen meatibus in mare reuoluuntur: fossores quoque puteorum hoc probant, quia omnis tellus per inuisibiles venas aquis repleta est: quibus

a ¶ secedant in vnam partem terræ. b ¶ infideles qui cupiditatum tempestate & tentationibus inanium quasi
1 Congregentur aquæ, quæ sub cœlo tumtur. 2 ¶ fontem fidei sitiens.
2 ¶ dedit naturam vel proaridam terram, congregationésque
b 1 Factũq; est ita. Et vocauit Deus prietatem vt posset sic vocari.
aquarũ appellauit maria. Et vidit
2 ¶ quod placuit in verbo placuit in opere.
Deus, quòd esset bonum, & ait:
a ¶ Potens sit germinare b ¶ ab aquis laborata. ¶ anima fructifera. c ¶ bonorum operum fructus.
d Germinet terrã herbãm virentem
c & facientem semẽ, & lignum po-
2 ¶ vt ex sua infirmitate comparatur indigentibus.
miferum faciens fructũ iuxta ge-
a ¶ de quo similia propagentur.
nus suum, cuius semẽn 2 in seipso
a ¶ causaliter.
sit super terrã. Et factum est & ita.

dum est moderamen ordinatoris quamuis distincta est creatura herbarum atq; lignorum à specie terrarum & aquarum, vt in elementis numerari non possint, quia tamen fixa radicibus terræ nectuntur: ad eundem diem voluit pertinere.

BEDA. Patet in his verbis, quòd verno tẽpore mundus perfectus est & ornatus, in quo solent herbæ virentes apparere: & ligna pomis onusta. Simulque notandum, quòd non prima herbarum germina, vel arborum genera de semine prodierunt, sed de terra: quia ad vnam iussionem cõditoris apparuit arida herbis compta, nemoribusque vestita: quæ sui generis ex se poma produxerunt & semina. Oportebat enim vt forma rerum Dei imperio primo perfecta prodiret, quomodò homo, propter quem omnia, iuuenili ætate plasmatus est.

AVGVST. Quæritur etiã de spinis & tribulis & quibusdam lignis infructuosis, cur vel quãdo creata sint? cum Deus dixerit: *Germinet terra herbam. &c.* Sed fructus nomine quædam vtilitas signatur. Multæ autẽ vtilitates sunt manifestæ vel occultæ, omniũ quæ terra radicitus alit. Possumus autẽ absolutè respondere spinas & tribulos post peccatũ terrã homini ad laborẽ peperisse, non quòd alibi anteà nascerẽtur, & post in agris quos homo coleret: sed priùs & posteà in eisdem locis, priùs tamen non homini sed post. Vnde pariet tibi. i. vt tibi nasci incipiãt ad laborẽ. quæ ad pastũ tantùmodo aliis animalibus antè nascebantur.

✠ BASILIVS. Fortasse quispiã dixerit, Cur omnia quæ nascuntur à terra semen efficere scriptura dixerit, vbi non arundinem, non gramen, non cicutam & alia genera plantarum semen efficere constat: ad quem dicemus, complura nascentium è terra, vim in ipso fundo seminum radicibusque obtinere, quemadmodum arundo post annuum incrementum è radicibus quandam appendicem elicit, rationem seminis obtinẽtem. Quare in singulis stirpibus aut semen est, aut quædam vis propagandi.

e *Facientem semen.* BEDA. Omnia creata sunt perfecta, & homo perfectus ætate erat, & arbores cum foliis & fructu. Vnde dicitur hoc lignum pomiferum.

☞ a *Et*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Congregentur aquæ, &c. *& patet litera ex prædictis.*

2 Cõgregationésque, &c. maria. *Loquitur scriptura more Hebraici sermonis quo vocatur* ים *mare non solũ Oceanus: sed quælibet congregatio magna aquarum. secundum quod in euangelio frequenter nominatur mare Tyberiadis, & mare Galilææ, & tamen non est nisi quidam lacus. Vnde & in euangelio vocatur stagnum Genezareth. Luc. 5. a.*

3 Et vidit Deus quòd esset bonum. *Hoc dicitur pro opere secundę diei. completa distinctione aquarum sed quia terra superius dicta est inanis, nis, ad est inuisibilis, eo quòd esset cooperta aquis quæ inuisibilitas remota est per congregationem aquarum. quia tunc apparuit arida. Item dicta est vacua, eo quòd non erat ornata plantis & herbis. Ideo remouendo hanc vacuitatem consequenter subditur.*

4 Et ait: Germinet, *id est virtutem germinandi accipiat.*

5 Et lignum pomiferum. *per hoc lignum intelligitur omnis arbor faciens fructus.*

6 Cuius semen in semetipso sit. *sicut grana sunt in pomis quæ sunt semina. & eodem modo in aliis fructibus.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✝ 1 *Congregentur. &c.* Nam omnes scientiæ sunt intra intellectum & sic apparet terra arida, id est caro scientiis vacua: quia tamen per cœlum, id est spiritum gubernata proficit in exercitio bonorum operum, ideo subditur.

2 *Germinet ter. her. &c.* per sensuum honestatem.

3 *Lignum po* applicando mẽbra corporis ad bonũ exercitium.

✝ 1 *Fiant*

A ✠ *Et protulit terra herb. &c.* GREG. Quod testatur historia, sic est veraciter factum, vt significaret aliud faciẽdum. Terra enim est ecclesia, quæ verbi pabulo nos reficit, & patrocinij vmbraculo custodit: loquendo pascit, opitulando protegit: vt non solũ herbam refectionis proferat, sed etiam arborem protectionis.

lib. 19. moral. cap. 15.

lib. 6. moral. cap. 23. b *Lignum.* GREG. Lignum secundũ speciem suam semen produxit, cũ mens nostra ex sui cõsideratione quod in alterũ faciat colligit, & recti operis germen parit. Hinc quidam sapiẽs ait: Tobiæ iiij. c. *Quod tibi nõ vis fieri: alij non feceris.* Et alibi, Matth. vj. b. *Quæcunque vultis vt faciat vobis homines, & vos eadem c illis facite.* Quasi speciẽ vestrã alterutrũ respicite, & ex vobismetipsis cognoscite quid oporteat vos aliis exhibere.

c *Semẽ.* STRAB. RAB. Semẽtis frugũ & arborum. Semẽ hominũ & animaliũ. d Seminũ vel semẽtũ cuiusq; rei exordiũ.

Tertio die, quo mẽtem suã ad serendos e bonorũ operũ fructus præparat homo: separata labe ac fluctibus carnaliũ tentationũ, tãquã aridã habet terrã tẽtationib. separatis, vt dicere possit Ro. vij. d. *Mente seruio legi Dei, &c.* d *Fallum est vesp. & ma.* ISID. Mane tertij diei incipit ab Abraham, & succedit tertia ætas similis adolescẽtiæ, & benè comparatur diei tertio, quo ab aquis terra separata est. Ab omnibus enim gentibus quarũ error instabilis, & vanis simulacrorũ doB ctrinis, tãquã vẽtis omnibus mobilis (quod maris nomine benè significatur) populus Dei per Abrahã separatus est, tãquã terra cũm apparuit, arida, id est, sitiẽs imbrẽ diuinorũ mãdatorũ, q vnũ Deũ colẽdo tanquã irrigata terra vt fructus afferat, sanctas scripturas accepit & prophetias. Hæc ætas iam potuit generare populũ Deo, quia & tertia ætas, id est, adolescentia filios habere iam potest. Vnde Abrahæ dictum est. Genes. xvij. a. *Patrem multarũ gentiũ posui te. &c.* Hæc ætas porrigitur ab Abrahã vsque ad Dauid, generationib. quatuordecim. Vespera in peccatis populi, quibus diuina mãdata præteribãt vsq; ad Saulis malitiam.

BED. Die tertia congregauit aquas inferiores & salsas, infideles scilicet concupiscentiarum & tentationum fluctibus sese quatientes, & segregauit ab eis aridam, id est, fideles fontẽ fidei sitiẽtes. Infideles verò coërcuit, ne iniquitatis suæ fluctibus aridã id est animã sitientẽ Deũ, conturbẽt, sed liceat ei germinare fructus bonorũ operũ, & diligere proximũ, vt habeat in se semẽ secũdum similitudinẽ suã, vt scilicet ex sua infirmitate cõpatiatur alij indigẽti, & producat lignũ forte fructiferũ, id est, beneficiũ eripiẽdo oppressũ, & præbẽdo ei protectionis vmbraculũ.

lib. 3. de Gen. ad lit. c *Fiant lumi. &c.* AVG. Quia visibili mundo duo dies sunt attributi, suprẽmæ, scilicet, & infimæ parti mundi. Visibilibus & mobili

a ¶ actualiter. b ¶ Gregorius pabulum verbi: opera misericordiæ.
Et protulit terra herbam virẽtem,
a ¶ de tritico triticum: de legumine legumen.
& 3 afferentem semen iuxta genus
b suum, Lignumq; faciens fructum,
& habens vnumquodque semen
c tem secundum speciem suam. Et
vidit Deus quòd esset bonum: Et
a ¶ Augustinus tertia diuisio dictione.
d factũ est vespere & mane dies ter-
a ¶ hic ordinantur ornamenta superioris mundi.
tius. Dixit autem Deus: 1 Fiãt
a ¶ doctores. b ¶ quia vicina non quia fixa c ¶ scripturæ.
luminaria in firmamento cœli: 5

mobilibus mundi partibus quæ intra mũdum creantur, tres relIiqui deputati sunt. Et quia cœlũ prius factũ, prius erat ornãdũ. quarto fiũt sydera quibus illustretur inferior pars, ne esset habitãtibus tenebrosa. Infirmitati quoq; hominũ, pusium est, vt circũeunte sole, diei, noctisq; vicissitudine propter vigilãdi & dormiẽdi vicissitudinẽ potirẽtur. Et ne nox indecora remaneret, sed luna & sydera. cõsolarẽtur homines, quibus operãdi nocturna necessitas incumberet, & q̃dã animalia sunt q̃ lucẽ ferre non possunt. Quod autẽ dictũ est, *& sint in signa, &c.* ita dictũ videt quasi quarto die cœpisset tẽpora cũ prius triduũ sine tẽpore nõ fuerit. Nã si aliquis motus corporalis vel spiritualis cõditionũ luminariũ præcessit, vt aliqd à futura expectatione per præsens in præteritũ trãsierit, sine tẽpore esse nõ potuit. Ideo tẽpora quæ fiũt per sydera non spacia morarũ, sed vicissitudinẽ affectionũ cœli debemus accipere: qa dies & anni quos vsitatè nominamus motibus tãtũ syderũ fiũt. Vel fortè circa speciẽ factæ rei dies est appellatus, & circa priuationẽ nox, vt materia nõdũ per speciẽ formata fit nox dicta, vnde formãda erat cætera. Vel potius ipsa re facta atque formata, mutabilitas, id est, deficiendi possibilitas nox dicitur. Possunt enim res mutari, etiã si nõ mutẽtur. Vespere autẽ & mane intelligãtur, nõ per tẽporis præteritionẽ & aduẽtũ, sed per terminũ quo intelligit vsq; quò sit naturæ modus, & vnde exordiũ. Nimirũ q̃ dicit, sint in signa & tpa, non signa dicit, q̃ obseruare sit vanitatis, sed vtilitatis, q̃, scilicet, nautæ obseruãt vel quilibet hoies, ad fruidẽdas aëris qualitates. De sole q̃ppe certũ est, q̃ cirB cuitũ cõpleat trecẽtis sexagintaq̃nq; diebus & quadrãte, q̃n est annus solaris. Sic reliqui planetæ annos suos cõplẽt breuiores & prolixiores. Est etiã sol ad distinctionẽ tẽporũ, quia ab æquinoctiali circulo vernali, ad solstitiũ æstiuum ascendens, & inde ad æquinoctiũ autũnale trãsiẽs, atq; inde ad solstitiũ brumale puenies, tãdẽq; ad æquinoctiũ vernale rediẽs quatuor anni tpa determinat. Luna post æquinoctiũ vernale vespe plena, pcedens, paschalẽ terminũ facit: q̃ regula vsq; hodiè viget. De qua cũ q̃ ratur vtrũ plena, an prima facta fuerit? Rñdẽdũ est Deũ quota cũq; fuerit pfectã feciss̃e, qa vt aiũt, nõ decebat Deũ illa die aliqd imperfectũ facere. Alij dicũt, debuit luna prima fieri nõ quartadecima, qa nemo sic incipit numerare. Si tñ aliqd imperfectũ fecisse Deũ dicat reprehensibile nõ est. Qd em̃ ab illo inchoatũ est, ab ipso, nõ ab alio pfectũ est. Creditur etiã ideo plena facta: qa septuaginta interpretes legunt, Lunã factã ἐις ἀρχὰς τῆς νυκτός, in inchoationem seu principatũ noctis, quod fit cùm plena est.

Diuisio. 3 Dixit autem Deus, &c. *Hic consequẽter describitur opus ornatus, & primo*

Solaris annus.

Paschalis terminus.

✠ PROCOPIVS. Quæ hactenus commemorauimus, simi- lia in c. 1. Gen.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et protulit terr. *Hoc intelligitur passiuè, quia virtute diuina actiuè protulit. Videtur forsitan alicui quòd ista productio plantarum & herbarum pertineat ad sextam diem: in qua ornata est terra: vt dicetur infra. Ad quod dicendum quòd ornatus hic accipitur ex similitudine ornatus in hominibus, in quibus non pertinent ad ornatum propriè ea quæ inseparabiliter adhærent corporibus humanis, sed ea quæ possunt apponi & auferri, sicut vestes, serta monilia. &c. huiusmodi autẽ plãtæ & herbæ im mobiliter adhærent terræ: & ideo pertinent ad opus tertiæ diei, quãdo apparuit arida. Item notandum quòd ex eo quòd dicitur:* Germinet terra herbam virentem, *dicunt aliqui Hebræi videlicet Rab. Iosue, & sequaces, quòd mundus factus fuit in mense Martio, quando terra incipit germinare herbas, &c. vnde & Exod. xij. a. Martius vocatur primus mẽsis. Ex hoc autẽ quòd subditur:* Et protulit terra herbam virentẽ & facientẽ semẽ: *Dicunt aliqui videlicet Ra. Eliezer & sui sequaces, quòd factus est mense Septembri, quando fructus sunt in arboribus maturi, & habentes semina in semetipsis: & hoc opinio communis tenetur ab Hebræis tanquam rationabilior, quia scriptum est Deut. xxxij. a.* Dei perfecta sunt opera. *vnde secundũ omnes homo primus factus est in statu perfecto potens generare. tunc enim vnumquodque perfectum est quando potest generare sibi simile: & eodem modo videtur dicendum de terra nascentibus, quod est quando habent in seipsis semina.*

2 Et vidit Deus, &c. *Istud replicatur pro approbatione operis huius tertiæ diei.*

3 Dixit autem Deus, &c. *Hic consequẽter describitur opus ornatus, & primo describitur ornatus corporum cœlestium, secundo ornatus elementorum mediorum. scilicet, quinta die. tertio ornatus elementi inferioris. scilicet, terræ sexta die. & sic patet quod ornatus correspondet distinctioni. Circa primum describitur primo productio luminarium in generali, secundo magis in speciali, ibi:* Fecitque Deus duo luminaria. *Circa primum considerandum quòd ad ornatum hominis pertinent illa quæ sunt separabilia, vt dictum est: & ad similitudinem huius in firmamento cœli dicuntur pertinere ad ornatum illa quæ habent proprium motum secundum rem, vel saltem secundum apparentiam sensus. Septem verò planetæ habent proprios motus distinctos à motu firmamenti. Stellæ autem fixæ, licet non habeant motum proprium, sed moueantur tantum motu firmamẽtis, verũtamen quantũ ad apparentiã sensus deprehẽduntur manifestè moueri: nõ sic auẽ motus corporis firmamẽti: sed solũ ratione arguitur, ex motu stellarum. Et quia Moyses rudi populo loquebatur, vt suprà dictũ est, qui capiebat tantũ sensibilia, ideo non solũ planetæ, sed etiã stellæ fixæ describuntur pertinere ad ornatũ firmamẽti: & hoc est quòd dicitur:*

4 Fiant lu. *Istud fieri, secundum istam expositionem non intelligitur quantũ ad substantiã luminariũ, nec quantũ ad lucem quæ facta est primo die: quia tunc facta fuit lux solis, vt prædictũ est. & per cõsequẽs aliorũ luminariũ, quia illuminãtur à sole. sed intelligitur quãtũ ad quãdã informationẽ huius luminis, quod fuit informe aliquo modo vsq; ad quartã diẽ in qua fuit formatũ: quia tũc accepit à Deo virtutẽ influẽdi ad varios effectus in inferioribus, sensibiliter etiam percipitur quòd radij diuersorum luminariũ cœli habent varios effectus & distinctos circa inferiora.*

5 In fir. cœ. *Aliter dicuntur in firmamento cœli esse stellæ fixæ, quia ibi sunt*

MORALITER.

✝ 1 *Fiant lumi. &c.* per quæ virtutes politicæ possunt designari, scilicet, per solem, quod est luminare maius, prudentia, quæ dirigit

a 5 ✝ 1 *Produ*

rigit alias virtutes, per lunam verò, iustitia de qua dicitur 5. Ethic. quòd neque hesperus neque lucifer est ita admirabilis. per stellas verò cæteræ virtutes intelliguntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia sunt magnifici epuli apparatus. Primum locus mundatur ne A fœdes offendant conuiuas, Dein conuiuium paratur: Deinde lucernæ accenduntur. Postremò via qua conuiuæ veniant præcedentibus seruis & ministris, nempe brutis animalibus: nouissimè accedit ad epulum quasi dominus & rex, rationalis creatura, homo. Cæterũ Deus purissimam partẽ primogenię lucis accipiens, transtulit in solem, reliquam partem lucis a b distribuit inter lunam reliquáque astra. Quemadmodũ Deus vniuersam aquã, quæ prius inundabat totam terram, in vnum quasi receptaculũ, nempè in maria, flumina, puteósque coniecit: sic lucem in omnia diffusam vbertim, in vnũ cõtraxit, solem, lunã astráque inde illustrauit. Sciẽdũ est tamen, lunã illicò vbi creata est, & proprio nituisse iubare, & occupasse occasum, sole obtinẽte oriẽtẽ hemisphærũ, siquidẽ huic. d ei, illi, noctis imperiũ decretũ est. Eo itaque tempore erat plenilunium.

Lib. de Gen. ad lit. imperf.

✠ Avgvstinvs. Vtrum autem de fixis tantum dictum est syderibus, an etiam de vagis, *fiant luminaria in firmamento cœli*? Sed duo luminaria maius & minus inter vaga sydera numerantur, quomodo ergo facta sunt omnia, cum singulos suos, vel globos vel circulos vaga singula quæque possideãt? an quoniam in scripturis & cœlos multos legimus, & cœlũ, sic in hoc loco cum dicitur in firmamento cœli, intelligẽdum est omnem B istam ætheream machinam dici, quæ omnia substantia continet, sub qua puri & tranquilli aëris serenitas viget, sub qua item iste aër turbulentus & procellosus agitatur?

a *Et diuidant diem.* Beda. Ea scilicet diuisione, vt sol diem, luna noctem illuminet. hoc enim factis syderibus ad augmentum primariæ lucis accessit: vt etiã nox prodiret luminosa, lunæ vel stellarum splendore radiata: quę hactenùs tantum tenebras nouerat. Et si enim nox tenebrosa videtur: obscurato aëre, qui terris proximus est: superiora tamen aëris spacia semper syderum fulgore sunt lucida.

hom. 6. exameron.

✠ Basilivs. Superius à tenebris lucem diuisit, vt inter ipsa nulla sit prorsus immixtio, lucíque, cum tenebris nihil cõmercij. Etenim tenebræ lucis incursiones minimè patiuntur sed fugiunt. Nunc autem metiendo quidem, diei solem præfecit, lunã autẽ cùm luminis plenũ totũ suũ obtinet orbem, principẽ noctis constituit. Tunc enim hæc lumina è regione disposita sunt, In plenilunijs namque exoriente sole, luna descẽdit ac deliteſcit, occidẽte, oritur sæpenumerò, ex aduersóque exurgit.

Quæstio. lib. 2. de Genes. ad literam.

Avg. Solet quæri: vtrũ hæc luminaria corpora sola sint, aut habeant rectores spiritus & ab eis vitaliter inspirentur, sicut per animas animalium carnes animantur? Sed de tam obscura re nihil temerè credendum.

b *Et sint in sig. &c.* Beda. Quia priusquam sidera fierent, ordo temporũ nullis notabatur indiciis, vel meridiana hora, vel quælibet alia. sunt ergo luminaria *in signa*. &c. non quòd à cõditione horũ tempora cœperint, vel dies vel anni. sed quia per ortus eorum vel transitus temporum, dierum annorumq; signatur ordo.

C vbi supra.

✠ Basilivs. Quantò emolumẽto sint vitæ humanæ quis ignorat? Licet nautæ sua in portu continere nauem, pericula ventorum præuidenti, licet viatorj incommoda cœli vitare, licet agricolis in ferendis seminibus, omnium hinc officiorum, operúmque suorum exercendorum opportunitatem inuenire. Iam verò dissolutionis etiam vniuersa signa, dominus solem daturum, lunam & stellas prædixit. *Sol vertetur in sanguinem, & luna non dabit lucem suam.*

Luc. 21. Matth. 24. Lib. 2. de Genes. ad literam. cap. 14. quæst. 15. in Genes.

✠ Avgvstinvs. Non illa dicit signa quæ obseruare vanitatis est, sed vtique vtilia, & huius vitæ vsibus necessaria.

✠ Theodoretvs. *In signa*, non ita intelligimus quemadmodum imprudentes quidam. Neque enim Genethlialogiã, id est, ex hominis natiuitate diuinationẽ, Pytagoras, Socrates, Plato approbarunt. Quòd si hæc fabulis innutriti neglexerunt, atque

a ¶ discernendo.

& diuidant diem ac noctẽ, & sint 1
a ¶ serenitatis & tempestatis. ¶ virtutum.
b ¶ ver, æstatem, autumnum, hyemem. ¶ cum suum
compleuerint cursum. ¶ quia prædicatores pro-
prijs temporibus viuunt & transeunt: prius germinauit terra,
deinde facta sunt luminaria: quia post bona opera venit illu-
minatio lucis ad contemplandam speciem supernæ veritatis.
in signa & tẽpora & dies & annos,
vt luceant in firmamento cœli, & 2
a ¶ ne homo in tenebrosam adducatur habitationem.
b ¶ exuslitter.
illúminent terram. Et factũ est ita.

atque abominati sunt quid diuinis credens scripturis facere debeat? signa igitur appellat diuina scriptura, scire plantãdi, serendi tempora. D

✠ Diodorvs. Fortasse dictum est, *erunt in signa*, vt cum sol & luna stat, vt accidit sub Iosue, vel cum retrocedit, vt Ezechię tempore, vt cum stella Magis apparuit. Inuenire etiam licet quasdam stellas bona aut mala significare. Et cæteri præcedentes in Genes.

✠ Ambrosivs. Nonnulli natiui tatum tẽt uerunt exprimere qualitates, cùm hoc sit vanũ & inutile quærẽtibus, impossibile pollicentibus. Quomodo dñs aut præmia proposuit bonis, aut improbis pœnas, si facit necessitas disciplinã? Quámultos videmus ereptos criminibus in melior. ẽ statum esse cõuersos? Redempti sunt Apostoli, & congregati ex peccatoribus: non vtiq; natiuitatis suæ hora, sed Christi eos sanctificauit aduẽtus, & hora dñicæ passionis redemit à morte, Latro damnatus capitis, ille cũ dño crucifixus, non beneficio natiuitatis suæ, sed fidei cõfessione ad paradisi æterna trãsiuit. Ionam in mari nõ vis natiuitatis, sed dissimulatio diuinæ præceptionis præcipitauit. Lib. 4. exameron ca. 4.

✠ Avgvstinvs. Quod si dicantur stellæ significare potiùs ista quàm facere, non quidem ita solent loqui mathematici, vt verbi gratia dicãt, Mars ita positus homicidam significat, sed homicidam facit. Verumtamèn vt concedamus, non eos vt debent loqui, & à philosophis accipere sermonis regulam ad ea E prænuncianda, quæ in syderũ positione se reperire putant, quid sit, quod nihil vnquam dicere potuerunt, cur in vita geminorũ, in actionibus, in euentis, in professionibus, artibus, honoribus, atque in ipsa morte, sit plerumque tanta diuersitas, vt similiores eis sint quantũ ad hæc attinet, multi extranei, quàm ipsi inter se gemini, per exiguũ tẽporis interuallũ in nascẽdo separati, in cõceptu autem per vnum concubitũ vno etiã momento seminati. lib. 5. de ciuitate c. 1.

✠ Idem. Vel tempora, articulos quosdam quos per horologia computamus, vel in cœlo notissimos, cum ab oriente vsque ad meridianam altitudinẽ sol insurgit, atque inde rursus vsque in occidentem vergit, vt possit deinceps aduerti vel luna, vel aliquod sydus ab oriente statim post occasum solis emergere, quod item cum ad mediam cœli venerit altitudinem, medium noctis indicet, tũc scilicet occasurum, cũ sole redeúre fit mane. lib. 2. de Genesi ad literam cap. 14.

✠ Basilivs. *Sint in dies.* Nõ quidẽ vt diẽ effeiãt, sed vt ipsis diebus præsint. Dies enim & nox luminarijs ortũ antecesserunt. vbi supra.

✠ Idem. Itaque nemo prorsus errauit, si diem definiens aërem esse dixerit illuminatum à sole, aut quantitatem temporis tantum quo sol in globo nostro dimidio moram trahit.

✠ Ambrosivs. In annos quoque ordinati sunt sol & luna. Luna enim per trecentos dies duodenis vicibus cursum conficiens, consummat annum secũdum Hebræos, aliquibus diebus adiectis secundum Romanos, bisexto semel intra quinquenniũ vnius diei adiectione celebrato. vbi supra.

✠ Avgvstinvs. Annos vero vel istos vsitatos dicimus solis anfractus, non cum ad orientem quod quotidie facit, sed cũ ad eadẽ loca syderũ redit, quod nõ facit nisi peractis trecentis sexaginta quinq; diebus, & sex horis, quæ pars quater ducta cogit interponi vnum diem, quẽ Romani bisextũ vocãt, vt ad eundẽ circuitũ redeatur. Vel etiã maiores & occultiores annos. Nam completis aliorũ syderũ spatijs, maiores anni fieri dicũtur. vbi supra.

✠ Theodoretvs. At verò ex lunæ cursu numerũ mensium discere possumus, Triginta enim diebus sex horis minùs cursum suum cõficit. Ex quo dierum numerus, ab ipso lunæ nomine quæ μὴν dicitur, μὴν, hoc est, mensis appellatur. vbi supra.

c *Vt luceant &c.* Beda. Semper luminaria in firmamento lucent, sed oportunis temporibus terram illuminant. Aliquoties enim nebulosus aër obsistit: ortus etiam sol maiori lumine lunam stellásque ne terram illuminent, impedit. Vnde sic vocatur, quia solus obtusa luna stellísque cæteris per diẽ fulgeat terris.

a *Fecit*

sunt immobiliter: & planetæ quia habent proprios motus & proprios orbes: & ideo non sunt in firmamento cœli: nisi largè loquẽdo de firmamento: prout continet sub se orbes planetarum, vt supra dictum est. Considerandum autem quòd luminaria cœli sint facta principaliter propter gloriam Dei. tamen facta sunt consequẽter ad vtilitatem hominum: veruntamẽ quia populus Iudaicus erat pronus ad idololatriam. ideo Moyses vt reuocaret ipsum à cultu luminarium, tetigit tantum secundam causam, vnde Deut. iiij. c. dicitur: Ne forte oculis eleuatis ad cœlum videas solem & lunam & omnia astra cœli, errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit dominus Deus tuus in ministerium cunctis gẽtibus. *Hoc autem ministerium explicat Moyses hic cùm dicitur:*

1 Et diui. diem. *Ad cuius intellectum considerandum, quòd luminaria cœli deseruiunt homini inquantum faciunt vicissitudinem temporis apti ad operandum, & temporis apti ad quiescendum. quia homo non potest continuè labore, sed oportet eum somnum capere ad recreationem sensuum & quietem corporis, & quantum ad hoc dicitur:* Et diuidant diẽ ac noctem. *Secundo deseruiunt, inquãtum ex cœli luminaribus accipitur significatio pluuiosi temporis vel sereni, & huiusmodi, quæ sunt apta diuersis operibus humanis & negocijs, & quantum ad hoc dicitur:* Et sint in signa. *Tertiò deseruiunt, inquantum distinguunt diuersas partes temporis, scilicet, veris, æstatis, autumni, & hyemis, in quibus varia ur-*

Luminaria cœli, quomodo seruiant homini.

✠ *diuinitus*

☞ 2 *Fecit Deus duo luminaria.* Beda. Luminaria magna possumus A accipere, non tam aliorum comparatione quàm per se, vt cœlũ dicitur magnũ, & magnũ mare. Sol enim magnus dicitur, quia cõplet orbẽ terræ suo calore: sicut luna suo lumine, quæ in quacũque parte cœli fuerint, totã terrã illuminãt & à cũctis videntur. Magnitudinis eorũ magnũ est argumẽtũ, q̃ omnibus hominibus idẽ orbis eorũ videtur. Nã si lõgè positis minori & propèmaior, exiguitatis indiciũ esset. Solis & lunæ magnitudo.

vbi suprà.

✠ Ambros. Magna possumus accipere luminaria, non tã aliorũ cõparatione magna, q̃ suo munere, vt est cœlũ magnũ: est mare magnũ. Nã & magnus sol q̃ cõplet orbẽ terrarũ suo calore vt luna suo lumine, nec solũ terras, sed etiã aërẽ hũc & mare cœliq; faciẽ. Quæ illuminãt omnia, & æq; spectãtur à cũctis.

vbi suprà.

✠ Basilivs. His similia de luna intelligamus. Est enim corpus ipsius magnũ & splẽdidissimũ post solẽ. Nõ tamẽ semper eius cõspicitur magnitudo. Sed nunc tota simulata in orbẽ, nunc accrescẽs, aut decrescẽs, haud tota cõspicitur, id altera quod deest sui parte, offerẽs semper. Nã alia nimirũ obũbratur parte cũ incrementa suscipit, alia pars eius occultatur, cum imminuitur.

in c. 1. Gen.

✠ Ivnilivs. Luminare maius est sol non solum forma sui corporis, sed & magnitudine luminis, qua & ipsum luminare minus & stellas illustrare creditur. Maius est & virtute ardoris qua mũdum calefacit, cum præteritis ante eius creationem diebus nihil omninò caloris habuisset. Quod autẽ æqualis vniusq; magnitudinis luna cũ sole cernitur, ex eo fieri dicunt, quod ille B multò longinquior à terris atque altior quàm luna incedat.

in c. 1. Gen.

✠ Origenes. Sicut in firmamento isto, iubet Deus fieri luminaria, vt diuidant inter medium diei & noctis, ita & in nobis fieri potest, si lumen nos studeamus effici cœlum, & luminaria habebimus in nobis, quæ illuminent nos, Christum & ecclesiam eius. Ipse enim est lux mundi, qui ecclesiam illuminat luce sua, vt luna dicitur de sole lumen accipere. Et sicut luminaria ista posita sunt *in signa, in tempora, dies et annos, vt luceant de firmamento cœli his qui super terram sunt*: Ita Christus illuminans ecclesiã suam, signa dat per præcepta sua, vt sciat quis quomodo accepto signo fugiat à superuẽtura ira. Et quoniã stellas posuit in firmamẽto Deus, vt videamus q̃ sint in nobis stellæ, id est in cordis nostri cœlo. Moses stella est in nobis quę illuminat nos actibus suis. Et Abrahã Isaac & Iacob, &c. Et sicut sol & luna il luminãt corpora nostra, ita à Christo & ecclesia illuminantur mentes nostræ. Ita tũ illuminamur, si nõ sumus mẽtibus cæci.

✠ Amb.

✠ Amb. Sicut luna luminis imminutionẽ habet nõ corpis, qñ p. D vices mẽstruas depõere videt lumẽ suũ. Ita ecclesia tpa sua habet pfecutiõis & pacis. Nã videt sicut luna deficere, sed nõ deficit. vbi suprà.

b *Luminare maius, &c.* Beda. Solẽ, scilicet nõ solũ corpis forma, sed luminis magnitudine, quia luminare minus & stellas illustrat. Maior est etiam in calore, quia mũdũ calefacit, cũ præteritis ante eius creationẽ diebus nihil caloris habuisset. Quod autẽ æqualis vniusq; magnitudinis luna cũ sole cernitur, hinc esse aiũt, q̃ multò lõginquior à terris atque altior q̃ luna incedit, ideoq; magnitudo eius à nobis nõ posset dignosci. Ofa enim longius posita videntur breuiora.

c *Et lu.mi. &c.* Et si lunam & stellas maiores in die aliquãdo videri contingat, non tamen diei, sed nocti lucis solatium eas afferre constat.

Avg. Tunc enim in noctis exordio videtur luna cum plena est, alias non: & per diem incipit videri ante plenitudinem, & in progressu noctis.

a ¶ in manifesto.

a Fecitq; Deus duo magna lumi- 1
naria: luminare maius vt præesset 2
diei, & luminare minus vt præes- 3
set nocti, & stellas. Et posuit eas in 4
a ¶ virorum numerositatem. b ¶ ad decorem noctis.
firmamento cœli: vt lucerent su- 5
a ¶ Luce sapientiæ.
per terram, & præessent diei ac no-
a ¶ Perfectorum. b ¶ Parnulorum.
cti, & diuiderent lucem ac tene-
a ¶ Quia quæ facienda placebant vt fierent, facta placuerunt vt manerent.
bras. Et vidit Deus quòd esset

d *Vt lucerent, &c.* Hæc de magnis luminaribus intelligi possunt: & stellis, vt quod dictum est, *vt præesset diei*, & ad solem specialiter, quod subiunctum est, *& nocti*, ad lunam & stellas pertineat. Quod verò additur, *diuiderent lucem ac tenebras*, omnibus æquè conueniat, quæ quocunque incedunt, lucem circumferunt, vnde cum absunt, tenebrosa cũcta relinquũt. Si quæratur quale potuit esse lumen diurnũ ante creationẽ syderũ? Respõdemus quale videmus solis ortu proximãte, necdũ apparẽte, q̃si sciliçet lucet obtusis radijs stellarũ dies, sed minimè sol ortus refulget. Die quarta mãsuẽsit luminaria in firmamẽto cœli, E id est, legisdoctores, scripturæ, sanctæ inhærẽtes & inferioribus lumẽ sapiẽtiæ demõstrãtes. Prodiit quoq; syderũ turba, id est virorũ doctorũ scilicet & legisperitorũ numerositas, qui in huius vitæ nocte fulgẽtes, diuidãt scripturę sensibilia & intelligibilia, quasi inter lucẽ. pfectorũ, & tenebras peccatorũ, faciẽtes signa virtutũ & miraculorũ. Qui sunt *in tempora & annos*, quia propriis tẽporibus viuũt & transeũt. *Verbũ autẽ dominj in æternũ manet.* Benè autẽ terra germinauit primò, & postèà facta sunt luminaria, qa post bona opa venit illuminatio, qua videtur spẽs supnæ veritatis. Quarto die quo in illo firmamẽto disciplinæ mens spirituales intelligẽtias o patur atq; distinguit: videt q̃ sit inc ómutabilis veritas, quæ sicut sol fulgeat in anima & quomodo anima ipsius particeps fiat, & corpori ordinẽ & pulchritudinẽ tribuat, tanq̃ luna illuminãs noctẽ. Et quõ stellæ oẽs id est intelligẽtiæ spirituales, in huius vitæ obscuritate, tanquã in nocte fulgeant. Quale erat lumen ante creationem syderum. Sydera Ieros. gisdoctores Lux prima.

☞ a *Et*

dinãtur & disponũtur vsus humano necessaria, & quãtũ ad hoc dicitur: Et sint in signa. *Quarto deseruiunt hoi quãtũ ad vsum: q̃ est directiuus in operibus humanis, & maxime vtilis est ad cognitionẽ veru, vt dicitur* 3. *Met. & quãtũ ad hoc dicitur:* Vt luceãt in firmamento cœli, &c.

1 Fecitque de. duo lumi. &c. *Consequenter describit productionem luminarũ in specialis, cum dicit:*

C Fecitque Deus duo luminaria magna, *videlicet solem & lunam.*

2 Luminare maius, *id est solem.*

3 Vt præesset diei. *quia dies est latio solis super terram.*

4 Et lu.mi. *scilicet lunam.*

5 Vt præesset nocti. *quia de die nõ apparet lux eius. Sequẽs litera patet ex prædictis. Doctores autẽ Hebræi ex hoc q̃ dicitur hic:* Fecitque Deus duo lu.mag. *dicunt q̃ sol & luna à principio fuerunt æquales in claritate: sed luna suggessit ipsi Deo, vt diminueretur hoc solis, volẽs habere singulare gloriam luminis: propter quod Deus puniuit ipsam diminuẽdo de eius lumine. Sed istud dictũ destruit seipsum: quia secũdũ ipsos lux solis & aliorũ luminariũ facta est prima die. Luna etiã fuit facta in oppositio solis: vt sic præesset nocti, & ideo si fuissent æquales claritatis vel, ad quartũ diẽ, non fuisset nox, nec per cõsequẽs successio diei & noctis. sed fuisset cõtinua dies. cuius cõtrarium expresse dicit scriptura. Iste corpora cœlestia sunt inanimata & insensibilia secundũ Damas. & ideo frustrã est q̃ luna loqueretur ipsi Deo. Motiuum autem ipsorũ nullũ est, quia magnũ & paruũ relatiue dicuntur: & ideo sol & luna luminaria dicuntur magna respectu aliarũ stellarũ. licet sol sit maioris quãtitatis & claritatis quam sit luna. Exposita igitur litera secundum duas primas opiniones de materia corporali, soluẽda sunt rationes tertiæ opi. quæ ponit materiam in corporibus cœlestibus, & esse eiusdẽ rationis cum materia corporũ elementarium & mixtorum. Ad primum cum dicitur: Actus est qui distinguit, dicendum, quòd omnis distinctio est per actum, non tamen oportet quòd sit semper per actum actualiter informantem. Materia igitur cœli & materia corruptibilium differunt inquantum sunt in potentia ad actus*

An sol & luna æquales fuerunt in claritate.

Ridicula deliramenta Hebræorũ opinio de luna.

actus diuersarum rationum, quia forma cœli est actus inseparabiliter informans, non autem forma elementi vel mixti. Ad secundum dicendum, quòd materia corporis cœlestis nobilior est materia mixti vel elementi, non per aliquam formam vel actum actu informantem: si consideratur omni forma subtracta: sed per relationem seu aptitudinem ad nobiliorem actum, scilicet formam. His visis exponenda est iterum litera à principio secundum tertiam opin. Vbi aduertendum quod diuisio est eadem in vtraque expositione, propter quod non intendo eam repetere. Item in expositione prædicta plurima sunt, quæ non variantur propter tertiam opi. de materia prædicta: propter quod similiter, non intendo ea repetere: sed ad prædicta remittere. Igitur secundum opinionem illam quæ ponit materiam eiusdem rationis in corporibus cœlestibus & elementaribus: quam sequuntur Beda. & Stra. est exponẽda sic litera: In principio creauit Deus cœlum. *scilicet empyreum, quod statim factum angelis est repletum. & dicitur empyreum a πῦρ. quod est ignis: nõ quia sit de natura elementari, sed quia conuenit cum igne in splendore: sicut & cœlum crystallinum dicitur aqueum, quia conuenit cum aqua in diaphaneitate, vt prædictum est. Et est cœlum empyreum secundum istam expositionem, locus splendidus, immobilis & quietus, cõtemplationi gloriæ aptus.* Et terram, *id est materiam omnium corporum quæ sunt sub empyreo, quæ producta est sub vna forma communi in genere substantiæ, vt pote corporeitatis, & propter talem communitatem nominatur diuersis nominibus, vtpote nomine abyssi & aquę, Terra autẽ erat inanis & vacua, quia illa materia non erat adhuc per formas speciales distincta. Sequitur:* Fiat lux. *Secundum istam expositionem, ista Lux fuit quædam nubes lucida de superiore parte materiæ communis prædictæ facta à Deo, quæ motu suo faciebat diem & noctem vsque ad quartam diem, in qua factus est sol: verumtamen imperfectiori modo quàm ipse sol. Quia sicut in generatione naturali est processus ex imperfecto ad perfectum, ita in prima veru productione non propter imperfectionem agentis, sed ad ostendendum ordinem sue sapientiæ. Considerandum tamen quòd illa nubes lucida non potest conuenienter dici eiusdem rationis cum nubibus quæ fiunt in aëre, quia illa erat de natura cœlesti, ista autem sunt natura elementari.*

Exposition tertiæ opinionis.

✠ Fiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Et factũ est vesp. & ma. &c.* BEDA. In hac vespera populus Dei in Aegypto agnũ obtulit, & verus agnus sacramẽta sui corporis mchoauit. In hoc mane populus Israel iugũ seruitutis excussit, & Christus nos suo sanguine redimens, à diaboli seruitute liberauit. q̃ dies lunæ plenissimè in creatione mundi quarta, præsidit. At in tpe dñicæ passionis, altioris gratia sacramẽti in quarta sabbati incidit, vt dñs a sexta sabbati crucifixus, sabbato in sepulchro quieseret, & prima sabbati resurgeret. In qua nobis resurgẽdi, & lucẽ perpetuã intrandi ipse atq; fidẽ donaret.

b Isid. *Et factũ est vesp. &c.* Mane quartæ diei regnũ Dauid. Hæc ætas similis est iuuẽtuti, q̃ inter omnes regnat ætates, & firmũ est omniũ ætatũ firmamẽtũ. vnde cõparatur quarto dici, quo facta sunt sydera in firmamẽto cœli. Splendor siquidẽ solis regni figurat excellentiam, plebem obtemperantem regi lunæ splendor ostẽdit, tanquã synagogam. Stellæ verò principes eius sunt, & omnia fundata in regni stabilitate tanquam in firmamento.

b *Dixit etiam Deus, &c.* Post ornatam quarto die cœli faciẽ luminaribus, ornantur suis animalibus die quinto inferiores mũdi partes, aqua, scilicet, & aër.

Aug. *Dixit etiam Deus: Prod. a. rep. &c.* Oportebat in creãdis habitatoribus inferioris partis, quæ tota sæpe terra vocatur, prius produci ex aquis animalia, postea de terra eo quòd ita fit aëri aqua similis vt eius exhalationibus pingueſcat: spiritum procellæ & ventos faciat, nubila contrahat & aues sustineat volantes. Est ergo ordo seruatus vt prius memorentur animalia aquarũ, quàm terrarũ. Nec putandũ est prætermissum esse aliquod elementum, quamuis de aëre tacere videatur. Sed aër ad cœlum more scripturæ pertinere intelligitur, si qua sunt in eius superioribus pacatissima spacia: vel ad terrã, propter turbulentum & caliginosum locũ, qui humida exhalatione pingueſcit, quãuis & ipse aliquando cœli nomine nuncupetur. Ideo nõ est dictum, producãt aquæ reptilia, & aër volatilia, sed vtrumq; ex aquis producẽtũ esse narratur. Quidquid enim aquarũ siue labiliter vndosum, siue vaporaliter tenuatũ est, vtrũq; tamẽ humidę naturæ deputatur. Vnde quidã elemẽta sic distinguũt, vt oculos ad ignẽ, aures ad aërẽ pertinere dicãt: olfactum & gustũ tribuãt humidæ naturæ. Tactus autẽ congruit terræ. Ignis tamẽ omnia penetrat, vt motũ in eis faciat. Inchoat enim anima motũ suũ in omnibus à subtilitate ignis, sed non in omnibus ad idẽ peruenit. In visu enim peruenit, represso calore vsque ad eius lucẽ. In auditu vsque ad liquidiorẽ aërẽ calor ignis penetrat. In olfactu, transit aërẽ purũ, & peruenit ad humidã exhalationẽ, vnde crassior hęc aura subsistit. In gustu verò etiã hãc trãsit, & peruenit ad humorẽ corpulẽtiorẽ. Quo tracto cum ad terrenam peruenit grauitatem, tangendi vltimum sensum agit. Hunc ordinem non ignorabat, qui conditionẽ eorum quæ intra mundum sunt inducens, prius cœli lumina, pòst aquarum animantia, terrarum postrema narrauit: nec aërẽ prætermisit, sed quietissimam partem eius cœlo, turbulentã aquæ vel terræ deputauit. Vnde & Psalm. cxlviij. a. omnia superiora cœlum dicendo: *Laudate dominum de cœlis*: omnia inferiora terræ nomine comprehendit. *Laudate dominum de terra, &c.* vbi spiritus tempestatis & omnes abyssi nominantur. Et ignis iste qui vrit tangentem, qui de terrenis & humidis motibus ita existit, vt vertatur in aliud elementum. Ac per hoc in superiorem tranquillitatem euadere nõ valens, in ista pinguiori parte turbulentis motibus agitatur, ad temperandum eius rigorem, & ad vsus terrorẽque mortalium. In summo autem aër tam tenuis esse dicitur, vt neque nubibus obumbretur, nec vento turbetur, nec aues sustineat, nec homines si qui fortè ascenderint, crassiori spiritu alat, sicut aër iste. Aër tamen est, & in humidam naturam tempore diluuij conuersus creditur. Aërios etiam cœlos diluuio periſſe in quadam canonica epistola legi. Quod intelligendum non est nisi in aquarum naturam pinguioris aëris qualitate conuersos.

c *Anima viuentis.* Augstinvs. id est quæ sunt in animabus viuis: sicut dicitur: Ignobilia hominum id est qui sunt lib. 3. de Genesi ad lit. cap. 8.

☞ in ho

a ¶ Augustinus. Quarta distinctio.

bonũ: Et factũ est vespere & mane

b diẽs quartus. Dixit etiam Deus:

a ¶ Quia vicinior est aqua cœlo quàm terra: præordinantur aquatilia. ¶ Aquarum dicuntur reptilia: quia pauca repunt in terra pedibus gradiuntur plura.

b ¶ Pisces. c ¶ Renatos per sacramentum baptismi.

c Producant aquæ reptile ánimæ vi-

a ¶ Volantes ad superna. ¶ Productum ex aquis.

uentis & volatile super terrã, sub

1 Volet.

ordinem non ignorabat, qui conditionẽ eorum quæ intra mundum sunt inducens, prius cœli lumina, pòst aquarum animantia, terrarum postrema narrauit: nec aërẽ prætermisit, sed quietissimam partem eius cœlo, turbulentã aquæ vel terræ deputauit. Vnde & Psalm. cxlviij. a. omnia superiora cœlum dicendo: *Laudate dominum de cœlis*: omnia inferiora terræ nomine comprehendit. *Laudate dominum de terra, &c.* vbi spiritus tempestatis & omnes abyssi nominantur. Et ignis iste qui vrit tangentem, qui de terrenis & humidis motibus ita existit, vt vertatur in aliud elementum. Ac per hoc in superiorem tranquillitatem euadere nõ valens, in ista pinguiori parte turbulentis motibus agitatur, ad temperandum eius rigorem, & ad vsus terrorẽque mortalium. In summo autem aër tam tenuis esse dicitur, vt neque nubibus obumbretur, nec vento turbetur, nec aues sustineat, nec homines si qui fortè ascenderint, crassiori spiritu alat, sicut aër iste. Aër tamen est, & in humidam naturam tempore diluuij conuersus creditur. Aërios etiam cœlos diluuio periſſe in quadam canonica epistola legi. Quod intelligendum non est nisi in aquarum naturam pinguioris aëris qualitate conuersos.

c *Anima viuentis.* Augstinvs. id est quæ sunt in animabus viuis: sicut dicitur: Ignobilia hominum id est qui sunt lib. 3. de Genesi ad lit. cap. 8.

☞ in ho

NICOLAVS DE LYRA.

Fiat firmamentũ in medio aquarum. *Istud fieri hic accipitur quantum ad formam substantialem, quia de vna parte materiæ prius productæ sub forma communi factum est firmamentum secundum formam specificam cœli syderei. In qua productione intelligitur etiam productio orbes septem planetarum, qui sub nomine firmamenti comprehendũtur. De parte autem superiore illius materiæ communis factum est cœlum crystallinum quantum ad formam substantialem secundã die, sicut de firmamẽto dictum est. Et significatur per aquas quæ sunt super firmamentum propter conuenientiam cum aqua, vt prædictum est. Sub firmamento autem prout comprehendit orbes septem planetarum, remansit materia communis ex qua facta sunt elementa tertia die: quæ materia designatur nomine aquæ, vt prædictum est. & sic patet quomodo secunda die factum est firmamentum in medio aquarum. id est, inter cœlum crystallinum & materiam elementorum, & sic patet litera.* Dixit verò Deus: Congregentur aquæ. *Hic ponitur opus tertiæ diei, in quo distincta sunt elementa per hoc quòd ex illa parte materiæ quæ remanserat adhuc sub forma communi, vt prædictum est, facta sunt elementa in suis formis substantialibus & proprietatibus consequentibus. In terra etiam factæ sunt aliquæ concauitates diuina virtute, in quibus receptis aquis, apparuit pars terræ discoperata, & sic apparuerunt elementa in suis locis distincta.* Dixit autem Deus: Fiant luminaria. *Hic describitur opus quartæ diei, & intelligitur hic, fieri luminarium, quãtum ad suas formas substantiales specificas, & secundum istam expositionem sol factus est de illa nube lucida prædicta, quæ tribus diebus præcedentibus ficit diem & noctem motu diurno. Nec valet quod contra hoc obijcit frater Thomas prima parte summæ suæ dicens, quòd non potest conuenienter dici, quòd in prima rerum productione aliquid sit productũ satis citò corrumpẽdum: ex quo concludit in conuenienter dici solem factũ ex illa nubecula: quia sic fuisset corrupta. Non enim corrumpitur, proprie loquendo de corruptione, secundum perfectam eius rationem quod transmutatur in melius, vt dicitur 3 lib. de generatione: sicut non dicuntur elementa proprie corrumpi, quando ex eis fit corpus mixtum: quia corruptio proprio modo dicta est via ad defectum: hic verò ad perfectum. Illa autem nubecula erat quid imperfectum respectu solis. Ipse etiam Tho. incidit in id quod reprobat: quia in opere quintæ diei dixit quòd aues & pisces facta sunt ex quatuor elementis, licet in textu solum nominetur aqua, quod non potuit fieri nisi per corruptionem formarum elementarium modo prædicto. Alia autem luminaria cœli, luna & stellæ dicuntur facta quarta die quantum ad suas formas specificas ex aliqua parte suorum orbium: & sic patet litera secundum istam expositionem. Cætera autem quæ in hac expositione non sunt tacta, exponatur sicut dictum est in alia expositione. Hic dictis solueuda sunt rationes quæ sunt contra istam expositionem. Ad rationem commentatoris cum dicitur: materia substantiatur per suum posse. Dicendum quòd verum est, si accipiatur posse eius vel potentia prout est in genere substantiæ. & sic talis potẽtia non est aliud quàm ipsa essentia materiæ, circunscripta omni forma: & hoc modo accepta est in potentia ad esse sub forma quacunque quãtum est de se: & sic materia cœli est in potentia ad formam elementi, & ad non esse formæ cœlis. sed ista potẽtia non est reducibilis ad actum nisi per agẽs quod immediate attingit materiam secundum suam essentiam, quod est agens diuinum, Sed si accipiatur potentia propinqua, scilicet reducibilis per agens naturale vel creatum, sic non est in potentia vt transmutetur de forma ad formam, nisi prout subest qualitatibus actiuis & passiuis contrarijs. & ideo materia quæ est sub forma corporis cœlestis, non est sic in potentia ad non esse suæ formæ, & ad esse alterius: quia non subest talibus qualitatibus, vt suprà dictum est. Rationes autem illius opinionis quæ ponit materiam in corporibus cœlestibus, tamen alterius rationis, concedenda sunt secundum istã expositionem inquantum ponit materiam in corporibus cœlestibus: sed inquãtum dicit eam alterius rationis: quod non probat, neganda est: & ratio negationis patet ex prædictis.*

1 Dixit etiam Deus. *Hic describitur opus quintæ diei, in qua ornata sunt elementa media, scilicet aër & aqua, ad quorum ornatum pertinent illa quæ mouentur in eis, scilicet aues & pisces, & hoc est quod dicitur.*

2 Producant aquæ. *Non quia aues & pisces de sola aqua sint formati, sed de quatuor elementis, tamen aqua sola exprimitur propter quandam conuenientiam cum istis. Habet enim aqua humorem & vaporem, per humorem conuenit cum piscibus, per vaporem qui sursum eleuatur in aere, conuenit cum auibus. Considerandũ etiã, q̃ aues & pisces nõ sunt producti ex aqua actiuè, sed à Deo: passiuè autẽ ex elementis, vt dictum est.*

3 Reptile, &c. *Reptilia dicuntur illa quæ non habent pedes: vel si habent, breues tamen, nec in altum eleuantur, & talia sunt quæ cõmuniter habitãt in aquis, dicitur etiã hic:* Reptibile animæ viuentis, *ita quod vita animalis ponitur in obliquo ad signandum quòd vita est imperfecto*

☞ modo

Quomodo materia substantiatur per suũ posse.

Piscibus & auibus vim generandi dat Deus Reptilia.

MORALITER.

✠ 1 *Producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile super terram, &c.* Sicut dictum est, per aquas intelliguntur scientiæ, quarum aliquæ sunt speculatiuæ, quæ significantur per aues, & aliquæ practicæ, quæ significantur per pisces.

✠ 1 Pro

☞ in hominibus ignobiles. Quod quidam propter tarditatẽ sensus putant dictum esse vel quia pisces nullius sint memoriæ: sed certissimum est eos habere memoriam.

De conuersione elemẽtorum.

Augvstinvs. De conuersione elemẽtorum quæstio est. Alij dicunt omnia posse cõuerti in omnia. Alij aliquid propriũ esse singulis, quod in alterius qualitatẽ nequeat conuerti. Dicitur etiam nihil sine igne videri, nec sine terra tangi, & sic omnia omnibus inesse, sed vnumquodque ex eo quod plus habet vocabulum accepisse. Inde hoc caloris priuatione cum corpus nimium frigescit, qui ex calore inest corpori: dum ignis aërem, aër humorem, & humor terrena afficit, subtilioribus crassiora penetrãtibus. Aër ergo superior, quia ad cœlestem pertinet partem, vel quia nullum visibilem habet habitatorem, neque prætermissus est cœlo nominato, nec annumeratus in creandis animalibus. Inferior verò non nisi ex aquis accipit animalia. Quod enim humidũ est, aues sustinet, quę initũtur pẽnis volantes, vt pisces quibusdam suis alis natantes. Vnde ex aquis dicuntur producta volatilia. Aquarũ enim natura bipertitũ locũ sortita est. Inferiorẽ in vnda labili. Superiorẽ in aura stabili. Illũ natantibus, hunc volãtibus. Ex hoc elementorum duo sensus animalibus dantur. Olfactus vaporibus: Gustus explorãdis liquoribus. Quòd enim tactu aquas ventósque sentimus: hinc est quod solida terra omnibus elementis misceatur, sed in his crassioribus sentitur amplius.

Hom. 5. in Gen.

✠ Basilivs. Nunc primum animans sensu præditum, animal, inquã, creatur. Arbores enim, fructus atque herbæ, quanquam viuere dicuntur, propterea quod alendi sensu facultatis augendique participes sunt, non tamen animalia huiusce causa, nec animantia ita sunt.

Lib. 5. exameron. c. 1.

✠ Ambrosivs. Scimus reptilia dici genera serpentum, eò quod super terram repant, sed multomagis omne quod natat, reptandi habet vel speciem vel naturã. Nam & si quæ se in profundum demerserint, aquã videantur findere, tamen cum supra innatant, repunt toto corpore quod trahunt super quædam dorsa aquarum. Vnde & Dauid ait, *Hoc mare magnũ & spatiosum, illic reptilia quorum non est numerus.* Quinetiam cum pleraque pedes habeant, & ambulandi vsum, eò quodsint amphibia, quæ vel in aquisvel in terris viuũt, vt sunt focę, crocodili, equi fluuiales, tamẽ cũ in alto aquarũ sunt, nõ ambulant sed natant, nec vestigio vtũtur pedis ad incedendũ, sed tanquã remo ad reptãdũ.

Psal. 103.

In gen. c. 49

✠ Rvpertvs. Quid opus erat adiici animæ viuentis, cum ipsum nomen reptilium, viuentẽ animã satis exprimere possit, videlicet, vt animã reptiliũ distigueret ab anima hominũ. Cũ enim dicit animæ viuẽtis, subaudiri vult, & nõ etiã discernẽtis.

✠ Chrysostomvs *Educant aquæ reptilia animarum viuarum.* Quæ lingua ad opificis preconia sufficiet: Dixit tantum *germinet terra*, & statim illam parturire fecit. Nunc dicit, *educant aquæ*, vide quàm consonant præcepta. Illic *germinet terra*, hîc, *educant aquæ reptilia animarum viuentium*. Verbum quidem breue, verbum vnum, genera autem animaliũ diuersa.

Hom. 7. in Gen.

✠ *Et volatile super terram.* Basilivs. Cur ortum ex aquis volucribus vt aquatilibus præstitit, an quia volantibus ad ea quæ natant, quasi consanguinitas quædam atque affinitas est? Nam vbi pisces humorem secant agitatione pennarum, caudæ verò mutatione flexiones sibi, rectósque impetus gubernantes, sic in volatilib⁹ fieri cõspicere licet, aerẽ pẽnis alisque findẽtibus simili natãtis modo. Quare cũ vtrisque natare sit cõmune, vna quidẽ ipsis affinitas ex aquarũ sane generatione tributa est.

Vbi supra.

✠ Avgvst-

✠ Augvstinvs. Volatilia conuenienter sunt aquis attributa, quia non inconuenienter aër iste aqua nominatur.

Lib. de genesi ad litẽ imperf. cap. 14.

✠ Procopivs. Aues ex aquis originem sumunt propter quandam elemẽtorum agnationem, aër enim in humorem resoluitur, & in nubes cõcretus tandem crescit in aquam, præterea aqua per sui euaporationẽ in aërem vertitur. Inquit quoque, *volatilia super terrã volantia.* Nam in terra habent victum ex qua euolant, & iterum in hanc deuolant, prętereà plerèque aues nobis in cibum datæ, humi plerũque volitãt, reliquæ sublimes abeunt. Quod additur *super terram.* Quia plerũque ibi morantur, & necessario quietem agitant in terram delabuntur.

✠ Theodoretvs. Sed quæritur, cur nam Deus plantas ante luminaria, animantia verò post luminaria fecerit? oculos habẽt animalia, & lucis exuperantiam magnam ferre potuissent. Quæ quidem lux postmodũ in solemi, & lunam, ac stellas dispẽsata, congruum fragorem emittit, plantæ autem sensus sunt expertes.

Quæstio 16 in Gen.

a *Sub firmamento, &c.* Et si immenso interiacente spacio, volãt tamen aues sub fidereo cœlo, quæ super terrã volant, sicut homines qui in terra sunt, sub cœlo esse dicuntur. Alia translatio. Secus firmamentum cœli, quia vicina sunt ætheri spacia huius aëris: qui aues subuehit.

Augvstin. Notandũ quosdam Philo. ita sua cuilibet elemento distribuisse animalia: vt terrena dicerent, non tantũ quæ in terra repunt aut gradiuntur, sed etiam aues quæ in terra requiescunt. Aëria animalia dæmones esse. Cœlestia deos, quorũ nos partem luminaria, partem angelos dicimus. Idem tamen aquis pisces, & generis sui bestias distribuunt, vt animalibus suis nullum vacet elementum.

Dæmones aëria animalia.

E

Augv. Dæmones aëria dicuntur animalia, quia corporum aëriorum natura vigent. Nec per mortẽ dissoluuntur, quia præualet in eis elementum aptius ad faciendũ, quàm ad patiẽdum. Ad patiendum enim humor & humus, ad faciẽdum aër & ignis. Transgressores verò angeli cũ principe suo nunc diabolo, tunc archangelo, si fuerunt ante transgressionem suam in puriore aëris parte (quidam enim nostri non putant eos cœlestes, vel supercœlestes angelos fuisse) non mirum, si post peccatũ in hanc caliginem detrusi sunt, vbi tamen aër sit. (Si saltem ante peccatum cœlestia opera generabant.) Neque hoc mirum est, si conuersi sunt ex pœna in aëriã qualitatem, vt possint ab igne, id est elemento superioris naturæ pati. Caligiosa tamen aëris loca tenere tantum permissi sunt, qui eis quasi carcer sit vsque ad tempus iudicij.

lib 3 cap 10.

Aërea animalia.

Mali dæmones vim generandi pt ssea.

✠ *Cete grandia & omnem, &c.* Basilivs. Non quia squilla & halece maiora sunt cete, ideo magna sunt dicta, sed quia maximis mole montibus æquantur. Nam cum ad summa maris efferuntur, insularem læpenumerò sensionem conspicientibus præstant. Talia sunt animantia quæ ad terrorem nostrum creata sunt.

Vbi supra.

✠ Theodoretvs. Cete omnia ea vocat, quæ inter aquea vasta sunt, quanquam eorum quoddã sit discrimen, quamobrem addidit magna.

b *Et omnem animam. &c.* Ad differentiam hominis qui faciendus ad imaginem Dei, & si præcepta seruaret, perpetua immutabilitate maneret. Cætera verò animalia sic facta sunt, vt alia aliis in alimoniam cederent, vel senio deficerent.

☞ *Benedixitque*

F

NICOLAVS DE LYRA.

modo in piscibus respectu hominum & animalium. Et sequitur.

Opin. hebr. de cete.

1 Creauitque Deus cete. &c. *Dicunt hic Hebræi, q̃ istud genus piscium est incredibilis magnitudinis propter quod si eorum multiplicata fuissent indiuidua, destructũ fuisset seculũ, quia mare non esset nauigabile, nec alij pisces possent stare in mari. Ideo postquã Deus creauerat hãc speciẽ in sexu masculino & fœmineo, occidit fœmellam, ne multiplicarentur indiuidua, & reseruat eam iustis ad comedendum in futuro seculo. Ex quo patet Iudæos decidasse in errorem Saracenorum, qui beatitudinem futuræ vitæ ponunt in delectationibus corporalibus ciborum & venereorum, quod non solũ apud catholicos absurdum reputatur, sed etiam apud Gentiles philosophos, qui beatitudinem hominis ponũt in operibus intellectiuæ partis, asserentes vitã voluptuosam esse vitã pecudum: vt patet 3. Ethi. propter quod beatitudo ibi non est ponẽda, cũ fœlicitas nullo modo pertineat ad brutum animalia, sed solũ ad intellectiuale & rationale creaturã: propter quod catholici bene ponunt beatitudinẽ in visione*

Beatitudo.

in visione & fruitione ipsius Dei: & ab hac beatitudine animæ post resurrectionẽ fiet redundantia ad corpus per quã fiet gloriosum per dotes corporis anter quas ponitur impassibilitas: & per cõsequens resurrectio erit ad vitã immortalẽ, operibus nutritiuæ & generatiuæ nõ indigentẽ. Adhoc sunt authoritates clarissimę no. testa. sed quia nõ recipiuntur à Iudæis, ad hoc potest adduci authoritas prophetæ Dauid dicentis, Satiabor cũ apparuerit gloria tua. *Quia ex beatitudine animæ fiet talis redundãtia ad corpus, q̃ sati abitur ois hominis appetitus. Ad hoc etiã facit exẽplũ Moysi, q̃ existẽs in monte cũ domino. xl. diebus, & xl. noctibus, non comedit neque bibit, consortio et colloquio domini satiatus. et multo minus in statu futuræ beatitudinis, vsus ciborum est ponendus.*

Psal. 16. d.

2 Quam produ. &c. *In piscibus enim & auibus & brutis animalibus sunt multæ species subalternæ, ac etiam specialissimæ: & ideo in productione eorum fit mentio de generibus & speciebus: natura autem humana producta est primo in vno solo individuo, vt patebit 1 ffd, & ideo non fit ibi mentio de genere vel specie.*

✠ 1 Benedixit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Benedixitque illis.* AVGVSTINVS. Benedictionem ad fœcunditatem valere voluit, quæ in successione prolis apparet, vt ea benedictione qua infirma & mortalia creata sunt, genus suum nascendo custodiant.

Lib de Gen. ad lit. cap. 15. A

Hom. 7. in Genes.

CHRYSOSTOMVS. Ipsa ergo benedictio est in magno numero & multitudine augeri & multiplicari. Natu quia animatæ creaturæ eorum animalia, volebatq; perpetuo esse ideo subdidit, *Crescite.* Verbũ enim illud vsque in præsentẽ diẽ illa cõseruat.

b *Crescite & multiplic. &c.* ad vtrunque genus animantium de aquis factorum, id est pisces & aues pertinet. Quia sicut omnes pisces non nisi aquis viuere possunt. ita plurimæ aues, quæ si in terris aliquando requiescunt, fœtusque faciunt, non tamen de terra, sed de mari viuunt, & libentius mari quàm terra vtuntur.

Lib 1. in Genesc 52.

✠ RVPERTVS. Tria sunt verba benedictionis, *Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris.* sed vnus idémque sensus est, quippe qui vno tantum verbo sursus exprimitur, cum subiungitur, *auesque multiplicentur super terram.* Nec mirum: etenim tria nomina, siue tres sunt personæ eius qui benedixit, sed vnus idemque Deus est.

Ibidem.

✠ IDEM. Quare autem herbam lignumque pomiferum non benedixit? Crescit quidem & multiplicatur herba virens lignũque pomiferum, sed differt crementorum ratio pro diuersa essentiarum qualitate. Etenim herbam virentem eadem terra quæ germinat, multiplicat, & semen illis ipsa importat & cadentia recipit, & ideo multiplicandæ posteritati solum ipsorũ esse sufficit. Verũ reptilibus siue volatilibus si nullus fuisset appetitus, non ipsa creseerent, & non sterilisset eorũ genus. Cùm ergo initium existendi accepissent, oportuit creatoris imperio naturalem illis medullitus inseri amorem, vel appetitum, vt masculus ardens ad semen ingerendum, fœmina nihilominus aquida foret ad recipiendum. Hoc illis benedictio contulit.

Carhena Græca in Genes. Ibidem.

✠ DIODORVS. Quia ergo constat sensu phantasia, digniora hominique propiora, ideo benedicuntur.

✠ GENNADIVS. Vel vt ostenderet Deus maiorem apud se animantium quàm inanimatorũ curam haberi, quia propter animalia plantæ, ideo benedicti digniora, tum etiam quia plantæ & semina perseuerant, agriculturæ labore adiuta, animantia verò mutua inter se coitione.

quæst. 17.

✠ THEODORETVS. Aut quia cum voluit terram omnigenis fructibus, herbis, arboribus plenam reddidit, animalia verò bina condidit, meritò igitur eis benedixit, vt fœcunditate sua, alia quidem maria, alia lacus & flumina, alia verò aërem, alia terram implerent.

Lib. 1. in ca. 1. Genes.

✠ PROCOPIVS. Sed quomodo ratione carentibus imperauit? Satis planum existimo naturalem motum & ardorem qui inest cunctis animalibus ad generis sui propagationem Dei esse quodammodo præceptum. Sic vt docet Ionas, Deus imperauit cetо: Nam Dei iussus seu imperium credendum est, quod

C ipso volente fieri cognoscimus. Quod ait implete aquas in mari, &c. Ne mireris. Siquidẽ similiter de hominibus quoque dictum est, implete terram, vt scilicet nullus locus aquæ destituatur animalibus quæ ibi natent.

In cap. 1

✠ ORIGENES. Si mens nostra illuminata fuerit à nostro sole Christo, iubetur ex his quæ in ea sunt aquis producere reptilia & volantia, id est, cogitationes bonas vel malas proferre in mediũ, & discretio fiat bonorũ à malis, quæ vtique vtraque ex corde procedunt. Sed nos vtraque proferamus ad conspectũ & iudicium Dei, vt cum ipsius illuminatione discernere possimus, ea quæ super terram repunt, & terrenas solicitudines gerunt separemus à nobis, illa verò quæ meliora sunt, id est volatilia, sinamus volare non solum super terram, sed etiam secundum firmamentum cœli, id est, vt sensum & rationem tam terrenorum, quàm cœlestium perttractemus in nobis, vt intelligere possimus quæ sint noxia in nobis ex repentibus. Si videremus mulierem ad concupiscendum, illud est in nobis reptile venenatum. Si vero sit in nobis ebrietatis sensus, ex obscœnis eructabimus. D

✠ HVGO A SANCTO VICTORE. Lib. 1. de sacram. ca 27.

Duo igitur sunt genera animantium, quæ ex vna origine prodeunt, sed non vnam mansionem sortiuntur. Pisces in originali sede vmbrarum, volatilia sursum tollũtur, & fiũt quasi supra id quod sunt. Sic de vna massa corruptibilis naturæ, vniuersa generis humani propago trahitur, sed aliis deorsũ in ea qua nati sunt corruptiõe iustè derelictis, aliis sursum dono gratiæ ad sortem cœlestis patriæ eleuatis, iudicij seruatur equitas.

c *Aueſque volitent super ter.* ad verũq; genus animum, quę. s. de aquis vel de terra viuũt, respicit: qa et iã aues quę sine aquis nõ viuũt, quę etiã in profundo tẽpe, sicut pisces, latẽt, nõnũ quã super terrã egredi solẽt, maximè cũ fœtus faciũt & nutriũt.

MYSTICE. Die quinta facta sunt in aquis reptilia animarum viuarum, id est, homines in vitam renouati per sacramentum baptismi, facta sunt volatilia id est, animæ volantes ad superna. Incipit prouecta mẽs quinto die in actionibus turbulenti seculi, tanquã in aquis maris operari, propter vtilitatẽ fraternæ societatis, & de corporalibus agnitionibus, quæ ad mare. i. ad hanc vitam pertinẽt, producere animarum vinarum reptilia. i. opera quæ prosunt animis viuis, & cetos magnos, id est fortissimas agnitiones, quibus fluctus seculi dirumpuntur & contemnũtur, & volatilia cœli. i. voces cœlestia prædicãtes. E

d *Et factum est vespere & mane.* ISID. Mystice, Mane trãsmigratio in Babyloniã, cum ea captiuitate populus leuiter in peregrino ocio est collocatus, & porrigitur hæc ætas vsque ad aduentum Christi. i. quinta declinatio scilicet de iuuentute vsque ad senectutem, nondum senectus, nec iam iuuentus, sed senior ætas, quæ Græcis γήρας vocatur, & senium vltimum πρεσβύτερ senex apud eos γέρων & πρεσβύτης dicit. Et reuera fic ista ætas à regni robore est inclinata & fracta in populo Iudęorũ: vt homo à iuuẽtute senior fit. Quæ bene cõparatur diei quinto, quo facta sũt animalia in aquis, & volatilia cœli, postquã inter gẽtes tãquã in mari viuere cœperũt, fedẽ incertã & instabilẽ habentes, sicut aues volãtes. Ibi ceti id est homines magni, qui magis dominari fluctibus seculi, quã in captiuitate seruire potuerũt, nullo enim terrore ad idololatriã deprauati sunt. Vbi aduertendũ quod benedixit Deus animalia dicẽs: *Crescite, & multiplicamini.* quia gens Iudæorum per gentes dispersa valde multiplicata est. Huius diei id est huiꝰ ætatis quasi vespera est multiplicatio peccatorũ in populo Iudęorũ, quia sic excœcati sunt vt nec possent Christum cognoscere. F

e *Producat terra &c.* IVNI. Post cœlũ repletũ sideribꝰ & aërẽ volatilibꝰ. qui propter viciniã cœlũ nominatur, post impletas animalibꝰ. suis aquas, quæ aëri vicinæ sunt, cõsequẽs erat terrã animalibꝰ. suis impleri. Ipsa enim cognationẽ habet cũ aquis, sine quarũ succo & irrigatione nec fructificare pót, nec subsistere. Iubet ergo Deus terrã producere iumẽta & reptilia & bestias terrę. In bestiis quicquid ore sæuit vel vnguib. præter serpẽtes cõprehenditur. In reptilib. etiã serpentes. Nomine iumentorũ quę in vsu hominũ sunt animalia designãtur. Cõditionẽ verò eę terorum quadrupedũ, vt ceruorum & huiusmodi pro indomita feritate inter bestias numeramus. Iuxta antiquã translationem qua scriptum est, *Quadrupedia & reptilia & bestias terræ.* Nomine quadrupedum omnia comprehensa sunt præter bestias & reptilia, siue domita, siue fera & agrestia.

Bestiæ. Reptilia. Iumenta.

Prod. terr. AVGVST. Consequẽs erat, vt terrã iã ornaret suis animalibus. Ter dicendo iuxta genus suum, tria genera significat. Primo iuxta genus suũ, quadrupedia & reptilia. Vbi potest in-

☞ telligi, quæ

a ¶ Hoc ad vtrunque genus de aquis factũ, ad pisces, scilicet & ad aues pertinet.

1 2 a b Benedixitq; eis, dicẽs: Crescite & multiplicamini, & replete aquas

a ¶ Quæ vel de aquis vel de terra viuunt.

c maris, aueſq; multiplicẽtur super

d terrã. Et factũ est vespere & ma-

a ¶ Augustinus. quinta distinctio.

3 ne, diẽs quintus. Dixit quoque

a ¶ Infimæ partis ornamenta operibus malis. b ¶ Caro abstinens ab

x ¶ Germina virtutum.

4 e deus: Producat terrã ãnimã viuẽ-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Benedixitque. *Ista benedictio est ordinatio ad multiplicationem individuorum per commixtionem maris & fœminæ, ideo statim sequitur.*

2 Crescite & multiplic. &c. *Et quia multiplicatio per talem modum non est in plantis & herbis, ideo in productione earum non fit mentio de tali benedictione earum.*

3 Dixit quoque Deus. *Hic describitur opus sextæ diei, in qua ornata est terra animalibus. Et hoc est quod dicitur.*

4 Producat terra, &c. *i. animalia viuentia, quę significantur per animã. quia res denominatur à forma, & consequẽter magis specificat dicẽs.*

✠ Iumenta.

MORALITER.

✠ 4 *Producat terra &c.* Per bestias & iumẽta intelligi possunt artes mœchanicę, quæ sunt quædam hominis iumenta in corporali vita. Adquiruntur etiã per motũ corporis, propter quod dicuntur produci de terra. Post formationẽ hominis in esse naturæ, consequenter ponitur eius formatio in esse gratiæ, secun-

✠ dum

☞ telligi quę quadrupedia dixerit. s. quæ sunt in genere reptiliũ, vt

A Iacerti & huiusmodi. Vnde in repetitione, quadrupedũ nomina nõ iteravit, quia reptilium vocabulo ea intellexit. Ideo nõ simpliciter dixit, reptilia. sed omnia reptilia terræ. Sunt enim & aquarũ, ideo omnia, vt cõprehenderet ea quæ quatuor pedibus gradiuntur. Bestias, de quibus item ait, *iuxta genus suum.* intellexit quicquid ore sæuit aut vnguibus, præter serpẽtes. Pecora verò de quibus tertiò dixit, iuxta a genus suum, quæ vngue lædunt, vel cornibus. Quod latè pateat quadrupedum nomẽ, numero pedum potest facile dinosci. Et nomine pecorũ & bestiarũ omne irrationale animal solet cõprehendi.

In. cap. 12. a *In genere suo.* AVG. Hæc forsitan secundum genus dicũtur, quia ita orta vt ex eis nascãtur alia, & originis formam successione conseruent. De homine autem hoc dictum non est, quia vnus fiebat, de quo & fœmina facta. Non enim multa genera hominũ facta sunt, sicut c herbarũ & lignorũ: vt dicatur secũdum genus suũ, acsi diceretur generatim, vt inter se similia, atq; in vnã originẽ semi nis pertinẽtia distinguerẽtur à cæteris.

An minuta animalia primo creata. Ibid. ca. 14.

AVG. De quibusdam minutis animalibus quæstio est, vtrum in primis conditionibus creata sint, an ex rebus productis? Pleraque enim de humidorũ corporum vitiis, vel exhalationibus, vel cadaueribus, gignuntur. Quædam B etiam de corruptione lignorum & herbarum & fructuum, & Deus autor omnium est. Potest autem dici, minutissima quæ ex aquis & ex terra nascuntur, tunc esse creata, in quibus & illa intelliguntur, quæ nascũtur ex eis, quæ terra germinãte orta sunt. Quæ verò de corporibus animalium maximè mortuorum, absurdum est dicere cum animalibus ipsa creata esse, nisi quòd potentialiter in ipsis & materialiter erant præseminata.

Ibid. ca. 15. Venenosa & pernitiosa animalia.

AVG. De venenosis & pernitiosis quæritur, vtrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint: an potius creata innoxia, peccatoribus nocere cœperunt? Potuerunt ergo creari nil nocere si causa non fuisset, vel terrendorum puniendorũ que vitiorum, vel probandæ & perficiendæ virtutis, quia & exempla virtutis & patientiæ aliis danda, & homo tẽtatus certius sibi innotescit, & iure salus illa turpiter per voluptatẽ amissa, per dolorem fortiter est recuperanda. Bestiæ tamen bestiis nocent, quæ peccatum non habẽt, vt nec vindicta dicatur, nec tali exercitio recipiant virtutem. Sed aliæ sunt cibus aliarum, nec ideò rectè non essent quibus aliæ vescerentur. Habent enim omnia quam diu sunt, mensuras, numeros, ordinẽsque suos, quæ cuncta meritò considerata laudantur.

Ibid. c. 16.

Quæstio. Ibid. ca. 17.

AVG. Illud etiam mouet. Si animalia noxia viuos lædũt pœnaliter, exercent salubriter, aut ignoranter docent, cur in escas mortuos lacerent? Quasi quicquam interfit caro iam exanimis per quos iam transitus eat, quæ mirabili potentia est reformanda. Quamuis & hinc doceatur propter inanes curas exanimatorum corporum suorum nulla genera mortis esse horrenda.

C AVGVST. Sic quanuis & hinc fiat quædam prudentibꝰ admonitio, vt ita se commendent creatori, omnia maxima & minima occulto nutu administranti, cui etiam nostri capilli numerati sunt, ne propter inanes curas exanimatorum suorum corpo corporum vlla genera mortis perhorrescant, sed piæ fortitudinis numeros ad omnia præparare non dubitent. D

✠ RVPERT. Fiunt tamen nõnunquam quædam naturarum vbi supra ex æquali permixtione adulteria, cum verbi gratia, de equo cap. 57. & asino mulus, de hirco & oue nascitur tytirus, quod hominum instinctu fieri lex vetat, cum dicit, Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus.

1 ✠ IDEM. Et nota præiudiciorũ Dei cap. 55.

2 inuestigabilium diligentiam. Ab vna namque specie, id est, à reptili homo seductus est, ab vna, id est, bestiis terræ, iustè peccator idem infestatur, ab vna, id est, à iumentis, eiusdem miseri hominis debilitas iuuatur, dicuntur enim iumenta, quòd sunt quædam hominis adiumenta.

✠ BASIL. Nemo creatorem incu- Hom. 9.

4 sare velit, quod animalia venenata & exitialia vitæ in rationem rerum induxit. Fidei sane demõstrationes sunt ipsæ feræ, cõfidis in domino super aspidem & basiliscum ambulabis, &c. Non cernis viperam euasisse Paulum, quia fidei plenum inuenit.

THEOD. Per illas (bestias & reptilia) velut quædam terriculamenta auxilium Dei quæreremus. Ex his medici pharmaca non pauca componunt ad morbos profligandos. quæst. 18.

AVG. Quæritur quare hic non sit additum, quod dictum est de animalibus aquarum. *Benedixitq, eis Deus dicens: Crescite & multiplicamini, &c.* Forte quod de prima creatura animæ viuentis dictum erat, de secunda subintelligendum reliquit, maximè quia in huius diei operibus alia plura dicturus. Herbas autem atque ligna quia non habent generandi affectum: huius benedictionis forsitan indigna iudicauit. Quod necessariò repetitum est in homine: ne quis putet, in officio gignendi filios esse peccatum, sicut in fornicatione sine coniugio. quæst. vbi supra c. 2. E

b *Bestias terræ &c.* BEDA. Ordinis est mutatio. Nec curandum in nostra loquela, quid prius creaturarum ordine nominemus, cum Deus creauerit omnia simul.

BEDA: ISID. Sexta die producit terra animã viuã, quando caro nostra ab operibus mortuis abstinens viu- virtutũ germina parit, secundum genus suũ. i. vitã imitando sanctorũ. vnde. j. Cor 4. d. Imitatores mei estote, &c. Secundũ genus nostrum viuimus, quando sanctos quasi proximos imitamur. Producit terra bestias. i. homines ferocitate superbiẽtes: Et pecora. i simpliciter viuẽtes: Et serpẽtes astutos scilicet & bonũ à malo discernẽtes, & quasi reptãdo scrutãtes terrena, pq̃ intelligãt cęlestia.

c *Faciamus hominem.* AVG. Infinuatur pluralitas personarum. lib 3. de Gen. ad lit. c. 19. Sp. &c. fil. & ſſ. & statim vnitas deitatis. cum dicitur: *Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei*, non pater ad imaginem tantum filij. Non enim verè diceretur ad imaginem nostram, sed ita dictum est: *Fecit Deus hominem ad imaginem Dei*, acsi diceretur *ad imaginem suam* Cum autem dicitur *ad imaginem Dei.* cum superius dictum sit, *ad imaginem nostram*, significatur quod non agit pluralitas personarum, vt plures Deos credamus, sed & patrem & filium & spiritum sanctum vnum Deum accipiamus. F

BEDA. *Faciamus homin.* Apparet, quare dictum sit vt cætera

☞ fierent,

a ¶ Aug vitam imitando sanctorum quasi proximorum.

b ¶ Bed. humanos vsus iuuantia c ¶ Scrutantes terrena per quæ intelligant cœlestia. ¶ Quæ vngue lædunt vel dente.

1 2 a té in genere suo, iũmẽta, & rẽpti-

a ¶ Aug. ferocitate superbientes.

3 lia, & bestiãs terræ secũdũ species

a ¶ Beda ne homo vacuam domum iactares.

suas. Factũmque est ita. Et fecit

b Deus bestias terræ iuxta species

¶ Simplices.

4 suas: & iumenta & omne reptile

* ¶ Bed Præpostit quæ hominibus famulentur.

terræ in genere suo. Et * vidit Deus

a ¶ trinitatem significat.

quòd esset bonum & ait [illegible]amus

a ¶ Facta & ornata habitatione mundani [illegible] ham- bitator & dominus omnium erat creandus [illegible]tẽ tri- nitatis insinuat. ¶ In æternitate. ¶ Rationalem, immortalem. c ¶ Morũ sanctitate, & iustificatione ¶ Innocentiæ & iustitiæ.

hominẽ ad imãginẽ & similitudi-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Iumenta. *Quantum ad animalia quæ veniunt ad vsum hominis, quæ generali nomine dicuntur iumenta. quasi iuuamenta.*

2 Et reptilia. *quantum ad animalia pedibus carentia, & quantum ad habentia pedes breues, vt lacertæ & consimilia, propter quod se videntur trahere super terram.*

Diuisio. 3 Et bestias terræ. *quantum ad animalia siluestria, ideo dicuntur bestiæ, quasi vastiæ.*

4 Et vidit Deus quòd esset bonum, &c. *Postquam Mses descripsit creationem eorum quæ facta sunt quod ammodo p r hominem. vt prædictum est, hic consequenter describit hominis formationem: Et diuiditur in duas partes, quia primò describit hominis formationem, secundò eius lapsum & trãsgressionẽ, in ca. 3. ibi.* Sed serpẽs. *Prima in duas, quia primò describit hominis formationẽ. Secundò eius statum & conditionẽ. ij. s. ibi, Igitur, &c. Prima adhuc in duas, quia primò describit hominis formationem secũdo eius conseruationẽ. ibi* Benedixitq; illis Deus. *Circa primũ considerandũ quod anima intellectiua, quæ est forma hominis, non est ex semine per generationẽ sed à deo per creationẽ. et ideò in formatione hominis nõ dicitur* producat terra, *vel aliquid horũ simile, sed faciamus* hominẽ. *Et dicit Hebræus, quod est verbũ Dei ad angelos: sed hoc videtur falsum, quia angeli nõ cooperantur Deo in creatione animæ, in qua consistit imago ipsius Dei: & ideò dicendũ quòd dicit*, Faciamus, *in plurali, ad demonstrandũ pluralitatẽ personarũ in diuinis: verum tamen, quia ista pluralitas stat cũ vnitate simplicis essentiæ, ideò postea subditur in singulari,* Et creauit Deus hominem ad imaginẽ & similitudinem suam. *Imago autem Dei consistit in anima quantum ad proprietates naturales scilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem, similitudo autẽ in gratuitis: & ideò similitudo est quædam perfectio imaginis, quia gratia perficit naturam. Iudæi autem in gloss super Psal. ponunt imaginem in anima quantum ad quasdam alias proprietates. Primò, quia sicut anima*

Animæ principium verbum Dei ad angelos. Faciamus hominem.

Imago animæ secundum Hebr.

✠ replet

MORALITER.

✠ dum virtutes theologicas. [illegible]m dicitur:

1 *Faciamus hominem ad im [illegible]e & similitudinẽ nostram, &c.* Per imagi

imaginem fides congruè designatur. Greg. super Ezech. Facies itaque ad fidem pertinet. Per similitudinem verò charitas quæ transformat amantem in amatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fierent, iuxta genus suum & species suas. Erat enim homo creā-
A dus, qui non solum generi suo, & speciei cōgnueret, sed ad imā-
ginem creatoris fieret, cuius dignitatis magnitudo ostēditur, cū
quasi cōsilio creatur. Nec simpliciter dicitur, sicut de cæteris:
fiat homo: sed *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem no-*
*strā*m. In quo vnitas trinitatis ostendi-
tur & commendatur. Trinitas enim in
præcedentibus insinuatur, cum dicitur:
Quomodo ad imaginē Dei homo creatus.
Dixit Deus, fiat, & fecit Deus, & vidit Deus quod esset bonum. Sed manifestiùs
cum dicitur. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram.* Dum enim
qui doceretur non erat, occulta fuit
prædicatio deitatis. Vbi creari cœpit
homo, fides & dogma veritatis emicuit. In eo enim quod dici-
tur, *Faciamus*, vna operatio trium personarum ostēditur. In hoc
verò quod *ad imaginem & similitudinem nostram*, vna & æqualis
substātia trinitatis. Angelis enim à Deo nō dicitur: *Faciamus ho-*
minem ad imaginem & similitudinem nostram Dei enim & angelo-
rum non est vna & eadē imago vel similitudo. Non autē secun-
dum corpus sed secundū intellectū mēris ad imaginē Dei crea-
tus est homo, quanquā in corpore quandā proprietātē habeat
quæ hoc indicet, quia est erecta statura, secundum quam corpus
animē rationali cōgruit, quia in cœlū erectū est. Quæritur quo-
modo immortalis factus sit homo præ aliis animantibus, & cū
illis communē acceperit alimoniam? Sed alia est immortalitas
B carnis, quam in Adam accepimus, alia quā in resurrectione per
Christū speramus. Ille factus est homo immortalis, vt non pos-
set mori si non peccaret. Moreretur autem si peccaret. Filij ve-
rò resurrectionis æquales angelis, nec poterūt vltra peccare nec
mori. Caro ergo nostra post resurrectionē non eget ciborū re-
fectione, quia nec famē, nec lassitudine, nec alia infirmitate ad-
est defectio vel poterit corrumpi. Caro Adæ ante peccatum ita
immortalis creata est, vt per alimoniā adiuta, esset mortis & do-
loris expers, donec corporalibus incremētis perductus ad ætā-
tem, quæ conditori placeret, multiplicata progenie ipso iubēte
sumeret etiā de ligno vitæ, quo perfectè immortalis factus, ci-
bi vlterius adiumēta non requireret. Sic ergo immortalis, & in-
corruptibilis cōdita est caro hominū, vt suam immortalitatem
& incorruptionem per custodiā mandatorū Dei custodirēt. In
quibus & hoc erat, vt de illis lignis concessis manducarent, ab
hoc interdicto abstinerēt. Per horū eduliū immortalitatis dona
conseruarēt, illius tactu mortē inuenirēt. Sic verò incorruptibi-
lis & immortalis erit in fine caro nostra, vt sicut angeli, in eodē
statu semper maneat, & corporalib. cibis (qui ibi nō erunt) ege-
re non possit. Nā quod angeli cū Patriarchis māducauerūt, non
indigētia sed benignitate factū est, vt hominib. familiarius con-
gruerēt. Christus quoq; post resurrectionē māducauit, nō vt ci-
bo idigeret, sed vt verā post mortē se carnē recepisse mōstraret.

lib. de Gen. ad literam imperf.
✠ Avg. Primum aduertenda est quædam cōiunctio & dis-
cretio animantium. Nam eodem die factus homo quo bestiæ,
sunt enim simul omnia terrena animantia, & tamen propter ex-
cellentiam rationis, secundum quam in imaginem Dei & simi-
C litudinem efficitur homo, separatim de illo dicitur.

Hom. 1. in Genes.
✠ Orig. Homo à Deo factus est, omnia vero reliqua eius
iussione facta esse dicuntur. Ex hoc ergo considera quanta sit
magnitudo hominis, qui tam magnis elementis adæquatur, qui
habet honorem cœli propter quod repromittitur regnum cœ-
lorum. Habet & terræ honorem, quoniam in terrā bonā fluen-
tem lac & mel ingredi sperat. Habet honorem solis & lunæ, ha-
bens promissionem fulgere sicut sol in regno Dei.

Hom. 8. in Genes.
✠ Chrysost. Quare tardius creatus est homo, si omnia
dignitate præstat. Meritō. Nam vt ingressuro in ciuitatem ali-
quam rege, operepretium est præmittere satellites alióſque
omnes, vt benè adornatis palatiis, rex honestiùs, ibi agat. Ita si-
mili modo, quasi regē in reb. terrenis præfecturus, prius omnē
hunc ornatū fabricauit, & tandē præficiēdum hominem forma-
uit, declarās factis ipsis quāto honore animal hoc prosequatur.

q. 10. in Gē. Hom. 9. in Exam.
✠ Theod. Aiunt Iudæi Deū ad seipsum hæc dixisse, prin-
cipum more, qui dicere consueuerunt, faciamus, mandamus.
✠ Basil. Et in hoc absurditas est. Quis enim faber præsen-
tibus sibi artis instrumentis, solus ipse nullo socio comitante,
faciamus ait cultellum.

Chry

a ¶ Trinitatis. b ¶ Irrationali creaturæ dominus omnium inferiorum.

✠ Chrysost. Quis igitur hic ad quem inquit, *Faciamus*. D
Quis est alius quàm magni consilij angelus, ille admirabilis vbi supra.
consiliarius, princeps pacis, pater futuri seculi.
✠ Idem. In hoc etiam Arianos perstringit. Non enim im- Ibidem.
perando dixit, fac, vt subdito & inferiori, vel vt minori secūdum
essentiam, sed par honor declaratur,
cùm dicit, *faciamus*. Hæresi 72.
✠ Epiph. Credēdum est in homi-
ne esse quod scriptum est secundū ima-
ginē, at verò vbi sit, vel vbi impletū sit
soli Deo, hoc secūdū imaginē, notū est.
✠ Orig. Hunc sanè hominē quem- vbi supra.
dicimus ad imaginem suam faciēdum,
non intelligimus corporalem. Non
enim arboris figmentum Dei imaginem continet, neque factus
etiam homo corporalis dicitur Is autem qui ad imaginem Dei
factus est interior homo noster est, inuisibilis & incorporalis.
Quæ est autem imago Dei, ad cuius imaginis similitudinem fa-
ctus est, homo, nisi creator noster qui est primogenitus omnis
creaturæ?

lib. 6. exam. cap. 8.
✠ Ambr. Quæ sit imago Dei, audi dicētē, Qui eripuit nos, lib. 7. de digni-
inquā, de potestate tenebrārū, &c. qui est imago Dei inuisibilis. tate humanæ
✠ Idem. Quæ imago ex interioris hominis nobilitate est tionis c. 2.
cōsideranda. Primò quidem, quòd sicut Deus vnus semper vbi-
que totus est, omnia viuificans, mouens, & gubernans: Sic ani-
ma in suo corpore tota viget, viuificans illud, mouens, & guber-
nans. Nec enim in maioribus membris suis maior, & in mino- E
ribus minor, sed in minimis tota, & in maximis tota. Et est hæc
imago vnitatis omnipotētis Dei, quam anima habet in se. Quæ
quoque quādam Trinitatis habet imaginem. Primò in eo, quia
sicut Deus, est, viuit, & sapit. Est quoque alia Trinitas in ea, quæ
ad imaginem sui conditoris, perfectæ quidem & summæ Trini-
tatis, quæ ex Patre & Filio & Spiritu sancto condita est. Et li-
cet vnius illa naturæ, tres tamen in se dignitates habet, intelle-
ctum, voluntatem, & memoriam: nam sicut ex Patre generatur
Filius, & ex Patre Filióq; procedit Spiritus sanctus, ita ex intel-
lectu generatur voluntas, & ex his ambobus generatur memoria.

lib. de conditione hominis c. 17.
✠ Greg. Nyssen. Deus non aliam ob causam creauit
hominem, nisi quia bonus est, vt bonorum suorum faciat eum
participem. Quia verò bonorum ipsorum multa proba. ur esse
congestio, quæ non possit numero facilè comprehendi, idcircò
generali quadam voce, vniuersa scriptura complectens, signifi-
care curauit, cum ad imaginem Dei factum hominem retulit.
Aequale enim est hoc, acsi diceret, humanam naturam omnis
boni factam esse participem.
✠ Chrysost. Imaginem dixit de principatu & dominio,
nō de alio aliquo, quia Deus fecit hominem principem omniū
quæ sunt super terram.

Cathena Græca in Genes.
✠ Gennad. Hominem ad imaginem Dei esse, hac ratio-
ne intelligendus est. Deus vniuersorum prouidētiam habet, ho-
mo quoque ex his nonnullis prouidet Deus ineritcūscriptus est,
& omnibus præsens adest, & homo per cogitationē vbicúque
voluerit momēto temporis præsto adest, Deum scimus vniuer-
sorum regem esse, homo quoque multarum rerum regnū tenet. F
Deus ita omnium iudex est, vt tamen nullius iudicio subiectus
sit, homo quoque iudiciaria potestate à Deo honestatus est.

In anno. in Gen.
✠ Hvg. De Sanct. Vict. Ad imaginem Dei factus
est homo secundū animam, Sicut imago Dei cernitur in specu-
lo, ita anima in sua ratione Deū cognoscere potest. *Ad imaginē*,
quia non est ei vsquequaque similis. Filius est imago Patris, non
ad imaginē, quia quicquid habet Pater, totum habet filius per
naturā. Homo verò ita est imago Dei, quod ad imaginē, nō per
naturā, sed participatione vel imitatione habet ea quæ Dei sut.

lib. 6. exam. cap. 8.
✠ *Et similitudinem.* Amb. Cum dicit, *Ad similitudinem*, ani-
ma describitur plena sapientiæ, plena pietatis atque iustitiæ,
quoniam omnis virtus à Deo est, cui dixit Deus, *Ecce ego. Iern-*
silem, pinxi muros tuos Illa anima à Deo pingitur, quæ habet in se
virtutum gratiam renidentem.

lib. 2. in Gē. cap. 3.
✠ Rvpert. *Ad imaginem*, vt sit rationalis. *Ad similitudinem*
nostram, vt sit rectus sectando iustitiam Dei. Horum altero, vt
sit rationalis carere non potest, alterum, id est, diuinæ rectitu-
dinis vel iustitiæ similitudinē, nisi per gratiā assequi nō potest.
a *Et præsit.* Avgvst. Notandum etiam, quia cum dixisset ad lib. 3. de Gē. cap. 20.
imagi

✠ *imaginem nostram*, continuò subiunxit: *Et præsit piscibus maris*
A *& volatilibus cœli*. Vt scilicet intelligamus, in hoc factum ho-
minem ad imaginem Dei, in quo irrationabilibus antecellit. Id
autē est ratio vel mens vel intelligētia, vel si alio nomine com-
modiùs vocetur: in quo scilicet cōtemplandæ veritati inhæret.

Hom. 9.
✠ Chrysostomvs. Feræ ab
initio non erant homini terribiles, sed
timebant & suspiciebant dominū. Nam
cum adduxit Deus bestias ad Adam, vt
videret quid vocaret ea, non resiliit, sed
tanquam dominus aliquis seruis nomi-
na imposuit. Et si terribiles fuissent ho-
minibus bestiæ mulier serpente con-
specto non mansisset, nec consilium ac-
cepisset. Verū colloquitur nec metuit.
Cæterum vbi peccatum intrauit, abla-
ta est hæc potestas & dignitas.
a *Et creauit Deus hominē ad imaginē, &c.*
Qui non quemlibet sanctorum imitan-
do, sed ipsam veritatem intuendo operatur iustitiam, vt ipsam
veritatem intelligat & sequatur. Hic accipit potestatem super
omnia, quia spiritualis quisque effectus & Deo similis, omnia
iudicat, & ipse à nemine iudicatur.

Vbi supra cap. 20. 21. & 22.
Et creauit Deus, &c. Avgvstinvs. Notandum quod sicut
in creanda luce dicitur: *Fiat lux*, & statim sequitur, *& facta est*
lux. Sic cum dicitur: *Faciamus hominem*, infertur, *& fecit Deus*
hominem ad imaginem Dei: quia ista natura intellectualis est,
sicut illa lux: & hoc est ei fieri, quod agnoscere verbū per quod
B fit. Si enim diceretur: Et factum est ita, & adderetur, & fecit
Deus, quasi prius intelligeretur factum in cognitione rationa-
lis creaturæ, & tandem in creatura quę rationalis nō esset. Quo-
modo autem homo immortalis factus sit, & alimoniam vel es-
cam cum aliis animalibus acceperit, herbam afferentem semen
&c. difficile est dicere. Si enim mortalis peccato effectus est,
antè non indigebat his cibis, quia non posset fame corrumpi.
Quod enim dictum est: *Crescite & multiplicamini, & replete*
terram, quamuis nisi per concubitum posse fieri non videatur,
(Vnde hic quoque mortalium corporum extitit indicium) po-
tuit tamē esse alius modus in corporibus immortalibus vt cha-
ritatis affectu, nulla corruptionis concupiscentia filij nascerен-
tur, nec mortuis parentibus successuri, nec ipsi morituri, donec D
terra hominibus impleretur. & sic instituto sancto populo, qua-
lem post resurrectionem futurum credimus, nascendi etiā mo-
dus fieret. Quidam suspicati sunt, nunc interiorem hominē fa-
ctum, corpus autē cùm ait, & finxit Deus hominē de limo ter-
ræ, nec attendunt masculum & fœminā
secundū corpus tantū fieri potuisse. Ne
putaretur enim solum spiritū esse factū,
quamuis secūdum enim solum ad imā-
ginē Dei sit factus, additur: *Masculum*
& fœminam creauit eos, vt corpus factum
intelligatur. Rursus ne in vno homine
vterque sexus deputaretur, sicut quos
androgynos vocant: pluraliter subiecit:
fecit nos: quāuis mulier nondum esset
à viro diuisa, sed materialiter præsemi-
nata.
b *Masculum & fœminam creauit eos, &c.*
Avgvstinvs. Postea plenius &
vnde & quomodo homines facti sunt, exponitur. Sed nunc
breuiter creati referuntur, vt sexti diei operatio, & septimæ de-
dicatio cum cæteris explicetur. Masculum vnum & fœminam
vnam in principio creauit Deus, non vt cætera animantia, quæ
in singulis generationibus creauit Deus plura, vt humanum
genus firmiori copula constringeret, cùm se ex vno ortum me-
minisset, vnde cùm subiungeret: *Masculum & fœminam creauit*
eos, noluit addere *ad imaginem Dei*, quod vnitate coniun-
ctionis etiam in fœmina intelligendum reliquit. Benè au-
tem in hoc loco creati dicuntur, & si modus creationis non E
explicatur, vt congruè inducatur diuina benedictio, qua di-
citur: *Crescite & multiplicamini*. Multiplicatio enim homi-
num cōiunctione maris & fœminæ perficitur Non igitur dam-
nandæ nuptiæ, quas ad propagationem superna benedictio in-
stituit, & si virginitas præferatur.
✠ Origenes. Quomodo nondum facta muliere dixit,
Masculum & fœminam creauit eos. Fortassis arbitror, propter be-
nedictionem qua benedixit eos dicens, *Crescite*, præueniens
quod futurum erat, dixit, *Masculum & fœminam, &c.* quoniam
crescere & multiplicare non poterat aliter homo, nisi cum fœ-
mina.

Chrysost.

a ¶ Quia spiritualis quisque effectus & Deo similis omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur. primæ Corinthiorum. secundo. d
b ¶ in ratione qua contemplandæ veritati inhæret.

†. Infra. 5. 2. 1 Math. 19. a Eccle. 17. a. 40. di. c. illud. 33. q. 5. hæc 2. senten. di. 15.
a † creauit Deus hominē ad imagi-
a ¶ Repetit, vt confirmet & quales facti simus diligentius inculcet. b ¶ Id est suam
¶ Non patris, non filij.
nē suam, ad imaginem Dei crea-
a ¶ Spirituales doctores. b ¶ Prolepsis nondum erat mulier formata. ¶ Obedientes.
b uit illum, masculum & fœminam

Quomodo homo præfit animalibus.
fuit homo in statu naturæ conditæ vt quamdiu staret in obedientia ipsius
Dei, inferiora obedirēt ei, & ipsud dominium est hominis naturale. Primò
quia imperfecta sunt propter perfectiora, vt planta propter animalia, &
animalia propter hominem. & ideo sicut planta vtuntur aqua & terra
ad sui nutrimentū. & animalia plantis, ita homines animalibus: & ideo
iustè præsit eis. Secundo quia perfectiora gubernāi imperfectiora, vt an-
gelos homines. regimē verò est per prudentiam, quæ propriè est in homine,
in quo est prudentia generalis. in animalibus verò sunt quædam prudē-
tię particulares tātum, vt in aranea ad faciendum telam. & sic de aliis.
& ideo animalia sunt homini subiecta. Tertio quia homo factus est ad
imaginem Dei. ideo iustè obediunt ei inferiora secundum naturam insti-
tutam: sed in pœnam peccati ista obedientia est ei subtracta, sicut & obe-
dientia virium inferiorum respectu rationis. & corporis respectu animæ.
C *Sequitur.*
Quomodo vir & mulier primò creati.
1 Mascu. & fœmi. &c. *Ex ista litera dixerunt aliqui Hebræi, quòd à*
prima formatione natura humana formata est in vtroq; sexu: verumta-
men corpora viri & mulieris ita erāt contuncta in lateribus, & faciebant
vnum continuum, sed postea separata sunt virtute diuina. Sed quia cōtra
hoc videtur illud quod 7. dicitur. Tulit vnā de costis eius & ædifica-
uit eam in mulierem. *Item quod ibidem dicitur:* Repleuit carnem
pro ea. *talis autem repletio non esset necessaria, si fuissent tantum corpo-*
ra separata: ideo ad hoc respondent dicentes, q. istud vocabulū צלע
quod hic accipitur pro costa, hic in Hebræo est aquinocum, quia significat
costam & latus, & de hoc habentur plura exempla in Biblia Hebraicè
scripta quæ pertranseo. & simile est in gallico, vbi costa & latus eisdem
literis scribuntur, & modicum differunt in prolatione. vbi ergo translatio
nostra habet: Tulit vnā de costis eius, *dicūt quòd debuit dicere iuxta*
vim vocis צלע *Zela. Tulit vnū de lateribus eius, quia illius totius cor-*
poris continui, vnum latus erat corpus mulieris: & aliud latus erat cor-
pus viri, vt prædictum est. separando autē corpus mulieris à corpore viri,
tulit vnum de lateribus. Ad secundam dicunt, & verum est, q. vbi trās-
latio nostra habet: Et repleuit carnē pro ea, *litera Hebræa habet,*
& clausit carnē in loco suo. *s. excidendo cutē super carnē in loco sepa-*
rationis. Sed nō obstantibus illis, adhuc videtur dicta expositio irrationa-
lis: quia talis coniunctio duorū corporū pertinet ad monstra, sicut legitur
Mōstrū mirabile in Normania.
in chronica Guil. Quòd tempore Philippi regis Franciæ, qui fuit nonus ante
istum Carolum qui modo regnat. Anno domini. M. cc. xxxv. in confinio
Normanniæ & Britanniæ, nata fuerunt duæ mulieres in vno corpore, ita
tamen

Imago animæ secundum Hebr. 33. d.
replet totum corpus, ita Deus totum mundum, Hier. 23. d. Cœlū & ter-
ram impleo, dicit Dominus. *Itē quia sicut Deus vnicus est in suo se-*
culo, sic anima vnica in suo corpore. Itē sicut Deus nō inquinatur sordib.
corporis, Itē sicut Deus videt omnia, & nō videtur. Exo. 23. d. Nō vide-
bit me homo, &c. *sic anima videt exteriora, & non videtur. Itē sicut*
Deus

Deus non dormit, juxta Psal. 120. a. Ecce nō dormitabit neque dor- Psal. 120. 2
miet, qui custodit Israel, &c. *sic anima nō dormit in corpore. Sed ista*
assignatio imaginis videtur multum accidentalis: quia cētia autem est ma-
gis propria, quia ponitur in illis potentijs animæ, per quas efficitur capax Quomodo homo præfit animalibus.
Dei per cognitionem, & amorem.
1 Et præsit pis. mar. *scilicet, quantum stabit subditus Deo, quia talis*
✠ *fuit*

Universidad de Deusto
Biblioteca

✠ Chrysostomvs. Vidisti quomodo quod nondum factum quasi iam factū nartauit? Tantū valent oculi spirituales.

✠ *Crescite & multiplicamini* Avgvstinvs. Quidam non secundum carnalem fœcunditatē volunt intelligi, *crescite*, quia secundum animam tale aliquid legitur, *Multiplicabis in anima mea virtutem.* Carnales autem fœtus fine libidine, quæ post peccatum exorta, inspecta, cōfusa velata est: nec tunc nasci potuisse, sicut neque nunc possunt: nec in paradiso futuros fuisse, sed foris sicut & factum est. Nam postquam inde dimissa sunt, ad gignēdos filios coierunt. Nos autem nullo modo dubitamus, secundùm benedictionem Dei, crescere & multiplicari, donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum cōstituit. Nec dubitamus secūdùm benedictionem Dei corporaliter potuisse illos in paradiso multiplicari, & si non peccassent, coituros sine vlla libidinis perturbatione, vt membra sola voluntas, non libido moueret. Illud tamen credendum, quod tāta multitudo nasci potuit hominum, quoaduſq; prædestinatorum munerus compleretur, quanti & nunc per Dei gratiam colliguntur.

Lib. 14. de ciuitate. ca. 21.22.

Lib de habita virginum.

✠ Cyprianvs. Prima sententia, *Crescite et multiplicamini* præcepit, secunda ad continentiam suasit. Cum adhuc rudis mundus & inanis est, copia fœcūditatis generante propagamur, & crescimus ad humani generis augmentum. Cūm iam refertus est orbis, & mundus impletus, qui capere cōtinentiam possunt, spadonum more viuentes castrantur ad regnum cœlorum.

Lib. contra Heluidium.

† 24. q 3. c. quidam. & fioriani.

✠ Hieronymvs. Quandiu lex illa permansit, *Crescite & multiplicamini & replete terram: & maledicta sterilis quæ non parit semen in Israel*, nubebant omnes & nubebātur. Quando verò lex illa pertonuit, *Tempus breuiatum est, reliquum est, vt qui habent vxores, sic sint quasi non habeant, adhærentes domino: vnus cum eo efficiatur spiritus.* Quare? quia *qui sine vxore, cogitat ea quæ dominisunt, quomodo placeat Deo: Qui autem cum vxore est: solicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat vxori.*

Aduersus hæreticos qui hoc loco probant omnes & singulos ad nuptias cōtrahendas obligari.

Lib 1 cōtra Iouinianū.

✠ Idem. Quod verò ait (Iouinianus) *Crescite & multiplicamini & replete terram*, necesse fuit prius plantare syluam & crescere, vt esset quod postea posset excidi, simulque consideranda vis verbi, Nuptiæ terram replent, virginitas paradisum.

Lib. 1. de demonstratione. ca. 8.

✠ Evsebivs Caesarien. In ecclesia Dei duo viuēdi modi instituti sunt. Alter quidem naturam nostram, & communem hominum vitæ rationem excedens, non nuptias, nō sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens, soli diuino cultui addictus. Qui hunc modū amplexa sunt, quasi ab hac mortali vita seiuncti, ipsum corpus in terra gerētes, cogitatione verò & animo in cœlo degentes, quasi quidā cœlites relictis hominū vitā despiciūt. Alter remissior atq; humanior, hic & modesto coniugio & sobolis procuratione implicatur.

C

Beda. Isi. Post hæc *fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam*, virum, scilicet perfectum, qui ipsam veritatē contēplando, operatur iustitiam. Hic accipit potestatem piscium maris, & volatilium cœli, pecorū, ferarum, atque repentiū: *quia spiritualis similis Deo factus, omnia iudicat: & ipse à nemine iudicatur.* j. Cor. ij. d. *Masculū & fœminā creauit eos*, quia sicut viro mulier sic spirituali & perfecto viro, minus perfectus obedire debet: dicitur enim eis: *Crescite & multiplicamini & replete terram.* In spiritualibus. s. donis, vt ratio dominetur carni, quasi insensato animanti, & perturbationibus eius. Per herbam seminalem & lignum fructuosum in escam hominibus datum, intelligimus oblationes sanctorum. vnde Paulus: *Seminauimus spiritualia vobis, magnū est si carnalia vestra metamus.* j. Cor. ix. b.

D

Prouidētia Dei de victu.

Ecclesiastici. 17. a.

Mouentur reptant.

Vt habeāt ad vescēdū.

Omnis generis herbę vides erunt in escam.

a ¶ Non simul in tempore, sed in præscientia.

a ¶ Fœcunditatem sexus accipite. b ¶ Spiritualis intelligentiæ gradibus.

a ¶ Nuptiæ replent terram, virginitas cœlum. b ¶ Necessarius vsibus.

a ¶ Vt ratio dominetur omni carnali perturbationi quasi insensibili animanti.

a ¶ i. in esum sibi concessā cognouit homo.

a ¶ Augustinus sexta distinctio.

creauit eos. Benedixitq; illis Deus, 1
& ait: Crescite & multiplicamini, 2
& replete terram, & subiicite eam,
a & dominamini piscibus maris, &
volatilibus cœli, & vniuersis animātibus, quę mouētur super terrā.
Dixitque Deus: Ecce dedi vobis. 3 4
¶ Vt de oblationibus subditorum viuant prælati.
oēm herbā afferentē semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementē generis sui, vt sint vobis in escā, & cunctis animātibus terræ, omníq; volucri cœli, & vniuersis quæ mouētur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendūm.
Et factum est ita. 5 Vidítque Deus
¶ Non commendat hominem specialiter sicut cætera, quem ab ordine recēsturum præsciebat.
cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et factum est vespere & mane dies sextus.

Ecce dedi vobis omnem herbam affe. &c. *Non est sic intelligendum, quòd herbæ & fructus arborum darentur in escam hominibus bestiis & auibus communiter, sed singula singulis secundum conditionem naturæ suæ. vtpote fructus arborum hominibus, vt dicitur infra:* Ex omni ligno paradisi comedetis. *Herba autem & semina herbarum, animalibus & auibus diuersa tamen diuersis animalibus secundum conuenientiam naturæ suæ, aliqua tamen animalia & aliquæ aues fructibus arborum vescebantur: esus autem carnium & pescium non est laxatus sine permissus hominibus, nisi post diluuium. vt habetur infra. ix. a. vbi dicitur sic.* Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum.

Esus carnū nō ante diluuiū fuisse.

5 Vidítque Deus &c. *Hæc est conclusio præcedentium. Licet enim qualibet species entis bona sit in se, ex vniuersis tamen partibus vniuersi ordinatis ad se inuicem & vlterius ad Deum sicut ad ducem, admirabilis pulchritudo & bonitas consurgit.*

✠ *ADDIT*

tio Euangelij per Christum. finito verò quinto, incipit sextus in quo veteris hominis apparet senectus. Hac enim ætate vehementer attritum est illud regnum, quando templum deiectum est & sacrificia cessauerunt, & nūc gens illa quantū ad vires regni quasi vitam extremam trahit. In hac tamen ætate tanquā in veteris hominis senectute nascitur nouus homo qui spiritualiter viuit. Sexto enim die dictū est, *Producat terra animā viuentem*, &c. quia quinto die dictū erat. *Producātaquæ non animā viuam sed reptilia animarū viuarū.* Quomodo enim corpora sunt reptilia, sic corporali circūcisioni & sacrificiis tanquā in mari gentiū populus ille seruiebat. Istā verò animā viuā dicit quia vita iā incipit æterna desiderari. Serpentes verò & pecora quæ terra producit gentes significant euāgelio stabiliter credituras, de quibus dicitur Petro. Act. x. b. *Macta & māduca.* & cū illa immūda diceret audiuit, *Quæ Deus mundauit, tu immūda ne dixeris.* Tunc sit homo ad imaginē & similitudinē dei: Sic in sexta ætate nascitur Christus de quo dicitur, *Et homo est. & quis cognoscit eum.* Et sicut in illa die masculus & fœmina, sic in ista ætate Christus & ecclesia. In illa die præponitur homo pecoribus & serpentibus & volatilibus cœli, & in hac ætate Christus regit animas sibi obtemperantes, quæ partim de gentibus partim de Iudæis venerunt vt ab eō domitæ mansuescerent carnali. s. concupiscentiæ dediti sicut pecora, vel tenebrosa curiositate obtenebrati quasi serpentes, vel superbia elati quasi aues. In illa die pascitur homo & animalia quæ cum ipso sunt herbis seminalibus lignis fructiferis & viridibus herbis. In ista quoque ætate homo spiritualis quicunque bonus minister est Christi & eum pro posse imitatur, cū ipso populo spiritualiter pascitur scripturæ alimentis & diuinæ legis, partim ad concupiscendam fœcunditatem rationum atque sermonum tanquam herbis seminalibus, partim ad vtilitatem morum & humanæ conuersationis tanquā lignis fructiferis: partim ad vigorem fidei spei & charitatis in vitam æternam tanquam herbis viridibus, id est, vigentibus quæ nullo æstu tribulationum arescant. Sed spiritualis sic pascitur vt multa intelligat. Carnalis autem, id est, paruulus in Christo tanquam pecus Dei, vt credat & si non intelligat eosdem tamen cibos omnes habent. Huius ætatis vespera est de qua dominus ait: Luc. 18. b. *Putas veniens filius hominis inueniet fidē in terra?* Post illā vesperā fiet mane cū Christus veniet in claritate tūc requiescēt cū Christo ab omnib. operibus suis, quibus dicitur Mat. v. g. *Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est.* Hi enim faciunt opera valde bona post quæ requiescent in die septimo qui vesperā non habet: Moraliter. Sex to die producit terra animā viuā. i. homo de stabilitate suę mentis vbi habet fructus spirituales. i. bonas cogitationes omnes motus animi sui rigit vt sit in illo anima viua. i. rationi & iustitiæ seruiens non terrenitati & peccato. Ita fit homo ad imaginem & similitudinem Dei masculus & fœmina, id est intellectus & actio quorum copulatione spiritualis fœtus terram impleat. i. carnem subiiciat, & cetera, quæ iam in hominis perfectione dicta sunt. In istis namque diebus vespera est: est ipsa perfectio singulorum operum & mane inchoatio sequentium.

Ecclę. 39. c. Mar. 7. d.

ADDITIONES BVRGENSIS in postillam Nicolai de Lyra.

Circa expositionem literalem huius primi capitu. Genes. quæ valdè difficilis est, & varie à doctoribus traditur, tam Græcis quam Latinis & Hebræis. quædam videntur præsupponenda ad hoc vt ex multiplicitate sensuum aliquod planum saltem simpliciter capientibus extrahatur. Primum præsupponitur quòd in hac expositione dictum Aug. maxime est attendendum, qui supra Genesim ad literam de hac materia tractans sic dicit: In huiusmodi quæstionibus duo sunt obseruanda. Primum quod veritas scripturæ inconcusse teneatur. Secundū quod cū scriptura diuina multipliciter exponi possit nulli expositioni aliquis ita præcise inhæreat: quod si certa ratione constiterit hoc esse falsum, q̄ nemo secundum sensum scripturæ hoc asserere præsumat. ex hoc enim scriptura ab infidelibus derideretur & eis præcluderetur via credendi. Hæc ille. Ex quo sequitur quòd veritas quæ in scriptura plane traditur inconcussa teneenda est non obstante q̄ philosophi aliter sentiant tenēdo circa hoc varias seu contrarias opiniones. Licet enim ea quæ per rationem demonstratiuam habentur esse falsa non sint attribuenda alicui auctoritati sacræ scripturæ, eo quòd talia certa ratione constat esse falsa, tamen illa quæ non demonstratiuè, sed opinatiuè & probabiliter habentur, non constant tanta certitudine, vt veritas plana scripturæ propter talem debilem certitudinem formidolosam & opinatiuam omittatur, nec ob hoc eius plana expositio varietur seu dissoluatur, & hoc sonat plane auctoritas Aug. prædicta. Et inde est quòd licet Philosophi pagani communiter opinentur mundum fuisse ab æterno: non tamen catholici variant ex hoc expositionem huius dicti. In principio creauit Deus cœlum & terram. Sic vt ex ipso non intelligant mundum à Deo per creationem incepisse. Non enim de perpetuitate mundi à parte ante demonstratiuam rationem philosophi habēt vt in prima parte sancti Th. q. xlv. arg. ij. sed solum opinatiuas & probabiles. Ex quo præsupposito infertur quòd postillator minus conuenienter se habet circa processum introductorium expositionis literalis huius cap. Dicit enim quòd ex varietate opinionum de natura materiæ à philosophis positarum dependet intellectus operationis sex dierum, quod videtur inconuenienter dictum. Constat enim q̄ philosophi in hoc non demonstratiuè procedunt, alias non contingeret eos diuersimode vel contraria opinari: sicut nec in geometricis & huiusmodi: sed solum procedunt opinatiuè. vnde non debet sensus scripturæ propter hoc variari: & ideo sanctī doctores modicū curauerūt de huiusmodi opinionib. varijs in hac materia, sicut nec etiā refert ad articulū creationis credēdæ, vtrum cœli sint immateriales vel habeāt materiā eiusdē rationis cum his inferioribꝰ. vel alterius rationis. Secūdò præsupponitur quòd non est inconueniens multiplicare expositiones in hoc loco dum tamen à veritate scripturæ plano modo intellecta non deuient, & cum hoc non asserendo sed quasi proponendo dicantur, hoc patet per autoritatem Aug. superius inductam. Magister etiam in. ij. dist. vij. de hac materia tractans dicit: Quidam sanctorum patrum qui verba Dei atque arcana excellenter scrutati sunt super hoc quasi diuersa scripsisse videntur, Hæc ille. Vbi notanda sunt verba magistri quòd non dixit, diuersa asseruisse videntur, hoc enim esset periculosum, sed scripsisse tantum

Nota dictū Augustini.

Quod mundus creatus.

Expositiones multiplicate

Summariū diuinæ operationis.

Prolepsis

* sex dies

Mo vsus e rum contentum Moses videtur proponere, cum dicit, In principio fes.

creauit Deus cœlum & terram. *In his enim verbis secundum Chrys. præmittitur summarie & cōpendiose totum opus diuinum circa creationem, distinctionem & ornatum mundi. in omnibus sex diebus primis successiue factum. Sicut si quis dicat talis artifex ædificauit hanc domum, & postea subdatur. primo fecit fundamenta. secundo erexit parietes, & tertio supra posuit tectum, & huiusmodi. Secundum quā expositionem, cū dicitur Deum creasse cœlum & terram, intelliguntur omnia cœlestia & terrena esse à Deo creata. quæ in processu sex dierum fuerunt creata seu producta: & hoc videtur sentire Basil. in hexa. qui super hoc verbum:* Creauit cœlum & terram. *sic dicit: Ex duobus autem quæ extrema sunt totius existentiam enigmatice significat, & sic non oportet per cœlum in hoc loco intelligi empyreum tātum, vel sidereum seu firmamentum & huiusmodi. sed simul omnia cœlestia in hoc intelligenda sunt. Similiter per terram in hoc loco non solum intelligenda est arida seu elementum terræ. sed tota substantia generabilium & corruptibilium, tam elementorum quām mixtorum in prædictis sex diebus à Deo productorum. Veritas huius expositionis patet ex modo loquendi sacræ scripturæ communiori & frequentiori. similiter ex doctrina sanctorum apostolorum. Primum patet: nam infra Genes. ij. super illud verbum:* In die qua fecit dominus cœlum & terram. *Glo. his igitur paucis verbis insinuata est omnis creatura. Legitur etiam Exo. xxx. d. circa obseruationem sabbati,* sex diebus fecit Deus cœlū & terram, & in die septimo requieuit *In quo loco manifestum est, quòd cœlum accipitur pro quacunque cœlesti creatura, & terra similiter pro quacunque terrestri, modo supradicto. Si enim hic accipitur, cœlum, pro aliquo cœlorum tantum: & terra, pro aliqua terrarum tantum, cætera terrena & cœlestia viderentur excludi ab operibus sex dierum quod est manifeste falsum. Similiter Deute. 4. f.* Scias hodie quòd dominus ipse est Deus in cœlo sursum & in terra deorsum, & non est alius: *Intelligendum est vniuersaliter. s. quod in cœlestibus & in terrenis nullus alius Deus est. Similiter Hiere. xxiij. e. vbi propheta intendens asserere Deum esse vbique dicit:* Nunquid non cœlum & terram ego impleo dicit dominus, *quod habet intelligi de totius mundi integritate. Eodem mo-*

Cœlum

NICOLAVS DE LYRA.

cramentalis. figuratur enim per hoc quod ecclesia sumpsit principium à Christo, vnde dicit Apostolus Ephesiorum. v. g. Sacramentum hoc magnum est in Christo & ecclesia.

Ephæ. 5. g.

Species humana quomodo conseruatur.

1 Benedixitque illis. *Hic consequenter describitur humanæ naturæ iam formatæ conseruatio. & primo quantum ad speciem, secundo quantum ad individuum, ibi:* Dixitq; Deus. *Circa primum considerandum, quòd species humana cōseruatur per generationem, maxime post lapsum, per quem incurrit necessitatem moriendi, & hoc est quod dicitur.*

Benedixitq; illis. *Ista benedictio est Dei ordinatio ad multiplicationem individuorum in natura humana per generationem. ideo subditur.*

2 Crescite & multiplicamini, &c. *Cætera patent ex prædictis.*

3 Dixitque Deus. *Hic describitur conseruatio quantum ad individuum, quæ fit per nutritionem, & hoc est quod dicitur:*

4 Ecce

Universidad de Murcia Biblioteca

dò psalmus dicit, Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Idem patet de alijs innumerabilibus locis sacræ scripturæ, licet enim in nonnullis locis sacræ scripturæ quandoque cum prædictis scilicet cum cælo & terra, mare vel aqua exprimantur, hoc tamen est in paucis præter modum & stilum communem supradictum. Secundo hoc ide patet ex doctrina seu modo loquendi apostolorum, quibus sensus sacræ scripturæ perfectius fuit apertus, juxta illud Lucæ xxiiij. d. Apperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Ali enim circa articulum creationis mundi nihil amplius ex crediderunt fuisse à Deo creatum, nisi cælum & terram: dicentes in symbolo. Credo in vnum Deum creatorẽ cœli & terræ. Vbi manifestè tã quam doctissimi in scripturarum intelligentia nos docent, quòd in hoc quod profitemur Deum creasse cælum & terram, cuncta cœlestia & terrena: à Deo fuisse creata testamur. Nullus enim sani intellectus diceret, quòd apostoli articulum creationis mundi imperfectè tradidissent. In symbolo autè patrum hæresibus insurgentibus specialiter Manichæorum, qui dicebant vnum Deum esse bonorum. & alium malorũ, & alijs similibus fuit additum in hoc articulo, de creatione mundi, quasi exponendo visibilium omnium, & inuisibilium, ad denotandum quòd in hoc quod dicitur in primo symbolo. Creatorem cœli & terræ, intelliguntur cœlestia & terrestria, non solum visibilia. sed etiam inuisibilia. Secundum igitur hanc expositionem consonam veritati, tanquam fundatam in planiori & communiori modo loquendi apostolorum & prophetarum, non restat locus inquirendi de quo cælo scriptura hic loquitur, cum non solum de cœlis quibuslibet. sed etiam de quibuscunque rebus cœlestibus creatis, sicut de angelis intelligi debeat. Similiter non est inquirendum de aere elementari, vel igne in qua particula sacræ scripturæ in hoc loco specialiter intelligantur, cùm non solùm de terra elementari, sed de tota natura generabilium & corruptibilium in primis sex diebus creatorum seu productorum intelligitur, cum dicitur, Creauit Deus

Secundarius sensus. terram. Circa sensum verò secundarium seu vlteriorem ad sensum literalem pertinentem huius verbi. In principio creauit Deus cœlum, & terram, multa traduntur à sanctis doctoribus & alijs quodãmodo inenarrabilia: inter quæ videtur expositio sancti Tho. in prima part. quæst. xlvj. arti. ij. in cor. q. compendiosa & recta literæ & rationi consonans. Dicit enim sic quòd hoc dictum: In princip. crea Deus, &c. tripliciter exponitur ad excludendum tres errores. Quidam enim posuerunt mundum semper fuisse: & tempus non habere initium. & ad hoc excludendũ

Principia rerum. exponitur, In princip. f. temporis. Quidam verò posuerunt duo esse creaturarum principia, vnum bonorum & aliud malorum. Et ad hoc excludendum exponitur, In principio. i. in filio. Sicut enim principium effectiuum appropriatur propter potentiam patri, ita principium exemplare appropriatur filio propter sapientiam, vt sicut dicitur, Omnia in sapientia fecisti. ita intelligatur Deum omnia fecisse, In principio id est, in filio. secundum illud Apostoli ad Coloss. .b. In principio, id est, in filio, condita sunt omnia. Alij verò dixerunt, corporalia esse creata à Deo mediantibus creaturis spiritualibus, & ad hoc excludendum dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram. id est, ante omnia: Hæc ille. Quæ quidem tres expositiones intelligendæ sunt non disiunctiue, sed copulatiue. sic. f. q. scriptura in hoc loco intẽdit quemlibet istorum trium errorũ excludere, & non vnum eorum tantùm. Sic enim disiunctiue intelligerentur istæ expositiones: tunc non excluderetur plus quàm vnus error, & fortè nullus: quia ex vna propositione tres causas veritatis habente, ex qualibet earum non posset concludi veritas vnius cause earum determinante. Sed videndum est, quomodo quælibet illarum

Principium in scriptura. trium expositionum ex litera sane intellecta consurgat, vt sic qualibet illarum dicenda sit literalis. Ad quod sciendum, quòd cùm hæc dictio principium: communiter intelligatur relatiue respectu principiati: idcirco in sacra scriptura communiter vbi principium seu initium legitur: in eodem contextu adiungitur aliud, significans illud respectu cuius dicitur tale principium seu initium. sicut dicitur infrà. Genes. x. b. Fuit principium regni eius Babylon: vbi in hoc quod adiungitur regni eius, ex primitur respectu cuius dicitur principium: & sic communiter in alijs locis. Cuius ratio est. Nam nisi sic exprimeretur, remaneret quasi ignotum, quid significaretur per illud principium nisi subintelligeretur ex præcedentibus seu subsequentibus immediatè adiunctis. Et quia in hoc loco nõex primitur determinatè in litera ad quid referatur hoc quod dicit, in principio, sed quasi absolutè nominatur, oportet q̃ referatur ad illud quod sibi adiungitur. Vnde primo occurrit referendum ad hoc quod dicitur statim. Creauit. i. in principio creationis. seu in principio illius quod creauit, & sic intelligunt multi doctores Hebræorum. sicut Rabbi Abenhazra, & Rabbi Salo. & alij. Et iste modus loquendi concordat cum tertia expositione prædicta. secundum quam intelligitur, in principio. id est. ante omnia, vt prædictũ est. Secundò referri posset ad hoc quod subditur, Deus, sic quòd intelligatur hoc principium esse aliquid cum quo seu per quod

Psal. 103. c. Deus fecit omnia. quod conuenit filio. sicut cum dicitur: Omnia in sapiẽtia fecisti, & sic intelligit Ra. Mo. Gerunden. quòd per hoc quod dicitur, In principio. significatur aliquod pertinens ad naturam diuinã: licet hoc quasi balbutiendo exprimat: & hoc concordat cum secunda expositione prædicta. Tertiò posset referri hoc quod dicitur: in principio: ad hoc quod dicitur cœlum & terrã, quæ sunt res successiuæ. subiectæ. & sic intelligitur expositio. Sin principio temporis, hoc est in primo nunc, quod præcedit omnem successionem temporum: vel omnium rerum cœlestium & terrestrium successionem. Quartò posset referri hoc quod dicitur, in principio ad totum processum primæuæ creationis seu productionis rerum, qui in hoc cap. Gene. primo: continetur, vt sic intelligatur, In principio creauit Deus. i. in primis sex diebus, de quibus agitur in toto processu huius capi. Creauit Deus cælum & terram, & sic intelligit Chrysost. vt prædictum est: & quia absolute & sine aliqua expressa determinatione dicitur hic in principio: idcirco referendum est ad literam ad omnia signata per quatuor modos prædictos. inquantum quilibet eorum ex adiacentia seu continuatione literæ intelligitur, vt dictum est. Item attendendum, quòd secundum vlteriorem sensum literalem ex hoc quod dicitur. In principio creauit deus cœlum & terram, intelligitur ad literam secundum Hebraicam veritatem pluralitas in diuinis. prout magister allegat in .j. parte. distinct. .ij. quod patet ex hoc, nam vbi nos dicimus deus, hebraica veritas habet elohim. quod est plurale huius nominis singularis hel. & sic exponit in hoc loco expresse Rabbi Abenhazra, dicit ex hoc non veram conclusionem eliciat. sed extortam. Vult autem intelligi, quòd hoc non significat pluralitatem in diuinis, sed pluralitatem virtutum seu potentiarum ab eo procedentium in cuius signum allegat ipse & sui sequaces, quòd in scriptura quandoque etiam iudices dicuntur elohim. propter eorum virtuosam potentiam in iudicando. vt Exo. xxij. d. vbi dicitur, Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. Sed hec cauillatio est valde irrationabilis, quod patet ex duobus. Primo enim Hebrai nobiscum conueniũt in articulo creationis mundi. præsertim in hoc quòd solus Deus mundum creauit. & eum immediate produxit. intantum quòd ipsi tradunt angelos fuisse creatos in feria secunda. ne si in prima fuissent creati, crederetur de angelis quòd fuissent cooperatores Dei in mundi creatione. Si igitur hoc quod dicitur elohim. intelligatur de virtutibus procedentibus à Deo, aut tales virtutes sunt aliquid creatum, aut quid increatum, Si primo modo, sequitur quod aliud quod non est Deus, creauit mundum, vel saltem cooperatum est in creatione mundi. Si secundo modo, sequitur quod in diuinis est aliud increatum à Deo procedens, quod est intentum. Nam cùm Deus etiam ab illis concedatur esse summe simplex. quicquid in Deo est Deus est. Secundò hec cauillatio videtur irrationabilis ex eo, quod Moses precipue intendebat informare populum de vnitate Dei & exclusione pluralitatis Deorum. vt cum dicitur Deute. vj. Audi Israel, dominus Deus vnus est, & Deutero. xxxij. f. Videte nunc quod ego sum, & non est alius Deus mecum, & sic de multis alijs. Cum igitur Moses dixisset, Creauit elohim, manifestè dedisset occasionem credendi populo pluralitatem quam intendebat excludere: secundum eos etiam potius debuisset dicere hel, quod nullam pluralitatem significat, & ex quo nullum inconueniens sequeretur. Item quod allegat pro parte sua q̃ quãdoque iudices vocantur elohim, hoc manifestè facit contra eos: nam vbi elohim accipitur pro iudicibus seu dijs opinatiuis vel falsis, semper constituitur cum verbo, vel adiectiuo pluralis numeri. vnde Exo. xxiij. b. vbi dicitur. Ad deos vtriusque causa perue. ponitur ibi elohim: & statim sequitur ibi verbum plurale sic. f. & cõfi illi iudicauerint. Et in Psa. lxxxj. b. Omnes dij gentium dæmonia, vbi dicitur elohim: & tamen ibi non dicitur dæmon sed dæmonia. Similiter in psal. xcv. b. vbi dicitur, ego dixi elohim estis. i. dij. non dicit. Ego dixi elohim es, & sic de multis alijs. sed in hoc loco, & in alijs vbi elohim ponitur pro vero Deo. semper adiungitur verbum singularis numeri. Non enim dicitur hic: In principio creauerunt dij, sed creauit: quod quidem verbum substantiuum. f. fuit creans, ad denotandam vnitatem essentiæ. Ex quibus patet manifestè. quod Moses intendit instruere populum specialiter quantum ad doctos, quod in Deo qui cælum & terram creauit, est pluralitas personarum, inquantum dixit elohim. Similiter & vnitas secundum essentiam, inquantum dixit creauit, & hoc notanter insinuat Moses in prima propositione totius sacræ scripturæ, in qua continetur articulus creationis, vt innueret hoc mysterium in primo exordio fidei esse attendendum. Quod autè hæc pluralitas attribuenda sit personis seu suppositis, habetur etiam secundũ sensum literalem vlteriore in hoc loco, vbi innuitur aliqua instructio de diuinis personis. Nam cùm dicitur: In principio, intelligitur in filio, cui attribuitur causalitas creationis per modũ causæ exemplaris, vt dictum est: & per consequens cum dicitur Deus, intelligitur pater, cui attribuitur causalitas creationis per modum efficientis. Cum autem dicitur: Spiritus domini ferebatur, intelligitur persona spiritus sancti, prout plenius declarabitur infrà. Non tamen est intelligendum, quod creare sit proprium alicuius personæ diuinæ & non commune toti trinitati. hoc enim esset erroneum: cum omnia opera trinitatis ad extra sint indiuisa, sed quia Deus est causa rerum per suum intellectum & voluntatem. sicut artifex rerum artificiatarum. Artifex autem per verbum in intellectu conceptum, & per amorem suæ voluntatis ad aliud relatum operatur, vnde similiter Deus pater operatus est omnem creaturam per verbum suum quod est filius, & per suum amorem qui est spiritus sanctus. & secundum hoc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum inquantum includunt

Vltior sensus literalis.

Conuenientia Hebræorum cum Christianis.

eludunt essentialia attributa quæ sunt scientia & voluntas, vt patet in prima parte. q. xlv. ar. vj. Sequatur litera. Terrã autem erat inanis &c. Vbi Moses postquam summariè tradidit totum opus diuinum circa creationem mundi in primis sex diebus successiuè productum, hic explicat illud per particularia. Circa quod primò ostendit statum seu conditionem quarundam rerum creatarum in prima suis creatione seu productione. Secundò procedit ad alia quæ creata seu producta sunt in prædictis sex diebus successiuè. secundo ibi: Dixitque deus, fiat lux. Circa primum sciendum, quòd cum Moses rudi populo loquebatur, vt omnes

Intẽtio Moſi doctores tenent, quos non solùm spiritualia veraciter non capiebant. sed etiam de corporalibus illa communiter tantum apprehendebant, quæ visui corporali subiacent. vt in prima parte. q. lxvij. articulo. iij. Idcirco licet in generali visibilia & inuisibilia cœlestium & terrestrium creaturarum sub quodam summario (vt dictum est) comprehendat, attribuens ea diuinæ creationi, ita vt nihil in rerum natura excluderetur à creatione Dei, loquens tamen posteà in particulari, vt imbecillitati rudium seu simplicium audientium condescenderet, præteruisis inuisibilibus tam cœlestium quàm terrestrium, de visibilibus tantum mentionem facit vnde de cœlestibus pretermisit empireum & angelicam naturam: & de terrestribus pretermisit duo elementa, scilicet aërem & ignem, eò quod non ab omnibus percipiuntur. Multi enim etiam Philosophorum elementum ignis non cognouerunt vsque ad tempus Aristotelis. Similiter & aërem nihil dicebant: adeò vt loca plena aëre vacua existimarent. vt iij. Physi. Vnde in prima rerum productione de tribus visibilibus principaliter facit mentionem: scilicet, de infimo fundamento vniuersi sensibilis, & de summo tecto eius, & de quodam medio inter vtrunque, quæ sunt principales partes integrales cuiuscunque ædificij, quorum duo se habent ad totum vniuersum visibile, sicut centrum & circunferentia ad corpus sphæricum. quæ complent totam eius rationem plasmaticam. In quo quidem scilicet corpore sphærico. centrum se habet vt fundamentum, & circunferentia sicut summum tectum, & alia inter vtrunque contenta se habent, vt medium inter vtrunque, scilicet inter centrum & circunferentiam. Primum

Abyſſus ostendit cum dicit. terra autem. Terra enim secundum philosophos & astronomos se habet ad vniuersum corporale, vt centrum. Secundum autem & tertium ostendit cum dicit. Super faciem abyssi. Abyssus enim secundum grammaticos multitudinem aquarum impenetrabilem significat, quæ quidem impenetrabilitas ideo potest intelligi non solùm ex magna eius profunditate. sed etiam ex hoc quòd ex eius confusione non potest abyssus penetrari. per quod intelligitur aqua elementaris quæ ante eius congregationem in vna permixtione confusa erat cum alijs duobus elementis. scilicet aëre & igne. Prout Magister ponit in .ij. li. dist. xvij. quod totum vocatur abyssus secundum æstimationem simplicium seu rudium, quibus loquebatur, qui aërem & ignem elementarem propter eorum inuisibilitatem (vt dictum est) non percipiunt. Quæ quidem abyssus totam terram vndique cooperiebat & vsque in altum porrigebatur. quousque nunc summitas corporeæ naturæ pertingit. sicut quibusdam videtur. prout Magister ponit distinct. supradicta. Intelligatur tamen hæc summitas naturæ corporeæ circa cœlum crystallinum, quod per superficiem abyssi intelligendum est. & hoc est primum corpus mobile, quod se habet ad omnia corpora naturalia, sicut superficies ad corpus sphæricum, quæ totam eius soliditatem continet. Vnde notandum est. quòd non dicit scriptura: tenebræ erant in terra, nec in abysso, neque supra abyssum, sed supra faciem abyssi. Cuius ratio est. Nam illa multitudo aquarum impenetrabilis & profundissima in prima sui productione erat turbida. & quasi opaca ex eius confusa permixtione seu compositione, intantum quòd non erat capax lucis, sicut nec terra. & sic non erant in terra nec in abysso tenebræ propriè loquendo, sicut nec in ligno dicitur esse cæcitas licet non videat. super faciẽ abyssi. quod est primum mobile (vt dictum est) ex sua pura & impermixtibili natura est diaphanum, & sui semper capax lucis sed quia nondum lux facta erat. ideo propriè loquendo tenebræ erant pro tunc supra faciẽ abyssi. i. in primo cælo mobili. Conuenienter igitur in primordiali rerum visibilium productione fit expressa mentio de terra quod est centrum & quasi fundamentum vniuersi sensibilis. & de circunferentia. quod est summum tectum. scilicet primum mobile eo modo quo dicitur Esa. xlvij. c. Manus enim mea fundauit terram, & dextera mea mensa est, aliàs, tetendit cœlos. Et loquitur ad modum formantis circulum cum circino. qui primo ponit vnum pedem in centro. quod est fundamentum. & alium tendit circunducendo circunferentiam. Sequitur in litera. Spiritus domini ferebatur super aquas. quæ qui dem verba propriè & notabiliter exponuntur à Hiero. de Hebraicis quæstionibus. vbi sic dicit. Pro eo quòd in nostris codicibus scriptum est. Spiritus domini ferebatur: in Hebræo habetur מרחפת Merahephet. quod nos appellare possumus incubare, in similitudinem volucris ouа calore animantis. Ex quo intelligimus non de spiritu mundi dici, vt nonnulli arbitrantur. sed de spiritu sancto, qui & ipse viuificator omnium à principio dicitur. de quo Psal. ciij. d. Emitte spiritum tuum & creabuntur

creabuntur. Hæc ille. Quæ quidem viuificatio potest recte intelligi secundum motum primi mobilis. Nam motus secundum philosophum. viij. phisi. est vitæ rerum naturalium. & cum inter omnes motus rerum naturalium motus primi mobilis sit primus & præcipuus, & à quo omnes motus corporales regulantur & mensurantur tanquam à prima omnium motuum mensura. & à Deo tanquam à primo mouente principaliter causatus. Idcirco in primordio creationis rerum naturalium, de hoc primo motu tanquam de vita rerum naturalium fit mentio attribuendo ipsum motum Deo in persona spiritus sancti, cui appropriatum est viuificare. Et ex hoc tollitur quædam inconuenientia quæ quodammodo animum pulsat. f. quòd inter primo creata sit mentio de tempore cum dicit: Dies vnus, dies secundus, & huiusmodi. Sed de motu nulla videtur fieri mentio, cum tamen motus sit prior ipso tempore naturaliter. Vnde secundum prædictam expositionem prædicta tollitur inconuenientia, quia de motu sit mentio antequam de tempore, vt patet ex prædictis. Sed contra prædicta quædam dubia breuiter possunt moueri inquisitiue, ex quorum solutione veritas magis elucidatur. Primum. Posset ratio nabiliter queri prout Augustinus quærit super Genesim ad literam. Cur Quæſito non scriptum est, Dixitque Deus fiat terra, & facta terra est, Fiat aqua seu abyssus & factum est, sicut dicit de luce & de firmamento & huiusmodi. Secundò potest queri: Si abyssus hic accipitur vt dictum est pro aquarum multitudine impenetrabili terram vndique circundante, cur non hoc proprie declarauit Deus dicens. Multitudo aquarum erat super terram. cum aqua ab omnibus quantuncunque rudibus sit perceptibilis. Et de aqua in hoc capitulo frequenter fiat mentio, non autem de abyssо in hoc loco. Tertiùm. Si facies abyssi accipitur in hoc loco pro primo mobili, vt dictum est, cur statim ipsum nominat aquas, cum dicit: Ferebatur super aquas, secundum istam expositionem. Quartum, Cum spiritus domini seu spiritus Dei, plures in sacra scriptura accipiatur pro aëre seu vento, vt in Psal. cxlvij. b. Flauit spiritus eius & fluẽt aquæ, & in alijs. vnde ergo cogimur vt in hoc loco accipiatur pro spir. tu sancto, vt dictũ est. Quintò. Si Spiritus Domini, seu spiritus Dei in hoc loco accipitur pro spiritu sancto, vt dictum est. cũ Spiritus sanctus sit Deus, inconuenienter dicitur quòd ferebatur super aquas, cùm Aug. non competat localiter ferri nec situm habere. Ad primum igitur dicendum quòd ex verbis Augu. vbi supra, apparet quòd in hoc quod dicitur: Terra erat inanis & vacua, & tenebræ super faciem abyssi, intelligitur materia omnis informis. Dicit enim in .xij. confes. Quid enim in omnibus mundi partibus reperiri potest propinquius informitati omnimodæ quàm terra & abyssus. Et infrà subdit. Illud autem totum † pro- † prope prie nihil erat, quoniam adhuc omnino informe erat: Hæc Aug. Ex quo patet. quòd secundum ipsum ideo prætermissum est dicere, fiat terra seu abyssus. Similiter & factum est ita, & vidit Deus quòd esset bonum, sicut dicitur in alijs, propter informitatem omnimodam materiæ quæ in prædictis verbis signatur. & est ratio, quia cùm dicitur. Dei perfecta sunt, opera. vt Deu. xxxij. a. Ideo inconuenienter de natura omninò informi diceretur, Dixit Deus, fiat hoc. Similiter & vidit Deus quod esset bonum. Ambrosius autem & alij sancti doctores non con- Ambr. reſcordant cum Augustino in hoc scilicet quòd cum dicitur, Terra autem pon. erat inanis & vacua, intelligatur materia informis, sed ipsum elementum terræ. Secundum quos sanctos doctores aliter ab Augustino opinantes dicendum est. quòd alia tres informitates attribuuntur creaturæ corporali in primordio productæ, propter quas non decebat vt de creatura sic informi diceret fiat, &cæt. Vel, vidit Deus quod esset bonum, & huiusmodi, decerat enim corpori diaphano. f. primo mobili pulchritudo lucis. vnde dicitur quòd tenebræ erant super faciem abyssi. Decerat etiam terræ duplex pulchritudo: Vna quam habet ex hoc quod est aquis cooperta, & quantum ad hoc dicitur quòd terra erat inanis. f. imaDuplex pulchritudo terræ. bilis. Alia verò quam habuit cùm non esset ornata herbis & plantis. & ideo dicitur quòd terra erat vacua. Vnde in hoc loco Moses intendit exprimere informitates creaturæ corporalis tam cœlestis quàm terrestris in primordio productæ. & ideò non oportebat in hoc loco dicere. Dixit Deus, fiat terra & huiusmodi. sicut in alijs creaturis, quæ in prima sui productione tales informitates minimè habuerunt. Si autem contra hoc dicatur, quòd lux in prima die facta etiam videtur imperfecta seu informis respectu lucis luminarium, quod patet ex excellentia proprietatum luminarium quæ in opere quartæ diei exprimuntur, quæ non pertinent ad lucem in prima die factam, vt infrà patebit, & tamen de ipsa luce dicitur, Fiat lux, & cætera. & vidit Deus lucem quod esset bona, & sic similiter potuisset dici de terra, non obstantibus informitatibus prædictis. Ad hoc dicendum, quòd lux in prima die facta licet non esset ita perfecta sicut lux solis, habebat tamen perfectionem sibi pertinentem quantum ad illud pro quo facta fuit, scilicet diuisionem noctis & diei, vt patet in litera. Sed terra fuit facta à Deo ad hoc vt habitaretur ab animantibus, iuxta illud Esai. xlvij. c. Non in vacuum creauit eam, scilicet terram, sed vt habitaretur, & cætera. Et quia hæc perfectio ad quam ordinata est terra sibi decerat in primordio suæ creationis. Idcirco non erat conueniens vt de ea dicerentur verba prædicta quæ de alijs creaturis, quæ in prima sui pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ductione perfectiones ad quas producta sunt attigerunt. Idem de abysso dicendum, quæ propter eius commixtionem confusam supradictam, nondum habebat perfectionem sufficientem ad producendum generabilia. Superficies autem abyßi in hoc loco non intelligitur per se nisi respectu ipsius abyßi cuius dicitur esse superficies, & ideo non oportebat vt de ipsa superficie fieret mentio seorsum in huiusmodi creatione. Vtrum autem ex autoritatibus sanctorum, & specialiter Basilij, Ambrosij, & Chrysost. intelligatur quòd omnimoda informitas materiæ tempore præcesserit formationem eius, omitto causa breuitatis, vide tamen in prima par. quæst. xlvj. artic. primo veritatem huius quæstionis à sancto doctore determinatam.

Responsio ad secundam quæstionem.

Ad secundum faciliter respondetur ex dictis: Abyssum enim hoc loco non nominat aquam solam, sed aquam cum aliorum elementorum permixtione confossam, vt dictum est, prætermisit tamen expressam mentionem de aliis elementis cum aqua permixtis, propter ruditatem eorum quibus loquebatur, qui pro maiori parte ea quæ non subiacent visui non cognoscebant, vt iam dictum est.

Responsio ad tertiam quæstionem. Primum mobile nominatur diuersimode.

Ad tertium dicendum quòd primum mobile in hoc loco nominatur diuersimodè propter diuersitatem eorum quæ sibi competunt, de quibus in proposito agitur. Competit enim primo mobili, omnia corpora naturalia & mobilia continere, sicut superficies corpus continet cuius est superficies: & ex hoc nominatur facies abyßi, id est superficies abysi, de qua continentia hic est agendum tanquam de loco vniuersali omnium corporum naturalium, competit etiam ei diaphaneitas secundum suæ naturæ puritatem. Similiter & prima mobilitas corporalis, de qua diaphaneitate, in hoc loco est agendum tanquam de prima capacitate lucis, quæ quidem lux in corporibus primum locum tenet secundum August. de Ciuit. Dei. Similiter & de prima mobilitate eius hic est agendum, tanquam de prima vita vel de primo effectu vitæ corporum naturalium, quæ duo, nulli earum creaturarum, de quibus scriptura mentionem facit inter primò creata sic competunt sicut aquis. Aqua enim inter visibilia corpora maxime est obediens motori, & est perspicua. Et hæc est ratio quare primum mobile in hoc loco his diuersis nominibus appellatur. Hæc expositio de primo mobili & de primo motu videtur rationabilis, considerando quòd in prima rerum productione fieri debet mentio de summo loco vniuersali corporum naturalium. Similiter & de primo motu & de primo mobili, & etiam de tempore quæ sunt mensuræ omnium rerum naturalium.

Responsio ad quartam quæstionem.

Ad quartum dicendum quod dicere quòd spiritus domini in hoc loco intelligatur pro aere elementari est valde irrationabiliter dictum propter tria. Primum, quia si in hoc loco spiritus domini accipitur pro aere elementari, prout Rabbi Moses & quidam alij volunt dicere, quòd scriptura in hoc loco nominat quatuor elementa. Terram scilicet cum dicit: Terra autem. Aquam verò cum dicit: Super aquas. Aerem cum dicit: Spiritus domini. Ignem verò cum dicit: Et tenebræ erant, Et hoc quia ignis vt dicunt in loco proprio non lucet, secundum hanc positionem nulla esset ratio propter quam aër qui dicitur spiritus, magis appropriaretur sic Deo, vt nominaretur spiritus domini, quàm elementum aquæ seu terræ vel ignis, quorum nullum in hoc loco tali modo nominatur, vt dicatur, aqua domini: terra domini, Secundum, quia vt ex serie literæ patet, spiritus domini de quo hic agitur, ferebatur super aquas ante earum diuisionem: quæ facta fuit secunda die per firmamentum, diuidens aquas ab aquis, & sic ferebatur indistincte super aquas, non solùm inferiores, sed etiam superiores: nulla enim distinctio aquarum legitur in prima die. Ex quo sequitur quod huiusmodi spiritus ad adhuc facta diuisione, ferretur super aquas superiores: cum in scriptura nulla fiat mentio de hoc quod huiusmodi spiritus Domini congregaretur seu attraheretur ad hoc vt post aquarum diuisionem ferretur super aquas inferiores tantùm, quod tamen esset valdè inconueniens & contra mentem Ra. Moysi, & aliorum sequentium, qui spiritum in hoc loco eo dictum accipiunt pro aere elementari tantum, cui nullo modo competit esse super aquas quæ superiores sunt cœlo sidereo. Tertium quia vt ex prædictis patet, Moses in toto processu sex dierum nunquam nominauit aërem, etiam in loco vbi fuisset congruum aërem nominari, sicut cum dicitur, producant aquæ volatile super terram, vbi congruè fuisset dicere: producant aquæ & aër. similiter & dicere, vt volitent in aëre, & non solum sub firmamento, cum volucres pro maiori parte participant naturam aëream plus quàm aqueam, vnde in aëre viuunt & nidificant pro maiori sui parte, vnde earum volatus principaliter ad ornatum aëris pertinet: vt dicit Magister Sententiarum, distinctio, decimaquinta. Et tamen in hoc loco nullam mentionem facit de aëre propter eius inuisibilitatem, & propter imbecillitatem: vt suprà dictum est. Non enim dicit de auibus, vt volent in aere seu in spiritu, sed super terram & sub firmamento cœli, prætermittens totaliter nominationem aëris. Vnde eadem ratione cum hic dicitur: Spiritus domini, non est intelligendum de aëre, de quo nunquam fecit mentionem in processu sex dierum, vt dictum est. Si autè contra hoc dicatur, & sit spiritus domini, nō pōt hoc intelligi de aëre, ppter eius inuisibilitatem, eò quòd ille populus inuisibilia non percipiebat, sed quæreretur à forttori: quòd non debet intelligi de spiritu sancto, qui incomparabiliter est magis inuisibilis oculis corporalibus, quàm aër, cùm sit penitus incorporeus & immaterialis. Ad hoc dicendum quod quantuncunque populus ille rudis fuisset & incapax spiritualium, nihilominus necesse erat vt eis proponeretur primò, & supponerentur quædam puncta inuisibilia, sicut Deum esse, quia sine hoc in vanum inferrentur de fide. Secundum quam accedentè ad Deum, oportet credere quia est, vt ad Heb. xj. b. Similiter licet anima humana sit inuisibilis de sui natura: tamen proponendum erat eis de ea inquantum secundum illam principaliter homo est capax remunerationis diuinæ quod est principium in his, quæ crediblia traduntur. Vnde Apost. cum dixisset: Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, statim subiunxit, Et inquirentibus se remunerator est, & ideo de anima humana circa formationem hominis expressam scriptura fecit mentionem dicens, Spirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Genes. ij. b. De inuisibilibus ergo nulla mentio fit in processu sex dierum, nisi tantum de Deo & de anima humana, quorum cognitio saltem æniginatica necessaria est cuicunque fideli: vnde spiritus domini non inconuenienter in hoc loco accipitur pro ipso Deo, licet inuisibilis sit. De alijs verò inuisibilibus quorum cognitio non est explicitè necessaria omnibus fidelibus, sicut est natura angelica, vel aër elementaris & huiusmodi, prætermittitur mentio expressa in hoc loco ratione iam dicta. Si autem obijciatur de primo mobili quod est inuisibile, & tamen secundum prædictam expositionem de eo fit mentio, cum dicit: Super faciem abyßi, vt dictum est. Dicendum quòd primum mobile satis est visibile per suum effectum qui est motus diurnus solis, & aliorum corporum cœlestium.

Notandum etiam quòd antiqui expositores Hebræorum notabilissimè & compendiosè ex posuerunt prædictum verbum, spiritus domini, in illo libro qui dicitur Bereschith rabba. a. i. Genesis magna, vbi sic habetur interrogatorie. Quid est quod dicitur, Spiritus domini ferebatur super aquas, Ad quod respondet: nil aliud est, nisi spiritus messiæ de quo legitur, Requiescet super eum spiritus domini scilicet Esa. xj. a. Ex quo dicto manifestè datur intelligi quod spiritus domini, hic intelligitur spiritus sanctus qui est spiritus messiæ, inquantum secundum catholicam veritate procedit à patre & filio, qui quidè filius est verus & benedictus messias. Ad quintum dicendum, quòd per hoc quòd in hoc loco dicitur, Ferebatur, non debet intelligi aliquid passiue in spiritu domini, nec hæc dictio merahephet. quod in Hebraico in hoc loco ponitur: est verbum passiuum, sed merè actiuum significans quòd spiritus domini fouebat & viuificabat aquas, ad similitudinem gallinæ cubantis, & vitalem virtutem his quæ fouentur tribuentis, quæ quidem viuificatio in hoc loco intelligitur per primum motum qui est præcipuè viuificatiuus corporum naturalium vt dictum est, vnde simile verbum omninò habetur Deuter. xxxij. b. vbi dicitur: Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos. &c. quod est propria similitudo ad propositum. Nam sicut auis mouet pullos suos ad volandum, & sic eos fouet & viuificat, sic Deus primum mobile mouet ad viuificandas creaturas corporales: licet enim sit aliqua intelligentia immediatè mouens primum mobile, de quo hic agitur, tamen prima causa & principaliter huius motus Deus est, in quo omnes creaturæ viuunt, mouentur, & sunt, vt Actu. xvij. f. Allegoricè etiam sequendo concordantiam antiquorum Hebræorum prædictam, qui spiritum domini qui hic super aquas ferebatur, exponunt esse spiritum messiæ, de quo dicitur Esa. xj. a. Requiescet super eum spiritus domini, vt dictum est, notabiliter dici potest quod sicut spiritus domini viuificabat aquas, scilicet, corpora naturalia, vt dictum est, sic idem spiritus dat vitam spiritualem per aquam baptismi, de qua Ioan. iij. a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Sequitur in litera. Dixit Deus: Fiat lux, qualiter autem intelligatur quòd dicitur: Deus dixit, Ambro. in hexa. declarat dicens: Non per organa vocis, nec quòd aërem istum quidam verborum strepitus verberaret, sed vt voluntatis suæ æternam cogitationem proderet in operationis effectu. Continuatur autem productio lucis ad prædicta sic: nam cum præmissa fuerat circa creationem corporalem multiplex informitas: Vna scilicet cum dicitur: Terra autem erat inanis & vacua. Alia cum dicitur: Tenebræ erant super faciem abyssi. Conueniens ergo fuit vt informitas tenebrarum primò remoueretur per lucis productionem. Tum quia lux est qualitas primi corporis. Tum quia inter cæteras qualitates corporeas lux est spiritualior: vnde Aug. in lib. de lib. arbi. dicit quod lux in corporibus primum tenet locum. Tum propter communitatem lucis in qua inferiora cum superioribus communicant. Sed qua sit ista lux variè traditur à doctoribus. Quidam enim dicunt illam lucem fuisse quandam nubem lucidam quæ postmodum facto sole in materiam præiacentem redijt, vel adhuc remanet soli coniuncta imperceptibiliter, vel ex illa nube formatum est corpus solis quæ quidem tres positiones non solùm sunt improbandæ per rationem: vt in prima parte. quæst. quinquagesima octaua, articulo quarto, in responsione ad secundum arg. sed etiam ex serie sententiæ literæ non videntur stare. Tum quia lux significat qualitatem tantum nubes autem lucida non est lux: licet sit corpus luminosum vel luminare & huiusmodi, sicut album non albedo: vnde in tali lucida nubis productione debuisset exprimi substantia cum

stantia cum sua qualitate, dicendo, Fiat nubes lucida, vel quid luminosum & huiusmodi. Fieri enim sicut & esse, principaliter pertinet ad subiectum seu substantiam. Accidentium enim prout in Metaphysica traditur, non est esse sed in esse. Nec etiam videtur litera consonum nec rationi, quod illa lux fuerit lux solis, sed adhuc informis prout Postillator dicit. Tumquia si sic debuisset dicere, producatur seu procedat lux, vel producat sol seu cœlū lucē, sicut dicitur in hoc ca. in his quæ ab aliis procedent. Tum quia secundum hoc diuisio lucis à tenebris in prima die facta fuit per circularem motum solis, vt etiā Postillator dicit, sicut in quarta die, & tamen scriptura in hoc loco attribuit hanc diuisionem Deo, dicēs, Et diuisit Deus lucē à tenebris. In quarta autē die attribuunt hanc diuisionem luminaribus dicentes, vt diuidant lucem à tenebris. Tum quia maxime inconueniens videtur dicere quod accidens seu motus alicuius rei singularis sit in rerum natura antequam suum subiectum in esse producatur. Ex quibus patet quòd lux in prima die facta, differt à luce solis, de qua fit mentio in quarta die, non solùm quantum ad perticulares effectus, sed etiam quantum ad essentiam. Vnde positio Basil. in hoc loco videtur litera concordare, & rationi non dissentire, dicit enim in hexame. sic, Post solis creationem dies est cum à sole illuminatus est aër, in eo quòd super terram est in hemisphærio relucens, & nox vmbra terræ occultato sole. Tunc autem, sin primis tribus diebus non secundum motum solarem, sed refuso principali lumine illo, & rursus contracto secundum determinatam à Deo mensuram, dies generabatur & nox reducebatur. Hæc Basili. Vnde secundum eum hæc lux non fuit corpus seu substantia corporea, sed quædam qualitas formaliter illuminatiua, non procedens ab aliquo corpore luminoso, sed solùm à voluntate diuina per creationem, prout ipsa litera plano modo significat, cum dicit, Fiat lux. quæ quidem lux non habebat per se motum, & ideo non poterat de se diuidere lucem à tenebris. Sed hoc faciebat per emissionem & contractionem luminis virtute diuina determinatam, & ideo dicitur hic: Diuisit Deus lucem à tenebris. Sed in quarta die vbi de luminaribus agitur, expresse dicit, Vt diuidant lucē à tenebris. quia luminaria per motum proprium sibi connaturalem hanc faciunt diuisionem, secundum quam positionem Basi. quæ valdè videtur consonare litera, non est inquirendum quid factum fuit de illa luce prima post creationem solis, nam aduenientè prouisione naturali, rationabiliter cessat prouisio miraculosa, sicut & legitur Iosue. x. cap. Defec manna postquam comederunt de frugibus terræ. Obiicitur autem contra positionem Basi. primo ex hoc quòd pro tunc, animalia & homines non essent, ideo ista vicissitudo lucis & tenebræ non habebat aliquam necessitatem seu vtilitatem. Secundo ex hoc quòd hæc contractio & emissio non essent naturales, sed miraculosæ, quod (vt dicunt) non habet locum vbi agitur de institutione naturæ. Sed respondetur ad primum quòd hæc obiectio est communis, etiam contra ponentes quòd hæc lux fuisset lux solis. Sed dicendum, quòd hæc vicissitudo deseruiebat distinctionib. sex dierū. ad hoc, scilicet quòd in sex diebus perficeretur opus creationis, prout in proposito diuino ab æterno fuerat dispositum, & etiam vt per hos sex dies præfigurarentur ætates mundi, & traderentur alia mysteria secundum doctores. Ad secundum dicendum quòd in hoc capitulo nonnulla miraculosè facta traduntur, sicut productio herbarum & plantarum antequam luminaria & stellæ essent, quod est manifestè miraculosum, quia excedit facultatem naturalem creaturarum, & etiam est penitus insolitū. quæ duo perficiūt rationē miraculi. Idē dicendum est de congregatione aquarum facta in secunda die, & ideo nimirum si productio huius prima lucis & eius contractio & emissio sit miraculosa. Cætera autem exponantur prout in postilla vsque ibi, Factū est vesp. & ma. dies vnus. s. naturalis. Circa quod attendendum, quod Hebræi per vesperè intelligunt noctem, quæ incipit à vespera & terminatur in vesperè sequenti, & sic dicunt quòd dies naturalis incipit à principio primæ noctis, & terminatur in principio noctis sequentis, quod intendunt probare per hoc quod in primordio rerum, tenebræ quæ à Deo nox vocantur, vt patet in litera, præcesserunt lucem in ordine temporis, nam postquam dixit, Tenebræ erant, &c. et. consequenter dixit: Fiat lux. Ex quo videtur quòd nox naturaliter debet præcedere diem in computatione dierum. Hoc etiam confirmant ex eo quod legitur in Exo. A vesperā vsque ad vesperā celebrabitis sabbatha vestra. Sed licet hoc habeat locum ex hac autoritate in festiuitatibus antiqui testamenti, eo quòd festiuitates eorum habuerunt initium à festo paschali in quo agnus ad vesperam immolabatur, tamen in ordine computationis dierum naturalium, tenendum est cum doctoribus nostris, scilicet, vt communiter dies à mane vsque ad manē, prout magister ponit. in ij. di. xiij. reddens ad hoc rationem mysticam. s. eo quòd homo à luce per peccatum corruit in tenebras ignorantiæ & peccatorum. Sed potest hic sumi alia ratio naturalis ex hoc quòd res denominantur à termino ad quem, nō à termino à quo, vt in primo Phys. & ideo dies artificialis debet denominari à vespera, in quam terminatur, & nox denominari à mane in quo terminatur. & sic per hoc quod dicitur, Factū est vespere. intelligendus est dies artificialis, cuius terminus ad quem est vespera siue nox. Et consequenter cum dicitur, Et mane. intelligenda est nox, cuius terminus ad quem est mane: & sic prima pars diei naturalis est dies artificialis, & secunda nox sequēs. Nec valet quod dicunt, q̄ in primordio tenebræ præcesserunt lucem, nam illæ tenebræ non erant dicendæ propriè nox, nam sicut dies propriè loquendo, est latio lucis seu solis super terram, sic & nox est occultatio talis lucis seu solis sub terra: quod non competit tenebris quæ fuerunt in primordio antequam aliqua lux corporalis produceretur. Circa opus secundæ diei duo sunt principaliter consideranda. Primum q̄ cœlum sit illud quod dicitur firmamentum. Secundum qualiter hoc intelligatur quod dicitur. Vt diu. aquas ab aquis. Circa primum omissa varietate opinionum & sequēdo positionem Chrys. quæ magis videtur planiori sensui literæ concordare, vt iam dictum est videtur dicendum quòd hoc firmamentum de quo hic agitur est cœlum sydereum. quod diuiditur in octauam spheram quæ est stellarum fixarum, & in septem planetarum orbes, de quibus etiā stellis & planetis legitur plenè infra in opere quarta diei: posuit eas Deus, scilicet luminaria & stellas in firmamen. cœ. Nec obstat quod dicitur in prima die: In prin. creauit Deus cœlū, quia ibi summariè includitur totum opus sex dierum, vt suprà dictum est. Et quia in prima die mentionem fecerat de primo mobili & eius motu, vt ibi fuit expositum. Nunc autem in secunda die de firmamento in quo sidera fuerunt posita mentionem facit ostendens quod hoc firmamentum fuit productum de nihilo in sua propria specie per creationem: quod consonat huic quod dicitur, Fiat firmamentum, non exprimendo aliquid de quo tale firmamentum fieret. Si enim de abysso vel ab aliqua parte eius firmamentum fuisset formatum, vt quidam dicunt, dixisset vtique: Fiat abyssus. vel, fiat de abysso firmamen. sicut dixit de herbis & plantis quæ de terra fuerunt producta, exprimendo: Germinet terra herbam, &c. cōsequenter dicit: Protulit terra herbam. Similiter in quinta die dicit: Producant aquæ reptile. & in sexta: Producat terra animā viuentem. Ex quo sequitur quòd illa vbi non exprimitur materia, sed solum dicitur, Fiat: non debent intelligi fieri ex materia præiacente sed in sua propria specie totaliter ex nihilo per creationem producti, & sic intelligendum est, cum dicitur: Fiat lux, Fiat firmamentum, Fiant luminaria. Si autem contra hoc dicatur quòd si sic, scriptura debuisset vti in illis verbo creations, vt intelligerentur talia de nihilo fieri seu produci. Dicendum, quod hoc non requiritur secundum opinionem Chrys. supradictam quam hic sequimur. nam in hoc quòd dicit, Creauit Deus cœlū & terram: intelliguntur omnia cœlestia & terrestria in processu sex dierum à Deo immediatè creari, præterquam illa de quibus in litera assignatur ipsorum materia, vt iam dictum est. Si autem quæratur de hoc quod sequitur: & fecit Deus firmamentum, quomodo habeat intelligi, cum enim dicitur de Deo in Psalm. cxlviij. a. Ipse dixit, & facta sunt, cum dixisset. Fiat firmamentum, statim debuisset dicere, Et factum est ita, sicut in luce prima. Dicendum quòd quia fieri quandoque importat acquisitionem alicuius dispositionis accidentalis in re facta, prout in postilla deducitur, idcirco vt denotaret scriptura firmamentum in sua prima productione fuisse à Deo secundum omnes suas qualitates accidentales perfectum, ideo subdit: Fecit Deus firmamentum. Idem est dicendum de luminaribus, cum dicit. Fecitque Deus duo luminaria magna, de luce autem non sic. Nam licet lux in prima die esset facta perfecta quantum ad hoc, q̄ Deus per eam diuideret diem à nocte, non simpliciter tamen fuit perfecta, sicut lux luminariū, vt infrà patebit, & ideò de ea non dicitur, Et fecit Deus lucem, sicut dixit, fecit Deus luminaria. Circa secundum principale attendendum est, q̄ licet de aquis superioribus multæ sint opiniones sanctorum doctorum: semper salua autoritate, prosequendo in hoc loco quæ suprà dicta sunt, dicendum est, q̄ corpora diaphana sub nomine aquarum intelliguntur propter conformitatem perspicuitatis: vnde & primum mobile eadem similitudine aqueum dicitur seu crystallinum. Vnde magister in litera de aquis superioribus dicit, quòd non vaporali tenuitate, sed glaciali soliditate suspenduntur ne labantur: sed quia primum mobile, & cætera corpora cœlestia maximè obediunt motori, sicut aqua inter omnia corpora visibilia mixta hoc habet, idcirco potius nominatur nomine aquæ in scriptura, quàm nomine chrystalli, iuxta illud Psalmi cij. a. Qui tegis aquis superiora eius. Non ergo merè æquiuocè superiores & inferiores dicuntur, sed quodammodo quasi analogicè. Et notandum, quòd huiusmodi firmamentum, scilicet, cœlum sidereum, diuisit aquas superiores ab aquis inferioribus, non solùm secundum locum, sed etiam secundum quasdam proprietates essentialiter consequentes motum earum. Prout magister Bonauentura super ij. distinct. decimatertia, hoc videtur dicere. Aquæ enim superiores, scilicet cœlum crystallinum, seu aqueum est primum mobile. quod vniformiter & continuè vnico motu mouetur, secundum quem reuoluitur totum cœlum motu diurno, maximè vniformi. Aquæ verò inferiores. scilicet elementares, mouentur multipliciter & difformiter secundum quodlibet genus motus. seu mutationis & alterationis, & huiusmodi. Firmamentum verò, scilicet, cœlum sidereum participat proprietatem primi mobilis, inquantum est immune ab alia mutatione quacunque, præterquàm secundum situm, imperfectè tamen attingit vniformitatem motus primi mobilis, eo quod cœlum sidereū participat etiam hoc firmamentū quodāmodo proprietate inferiorū

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquarum, non formaliter sed effectiue inquantum habet virtutem causandi diuersitatem generationis & corruptionis, & cuiuscunque alterationis seu mutationis, per accessum & recessum, per diuersas stellarum seu constellationum influentias: vnde hoc firmamentum sic intellectū quasi medium inter predictas aquas & quodammodo participans vtriusque similitudinem extremorum, distinguit aquas ab aquis. Aly vero dicunt scilicet quòd firmamentum die secunda factum intelligitur illa pars aeris quæ condensatur in nubes, & dicitur firmamentum propter spissitudinem aeris in parte illa. Sed quia hæc expositio licet ab August. super Genesi commendetur inquantum nihil dicit contra fidem, & quod proponit prompto documento credi potest, quia tamen remota videtur a plano sensu literali: secundum quem traditur plane, q̃ in quarta die posuit Deus luminaria & stellas in firmamento cœli, circa prima expositio videtur verior. Quod autem sequitur. Vocauit Deus firma. cœlum, intelligendum est secundum Rab. Moys. quòd vbi ista vocatio habetur intelligendum est esse aliquid aliud, quod hoc nomine principaliùs vocatur, sed appropriatur ad minus principale, propter vsum communem hominum. Sicut dies principaliter dicitur spacium xxiiij. horarum prout ibi. Factum est vespere & mane dies vnus, sed communius in vsu, latio lucis seu solis super terram, dies dicitur, vnde Deus vocauit lucem diem. Similiter in hoc loco cœlum principaliùs significat omnes orbes scilicet nouem sphæras, & etiam empyreum, & cœlos inferiores, prout ibi: In principio creauit Deus cœlum & terram, vt supra expositum est, sed communiori modo cœlum dicitur firmamentum tantum, & ideo vocauit Deus firmamentum cœlum. Similiter non solum arida. sed totum terra elementum principaliter dicitur terra prout ibi: Terra autem erat inanis & vacua: sed communiori modo loquendi arida dicitur terra: & ideo vocauit Deus aridam terram. De opere tertie diei qualiter intelligatur hoc. Congregatio aquæ in vnum locum. Non modicam videtur habere difficultatem, cū enim terra secundum suæ naturæ grauitatem absolutam vndique debeat esse aquis cooperta non videtur aliquis locus super terram ad quem seu in quo aquæ naturaliter sint congregatæ, sic vt terra discooperiatur. Ad quam difficultatem dicendum diuersi varie scripserunt. Quidam enim dicunt, quòd terra prebuit aliquas partes concauas, in quibus aquæ confluentes ad partes terræ: quæ nunc est discooperta reciperentur. Sed hoc non videtur posse stare. Nam elementum aquæ est multò rarius quam terra, sicut & aer multo rarior est aqua, vt patet ad sensum: nam modica quantitas aquæ in vaporem aereum per operationem ignis resoluta, multo maiorem quantitatem aëream facit. Vnde quidam philosophi dicunt elementum aquæ in decupla quantitate esse maius terra: Similiter & elementum aëris, in multo maiori proportione excedere quantitatem elementi aquæ, prout satis patet consideranti loca propria elementorum, quæ quanto magis recedunt à centro versus circumferentiam, tanto sunt multò maioris capacitatis: Non ergo terra cum ferentiam, tanto sunt multò maioris capacitatis: Non ergo terra habet capacitatem recipiendi in concauitatibus suis tantam quantitatem aquæ, quanta erat super totam terram habitabilem, quæ est quarta pars ferè totius orbis terræ secundum astronomos, vnde alij dixerunt, quod aliæ † de-pressiata. aqua ante eius congregationem erat valde nebulosa, quæ post congregationem † densata est, idcirco minorem occupat locū, quod etiā nō videtur valere. Tum quia littera nō dicit: Condensentur aquæ, sed congregentur, Tum quia sensibiliter videmus, quòd aquæ receptæ in concauitatibus terræ non sunt magis condensatæ quàm aliæ. Tum quia quātitas elementi aquæ semper excedit quantitatem elementi terræ, propter aquæ raritatem in magna proportione: vt dictum est, & sic idem inconueniens sequitur sicut prius, scilicet quòd capacitas terræ non sufficit ad tantam aquæ quantitatem in concauitatibus suis recipere. Vnde aliter dicitur ab alijs, scilicet quòd aquæ in loco vbi nunc sunt congregatæ, in maiorem sunt eleuatæ altitudinem. Nam vt dicit Basil. experimento compertum est in mari rubro, mare esse altius terra, quæ quidē responsio adhuc non tot aliter videtur sufficere: Tum quia pluries in scriptura, eūtes ad mare, descendere dicuntur, sicut Psalm. centesimo sexto. c. Qui descendunt mare in nauibus: & Ionæ primo. a. De Iona eunte in mare dicitur. Et descendens cum Ioppen inuenit naue&c, Tum quia aqua de sua natura sit fluida, non potest habere in se partes montuosas scilicet cæteris altiores, sicut in terra propter sui soliditatem hoc contingit. Tum quia rotunditas aquæ potest demonstrari physicè, sicut & terræ rotunditas: quod patet. Nam quælibet partes aquæ habent æqualem inclinationem naturaliter ad centrum, eleuatio etiam poli in diuersis partibus maris, similiter & diuersitas in ortu & occasu solis & stellarum, vniformiter se habet sicut in terra. & vbicunque sunt nauigantes in mari Oceano, seu Mediterraneo tempore tranquillitatis semper vident hemisphæria plana absque montuositate seu altitudine in aliqua sui parte, sicut sit in planissima terra in qua nullis montes seu colles reperiuntur. Et ideo saluo semper meliori iudicio, vltetius videtur de hoc aliquid dicendum. Pro quo attendendum est, quòd sicut terra secundum Astronomos & philosophos est in medio vniuersi, tanquam eius centrum, & est rotunda seu sphærica, cuius centrum est idem centro vniuersi: prout demonstratiue probatur in vtraque scientia predicta. sicut elementum aquæ ratione pari de sua natura est rotundum seu sphæricum, cuius centrum est idem in sua prima productione cum centro terræ seu vniuersi: sed oportuit terram esse discoopertam ab aquis secundum aliquas partes sui propter necessitatem ignis. s. propter habitationem animalium & huiusmodi. Sapientia autem diuina quæ disponit omnia suauiter) sic disposuit, vt elementum aquæ seruando suam rotunditatem naturalem haberet centrum separatum à centro terræ & vniuersi, secundum astronomos qui motus siderum diligenter inuestigarunt, centrum quorundam orbium planetarum est separatum a centro vniuersi, vnde apud eos tales orbes dicuntur eccentrici seu egressæ cuspidis, vt in quarto Almagesti, & in alijs locis illius libri pertractatur. Quæ quidem diuersitas seu distantia vtriusque centri. s. terræ & aquæ, ab inuicem sic à Deo fuit disposita, vt inde sequerentur quinque ad propositum pertinentia. Quorum primum, quòd licet sint multæ congregationes aquarum in diuersis locis, tamen omnes aquæ quæ sub cœlo sunt, sunt ad vnum locum congregatæ prout Deus disposuit, nam qualibet aqua habet æqualem inclinationem ad centrum elementi aquæ, sicut qualibet pars terræ ad centrum terræ, & sic habetur verus intellectus illius quod dicitur, Congregentur aquæ ad locum vnum, hoc est dicere: inclinentur aquæ omnes quæ sub cœlo sunt ad vnum locum. s. ad vnum centrum seorsum à centro terræ, ad quod centrum congregentur aquæ sicut partes terræ. Quæ quidem congregatio veritatem etiam habet in omnibus congregationibus aquarum siue in fluminibus, siue in stagnis, siue in cisternis & huiusmodi. Nam omnes aquæ vbicunque sint habent inclinationem ad centrum aquæ ad quod fluunt cessante impedimento, sicut partes terræ etiam si sint in aere & extra terram suspensæ semper habent inclinationem ad suum centrum. Secundum quòd sequitur ex predicta distantia est, quòd aqua non totam cooperiat terram. sed aliquam partem dimittat discoopertam prout requirit talis distantia centrorum ab inuicem, & de hoc dicit in litera, Et appareat arida. Sequitur tertium ex huiusmodi distantia centrorum, quòd hæc congregatio fuit à Deo facta per certam legem seu dispositionem in gyro vallantem abyssos. s. multitudinem aquarum, prout litera sonat Prouerb. viij. c. Quando certa lege & gyro vallabat abyssos. Quartum sequitur ex predicta distantia, quòd licet in ripa maris cōmuniter terra & aqua sint æqualis alti tudinis, tamen procedendo in mari per elongationem a terra, mare semper est altius terra, vnde in Psal. lxviij. a. Veni in altitudinem maris. Et tantum quandoque proceditur, quòd mare est altius quàm montes in terra, & sic intelligitur illud Psal. cinj. a. Super montes stabunt aquæ, quia altiores sunt aquæ Oceani præsertim procedendo versus medium quàm montes terræ. Sequitur quintum ex predicta distantia quòd incedentes per terram, ad mare, descendentes debent dici sicut in autoritate præallegata, & in alijs quamplurimis habetur. Similiter quòd mare dicitur esse seu fundari super terram, prout legitur in Psa. xxiij. Ipse super maria fundauit eum. Et vt predicta clarius intelligantur, ponitur hæc figura quæ representat hæc elementa, scilicet terram & aquam, tam prima eorum productione, quàm post aquæ congregationem. In qua figura licet corpus mathematicè consideratum non possit in superficie plenè representari, tamen satis sufficit recte imaginanti.



IN hac figura sit A. centrum terræ, quod est etiam centrum vniuersi, & sit sphæra terræ B.D.G.E. super centrum. A. & sit sphæra aquæ

ra aquæ ante eius congregationem. m.n.o. super centrum. a. supradictum quod est centrum vniuersi. Nam aqua ex sui primæua natura æqualiter habebat circundare terram, cum quælibet pars aquæ æqualiter haberet inclinationem ad centrum terræ, quod est centrum vniuersi. Dispositum autem Deus quòd hæc sphæra aquæ congregaretur ad vnum locum, sic vt arida appareret. Sit ergo sphæra aquæ secunda. scilicet post huiusmodi ſuſionem congregatæ: vbi nunc est sphæra. c.d.e. qua quidem sphæra est æqualis primæ sphæræ aquæ scilicet. m.n.o. Sit etiam centrum sphæræ aquæ post eius congregationem. s. quod est eccentricum, vt dictū est, eò quòd distat seu egreditur a centro. a. quod est cētrum vniuersi. Intercedet ergo hæc sphæra aquæ sphæram terræ in duobus punctis seu locis. scilicet. d.e. Patet igitur in hac figura primum intentum, scilicet q̃ omnes aquæ vbicunque fuerint sub cœlo. ad sphæram aquæ sunt virtualiter congregatæ. Et per consequens ad vnum locum. Nam qualibet aqua habet æqualem inclinationem naturalem ad sphæram seu centrum sui elementi scilicet aquæ quod est. s. etiam si sint separatæ in locis alijs, vbi impediantur ne possint fluere ad locum suum: sicut etiam partes terræ vbicunque suspendantur seu detineantur ad sphæram terræ seu ad centrum terra habent inclinationem naturalem: & hoc est quod dicitur. Congregentur aquæ ad vnum locum: vbi notāter dicitur. Quæ sub cœlo sunt, ad excludendum aquas superiores quas nō intelliguntur sub hac ordinatione. Patet etiam in hac figura secundum mōtem. s. q̃ aqua non totam cooperiat terram: sed aliquam eius partem dimittat discoopertam: nam arcus e.b.d. qui est in sphæra terræ est discoopertus ab aquis, vt patet in hac figura: quod secundum cosmographos est fere quarta pars terræ, ceteris partibus ipsius terræ remanentibus sub aqua cooperti: vnde notanter dicitur: Vocauit Deus aridam, terram, ad differentiam terræ cooperte aquis, que non dicitur arida. Patet etiam in hac figura tertium intentum. s. q̃ hæc congregatio fuit à Deo facta per certā legē seu institutionem. quia Deus vallauit ad est circummunitit in gyro, hoc est, in circuitu abyssos. s. aquarū multitudine, nam per gyrum, seu per circuitū sphericum. s. c. d. e. vallauit tot manultitudinem aquarum virtualiter, sic. q̃ qualibet aqua quæ sub cœlo est, ad hunc gyrum ex certa lege diuina habent inclinationem connaturalem: & sic habetur verus sensus huius dicti. Certa lege & gyro vallabat abyssos. Similiter & huius quod dicitur, Circumdedit mari terminū suum: & similum. Patet etiā quartum intentum in hac figura. s. q̃ licet in ripa maris terra & aqua in eodem loco concurrant, veputa in d. procedendo tamen in mari per elongationem a terra mare semper est altius terra. quod sic patet, nam si procedatur à loco d. in quo concurrent aqua & mare (vt dictum est) per elongationem à terra vsque ad aliquem locum, veputa ad locum c. qui est in superficie maris cūe. s. est locus altior quam d. nam si protrahatur linea ab a. quod est centrum terræ seu vniuersi vsque ad c. talis linea intersecabit superficiem terræ in aliquo loco, & sit verbi gratia in g. & cum a. d. & a. g. sint æquales: quia procedunt a centro ad circumferentiam, sequitur, q̃ linea a. c. est maior quàm linea a. d. & per cōsequēs c. locus est altior d. quia magis accedit ad circumferētiam vniuersi: quàm d. Et quia diameter elementi aquæ est in magna quantitate maior diametro terræ, vt puta in decuplum, vt dictum est: sequitur quòd tamen posset procedi per elongationem à terra, quòd sit mare ibi altius quàm montes in terra, nam montes quantuncunque alti nullam proportionem perceptibilem habent per comparationem ad orbem terræ, vt patet in eclypsibus lunaribus, in quibus ex quantitate vmbræ à terra causatæ, commensuratur certitudinaliter quantitas eclypsis, nulla mentione facta de vmbra montium, ratione predicta. Idem etiam patet in commensuratione dierum & noctium, in qua non fit aliqua mentio de altitudine montium, acsi esset terra sphærica penitus, & sic intelligitur illud Psal. cij. a. Super montes stabunt aquæ. s. quod altiores sunt aquæ Oceani procedendo versus medium, quàm montes terræ. Sequitur quintum intentum. s. quòd incedentes per terram ad mare descedere dicuntur, sicut patet in autoritate præallegata, & in alijs quòd sic patet: nā assignetur alijs locus in superficie terræ discoopertæ circa ripam, & sit. b. & sic protrahatur linea à centro aquæ quod est. s. vsque ad punctum. b. tunc talis linea intersecabit superficiem aquæ in aliquo loco, & sit verbi gratia in puncto. a. & tunc constat quòd linea a. b. est maior quam linea. s. a. & per consequens locus. b. respectu. s. quod est centrum aquæ: est altior quàm locus. d. vbi est ripa: vt patet manifestè. Et sic patet ratio quare aquæ vbicunque ponantur in terra naturaliter descendendo fluunt ad mare, nisi impediantur, iuxta illud Eccle. j. b. Omnia flumina intrant in mare. Et ex hoc sequitur quod incedentes per terram ad mare, descendentes debent dici, vt supra allegatum est, nam de communi modo loquendi. loca terræ à quibus aquæ fluunt dicuntur superiora respectu locorum ad quæ fluunt. Patet etiam in hac figura quòd terra dicitur fundari super mare, vt in Psal. xxiij. a. Quia ipse super maria fundauit eam. Terra enim habitabilis. s. d. b. e. super elementum aquæ fundatur. altior enim est respectu. s. quod est centrum aquæ, quàm tota sphæra aquæ post eius congregationem, & eadem ratione dicitur esse terra super flumina, nam flumina à terra descendunt in mari vt dictum est tanquam à superiori loco ad inferiorem. Ex quibus bene consideratis potest haberi verus intellectus scripturarum quæ de cō

paratio

pauatione aquæ ad terram quo ad situm tractat, quæ diuersimodè ab aliquibus expositoribus exponuntur. Patet etiam ex supradictis quod terram esse discoopertam secundum aliquam partē ab aquis modo predicto, nulli potest attribui, nisi potestati & ordinationi diuine, vt scripturæ in multis locis testatur, vnde Hier. v. e. Me ergo non timebitis ait dominus, & à facie mea non delebitis, qui posui arenam terminum mari. Ex quo patet hoc pertinere ad omnipotentiam diuinam solum. Similiter & ad eius ineffabilem prouidētiam, quæ disponens omnia sua uiter, locum dedit aquis miro modo connaturalem, ne vlterius terrā cooperirent, iuxta illud Psal. ciij. b. Terminum posuisti quem non transgredientur, nec conuertentur operire terram, & hoc est satis manifestum, nam licet exiccatio superficiei terræ aliquo mon possit causari ex actione solis desiccantis & huiusmodi, mutatio tamen seu separatio centri aquæ à loco sibi in prima productione debito, ad alium locum distantem, non potest causari, nisi à Deo qui solus est institutor naturæ. In hoc enim quòd Deus dixit, Congregentur aquæ & cætera, modo predicto, dedit aquis aliam naturalem inclinationem ab illa quam in primordio habuerant, vt suprà expositum est, & ideo rationabiliter huiusmodi congregatio aquarum fuit facta antequam sol fieret, vt innueret terram esse discoopertam, non per exiccationem solis (vt quidam erronee putant) sed infusione diuina. Item patet ex modo loquendi scripturæ in hoc loco. Non enim dixit: desiccentur aquæ quæ sunt super terrā, vt appareat arida, sed dixit: Congregentur aquæ, Quanta autem sit distantia vnius centri ab altero, valde difficile esset humanitus inuestigare. sed sufficit quòd tanta est illa distantia quanta requiritur ad hoc vt predicta inde sequantur. Potest etiam probabiliter opinari, non tamen certitudinaliter, quòd centrum aquæ elementaris sit idem cum eccentrico lunæ, eo quòd elementum aquæ prout experimur sequitur motum lunæ secundum succum, & refluxum. De opere quarte diei. Circa productionem luminarium & stellarum varie sunt opiniones, sicut & circa multa alia in hoc capitulo contenta, secundum tamen expositionem quam sequor, luminaria & stellæ fuerunt quarta die producta à Deo per creationem in suis proprijs & perfectis formis, quas formas sequuntur proprietates & virtutes quæ exprimuntur in litera, & alie quæ ibi non sunt expresse, cum sacra litera in hoc loco nō tradat nisi illa quæ visui seu sensui hominum communiter subiacent vt dictum est. Huic enim sententiæ litera valde consonat, cum dicit: Fiant luminaria, eo modo quo dixerat fiat lux, Non enim dixit, Producant cœli luminaria, vel nubes lucida producat solem, vel aliquid huiusmodi: in quo denotatur ipsa fuisse ex aliquo facta, nec etiam dicit in eis esse aliquid informe quod perficeretur, sed simpliciter in primo eorum fieri explicat eorum proprietates, vt litera plane testatur. Circa proprietates autem eorum attendendum, quòd non omnes proprietates luminarium & stellarum etiam sensibilium hic exprimuntur, sed illa quæ humanæ vtilitati manifeste deseruiunt. in quibus etiam differentia inter lucem primo die factam, & lucem luminarium innuitur, vnde de prima proprietate dicit, Diuidat die à nocte: in quo ostenditur quædā differentia inter hanc diuisionem diei & noctis. & illā de qua fit mētio in prima die, nam ibi non dicitur quòd lux diuideretur inter diem & noctē, seu lucem à tenebris. sed quòd Deus diuidit, eo q̃ illa lux non habebat proprium motum de se. sed per diffusionem & contractionē à Deo factam, dies diuidebatur à nocte, vt dictum fuit secundum Basi. sed luminaria quæ habent motum à se secundum naturam à Deo sibi collatam proprie diuidunt inter diem & noctē. vnde dicit, Fiant luminaria, &c. & diuidant die & noctē. Et notandum, quòd licet dies sit proprie latio solis super terram, tamen quilibet planeta & stella habet suum proprium diem, scilicet cum ipsa super terram fertur, & noctem ecōuerso. & ideo non simpliciter dicit de sole, vt diuidat diem ac noctem, sed etiam de omnibus dicit vt diuidant. Secunda proprietas est cum dicit, Sint in signa, quod communiter exponitur inquantum ex luminaribus cœli accipitur significatio pluuiosi temporis vel sereni, qua sunt apta diuersis negocijs, quod non sic intelligendum est, vt per luminaria & stellas communiter accipiantur signa serenitatis, vel pluuiæ cuiuslibet temporis sequentis: quia hoc pertinet ad astrologos, qui de his pronosticationibus intendunt, non autem ad populum præsertim rudem cui Moses loquebatur. Et etiam ipsi astrologi sæpe falluntur in pronosticando, sed hoc intelligi debet secundum quandam generalitatem significandi, vt cum cognoscitur quòd sole existente in parte septentrionali, seu in signis seu mensibus, huiusmodi calor viget vt in pluribus, & pluuiæ diminuuntur. & econtra de meridionalibus: & hoc communiter intelligitur à popularibus, qui communiter dicunt talem mensem esse calidum, & talem temperatum esse & huiusmodi, quòd veritatem habet in pluribus, quæ quidem noticia est magnæ vtilitatis in cultura terræ, vt est manifestum. Si autem intelligatur per quod dicitur signa, quòd de huiusmodi luminaribus & stellis possunt accipi signa aliorum euentuum, talis intellectus, & si fortè aliquid contineat veritatis, non tamen secundum primam significationem literalem, quæ de primaria significatione literæ secundū cōmunē modū intelligendi accipitur. Et de talib. signis intelligitur illud Hie. x. a. A signis cœli no metuas, quæ gentes. Et patet, q̃ hæc ꝓprietas nō pertinebat ad lucē prima die facta. Alia ꝓprietas luminariū ad vtilitatē hominū exprimitur, cū dicit, vt sint

Opus quārtæ diei.

Luminarū proprietates.

Nota de die.

alias † singulariter.

Secunda proprietas.

Tertia pro prietas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt sint in tempora. *Pro quo attendendū,quòd non dicit,vt sint in tempus:vt sic intelligeretur de tempore simpliciter sumpto, quod facbum est, cum primo motu,in prima die,vt dictum est:sed dicit,*in tempora,*vt intelligatur de vicissitudine temporum ex qua fastidium tollitur. Vnde in hymno:* Et tēporum dans tēpora,vt alleues fastidium:*& valitudo hymno:* Et tēporum dans tēpora,vt alleues fastidium: *& valitudo temporum,de quo dicit:* Et in dies,& an. *Per hoc enim qualibet duratio temporalis,mensurabilis est tam præterita,quàm futura secundum certitudinem,vel saltem æstimationem,quod non pertinet ad lucē primā die factam,præsertim cum non durauit nisi per tres dies. Alia verò proprietas maximè vtilitatis est.*Vtillu.su.ter. *quod est necessarium quantum ad visum qui est directiuus in operibus , & maximè vtilis est ad cognoscendas rerum differentias , vt in primo Metaph.quod non pertinebat ad lucem primā die factam,quæ non legitur illuminasse terram, quia ex sui tenuitate non poterat ad hoc attingere.Et ex hoc etiā sequitur illam lucem non habuisse alias vtilitates prædictas,quæ omnes proueniūt mediante illuminatione luminarium & stellarum super terram.Et vt summariè includeret alias proprietates luminarium,& stellarum , quæ essent quodammodo menarrabilia,dicit,* Vt præesset diei,& no.s.per potestatē *influendi suas proprias impressiones.Vnde & in Psal.cxxxv.b.de hac materia dicit:*Solem in potestatem diei, & lunam & stellas in potestatem noctis.*quia enim mediātibus radijs influunt,&ideo potestas diei præcipuè attribuitur soli,cuius radij in die cæteros obumbrant , potestas verò noctis lunæ & stellis attribuitur,quæ de nocte clarius irradiant. Et notandum q Moses in hoc loco causam productionis luminariū assignat solùm secundum q sunt facta ad vtilitatem hominum: vnde Deut.iij.c. de eis dicitur:*Quæ creauit Dominus Deus tuus in ministeriū cunctis gentibus,*sed ex hoc non tollitur ipsa fuisse facta propter totū vniuersum,& finaliter propter gloriam Dei,ad quam omnia producta , seu creata ordinantur. Vnde Prouerb.xvj.a.* Omnia operatus est Deus propter semetipsum.

Quarta proprietas.

Quinta proprietas.

ADDITIO II.

In eod.cap.j.Gen.vbi dicitur in postilla.Maximè quia secundum alios anctos doctores Moses.&c.

Licet verum sit,& expositio beati Aug.in hoc loco sit valdè tōginqua à plano literali sensu,non tamen ex hoc quod Moses rudi populo loquebatur:qui spiritualia capere non poterat.sed tantùm corporalia , posset sumi ratio contra expositionem Aug.sed potius videtur facere pro eo:quia propter ruditatem populi,& prontatem ad idololatriam,oportet q Moses de angelica natura & eius cognitione quasi parabolicè loqueretur per ses de angelica natura & eius cognitione quasi parabolicè loqueretur per similitudinem vespere & mane,&c.Vnde sensus literæ in hoc loco secundum Aug.si propriè intelligitur,est parabolicus,qui sub sensu literali continetur,qui quidem modus exponendi necessarius est & vtilis in multis locis sacræ scripturæ, prout suprà in quæstione super prologum in responsione ad quartum argumentum plenius continetur.

ADDITIO III.

*In eod.cap.j.vbi dicitur in postilla:Hic quæritur quare in secunda die non dicitur:*Et vidit Deus quòd esset bonum,&c.

Culpatur postillator in tribus.

In hoc loco videtur Postillator à rectitudine in trib.deuiare:quia primò autoritates doctorum non mediocrem autoritatem inter catholicos habentium irreuerenter tractat.Secundò,quia irrationabiliter dicta eorum improbat.Tertiò,quia expositionis literalis autoritatem, quā nostri

Rabanus commendatur.

doctores primò inuenerunt.Ra.Sa.Hebræo attribuit. Primum patet:nam responsio quam ipse vocat truphaticam, est illius magni doctoris Rabani, qui in hoc loco ad hanc quæstionem sic respondet : Nisi fortè sicut quidam patrum exponunt non esse bonum duplicem numerum: qui ab vnitate diuidit,& præfigurat:fœdera nuptiarum.Vnde & in arca Noë omnia animalia quæ bina ingrediuntur immunda sunt , & impar numerus mundus esse ostenditur.Hæc ille.Magist.etiam in ij.dist. xiij. respondens ad hanc q.sic dicit,Sacramentum aliquod hic cōmendatur:ideò enim fortasse non hoc dicit,quod tamen in alijs factum est , quia binarius principium est alteritatis,& signum diuisionis ab vnitate.Hæc ille. Non igitur modica irreuerentia est tantorum doctorū seu patrum expositionem truphaticam vocare. Secundum patet,nam motiuum postillatoris ad reprobandum huiusmodi expositionem doctorum,quod sumitur ex hoc,quòd in sacro Euangelio binarius numerus est laudabilis:ad quod allegat Grego. super Luc.x.modici valoris est apud sanè intelligētes. Cuius ratio est:nā in expositionibus mysticis,per vnam & eandē rem secundum diuersas sui qualitates.sæpè oppositæ designantur.Sicut & cœlum empyreum ratione

Binarius numerus quando,& quando non est laudabilis.

*splendoris per ignem posset designari,vnde & igneum dicitur : Infernus autē quia deuoratiuus est,& maximè obfuscatiuus: de eo legitur Iob xx. d.*Deuorabit eos ignis qui non succenditur.*Similiter & de binario numero est dicendum:quia si consideretur prout in eo ratio charitatiu primò saluatur,sic est laudabilis,& in bonum sonat:& ideò binarium intelligit isto modo Greg. super Luc. Inquantum autem binarius numerus ab vnitate primò discedit:principium seu signum diuisionis,& per consequēs non bonam habet significationem , & isto modo accipitur à doctoribus in hoc loco.vnde prædictorum doctorum expositio & si non sit literalis, non tamen est truphatica,sed verè expositio mystica: & ideò interposuerunt aduerbium dubitatiuum,scilicet,fortè vel fortasse,ad designandum quòd ex ea non potest sumi efficax argumentum sicut nec ex alijs mysticis expositionibus.Tertium patet,nam respōsio literalis quam attribuit ipsi Ra. Sa.inuenitur prius in gl.nostra,vbi sic dicitur.Vel ideò non additur,quia in hoc opere distinctio aquarū non est perfecta quæ in proximo sit,vbi dicit:*Congregentur aquæ in locum vnum , & ideo ibi addendum reseruatur:Hæc in glo.potius igitur erat attribuenda autoritas huius expositionis gl.nostræ,quàm Rab. Sa.prout ostensum est in iij.artic.quæst.superaddita in prologo.

ADDITIO IIII.

In eo.c.j.vbi dicitur in postilla , quæ distinctio facta est per hoc , quòd aqua prius producta in forma substantiali.

Congregatio aquarum de qua hic agitur non est intelligenda per densitatem aquarum nec per earum receptionem in concauitatibus terræ,prout aliqui voluerunt,sed per alium modum rationabiliorem.prout litera sonat sicut plenius in additione supradicta in opere tertia diei declaratur.vide ibi.

ADDITIO V.

*In eodem cap.i.vbi dicitur in postilla,*Et protulit terra. *intelligitur passiuè.quia virtute diuina actiua protulit,&c.*

Ex hoc quòd diuina virtute terra protulit herbam,non tollitur quin terra actiue protulit prædicta. vnde Aug.in hoc loco causaliter dictū est produxisse terram,herbam, & lignum.i.producendi accepisse virtutem. Hæc Augusti.

ADDITIO VI.

*In eodem Gene.cap.i.vbi dicitur:*Stellæ autem fixæ,*&c.*

Octaua sphæra.

Octaua sphera vbi sunt.xij.signa & stellæ fixæ,motum habet proprium distinctum à motu firmamenti,qui quidem motus dicitur apud astronomos motus accessus & recessus.

ADDITIO VII.

In eodem cap.j.vbi dicitur in postilla:Nec valet quod contra hoc obiicit frater Thomas,&c.

De prima luce.

Si verba sancti Thomæ tractantis de luce in prima die producta in prima parte.q.lxvij.art.vlt.in respon.ad ij.arg.recte intelligantur,improbatio postillatoris nullum habet locum:Verba enim sua in hac materia loco alleg.hæc sunt in forma. Quidam dicunt,lucem illam fuisse rubē quandam lucidam : quæ postmodum facto sole in materiam præiacentem redijt.Sed istud non est conueniens, quia scriptura in principio Geneſis, commemorat institutionem naturæ quæ postmodum perseuerat , vnde non debet dici,quòd aliquid tunc factum fuerit,& post modicum esse desierit.Et ideo alij dicunt , quòd illa nubes lucida adhuc remanet , & est coniuncta soli,vt ab eo discerni non possit.Sed secundum hoc illa nubes superflua remaneret,nihil autem est vanum in operibus Dei.& ideo alij dicunt,quòd ex illa nube formatum est corpus solis. Sed hoc etiam dici non potest,si ponatur corpus solis non esse de natura quatuor elementorum,sed esse incorruptile per naturā:quoniam secundum hoc materia eius non potest esse sub alia forma,& ideo dicendum,& cætera. Hæc ille. Ex quibus verbis manifestè patet,quòd sanctus Tho.non improbat tertiā positionem,quæ dicit solem esse factum de illa nube lucida:per hoc quòd in prima rerum productione non est dicendum , quòd aliquid sit productum satis cito corrumpendum, prout postillator eidem imponit.sed Sanctus doctor improbat hanc positionem per aliudmedium & conditionaliter.S.si ponatur corpus solis esse incorruptibile per naturam:quia secundum hoc materia eius non potuit esse sub forma nubis lucidæ.seu alia forma quacunque distincta à forma solis quæ nunc est.Primam autem positionem,quæ dicebat illam nubem lucidam postmodum facto sole in materiam præiacentem redijsse,improbat sanctus Tho. per hoc, quòd nō est dicendum quòd aliquid in prima rerum productione sit productum satis cito corrumpendum . Quæ quidem improbatio est manifesta quo ad istam positionem primam.nam si nubes illa lucida in materiam præiacentem redijsset,certum est ipsam corruptam fuisse secundum perfectam rationem corruptionis.non enim transmutabatur in melius.Vnde in hoc loco videtur quòd postillator aut non legit verba sancti Thomæ prædicta,aut voluit inuoluere sententias eius,vt eum irrationabiliter reprehenderet . Quod autem subiungit postillator de sancto Thoma, quòd incidit in illud quod improbat , eo quòd in opere quintæ diei dicit,quòd aues & pisces facti sunt ex quatuor elementis &c. nihil rationis videtur continere, nam sanctus Thomas non improbat quòd aliqua natura in principio Gen. commemorata secundum aliquid sui produceretur aliqua alia natura, sicut herbæ vel plantæ ex terra,& aues & pisces ex aqua seu ex quatuor elementis:sed dicit esse inconueniens quòd aliquid tunc factum fuerit , & postmodum esse desierit.S.secundum totum vt quòd totum elementum aquæ vel huiusmodi nunc perseueraret , sed post modicum desineret esse : quod esset contra constitutionem naturæ quæ perseuerans est.

ADDITIO VIII.

In eod.cap.j.vbi dicitur in postil. Considerandum etiam quòd aues & pisces,&c.

*Dicendū est hic sicut suprà.super illud verbū,*Et protulit terra.*S.q ex hoc ex eo quod pisces & aues fuerūt producti à Deo actiuè,non sequitur quòd non fuerint producti ex elementis actiuè.Causa enim prima non semper excludit actionem causatum secundarum:vt dictum est.*

ADDITIO IX.

In eodem capitulo primo vbi dicitur in postill.Ex quo patet Iudæos ceciderisse in errorem Saracenorum.

Sicut inter Christianos fuerunt aliqui hæretici , vt Arriani , Nestorians , & huiusmodi quorum errores non sunt imponendi veris Christianis , sic inter Iudæos fuerunt aliqui habentes erroneas opiniones , quæ

Remuneratio in alia vita quæ & qualis sit,secundum Iudæos.

non approbantur à Iudæis communiter.Vnde licet in aliquibus opusculis eorum appareat quòd in alia vita sint corporales delectationes,communitas tamen eorum hoc omninò respuit: Etenim contra illud Esa.lxvij.b. A seculo non audierunt,nec auribus perceperunt , oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. *Ex quibus verbis manifestè habetur , quòd remuneratio præparata,iustis superat omnem sensum:vnde determinatio communis apud eos , prout Rab. Moses dicit, q in alia vita non est cibus , nec potus , nec actus venereorum , sed iusti delectantur ex splendore diuinæ gloriæ . Quapropter attribuere istum errorem Iudæis in communi non est vtile ad eorum reductionem : crederent enim quòd nos fingimus mendacia contra eos, quod non modicum impedimentum præstat ad hoc vt reddantur eis credibiles.*

ADDITIO X.

In eodem.Gene.capitulo primo,vbi dicitur in postilla : Imago autem Dei consistit in anima,&c.

Imago & similitudo quomodo differant.

Hæc expositio Postillatoris, de imagine & similitudine , satis congrua est , & ponitur à Magistro in ij.distinct.16. Sunt tamen alij modi exponendi vt ibidem habetur , quorum ratio differentiæ prout in prima parte.q.xciij.artic.viij.potest sic sumi : Nam similitudo aut consideratur vt præambulum ad imaginem inquantum est communior quam imago (omnis enim imago est similitudo & non econtra)vel potest considerari, vt subsequens ad imaginem inquantum significat quandam imaginis perfectionem . Dicimus enim imaginem alicuius esse similem ei cuius est imago , inquantum perfectè representat ipsum . Vnde similitudo , si distinguatur ab imagine, primo modo prout est præambula ad ipsam,sic similitudo attenditur secundum ea,quæ sunt communiora proprietatibus intellectualis naturæ:& secundum hoc ad imaginem Dei mens pertinet.secundum Augustin . in libro lxxxiij. Quæstionum. Cætera autem hominis,scilicet quæ pertinent ad partes inferiores animæ , vel etiam ad ipsum corpus,ad similitudinem facta esse dicuntur:Si autem distinguantur secundo modo.scilicet prout similitudo significat imaginis perfectionem : sic habet locum expositio postillatoris.

Tractatus magistri Matthiæ Doring, ordinis minorum quem intitulauit, Correctorium corruptorij Burgensis. Inquo dicta Postillatoris, contra Burgensem defenduntur.

POST Prologum Burgensis ad literam accedens : dicit se velle aliqua supponere ex quibus trahi debeat aliquid planum ro simpliciter capientibus. Et hoc faciens uoluendo sententias , circa primum catulum replet totum vnum sexternum s suis inuolutionibus per optimè pensata : videri poterit quòd primum capitulum remanet plus dubiū in multis , quàm explanata postillatoris expositione . In qua ingressione reprehendit aliquādo postillatorem: Primò,dicens, quòd minus sufficienter se habuit circa processum introductorium primi capitu li,in eo q dicit intellectum operationis sex dierum dependere ex varietate opinionum de natura materiæ à philosophis positarum.Vbi dico, quòd Burgensis non bene reprehendit postillatorem:Nam postillator dicit duas solennes expositiones literales doctorum esse,quæ procedunt variè,secundum opiniones varias de natura materiæ à philosophis positas : & excludit admirationē eorum qui ægrè ferre possent eum dicta philosophorū opinabilia tractare in expositione literali dicens : Ex illarum pertractatione dependet intellectus operis sex dierum , non directè & per se , sed inquantum exponitur varie à diuersis : Non igitur vult quòd sensus literalis sit sumendus ex opinionibus philosophorum , sed quòd videri possit, quæ doctorum expositio innixa & fundata super huiusmodi , sit rationabilior & sensui literali propinquior : non igitur inconuenienter dictum , vt putat Burgensis.Rationes igitur suæ reprehensionis non valent lent . Non prima : quia ex diuersitate opinionum non sumit sensum scripturæ , sed solum inquirit ex eis quæ sententia doctorum sit aptior . Nec secunda , quia articulum creationis non inquirit ex præfatis opinionibus : sed conuenientiam expositionum adductarum , intendit enim solùm expositionum varietatem & obscuritatem declarare: à quo etiam ipse Burgensis, non abstinet si reprehensibile est. Nam diuersitatem inter beatum Augustinum & Ambrosium sumi de informitate materiæ pertractat in solutione primæ quæstionis quam mouet,quare, scilicet scriptum non sit,fiat terra sicut fiat lux,&c Nec puto sine intellectu opinionum de natura materiæ expositionem Bedæ , Strabi.Lincolniensis, & cæterorum de prima forma corporali quicquam posse intelligere: quamuis ad verum sensum literalem huius passus , etiam sine eorum expositione quis possit peruenire.Item eadem digressione improbat Burgensis rationes per postillatorem adductas , ad ostendendum aggregationes aquarum in vnum locum , vt appareret arida , videlicet condensationem elementi aquæ , & receptionem multarum partium eius in concauitatibus terræ.quas rationes improbando Burgens. improbat , non modo Postillatorem,sed & beatum Augustinum , qui asserit has rationes super Genes.cap.xij. Sicque Burgens. ad reuerentiam sanctorum non respicit, quod suprà in Postillatore valdè reprehendit.sed frustrà. Rationes namque ipsius Burgensis contra beatum Augustinum & Postillatorem modicæ sunt apparentiæ. Nam prima fundatur super falsa imaginatione , quasi tota ratio siccitatis terræ,sit receptio aquæ in concauitatibus terræ, quod falsum est. Sed ex condensatione eius facta est , cùm in prima creatione aquæ fuisset tara ad modum nebulæ, & ex multis pugillis nebulæ factus est vnus pugillus aquæ sicut patet ad sensum. Sicque condensatione facta, pars receptæ est in concauitatibus terræ. Et ille sunt duæ causæ partiales siccitatis terræ , vt vult beatus Augustinus vbi suprà. Nec secunda ratio Burgensis valet , cùm dicit in litera dici , Congregentur aquæ , non condensentur : Nam congregatio simul & condensatio :est partium propinquior positio , & ita illa difficultas potius est vocalis quam realis. Similiter quod tertiò adducit , fundatur super falsa imaginatione. Imaginatur enim quòd aquæ in terra receptæ , sint densiores , quod verum non est, quantum est de ratione aquæ : quia toto elemento condensato, pars eius vna recepta est in terræ visceribus.Et per ea quæ dicta sunt,patet,q non valet illud,quod quartò adducit , quia condensatio & receptio sunt duæ causæ partiales ad vnum effectum ariditatis terræ. Præter has potior ratio ariditatis huius potest addi diuina voluntas , quæ legem posuit aquis ne transirent fines suos. Item in eadem digressione , reiectis modis dicendi beati Augustini & aliorum.Burgens.imaginatur aquam,quia in principio creationis fuit concentrica terræ,& vniuerso , factam eccentricam terræ, & concentricam lunæ,vt apparere posset arida:Sed quantumquam sua imaginatio sit valdè inuoluta , ad sensum tamen literalem modicum conferre videtur.nec fundat eam super aliqua autoritate sacri canonis,sanctorum doctorum,vel alicuius Philosophi.Et multa huic imaginationi contingunt inconuenientia. Primum, quia secundum illam aër & ignis ponerentur necessariò elementa eccentrica,per egressionem enim aquæ necesse est aërem egredi,cui non habeat in sua sphæra solubilitate resistendi , & idem arguitur de sphera ignis. Secundum,quia sic ordo elementorum à prima creatione institutus , & inclinatio naturalis ad centrum vniuersi omnibus elementis indita , secundum beatum Augustinum & ipsummet Burgensem citò cessassent : quod est contra Burgensem , & suum magistrum præcipuum sanctum Thomam.qui ideò reputat inconueniens lucem primā die factam. sole facto quarto die reduxisse in præcentem materiam , quasi in prima rerum productione aliquid fuerit productum, satis citò corrumpendum,vt patet prima parte,quæst.lxvij.articu. vltimo,in responsione ad secundum argumentum. Nec videatur modicum inconueniens ordinem illum , quo ad naturam elementarem specialiter aquæ,fuisse corruptum, cum multi ponderis sit ordo ille,in quo etiā sedia in se,videretur pulchra & valdè bona,vt inquit beatus Aug. in Super Genes.circa fi.Tertiū, quia sic videretur natura aquæ corrupta. Proprius enim passionibus,& naturalibus inclinationibus immutatis, necesse est naturā immutari,cessante enim inclinatione motus sui ad centrū vniuersi, & per consequens cessaret esse aqua.Nec valet instantia de aqua quæ est supra firmamentum , quæ non est mobilis ad centrum : quia secundum Burgensem in eadem digressione. Illa dicitur quasi aquiuoce aqua per quandam analogiam ratione diaphanitatis, non ratione grauitatis. Est enim appetitus naturalis grauis , motus ad centrum intrinsecus & naturalis , vt docet beatus Augustinus tertio super Genes. cap.nono. Propter hæc, & alia multa, imaginatio sua non videtur posse stare : Sed & mirum est , quòd nullus Philosophorum (qui de naturis rerum & earum connexione multa scripserunt) huiusmodi eccentricitatem videre non potuerint.quia de huiusmodi nulla scripta reliquerunt. Et manifestum signum quòd sphæra aquæ non sit eccentrica,sed potius terræ & vniuerso concentrica videtur esse tale,quia cessante lege quam Deus posuit aquis, & gyro vallant e abyssos, aqua naturaliter aridam absorberet , vt patet in diluuio : de quo capit. viij. infrà vbi etiam Burgens. sibipsi conditionem

Aquarum congregatio siue condensatio.

Ratio ariditatis terræ.

imaginatio Burgen. improbatur.

Optima ratio q aqua non sit recipiens & vniuerso eccentrica.

Universidad de Sevilla
Biblioteca

nem dicit, enim aqua sit naturaliter fluida, oportet, q tempore diluuij orbicularit̃ se habuerit circa centrum, id est terram. Congregationis igitur aquarum, vt appareret arida, prout supra dictum est, principalis causa est diuina voluntas, quæ terminum posuit aquis, ne transirent fines suos. Nec aqua per positionem talis legis detinetur violenter, quia quamuis illa detentio sit contra inclinationem naturalem grauis ad centrum, non tamen obedientialem, secundum quam Deus potest facere quodlibet ex quolibet.

Parabola.

Item in eodem capi. Burgen. quærens occasionem contra postillatorem dixit eum recedere à beato Augustin. m hoc quòd dicit ad literam per cœlum non intelligi angelicam naturam: vbi dico quòd nec beatus August. ad literam sic videtur exponere, sed quòd Burgen. dicit talem acceptionem esse parabolicam, non videtur verum: Nam secundum Britonem parabola differt à methaphora & paradigmate: quia secundum Donatum vt eum allegat Brito: Parabola est rerum genere differentium comparatio: & sic ponitur semen pro verbo Dei, leo pro Christo, & cætera. In proposito beatus August. quia talem comparationem exponendo non facit vt videtur: non est expositio eius comparabolica quæ solùm habet locum in his vbi res significant: non voces ad autoris intentum: & in illo casu parabolicus sensus non continetur sub literali, sed est verè literalis, quia à spiritu sancto intentus, imo sensus parabolorum secundum significationem vocum sæpe falsus est, vt patet Iudic. xx. b. de lignis in consilium conuenientibus, & de electione regis loquentibus: & sic de alijs passibus sacræ scripturæ. Ex quo bene infertur, quòd Burgen. in primo articulo suæ quæstionis præambulæ, non ponit sufficienter adæquatam rationem sensus literalis, cùm dicit quòd adæquatus sit ille qui à Deo intenditur & per voces in litera contentas significatur. Debuit enim addere propter præmissa: aut per res vocibus expressas significatur, & hic est verè parabolicus, qualis non apparet sensus beati Aug. de quo sermo præsens. Postillator igitur verum dixit expositionem beati Augustin., non esse literalem, nec per hoc recedit à beato Augustin. cuius expositio potius videtur allegorica quàm parabolica, quia ex alio aliud intelligitur. Ex cælo ad literam angelus per allegoricam, vt patet in Gloss. ordin. in principio. 6. quatuor sunt regulæ: cum etiam natura angelica & eius cognitio matutina aut vespertina sint à sensu nostro valde remotæ, ideo cadere videntur sub fide, iuxta vulgatum vt dicitur. Fides est credere quod non vides. Sicque ad allegoriam eius expositio pertinet iuxta communem dictum. Litera gesta docet, quid credas allegoria, &c. Huic igitur expositioni postilla tor non contradicit, sed eam quasi non literalem dimittit, sicut & ipsemet Burgen.

Item eodem capit. vbi postillator mota quæstione, quare secunda die facta non dicuntur bona sicut alijs diebus, tres responsiones adducit, quarum primam dicit truphaticam, secundam abijcit tanquam non fundatam, tertiam approbat à Ba. Sa. acceptam: in qua possu Burgen. dicit eum in tribus deuiare à rectitudine, quia rationem sanctorum irreuerenter dicit truphaticam. Secundò quia contra eos non adducit validam rationem. Tertiò quia veram responsionem attribuit infidelibus: quæ tamen in nostra gloss. continetur, cui potius debuit honorem exhibere.

Postillator defenditur.

Quo ad primum respondeo, quòd postillator non truphatur de sanctis doctoribus, sed, de imperitis lectoribus, qui id pro sensu literali eligunt, quod sancti mystice per quasdam particulares congruentias adducunt, vt patet in multis lecturis super Gene.

Quo ad secundum dico, quòd ratio postillatoris valida est ad probandum quòd Binarius non est generaliter infamis, quia etiam laudabilis in scriptura reperitur. Est igitur illa ratio sanctorum fundata super quibusdam incongruentijs binarij, non super ratione eius essentiali, quia alias omnis binarius esset infamis, quod efficaciter improbat ratio postillatoris.

Quo ad tertium ratio literalis quam postillator sumit à Rab. Salomon non est in glossa nostra: vt Burgensis dicit. sed glossa videtur sentire oppositum illius rationis literalis. dicitur enim in glossa allegante Bedam super illo verbo: & vidit Deus, &c. Nondum terra germinabat, nec aqua animantia viua produxerat, & tamen dicitur Deus videre quòd esset bonum, cedentibus aquis apparuisse aridam, quia vniuersitatis æstimator præuidens quæ sunt futura, quasi iam perfecta laudat, quæ adhuc in primo operis exordio sunt, quia apud eum rerum perfectio non in consumatione est operis, sed in prædestinatione voluntatis. Hæc glo. Si Burgensi & nobis communis est Glo. ordinaria, mirum est quod obijcit, cum ipsa glo. ponat ad quæstionem prædictam hanc primam rationem, non tertiam prout Burgens. fingit.

Item in eodem ca. cum dicitur, Protulit terra herbam. & cætera. Postillator dicit intelligendum esse passiuè, quia actiuè à solo Deo hæc virtus germinandi fuit. Contra quod Burgens. adducit beatum Augustì., dicentem, Causaliter dictum est produxisse terram, herbam, lignum & c. id est ad producendum accepisse virtutem. Ex quo dicto arguit Burgen. terram etiam actiuè protulisse ibi in litera enumerata: Sed non videtur Burgens. bene inferre ex dicto beati Augu. quia illa enumerata in litera sunt subitò producta in esse perfecto: quia herbæ habentes semen, & lignum habens fructum, in quibus modis producendi, creatura non potest actiuè concurrere, quia Deus fecit condidit, vt eas proprios motus habere finat, proprius autem motus creaturarum non est subitus, nec ad terminum primo perfectum, sed via generationis est ab imperfecto ad perfectum: ideo, embryo primo viuit vita plantæ, deinde animalis, post hominis, vt dicit Aristo. de animalibus. Imo generale est quòd primum perfectione est vltimum in via generationis: & econuerso. Nec videtur concurrere in generatione plantarum & reliquorum nisi materialiter, nec potest hodie actiuè concurrere, quia missus rat solùm materiam generationis, & quia materia est vna de quatuor causis, causaliter dici potuit: Protulit terra. & sic dictum beati Augu. per Burgen. adductum accipiendum videtur: actiuè autem à solo Deo primo, & tunc per virtutem seminalem inditam ab eodem, vt sonat litera. Ad idem glos. interli. Et factum est: glossa, causaliter: & protulit, glossa, actualiter.

Item in eodē capitulo vbi postillator notauit sanctum Thomam dicentem quòd ex luce prima die facta corpus solis fieri non potuit: Burgens. in defensione sancti Thomæ, exardescens passionibus permouetur, & dicit postillatorem dicta sancti Thomæ non vidisse in hoc loco, qui tamen vt apparet, clarius & magis intimè vidit quam ipse Burgensis. Qui enim ad illa dicta sine passione respicit, clare cognoscit quòd improbatio tertiæ opinionis innititur eodem medio, sicut improbatio primæ opinionis: illi videlicet quòd quia nihil fuit in principio conditum, citò post corrumpendum, ideo lux primæ diei sole facto non rediit in præcentem materiam. Quod autem probatio tertiæ opinionis innitatur eodem medio, patet sic: Nam tertia opinio per eum adducta est illa quòd corpus solis quarta die factum sit ex luce prima die producta: hanc improbans idem sanctus Tho. dicit esse inconueniens, si ponatur corpus solis non esse de natura quatuor elementorum, sed esse per naturam incorruptibilem, quoniam secundum hoc materia eius non potest esse sub alia forma: Hæc ille. Ex qua obiectione duo sequi videntur. Primum, quòd ex illa luce sine sui corruptione corpus solis fieri non potuit. quia materia solis non potuit fuisse sub alia forma sine corruptione prioris, cuius formæ corruptio non erat conueniens propter medium: per quod prima opinio fuit improbata, videlicet quòd nihil fuit in principio conditum, citò post corrumpendum. Hoc intrinsecus postillator videns, rationabiliter dixit solem factum ex illa luce, non obstante obiectione sancti Tho. prima parte sum. quæstione septuagesimaseptima, articulo vltimo, in responsione ad secundum argumentum. Secundum quod sequi videtur ex illis dictis est, quòd nulla materia existens sub forma priori, potest esse sub forma posteriori, nisi priori corrupta: ideo reprobat opinionem tertiam, quia forma solis specifica formam lucis generificam non compatitur: ideò ex luce non potuit fieri sol nisi forma lucis corrumperetur, quod est inconueniens propter medium, per quod prima opinio secundum eum fuit improbata, & quamquam illud dictum incidit in errores condemnatos Oxonie, inter quos habetur sic: Ducere tantum vnam formam substantialem in quolibet composito, error, tamen cum eodem dicto sanctus Tho. meidit in id quod improbat, quando ponit aues & pisces factos ex natura elementorum: quia ex hoc formæ elementorū positione formarum piscium & auium fuissent corruptæ secundum eum, & per consequens aliquid in principio productum, citò post corruptionis fuisset obnoxium. Nec valet euasio Burgensis de parte & toto: quia secundum hoc de aliqua portione lucis, corpus solis productum fuisset sine totius lucis corruptione.

Item in eodem cap. vbi de productione piscium ex aqua postillator dixit hanc productionem actiuè esse à solo Deo, passiuè ab elementis: Burgen. dicit quòd causa prima non semper excludit actionem causarum secundarum, volens contra postillatorem, quòd elementa etiam actiuè ad productionem piscium concurrerint: sicut supra correctorio quinto de productione herbarum & arborum à terra: Dicitur autem hic sicut ibi. In speciali tamen dico, quòd si in rerum productione prima causa secundarum causarum actionem non excludit, excludit tamen certum modum agendi vel coagendi, scilicet subitò: in quo modo creata virtus coagere non potest, multò minus tunc: bene igitur dictum est, quòd actiuè à solo Deo pisces & cætera à principio creata sunt.

Item in eodem capitulo vbi dicitur. Creauit Deus cete grandia, postillator reprehendit Iudæos in Thalmudicis communiter studentes, & simplices ex eis docentes, & errantes & errare facientes, quam reprehensionem Burgen. ægrè ferens, quasi adhuc affectione sanguinis Iudaizans dicit non esse vtilem talem reprehensionem, cum nō omnes Iudæi sic errent: & sic credunt nos fingere mendacia contra eos, & per consequens minus per nos potuerunt ad fidem reduci. Respondeo ego, quòd non possunt existimare per nos confictum mendatium, quod clarè sciunt in suis Thalmudicis contentum: & fortasse talis reprehensio cooperatur ad eorum reductionem, quando ex ea vident suos magistros, & apud Iudæorum communitatem authenticos ita malè de beatitudine & futura vita sentire.

Thalmud Iudæorum.

Igitur perfect

CAP. II.

IGITVR perfecti sunt cœ. & ter. ALC. Nullo modo dici potest, quomodo fecit Deus cœlū & terram. Sed hæc expositio per ordinem dierum indicat tanquàm historiam factarum rerum, sed maximè obseruat prædicationem futurorum. Si quem mouet, q in ætatibus seculi, duę primę denis generationib. explicātur, tres sequentes singulæ 14. sexta verò nullo numero generationum definitur, facilè est videre, etiam in vnoquoque homine infantiam & pueritiā quinq; sensibus corporis inhærere. Quinarius autem duplicatus (quia duplex est sexus humanus vnde generationes tales fiunt) denarium facit. Ab adolescentia vero vbi ratio prævalere incipit in homine, accedit quinque sensibus cognitio & actio quibus vita regitur & administratur. vt sit septenarius, qui duplicatus propter duplicē sexū 14. generationibus eminet, quas habēt tres ætates, adolescentis scilicet iuuenis, & senioris. Senectus verò nullo annorū termino finitur, sed post illas quinq; ętates, quātū quisque vixerit, senectuti deputatur. In hac quoque ætate seculi nō apparent generationes, vt etiam occultus sit vltimus dies, quem dominus vtiliter latere monstrauit.

Ornatus. i. exercitus.

† De feris, scilicet.

Allegorice.

a *Igitur perfecti sunt cœli & terra: & omnis ornatus eorum.* ALLEGORICE. Post illorū quasi sex dierū opera valdè bona sperat homo requiē perpetuā, & intelligat quid sit *& requieuit Deus die septimo ab operibus suis*: quia & ipse in nobis hæc bona operatur, qui iubet vt operemur. Et rectè quiescere dicitur: quia post hæc omnia opera requiē nobis præstabit, quomodo patrefami lias domum ædificat, cū seruientibus facere imperat, & post ab operibus requiescere. cum perfecta fabrica, iubet quiescere.

Moraliter.

ISID. Habet vnusquisque nostrū in suis operib. & recta vita tāquā distinctos istos sex dies, post quos debeat quietē sperare. Primo die lucē fidei quādo primū visibilibus credit, ppter quā fidē dominus visibiliter apparere dignatus est. Secūdo die factū est tanquàm firmamentum disciplin̄: quod discernit inter carnalia & spiritualia opera, sicut firmamentum inter inferiores aquas & superiores. Tertio die quo mētē suā ad proferēdos bonorū operū fructus præparat & erigit, separata labe & fluctibus † tentationū carnaliū, tāquam aridā habet mētē aperturbationi bus marisiut iā possit dicere: Rom. 7. d. *Mente seruio legi Dei*, &c.

aliàs † deteriorum.

b *Compleuitq; Deus &c.* AVG. Alia trāslatio *consummauit Deus die sexto opera quæ fecit*, quæ nihil quæstionis affert quia manifesta sunt quæ in eo facta sunt. Sed secūdū Hebraicā veritatē quærendum est. Quomodo dicatur Deus septima die opus suū cōpleuisse, ī quo nihil nouū creasse dicitur: nisi fortè ipsum tūc fecisse, & in eius factura opus suū cōpleuisse dicatur: qeo facto mēsurā numerūque perfecit dierū quorū circuitu oīa tecula voluuntur nā in reuolutione idē est octauus qui primus. Cōpleuit igitur die sexta opus suū, addito septimo quem sabbatū dici & esse voluit, quia mystica, præcæteris benedictione & sanctificatione eū donauit. Vnde & dies iudicij, quia post septimā sabbati ventura est octaua in scripturis dicta est, quasi septem tantū præcesserint. Dies quoque resurrectionis domini cum post tot dierū milia ventura esset, octaua dicta est. Potest autem dici cōpleuisse Deum die septima opus suum, quia ipsum benedixit & sanct

Quæstio.

Septima dies.

CAP. II.

¶ Causaliter quidam & potentialiter, quorum numeros proctus & defectus pus post visibiliter explicaret. ¶ Perfectione senarij. ¶ Sex diebus perfecta est rerum conditio. ¶ Sex ætatibus perficitur hominum reparatio.

IGITVR perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, † et requieuit die septimo ab uniuerso opere suo quod patrarat. ¶ In semetipso, quia post nihil nouum fecit

1 2 3

sanctificauit: opus enim est benedictio & sanctificatio: aliquid enim operis fecit Salomon cum templum dedicauit.

Quæst. Hebraic. in Gen. ici.

HIER. In Hebræo habet *die septima* Artabimus ergo iudęos, qui de ocio sabbati gloriātur, quia iā tunc in principio sabbatū solutū est, dū Deus operatur in sabbato cōplens opa sua in eo.

In cap. 2.

✠ PROCOP. Verbū (*compleuit*) hunc sensum apportat quasi Deo loqueretur de perfectione eorū, quę cum prius non essent, in essentia prouexit. Extāt enim quędam opera Dei nōdum ad rē collata, sed longè antè sunt prædicta vt futura. Quorū de numero est resurrectio mortuorū nec nō quæ per prouidentiam diuinam eueniunt, quæ sanè peculiari quadam consequētia, Deo sic disponēte eueniunt.

Libro 4. de Genesi ad literam c. 4 Quæstio.

Compleuitq, Deus &c. AVG. Quæritur vtrum illi sex dies prætierunt & addito septimo nunc per volumina temporum non re sed nomine repetantur. In toto enim tpe multi veniunt præteritis similes nullus. idem. Vnde dubitatur, vtrum illi sex dies prætierierint? An istis vltatis quotidiè trāscurrentibus, illi maneant in rerum conditionibus, vt non solùm in tribus ante luminaria, sed etiam in reliquis tribus intelligamus diem in specie rei quæ creata est, noctem in defectu vel priuatione, cum scilicet amittitur species aliqua mutatione quę inest omni creaturę siue possibilitate, cum desit effectus. sicut in cœlestibus corporibus, siue actu, vt in terrenis & mortalibus. Vespera autem in omnibus perfectæ conditionis terminus sit. Mane incipientis exordium. Omnis enim creatura certis initijs & finibus continetur. Sed siue hoc, siue illud, siue aliud probabilius dicatur, perfecto numero dierū, id est senario, perfecit Deus opera sua: quæ mēsura & numero dierum, & pondere disposuit, id est, in se: qui est mensura omnique rei modum præfigēs, & numeros præbēs & speciē, & pōdus: quia omnia ad quietē & stabilitatē trahit omnia enim terminat, format, ordinatque. Vel sic disposuit ea, vt haberent mēsuram, numerū, & pōdus, sicut dicitur: Deus corpora in colorib. disposuit, nō hinc esse cōcludēs, vt colores in se prius habuerint, sed vt ipsa colores haberēt. Nec senarius numerus ideo perfectus est quia sex diebus Deus opera fecit: sed ideò perfecit opera sex diebus, quia senarius est perfectus. Sine his ergo perfectus esset qui nisi esset perfectus, secundum eum perfecta non fierent.

Requiescere.

c *Et requi. Deus &c.* BEDA. Non quasi operando lassus, sed ab vniuerso opere quieuit, quia nouam creaturam facere cessauit. Requiescere enim cessare dicitur, vt in Apo. 4. c. *Requiem non habebant dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus.* i. dicere non cessabant.

Anagogicè

BEDA. Altius quoque intelligetur requieuisse ab vniuerso opere suo, id est, nō opus habuisse illis operibus, in quibus requieceret, cuius requies in semetipso vera est semper sine initio & fine: sed sola bonitatis causa fecisse opera, quæ in ipso requiescerent, humana verò indigētia quotidie laborat, vt in operibus suis requiescat: dicente Deo, infra. iij. d. *In sudore vultus tui, &c. p. t.* Deus autem non habuit necesse in creaturis suis requiescere, sed creaturis rationalibus in se requiem dedit.

Vbi supra cap. 8. TE. 10. 5. b Heb. 4. b.

Et requie. Deus &c. AVG. Non laborauit Deus in operādo qui solo verbo fecit, dicendo *fiat*. Nec homo dicendo fiat, laborat. Sed forte dicitur laborasse, cogitando quid fieret. Aliqua cura perfectis rebus quieuisse dicitur. Sed hoc sapere desipere est.

Deum

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. II.

Diuisio.

IGITVR perfecti sunt &c. *Postquàm descripsit Moyses hominis formationem propter quem alia fuerunt producta. Hic cōsequenter describit hominis formati statū siue cōditionē. Et quia ex fine sumitur ratio eorū quæ sunt ad finē ideo primo describitur ipsius hominis vltimus finis. Secūdo explicatur magnus modus suæ formationis, ibi:* istæ sunt generatio Tertio describitur locus suæ habitationis, ibi Plātauerat autē. *Quarto actus multiplicationis, ibi:* Dixit quoque. *Circa primū sic proceditur, quia primò cōtinuatur dictadicēdis. Secūdo describitur ipsius hominis finis, ibi:* Et benedixit diei. *Circa primum continuat de operibus sex dierum ad diem septimum in quo quieuit dicens.*

1 Igitur perfecti sunt cœli & ter. *sex prædictis diebus per opus distinctionis & ornatus vt prædictum est.*

2 Compleuitq; De. die septimo. *Alia translatio habet,* sexio die *& vtraq, vera est, vario tamen modo. Est enim duplex cōpletio vel perfectio alicuius rei. Prima est quando assequitur formam debitam, sicut ignis quādo per generationem assequitur formam igneitatis & qualitatum concomitantium. Alia est perfectio seu completio, quando exit in operationem sibi debitam, sicut quando ignis calefacit vel generat ignem. Et perfectio ordinatur ad secundam, quia forma est propter operationē. Igitur quia sex diebus perfectæ sunt creaturæ in suis formis & proprietatibus, ideo sexto die compleuit Deus opus suum quantum ad primam perfectionem: Sed quia à septimo die dicitur incepisse tempus administrationis & gubernationis rerum, sicut sex dies præcedentes dicuntur tempus productionis, ita dies septimus, & deinceps dicitur tēpus gubernationis. Per gubernationem enim res applicantur ad suas operationes, ideò dicitur Deus die septimo compleuisse opus suum quantum ad secundam perfectionem. & de isto opere administrationis & gubernationis rerum, Saluator dicit, Io. v. c.* Pater meus vsque modo operatur & ego operor. *Aliter etiam potest dici, quòd Deus potuisset plures species addidisse speciebus iam productis. De agente autem potente nouas opera addere, suo operi non dicitur, quòd impleuerit opus suum, donec videatur requiescere, & cessare à nouis condendis: hoc autem apparuit septimo die & non antè.*

3 Et requieuit septimo die. *scilicet à nouis creaturis producendis, quia nihil est factum postea, quod tunc non fuerit factum in operibus sex*

dier

Universidad de Belgrano Biblioteca

Deum ergo requieuisse, est creaturæ rationali in se requiē præstitisse, vt illuc scilicet desiderio feramur quo requiescamus, id est, nihil amplius requiramus. Sicut enim facere dicitur, quodipso in nobis operante facimus, & cognoscere cum cognoscimus, sic requiescere, cum eius munere requiescimus.

cap. 11. AVG. Non est mirū si diem quo Christus erat in sepulchro quieturus hoc modo prænuncians dixit: *die septimo requiescit*, deinceps operaturus ordines seculorum.

cap. 12. AVG. Potest autē intelligi Deū requieuisse à faciēdis generibus creaturæ, quia vltra noua nō cōdidit, vsque nūc tamē opera tur administrationē eorūdē generū, quæ tūc instituta sūt. Creatoris enim virtus causa subsistēdi est oī creaturę. Quod enim dicitur Ioan. quinto cap. *Pater meus vsque modo operatur, &c.* vniuersæ creaturæ cōtinuā administrationem ostēdit. Die septimo requeuit, vt nouā creaturam vlterius non faceret, sed vsq; nunc operatur, vt quod condidit, continere & gubernare non cesset.

cap. 14. AVG. Deus autē nec creādo defessus, nec cessādo refect⁹ est, sed p scripturā suā ad quietis desideriū nos hortatur: dicēdo se diē sanctificasse i quo requieuit. Cęteros. n. dies operis sui nō legitur sanctificasse, tāquā apud ipsū plus quies q̄ operatio valeat.

cap. 15. AVG. Vitiū quoq; animæ est ita suis operib⁹ delectari, vt potius in ipsis q̄ in se, requiescat ab eis: cū in ipsa vel animal vel ratione aliquid melius sit quo fecerit, quā ipsa sint quæ fecerit. Ideo ostēdit De⁹ cū dicit requieuisse, nullo opere sic delectatus quasi faciēdi egueritvel minor si nō fecerit, vel beatior cū fecerit. Quod ex illo ita est: vt ei debeat quod est ipse autē nulli, qa ex ipio est, quod beatus est. Seipsum reb⁹ quas fecit diligendo prepofuit. Ideo nō sanctificās diē quo ea faciēda inchoauit nec illū quo fecit ea, ne illis faciēdis vel factis gaudiū ei creuisse videretur, sed cū quo ab ipsis in seipso requieuit qui nūquam requie caruit, sed eā nobis per diē septimū ostēdit, significās eam nō dari nisi perfectis, cui deputauit diē, qui perfectionē rerum omniū sequebatur. Qui enim semper quietus est, tūc nobis requieuit, cū se requieuisse mōstrauit: & requiescit in nobis cū i se requiē tribuit. Requies ergo Dei est quę nullius idiget bono & ideo certa est nobis in illo, quia beatificamur bono quod ipse est, nō ipse bono quod nos sumus. Porrò nec vllo prætersē alio bono eget, qui bono q̄d fecit non eget. Hæc est enim requies eius ab omnib⁹ operibus quæ fecit, quia bono quod fecit non eget, nec egeret si non feciſſet. Nā sic pōt dici nullis egēs bonis nō à factis requiescēdo, sed nulla faciēdo. Sed facere si nō posset, nulla potētia esset. Si posset & nō faceret, magna esset inuidia. Sed oipotēs & bon⁹, oia valde bona fecit. Quia verò seipso bono perfectè beat⁹ est, à bonis quę fecit in seipso requieuit, ea requie à qua nunquam recesſit.

Requies Dei.

Mysticè. Ibidem. AVG. Si autē diceretur requieuisse à faciēdis, intelligeretur tātū, nō feciſſe. Si à factis, forte ipsis factis egere videretur, nos autē nō in nobis, sed in illo requiescamus nec ita velimus similes esse Deo, vt in nobis requiescamus vt ipse in se. Sed sicut nō requieuit nisi in seipso, quia beat⁹ est seipso, ita i ipso nos quieturos speremus, qui nō nostro bono, sed ipso benedicti sumus.

AVG. In se autē requieuit De⁹ sęper. In dieb. verò quib. rerū cōsummatio narratur, in septimo tātū requieuit, q̄ rerū sequit, perfectionē à pfectis eā requiescit, q̄ pfectis nō eget, vt beatior sit.

Ibid. c. 17. AVG. Opera eius videmus bona: quietē verò eius post bona opera nostra videbimus. Ob quā significādā vnā diē sabbati pcepit

ptimo ab †omni opere quod patrarat. Et bene- 1
dixit diei septimo, & sanctificauit illū, qa in ipso 2
a ¶ in verbo cessauerat ab omni opere suo, qd creauit Deus,

† alias vsque ad. Benedictum sabbatū Exod. 20. & Hebr. 4.

cepit obseruari: quod i tpe gratiæ sublatū est, in qua perpetuū obseruat sabbatū, qui spe futuri omnia bona operatur, nec i bonis operibus suis, quasi non acceperit gloriatur.

AVG. Apud illum quieti eius nec mane nec vespera est, quia nec aperitur initio, nec clauditur fine. In perfectis autem operibus mane habet, & nō vespe rā, quia perfecta creatura inci pit cōuerti ad quietē creatoris, sed illa non habet finē suæ perfectionis & sic requies Dei non ipsi Deo sed rerum perfe ctioni inchoatur, & habet in eo mane, quod ab ipso perficitur, sed in suo genere tanquàm vespera terminatur. quod in Deo vesperam non habet, quia nihil erit perfectius ipsa perfectione. cap. 18.

AVG. In illis autē diebus, quibus ōia creabātur, vespera est terminus cōditæ creaturæ. Mane initiū alterius cōdendæ & sic quinti diei vespera est terminus cōditæ i eo creaturę. Mane post ipsam initiū faciēdæ sexta die, qua cōdita, terminus est vespera, & quia nihil cōdendū restabat, ita post illā mane factū est, vt nō esset initiū alterius creaturæ cōdendæ, sed quietis omnis creaturæ in creatoris requie. Intelligitur enim cōpleto sexto die post eius vesperam mane quo significatur initiū manēdi & quiescendi, quę quies Dei nec initiū habet nec terminū. Creaturę habet initium sed nō finē Ideo enim septimus dies cœpit à mane, sed nullo terminatur vespere. Si autē i cęteris dieb. vespere & mane vices tēporū significāt, qualia quotidie peragūtur, nihil prohibet septimum diem vespera manerq; cōcludi. Vt mane post vesperā septimi diei sit initiū octaui de quo silēdū fuit, quia idem primus ad quē reditur. Vnde probabili⁹ & hos septē dies sub illorum nominibus sibimet succedētes tempora peragere. Illos autem primos inusitata nobis specie in ipsis rerum conditionibus explicatos permanere: quod de tribus fateri cogimur, qui conditi ante luminaria memorantur. Ibidem.

AVG. Quæritur quomodo dicatur in die septimo, i seipsore quieuisse Deus cum scriptū sit: *Et requieuit Deus die septimo*, quasi nō in seipso? Quid est ergo dies septimus? creatura, an tēporale spaciū? quod & ipsum creaturæ temporali cōcreatum est, & sic creatura: Nulla enim tempora sunt, quę à Deo creata non sint. Sex autē dies cū quibus & in quibus creaturis creati sunt superius dictū est. Sed septimū quādo creauit? In ipso enim nihil fecit, sed ab his quę fecerat requieuit. Quomodo ergo requieuit in die quē nō creauit? Aut quomodo eum post sex dies creauit, cū sexto die omnia cōsummauerit, nec aliquid in septimo creauit Fortèvnū tātū diē creauit Deus, vt ei⁹ repetitione multi prę terirēt: nec opus erat vt septē crearet, quia illius quem creauerat septima repetitio hunc faciebat. Lucem enim discreuit à tenebris diemq; vocauit, & tenebras noctem. Huius diei repetitionem scriptura appellat secundum diem, deinde tertiū, & deinceps vsq; ad sextum quo cōsumauit opera. Cuius repetitio septimi diei nomen accepit vel cōtraxit, & ita dies septimus, nullus dies, nulla creatura, nisi illa quæ prius cōdita & dies vocata. Quæstio cap. 20.

AVGVST Sed quomodo circumirè poterat lux, ad exhibendam diurnam nocturnamq; vicissitudinem, non solùm ante luminaria, sed ante factum firmamentum, imo ante speciem terræ vel maris, quæ circumitum locis amitteret? Hac difficultate compulsi, supra diximus lucem factā prius, esse spiritualis creaturæ consummationem vel confirmationē. Nocte verò, adhuc formandam in cæteris operibus materiam quæ fuerat instituta. cum primò fecit cœlum & terram, & reliqua. cap 21.

AVGVST.

NICOLAVS DE LYRA.

dierū, vel in suo simili, vel in suo causis. Aliter exponitur, prout requies ponitur pro completione desiderij, & sic Deus requieuit in seipso, quia in seipso, beatus est creaturis non indigens: & ad hoc designandum non dicitur, quòd quieuit in opere suo, sed ab opere scilicet, cessans, & in seipso beatisice requiescens.

1 Et benedixit *Hic describitur ipsius hominis finis. Ad cuius intellectum considerandū, quòd experientia docet appetitum hominis non quiescere totaliter in adeptione cuiuslibet boni finiti, sed adepto illo vlterius tendit per desiderium, adepto autē sine vltimo totaliter quiescit, sicut lapis in centro: & per hoc arguitur, quòd finis vltimus ipsius hominis non consistit in adeptione cuiuslibet boni finiti, sed solùm in adeptione boni infiniti, quod est solus Deus, vnde dicit Augu. in libro confes. Inquietum est domine cor meum donec requiescat in te, s. per cognitionem & amorem. Item experimur, quòd quantuncunque cognoscatur Deus ab homine per ne per effectum nō terminatur tamen hominis desiderium donec cognoscatur per seipsum. Ex quo concluditur vlterius, q̄ vltimus finis hominis cōsistit in visione dei per essentiam, prout tamen includit fruitionē. vnde Io. xvij. a. Hæc est vita æterna, vt cognoscāt te Deū, &c. Ista autem beatitudo in præsenti vita quodammodo inchoatur per hoc quod mēs humana à terrenis eleuatur, & occupatur in contemplatione sui creatoris in enigmate tamen. perficitur autem per hoc quod homo perducitur finaliter ad æternam visionem. & ad hoc deputatur dies septima vt homo vacet à terrenis, & circa diuina occupetur. & hoc est quod dicitur:* Et benedixit &c. & sanctificauit illū, *idest, ad diuina obsequia applicauit. Sanctificatio enim in vna significatione idem est quod applicatio ad diuina obsequia. Vnde etiam res inanimatæ, quæ per benedictionem vel consecrationem applicatæ sunt diuino cultui scilicet, ecclesiæ materiales & vestes dicuntur sanctæ vel sanctificatæ.*

2 Quia in ipso cessauerat. *Requiescendo in seipso, vt prædictū est. Et per hoc designatur, quod homo die septimo debet cessare ab operibus terrenis, & requiescere in Deo per contemplationem & amorem.*

✠ *Ista sunt*

Ibidem. AVG. Sed faciliùs est, vt nos ignorare fateamur quomodo lux quæ dies dicitur, circuitu suo si corporalis est, vicē diei nocti sq; egerit. Si spiritualis est, condendis omnib. præsentata sit, suiq; præsentia diem, absentia noctē. Vesperā initio absentiæ. Mane initio præsentiæ suæ fecerit, quā cōtra naturā diuinæ scripturæ conemur, dicendo aliū diem esse septimū, quā illius diei quā fecit Deus, septimā repetitionē. Alioquin aur non creauit Deus diē septimū aut septimus post illos sex, falsumq; erit eū sexta die consummasse omnia opera sua.

a ¶ in opere. b ¶ recapitulatio. ¶ vel historicæ vel mysticè. ¶ conclusio superiorum.

A a vt faceret. Istę b sunt generationes 1
cœli & terræ, quando creatæ sunt,

a ¶ Beda, in tempore. b ¶ August. omnium visibilium materiam.

Cap. 22. AVG. Sed quoniam lux corporalis antequā fieret cœlum, quo circumitu noctē diēque exhibuerit, nō inuenim⁹, sic quæstionem terminamus. Lux prius creata nō corporalis, sed spiritualis, sicut post tenebras facta. i. à sua informitate conuersa ad creatorē, ita post vesperā habet mane, cū post cognitionē propriæ naturæ (quæ non est quod Deus) refert se ad laudādā lucē, quæ est Deus, cuius visione formatur. Et quia creaturæ inferiores sine eius cognitione nō fiunt, vnus dies vbique repetitur, cuius repetitione tot dies fiant, quoties distinguuntur rerum genera, senarij perfectione terminanda: Vt vesperā primi diei fit sui cognitio, qua scit se non esse quod Deus. Mane post vesperam quo clauditur dies vnus, & inchoatur secundus, conuersio eius, vt quod est creata, ad laudē referat creatoris, & cognitionē creaturæ percipiat de verbo Dei, quæ post ipsam fit. i. firmamēti, quod in eius cognitione fit prius, cum dicitur: *Et factum est ita*, post in natura firmamenti, cū additur, *& fecit Deus firmamentum*. Deinde vesperā lucis huius, cum ipsum nō in verbo Dei sicut ante, sed in ipsius natura cognoscitur, quæ cognitio tanquam minor vesperā dicitur. Postea fit mane, quo claB ditur dies secundus, & incipit tertius in quo itidē est mane cōuersio huius lucis ad laudē Dei: quia fecit firmamentū ad percipiendā de verbo Dei cognitionē post firmamentū faciendæ creaturæ. Et sic cætera vsque ad mane post vesperam sexti diei. Multū enim interest inter cognitionē cuiusque rei in verbo & in ipsius natura. Vnde hoc ad diē, illud pertinēt ad vesperā. Prælucet enim quę in verbo cōspicitur cognitio, & illa qua creatura in seipsa noscitur rectè vesperā dicitur.

Ioh. 1. a. cap. 25. AVG. Quia verò angeli creaturam in seipsa sic sciunt, vt præponant q̄ eā in veritate sciunt, per quā facta sunt omnia per sex dies nō nominatur nox, sed post vesperā & mane dies vnus, & sic per cætera. Diei ergo cuius vesperā & mane secundū prædictā rationē accipi potest senaria repetitione, facta est omnis creatura, factiq̄e est mane, quo finiretur dies sextus. Et incipieret septimus sine vespera, quia Dei requies nō est creatura, quæ per cæteros dies aliter in Deo, aliter in se facta cognoscitur: cuius cognitionis quasi decolor species vesperā facit. Non ergo forma operis dies, terminus vespera, & alterius operis initium mane debet intelligi, ne cogamur dicere præter sex dies septimi conditā creaturā, aut ipsum nō esse creaturā, sed dies idē per omnia opera repetitur, non circuitu corporali, sed cognitione spirituali, cum angeli prius contemplantur creaturam in verbo Dei, deinde in sua cognitione, & post in seipsa, quod significatur vespera facta. & hanc cognitionem ad ipsius veritatis laudē referunt, quod mane significat. Intelligitur etiam vt nō creaturæ, sed sibi requies domini diei septimi habuerit mane sine vespera. i. initiū sine termino. Si enim diceretur: *Requieuit die septimo*. nec adderetur *ab operibus suis*, frustra initiū quietis quæreremus: non enim incipit requiescere. Requies autem ab operibus ex eo cœpta est, ex quo illa perfecit. Neque enim ab operibus suis eorum non egendo requieuisset, priusquam essent, quibus C nec perfectis eguisset, & quia eis nunquam omninò eguit, nec beatitudo quæ eis non eget, tanquā præficiēda perficitur. Ideo septima die nulla vespera accessit. Cap. 28.

AVGVST. Nec putet quis quod de luce spirituali dictū est, & de die spirituali cōdito in spirituali & angelica creatura, de contēplatione quā habet in verbo Dei, & de cognitione qua in se creatura cognoscitur, eiusq; relatione ad laudē veritatis, nō iā propriè, sed figuratè, & allegoricè cōuenire ad intelligēdū diē, vesperā, & mane. Sed aliter quā in cōsuetudine huius corporalis lucis, non tamen hic tanquā propriè ibi figuratè. Vbi enim certior lux, ibi verior dies Cur ergo nō verior vespa, & veri⁹ mane? Cap. 35.

AVGVSTIN. Dies ergo ille primus, angelica scilicet creatura est præsentata omnibus operib. Dei noc ordine præsentiæ quo sciētiæ, qua in verbo faciēda præsciret: & in creatura facta D sciret, nō perinteruallatēporū, sed pri⁹ & posterius habēs in cōnexione creaturarū, in efficiētia creatoris omnia simul cognouit. Sic enim fecit Deus futura, vt nō tēporaliter tēporalia, sed ab eo facta currerēt per tēpora. Lux eñ creatura spiritualis omnibus operibus Dei præsentari potuit per senarij perfectionē, atq; inde septimi requiem diei mane habere, nō vesperā, vt nō sit Deo hoc requieuisse septima die, tāquā ipso eguerit ad requiē, sed q̄ in cōspectu angelorū requieuerit ab omnib⁹ operib⁹, non nisi in seipso, qui nō factus est, i. vt creatura angelica, qua cognoscēdis operib. in ipso & in illis tāquā dies cū vespera præsentata est, nihil post omnia bona valde melius cognosceret, quā illū qui ab omnibus operib. in seipso quieſceret, nullo eorū egētē, quo sit beatior. In qua cognitione non habente vesperam benedici & sanctificari ob hoc meruit. Allegoricè. Exod. 20. b.

BEDA. *Allego.* vnde dicitur Exo. xx. b. *Memento vt diem sabbati sanctifices.* Hæc autē benedictio & sanctificatio maiorem benedictionē & sanctificationē significat. Sicut enim crebris victimi sanguis Christi semel fundēdus significabatur, ita per requiē diei septimæ post opera sex dierū sæpe celebratā, signabatur ille dies sabbati, quo Christus semel in sepulchro quieturę, perfectis sexta die omnibus operibus, quibus mūdū sex diebus perfectum restaurauit. In qua antiqui memor operis saluationē mundi se perfecisse declarauit. Dixit enim *consummatum est.* Ioan. xix. *Et inclinato capite. &c.* Hæc sanctificatio, & benedictio, & requies, post opera valde bona: significat nos post opera bona (quæ in nobis operatur ipse) perueniturosad requiem cœlestis vitæ, fruituros æterna sanctificatione & benedictione. Ideo E hęc dies vesperam habere non scribitur.

✠ *Et benedixit diei septimo & sanctificauit illum, &c.* CHRYSOS. Ne videatur aliquid minus habere dies ille, eo quod in eo nihil factū sit, benedictione ipsum dignatus est. *Et benedixit*, inquit, *diē septimū & sanctificauit illum*: ab aliis illū segregauit. Deinde docens nos scriptura, causam propter quam sanctificauit illum, adiicit, quia in eo cessauerat ab omni opere. Hom. 10. in Gen. In cap. 2.

✠ PROCOPIVS. Reliquos dies honorauit operibus, quę in iis euenerūt: Verū septimū voluit esse documētū, vniuersi naturā in eo esse cōsummatā Et eū sanctificauit. i. separauit eū à reliquis, vt illius rei esset signū & memoraculū. Quemadmodum festos dies appellamus sanctos, quod contineant memoriam alicuius singularis beneficij, a Deo nobis dati, sicuti & illud, sanctificate ieiunū, id est separate & ordinate ieiunādo tēpus. li. 2. in Gen. cap. 16.

✠ RVPERTVS. Hic dies primū à cæteris differt, quod vespere & mane nō habet, nec enim dixit scriptura, *& factum est vesper & mane dies septimus*. Dies enim iste natus non factus est, genitus nō creatus est. Deinde cæterorū dierū opus in ipso cōpletū est. Et notādū diligēter, quod nō dictū sit, cōpleuitq; De⁹ omne opus suū q̄ fecerat, sicut dictū est, & requieuit ab omni ope suo quod patrarat, sed cōpleuit, *inquit*, De⁹ opus suū q̄ fecerat. Etenim nō omne opus q̄ fecerat, hoc fœlici & glorioso die cōpletur, sed solū rōnalis creaturæ opus, gloria eius impletur. Mysticè.

a *Ista sunt generationes. BE* Eos tangit qui mundum sine initio dicunt semper fuisse, vel qui à Deo factum putant, sed ex materia quam non fecerit, sed coæterna ei. Contra eos qui ponunt mundū sine principio.

b *In die quo fe. &c.* Diem ponit pro omni tempore, quo primordialis creatura formata est. Non enim in quolibet sex dierum cœlum factum vel sideribus illustratum: & terra ab aquis separata, arboribus herbisq; cōsita Sic apostolus dicēs ij. Cor. vi. a. *Ecce nunc dies salutis*, significat totū tēpus quo hic viuimus. Sed difficile est intelligere quomodo fecit Deus in hac die cœlū & terrā & omne virgultū, nisi dicamus q̄ in materia informi pariter omnis creatura formata est, iuxta illud: Eccl. xxviij. a. *Qui vixit in æternum creauit omnia simul.* Si ergo in hoc die tempus intelligimus, quo ante omnem huius sęculi diem facta sunt omnia simul, patet quòd herba & omnis arbor in vna substantia causaliter facta sunt, prius quàm visibiliter orirētur & germinarent. Si verò hunc diem pro illo tempore accipimus, quo mūdus per sex dies ornatus est, possumus intelligere, quia protulit terra herbam virentem, non sicut modo cum irrigatione pluuiarū, vel industria hominū multa procreant: sed aliter F

✠ prima

NICOLAVS DE LYRA.

1 Istæ sunt ge. *Hic consequenter explicat formationem hominis. Et quia sicut dictum est omnia creata sunt quodammodo propter hominem, ideo primo recapitulat creationem aliorum aliquid superaddendo, & secundum cundo explicat formationem hominis: ibi:* Formauit igitur, &c. *dicit ergo.* Istę sunt ge. &c. *s. quæ predictæ sunt in operibus sex dierum.*

2 In die. *id est, in diebus secundum modum hebraici sermonis in quo frequenter singulare accipitur pro plurali. vnde Exo. viij. f.* Venit musca grauissima *s. multitudo muscarum.*

✠ 1 Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

prima herbarum & arborum facta est creatio, solo. s. Dei imperio, sine pluuia & opere humano.

ii.32.moral. c.1.10.

✠ Gregorivs. Qui diuersis diebus creatum cœlum & terram, virgultum herbámque narrauerat, nunc vno die facta manifestat, vt liquidò ostenderet, quod creatura omnis simul per substantiam extitit, quamuis nó simúl per speciem processit.

A

Non enim pluuio de sup. ter.

Iste sunt gener. cœli &c. Isid. Numerati sunt sex dies quibus vniuersitas seculi à capite vsque ad finẽ, quasi breuis imago figurata est. Vnde hæc pars libri, liber generationis cœli & terræ dicta est. In hac verò conclusione vnus dies dicitur, quo fecit Deus cœlum & terram, &c. In quo tempus significatur. His ergo paucis verbis insinuata est omnis creatura ante peccatũ animę. In cœlo & in terra, omnis visibilis creatura. Nomine diei oẽ tẽpus, quia simul facta sunt tẽpus & tpalia. Nomine virgulti & herbę, creatura inuisibilis, pp vigorem vitæ immarcessibilem, si nó peccasset.

Mystice.

Fons irrigat omnem terram.

1. Nubes & terra velut fons irrigãs terram.

Antequam oriretur in terra. i. priusquam peccaret. i. terrenis cupiditatib. se subderet. Vnde sequitur: *non enim pluerat a Deus super terram*, hoc est, nondum prophetícis vel euãgelicis nubibus, imbre verbi amisso animá viuere fecerat, & *homo nõ erat qui operaretur terram*, quia post peccatũ homo laborare cœpit in terra, necessarias habuit nubes illas, vnde virgultũ. i. anima vitebat. Irrigabat eã fons vitę. i. inũ datio veritatis, loquẽs in intellectu eius, vt pluuia de nubib. nõ egeret antequã peccaret. Hic erat ſtatus hominis ante peccatũ.

B

lib.5.de Genesi ad lit.c. 1 Septuaginta vertunt: ἀνέτειλε δὲ πηγὴ ἐκ τῆς γῆς. i. liber generationis &c.

Avgvstinvs. Alia translatio habet: Hic est liber creaturæ cœli & terræ, cum factus est dies, *fecit Deus cœlum & terram, & omne virgultum herbæ agri*, &c. Firmior fit sententia qua dicitur vnum diem feciſſe Deum: vnde illi sex dies vel septem, huius vnius repetitione numerari potuerunt, quãdo ſcriptura cõcludẽs cũcta quæ ab initio hucusque dixerat, ait: Hic est liber creaturæ. c. & t. cùm factus est dies. Nõ enim memorata sunt cœlum & terra sicut in principio, antequã fieret dies, *cum tenebræ erant super abyſſum*. Sed quomodo factũ est cœlum & terra, cũ factus est dies, iã distinctis ſcilicet rerum generibus, quib. omnis creatura composita est in hanc ſpeciẽ, quæ mundus vocatur. hic ergo cœlũ memoratur quod est firmamẽtũ, cũ omnibus quæ in illo sunt, & terra illa quæ cũ abyſſo vnũ obtinet locũ cũ omnibus quæ in ea sunt. Cum enim dicitur, cum factus est dies, siue superioribus nectatur vt sit vna sententia: Hic est liber creaturæ cœli & terræ, cũ factus est dies, siue inferioribus, vt sit plena sententia. Cũ factus est dies, fecit Deus cœlũ & terrã, cogit sic intelligi, cœlũ & terra, quó. s. facta sunt, cũ factus est dies. Cum verò additur: *& omne viri agri, quod tertio die factum eſt*, planè apparet illũ esse diem vnũ, quem fecit Deus, quo repetito factus est secundus, & tertius dies, & cæteri vſq; ad septimũ. Cũ enim nomine cœli & terræ omnẽ creaturã vellet accipi, suppoſuit *omne viride agri*, vt hũc diẽ aperti[a] ſignificaret. Cũ enim conditorũ ordinẽ recolimus, inuenimus *viride agri* tertio die creatũ, antequam solis præsentia dies quotidianus perageretur. Quando etiã audimus, cum factus est dies, fecit Deus omne viride agri, admonemur ipſius diei, quẽ siue corporalẽ lucem nobis incognitã, siue ſpũalẽ in societate angelica intelligimus. Item cum dicitur feciſſe Deũ cœlũ & terrã, &c. cum factus est dies, simul omnia feciſſe ſignatur, & cũ sex dierũ ordine creata memoranẽ, & nũc ad vnũ reducuntur, hunc ſepties repetitũ, & illã senariam vel septenariã repetitionẽ nõ interuallo tẽporis factã intelligimus.

C

[a] ¶ Omnium inuiſibilium propter vigorem vitæ.

& terram, & omne virgultum agri

[a] ¶ Antequàm homo terrena concupiſceret. [b] ¶ Omne agri, quod tertio die factũ apparet. ¶ propter vitã immarceſcibilẽ.

antequàm oriretur in terra: omnemque herbã regionis, priúſquã

[a] ¶ Mala concupiſcentia coaleſceret in mente

[a] ¶ quaſi non ex prouentu pluuiarum nati ſunt frutices aut herbæ, nec vſque ad diluuium legitur pluiſſe.
[b] ¶ Prophetica vel euangelica prædicatione.

germinaret. Nõ enim plũerat dñs

[a] ¶ Mentem humanam.
[b] ¶ Non erat neceſſe corda hominum humano opere irrigari.

Deus ſuper terrã, & homo nó erat

[a] ¶ Sapientiæ diuiſus in quatuor partes virtutum.
¶ Vitæ. ¶ Inundatio veritatis.

qui oparetur terrã, ſed [1] fõs aſcendebat è terra irrigans vniuerſam

[a] ¶ Iubendo volendo.

† ſuperficiẽ terræ. Formauit igitur

Aliter in elemẽtis mundi, vbi omnia ſimul facta sunt futura. Aliter in rebus, quæ iã nõ simul, ſed tẽpore ſuo quæq; creãtur. Aliter in ſeminibus: in quibus rursus primordiales cauſæ repetuntur, de rebus deductæ, quæ ſecundũ cauſas quas primũ cõdidit extiterãt, velut herba ex terra, ſemen ex herba.

a *Omne virgultum, &c.* Avg. Intelligitur terra cauſaliter produxiſſe herbã & lignum. i. producendi virtutem accepiſſe. Iu ea enim tanquã in radicib. facta erãt, quæ per tẽpora futura erãt. fecit ergo antequã eſſent ſuper terram ſecũdum formabilitatem materiæ, quæ formanda erant verbo eius, præcedens formationẽ non tempore ſed origine.

lib.5.cap.4

b *Non enim plu &c.* Avg. Quaſi nó fecit Deꝰ sic tũc, sicut nũc, cũ pluit, & hoies operãtur: & per moras tpm fiũt quæ nó erãt, cũ fecit oĩa simul. Tẽpora enim nó fuerũt ante creaturã, ſed cũ creatura, & ipſa creatura. Motus enim ſi nullus eſſet, vel corporalis vel ſpiritualis creaturę, quo per præſens prꝰteritis futura ſuccederent, tempus omninò non eſſet, nec creatura moueri poſſet.

cap.5.

†Alias facię

E

c *Sed fons, &c.* Beda. Huius fontis qualiſcunque irrigatio, iã terra herbis & lignis veſtita superuenit. Fõs vnus aſcendiſſe dicitur pro aliqua in terræ finibus vnitate. Vel ſingularis poſitus est pro plurali.

Sed fons, &c. Avg. Hic intimare videtur quæ fiãt ſecundũ tẽporum interualla, ex prima cõditione, vbi fiunt oĩa simul, incipiẽs ab elemẽto, ex quo omnia naſcuntur germina animaliũ, herbarũ, vel lignorum, vt agãt tẽporales numeros propriis naturis diſtributos. Primordia enim omniũ ſeminũ humida sunt, & ex humido cõcreſcunt. Si dicatur quãtolibet fonte nõ poſſe facĩẽ oẽm terræ irrigari, & ſi mõtes irrigaret diluuiũ eſſet. Reſpõdetur quia viciſſim fieri poſſet, ſicut Nilus plana Aegypti irrigat. Poſſunt & per vnũ fontem intelligi multi fontes regiones proprias irrigãtes, & oĩs terræ facies irrigata, ſicut oĩs veſtis facies colorata, & ſi non cõtinuatim ſed maculatim ab hoc fonte quæ narrãtur, per moras tpm fiunt, nõ simul. Cũ ergo aliter ſint creaturarũ rationes in verbo Dei, aliter opera à quib. die ſeptima requieuit, aliter quæ ex illis vſq; nũc operatur, vltimũ vtcũque corporis ſenſu & cõſuetudine cognoſcimus: duo remota à ſenſib. noſtris, & humanæ cognitionis vſu, prius autoritate diuina credenda, poſt per hæc quæ nota sunt vtcunque noſcenda.

Quæſtio.

d *Formauit, &c.* Avg. Latior de homine figuratè explicatur narratio, vt quærẽtes inſtruat & exerceat. Hæc formatio non eſt noui operis inchoatio, ſed diligẽs retractatio. Si hic hominẽ ex corpore & anima iã factũ intelligimus, bene iſta cõmixtio limꝰ dicitur. Sicut enim fit limus cõmixtione puluꝰris & liquoris, ſic anima corporis materiam viuificãdo vnit, nec patitur diſſolui.

Myſticè.

F

Inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ. Si corpus tãtum erat, hic animã corpori adiunctã intelligimus. Si verò homo factus, iã corpus & animæ erat, animæ hac inſpiratione ſenſus eſt additus, cũ factus eſt homo in animã viuẽtẽ, nõ quia illa ſufflatio verſa ſit in animã viuẽtẽ, ſed operata eſt animã viuẽtẽ. Nõdũ tamẽ hominẽ ſpiritualẽ debemus intelligere, ſed animalẽ, qui tunc ſpiritualis factus eſt, cũ in paradiſi beata vita eſt cõſtitutus. vñ prius animales fuimus, de illo poſt peccatũ nati, donec per ſpiritualẽ Adã ſpirituales renaſcamur. Paradiſi verò nomine beatitudo in qua homo poſitus eſt, ſignificatur. Sed quia in nemoribus delitioſa quies hominum eſt, & corporeis ſenſibus de oriẽte lumen oritur, cœlumque conſurgit, quod eſt ſuperius corpore noſtro atque excellẽtius, his verbis ſpirituales delitiæ quas habet beata vita explicantur. Intelligimus autem gaudia noſtra ſpiritualia, ſignificare omne lignum formoſum, ad aſpectum intelligentiæ, & bonũ ad eſcam, quæ non corrumpitur, vt eſt omnis ratio & virtus ſpiritualis quæ cibus eſt animæ. Productum eſt hoc lignum de terra: quia gaudium ſpirituale debet ſupereſſe terræ. Lignum vitæ plantatum in medio paradiſi: quia debet anima intelligere ſe ordinatam in medio rerum: vt cum ſub ſe habeat corporeã creaturam: ſuper ſe tamen intelligat eſſe naturam Dei, vt nec contemnat quod eſt: nec arroget quod non eſt.

[a] ¶ Quantum ad corpus.

dominus Deus hominem de limõ [1] [2] terræ, & inſpirãuit in faciem eius [3] ſpiraculũ vitæ, & factus est homo [4]

[a] ¶ Id est ſpiritum contemplatiuæ virtutis dedit.
¶ Vitæ rationali animauit
[b] ¶ Totum quidem corpus animauit, ſed hæc pars ſenſibus ornata est ad intuenda ſuperiora per quæ rationalis anima naturaliter inditum eſt, vt ſapiat quæ ſurſum ſunt.

Quæſtio. cap.20.

Avgvst. *Formauit igitur dominus de. ho. &c.* Prius de limo terræ formatum est corpus animale, quale nunc habemus, non ſpirituale cum quali reſurgemus: Vnde queritur quomodo reformemur, ſi non ad hoc per Chriſtum reformamur, quod in Adam fuimus: non autem immortalitatem perdidit, ſi prius animale fuit: neque animale corpus erit, ſed ſpirituale, cum incorruptionem induerit. Vnde quidam putauerũt hominem corpore fuiſſe animalem, ſed muratum cum in paradiſum poneretur, ſicut mutabitur in reſurrectione. Sed ſi ita eſt, fruſtrà conamur paradiſum & illas arbores & fructum ſecundum geſtorum proprietatem accipere. Non enim cibi ex arborum pomis immortalibus corporibus sunt neceſſarij. Ipſa quoque mors hominis quam peccato meruit, indicat eum non moriturum ſi non peccaſſet. Sed quomodo ſine morte mortale, autem quomodo ſi corpus animale, non mortale? Vnde putant eum, non corporis mortem ſed animæ, peccato meruiſſe, credentes propter corpus animale exiturum fuiſſe de hoc corpore ad requiem, quam nunc habent ſancti, & in fine ſeculi idem corpus immortale recepturũ. Contra quod Apoſtolus. *Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum*, & ſic non moreretur etiam corpore, ſi non peccaſſet: animale tamẽ poſſet eſſe ante peccatum, & poſt vitam in paradiſo iuſtitiæ, cum Deus vellet fieri ſpirituale. Sed aiunt: Quomodo renouamur, ſi non recipimus quod perdidit homo primus? Recipimus quodammodo & non recipimus. Non enim immortalitatem ſpiritualis corporis recipimus, quam nondum habuit homo, ſed iuſtitiam, à qua per peccatum lapſus eſt homo. Renouabimur à vetuſtate peccati, non in corpus animale in quo fuit, ſed in melius, id eſt, ſpirituale. Renouamur mente ſecũdum imaginem Dei, quæ peccando eſt perdita. Renouabimur carne cùm hoc corruptibile & mortale induet incorruptionẽ & immortalitatem, in quam mutandus erat Adam, niſi mortem corporis animalis peccãdo meruiſſet. Nõ ait Apoſtolus. Ro. viij. b.

Ro. viij.b.

cap. 25.

Corpus mortale propter peccatum, ſed mortuum. Illud enim ante peccatum mortale & immortale, quia poterat mori & non mori. Aliud eſt autẽ nõ poſſe mori, aliud poſſe non mori. Quodammodo creatus eſt homo immortalis, quod erat ei de ligno vitæ, non de cõditione naturę. Mortalis erat cõditione corporis animalis. Immortalis, beneficio cõditoris. Nõ enim immortale, quod mori omninò non poſſit, erit, niſi ſpirituale: ideo factũ eſt per peccatum, non mortale quod erat, ſed mortuũ, quod nõ fieret niſi peccaſſet. Animale eſt enim hoc corpus ſicut primi hominis. Sed iam deterius: habet enim neceſſitatem moriendi.

C

cap.27.

Avgv. Stola prima aut iuſtitia eſt: de qua lapſus eſt. Vel ſi corporalem immortalitatem ſignat, hanc amiſit cum peccando ad eam peruenire non potuit. Sic ergo Adam corpus animale habuit, non modo ante paradiſum, ſed & in paradiſo (quamuis in interiori homine fuit ſpirituale) quod amiſit peccãdo & meruit corporis mortem, qui non peccando meretur in corpus ſpirituale mutationem.

D

Avgv. *Vor vauit, &c.* Videndum est vtrum recapitulatio ſit, vt dicatur, quomodo homo factus ſit quem ſexta die factum legimus. An tunc cũ fecit omnia ſimul, & hominem in his fecit, vt acceſſu temporis eriam hoc modo fieret, quo in hac perſpicua forma vitam gerit: ſicut fœnum factum antequam exoriretur, accedente tempore & fõtis irrigatione exortum eſt, vt ſuper terram eſſet?

Lib. 6. de Geneſi ad lit.cap.1.

Genesi cap.1.

Avgvst. Secundum recapitulationem prius videamus. Fortè factus est homo die ſexto, ſicut ipſe dies prius factus, ſicut firmamentum, terra & mare, quæ non sunt dicenda ante in primordiis iam facta fuiſſe, & poſt in hanc faciem qua mundus eſt inſtructus, acceſſu temporum tanquam exorta clariſſe. Nec ſidera in elementis prius facta & recondita, acceſſu temporis in has formas emicuiſſe: ſed ſenario perfectionis creata ſimul omnia, cum factus eſt dies. Sic forte ſexta die hac viſibili forma de limo factus eſt homo, ſed tunc non commemoratum eſt, quod nunc recapitulando inſinuatur. Sed hoc ſcripturæ congruere non videtur. Scriptum eſt enim cum adhuc ſextæ diei opera narrarentur: *Faciamus ho. a. ima & ſi. r.* Iam ergo de limo homo factus erat, & mulier ex eius latere. Non enim ſexta die factus maſculus, & poſt acceſſu temporis fœmina. Inquit enim: *Maſculum &. f. e.* Quomodo ergo iam in paradiſo homine conſtituto (ſicut ſequitur) facta eſt mulier? Sed forte hoc prætermiſſum ſcriptura recolit: Nam ſecundum hoc ſexto die paradiſus plantatus eſt vbi locatus homo ſoporatus eſt, vt formaretur Eua: qua formata, euigilauit, nomenque impoſuit. Verba verò hominis cum animantibus, vel cum mulieri nomen impoſuit, vel cum dixit: *Propter hoc relinquet. h. p. & m.* non niſi temporali mora fieri potuerunt. Non ergo hæc facta ſunt ſicut creata ſunt omnia ſimul. Aut igitur non omnia opera ſex dierum ſimul, ſed per moras temporum facta ſunt. Aut ſi ſimul facta ſunt, ſecundum illud: *Qui vivit in æternum creauit omnia ſimul* Non eſt dubium, quòd homo de limo terræ formatus eſt, eiúque formata vxor ex latere, non ad conditionem qua ſimul facta ſunt omnia pertinere, ſed ad eam quæ fit per tempora qua Deus nunc vſque operatur: Quod his verbis innuitur: *Plantauit Deus paradiſum in Eden, & tecit adhuc de terra omne lignum, &c.* Cum enim dicit, *adhuc*, aperit quòd aliter nunc eiicit, aliter tũc, cùm fortè tertio die produxit terra herbam virentem, &c. tunc ſcilicet potentialiter & cauſaliter, ſicut creantur oĩa ſimul, nunc viſibiliter temporis acceſſu. Niſi dicatur, non omne genus ligni tertio die factũ, ſed aliquod dilatũ, quod ſexta die formaretur, cũ factus eſt homo & in paradiſo poſitus. Sed fruſtra per ſingulos dies. diſtincta sunt opera omnia, ſi remaneret pmixtio vlla. Maſculus ergo & fœmina aliter ſexta die, aliter nũc creati. Nec enim tunc & nõ poſteà, aut poſteà & nõ tunc. nec alij poſteà, ſed iidem ipſi aliter tũc aliter poſtea, ſcilicet viſibiliter, nõ tamẽ de parentibus, ſed ille de limo, illa de coſta: tunc autẽ inuiſibiliter potentialiter & cauſaliter quomodo fiunt futura, non facta.

Eccleſiaſtici xviij. a.

F

✠ Procopivs. Scriptura ſacra huiuſmodi repetitiones in vſu habet, vt omiſſa ſupplear. Suprà eleganter edidiſſet, hominem conditum eſſe ſecundum imaginem Dei, maſculum & fœmellam. Hic modum proponit ſecundum quem creatus ſit. Et is modus certè nouus eſt, & lõgè differt à creatione reliquorum animantium. Quemadmodum in genealogia Chriſti Matheus decentiſſimo ordine enucleat, quomodo ex Dauide & Abrahamo, ſecundum carnem Saluator noſter genus duxerit, & cũ modum qui nouus erat, explanare vellet, ſubiunxit: Ieſu verò

in cap. 2.

✠ Chriſti

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et omne vir. &c. *Quod factum eſt tertia die: & hoc virtute diuina, & non virtute naturæ: quod declarat cum ſubdit.*

2 Non enim. *Herbæ enim & arbuſta, quæ virtute naturæ producuntur, oriuntur communiter ex humore terræ, qui ſit per pluuiam, & ex labore hominum per agriculturam, quia ars adiuuat naturam, & vtrumque remouet a terra naſcentibus productis tertia die, dicens:* Non enim pluerat. *&c. quantum ad primum.*

3 Et homo non erat qui opera. ter. *Quantum ad ſecundum, quia adhuc non erat formatus homo.*

4 Sed fons aſcen. *Oſtendit modum quomodo facta eſt in illa productio, ex parte materiæ. ſ. per hoc quòd aquæ latentes ſub terra, diſcooperta aquis, diuina voluntate aſcenderunt vſque ad ſuperficiem terræ per modum fontis in qualibet parte terræ vbi erant plantæ & herbæ producendæ: & ſic ex aqua & terra ſimul commixtis, producta ſunt diuina virtute herbæ & plantæ perfectæ ſecundum ſpecies ſuas & fructus, & talem commixtionem aquæ cum terra, vocat hic irrigationem, cum dicitur:*

5 Irrigans vniuerſam ſuperfi. ter. *Hebræi autem dicunt quòd* אד *ed, non debet dici fons, ſed nubes: & dicunt quòd hæc eſt veritas literæ: Et nubes aſcendet de terra: & tunc iſta litera non eſt referenda ad terræ naſcentia producta tertia die. ſed ad ea quæ poſtea producta ſunt virtute naturę, ac ſi diceret ſcriptura: licet herbę & plantę tertię diei non ſint productę per pluuię humorem, illę tamen quę poſtea producentur virtute naturę. ſic producẽtur. quòd aſcẽdet nubes per vapores de terra, & cõuerteũr in pluuiã irrigãtẽ terrã. ad plãtarum & herbarum germinationẽ.*

An fons vel nubes irrigaret terram.

6 Formauit igitur. *Hic explicat formationem hominis magis quam*

✠ *ſuprà*

NICOLAVS DE LYRA.

ſuprà fecerat: fecerat enim mentionem de fine hominis ſpe naturali: ideo debuit oſtendere conſequenter quòd in homine eſt forma non educta de ſemine per generationem, ſed magis à Deo per creationem, per quam tranſcendit naturam corporalium. & ſic capax eſt Dei per cognitionẽ & amorem. & quia nobilior forma exigit materiam nobiliori modo diſpoſitam. Ideo vtrumque oſtendit. Formauit igitur, &c. *In productione enim altiorum animalium dicitur ſuprà: Et produxit terra vel aqua &c. quia corpora animalium piſcium. & auium, non ſunt ita nobiliter diſpoſita vel complexionata ſicut in homine. Dicit igitur:* Formauit: *ac ſi diceret diligentius ac nobilius diſpoſuit.*

1 De limo terræ. *Ad oſtendendum quòd homo in hoc conuenit cum aliis animalibus quantum ad rationem materiæ longinquæ. Hebraica litera habet,* עפר *aphar, de puluere terræ: ſecundum illud quod dicitur infra. 3. c. Puluis es & in puluerem reuerteris.*

2 Et inſpirauit. *ad oſtendendum quòd anima hominis eſt ab extrinſeco per annuam creationem & infuſionem, quia ſimul à Deo creatur & corpori infunditur.*

3 In faciem eius, &c. *quia ſenſus magis apparent in faciem quàm in aliis partibus, ſicut apparet in viſu, auditu, olfactu, et guſtu: tactus autem per totum corpus diffuſus eſt. licet magis vigeat in corde.*

4 Et factus eſt homo in animam viuentem, *id eſt, dantem vitam*

✠ *ſecundum*

MORALITER.

1 *Et inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vitæ.* per quod ſignificatur ſpes quæ charitate formata ſpirat ad cœleſtia.

2 *Et factus eſt hõ in a. viuẽtẽ. i.* vita gratiæ quæ perfectio eſt naturalis vitę.

c ✝ 1 *Plantæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi natiuitas sic habet &c. *Puluerem ex terra.&c.* deest verbum *accepit*. Nec id ofcitanter omissum est: scilicet ne putemus eum prius accepisse puluerem, & tum demum finxisse: sed vt intelligamus in fingendo Deum vtrumq; accepisse, & simul facta esse. Puluerem nominat, terræ partem purulentã & in superficie terræ volitantem, sicut & de Semei legimus: *Et puluerem spargebat in faciẽ eius.* 2. Reg. 16.

Reiicitur itaq; ex præsenti loco, Deum non collegisse optimam terræ partem, ex qua formaret hominem, sed superfluam & quasi inutilem, vt appareat Deum quidem simul voluisse vti terra, cæterum omnia simul ex sua parauisse potentia, secundum quã id quod creatum est, omninò diuersum deprehenditur ab eo, ex quo compositũ est. Voluit quoque nobis ostendere, quod nullam pulchritudinem ex fœdissima terra acceperimus, licet ex ea simus nati. Itaq; scriptura ostendens nos nihil esse, inquit: *Recordatus est quod pulvis sumus, spiritus proficiscens & non reuertens.* Quia morte dissoluti nullam reuiuiscendi viã ex nostris viribus expectamus. Alius quidam ait: puluerem accepit nec glebam. Ex ipsis statim iam inde exordiis resurrectionis spes denuntiatur. Nã homo in puluerem resoluendus erat, sicuti scriptura docet, (*& in puluerem mortis deduxisti me*) ne quis puluerem in sepulchris cernens desperet de resuscitando & reficiendo humano genere. Proindè in prima hominis creatione confirmauit resurrectionis spem. Illic vsitur puluis, & eadem materia præsto est. Ille virtute artificis imitatus est: Sic sapientia artificis conuertitur. Nec Deus animam ante formationẽ corporis creat, videlicet ne sit eorum quę fiebant, inspectrix. Nec condit animam Deus, vt adsit creationi rerum, ne glorietur, & se quasi iactet cooperatricem Dei.

Quare de puluere formatur homo. Ps. 104.

B Beda. *Formauit.&c.* Factura hominis, qui sexta die factus est, latius describitur, quòd factus sit: corpore scilicet & anima, & corpus de limo, anima verò de nihilo Deo inspirante creata est, & fœmina de latere dormientis. Sed ne carnaliter putemus Deũ corporeis manibus formasse corpus, vel faucibus inspirasse animam vel vitam. Quod enim dictum est: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmẽ:* tropica locutio est. Spiritus enim est Deus, nec liniamentis membrorum compositus. *Formauit ergo de limo hominem.* id est verbo suo de limo fieri iussit. *Inspirauit in faciem eius spiraculum.* Substantiam scilicet animæ, & spiritus, in qua viueret creauit.

Iob. 10. b.

Quæstio. cap. 13.

Augvst. Quæritur vtrum Deus repente hominem in ætate virili fecerit, an perficiẽdo & ętates augendo, sicut nunc format in matris vtero? Sed quicquid horum fecerit, hoc fecit, q; Deum omnipotentem & sapientem decuit. Ita enim temporum leges generibus qualitatibusq; rerum distribuit, vt voluntas sua super omnia sit. Potentia enim sua numeros creaturæ dedit, nõ ipsam eis alligauit, nec expectati sunt dies, vt virga Moysi verteretur in draconem. Nec talia contra naturam fiunt, nisi nobis quibus aliter naturæ cursus innotuit, Deo autem est natura quod fecit: Sic Adam in ætate virili continuò factus est, quem tamen fecit secundum caulalem rationem in qua prius factus est. alioquin enim eũ in sex dierum operibus nõ fecerat. Neque enim contra dispositionẽ suam faceret: erat enim in prima causarũ cõditione sic hominem fieri posse, sed non ibi erat necesse. Hoc enim non erat in conditione creaturæ, sed in beneplacito creatoris, cuius

C voluntas necessitas est. Nos autẽ in rebus temporaliter exortis, scimus quid cuiusq; natura sit quod experimẽto accipimus, sed vtrum futurum fit, ignoramus. In natura iuuenis est vt senescat, sed vtrũ in Dei voluntate sit nescimus, hoc enim necessario futurum est quod vult & præscit. Multa verò secũdum inferiores causas futura sunt, sed in præscientia Dei futura nõ sunt. Si autẽ ibi aliter sunt, potius futura sunt, sicut ibi sunt, vbi præscit q nõ potest falli. Futura enim senectus est in iuuene, sed futura nõ est si ante moriturus est. Nam secundum quasdã inferiores futurorũ causas, moriturus erat Ezechias, cui Deus addidit xv. annos, quod ante oĩa se facturum esse præsciebat. Non ergo fecit quod futurum non erat. Hoc enim magis futurum erat quod præsciebat. Secundum ergo inferiores causas iam finierat vitam, sed secundum Dei voluntatem & præscientiam, qui ab ætetno nouerat, quod futurus erat, tunc finiturus erat quando finiuit. Et si enim oranti concessum est, & iam orando meriturum ille præsciebat, sciebat, & ideo necessariò futurum erat.

cap. 27.

D

a *Et inspirauit in fa. eius spiraculum vitæ. & factus est homo in animã viuentem.* Augvst. Sine dubitatione, *flauit* vel *sufflauit* dicendũ est. Nõ quòd faucibus sufflauerit, vel hominis animã de sua substãtia formauerit, vel creauerit, sed flauit. i. flatum hominis. s. animã fecit. Flare enim est flatum facere, flatum facere est animam facere, vnde *omnẽ spiritum ego feci:* Esa. xlij. a. Quæritur autẽ vtrũ anima ex nihilo fecerit, an ex Vtrũ anima ex nihilo. cap. 5.

a ¶ Prius animalem, postea spiritualem.
b ¶ Quasi vbi posuit eum Deus.

in animã viuentẽ. Plantauerat autẽ [1] re quę iam facta erat, sed aĩa nõ erat? Si enim dicimus Deũ aliquid ex nihilo nõ creare postquã oĩa simul creauit, nõ credim⁹ adhuc ex nihilo animas creare. Sed si fuit materies, vñ aĩa fieret, vel adhuc aĩæ fiunt: quid est ipsa, qđ nomẽ, quã spẽm, quẽ vsum in rebus cõditis tenet? viuit an nõ? Si viuit quid agit? Quid in vniuer- cap. 7. sitate agit vel efficit? Beatã vitã gerit, an miserã, an neutrã? Viuificat aliquid an nõ? Si nulla vita erat, qũo erat futuræ vitæ, ĩcorporea nec viua materia, aut falsum est aut latet nimis? Si viuebat nec beatè, nec miserè, qũo rationalis erat? Si tũc rationalis facta est, cum ex illa materia natura humana aĩæ facta est, irrationalis vita, materia erat aĩæ rationalis. i. humanæ. Quid ergo à pecoris aĩa distabat? Dicẽdũ est ergo, Deũ in illis primis operib⁹, qñ simul oĩa creauit, aĩam etiã humanã creasse, quã suo tpe corpori inspiraret. Quod em dictũ est, *ad imaginem suã*, in aĩa, masculꝰ, & fœmina in corpe intelligit. Credatur ergo hoĩem ita factũ sexta die, vt corpis humani ratio causalis in elemẽtis mũdi, aĩa verò iã ipsa crearetur sicut prius creatus est dies, donec eã suo tpe formato corpi insereret. Sed si iã facta erat aĩa, vbi ei melius esset quã ibi? Quare ergo innocẽter viuẽs carni inserta est, ĩ qua creatorẽ offenderet & meritò piret? Sed forsitã ad corpus regendũ voluit inclinari, vbi & iuste & inique viuere posset, & qđ elegit, hoc habuit vel de iustitia prẽmii, vel de iniquitate supplicium.

E Cur ergo nõ credatur, q; Dei nutu ad corpus venerit, vbi si obedire vellet, vitam æternam acciperet, pœnam si contemneret.

cap. 26.

Augvs. Dicendũ est, animã non sic creatã vt præscia esset opis futuri iusti vel iniusti. Nõ em credibile est, eã ispõte inclinari ad Cor. 5. f. corpis vitã, si se ita sciret peccaturã, vt supplicio puniretur perpetuò: hãc creaturã q; sic vult esse, cõtradicit Dei bonitati. Qui verò non vult eã pro peccatis pœnã luere inimicus est veritati.

Augvs. Nõ sunt audiẽdi qui putãt animã esse partẽ Dei. Si em Anima ad hoc esset, nec à se nec ab alio decipi posset, nec ad malũ faciẽdũ pars Dei. vel patiẽdũ cõpelli, nec in melius vel deterius immutari. Flatus aũt quo hominẽ animauit, factus est à Deo, nõ de Deo. Nec flatus hoĩs pars ipsius est, quẽ facit, nõ de seipso, sed aẽrio anhelitu assumpto & effuso. Deꝰ verò potuit de nihilo viuũ & rationabilẽ facere, qđ nõ pót hõ. Quidã tũ existimãt nõ tũc aĩatũ hoĩem, qñ Deus *insufflauit in eius faciẽ, & factus est in animã viuentem*, sed spũsãctũ accepisse. Aĩam verò ex nihilo factã, dubitare fas nõ ẽ.

cap. 27.

Augvs. Quæri solet vtrum si nolit incorporari, cõpellatur. Sed Quæstio. meliꝰ traditur hoc naturaliter velle. i. sic creari vt velit, sicut naturale nobis est velle viuere. Malè aũt viuere nõ naturæ, sed voluntatis puersæ. Si quis autẽ non vult eã existimare factã, nisi cũ formato corpi est inspirata, quid respõdeat cũ quęritur vnde facta sit? aut ex nihilo dicet Deũ fecisse aliquid post illã cõsummationẽ operũ, aut de iã existente factã, & laborabit quærẽdo quę illa natura sit. Quod si vitare voluerit, dicẽdo sexta die de limo terræ factũ esse hominẽ. Sed recapitulãdo postea memoratũ vi- F deat quid de muliere dicat: *quia masculum & fœminam fecit eos.*

Lib. 6. ca. 7.

Augvs. Sed fortè aĩæ sexta die factæ, vbi imago Dei relucet, vt postea corpa formarẽt. Sed hoc credere scriptura nõ pmittit, tũ pp senariã pfectionẽ operũ, tũ quia sexus masculinꝰ & fœminꝰ in corpe tm̃ sunt. Si quis secũdũ intellectũ & rationẽ, vtrũq; sexũ in aĩa vna accipiendũ putauerit, quid dicet de his, quę ad eteã tpe illo data, corpibus tm̃ cõgrua sunt? Si verò figuratè accepcap. 27. rit, recedet à ꝓprietate gestæ rei, quę ꝓponẽda est ĩ huiusmodi.

Ex cathena Græca.

✠ Dion. Falso quidã opinati sunt, insufflationẽ Dei, aĩam immortalẽ fuisse, cũ Moyses minimè dixerit ĩsufflationẽ aĩam fuisse. Sed quẽadmodũ p manũ Dei visibiliũ rerũ cõditionẽ intelligimus, ita p insufflationẽ, hoc est, rẽ spiritualẽ atq; inuisibilẽ, natura aĩæ inuisibilẽ à Deo hoĩ infusã intelligim⁹, qa aĩa spũs est.

b *Plantauerat autem, &c.* Beda. Ab illo principio plan- ☞ tauit

---

NICOLAI DE LYRA.

secundum quatuor gradus vitæ quos enumerat philosophus. 2. de anima scilicet sensitiuum, vegetatiuum, motiuũ secundum locũ, & intellectiuum.

1 Planta.

1 Plantauerat autem. *Hic consequẽter describitur locus habitationis ipsius hominis pro statu innocentiæ, & primò describitur huius loci productio: Secundo eius proprietas siue conditio, ibi:* Produxitque ✠ dominus

---

MORALITER.

2 *Planta. aũt do d. para. &c.* Per paradisum militans ecclesia designatur, sicut dicitur Cañ. iiij. d. *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus, emissiones tuæ paradisus.* In hoc autem paradiso describitur fons & fluuius, quibus scriptura seu theologia designatur. Dicitur enim fons quantum ad articulos fidei, Fluuius autem quantum ad ea quæ ex articulis deducuntur.

Lib. 7. ca. 3.

Cauit paradisum, quo terram omnẽ remotis aquis herbas & ligna producere iussit. In quo hominẽ sexta die formatũ posuit, qui & si præsentis ecclesiæ vel futuræ patriæ typum tenet. Ad literam tamen intelligendum est, esse locum amœnissimum fructuosis arboribus magnum, & magno fonte fœcundum. Quod dicimus *a principio*: antiqua translatio dicit: κατὰ ἀνατολάς, ad orientẽ. Vnde vo

Paradisus ad orientẽ.

a ¶ Locum amœnitatis. ¶ Vitam beatam. ¶ Ortum delitiarum Hebraice Eden.
¶ Ecclesiam.
¶ Beda. Remotis aquis à superficie terræ.

lũt in orientali parte esse paradisum lõgo interiacẽte spacio vel maris vel terræ à regionibus quas incolũt homines secretũ, vnde nec aquæ diluuij illuc peruenerũt. Qualiter plãtatus sit exponit dicẽs: *Produxitq; dominus Deus de hanc, &c.*

dominus Deus pãradisum volu- [1]

Hoc eodẽ intelligitur die factũ quo cũcta ligna fructifera Deo iubente terra produxit, sed hic repetitur vt qualis sit locus paradisi nosc̃atur: & quia de ligno vitæ & sciẽtiæ boni & mal- erat speciaLiter dicturus.

† 40. distin. c. illud.

a ¶ Christo. ¶ Temporis.
¶ Hic apparet, quod prius quam cœlum & terram faceret, paradisum condiderat.

ptatis à principiõ† in quo posuit [2]

a ¶ Datur intelligi non ibi fuisse hominem conditum, quia Deus præscibat illum peccaturum, & inde pertinendum ad hanc terram vbi condidit eum.

hominem quem formauerat. Produxitque dominus Deus de [4]

Lib. 8. de Gen. ad lit. cap. 1.

Sententia triplex.

Augvs. *Plantauit dominus paradisum in Eden ad orientem. &c.* Tres generales sententiæ de paradiso sunt. Vna, eorum qui corporaliter tantum intelligi volunt. Alia, eorum qui spiritualiter tantum. Tertia verò eorum qui vtroque modo paradisum accipiunt. Tertiam mihi placere fateor: vt homo factus ex limo quod corpus humanum est, in paradiso corporali locatus intelligatur Adam: & si aliud significat quia est forma futuri in natura propria homo accipitur.

a¶ Disciplinas vtiles: vnde fructus sumitur: mores, scilicet piorum.

humo õmne lignum pulchrum [5] visu, & ad vescendum suaue:

Ibidem c. 3.

Augvs. *Plantauit autem dominus paradisum in Eden.* id est in deliciis. Deinde hoc recapitulat vt ostendat quomodo paradisum Deus plãtauit. *Et eiecit Deus de terra omne lignum & cætera.* Iam enim tunc produxerat terra omne lignum, die scilicet tertio. Sed cum ex his generibus sint ligna instituta in paradiso, produxit in manifesto & in tempore suo, quæ iam causaliter

B tertio die terra produxerat.

Paradisus vbi sit.

Strab. Quidam codices habent *Eden ad ortum.* Ex quo possumus coniicere paradisum in oriente situm, vbicunque autem sit scimus eum terrenum esse: & interiecto Oceano & montibus oppositis remotissimum à nostro orbe, in alto situm pertingentem vsque ad lunarem circulum. Vnde aquæ diluuij illuc minime peruenerunt.

In epistola ad Iohannem Ierosolymitanum.

✠ Epyphanivs. Quis autem patienter audiat in tertio cœlo donantem nobis Origenem paradisum, & illum quem scriptura commemorat de terra ad cœlestia transferentem, & omnes arbores quæ scribuntur in Genesi, sic allegoricè intelligentem, quod scilicet arbores angelicę fortitudines sint, cum hoc veritas non recipiat. Nec enim diuina dixit scriptura, *Deposuit Deus Adam & Euam de terra, sed eiecit eos ac Paradiso, & habitare fecit eos contra paradisum:* Non ait, *sub paradiso. Et posuit romphæam flammeam, & Cherubim custodire introitum ligni vitæ.* Non dixit *ascensum, Et fluuius egrediebatur de Eden.* Non dixit. *descendit de Eden. Iste diuiditur in quatuor principia, nomen vni Phison, & nomen secundi Geon.* Ego vidi aquas Geon. Bibi & de hoc magno flumine aquas non spiritales. Si autem aqua, quę cernitur vera est aqua, necesse est vt ficus vera sit, & alia ligna.

D

✠ Theodoretvs. Qua de causa paradisum plantauit Deus, cum paulò pòst Adam inde expulsurus esset? Primùm, quia Deus neminem ex præscientia damnat, sed posteaquam peccauerit. Ideóque quamuis Adæ peccatum sciret, bonorum tamen participem fecit. Tum etiam quia voluit hominem diuina dona planè cognoscere, vt his amissis ampliùs peccatum odio haberet, per quod tot singularia bona amisisset. Præterea par erat Deum, qui iusta præmia certantibus proponere consuevit, præmia constituere: cuius rei gratia Seruator ait, *Venite benedicti patris.* Math. 25.

Quæst. 24 in Gen.

✠ Damascenvs. Quia Deus ex visibili & inuisibili creatura hominem plasmaturus erat ad suam imaginem & similitudinem, tanquam quendam regem & principem vniuersæ terræ, & eorum quæ in ea sunt, præstruxit ei quandam veluti regiam, in qua beatam duceret vitam, & ipse est diuinus paradisus Dei manibus in Eden plantatus, voluptatis omnis promptuarium. In oriente verò omni terra excelsior collocatus est, optima temperie & aere subtilissimo atque purissimo splendidus, &c.

Lib. 2. de fid. Ort. cap. 11.

a *In quo posuit.* Augvstin. Siquis putat animas corpore exutas locis corporalibus contineri: cum sint sine corpore, non deerunt qui faueant & diuitem fitientem in loco corporali fuisse contendant: ipsamque animam omninò corpoream propter arentem linguam & stillam de Lazari digito cupitam. Sed melius est dubitare de occultis, quàm litigare de incertis: diuitem in supplicio, pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligatur flamma inferni, sinus Abrahę, & huiusmodi, vix à mansuetis, à contentiosis nunquam inuenitur. Si autem corporalibus locis continentur animæ, etiam corporibus exutæ, potuit latro in paradisum induci, vbi fuit prius corpus primi hominis. Sapientia verò non est corpus, & ideò nec lignum, sed potuit significari per lignum. Hoc quoque addo quamquam corporalem, talem tamen cibum illam arborem præstitisse, quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur, non sicut ex alio cibo sed nonnulla inspiratione salubritatis occulta, quãuis enim vsitatus panis plus habuerit, cuius vna collyrida Deus hominem à fame quadraginta diebus liberauit.

Ibid. cap 5.

✠ Chrysostomvs. Omnium lignorum quæcunque di xeris prouentum fecit. Vidisti miserię nesciam cõuersationem? ☞ Quasi

Hom. 13. in Genesim.

NICOLAVS DE LYRA.

dominus. Tertio hominis inhabitatio, ibi: Tulit igitur. *Circa primum consideranduꝫ quòd homo factus est immortalis non per naturã, quasi non potens mori sicut angelus, sed per gratiam, id est, potens non mori: quia poterat seruare innocentiam, quam si seruasset, necessitatem moriendi non incurrisset: & ideo talis immortalitas non erat per qualitates corporis intrinsecas quæ redderent eum impassibilem & incorruptibilem, sicut post resurrectionem quando anima suam communicabit corpori proprietatem, scilicet incorruptibilem quo ad omnes, sed & impassibilitatem, tamen hoc quantum ad electos, sed erat magis per remotionem eorum quæ poterant eum corrumpere. Quæ quidem remotio partim erat ex diuina prouidentia sibi assistente & precauente corruptia ab extrinseco, scilicet vulnerationes, lassones, intoxicationes & huiusmodi. Partim autem virtute animæ diuinitus sibi collatæ, per quã poterat præseruare corpus à distemperantia humorum, & ab infirmitatibus insurgentibus. Nunc autem ita est, quod inter corruptia ab extrinseco quæ diuina prouidentia præcauebantur, continens est vnum, scilicet locus pranus aut corruptus, propter quod Deus prouidit homini de loco conuenienti quantum ad aeris temperiem, & loci amœnitatem. Et hoc est quod dicitur.*

Homo factus immortalis.

Situs Paradisi.

1 Paradisum voluptatis, *id est, deliciosatis & amœnitatis.*

2 A principio. *scilicet tertia die, quando primo producta sunt plantæ. Hebrei hic dicunt* מקדם in oriente. *Dictio enim hebraica quæ hic ponitur vno modo signat antecessionem loco cuius translatio nostra habet, à principio, Alio modo signat partem orientalem. & sic dicunt*

Mi quedẽ. i. ab oriente.

Hebrei quod hoc est litera. Et plantauit Deus virgultum in deliciis orientis. *Et in ista expositione conueniunt aliqui doctores catholici exponentes, à principio. scilicet loci, non temporis: quia pars orientalis terra illa est nobilior, sicut & dextera pars in homine, & pars orientalis dextera vocatur à philosophis. Omnes autẽ qui loquuntur de situ paradisi terrestris, ponũt eum esse in partibus orientis: veruntamen in quo oriente, varie loquuntur. Philosophus enim, 2. metheo. dicit, quod inter duos tropicos non potest esse regio habitabilis, propter nimiam caliditatem, quia ibi transit sol bis in anno, & illi qui sequuntur hoc dictum Aristotelis, necesse habent dicere, quòd paradisus terrestris sit extra tropicos versus orientem æstiualem vel hyemalẽ. Alij verò dicunt, quod inter duos tropicos sub æquinoctiali circulo regio est temperatissima: quod etiam asserit frater Ioannes de Pechan, in tractatu suo de sphera, pluribus rationibus, quas propter prolixitatem hic omitto: & secundum istos paradisus terrestris est in oriente sub æquinoctiali.*

3 In quo posuit. *&c. Per hoc ostenditur quòd Adam fuit formatus extra paradisum, ad ostendendum quod ille locus non debebatur sibi ex natura, sed ex gratia, sicut & immortalitas prædicta.*

4 Produxitque dominus Deus de humo. *Hic consequenter describitur loci producti conditio, cum dicitur.* Produxitque dominus Deus. *&c. hoc factum est tertia die, & hoc repetitur ad explicandum paradisi conditionem.*

5 Omne lignum pulchrum visu. *&c. Vt esset homini ad escam, quia habebat vitam animalem cibis indigentem. lignum etiam vitæ ad impediendum senectutem. Ad cuius intellectum sciendum, quod ad vitam*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quasi angelus aliquis visisset homo super terram, corpore quidem amictus, sed extra corporis necessitates constitutus, & sicut ex paradisiaco indumento & diademate ornatus, & purpura vestitus, ita paradiso impaudè versabatur in magna rerum copia.

In Genesim.

✠ Eucherius. *Prodromique.* Non vt aliquod noui generis lignum condiderit, sed ex his generibus quæ iam tertio die condiderat, exorta sunt postmodum, & ex illa virtute qua vim generādi terra acceperat.

Lib. de paradiso c.3.

a ¶ Hæc est sapientia mater omnium bonorum. ¶ Sapientia quæ est in medio ordinata: ne vsurpet quod non est: vel deiciat quod est.

a Lignum etiā vitæ in medio para-

a ¶ Quæ ratio per experientiam scitur quid sit inter bonum quod reliquerit: & malum quod sequitur.

b ¶ Hoc est transgressio mandati ¶ In experientia.

b disi, lignumq; sciētię boni & mali. 1

a ¶ Christus. ¶ Affluentia internæ iocunditatis.

b ¶ Paterno fonte.

c Et† fluuius egrediebatur dē loco 2

✠ Ambrosius. Est autem mysticè paradisus terra quædam fertilis, hoc est, anima fœcunda in Eden plantata, hoc est voluptate quadam, vel exercitata terra, in qua animæ fit delectatio. Est enim is tanquam Adam, est & sensus tanquam Eua, considera quę habeat anima subsidia. Fons qui irrigat paradisum est Christus, quia scriptum est, *apud te est fons vitæ*, procedit de Eden, id est, in anima tua fons est. Sunt quatuor flumina, quatuor virtutes.

† De loco voluptatis ex Eden.

Lignū vitæ allegoricè. Ibid. cap. 4. Proverb. 3.

a *Lignum etiam vitæ.* Avgvst. De sapientia dicitur: *Lignum vitæ his est qui apprehenderint eā.* Sed est Hierusalē æterna in cœlis, est & ciuitas, illā significans, condita in terris. Sara & Agar sunt duo testamenta, duæ tamen mulieres erant, & cum Christus per ligni passionem aqua spirituali nos satiet, erat tamen petra quæ ligno percussa aquam præbuit. Aliud erat quod significabatur, sed ipsa corporaliter erant, & quando narrata sunt, non erat figurata locutio, sed rerum expressa narratio. Erat ergo lignū vitæ sicut petra Christus, nec sine mysteriis spiritualium rerum corporaliter præsentatis, voluit hominem Deus in paradiso viuere. Erat in cæteris lignis alimentum, in illo sacramentum. Ipse etiam Christus ouis est quæ immolatur in pascha, cum illud nō tantum dicendo, sed etiam faciendo figurabatur. Ouis enim vere erat, occidebatur, manducabatur, non sicut vitulus saginatus reuertenti filio occisus ibi enim narratio figurarum, non figurata significatio gestorum. Non enim hoc euangelista, sed dominus narrat: quod narrauit euangelista, etiam factum est, dominum scilicet talia dixisse, domini narratio parabola fuit, de qua nunquā exigitur, vt ad literam monstretur. Christus est lapis à Iacob vnctus: & reprobatus ab ædificantibus. Sed illud verè factum est, hoc in figura prędictum. Sic sapientia, id est, Christus lignum vitæ est in spirituali paradiso, quo missit de cruce latronem: sed lignum vitæ est creatum in paradiso corporali, sicut dicit scriptura, quæ res suis temporibus gestas narrauit.

B

Beda. *Lignum etiam vitæ, &c.* In altero hominis signū obedientiæ, quam debebat. In altero sacramentum vitæ æternæ, quam obediendo mereretur: Lignum vitæ dictum, quia diuinitus accepit, vt qui ex eo manducaret, corpus eius stabili sanitate firmaretur, nec vlla infirmitate vel ætate in deterius vel in occasum laberetur.

Historicè.

Strabvs. Lignum vitæ hanc naturaliter virtutem habebat, vt qui ex eius fructu comederet, perpetua soliditate vestiretur, nulla infirmitate, vel anxietate, vel senij lassitudine, vel imbecillitate fatigandus.

Lignū vitæ bonis & malis. Ibid. cap. 6. Paradisum horum in voluptuosa terra Eden ad Orientē.

b *Lignum, scientiæ boni & mali.* Avgvst. Erat corporale, sicut aliæ arbores, nec cibo noxium. Qui enim fecit omnia bona valdè nihil mali in paradiso statuit, sed mala transgressio præcepti. Oportebat autem vt homo sub domino positus ab aliquo prohiberetur, vt virtus esset merendi obedientia, quæ sola verissimè virtus est rationali creaturæ degēti sub potestate Dei, sicut primum & maximum vitium tumoris, velle vti sua potestate, quod C est inobedientia. nō enim erat vnde homo se habere dominum cogitaret, nisi ei aliquid iuberetur. Arbor ergo non erat mala, sed scientiæ dicta, noscendi bonum & malum: quia post prohibitionem erat in illa transgressio futura, qua homo experiendo disceret quid esset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum. Nec de fructu, qui nascereturinde positum est nomen, sed de ipsa re, quæ transgressionem secuta est. D

✠ Ambrosius. Pone ideo tibi hoc lignum de scientia boni & mali displicere, quia posteaquam gustauerunt ex eo homines, intellexerunt se nudos, attamē ad cōsummationē diuinæ operationis dicā tibi hoc lignum fuisse exortū. Cape exemplū de cōditione humani corporis. nempe habet amaritudinem quandam fellis, quæ si in cōmune prospicias, ad salutē hominis vtilis inuenitur. Ergo quod malum putamus, plerumq; nō per omnia malum est, sed in commune vtile. Nam sicut fel in parte corporis est, & tamē ad totius vtilitatem prodest: ita vtilitati hominum profuturum sciens Deus scientiam boni & mali, in parte constituit, vt in commune prodesset.

† 15. dist. canones. De cōs. dist. 4. Cœlestes paradisos.

✠ Theodoretvs. Lignum illud eiusdē naturæ cum cæteris fuisse dicēdum est. Sicut crucis lignum salutare est, ita hæc ligna è terra orta, alterum vitæ alterum scientiæ boni & mali appellatum est. Lignum quidem scientiæ: boni & mali, quia per id quid peccatum esset, sensit Adam, cui hoc lignum tanquā certamen à Deo propositum fuerat. Lignum verò vitæ tanquam certaminis præmium, si mandatum Dei custodiisset. Similiter patriarchæ locis ac puteis nomina imposuerunt, & hunc quidem puteum visionis appellarunt, non quia videndi vim quandā pōtantibus daret, sed quia apud illū Deus vniuersorum visus est.

Vbi supra quæst. 26.

✠ Damascenvs. Lignum vitæ produxit, sic dictum vel quasi habens virtutem tributiuam vitæ, vel quia his solum comestibile; qui morti non sunt subiecti. Lignum autē scientiæ ad experientiam quandam, probationémque & exercitium obedientiæ & inobedientiæ hominis.

Vbi supra.

E

✠ Rvpertvs. vel ironicè dictum est lignum scientiæ boni & mali, cū re vera potius sit dicendū lignum mortis. Dixit enim Deus *quacūq; die comederitis ex eo morte moriemini.* & verum dixit. Dixit è contra serpens *eritis sicut dij scientes bonū & malum* & falsum dixit. Nec enim comedendo dij facti sunt.

Lib. 2. in Genesim.

✠ Procopivs. Hoc lignū vitæ posuit in medio paradisi, ne dum frequenter eā arborē in conspectu cernerent, quasi quibusdā irritamentis illecti, in datam legem cōmitterent. Præterea quia præceptum iubebat vt illa abstineret Adam, necessariò in medio constiterat, seu ille qui legē erat accepturus, in medio paradisi erat cōmoraturus, vt credi par est, & sic portiturus fructibus eius. Quod aūt naturaliter inesum fuerit arbori vitæ immortalitatē donare, satis euidens exemplū est Adā, qui vbi vetitum fructū in ventrē dimisit, peccauit, & decurbatus est de possessione paradisi, ne vesceretur ligno vitę, & sic in ęternū viueret. Cæterū altera arbor nō tenuit suapte natura cōtrariorū scientiā. Deus autē volēs ad liberū arbitriū aperire feneſtrā, & simul cōtrariorū notitiā inuehere, arborē interdicit, arborē ostenditcuius esu interdicit, vt disceret obedientiā esse bonū, inobedientiā malū. Quemadmodū lex Iudæis posita, mortis nomē interdum habet, nō suopte ingenio mortē cōplectens, sed qđ eā trāsgressoribus importet: sic nec lignum mortem continuit in sese.

Vbi supra.

✠ Acacivs. Nec vero mirum videri debet, si per sensibiles arbores immortalitas conferatur, quando & per sensibilem agnum remissio peccatorum credentibus datur.

Ex eadem Græca.

F

Mysticè.

✠ Damascenvs. Lignum scientiæ boni & mali. Animæ medietas, & ordinata integritas signatur, qđ in medio paradisi plantatū, & scientiæ boni & mali dictū, quia aīa q̄ debet in Deū extēdi, si Deo deserto ad se conuersa fuerit, & potentia sua sine Deo frui voluerit, pœna sequēte experiēdo discit, quid sit inter bonū, qđ deseruit, & malū quo cecidit, & hoc erit ei gustasse de ligno scientiæ boni & mali.

c *Et fluuius egrediebatur.* Bed. Ad irrigandum paradisum ligna. s. pulchra & fructuosa, quæ omnem illam regionem decorabant, sicut Nilus plana Aegypti irrigat. Voluit enim Deus in nostro orbe haberi similitudinem cœlestis patriæ, ad quā possidendam creati sumus, vt ad redemptum vicino nos moneret exemplo. Constat autem fluminum quæ de paradiso exire feruntur in nostra terra notos esse fontes. Phison enim qui & Ganges, in locis Caucasi montis. Geon qui & Nilus, non procul ab Atlante, qui est mons Aphricæ ad occidentem. Tigris & Euphrates ex Armenia. Feruntque historici Tigrin & Euphraten & Nilum plerisque locis terræ absumi, & paulò post emergentia solitum agere cursum.

Aug. Alia translatio. *Fons exiit de Eden, qui irrigat paradisum, &c.* Hæc flumina gentibus per quas fluunt notissima sunt, duobus veruſtas mutauit nomina. Gæon enim Nilus nunc vocatur. Phison Gāges. Tigris & Euphrates antiqua nomina seruauerūt. Debemus hæc prius ad literam accipere, nec figuratam tantū locutionem putare, sed & res esse & aliquid significare. Sed aliorum fontes noti dicuntur, aliorum omninò ignoti, ideo non videntur ad literam ex vno fonte diuidi, quia & locus ille paradisi remotus est à cognitione hominum, qui in quatuor partes aquarum diuiduntur. Sed flumina quorum fontes noti esse dicūtur, sub terras eūt: & post longos tractus erumpunt, vbi tanquam suis fontibus nota esse perhibētur, sicut sæpe faciūt flumina. Exibat ergo fluuius de Eden. i. de loco deliciarum, & irrigabat paradisum, ligna scilicet pulchra & fructuosa.

Isidorvs. *Mystice* Fluuius de paradiso egrediens: affluentia est æternæ iocunditatis, de qua dicitur Psal. xxxv.c. *Torrente voluptatis tuæ p. &c.* Quatuor flumina quatuor principales virtutes. Phison, qui mutatio oris interpretatur, est prudentia quæ ad capacitatem auditorum mutat verba sua. vnde j. Cor. x. d. *Omnibus omnia factus sum.* hic circuit terram quæ habet optimum aurum, id est viuendi disciplinam, à terrenis sordibus decoctam, quæ nitescit in aurum optimum, nec falsitate vincitur, sicut carbunculus, nocte non obscuratur. Habet quoque speciem vitæ æternæ, quæ virore prasij significatur, propter virorem qui non arescit: Gæon interpretatur hiatus terræ, qui significat temperantiam, quæ illicitis moribus resistit, qui Aethiopiam circuit, quia tetros mores & incentiua libidinis absorbendo cōsumit. Tigris à nimia velocitate, fortitudinē significat, qui vadit cōtra Assyrios, quia impigrā aduersus eos qui consiliis prudentiæ resistunt exercet actionem. *Assyrij* enim sæpè pro aduersariis ponuntur, quia Israelitas sæpè expugnauerunt. Euphrates frugifer interpretatur, nec contra quos vadat dicitur, quia iustitia ad omnes animæ partes pertinet, qua & ordo & æquitas animæ est, quæ sibi copulantur prudētia, temperantia, fortitudo. Iustum est enim vt prudens sit anima, veritatem contemplando: temperans, concupiscentiam refrænando, fortis, aduersa tolerando.

Gæō hiatus terræ siue in undatio Tigris, velox, leuis, acutus.

Euphrates, frugifer, germinans. D

Gregorivs. Quatuor fluminibus de paradiso egredientibus terra irrigatur. Solidum rationis nostræ ædificiū, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia continent: quia his quatuor virtutibus, tota boni operis structura consurgit. Quatuor flumina paradisum irrigant, quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni desideriorum carnalium æstu temperatur.

Moraliter.

† Eccl. 24. c

a *Euila. b.* Regio Indiæ quæ post diluuium possessa est ab Euila filio Iectan, filij Heber patriarchæ Hebræorū. Euilath interpretatur parturiens, quia aliquis loquens veritatem, magis parturit quam pariat. Plinius dicit regiones Indiæ præ cæteris, venis aureis abundare.

Euilath. Plinius.

b *Bdellium.* Secundum Plinium arbor est aromatica magnitudine oleagina, cuius lachryma lucida, gustu amara, boni odoris, sed odoratior infusione vini.

Bdellium. E

c *Onix.* Est lapis pretiosus sic dictus, quia permixtum habet candorem ad humani similitudinē vnguis, quia vnguis, Græcè dicitur Onix. Antiqua translatio habet carbunculum & prasium. Carbunculus est ignei coloris, & dicitur illustrare tenebras noctis. Prasius est viridis, vnde Græcè à porro, quod prason dicitur, nomen accepit.

Onix.

✠ Procopivs. Commemorat solum duos lapides primitias sacerdotij, & aurum. Sacerdos etenim gerebat mitram auream, & duos lapides supra pectore. Præterea Prasinus peculiariter dedicatus est sacerdotali tribui, quæ cœlestium cognitionem rimatur. Carbunculus consecratus est regiæ potestati. Vt enim ignis est, vt vrat, & lucem præbeat: sic regis est vt benefaciat & puniat. Quapropter in hoc ludam expositi, ex quo Christus. Idcireo Isaias introducit Deum dicentem ad Ierusalem. *Ecce paro carbunculum lapidem tutum*, id est, Saluatorem.

Vbi suprà.

Tulit

a ¶ Verbo & baptismo. b ¶ Ecclesiam.

voluptatis ad irrigāndum paradi-

a ¶ Virtutes principales. ¶ Euangelia.

sum: q inde diuiditur in quātuor 1

a ¶ Fluminia. b ¶ Mutatio oris, quia viliorem faciem habet apud nos quam in paradiso. ¶ Qui & Ganges. ¶ Hic significat prudentiam.

cāpita. † Nomen vni phison: Ipse 2

a est qui circuit oēm terrā Euilath, ybi nascitur aurū, & aurum terræ 4

illius optimū est. Ibiq; inuenitur 5 6

b bdellium, & lapis onychinus. Et no- 7

c a ¶ Hiatus terræ, hic est Nilus qui significat temperantiā. 8

mē hi fluuio secūdo Gehō. Ipse est 9

a Tetros mores, scilicet & incentiua libidinis.

qui circuit oēm terrā Aethiopiæ.

a ¶ A nimia velocitate, hic est fortitudo.

Nomē verò fluminis tertij Tigris. 10

a ¶ Constanter. b ¶ Aduersarios prudentiæ.

Ipse vādit contra b assyrios: fluuius 1

a ¶ Frugifer quia terram facit fructiferam, & significat iustitiam. Nec dicitur quam terram circumeat, quia in vicino irrigat terram promissionis, & facile à populo qui hæc lecturus erat, cognosci poterat.

autē quartus ipse est Euphrates.

Assyrios, quia impigrā aduersus eos qui consiliis prudentiæ resistunt exercet actionem. *Assyrij* enim sæpè pro aduersariis ponuntur, quia Israelitas sæpè expugnauerunt. Euphrates frugifer interpretatur, nec contra quos vadat dicitur, quia iustitia ad omnes animæ partes pertinet, qua & ordo & æquitas animæ est, quæ sibi copulantur prudētia, temperantia, fortitudo. Iustum est enim vt prudens sit anima, veritatem contemplando: temperans, concupiscentiam refrænando, fortis, aduersa tolerando.

Gregorivs. Quatuor fluminibus de paradiso egredientibus terra irrigatur. Solidum rationis nostræ ædificiū, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia continent: quia his quatuor virtutibus, tota boni operis structura consurgit. Quatuor flumina paradisum irrigant, quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni desiderio rum carnalium æstu temperatur.

Moraliter.

† Eccl. 24. c

a *Euila. b.* Regio Indiæ quæ post diluuium possessa est ab Euila filio Iectan, filij Heber patriarchæ Hebræorū. Euilath interpretatur parturiens, quia aliquis loquens veritatem, magis parturit quam pariat. Plinius dicit regiones Indiæ præ cæteris, venis aureis abundare.

Euilath. Plinius.

b *Bdellium.* Secundum Plinium arbor est aromatica magnitudine oleagina, cuius lachryma lucida, gustu amara, boni odoris, sed odoratior infusione vini.

Bdellium. E

c *Onix.* Est lapis pretiosus sic dictus, quia permixtum habet candorem ad humani similitudinē vnguis, quia vnguis, Græcè dicitur Onix. Antiqua translatio habet carbunculum & prasium. Carbunculus est ignei coloris, & dicitur illustrare tenebras noctis. Prasius est viridis, vnde Græcè à porro, quod prason dicitur, nomen accepit.

Onix.

✠ Procopivs. Commemorat solum duos lapides primitias sacerdotij, & aurum. Sacerdos etenim gerebat mitram auream, & duos lapides supra pectore. Præterea Prasinus peculiariter dedicatus est sacerdotali tribui, quæ cœlestium cognitionem rimatur. Carbunculus consecratus est regiæ potestati. Vt enim ignis est, vt vrat, & lucem præbeat: sic regis est vt benefaciat & puniat. Quapropter in hoc ludam expositi, ex quo Christus. Idcireo Isaias introducit Deum dicentem ad Ierusalem. *Ecce paro carbunculum lapidem tutum*, id est, Saluatorem.

Vbi suprà.

Tulit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *de fonte vel fontibus oriebatur ad irrigandum totum paradisum, quia per illum transibat ad amenitatem loci & fructificationem.*

1 Qui inde diuiditur. *in flumina principalia, quæ deriuantur extra paradisum. ideo sequitur.*

C

Phison.

2 Nomen vni phison. *à fertilitate Piscium: vel quia terram per quam transit fertilem facit. Phison enim in Hebræo abundantiam significat vel fertilitatem, & iste fluuius aliter nominatur Ganges.*

3 Ipse est qui, &c. *Euilath quædam regio est Indiæ sic nominata ab Euila filio Iectan. de hoc habetur infra x. a.*

4 Vbi nascitur aurum. *dicit enim Plinius, quod terra Indiæ præ cæteris abundat in venis aureis.*

5 Et aurum, &c. *quia regio Euilath habet melius aurum quàm cætera regiones Indiæ.*

Bdellium.

6 Ibiq; inuenitur bdellium. *arbor est aromatica secundùm quod in libro de proprietatibus rerum habetur. Hebræi dicunt hic crystallus, & habet*

habet apparentiam, quia numeratur cum alio lapide. vnde sequitur.

7 Et lapis Onychinus. *sic nominatus propter similitudinem quam habet in colore cum vngue humano ὄνυξ. Onix enim Græcè idem est quod vnguis Latinè.*

Onychinus Onix. F

8 Et nomen, &c. Gyon. *ipse est Nilus.*

9 Ipse est, &c. *& inde descendit in Aegyptum.*

10 Nomen verò flu. t. &c. *sic nominatus à velocitate cursus. Tigris enim est animal velocissimum habens cursum.*

Tigris.

11 Fluuius autem, &c. *De cursu istius scriptura non facit mētionem, quia erat vnus terminus terræ Israel, & ideo cursus eius erat satis notus filiis Israel, quibus Moyses scribebat. Sed contra prædicta videtur, quia origines istorum fluuiorum inueniuntur ab hominibus extra paradisum, & ideo non videtur quòd inde deriuentur. Ad quod dicendum quòd frequenter visum est aliqua magna flumina absorberi in terra, quæ currentia sub terra per magnum spacium postea egrediuntur alibi, & sic videntur ibi oriri, cum tamen prima origo ipsorum sit alibi: & sic potest dici de prædictis fluuiis paradisi.*

✠ Tulit

NICOLAVS DE LYRA.

Vita animalis cibo eget.

animalem continuandam requiritur cibus. per quem restauratur humidum deperditum per actionem calidi naturaliter. Verumtamen ista restauratio non fit secundum æquivalentiam: vt dicit philosophus primo de generatione. quia caro generata ex alimento impurior est quam prima, sicut & vinum generatum per aquæ appositionem & conuersionem: quia si continuaretur cibi appositio, vinum fieret aquosum, & tandem deficeret species vini. Et eodem modo quia caro generata per alimentum impurior est, ita per talem continuationem inducitur senectus in qua carnes sunt impuriores, & tandem deficit vita: ideo tur quia (sicut dictum est) homo factus est in vita animali in qua calidum consumit humidum, intelligebat esse lignorum de quibus hic dicitur: Omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. *Sed ad hoc quod prædicta restauratio*

stauratio fieret secundum æquivalentiam, & per consequens impediretur senectus andi gebat esu ligni vitæ quod propter hoc sic nominatur. & hoc est quod dicit Augustin. xiiij. de ciuitate Dei. quod cibus aderat homini ne esuriret, potus ne sitiret, lignū vitæ ne illum senectus dissolueret.

Iosephus impugnatur.

1 Lignumque scientiæ boni & mali. *Dicit Iosephus primo libro antiquitatum, quod fructus illius arboris habebat virtutem accelerandi & acuendi visum rationis: sed hoc est falsum, quia ad hoc non se extendit corporalis, & hoc etiam infra magis reprobabitur. Ideo dicunt doctores catholici. quod dictum est* lignū scientię boni & mali *ex euentu cōsequenti. quia per esum illius ligni homo experimentaliter cognouit, quāta esset distantia inter bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ.*

2 Et fluuius egre. &c. *Hic describitur amœnitas paradisi quantum ad irrigationem, cum dicitur.* Et fluuius egrediebatur: *quia ibidem*

✠ *de fonte*

MORALITER.

✠ 1 *Diuiditur in quatuor capita.* propter quadruplicem sensum contentum in ea, sicut superius est expressum. In hoc etiam paradiso ponitur lignum vitæ id est, doctor sanæ doctrinæ, de quo dicitur Psalmo primo. a. *In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte, Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo*, id est, doctrinam sanam in auditoribus fructificantem, & vitam gratiæ continuantem. Lignum etiam scien

scientiæ boni & mali. Per quod intelligitur hæreticus doctor, cuius doctrina est mortifera. Dicitur tamen lignum scientiæ boni & mali, quia nulla doctrina est ita pestifera quæ non habeat admixtum aliquid boni. Per alia vero ligna quibus vesci licitum erat homini, designantur documenta bona quorumcunque simplicium, verbis & exemplis ad bonos mores inducentium. In hoc autem paradiso ponitur homo, id est, quicunque est in ecclesia merito & numero, ad operandum & custodiendum, id est, ad faciendum bonum opus & continuandum. Sequitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Tulit ergo, &c.* AVGVS. Hominem in paradiso positum iam dixit. Nunc recapitulat ad quid positus est, *vt operaretur, &c.* Non est enim credibile quod Deus eum ante peccatum ad laborem damnauerit, sed videmus quosdã ex voluptate agricolare, quæ tunc amplior erat, cùm nihil aduersi accidebat de cœlo vel de terra. Dederat autem homini facultatem operãdi quantum volendi satis esset, non quantum indigentia cogeret. Gemina est enim prouidentiæ operatio, naturalis & voluntaria. Naturalis, per occultam Dei administrationem. Voluntaria, per angelorum vel hominum operationem. Secũdum primam arbusta & animalia habent concipi & nasci, cœlestia & terrena ordinari. Secundum illam fiunt quæ interiori & naturali motu geruntur. Secundum alteram habent homines docere, discere, agricolare, & huiusmodi. In humano quoq; corpore naturalis operatio agitur, secundum quam & humanum corpus naturaliter fit, crescit, senescit. Per voluntariam verò curatur. Anima quoque naturaliter viuit, sentit. Voluntariè discit, consentit. Deus autem omnes creaturas bonas creat, omnes voluntates iustas ordinat. Credibile est ergo hominem in paradiso positum, *vt operaretur* non laboriosè, sed deliciosè, & mentem prudentis magna & vtilia commonerent. *Et custodiret.* hoc est fortè, vt quod faceret in terra per agriculturam, custoditet in se per disciplinam, vt sicut ager obtemperaret colenti, ita ipse Deo præcipienti, vt scilicet sumpto precepto obedientiæ, fructum non spinas inobedientiæ redderet: Sed quia hoc nolut, similem sibi agrum damnatus accepit, qui scilicet spinas & tribulos reddidit. Vel custoditet paradisum, ne committeret vnde expelli deberet.

1 Voluptatit. i. eden.

B Vnde accepit & præceptum, quo custodito: id est, quo seruato non perderet. Rem enim suam non custodisse dicitur, qui sic agit vt perdat, & si aliis sit salua. Sed præcipuè dicendum est, vt ipsum hominem operaretur Deus & custoditet, operatur homo terram, non vt faciat eam esse terram, sed cultam & fructuosam, & Deus hominem quem creauit vt esset homo, operatur vt iustus sit, si ab illo per superbiam non discesserit, vnde Ecclc. x. b. *Initium enim superbiæ hominis est apostatare à Deo.*

Lib. de paradiso ca. 4.

✻ AMBROS. Aduerte quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra, vt aduertas quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradisum factus, hoc est in inferiore loco, vir melior inuenitur. Et illa quæ in meliore loco, hoc est, in paradiso facta est, inferior reperitur. Mulier enim prior decepta est, & virum ipsa decepit. Vnde Apostolus Petrus, *Subiectas fortiori vasi mulieres sanctas, viris suis velut dominus obedire memorauit.* Et Paulus ait, *quia Adam non est deceptus sed mulier.* Deinde cõtuendum: quia nemo debet sibi facile præsumere. Nam ecce illa quæ in adiumentum facta est viro, præsidio virili indiget, quia vir est caput mulieris. Ille autem quia adiumentum vxoris habiturum se esse credebat, lapsus est propter vxorem.

1. Petri. 3. 1. Timo. 2.

✻ IDEM. *vt operaretur.* Non idem est operari & custodire. In opere quidam virtutis processus est, in custodia quædam consummatio operis deprehenditur, eo quòd quasi consummata custodiat. Hæc duo ab homine requiruntur, vt & operibus noua quærat, & parta custodiat, quod est generale.

Hom. 14. in Gen.

✻ CHRYSOST. Erat operatio tum citra laborem. Dederat enim occupationem quandam, quę neque dolorem neque molestiam afferret.

Lib. 19. moral. cap. 17.

GREGORIVS. *Tulit ergo dominus Deus hominem, &c.* Pensandum est quia bona prodesse nequeunt, si mala non cauentur quæ surrepunt: perit enim omne quod agitur, nisi solicite in humilitate custodiatur. Vnde *vt operaretur, &c.* Operatur enim qui agit bonum, quod præcipitur: sed quod operatur non custodit, cum hoc surrepit quod prohibetur. Vnde oportet & semper bona agere, & nos in ipsis bonis operibus caute in cogitatione custodiret: ne si mentem eleuent, bona non sint, quæ non authori militant sed elationi. De libris quoque non canonicis, sed ad ædificationem editis, testimonium proferamus. 1. Macha. vj. f. Eleazar in prælio elephantum feriens strauit, sub ipso verò occubuit. Sunt enim qui vitia superant, sed sub ipsis superbiendo succumbunt.

C

D

a ¶ Assumpsit carnem.

a Tulit ergo dominus Deus homi- 1
b nem, & posuit eum in paradiso 2
a ¶ Vt ex omnibus gentibus ecclesiam impleret.
b ¶ Homo ex voluptate paradisum, vel Deus hominem faciendo iustum.
voluptatis vt operaretur, & cu- 3
a ¶ Homo paradisum ne amitteret, vnde quos dedisti mihi custoditi.
c stodiret illum. Præcepi que ei di- 4 5
¶ Id est omni virtute ad beatè viuendum vtere.
cens: Ex omni ligno paradisi co-

HIERON. *Et sumpsit dominus Deus. &c. p. &c.* Pro *voluptate* in Hebræo habetur *Eden.* Ipsi ergo. Lxx. nũc Eden interpretati sunt voluptatem. Symmachus verò, qui paradisum florentem ante transtulerat, hic amœnitatem vel delitias posuit.

In quæstion. Hebraicis in Gen.

b *Et posuit eum, &c.* ISID. *Mystice.* Ex eo quòd additum est. *Et custodiret:* innuitur qualis operatio esset: quia in trãquillitate beatæ vitæ vbi mors non est: omnis operatio est: custodire quod tenes. Datum est enim præceptum, vt de omni ligno paradisi sumerent: sed non de ligno scientiæ boni & mali: id est non sic eo frueretur, vt integritatem naturæ suæ vsurpando vetitum violaret.

c *Præcepitq; ei, &c.* AVG. A ligno prohibitus est, quod malum non erat, vt ipsa præcepti conseruatio bonum illi esset. transgressio malum, nec melius consideratur quantum malum sit inobedientia, cũ ideo reus factus sit homo, quia prohibitus rem tetigit, quam si non prohibitus tetigisset: nõ peccasset. Si enim venenosam herbam prohibitus tetigeris, pœna sequitur: & si nemo prohibuisset, similiter sequeretur. Si verò prohibetur res tangi quæ non tangenti, sed prohibenti obest, sicut aliena pecunia. Ideo prohibitio est peccatum, quia prohibenti est damnosum. Sed cum tangitur, quod nec tangenti obest, si non prohibetur, nec cuilibet si tangatur, quare prohibetur, nisi vt per se bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ mõstretur? A peccante autem tantum appetitum est, non esse sub damnatione Dei, quando admissum est à quo debebat sola iussio damnantis dehortari, vt Dei voluntas humanæ præponeretur: dũs iubet, quod iubet, seruus faciat. Magna est vilitas homini q; Deo seruit, qui iubẽdo vile facit. Grãdi ruinæ patet voluntas propria, si Dei volũtati se extollendo præponat: hoc expertus homo didicit quid sit inter bonũ obedientiæ, & malum inobedientiæ.

Vbi supra cap. 13.

AVGVST. Quæritur si viro soli: vel etiam fœminę præcepit hoc? Scriptum est. *Præcepit dominus Adæ dicens.* Non dicitur præcepit eis Et subditur, *Ex omni ligno paradisi comede,* non comedite, *de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas,* non dixit ne comedatis. Postea pluraliter alloquitur, *In quacunque die co. ex eo mor. mo.* forte quia facturus erat mulierẽ, sic præcepit, vt per virum ad mulierem peruenirent. Vnde Apostolus. j. Cor. xii j. g. *Si quid discere voluerint, domi viros suos interrogent.*

Quæstio. cap. 17.

✻ GREGORIVS NYSSENVS. Obseruare dignũ est in tota mundi cõditione dictum esse, *Dixit Deus, fecit Deus.* Quæ quidem vox Deus propriè opificem signat. Domini autem appellatio propriè regis ac principis potestatem significare videtur. Meritò igitur cùm Deus Adæ iniungeret, scriptum est iuxta aliam literam, *& mandauit dominus Adæ,* vt simul Deum opificem regémque omnium declararet.

De cõditione hominis.

PROCOPIVS. Dicunt aliqui si immortalitate nos amicire voluit, quid opus erat præcepto, propter quod peccaturi eramus, & deinde iudicij eius sentire scueros aculeos. Respondeo cum sit benignus & mansuetus, & vellet in incorruptibilem & immortalem conditionem asserere humanum genus, ne suę vel propriæ virtuti beneficium id accepto ferrent, in hunc modum egit. Voluit vt gratias ei haberent, his etiam destinauit præsentem vitam, vt palestram & quasi doctrinam futuræ vitæ. Deinde inferens mortem ob peccatum, voluit vt agnosceremus nostram infirmitatem, & deinde nos ipsi magis appeteremus futurum donum.

In cap. 2.

E

F

Præcepitq; ei di. Ex omni, &c. Si quæritur quomodo ista locutus sit? non propriè à nobis potest comprehendi. Certum est enim

Quomodo Deus loquitur.

☞

✻ 1 Tulit ergo dominus, &c. *Postquam descripsit paradisi conditionem: hic describit eius habitationem dicens,:* Tulit ergo, &c. *de loco in quo formauit eum extra paradisum, vt prædictum est. Et dicunt aliqui, quod formatus fuit in agro Damasceno.*

Ad Deum referri nequit, si Hebraici relatiui vim non tẽs.

2 Et posuit eum, &c. *tanquam in loco conuenienti statui innocentiæ.*

3 Vt operaretur, &c. *Hoc dupliciter exponitur. Vno modo vt operari & custodire referatur ad Deum actiuè, vt sit sensus: Deus posuit hominem in paradiso vt operaretur ipsum hominẽ, beneficijs suæ gratiæ ipsum perficiendo, & custodiret illum in paradiso terrestri ad tempus, donec esset ad cœlestem gloriam transferendus. Alio modo exponitur, vt referatur ad hominem, sic intelligendo, quod Deus posuit hominem in paradiso, vt homo operaretur ibi, non opere laborioso, sed magis delectabili ad experientiam, & exercitium suæ virtutis.*

4 Et custodiret illum. *non ab inuasoribus, sed seruando iustitiam originalem, ne propter peccatum suum inde abiceretur.*

5 Præcepitque eis dicens, De omni ligno, &c. *tenebatur enim ad conseruationem sui comedere de alij lignis, & de ligno vitæ, vt prædictum est, sed quia lignum scientiæ boni, & mali excipiebatur: ideo subditur.*

✻ De

cap. 18.

enim aut per suam substantiam loqui, aut per creaturam subditam sibi. Sed per suam substantiam non loquitur nisi ad creandas omnes creaturas, & ad spirituales illuminandas, cùm iam possunt capere locutionem quæ est in verbo Dei. His autem qui capere non possunt per creaturam loquitur, aut per spiritualem sicut in ecstasi, vel in somnis, similitudine corporalium rerum: aut etiã per corporalem, dum sensibus corporis apparet aliqua specie vel insonante voce. Si ergo Adam poterat capere locutionem Dei, quam per substantiam suam præbet angelis, mentem eius ad horam mouit miro modo & ineffabili. Si autem adhuc necessaria erat sanctioris creaturæ authoritas qua cognosceret iussionem Dei, sicut nobis prophetæ & angeli, locutus est ei Deus per aliquam creaturam vocibus quas intelligeret. Posteà verò audierunt vocem Dei in paradiso deambulantis, non per ipsam substantiam, sed per subditam sibi creaturam.

A

7 11. q. 3. c. ad mensam. §. ité illud. &. c. quid ergo. † interdicit homini De ligno vitæ. Iacu.

a ¶ Quasi medietatem qua Deo subes, & creaturæ præes ne corrumpas. b ¶ Proprij arbitrij, quod in medio positum est ad cognoscendum bonum & malum: de quo qui reiecta Dei gratia gustauerit morte morietur priuatus vita beata.

a mede, † dẽ ligno autem scientię b 1
boni & mali ne comedas. In quo- 2
cunque enim die comederis ex eo
a ¶ Symmachus melius, mortalis eris. ¶ Priuatus beata vita. b ¶ Augustinus fortè temporalibus vocibus vel ratio ipsa memorata est, quæ in verbo Dei principaliter erat.
c d mõrte morieris. Dixit quoque do- 3

AVGVST. Quæritur, quomodo loqui potuerunt, vel loquẽtem intelligere, qui non didicerant inter loquentes crescendo, vel magisterio? Sed eos Deus tales fecerat qui possent loqui, & discere ab aliis si essent.

cap. 14.

AVGVST. De Christo dicitur. Esa. vij. c. *Priusquam sciat puer bonum aut malum: contemnet malitiam vt eligat bonum* quomodo quod nescit: aut contemnit, aut eligit? Hæc duo aliter sciuntur per prudentiam boni, aliter per experientiam mali: Per prudentiam boni, malum scitur & non sentitur. tenet enim bonum ne sentiatur malum. Per experientiam mali scitur bonum. quid enim amiserit, sentit, cui amisso bono malè fuerit. Puer ergo antequam sciret per experientiam bonum quo careret, aut malum quod bono amisso sentiret, contempsit malum vt diligeret bonum, id est, noluit amittere quod habebat, ne sentiret amittendo, quod amittere non debebat.

B

cap. 14.

a *De lig. autem, &c.* AVGVST. Lignum ex eo quod inde secutum est nomen accepit. Malum enim nisi experimento non sentiremus, quia nullum esset nisi fecissemus, quia malũ natura non est, sed amissio boni sic vocara est. Si autem obedientes essent, nec contra præceptum peccassent, lignum tamen scientiæ boni & mali diceretur, quia hoc accideret si vsurparetur. Sed inquiunt, quomodo intelligeret homo lignum esse scientiæ boni & mali, qui vsum mali nesciebat omninò? Sed ex contrariis contraria nascuntur, vt ex plenitudine inanitas, & auditum ex silentio iudicamus. Sic ex vita quæ inerat, potuit cognosci priuatio vitæ, quæ mors modò vocatur. Vita autem dulcis erat, quam amittere deuitabant: nec peccarum persuaderetur, nisi quòd ex illo non essent morituri prius diceretur, id est, quod amabant non amissuri.

Quæstio.

Lib. 13. de ciuitate ca. 20.

✻ AVGVST. Licet morituri non essent primi parentes nisi peccassent, alimentis tamen vtebantur, nondũ spiritualia, sed adhuc animalia corpora terrena gestãtes. Quę licet senio nõ veterascerent, vt necessitate perducerẽtur ad mortẽ, qui status eis de ligno vitæ, quod in medio paradisi cũ arbore vetita simul erat, mirabili Dei gratia præstabatur: tamen alios sumebant cibos præter vnam arborem quæ fuerat interdicta, non quia ipsa erat malum, sed propter commendandum puræ & simplicis obedientiæ bonum.

C

Ex cathena Græca.

✻ SEVERIANVS. Tres arborũ differentiæ erant in paradiso. Vna quidem data illi erat vt viueret, altera vt bene viueret, tertia vt semper viueret.

b *In quocunque enim d. &c.* Non ait, si comederis mortalis eris, sed *morte morieris.* Mortuus est enim homo in anima, cum peccauit, quia recessit ab illo Deus qui est vita animæ quam secuta est mors corporis, discedente ab illo anima quæ est vita corporis: quæ Adæ euenit, cum præsentem vitam finiuit. Potest ita intelligi, quod quando peccauerunt, statim morte illa puniti sunt, de qua dicitur Rom septimo. d. *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* & Ibidem octauo. b. *Corpus mortuum est propter peccatum,* non ait mortale sed *mortuum,* quamuis mortale, quia moriturum. Non credendum est ante peccatum ita fuisse illa corpora, sed animalia nondum spiritualia, non tamen mortua, quæ scilicet necesse esset mori, quod in die præuaricationis factum est.

D

✻ AMBROSIVS. Appelles sicut habes in trigesimo octauo tomo eius, hanc quæstionem proponit. Si homo non gustauerat mortem, vtique quam non gustauerat, scire non poterat. Ergo si non gustauerat, nesciebat, si nesciebat, timere non poterat. Frustra igitur Deus mortẽ pro terrore obiicit, quam homines non timebant. Hoc autem facilè ex communi naturæ vsu absolutionem habet. Est enim natura insitum omnibus, vt etiam ea quæ nondum sibi nocere experta sunt, quasi noxia reformident. Vnde enim columbæ in ipso ortus sui visu terror accipitris?

Lib. de paradiso cap. 4.

c *Morte morieris.* Duplex mors significatur Animæ, domino discedente, qui est eius vita. Vel corporis, quam in fine vitæ accepit. Sed statim necessitatem moriendi incurrit.

Mors duplex.

✻ HIERONYMVS. Sed melius interpretatus est Symmachus, *mortalis eris.*

De quæstionib. Hebr.

✻ AVGVSTINVS. Cum quæritur quam mortem Deus fuerat comminatus. Vtrum animæ an corporis, an totius hominis, an illam quæ secunda dicitur. Respõdendum est, omnes. Prima constat ex duabus, secunda ex omnibus tota. Sicut enim vniuersa terra ex multis terris, & vna ecclesia ex multis ecclesiis, sic vniuersa mors ex omnibus. Quoniam prima constat ex duabus, vna animæ, altera corporis, vt sit prima totius hominis mors, cum anima sine Deo & sine corpore ad tempus pœnas luit. Secunda vbi anima sine Deo cum corpore æternas pœnas luet.

Lib. 13. de ciuitate ca. 12.

E

d *Dixit quoque do. &c.* AVGVST. Vel fortè in mente ipsius hominis dixit, sicut loquitur quibusdam sanctis in ipsis. vnde Psal. lxxxiiij. b. *Audiam quid loquatur in me dñs. Deus.* aut aliqua ipsi homini per angelum facta est renelatio, aut in somnis, aut in ecstasi, aut aliter sicut prophetis. Vel per corporalem creaturam vox sonuit, sicut de nube: *Hic est filius meus dilectus.* Sed si modum nescimus, Deum tamen dixisse non dubitamus. Si autem voce corporali, vel temporaliter expressa similitudine corporis dixit, non per substantiam suam, sed per subditam creaturam, sicut visus est albo capite sicut lana, & inferius sicut auricalchum. Intelligamus ergo quid dixerit, quia adiutorium homini simile fuisse faciendum æterna veritas habet: & in illa audit quæ potest cognoscere, quid quare creatum sit. Erat autem faciendum adiutorium propter filios creandos, sicut adiutorium semini terra est vt virgultum ex vtroque nascatur. Vnde supra. j. c. *Crescite & multiplicamini & replete terram,* &c. Hæc ratio coniunctionis nec post peccatum pœnámque defecit, secundum quam terra hominibus plena est. Emissi quidem de paradiso conuenerunt & genuerunt Sed potuerunt in paradiso eis esse nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus: sine ardore libidinis, sine labore pariendi, non vt morientibus patribus succederent filij, sed in aliquo formæ statu manentibus, & de ligno vitæ vigorem sumentibus, & filij ad eundem producerentur statum, donec impleto numero sine morte animalia corpora in aliam qualitatem transirent, in qua omnis ò regenti spiritui deseruirent, & solo spiritu viuificante, sine corporeis alimentis viuerent. Cur ergo non coierunt in paradiso? Quia muliere creata, mox transgressio facta est, & eiecti sunt de paradiso. Quantum enim fuerit inter eos factos, & natum Cain, scriptura non exprimit. Vel quia Deus nondum iusserat, vt coirent: & poterat diuina expectari authoritas, vbi concupiscentia non angebat. Deus autem non iusserat, quia casum eorum præsciebat. vnde genus humanum mortale propagandum erat. Si autem parentes filiis cedere oportebat, vt per successiones certus numerus expleretur, potuerunt genitis

Quare non coierint in paradiso.

F

filiis ☞

1 De ligno autem, &c. *Et istud præceptum fuit negatiuum, & quantum est ex se valebat ad exercitium virtutis obedientiæ. Et quia inobedientia meretur pœnam, ideo sequitur.*

2 In quocunque enim die, &c. *id est, necessitatem moriendi incurres: & ideo in Hebræo habetur* מות תמות *moth tamuth, morieris morieris: quia gustato ligno non statim mortuus, sed cœpit ad mortem tendere.*

3 Dixit quoque Deus, non est bo. *Hic consequenter describitur humanæ naturæ multiplicatio, & quia ista multiplicatio fit per generationem, ad quam requiritur coniunctio maris & fœminæ, ideo primo explicat mulieris formationem, secundo eius coniunctionem matrimonialem, ibi:* Dixitque Adam. Hoc nunc os. *Adhuc primo ponitur formationis ratio. Secũdo subiungitur ipsa formatio, ibi:* Misit ergo dominus Deus soporẽ. *Ratio autem formationis mulieris fuit multiplicatio generis humani, quæ non poterat esse per solum mæsculum, & hoc est quod dicitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

filiis perfectáque humani officij iustitia, ad meliora transferri, A non per mortem, sed per aliquam mutationem, aut per illam summam, qua receptis corporibus fierent sancti, sicut angeli in cœlis, aut per aliquam inferiorem, qua haberent meliorem statum quam habet hoc corpus. vel quæ prius facta fuit, viri ex latere terræ, mulieris ex viri carne. Non enim putandum est Heliam esse, sicut fuerunt accepta retributione. Vel sicut homines qui adhuc viuunt. Si quis autem putat quòd Helias hoc mereri non posset, si vxorem duxisset, & filios procreasset. Creditur enim non habuisse, quia scriptura nō dicit, quamuis & de cœlibatu non dixerit aliquid. Enoch genitis filiis Deo placens, non mortuus, sed translatus est. Similiter Adam & Eua transferri possent. Nam a si Enoch & Helias in Adam mortui, & gestantes in carne propaginem mortis, vnde creduntur ad hanc vitam vt moriantur rediturí, nunc tamen in alia vita sunt, vbi ante resurrectionem carnis, antequam corpus animale fiat spirituale, nec morbo, nec senectute deficient, quanto magis primis hominibus daretur, si non peccassent, vt in meliorem statum filiis genitis cederent. vnde finito seculo, cum omni posteritate in angelicam formam, non per mortem, sed per Dei virtutem mutarentur: facta est ergo mulier generandi causa, quæ non est subtrahenda. Apud Deum enim excellit virginitas, quia cum ad implendum numerum sanctorum largissima supperat copia, libido sibi non vendicat, quod iam suscipiendæ prolis necessitudo non postulat. Infirmitas quoque prona in tumam turpitudinis, excipitur honestate nuptiali, & quod sanis est officium, egrotis est remedium. Incontinentia quidem malum est, sed non ideo connubium non bonum, quo incontinentes copulantur: nec propter illud malum culpabile est hoc bonum, sed propter hoc bonum veniale illud malum. Bonum enim nuptiarum non potest esse peccatum: hoc est fides, proles, sacramentum. Fides, ne propter vinculum coniugale cum altero vel altera coeatur. Proles, vt amanter suscipiatur, nutriatur, religiosè educetur. Sacramentum, vt coniugium non separetur, & dimissus vel dimissa nec causa prolis alteri coniungatur. Hæc est regula nuptiarum, qua naturæ fœcunditas decoratur, incontinentiæ prauitas regitur.

Lib. 9. de Genes. cap. 8.

Avgvst. qui sentiunt ad gignendos filios in paradiso mi- sceri non licere, forte putant omne connubium peccatum esse: quod qui non faciunt, sed fœcunditatem carnis propter successionem mortalitatis diuinitùs datam sentiunt, primos hominum concumbere potuisse non consentiunt nisi post peccatum. Sed si rectè possunt quæri successores morituris, rectiùs quæruntur socij victuris. Illi autem animales quidem, sed non morituri, nisi peccassent, acceputi angelicam formam, cœlestémque qualitatem, vbi peccauerunt, mox membris eorum ægritudo letalis concepta est, & si enim nondum spirituale, sed animale corpus erat nondum huius mortis erat: de qua & cum qua nati sumus. Cur ergo non credamus illos ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuisse sicut cæteris, quæ in quolibet opere anima sine molestia vlla & pruritu voluptaris habet? Cur etiam incredibile videatur, Deum fecisse talia corpora, vt si non peccassent, illis membris sicut pedibus imperarent, nec cum ardore seminarent, vel cum dolore parerent? Sed post peccatum motum legis illius, quæ repugnat legi mentis, meruerunt: quam nuptiæ ordinant, continentia prohibet, vt sicut de peccato factum est supplicium, sic de supplicio fiat meritum. Factam ergo viro fœminā ex viro, in eo sexu, in ea forma, & ea distinctione membrorum, qua fœminæ notæ sunt, quæ peperit Cain, & Abel qui dubitat, cogit omnia mutare quæ credimus. Quid autem iustius hac pœna, quàm vt non ad omnem nutum seruiat corpus quasi famulus animæ, sicut domino noluit ipsa seruire? Siue vtrunque ex parentibus fiat corpus ex corpore, anima ex anima siue alio modo fiat anima.

1 Simile sui vel quod sit coram eo. Ixx. secùdùm vel penes ipsum. Ratio coniunctionis cōiugalis.

minus Deus: Non est bonum esse 1
a ¶ Quia in homine susceptō ecclesia copulata est Deo.
b ¶ Fœminam ad procreandos filios.
hominē solū, faciamus ei b adiuto- 2 3
riū ' simile sibi. Formatis igitur do 4
minus Deus de humo cūctis ani-
mātib. terrę & vniuersis volatilib.
Augustinus Notu quo candidit vel per angelos vt sic intelligeret dominum suum.
a cœli adduxit ea ad Adā, vt videret 5
quid vocaret ea. Omne enim 6
quod vocauit Adā animæ viuētis,

✠ Rvpertvs. Cur tandiu mulieris facturam scriptura narrare distulit? Videlicet vt singulas historiæ partes secundum proprias causas rationabiliter ordinaret

Lib. 2. in Gen. ca. 32.

✠ Ambrosivs. Si vero culpæ est auctor mulier, quomodo pro bono videtur adiecta. Si consideras quia Deo vniuersitatis est cura, inuenies plus placere domino debuisse id in quo esset causa vniuersitatis, quàm condemnandum fuisse illud in quo causa esset peccati. Et ideò quia ex viro solo non poterat humani generis esse propagatio, pronunciauit Deus non esse bonum solum hominem. Maluit enim Deus plures esse quos saluos facere posset, & quibus donaret peccatum, quàm vnum solum Adam, qui liber esset à culpa.

Lib. de paradiso. c. 10.

a *Adduxit ea. &c.* Non sic tve a ores vel aucup s, nec iussionis vox de nube facta est, quam rationales animæ intelligere solent. Hanc enim naturaliter non intelligunt bestiæ vel aues, sed per min steria angelorum qui capiunt in verbo eius, quid quando fieri debeat. Omnis enim anima etiam irrationalis mouetur iussis. Sed rationalis voluntaris arbitrio consentit, vel non. Irrationalis quæ hoc non habet pro suo genere iussu tacta propellitur. Cum autem iussa per angelos ministrantur, peruenit iussio Dei non solùm ad homines, pecudes, aues: sed etiam ad pisces, sicut ad eetum qui glutiuit Ionam: nec solùm ad ista maiora, sed etiam ad vermiculum. De piscibus non dicitur, quòd eis Adam imposuit nomina, sed credibile est paulatim cognitis pro diuersitate gentium imposita esse. Notandum autem quòd non dixit: Formatis volatilibus de aquis, sed de terra, secundum vniuersalem appellationem terræ. de qua dicitur Act. xvij. f. *Deus qui fecit cælum & terram, &c.* secundum quam quæcunque siue de arida, siue de aquis creata sunt, de terra esse creata intelligūtur.

Quomodo Deus helias Adæ adduxit.

Adam cuiis imposuit nomina.

☞ ✠ Chrys.

C F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non est bonum hominem esse solum. *quia tolleretur multiplicationis bonum.*

2 Faciamus ei adiutorium. *quia in generatione requiritur appropinquatio actiui ad passiuum. Virtus autem actiua generandi consistit in mare virtus autem passiua in fœmina.*

3 Simile sibi: *id est eiusdem speciei, licet alterius sexus. & quia tale adiutorium respectu hominis non inueniebatur in animalibus iam formatis. Ideo sequitur.*

4 Formatis igitur &c. Adduxit ea ad Adam. *ministerio angelico vel suo imperio.*

5 Vt videret. *diligenter considerando naturas eorum, quarum primus homo habuit perfectam noticiam: Cuius ratio est, quia perfectum naturaliter precedit imperfectum sicut principium cius. quia reducit ipsum ad perfectionem. Res autem instituendæ sunt non solum in seipsis, sed vt principia sequentium. Homo autem non solum est principium aliorum hominum per generationem, sed etiam quantum ad instructionem, inquantum discipulus ad perfectionem scientiæ deducitur per doctorem. Et ideo sicut in prima productione rerum Deus produxit alias species perfectas sicut potentes similia producere ex suis seminibus, vt supra dictum est: ita formauit hominem perfectum, non solum quantum ad corpus, vt potentem statim generare, sed etiam quantum ad animam in scientia ad quam potest naturaliter attingere vt statim posset docere. Illa autem ad quorum cognitionem potest attingere virtute naturali sunt omnia illa quæ naturaliter continentur in primis principiis per se notis, de quibus potest intellectus possibilis in actum reduci virtute intellectus agentis, & quia homo in statu innocentiæ ordinabatur ad finem supernaturalem. ideo etiam tunc de supernaturalibus cognitionem habuit quantum pertinebat ad statum illum.*

Quod Adā habuit perfectam noticiam rerū naturaliū.

6 Omne enim quod, &c. *scilicet secundum veritatem. Ex quo patet, quòd habuit noticiam de proprietatibus naturalibus viuentium quia nomina bene imposita à proprietatibus rerum imponuntur.*

☞ ✠ 1 Adæ

MORALITER.

1 *Non est bonum hominem esse solum.* Hic agitur de formatione mulieris de viro. Et secundum Augustinū per virum intelligitur ratio, per mulierem autem sensualitas seu appetitus sensitiuus. Dicitur autem mulier formari de latere viri, quoniam appetitus sensitiuus est rationalis per participationem, & est in adiutorium viri, id est rationis, quando regulatus ratione perficitur virtute morali.

Adam vero vt videret quid vocaret ea. Fecit hoc Deus non solum demonstraturus nobis magnam illius sapientiam, sed vt & symbolum Domini per nominum impositionem cognosceretur. Nā hominibus mos est, hoc facere in signū dominij, vt cū seruos emerint, ipsorum nomina mutent. Vnde & Adam instruit vt omnibus brutis tanquam dominus nomina indat.

Hom. 14. in Gen.

Hieronymvs. Videtur primam linguā humano genere fuisse Hebræam quia nomina quæ vsque ad diuisionem linguarū in Genesi legimus constat esse illius.

Lingua prima.

2 *Appellauit, &c.* Avgv. *Mystice.* Significans gentes quæ saluæ fierent in ecclesia per Christum, nomen Christi accepturas, quod prius non habebant vnde Esa. lxv c. *Vocabo seruos meos nomine alio.*

Mystice.

Lib. 9. de Gen. ad lite. c. 15. & 16.

b *Adæ vero non inue. &c.* Avgv. Videndum est quomodo facta sit mulieris formatio, quæ mystice dicitur ædificatio Angeli nullam possunt creare naturam, ergo nec formare costā in mulierem, nec carnis supplementum in loco costæ, non quòd nihil agant vel aliquid creetur, sed non ideo creatores, sicut nec agricolæ segetum aut arborum. Solus enim Deus. i. trinitas est creator. Facta est ergo fœmina à Deo etiā si costa ministrata sit per angelos: sicut vir factus ex fœmina nullo concubitu, cum semen Abrahæ dispositum est per angelos in manu mediatoris. Sed quæritur: an ratio quam primis operibus Deus concreauit id haberet, vt secundum ipsam ex viri latere fœminam fieri necesse esset, an hoc tantùm vt fieri posset. Vt autem ita fieri necesse esset, non ibi iam conditum, sed in Deo absconditum erat. Omnis naturæ iustissimus cursus habet naturales leges, secundū quas & spiritus vitæ qui creatus est habet appetitus suos quodammodo terminatos, quos etiam voluntas mala non possit excedere: & elementa mundi corporei diffinitam vim qualitatémque suam, quidque quod valeat vel non, quid de quo fieri, vel non, super hunc naturalem cursum creator habet apud se posse de omnibus facere aliud quàm eorum naturalis ratio habet, vt virga. Aarida repente floreat, fructum gignat, & in iuuentute sterilis fœmina in senectute pariat, vt asina loquatur, & huiusmodi. Dedit autem naturis Deus, vt etiam ex his hæc fieri possent, non vt in naturali motu haberent. Habet autem in se absconditas quorundam futurorum, vel factorum causas, quas rebus conditis non inseruit, eásque implet, non opere prouidentiæ, quo naturæ subsistunt vt sint, sed quo illas administrat vt voluit quas vt voluit condidit. Omnia ergo quæ ad gratiam significandam non naturali motu rerum, sed mirabiliter facta sunt, eorum absconditæ causæ in Deo fuerunt: Quorum vnum erat, quòd mulier facta est de latere viri dormientis, quę per ipsum firma facta, quia ex osse eius. Ille propter ipsam infirmus: quia non costa, sed caro suppleta. Non habuit prima rerū conditio, quando sexta die dictum est *masculum & fœminam. c. e.* vt fœmina sic fieret, sed vt fieri posset, ne contra causas quas Deus voluntariè instituit, mutabili voluntate aliquid faceret. Ecstasis ergo rectè intelligitur ad hoc immissa, vt mens Adæ particeps angelicæ curiæ & intrans sanctuarium Dei nouissima intelligeret. Vnde euigilans prophetico spiritu eructauit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. ad. c. ne.* quæ verba cum Adæ scriptura fuisse dicat, Christus in euangelio eum dixisse declarat, vt intelligamus per illam ecstasim Adam diuinitus hæc dixisse. *Adæ vero non inu.* Nullus fidelis iustus Christo æquari potest. Psalm. xliij a. *Speciosus enim forma p filiis ho* Nemo enim poterat genus humanum liberare nisi ipse. vnde Apocalipsi v.a. *Nemo inuentus est a genus aperire lib. & soluere. &c.*

Fœstasi in nulla ta Adam.

Hom. 15.

✠ Chrysostomvs. *Adæ vero, &c.* Quasi doceret nos beatus Moses, & diceret. Hæc omnia quidem (animalia) producta sunt, & ab Adam sua nomina acceperunt, nihil tamen ex his omnibus dignum fuit inuentum illius adiutorio. Quantūcunque enim ministerium exhibent nobis hæc bruta, aliud tamen adiutorium est excellentius, simile sibi, id est eiusdem substantiæ, dignitatéque illo nihil inferius.

Mystice

Mystice Adæ vero non inue. &c. Facta est mulier in adiutorium viri, quia adhuc erat quod fieret, vt non solùm anima corpori dominaretur, sed etiam virilis ratio subiugaret sibi animalem partem suam, per quod adiutorium imperat corpori. Ad huius exēpla fœmina facta: qua ratio viri subiugauit, vt quod in duobus planius apparet. i. in masculo & fœmina, in vno considereretur, vt appetitum animæ per quem de membris corporeis operamur mens subiugatum habeat. i. iustè regat adiutorem suum. Demonstratur etiam homini quantò melior sit pecoribus, quæ adducta nominatim distinguit & iudicio rationis discernit. Sed hic intellectus facilis. Ille verò difficilior quo intelligit aliud esse rationale quod regit, aliud animale quod regitur. In quo datum est ei irrationales motus discernere, & dominio rationis cooperante gratia subiugare. ▪

Mysticè

1 similis ei. i. quod esset cœtus eo.

c *Immisit ergo dominus. &c.* Isidorvs. Non possunt hæc corporeis oculis videri. Sed quantò quis à visibilibus ad secreta intelligentiæ quasi obdormiēdo recesserit, melius & sincerius videt. Ipsa ergo cognitio qua cognoscitur, aliud esse rationem quæ imperet, aliud animalitatē quę obtemperet, quasi effectio mulieris est de costa viri propter coniunctionem significandam. Vt huic parti quisque dominetur. & fiat quasi coniugalis in seipso, perfecta sapientia indiget, cuius contemplatio secreta est, & à sensu corporis remota, quæ per soporem intelligitur. Tunc enim ordinatissimè caput mulieris est vir, cùm viri caput Christus est. In loco costæ carnem posuit, non vt caro carnalem concupiscentiā significet sed affectum dilectionis qua quisque animam suam diligit, & non est durus vt eam contemnat, quod diligit quisque cui præest. *Vocauit ergo Adam vxor. m. s. am*, tanquam potior inferiorem, & dixit: *Hæc nunc os ex ossibus meis, &c.* Os de ossibus propter fortitudinem, & caro de carne, propter temperantiam. Hæ duæ virtutes ad inferiorem animi partem pertinent, quam prudentia rationalis regit. Vnde hæc pars animæ virago dicta, tanquam à viro deriuata. Quod autem sequitur: *Propter hoc relinquit homo patrem & matrem, &c.* prophetia est, ad sacramentum Christi & ecclesiæ referenda. Avgvs. Qui putant animam ex anima, sicut carnem ex carne fieri, dicunt Deum vnam fecisse animam suffflando in faciem viri, vt ex illa cæteræ crearentur, quoniam primò Adam formatus est, deinde Eua. Et vnde corpus & animam ille habuit, dictum est, sed non de illa quòd flatu Dei sit animata, tanquam de viro vtrumque dictum sit, qui iam fuerat animatus. Sed si propterea putant animā mulieris ex anima viri, quia scriptum non est, quòd eam Deus suffflando animauerit, cur ex viro animatam credunt, cùm & hoc scriptum non sit? Si verò Deus omnes animas sicut primam fecit, ideo de aliis scriptura tacuit, quia quod in vna factum est: de cæteris intelligi posset. Nam si aliud fiebat in fœmina quā in viro, vt ex carne animata anima duceretur, non sicut viri, aliunde corpus, aliunde anima: quod aliter fiebat, scriptura tacere nō debuit: ne ita factum putaremus, sicut iam didicerāmus: quia ergo non dixit ex anima viri factam animam mulieris: innuit nihil aliud putandum, quàm de viro fuerat dictum.

ex anima

Lib. 10. cap. primo.

Avgvstin. Si quæratur vnde accepit animam Christus? Mallem audire meliores & doctiores: tamen pro meo captu libentiùs respondeo, non de Adam, quàm de Adam. Si verò non secundùm animam, sed tantùm secundùm carnem dicimus Leui fuisse in Abraham, ibi erat Christus, qui secundum carnem ex Abraham, & ipse ergo decimatus est, quæ est ergo differentia sacerdotij Christi & Leuitici, q Leui decimatus est à Melchisedech, nisi quia necesse est aliquo modo non fuisse ibi Christū? Nam secundùm carnē ibi fuit, secundùm animam non fuit. Non est ergo anima Christi de traduce præuaricationis. Sed dicendū est, quāuis nullius anima sit in lumbis patris secundùm carnem tamē in lumbis. Abrahæ decimatum Leui, Christū nō decimatum, quia secūdùm rationem seminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat in ventrem, secundùm quam non erat ibi Christi caro, quamuis secundùm ipsam fuerit Mariæ caro. Leui enim de carne concupiscentię nascitur: Christus secūdùm carnalē solam substantiā. In Abrahā decimabatur

F

Vnde anima Christi Lib. 10. c. 19 & 20.

☞ quod

NICOLAVS DE LYRA.

1 Adæ verò non inueniebatur, &c. *Repetit hic causam formationis mulieris, de qua in principio huius partis mentionem fecerat, & occasione cuius nominationem animantium interposuerat.*

2 Immisit ergo Dominus Deus, & cætera. *Hic describitur*

☞ ✠ *formatio*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod curabatur, non illud vnde curabatur. Sed si dicitur sicut
A Vincat qui poterunt. potuit esse secundùm carnem, & non decimari ita secundùm animam. Respõdetur: Si potuit de anima fieri quod de carne dictum est, ita est de traduce animæ Christi, vt labem præuaricationis non contraxit. Si autẽ sine reatu non posset inde esse, non inde est. Cæteræ autem animæ vtrum de parentibus, an desuper sint? vincant qui poterunt, ego adhuc inter vtrosq; moueor: aliquando sic, aliquando autẽ sic. At omnia paria vel penè paria ex vtroq; latere munimenta rationum pronunciarem, nisi sentẽtia eorum quæ animas ex patribus creari putãt, de baptismo paruulorum prepõderaret: de quibus quid responderi possit, nondũ mihi occurrit.

Institutio sancti matrimonij. 1. Cor. 11. b. Mat 19. a. Marc. 10. a. Ephe. 5. g. 1. Cor. 6. d.

✠ Hieronymvs. Alia litera habet, *& misit Dominus ecstasin super Adam.* Pro ecstasi, id est, mentis excessu in Hebræo habetur תרדמה tardema, quod Aquila κατανυξιν, Symmachus, κωφωσιν, id est, grauem & profundum soporem interpretati sunt.

✠ Rvpertvs. Sopor vtique quem Deus immisit, non claudere vigilias rationis debuit, sed obturatis quinque sensibus corporis, sensum mentis liberum reliquit, vt scire posset quid erga se ageret omnium artifex sapientia Dei, vnde postmodum adducta sibi muliere dicere potuit, *Hoc nunc os, &c.*

✠ Procopivs. Sopor vel ecstasis dicitur ideo, quod Adamus fuerit solita sentiendi facultate priuatus, vt assolet interdum Deus, qui sua decenter ad finẽ deducat facere. Sic & in Abraham irruit sopor vel ecstasis, cum susciperet notitiam eorum, quæ longè pòst futura erant. In hunc modum quoque prophetis reuelationes fiebant. Vigilantibus enim prophetis secundum diuinam virtutem, sæpissimè quasi somno captis, reuelationes quasdam denunciauit Deus. *Tulit vnam de costis eius, &c. Et ædificauit, &c.*

✠ Ambrosivs. Illud non otiosum, quod non de eadem terra de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius costa facta est mulier, vt sciremus vnam in viro & muliere corporis esse naturam, vnum fontem generis humani, ideo non duo à principio facti vir & mulier, neque duo viri, neque duæ mulieres, sed primùm vir, deinde ex eo mulier.

✠ Theodoretvs. Deus à latere Adã fœminam finxit, vt duas duas species inter se coniungeret, & amore cõciliaret, & naturali quadam amicitia inter se copularentur, quod vt arctiùs atque tenaciùs fieret, nuptiarum vinculo etiã coniugauit. D

✠ Hvgo a sancto victore. Non de capite nec de pedibus sumptum est id vnde fieret mulier, ne aut domina si de capite, aut ancilla si de pedibus putaretur, ideo de medio, id est, costa sumi decuit, vt socia intelligeretur. *Et repleuit carnem pro ea*, ne aut turpis esset fossa, si vacua omninò, aut si os pro osse regeneraretur, nullum signum remaneret ablatæ costę, per quod constat vnum tantùm principiũ generis humani, & ideo retentum est signum, sicut etiam cicatrices Christi, in triumphum.

Moraliter. Gregor. in morali lxxx. *Immisit ergo. Do. Deus so. &c.* Culmẽ contemplationis non attingimus, si non ab exterioris curæ oppressione cessemus, nec nosipsos intuemur. vt sciamus in nobis aliud esse rationale quod regit, aliud animale quod regitur: nisi ad secretum silentij recurrentes, ab exteriori perturbatione sopiamur. Quod bene Adam dormiens figurauit de cuius mox latere mulier processit. Qui enim ad interiora intelligenda rapitur: à rebus visibilibus oculos claudit, & tunc intelligit in seipso aliud esse quod regere debeat, tanquam vir: aliud quod regatur tanquã fœmina

Moraliter.

Hom. 15.

✠ Chrysostomvs. *Adæ vero, &c.* Quasi doceret nos beatus Moses, & diceret, Hæc omnia quidem (animalia) producta sunt, & ab Adam sua nomina acceperunt, nihil tamen ex his omnibus dignum fuit inuentum illius adiutorio. Quantuncunque enim ministerium exhibent nobis hæc bruta, aliud tamen adiutorium est excellentius, simile sibi, id est, eiusdem substantiæ, dignitatéque illo nihil inferius.

B

a ¶ Ecclesia in Christo est sortis.

dormisset, tulit vnam de costis eius, 1

a ¶ quia Christus pro ecclesia infirmus. A. ii. posuit carnem pro ea, sed ideo Christus moriendo pro ecclesia.
b ¶ ecclesia templum Dei est, per sacramenta de eius latere exeuntia generata.

a & replẽuit carnem pro ea. Et ædi- b 2
ficauit dñs Deus costã, quã tulerat 3

a ¶ per fidem.

de Adam in mulierem, & ãdduxit

a ¶ ecclesiam. b ¶ Christum.

eã ad Adam. Dixitque Adam 4

a ¶ quia in cæteris adiutorium simile sibi non inuenit, & quia non ex sua substantia: sed ex aquis & terra esse nouerat.
¶ quia ecclesia corpus Christi est secundùm apostolum, ex carne eius constans, id est ex infirmis, & ex ossibus, id est fortibus membris. b ¶ In ecstasi prophetę spiritu intellexit costam sibi esse subductam & mulierem formatam

Hoc nunc os ex ossibus meis, et 5
caro de carne mea †. Hæc voca

a ¶ Similiter in Hebræo conuenit, quia ab is quod est vir, issa, id est fœmina dicitur: Theodotio aliam etymologiam, suspicatus est, dicens: Et hæc vocabitur assumpta, quia ex viro assumpta est. Issa enim secundum varietatem accentus etiam assumptionem sonat.
b ¶ Christi latere. ¶ sicut à Christo christianum nomen datum est ecclesię

Hoc nunc, hac vice, vel hęc nũc.

איש ישה. vir. mulier, fœmina.

bitur virago, qm̃ de viro sũpta est: 6

a *Et ædificauit, & cætera. quamobrem relinquet, & cætera.*

Isidorvs. Quod per historiam completum est in Adã, per prophetiam significat Christũ, qui reliquit patrem, id est, non sic apparuit hominibus, sicut apud patrem. *Et matrem*, id est sinagogæ carnalem obseruantiam: de qua natus secundum carnem. *& adhæsit vxori*: id est ecclesiæ: *vt sint duo in carne vna.* est enim caput ecclesiæ. & ipsa corpus eius: qui soporatus somno passionis: vt ei coniunx. i. ecclesia formaretur. vnde Psal. iij. b. *Ego dormiui & soporatus sum* ergo formata est ecclesia de latere eius. i. fide passionis & baptismi, *quia de latere eius exiuit sanguis & aqua.* Ioa. 19. f. & Roma. 1. a. *Factus est autem ex semine Dauid secundum carnem*: tanquam de limo terræ: *cum homo non esset qui operaretur in terra*: quia nemo in virgine operatus est: de qua natꝰ est Christus. *Fons ascendebat è terra & irrigabat faciẽ terræ.* Facies. i. dignitas terræ: mater dñi quã irrigauit spiritus: vt de li-

Mystice.

E

mo tali ille homo fieret, qui constitutus est in paradiso, id est, in voluntate patris, *vt operaretur, & custodiret*, implere scilicet, & conseruaret. præceptum enim nos accepimus in illo qui ait Matthæi vigesimoquinto. d. *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Lignum autẽ paradisi spirituales significat delitias, Gala. quinto. f. *Fructus autem spiritus est gaudium, charitas, pax*, & huiusmodi. *Lignum scientiæ boni & mali*, non debemus tãgere, id est, de natura quæ nodis est media non debemus superbire, ne decepti experiamur inter bonum & malum, scilicet, inter catholicam fidem & fallacias hæreticorum. Ita enim peruenimus ad notitiã boni & mali. primæ Corinth. secundo. d. *Oportet enim hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant.* Serpẽs enim hæreticorum venena præsignat.

✠ Rvpertvs. Sopor vtique quem Deus immisit, non claudere vigilias rationis debuit, sed obturatis quinque sensibus corporis, sensum mentis liberum reliquit, vt scire posset quid erga se ageret omnium artifex sapientia Dei, vnde post modum adducta sibi muliere dicere potuit, *Hoc nunc os, &c.*

ib. 2 ca. 34.

✠ Procopivs. Sopor vel ecstasis dicitur ideo, quod Adamus fuerit solita sentiendi facultate priuatus, vt assolet interdum Deus, qui sua decenter ad finem deducat, facere. Sic & in Abraham irruit sopor vel ecstasis, cum susciperet notitiam eorum, quæ longè pòst futura erant. In hunc modum quoque pro-

In c. 2 Gen.

C

a ¶ Verbum caro factum est. ¶ Formam serui accipiens. ¶ Exiui à patre, & veni in hunc mundum.

quamobrẽ relinquet homo patrem 1

a ¶ Synagogæ obseruantiam, quæ est mater Christi secundum carnem.

suum & mãtrem, & adhærebit v- 2

a ¶ Id est, ecclesiæ. b ¶ Christus & ecclesia.

xori suæ, & erunt duo in carne v- 2

a ¶ Quia vnum corpus. b ¶ Vellamine duplicitatis.

a nã. Erat autem vterque nudus, A- 3

¶ Christus & ecclesia.

dam scilicet & vxor eius, & non e-

a ¶ Quia nullum motum carnis sentiebant.
b ¶ Quia sine macula & ruga.

rubescebant.

✠ Ambrosivs. Illud non otiosum, quod non de eadem terra de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius costa facta est mulier, vt sciremus vnam in viro & muliere corporis esse naturam, vnum fontem generis humani, ideo nõ duo à principio facti vir & mulier, neque duo viri, neque duæ mulieres, sed primum vir, deinde ex eo mulier.

vbi suprà.

✠ Theodoretvs. Deus à latere Adam fœminam finxit, vt duas species inter se coniungeret, & amore conciliaret, & naturali quadam amicitia inter se copularentur, quod vt arctiùs atque tenaciùs fieret, nuptiarum vinculo etiam coniugauit.

1. duo in carne vna. in vni carnẽ. i. vna caro, vel in carne vna. i. in generatione vnius carnis i. prolis. In annota. in Gen.

✠ Hvgo a Sancto Victore. Non de capite nec de pedibus sumptum est id vnde fieret mulier, ne aut domina si de capite, aut ancilla si de pedibus, putaretur, ideo de medio id est, costa sumi decuit, vt socia intelligeretur. *Et repleuit carnem pro ea.* ne aut turpis esset fossa, si vacua omninò, aut si os pro osse regeneraretur. nullum signum remaneret ablatæ costæ, per quod constat vnum tantum principium generis humani, & ideo retentum est signum, sicut etiam cicatrices Christi in triumphum.

D

E

Mystice.

Isidorvs. *Erat autem vterque nudus, & cætera.* Quod nudi erant nec erubescebant, simplicitatem animæ & castitatem significat. vnde secundæ Corinth. vndecimo. a. *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo, Timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam, ita corrumpantur sensus vestri, &c.* Serpens diabolum significat, qui non est simplex. vnde sequitur, *Serpens erat callidior cunctis animantibus*: in quo significatur versutia eius. Paradisus vita, beata, in qua serpens non erat, quia iam diabolus erat. Locutio ista tentatio occulta, sicut accessit ad Iudam persuadens vt Iesum traderet, quoniam intranit in cor eius. Ioannis decimotertio. c. Sed vir reppellit, qui paradisum incolit, sed per mulierem decipitur, quia ratio nostra non ducitur ad consensum nisi delectatio mota fuerit in aliqua parte animæ, quæ debet obtemperare rationi vt viro rectori, nec aliter quis in peccato labitur. In serpente suggestio, in muliere libido, cõsensus rationis in viro. Si cupiditas mota est, persuasum est mulieri. Si ratio consentit suadenti libidini, à beata vita tanquam à paradiso expellitur homo, & imputatur peccatum, etiam si non sequatur factum, quia in consensu rea tenetur conscientia.

F

formatio mulieris de latere hominis dormientis in figura, quòd ecclesia erat formanda in futuro de latere Christi dormentis in cruce. Dicit igitur. Immisit ergo Dominus Deus, &c. *Ex quo patet quod iste sopor non fuit naturaliter causatus, sed a Deo immissus, ne Adam videret amorosum costæ suæ.*

Quõ mulier de costa formata.

1 Tulit vnam de costis. *Hoc videtur inconueniens: quia illa costa aut erat de integritate ipsius Adæ, aut superflua. Si primo modo, tunc remansit corpus Adæ diminutum & imperfectum: quod non decet conditionem primi hominis, qui erat simpliciter perfectus quantum ad animam & corpus. Si secundo modo, tunc illa costa in Adam quæ fuit monstruosa, sicut sextus digitus fuisset in manu: quod etiam est inconueniens in primo homine, vt prædictum est. Dicendum ad hoc quòd aliquid est superfluum in natura humana ratione indiuidui, quod tamen est necessariũ ratione speciei. Sicut superfluum alimenti de quo fit semen est superfluum in indiuiduo, quod aliter inquantũ huiusmodi. Est tamen necessarium inquantum est principium producendi sibi simile ad conseruationem speciei: quia semen mediante quo fit generatio est de superfluo alimenti, vt habetur. 3. de anima. Et tale superfluum non est monstruosum, imo naturale & per se intentum: quia vt ibidem dicitur: Generare est opus naturalissimum, & natura magis intendit conseruationem speciei quam indiuidui. Eodem modo dicendum de illa costa, quòd fuit superflua ratione indiuidui: & ideo illa sublata remansit corpus Adæ integrum & perfectum. fuit tamen necessaria inquantum mulier de ipsa erat formanda, vt sic Adam esset principium totius humanæ speciei, vt prædictum est, propter quod non fuit monstruosa.*

C

Quare de costa mulier.

F

2 Et ædificauit. *Formationem mulieris exprimit per modum ædificationis, vt dicit Ra. Sa. & verum est, eo quod sicut ædificium latius est & grossius in fundo, & magis subtile superius, ita corpus mulieris grossius est in partibus inferioribus de communi cursu, & subtilius & gracilius in superioribus. & hoc est propter debilitatem caliditatis naturalis in muliere, quæ naturaliter est frigida. & ideo maior pars alimenti de qua fit nutritio, & augmentum remanet in inferioribus partibus, & minor pars superius eleuatur. Contrarium autem est in masculo propter fortitudinem caliditatis naturalis: & ideo communiter habet pectus latius, scapulas grossiores & caput.*

Eua facta per additionẽ materiæ.

3 Costam quam tulerat de Adam, & cætera. *Non enim formauit eam de pede, quia non erat serua: nec de capite, quia non erat viri domina, sed de costa, quia erat viri socia. Dicunt verò aliqui quod hæc formatio de costa fuit per additionem alterius materiæ, alioquin corpus mulieris fuisset nimis rarum si eadem materia accepisset maiores dimensiones: & dicunt quod fuit simile in multiplicatione quinque panũ. Ioan. sexto. a. de qua videtur dicere Augustinus manifestè, quod fuit per additionem materiæ dicens. Ille in manibus suis multiplicauit quinque panes, qui de paucis granis creat segetes. & certum est quod segetes multiplicãtur de granis per additionem materiæ. Alij verò dicunt, quod formatio mulieris de costa fuit sine additione materiæ. Deus enim qui de nihilo produxit materiam, multò fortius potuit facere de modica materia magnam: non per additionem materiæ aliundè sumptæ, sicut est in segetibus, sed per multiplicationem eiusdem materiæ in seipsa, nec ex hoc sequitur corpus mulieris carere debita densitate, quia formatione facta tantùm fuit ibi de materia, acsi fuisset aliunde addita: & ista expositio videtur magis propinqua litera.*

4 Dixitque Adam: hoc nunc os ex ossibus meis. *Hic consequẽter describitur viri & mulieris coniunctio matrimonialis. vnde dixit;* Dixitque Adam: Hoc nunc os & cætera. *Ex quo patet Adam cognouisse supernaturaliter formationem mulieris de costa sua, quia non videret hanc formationem.*

5 Et caro de carne mea. *Quia illa costa de qua formata est mulier, non fuit sublata de Adam nuda, sed cum aliqua carne.*

6 Hæc vocabitur virago. *Quia de viro sumpta est.*

✠ *Ista*

✠ *Ista est locutio impropria, quia Virago non signat mulierem de viro sumptam vel deriuatam, sed magis mulierem viriliter agentem. & ideo magis proprie diceretur. Vira. si sermo latinus pateretur. Ista autem deriuatio magis apparet in Hebræo vbi dicitur* איש *issa, id est, mulier, quod nomen deriuatur ab* איש *is, quod signat virum.*

Virago.

Vira. Issa.

1 Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, &c. *Non quantum ad dilectionem, quia filius non potest denegare parentes, sed quantum ad cohabitationem, quia filius cum est vxoratus statim est emancipatus, & habet prouidere sibi & vxori & familiæ.*

2 Et erunt duo in carne vna. *Quia masculus & fœmina coniunguntur ad vnam carnem prolis procreandam. Aliter exponitur.* Quamobrem, &c. *excludendo per hoc patrem & matrem à copula matrimoniali, quia illud nunquam fuit licitum: sed est contra dictamen rectæ rationis, quia est contra reuerentiam parentalem. Alij autem personæ quantuncunque propinquæ consanguinitate fuerint licitè poterant copulari matrimonialiter in principio, vt frater & soror, de pueris Adæ & Euæ.*

Causa erubescentiæ.

3 Erat autem, &c. *secundum Iosephum hoc erat ex simplicitate vel carentia scientiæ in primis parentibus, sicut contingit in pueris carentibus vsu rationis, qui non erubescunt ex sua nuditate: sed hoc est suprà improbatum, quia homo à sua formatione fuit perfectus in scientia, & ideo dicendum, quod istud contingebat ex conditione status innocentiæ. quia nullus motus inordinatus poterat contingere in membris genitalibus nec inhonestas in alijs partibus, durante illo statu, & ideo nuditas quantumcunque partium corporis non erat causa erubescentiæ.*

Genesis. cap. ij. vbi dicitur in postilla, Aliter exponitur prout requies ponitur prout completione desiderij, &c.

Quæstio.

ADDITIO I.

Circa hanc expositionem vlterius quærendum est, Cum Deus ab æterno in seipso requieſcit, eo quòd ipse sibi sufficit & implet desiderium suum, quomodo ergo scriptura dicit, Requieuit in die septima. *Talis enim requies ab æterno competit Deo. Ad quod dicendum secundum Thomam in prima parte quæstio. lxxiij. artic. ij. in cor. q. quòd quamuis ab æterno requieuerit in seipso Deus, tamen quòd post opera condita in seipso requieuerit, hoc pertinet ad septimam diem, & hoc est ab operibus requiescere. Ad quod alleg at August. super Gene. ad literam.*

In eodem capitulo ij. vbi dicitur in postilla, Et benedixit Deus diei septimo & sanctificauit illum, &c.

ADDITIO II.

Quod benedictio & sanctificatio diei septimæ intelligatur secundum applicationem ad diuina obsequia, hoc non pertinet ad literalem sensum, sed mysticam expositionem. vnde magister in ij. distin. xv. illum autem diem sanctificasse & benedixisse dicitur, quia mystica præ cæteris benedictione & sanctificatione, dotauit eum. Vnde in lege dicitur.

✠ Memen

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Memento sanctificare diem sabbati, *Hæc ille. Si enim ex sensu literali huiusmodi sanctificationis & benedictionis habetur, quòd homo die septimo deberet cessare ab operibus terrenis, &c. sequeretur quòd sancti patriarchæ fuissent obligati ad conseruationẽ sabbati, q minimè reperitur ante legem, vnde literaliter intelligitur benedictio sabbati, per hoc q benedictio ad multiplicationẽ pertinet. vnde creaturis quas Deus benedixit dictũ est,* Crescite & multiplicamini. *multiplicatio autẽ veriũ sit per administrationẽ creaturæ, secundũ quã ex similibus similia generantur, quæ quidem administratio incipit à septimo die, sanctificatio etiã cõpleti septimo diei, inquantũ res conditæ & multiplicatæ in Deo requiescunt, vnde & res Deo dicatæ, sanctæ dicuntur vt in postilla, &c.*

In eo. ca. ij. vbi dicit in postilla. Philos. etiam. ij. metheo. dicit, &c.

ADDITIO III.

Sequentes opinionem Arist. possunt concedere, quòd inter duos tropicos sit regio habitabilis & temperatissima, propterea quod in illa regione sit aliqua pars alta & montuosa intantum quòd reflexiones radiorum solis non attingunt ad illum locum cum excessu caloris, sed temperatè, eo modo quo contingit in aliquibus partibus climatum calidorũ, vbi aliqui montes alti tantam attingunt frigiditatem, quòd ibidẽ niues generantur, & etiam durant per magnum tempus anni, vt patet per experientiam, vnde etiam secundum opinionem philosophi conceda potest quòd paradisus terrestris sit in orientali plaga sub æquinoctio modo prædicto.

In e. c. ij. vbi dicitur in postilla, Vt operari & custodire referatur ad Deum.

ADDITIO IIII.

Iste modus expositionis non habet locum secundum Hebraicam veritatem. In Hebræo enim in hoc loco habetur vt operaretur & custodiret illã in fœminino genere non illum in masculino, vnde oportet vt referatur ad Paradisum, qui sub nomine hortus dicitur. Hortus autem in Hebræo est communis generis, quia quandoque in masculino, quandoque in fœminino nominatur.

Hortus cõmunis generis secundum Hebræos.

In eo. ca. ij. vbi dicitur in postilla, Formationem mulieris, &c.

B

ADDITIO V.

Hæc ratio Ra. Sa. & si contineat aliquid veritatis, est tamen impropria seu impertinens ad propositum. non enim pertinet ad sacram scripturam dicere an fœmina sit grossior in partibus inferioribus an non, nec ex hoc sequitur aliquid pertinens ad mores. Sed in hoc posset aliter dici, & forte melius & magis ad propositum. Ad quod sciendum quòd in rerum primordijs scriptura triplici modo denominat productionem hominis. Vno scilicet modo per hoc verbum formauit, *sicut cum dicitur Gene. ij. b.* Formauit Deus hominem de limo terræ. *Alio modo per hoc verbum* genuit, *sicut cum dicitur Gen. iiij. d. quod* Adam genuit Seth. *Alio modo per hoc verbum* ædificauit, *sicut cum dicitur, hic,* ædificauit Dominus costam quam tulerat de Adam in mulierem. *Primo autem modo productio hominis specialiter quantum ad corpus facta est per quãdam transmutationem quasi naturalem, secundum quam res producta non habet identitatem specificam cum re ex qua producitur, imo est ibi oppositio. cum ex non tali fiat tale, vt in primo Physicorum. & ideo talis productio propriè nominatur formatio, eo quòd perficitur per nouam formam de nouo aduenientem, & ideo de tali productione dicitur.* Formauit Deus hominem de limo terræ. *Secundo vero modo productio hominis facta est per generationem naturalem, secundum quam res aliqua generat sibi similem secundum speciem, vt cum ignis generat ignem, & in tali productione communiter inter generantem & generatum est identitas specifica, secundum quam dicitur, quòd Adam genuit Seth ad imaginem & similitudinem suam. Tertiò vero modo productio hominis facta est quodammodo per modum ædificationis, secundum quam manet aliqualis identitas, quasi individualis inter ædificatum & id de quo ædificatur, cùm enim domus fit ex ligno vel lapidibus, non solùm remanent in domo ligna seu lapides eiusdem speciei cum lignis & lapidibus ex quibus domus fuit ædificata sed etiam ligna vel lapides remanent in domo ædificata eadem quæ prius individualiter erant. secundum quem modum quodammodo facta fuit mulier de costa Adæ. Non enim fuit facta primo modo, ita vt non remaneret identitas specifica inter ipsam & Adã, vt est manifestum. Nec etiam secundo modo, sit. scilicet, vt remaneret inter eos identitas specifica tantum. sed tertio modo. scilicet, vt inter eos etiam remaneret quodammodo quasi indentitas individualis. sicut inter ligna ex quibus domus ædificatur, & ligna quæ sunt in domo iam ædificata, remanet identitas individualis, & hoc clarè innuit literra cum dicit,* Dixitque Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, *quia sine omni extrinseco additamento per diuinam potentiam, costa in semetipsa multiplicata, mulieris corpus factum fuisse dicitur, vt magis videtur velle magister in. ij. dist. xviij. siue per additionem factam ad materiam præexistentem costæ. prout videtur velle supra in prima parte. & costa de Adam subtracta remansit eadem individualiter in productione corporis mulieris. Similiter & caro quæ etiam cum costa fuit de corpore Adæ sublata, vt magister ponit in historijs scholasticis & ideo secundum istum modum*

Productio hominis tripliciter nominatur.

C

modum productionis dicitur ædificare. non formare, seu generare, quia habet similitudinem cum ædificio ratione tam dicta, secundum quod denotatur maiorem identitatem esse inter virum & vxorem quàm inter patrem seu matrem cum filio, sic maior est identitas individualis, quàm specifica. De quo potest etiam intelligi illud, Relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, *quasi dicat, Rationabile est vt homo relinquat patrem & matrem quantum ad domesticam conuersationem, & alia huiusmodi. & adhæreat vxori in eisdem, eo quòd inter virum & vxorem est quodammodo identitas individualis, quia sunt duo in carne vna, non autem inter filium & patrem seu matrem. Hoc etiam sonant verba Apostoli ad Ephes. v. g. dicentis,* Iam non sunt duo sed vna caro. *ista tamen intelligantur non excludendo alias sanctorum expositiones. Consonat etiam expositio mysterio Christi & ecclesiæ, quod in hoc sacramento. s. matrimonij figuratur, iuxta illud ad Ephes. v. g.* sacramentum magnum inter Christum & ecclesiam. *Nam corpus Christi mysticum, licet multa contineat supposita, vnum tamen est quodammodo individualiter, cuius compositio etiam ædificatio dicitur, iuxta illud Mat. xvj. c.* Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

D

Quatenus relinquat homo patrem

Correctorium magistri Matthiæ contra Burgen.

IN *secundo capitulo vbi Postillator exponit benedictionem septimæ diei per applicationem ad diuina, &c. Burgensis dicit illam applicationem ad sensum literalem non pertinere, sed ad mysticam expositionem ad quod probandum adducit Magistrum li. ij. distin. xv. dicentem, illum diem Deus sanctificasse, & benedixisse dicitur, quia mystica præ cæteris benedictione, & sanctificatione dotauit illum. vnde in lege dicitur.* Memento sanctificare diem sabbati. *Sed considerandi dictum magistri, clarum fit quod Burgensis non probat per ipsum quod intendit, nam magister non dicit mysticam esse septimæ diei expositionem. sed esse mysticam eius benedictionem, id est diuinam. Mysticum enim secundum Britonem vno modo dicitur diuinum, & sic nihil ad propositum Burgen. Extra propositum etiam est quod addit Burgen. arguendo sic, Si ex sensu literali huius sanctificationis habetur, quod homo die septimo deberet cessare ab operibus terrenis, sequitur quod sancti Patriarchæ fuissent ad observationem sabbati obligati, quod non reperitur ante legem. Hic dico quod Burgensis noluit postillatorem intelligere, quoniam benedictionem septimæ diei ad literam non exponi de sabbato Iudaico, & cerimoniali, sed morali, qualiter pertinet ad decalogum, & ita implicitè obligabat ante legem, & post, scilicet in considerationem creaturæ, non requiescere, sed regrediendo in opificem, & ibi sistere contemplationem, vt sic sex dies pertineant ad vsum, septima ad fruitionem, cui competit benedictio mystica, id est, diuina. Nec videtur valere literalis expositio quam Burg. prætendit. Aut enim quod literaliter benedictio sabbati ad multiplicationem pertinet, vnde creaturis quas Deus benedixit dictum est,* Crescite, & multiplicamini. *Si enim hæc congruentia Burgensis valeret: tunc omnia contenta sub creaturarum benedictione ad sabbatum viderentur pertinere, quod est falsum, quia omnia ad vsum creaturarum rerum extenduntur. Dicit enim Deus benedicendo homini, primo huius:* Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam dominamini piscibus maris, &c. *quæ omnia ad vsum rerum pertinent, & à benedictione sabbati distrahere videntur. Nec video si Burgen. voluerit ad literam intelligi sabbatum, quomodo non coget Christianos in sabbati obseruantia Iudaizare, cum ad decalogi teneatur obseruationem. Posito huiusmodi igitur deuiam Burgensis intentionem, postillator concludit dicens, Sanctificatio competit septimæ diei inquantum res conditæ, & multiplicatæ in Deo requiescunt. Item in eodem cap. vbi postillator dicit de situ paradisi in oriente, allegat Aristot. in ij. Metheo. qui dicit inter tropicos non esse regionem habitabilem, igitur ibi non est paradisus sequendo Aristot. Burgen. autem somniãdo nescio quid, dicit sequendo Aristot. poni potest paradisus inter tropicos. Sequitur enim: Inter tropicos non est regio habitabilis secũdũ Aristo. ergo paradisus nõ erit habitabilis, si inter tropicos positus fuerit. Et sic ex oppositio consequentis contradicitur Aristo. & inconuenienter dicitur sequendo eum: quia sequitur. Si paradisus est habitabilis, & paradisus est inter tropicos, ergo inter tropicos est locus seu regio habitabilis, quod est oppositum dicti Aristotele. Item in eodem cap. vbi postillator exponit formationem mulieris per quandam congruentiam sumptam à Ra. Sa. Burgensis significans Ra. Sa. benedixisse, dicit se melius dicere velle, quare videlicet formatio illa exprimitur per ædificationem, distinguens tres modos circa rerum productiones in principio tribus terminis expressos: scilicet per formare, per generare, & per ædificare. Formare dicit propriè in his in quibus res producta non habet identitatem specificam cum re ex qua producitur: imo est inter eas quædam oppositio: quia ex non tali fit tale, & sic vbi forma apponitur materiæ, formatio dicitur. Sed videtur Burgensis frustra laborare, quia secundum eum ædificatio costæ in mu-*

Mysticum.

E

F

lierem

lierem non differt à formatione. eò quòd mulier producta non habet identitatem specificam cum costa ex qua producitur. Patet, quia non cõtinentur sub eodẽ genere immediate. Est enim mulier animal quod de costa dicere non est verum, nisi in aliquo: Inter mulierem etiã productã & costam ex qua est, est oppositio sicut in formatione. quia ex non muliere fit mulier. Costa etiam in formatione mulieris forma apponitur quasi materia. ex quo verè igitur formatio dicitur, nec secundum eius rationes à Burgen. posita differt ab ædificatione mulieris: Sed cum addit Burgen. quòd productio hominis dicitur ædificatio, sicut quando inter productum & illud ex quo producitur remanet identitas quasi individualis: & exemplificat de lignis & lapidibus in ædificio, illud non videtur verum: quia domus ædificata & ligna & lapides non habent identitatem individualem, eo quòd non habent aliquam speciem eis communem. Ligni enim individuum non est individuum domus nec econuerso. Sed sunt non solum individualiter, sed etiam specificè & essentialiter distinctas, quod patet per possibilitatem separationis partium singularium. Nec sequitur, lignum ante ædificium & in ædificio est vnum & idem individualiter: igitur est idem individualiter cũ ædificio: sed sequitur bene: igitur est vnũ & idem individualiter in ædificio: sed tunc imaginatio Burgẽ. nihil est ad propositũ. Nam costa vnde mulier facta est, non mansit in Eua individuum costæ, vt patet, sive ponatur in se multiplicata siue aliunde aucta: vnde & si verum sit dicere, quòd costa fuit materia ex qua mulier fuit producta, non tamẽ verum est, quòd tota materia mulieris facta sit individuum costæ. Nec verũ est quòd costa illa & caro in Adam suppleta sit individualiter vna in Adam & Eua, vt ex identitate tali magis proprie & literaliter productio mulieris dicatur ædificatio quam formatio. Certum enim est Deum costa sicut & limo terræ nouam formam attribuisse: & sic ædificatio a formatione non videtur differre. Ideo doctores tractantes hanc materiam, sæpe verbo formationis vtuntur pro verbo ædificationis dicentes: Sicut mulier formata est de latere viri dormientis, ita ecclesia de latere Christi morientis.: & posito ad figuram illius dictum: Ædificauit costam in mulierem, sic & ecclesia ex latere Christi virtute passionis per sacramentorũ vsum construitur & ædificatur. Omnis enim productio diuina materiã assumens sicut limum in productione viri, costã in productione mulieris, &c. Non ideo est vt egeat, quia potuit sicut & cœlum & terram ex nihilo producere vtraque, sed ad aliquid significandum. Productio enim viri ex limo significatiua est, vt sicut puluis est ex origine, ita in pulverem reuertatur in fine, vt infra. ij. ca. dicitur. Ædificatio vero costæ quid significet, vnde Apostolum ad Ephe. v. cuius allegatum ad literam oportet accipere vt inde possit sumi efficax argumentum, sicut idem Burgen. dicit in quæstione præambula. Non oportet igitur Burgen. tantam digressionem facere de illo termino, ædificare, nec sua distinctio valet de proprietate sermonis: non enim Deus proprie generauit cœlum & terrã. cum non sint generabilia, & tamen in hoc. ij. ca. dicitur: Hę sunt generationes cœli & terræ. *Vtitur enim scriptura transsumptiuè vno pro alio, aliquãdo exprimens creationem per producere, aliquando per facere, aliquando per plantare, ædificare generare, &c. Sed quæ secundum Aristo. Omnes transferentes secundum aliquam similitudinem transferunt, potest tamen vationi Ra. Sa. talis congruentia assignari, vt limus in virum dicatur formari ratione prædicta, sed costa in mulierem ædificari ad instar domus, quæ secundum Aristotelem sit vt nos defendat ab incommodis imbribus, caumatibus, &c. ita mulier constructa est vt sit domus & receptaculum naturalissimi effectus natura, scilicet generationis, in quo præseruetur ab incommodis, foueatur nutrimentis, &c. Hæc congruentia videtur fundari circa finẽ. Ecclesiast. xxvj. c. vbi mulierẽ dicit orna mẽtũ domus, columnas aureas super bases argẽteas, fundamẽta æterna super petrã solidã. Ex quibus patet institutionẽ mulieris meritò exprimi per ædificationem, quia est domus naturæ.*

B Lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 2. & 3.

CAP. III.

ED & serpens erat callidior cunctis, &c. Avgv. Alij: *prudentissimus*, translatiuè dictũ. Quidã codices habent *sapientissimus*, non propriè. Sicut in bono solet accipi sapientia Dei vel angelorum, vel animæ rationalis. Sed sicut apes vel formicas dicimus sapientes, propter opera sapientiam imitantia. quamuis serpens nõ rationalis anima, sed spiritu diabolico possit sapientissimus dici. quia mali angeli superbia deiecti, natura sunt excellentiores omnibus bestiis propter eminẽtiã rationis. Nõ ergo mirũ, si diabolus spiritu suo implẽs serpentẽ, sicut vates implebat, sapientissimũ reddiderat omniũ bestiarum, secundum animã viuã & irrationalẽ viuentiũ. Ita tamen sapiẽtia dicitur in malo, sicut astutia in bono, cum latinè sapientes propriè in bono accipiãtur. astuti verò malè cordati. Nec putandum est, quòd diabolus serpentem per quem tentaret eligeret, sed cùm decipere cuperet, non potuit, nisi per quod animal posse permissus est. Nocendi enim voluntas ineſt cuique à se, sed potestas à Deo.

Septẽtis prudentia qualis.

Terrullian. de spectaculis. Ipse gestus, colubri navis texax est ad occupandũ, tortuosa ad obligandũ, liquida ad elabẽdum.

a Strabvs. *Sed serpens &c.* Sic diabolus loquebatur per serpentem ignorantem, sicut per energuminos vel phanaticos: Quemcumque enim arripit intellectum & rationẽ tollit. Spiritus verò bonus quoscumq; gratia repleuerit, videntes & intelligentes facit, vnde spiritus prophetarum subiectus est prophetis.

E

In cap. 3. Gen.

PROCOPIVS. Cõcedimus serpentẽ habuisse prudentiã sicuti reliqua bruta, verum vt potuerit ratiocinari & quid syllogismo cõcludere, negam⁹. Nec volum⁹ vt quis credat potuisse loqui, vtcũq; scriptura sacra est loquẽtẽ inducat. Oĩa igitur referẽda sunt ad eũ qui per serpẽtẽ loquebatur. Quidã phibent, quòd serpentẽ propter innatã suã astutiã & solertiã insita seu instrumẽtum & organũ ad eam rem cõparauerit; eiq; sermonis vsum, qui ipsi alioqui deerat, dederit. Igitur diabolus nequiuerat sermonis vsum tribuere serpenti & eius mutare naturã? Nequaquam. Hoc enim quasi peculiare munus Dei est. Cæterum Deus qui per liberũ arbitriũ fortiter decertãtib⁹ coronas ꝓponit, cum conspexisset diabolũ obseruare hominẽ & instituisse hunc fraude circũuenire concessit, vt hoc fieret, & suam creaturam loquendi facultate instruxit, non secus ac Balami asini os aperuit. Quemadmodum autem in paradiso erant arbores tres, ac differentes. Duæ namque cõparatæ erant

ad cibum

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

C SED & serpens. *Postquam descripsit hominis formationem, & statum hic consequenter describit eius transgressionem siue casum, & primo describitur transgressio culpæ. secundo infictio pœnæ, ibi:* Et aperti sunt oculi. *tertio transgressio miseriæ, ibi:* Et vocauit. *Circa primum primo describitur cõditio tentatoris. Secundo processus tentationis, ibi:* Qui dixit. *Tertio actus transgressionis ibi:* Viditigitur. *Circa primum considerandum, quod forsitan alicui non videretur esse conueniens, quod Deus hominem tentari permisisset, maxime cum sciret eum casurum esse. Ad quod dicendum, quòd sicut Augu. dicit: Deus sic res quas condidit administrat, vt eas proprios motus agere sinat: & ideo iustum & rationabile fuit, vt hominem dimitteret vti libertate arbitrij sui: secundum quod dicit Eccle. xv. c. Deus à principio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, & sicut voluit ipsum per bonos angelos ad bonũ incitari, ita permitteret eum à malis angelis tentari, maxime cum prostatu illo posset facilè tentationẽ superare vnde dicit Augu. xj. super Gene. ad literam: Non mihi videtur magnæ laudis futurum fuisse hominem, si propterea posset bene viuere, quia nullus male viuere suaderet. Considerandum etiam, quòd tempore innocentiæ diabolus non habebat potestatẽ tentandi hominem interius mouendo, vtpote appetitum sensibilem noxiũ illicito excitando, nec per motum phantasiæ intellectui aliquod illicitum proponendo: quia in viribus inferioribus nihil inordinatum contingere poterat, nisi prius deordinata ratione. & ideo hominem tentare non poterat, nisi exterius proponendo sensui, & ideo in specie sensibili apparuit ad tentandum. Quod autem ad hoc serpentem intrauit, non fuit ex dæmonis electione. sed magis ex diuina dispensatione. quæ non permisit hominem tentari per diabolum in specie gratiosa & nobili, per quam posset facilius decipi, sed magis in specie horribili. in qua fallacia dæmonis citius poterat deprehendi. Aliqui tamen dicunt, quòd ille serpens habebat faciem gratiosam & virgineam. sed huc de scripturæ nullam habet auctoritatem. & ideo primum melius videtur. Dicit igitur.*

Homo non tẽtatus interius.

F

1 Sed & serpẽs erat callidior cunct. &c. *Ista calliditas principa-*

hier

MORALITER.

Dæmonis astus.

† 1 *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus quæ fecerat dominus Deus.* Per serpẽtẽ intelligitur diabolus, qui in serpẽte loquebatur: & benè dicitur callidior. De cuius calliditate dicit Leo Papa in sermone de Circuncisionẽ: Omniũ vẽtilat curas, discutit cõsuetudines animos scrutat, & ibi quærit causas nocẽdi, vbi quẽ viderit studiosi occupari. Propter q mulierẽ, i. appetitũ sensitiuũ, fragilẽ incitat ad malũ p suggestionẽ & delectationẽ sequẽtẽ, & ipsa delectata virũ. i. rationẽ attrahit ad cõsensũ, & cõsequẽter ad opationẽ vsque ad peccati mortalis consummationem.

† Cùmque

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad cibum ac vitam,tertia vt per eam probaretur humanũ ingenium.Sic quoad animãtia bruta tres quoque habebantur differentiæ. Quædam alebant & recreabant hominẽ,quædam iuuabant, eíque quasi ancillabantur: quædã verò eum insigniter exhilarabant & oblectabãtur suaui vocis modulamine.& variis imitationibus. Maximum autem solatium hauriebat ex serpente. Quia mirabiliter varias res imitari poterat, nec non mirabiliter norat blandiri, & adulari,licet nũc nobis sit infestus, & à nobis formidetur, ita ordinante Deo.Eo itaque vsus est diabolus ad id malum. Solent enim familiæ semper deštrui & subuerti ob domesticorum malitiam & perfidiam.

Serpens fuit ductus mulierem.

✲ Cassianvs.Intelligitur quod ante illam circumuentionem primi hominis (diabolus) de angelica discesserat sanctitate,ita vt non solùm nominis eius insigniri mereretur infamia,sed etiam in nequitiæ tergiuersatione cæteris præferretur bestiis terræ. Deniq; honoris ac seductionis materia, qua vt homine deciperet inštigatus est,de ante rioris ruinæ extitit causa, quòd scilicet de limo terræ figuratum , ad illam eum gloriam cerneret euocandum.

In collationibus patrũ coll.8. c.10.

a ¶ Nõ Christũ sed Christianũ sallit diabolus vel hæreticus
b ¶ Aic quasi cur fugiens scientiam Istorum? Nouæ exquisitionis,malitiæ bonique scientiam penetrate.vnde Prouer.9 d. Aquæ furtiuæ dulciores sunt.

a Qui dixit ad mulierem: b Cur præcepit vobis Deus,vt non comederetis de omni ligno paradiſi? Cui reſpõdit mulier: De fructu lignorũ quę ſunt in paradiſo, veſcimur, de fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi præcepit nobis Deus ne comederemus,& ne tangeremus illud , ne forte moriamur. Dixit autem ſerpens ad mulierem:† Nequaquam morte mo-

a ¶ Immortalitatem promittunt hæretici.

a ¶ Hæretici diuinitatis meritum profitentur, & scientiæ promissione decipiunt,& simplices reprehendunt.

riemini. Scit enim Deus, quòd in

1 Cor.6.a. & ibi Ieſu. Iudæ.v. Lib.11. de Ciuit.30. Mulieris fuerat ſeductio inexcuſabilis.

a Qui dixit ad mulierem. Avg. Inexcusabilis est prævaricatio mulieris,quia memor erat præcepti Dei.Obliuio tamen vnius præcepti,& tam necessarij culpa esset negligẽtiæ damnabilis Inde autem maior transgressio quia memor præcepti erat, & Deus in illo tanquam præsens contemnitur. Talem inquiunt faceret hominem,qui nollet omninò peccare. Cõcedimus meliorem naturam esse, quæ omninò peccare nollet. Concedant non esse malam quæ talis facta est, quæ posset nõ peccare si vellet,& iustè punitam , quæ voluntate non necessitate peccauit. Cúmque ergo hæc bona sit,illa melior,cur non vtramque fecerat,vt vberius laudaretur de vtraque?Illa enim in sanctis angelis,hæc de sanctis hominibus est. Quis autem sanus dicat , melius non crearet quem præsciebat ex alterius iniquitate corrigi, quàm quem præsciebat pro sua iniquitate damnari?Hoc est dicere:Melius est non esse qui alterius malo misericorditer bene vtendo coronetur,quàm esse malum,qui pro suo malo iustè puniatur.

Cap.7.

Cap.8.

Cap.6.

Avg. Sic autem mouent quidam, quòd Deus Adam tentari permiserit, quasi non videant,omnes diaboli insidiis quotidie tentari,quod Deus permittit: forte quia probatur & exercetur virtus,& est gloriosius non consensisse, quàm tentari non potuisse, cum etiam consentientes præbeant exemplum iustis cupiditatem deuitandi, & timorem superbiendi. Frustra ergo dicitur:Non crearet Deus quos præsciebat malos futuros. Sciebat enim bonis profuturos, & iustè pro mala voluntate puniendos. Dicit aliquis:Si Deus vellet, & isti boni essent. Sed melius voluit,vt quod vellent, essent. Sed boni non infructuosè, mali autem impunè non essent,& eoipso vtiles essent. Sed præsciebat quòd eorum futura esset mala voluntas. Præscientia sanè, quia & falli non potest eius præsentia, non ideo ipsius, sed illorum est. Cur ergo creauit quos tales futuros esse præsciebat? Quia præuidit quid boni de malis eorum esset facturus. Sic enim

Quare Deꝰ permisit Adam tẽtari.

Cap.9.

C

fecit eos vt relinqueret eis vnde aliquid facerent,& si culpabiliter aliquid facerent , illum de se laudabiliter operantem inuenirent.A se habent voluntatem malam,ab illo naturam bonam,& iustam pœnam,& sibi debitum locum. Alij exercitationis adminiculum,& timoris exemplum. Posset inquiunt voluntatẽ eorũ vertere in bonũ?quia omnipotens, posset. cur non facit ? quia noluit, ipse nouit. *Non debemus plus ſapere quam oportet.* Puto autem non parui boni esse rationalem creaturam , quæ malorum comparatione cauet malum: quod genus bonæ creaturæ non esset , si Deus omnes volũtates in bonum verteret, & nulli iniquitati pœnam infligeret,& esset solum genus,quod nulla peccati & supplicij cõparatione proficeret. Prouider bonos & malos futuros, & creat, seipsum ad fruendum præstans bonis, multa etiam largiens malis.

Ro.12.a. Augꝰ.ſ.ibid. cap.10.

1 Cur præcepit. verũ nec eſt quod dixit.

b *Cur præcepit,&c.* Strabvs.Ideo callidus hostis interrogat hoc,& mandatũ Dei memorat,ne cum peccauerit,excusationem habeat quasi oblita.

✲ Ambrosivs. Simulat se verba Dei dicere , & proprios intexit dolos. Cũ enim dixisset Deus *ex omni ligno edetis , de ligno autem ſcientiæ boni & mali non edetis , qua die autem manducabitis ex eo , morte moriemini.* Serpens quasi interrogans mulierem , cùm dixisset Deus, *Ex omni ligno quod eſt in paradiſo edetis,de ligno autem non edetis*,mendacium inseruit.

Lib.de paradiſo.c.12.

† Eccl.15.d. an diabolus fuit beatus.

✲ Chrysostomvs. Cur dixit Deus *ne comederetis de omni ligno*? Quasi diceret malignus ille dæmon. Quare Deus priuauit vos tanta fruitione? Cur non concedit vt participes fitis bonorum quæ sunt in paradiso? sed præstitit quidem vt visu frueremini,maiori tamen voluptate interdixit.Vidisti quomodo per verba,quasi per escam virus suum infudit ? Debebat mulier ex ipso aggressu eminentem coniectare malitiam. Oportebat initio colloquium illius non ferre.

Hom. 16.in Gen.

✲ Rvpertvs. Vide quanta subtilitas fallaciæ deceptoris. Tria nempe dixerat Deus. *Ex omni ligno comede.* aliud,*de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Tertium , *In quocunque die comederis ex eo , morte morieris.* Hoc vltimum quasi nesciat , dicit, *cur præcepit vobis Deus* ? Superiora duo , scilicet , *ex omni ligno comede,de ligno autem illo non comedas* : confundit ac permiscet , & de duobus veris vnum falsum complet dicendo,*ne comederetis de omni ligno.*

Lib 3. in Genes.cap.4

Gregorivs.in morali.xxiiij. *Cur præcepit.&c.* Idem quotidie agit hostis humani generis,verba Dei de cordibus hominũ molitur euellere,& minas leuiare , & ad credendum quod falsò promittit, inuitat enim ad temporalia vt leuet quòd Deus minetur æterna supplicia. Spondens siquidem gloriam præsentis vitæ, dicit : *Gustate & eritis sicut dij*,& temporalem concupiscentiam tangite , & in hoc mundo sublimes apparete , & cùm timorem diuinæ sententiæ conatur amouere , quodammodo dicit: *Cur præcepit vobis Deus.*

Avg.Quæritur.Cur Deus hominem tẽtari permiserit,quem decipiendum esse præscierit? Sed non esset laudabile homini si bene viuere posset , quia nemo male viuere suaderet,cùm in na-

vbi supra cap.4

☞ tura

liter referenda est ad dæmonem,qui in serpente apparebat, ad serpentem autem non refertur nisi inquantum callidítate dæmonis agebatur , sicut lingua hominis alicuius dicitur erudita, quia prudenter monetur ab vtentibus.

1 Qui dixit ad mulierem. *Hic ponitur consequenter processus tentationis,in quo primo accessit ad mulierem,tanquam facilius decipibilem, vt per eam consequenter hominem deciperet,& hoc est quod dicitur:Illa verba erant dæmonis vt principaliter agentis , quia formabantur virtute ipsius dæmonis mouentis linguam serpentis ad hoc , sicut de locutione asinæ Balaam, nisi quod ibi lingua asinæ mouebatur ad loquendum per bonum angelum:lingua autem serpentis per malum:neuter tamen intelligebat verba formata,sed solum angeli mouentes linguas eorum ad formationem verborum.*

2 Cur præce.vo.&c.*Sicut dictum est supra stante statu innocẽtiæ non poterat esse deordinatio in viribus inferioribus, nisi prius esset in ratione: ideo non tentauit primo de comestione ligni , sed de restrictione præcepti, dicens.*Cur præcepit *q.d. istud præceptum non fuit conueniens:cum sitis liberæ conditionis,& superiores omnibus lignis.& per hoc mulier nota quadam elatione,inclinata fuit ad præcepti dispicentiam , & vlterius ad dubitationem de pœna mortis comminata.& hoc patet ex eius responsione cum subditur.*

3 De fructu,&c. *Istud vltimum addit mulier de suo.Non enim Deus prohibuerat ligni tactum,sed tantum gustum. & ideo istud addidit mulier ex dispicentia præcepti , quia ille cui dispicet præceptum impositum referendo in illud libenter aggrauat.Aliqui verò dicunt,quòd etiam tactus ligni erat eis prohibitus,vt magis elongarentur à gustu.Sed quia hoc non habetur ex litera vel eius circumstantia , prima expositio melior videtur: & quia ad dispicentiam præcepti quod reputatur indebitum , sequitur dubitatio de pœna imposita pro transgressione , & ideò addidit mulier.*

4 Ne fortè moriamur. *apponens de suo , fortè, quod est aduerbium dubitandi,cum tamen Deus assertiue præcepisset,vt supra patet.*

5 Dixit autem,&c. *vidãs mulierem iam de morte sequuntur dubitantem,falsam asseruit ipsam non futuram,dicens.*

6 Nequaquam mo.&c.*scilicet exesu ligni , & subdit causam falsam prædictæ inhibitionis dicens.*

7 Scit enim Deus,&c.*Per plenitudinem scientiæ.*

✲ Et eritis

☞ tura posse , & in potestata haberet velle non consentire , Deo A iuuante. Rectè ergo tentari fuit permissus , qui facturus erat propria voluntate aliquid per culpam, & ordinandus Dei equitate,per pœnam, vt ostenderet animæ superbæ ad eruditionem futurorũ,quã rectè vteretur animarum malis voluntibus,cùm illæ bonis naturis peruersè vterentur.

Natura diaboli an alia à creatura Dei.

Quidam alienare conãtur naturam diaboli à creatura Dei , & alterum dare ei principium contra Deum , qui non intelligunt omne quod est,bonum esse,& ab alio esse non posse , malã voluntatẽ inordinatè moueri , bona inferiora superioribus præponendo. Qua potestate rationalis creaturæ spiritus delectatus , tumuit & cecidit , & inuidia tabescit.In quo tamẽ bonum est, quòd viuit & viuificat corpus,siue aërium vt diaboli siue terrenum,vt hominis.

Ibid.c.13.

quocũque die comederitis ex eo

a ¶ Oculos cordis vult claudere,vt carnales aperiat.
b ¶ Promissione alitudinis & scientiæ decipit simplices.

a aperiẽtur oculi vestri,et eritis sicut b dij scientes bonum & malum.

1 2

Et alibi: *Draco iſte quem formaſti ad ſil. ei.* tanquã primò factus sit malus, inuidus, & diabolus nõ volũtate deprauatꝰ, sed fecit Deꝰ omnia bona valdè, quãuis nõ indoctè conẽtur ostẽdere,nõ tãtũ prima cõditione,sed etiã nũc, deprauatis tot volũtatibus & auersis æquè omnia creata in summa bona valde esse,nõ quòd mali sint boni,sed nõ efficiũt malitia,vt sub Dei imperio ordo vniuersalitatis in aliquo rumpatur, cũ etiã malis volũtatibus sint certi limites potestatũ & pœdera meritorũ. Sed quia iniustum est vt nullo merito hoc in aliquo Deus dãnet quod creauit.nõ naturã sed volũtatẽ malã puniẽdã esse credẽdũ est,nec eius naturã significatã cũ dicitur. *Hoc eſt initũ figmẽti Dei.&c.* Sed corpus aerũ, quod tali volũtati aptauit, vel ipsam ordinationẽ, in qua cũ etiã inuitũ fecit vtilem bonis, vel quòd præsciẽs malũ voluntate futurũ fecit tñ eũ, præuidens quãta de illo sua bonitate esset facturus. *Initio* aũt *figmenti* dicitur nõ q̃ primitùs cõditus , vel in principio malus conditus,sed cũ sciret eũ volũtate malũ futurũ vt bonis noceret, creauit eum vt de illo bonis prodesset.Sic enim luditur cum sanctis proficit tẽtatio eius. *Initio ad illudẽdũ*,quia & mali homines quos Deus futuros præsciuit vel præuidit,creauit tñ ad sanctorũ vtilitatem. Similiter luditur cũ pstatur sanctis eorũ cõparatione cautela,& sub Deo humilitas & exercitatio ad tolerãdos malos, & ꝓbatio ad diligẽdos inimicos.Sed ipse *initũ*, quia præcedit antiquitate & principatu malitię.Hoc aũt p sanctos angelos facit,sicut creatas naturas administrat.subdens eis angelos malos , vt non quãtũ nituntur,sed quãtũ finitur possint,sicut & homines malos. Quod ergo putatur diabolus nũquã in veritate stetisse, nunquã beatã vitã duxisse,sed ab initio cecidisse;nõ sic accipiẽdũ est,vt malus à bono Deo creatus putetur : quia ab initio nõ cecidisse diceretur.Nõ em̃ cecidit si talis factus est,sed factus statim à veritate se auertit,propria potestate delectatus. Beatæ ergo vitæ dulcedinẽ nõ gustauit,qm̃ nõ acceptã fastidiuit,sed nolẽdo accipere amisit.Sui ergo casus præscius esse nõ potuit,quia sapiẽtia pietatis fructus est.Cõtinuò aũt cecidit,nõ ab eo quod accepit, sed q̃ acciꝑet,si subdi voluisset.Quod aũt Esaias ait: *Qõ cecidiſti lucifer qui mane.&c.* & Ezech. *Tu ſignaculũ ſimilitudinis,&c.* Quẽdã in eũ,plura in corpus eius cõueniũt Gregorivs. Primũ parẽtẽ diabolꝰ trib. modis tẽtauit,gula,vana gloria,auaritia,& superauit gula.Cibũ veritũ comedẽdũ suasit. Vana gloria cũ dixit: *Eritis ſicut dij.* Auaritia, cũ addidit, *ſcientes bonũ & malũ.* Auaritia em̃ eriam altitudinis est , cũ supra modũ sublimitas ambitur. Vnde *nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo.*Phil.ij.a. Sed eisdẽ modis à secũdo victus est homine quib.primũ se vicisse gloriabat. Reliqua vide infrà:*Serpens decepit me.* Gregorivs. Trib. modis culpa ppetratur,suggestione,delectatione,& cõsensu.Primo p hostẽ, Secũdo p carnẽ,Tertio p spm̃ Hostis enim praua suggerit,caro subiicit se delectationi,tãdẽ spũs delectationi cõsentit. Vũ &ser pẽs praua suggessit.Eua quasi caro delectationi se subdidit.Adã verò velut spũs suggestiõe & delectatiõe superatus,assẽsit.Suggestiõe ergo pctĩ agnoscim̃,delectatiõe vicimur,cõsẽsu ligamur a ✲ *aperiẽtur oculi,&c* Proco. Duo sunt quæ nos à malo auellũt & bono applicãt,s.promissio & timor Hic Deꝰ pœnã minis intẽtauit,& lignũ vitę ꝓmisit.Sed diabolꝰ diuersum ingressus est iter,timorẽ adimit, dicẽs, *nõ morte moriemini.* Et quo magis hominẽ abduceret à Deo , oculorum apertionẽ pollicetur. Nec intonat, *eritis vt Deus*: sed *vt Dij*, volẽs,vt insuescerẽt nihil magni sentire de Deo , vt existimarẽt eũ nec solùm esse Deum.

Ibid.c.5.

Ibid.c.18.

An primus homo habuerit beatam vitam.

B

Idem c. 16.

Idem c. 17.

Quæstio.

C

Augu. ibid. c.14.

F

vbi supra cap.4

Ibid.c.21.

Iob.40. Pſal.103. Mat.7.g.

Esa.14.c. Ezec.28.c. Hom.16.in euang.

Culpa trib medis perpetratur.

vbi supra.

vbi v. c. 13.

✲ Ambros. Aduerte idololatriæ authorẽ esse serpentẽ, eo q̃ plures Deos induxisse videatur in hominũ errorẽ , & hoc fefellit,qa homo sicut Dij.Nõ solũ em̃ sicut Dij homines esse desierunt,sed etiam quę [illegible] rant, sui gratiam perdiderunt.

b *Eritis ſicut dij,&c.* S[illegible]s Artificiali dolo verba cõponit,vt si p inobediẽtiæ cõtẽptũ subuertere nequerit, saltẽ ĩ hoc q̃ fidẽ corrupit,& idololatriã suaserit victorẽ se glorietur.Si aũt p inobediẽtię cõtẽptũ seduxerit in[illegible]troq; victor existat. *Mysticè.* Interrogata mulier rñdit quid pcẽptũ sit.At ille: *nõ morte mo.Scit.n. d.&c.*Patet his verbis p ſuperbiã ꝑsuasũ esse pctũ,qa dictũ ẽ, *Eri-*

Mysticè. Peccatũ per superbiam perſuaſum.

☞ *tis ſicut*

1 Et eritis sicut dij.*Nõ restrictè aliqua inhibitione nec alicui subiecti.*

2 Scientes bonum & malum , *id est , scientes per vosmetipsos quid expediat vobis agere , & non ex aliqua institutione. Et nota quod*

✲ *non*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis sicut dix. Sciebat enim d. &c. vbi notatur tantùm persuasum esse, vt sub Deo nollent esse, sed in propria potestate, ne eius legem obtemperando seruarent, qui inuideret ne se ipsi regerent, non indigentes interno lumine eius, sed vtentes propria prouidẽtia, quasi oculis suis ad videndum bonum & malum, quod ille prohibuisset, sic persuasum est: vt potestatẽ suam nimis amarent. Et quia pares Deo esse voluerunt, medietate sua qua Deo subiecti, corpora habebant subiecta, tanquam fructu arboris constitutæ in medio paradisi malè vtentes, amiserunt quod acceperant, quia vsurpauerunt q̃ non acceperãt: id est, vt per suã potestatem Deo non regẽte beati essent. Nullo enim regente per suã potestatem solus Deus beatus est.

† 33.9.5.c. mulier. 2.& 4 Adam ibi.

Quæstio.

a *Vidit igitur, &c.* Isid. Quomodo videbant, si clausi erant oculi. Sed dictũ est, vt intelligamus eos oculos apertos fuisse, postquã de fructu comederunt, quibus se nudos videbant, & displicebant: id est, oculos astutiæ quibus simplicitas displicet. Cũ quis enim ceciderit ab intima luce veritatis, nihil est vnde superbia placere velit, nisi fraudulentis simulationib. Hinc enim hypocrisis nascitur, in qua multum videntur cordati, qui decipere potuerunt, quem voluerunt. Greg. *Vidit igitur, &c.* Ne in lubrica cogitatione versemur, non debemus intueri quod non licet concupisci, vt enim munda mens in cogitatione seruetur, à lasciuia voluptatis suæ seruandi sunt, & reprimẽdi oculi, quasi quidam raptores ad culpam. non Eua lignum tetigisset, nisi prius incautè respexisset. pensandum ergo quantũ ab illicitis visum debeamus restringere, qui mortaliter viuim⁹, sed etiam mater viuentium per oculos ad mortem venit. hinc sub Iudææ voce (quæ exteriora videndo concupiscens bona interiora perdiderat (propheta dicit Tren iij. f *Oculus meus depredatus est animam meam.* Concupiscens enim visibilia, inuisibiles virtutes amisit, & per oculum corporis pertulit prædam cordis. Ad custodiendam ergo cordis mundiciam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruanda est.

Visus reprimendus. lib. 21. moral. cap. 2.

B

lib. 3. in Genes. cap. 9.

* Rvpertvs. Edici satis non potest, quàm non leuiter dictum, *vidit igitur mulier.* Quasi nondum vidisset, & reuera nondum eo modo viderat, quia cum hac præsumptione qua nunc intuita est, necdum considerauerat. Vidit igitur, id est, considerauit diligenter, intuita est curiosius. attendit, & iudex eorum quæ ipsa viderat, esse voluit. At illi qui de hoc iudicare poterant interiores oculi, exteriorum iam erant oculorum concupiscentia præpediti.

D

Isidorvs. *Dedisque viro suo qui come. & aperti sunt oculi. a. &* c. de quibus dictum est: *Tunc viderunt quòd nudi essent*, oculis scilicet peruersis, quibus nuditas, scilicet simplicitas erubescenda videbatur. vt ergo nõ essent simplices, fecerunt sibi succinctoria, pudenda tegentes. id est, simplicitatem occultantes, de qua erubescebat astuta superbia, folia fici pruritum significant, quem patitur animus cupiditate & delectatione mentiendi. vnde falsi dicuntur, qui iocari amant, quia in iocis præsidet simulatio. *Cùm ergo deambularet dominus in parad.* id est, cùm ad eos iudicandos veniret, ante pœnam deambulabat id est, mouebatur in eis Dei præsentia, quia stabiles in præcepto non erant. *Ad auram post meridiem.* vel secundùm alios, ad vesperam, cum scilicet sol eis occideret, & lux interior veritatis. *Aud. vocem eius & abscondit. se.* Ille se abscondit à conspectu domini, qui ipsum deserit, & quod suum est amare incipit: iam habebat operimenta mendacij. Ioann. octauo. f. *Qui autem loquitur mendacium de suo loquitur* Ideo ad arborem dicuntur abscondere se, quæ est in medio paradisi, id est, ad se qui infra Deum & supra corpora ordinati erant. Ad se ergo se absconderunt, vt turbarentur miseris erroribus, relicto lumine veritatis quod non erant ipsi. Particeps enim potest esse humana anima, sed ipsa veritas Deus incommutabilis est super illam, ab ea quisquis auersus, & ad se conuersus est, nec de rectore Deo & illustratore, sed de suis moribus quasi liber exultat tenebratur mendacio. Qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur, & turbatur. secundùm illud: *Ad meipsum turbata est anima mea.*

1 Isidorus. *Dedisque viro suo qui come. & aperti sunt oculi. a. &* c. de quibus dictum est: *Tunc viderunt quòd nudi essent*, oculis scilicet peruersis, quibus nuditas, scilicet simplicitas erubescenda videbatur. vt ergo nõ essent simplices, fecerunt sibi succinctoria, pudenda tegentes. id est, simplicitatem occultantes, de qua erubescebat astuta superbia, folia fici pruritum significant, quem patitur animus cupiditate & delectatione mentiendi. vnde falsi dicuntur, qui iocari amant, quia in iocis præsidet simulatio. *Cùm ergo deambularet dominus in parad.* id est, cùm ad eos iudicandos veniret, ante pœnam deambulabat id est, mouebatur in eis Dei præsentia, quia stabiles in præcepto non erant. *Ad auram post meridiem.* vel secundùm alios, ad vesperam, cum scilicet sol eis occideret, & lux interior veritatis. *Aud. vocem eius & abscondit. se.* Ille se abscondit à conspectu domini, qui ipsum deserit, & quod suum est amare incipit: iam habebat operimenta mendacij. Ioann. octauo. f. *Qui autem loquitur mendacium de suo loquitur* Ideo ad arborem dicuntur abscondere se, quæ est in medio paradisi, id est, ad se qui infra Deum & supra corpora ordinati erant. Ad se ergo se absconderunt, vt turbarentur miseris erroribus, relicto lumine veritatis quod non erant ipsi. Particeps enim potest esse humana anima, sed ipsa veritas Deus incommutabilis est super illam, ab ea quisquis auersus, & ad se conuersus est, nec de rectore Deo & illustratore, sed de suis moribus quasi liber exultat tenebratur mendacio. Qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur, & turbatur. secundùm illud: *Ad meipsum turbata est anima mea.*

Mystice.

Pſal. 41. b.

b *Qui comedit & a. oc. am. & cetera.* Augvstinvs. Ad concupiscendum scilicet inuicem, ad peccati pœnam morte. s. carnis conceptam, vt esset corpus, non tantùm animale, sed & mortis. Rom. vj. d. In quo lex membrorum repugnat legi

vbi supra d. 3.

mentis.

a ¶ Circumspiciens si quid in eo nociuum videret.
b ¶ Decipitur mulier, id est carnalitas nostra verbis serpentis & per illam Adam, id est, spiritus.

a †Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignũ ad vescẽdũ, & pulchrũ oculis, 1 aspectúque delectabile, & tulit de fructu eius & comedit, de-

1 Aspectãq; delectabilis & concupiscibilis ar bor quæ intelligentiã faceret.

a ¶ mulier. ¶ carnales facilius seducuntur.
a ¶ quia per delectationes carnalis concupiscentiæ ratio seducitur.

b dítque viro suo: qui comedit, & 2 3

a ¶ peruersi, quia simplicitas pudenda videbatur.
¶ ad concupiscentiam & cognitionem bestialis motus.

aperti sunt ocũli amborũ. Cũque 4

a ¶ sentientes bestialem motum. b ¶ gratia Dei
¶ faciendo. ¶ fingendo.
¶ Hæretici fidei simplicitate se esse nudos.

cognouissent se esse nudos, con-

Absconsio à Deo.

Lib. 4. de ciuitate. c. 11.

* Idem. Serpens fallaciam sermocinatus est fœminæ, à parte. s. inferiore illius humanæ copulæ incipiẽs, vt paulatim veniret ad totum, non existimans virum facilè credulum, nec errando posse decipi, sed dum alieno cedit errori. Sicut Aaron erranti populo ad idolum fabricandum non consensit inductus, sed cessit obstrictus, nec Salomonem credibile est errore putasse idolis esse seruiendum, sed blanditiis fœmineis ad illa sacrilegia fuisse compulsum: ita credendum est illum virum suæ fœminæ vni vnum, hominem homini, coniugem coniugi, ad Dei legem transgrediendum, non tanquam verum loquenti credidisse seductũ, sed sociali necessitudine paruisse. Non enim frustrà dixit Apostolus, *Adam non est seductus, mulier autem seducta est*, nisi quia illa quod ei serpens locutus est, tanquam verum esse accepit, ille autem ab vnico noluit consortio diriminí, nec in communione peccati, nec ideò minus reus fi sciens prudẽsque peccauit. Vnde Apostolus non ait, *non peccauit*, sed *non est seductus.* Hos autem seductos intelligi voluit, qui id quod faciunt, non putant esse peccatum, ille autem sciuit.

1 Tim. 2.

Vbi supra.

* Procopivs. Si Adam non est seductus, quare condemnatus est? Quia mulier ei persuasit, vt in ventrem demitteret prohibitam escam, ne videlicet ipsa sola periret: sicuti etiam quidam conspicientes, quæ sit vera religio certáque fides, attamen obtemperãtes muliebri sexui, veræ fidei non sunt studiosi: non quod nesciãt veritatem, sed simpliciter inducti & persuasi. Quidam docent Adamum ignoranter edisse, & nesciuisse vnde mulier istum fructum decerpserit. At Deus reprehendens Adamum non simpliciter dixit, quia accepisti pomum inhibitum, sed quia audisti vocem vxoris tuæ.

Vbi suprà.

* Rvpertvs. *Deduq; viro.* Quomodo dedit, nisi iam abusiuo imperio, vel importunitate muliebri? Ergo cogendo potiùs C quàm seducendo, imperando magis quàm aliquid fingendo, hoc effecit vt obediret vir suæ voci pluisquam Dei.

Hom. 16. in Genes.

* Chrysosto. *Et aperti sunt oculi.* Cum audieris *quod aperti sunt oculi eorum*, cogita hoc, quod fecit illos posteà nuditatem sentire & auferri gloriam illam qua ante esum fruebantur. Quod autem hæc fit scripturæ consuetudo, audi illam alibi dicentem. Nam cum ancilla Sarræ dominium fugiens erraret, & posito iuxta abietem puero, à longè consideraret illius mortem, inquit, *aperuit Deus oculos Agar*, non quòd antehac non viderit, sed quod mentem illius excitarit.

* Gen

mentis. Non enim cæci erant facti, aut prohibitos fructus palpantes decerpserant. Lucæ 24.e. Sed sicut in fractione panis aperti sunt oculi discipulorũ, & cognouerunt eũ quem cognoscere nõ valebant, sic aperti sunt oculi eorum ad quod ante non patebant. quia anima rationalis bestialem motum in carne sua erubuit, & pudorem habuit: non solùm quia sentiebat quòd ante non senserat, sed etiam quia motus ¹ille prudens de trãsgressione veniebat. Ibi enim sensit, vbi gratia vestiebatur, cum in nuditate, nihil indecens patiebatur. Ibi completum est: Psal. 29.b. *Domine in voluntate tua præ. de. meo virtutem. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Pro hac conturbatione ad ficus vel ficulneę folia concurrerunt, & sibi succinctoria consuerunt, & qui gloriosa reliquerant, pudenda texerunt. Nec puto eos in foliis putasse aliquid, quo cõgrueret tegi membra prurientia. Sed occulto instinctu ad hoc conturbatione impulsi sunt, vt talis pœnæ significato à nescientibus fieret, quæ conuinceret peccatorem facto & doceret scripto lectorem.

Vocauitq; dominus Deus Adam,

¶ vt redeat per pœnitentiam, vocat, quia non vult mortem peccatoris.

* Gennadivs. *Aperti sunt oculi amborum*, hoc est, concupiscẽtia nuptialis benedictionis, ac cõiunctionis in eis inualuit.

* Serapion. Fit quotidiè quod factum est in prioribus illis parentibus. Quando namque peccamus, quasi cæci sumus, cum verò peccatũ est, tum verò agnoscimus quod peccauimus.

D

Ex cathena Græca. Ibidem.

a *Consuerunt folia ficu.* Alcvin. Quia gloriam simplicis castitatis amiserunt, ad duplicem libidinis pruritum confugerunt. vnde Ioan. 1.g. *Cum esses sub ficu vidite. & defendi* (subaudi) *liberare te.*

1

* Isidorvs pelvsiota. A fenioribus atque maioribus nostris traditum est, arborẽ transgressionis Adam ficum fuisse, ex cuius etiam foliis sese texerit. Illi Christus maledixit, ne amplius fructum peccati ex se pro ferret.

In epistolis.

2

* Hyppolitvs, martyr Episcopus Romæ. Folia fici signa peccatorum fuerunt. Nam quemadmodum huius arboris folia, si corpus tetigerint, pruritum gignunt, ita peccata pruritum excitant, transgressionis iudicium.

Ex cathena Græca.

3

b *Et cũ audissent. &c.* Aug. Ea enim hora talis cõueniebat visitari, quia defecerãt à luce veritatis, forasſis enim intrinsecus vel effabilibus vel ineffabilibus modis Deus illis antea loquebatur sicut angeli: immutabili veritate illustrans mentes eorum, vbi est intellectus, nosce simul quæ cunque per tẽpora non siunt simul. Fortè inquantũ siceis loquebatur, & si nõ tanta participatione diuinæ sapientiæ: quantã capiunt angeli, pro humano tamẽ modulo minus: sed in ipso genere locutionis fortassis etiã illo qui fit per creaturam. siue in ecstasi spiritus corporalibus imaginibus, siue ipsis sensibus corporis aliqua specie præsentata ad videndum, vel ad audiẽdum, sicut soleꝛ in angelis fieri, & in nube audiri. Nunc tamẽ quòd Dei deambulantis, vocem audierunt, non nisi percreaturam factum est, ne substantia inuisibilis & vbique tota quæ est patris & filij & spiritussancti: corporalibus sensibus locali & temporali motu apparuisse credatur.

Quomodo Deus locutus Adæ. Lib. 11. de Gene. ad literã c. 33.

E

c *Abscondit se. &c.* Aug. Cũ Deus auertit intrinsecus faciem & homo turbatur, fiũt similia amẽtię, nimio timore ac pudore, occulto quoq; instinctu nõ quiescente: vt nescientes faceremꝰ, quę aliquid posteris significarent propter quos hæc scripta sunt.

ibidem.

Ad auram post meridiem. Vnde hora nona Christus spiritum emisit. Matth. 27.e. Qui sexta hora fuit crucifixus, vt eadem hora restitueretur homo, qua de paradiso est eiectus.

* Procopivs. Christus amaram passionem passus est, illis ipsis horis, quibus Adam edit, vsque dum à domino pœna condemnationis percelleretur, scilicet ab hora sexta vsque ad nonam. Adamus hora sexta cibum vetitum in ilia demisit. Est enim ea hora quasi certa regula hominibus constituta, vt cibum capiant. Post hanc horam in latebras delituit, ad delitescentem vesperã se intendente venit Deus dicens, Te nunc maiora affectasti, ego vt tibi consulam me minora assumo. Aequalis Deo esse appetiisti, homini ast ego æqualis fio. Cupiisti fieri Deus, quod quidem facere debebas iuxta animi mei sententiam. Sed cum id impetrare nequiueris, præter meam sententiam, ego propter te desidero fieri homo. Mea voluisti rapere non valens, Ego tua accipio valens.

Vbi supra

d *In medio ligni paradisi.* Abscondit se qui auersus à præcepto creatoris, erroris sui & arbitrij voluntate viuit.

e *Vocauitq; dominus Deus Adam.* Aug. Increpando, scilicet, non ignorando, & hoc ad significationem pertinet, quòd sicut viro cap. 34. præceptum est datum, per quem veniret ad mulierem, ita vir interrogatur prior. Præceptum enim à domino per virum vsq; ad

Vbi supra

fœminam,

Originalis iustitia, & naturalis hominis.

Nota.

non dixit eritis dij absolutè, sed, sicut dij, quia non promisit eis æqualitatẽ diuinam, quod erat manifestè impossibile, & per consequens incredibile: sed promisit eis quandam similitudinem Dei, quæ consistit in non subijci obedientiæ alterius, & habere quandam excellentiam sententiæ in omnibus sibi ex: edientibus, sicut Deus nulli penitus subest & omnia dirigit per suam sapientiam. Sed aduertendum, quòd secundùm prædicta mulier peccauit elatione & dubitatione. antequam fructum comederet prohibitum, quòd videtur aliquibus falsum. Sed dicendum quòd oportet concedere si sim peccasse ante esum. Manus enim non mouetur ad opus exterius nisi per imperium voluntatis, & ideo antequam manum ad lignum accipiendum tenderet iam deliberauerat & consenserat manducare, & per consequens transgredi præceptum in quo consensu persiuntur peccatũ. & ideo nullum inconueniens sequitur ad predicta Sed magis veritas declaratur. Vnde dicit Aug. super Gene. Verbis serpentis mulier non crederet à bona atque vtili re diuinitus se fuisse prohibitos, nisi iam ineſſet eius menti amor propriæ potestatis, & quædam de se superba præsumptio. Quod dictum Aug. non est sic intelligendum, quod superbia præcesserit suasionem serpentis: sed quia statim ad dictam suasionem inuasit mentem mulieris elatio, ex qua secuta est dubitatio & deceptio, vt crederet esse verum quòd serpens dicebat. vt prædictum est. Sed contra dicta occurrit dubium: Quia post primum & secundum peccatum in mulier e remansit donum originalis iustitia, quia nuditatem suam nõ erubuit, vsque post comestionem ligni. Dicendum quòd originalis iustitia erat quædam gratia gratis data, vnde licet omnes teneant primum hominem formatum fuisse in iustitia originali, tamen aliqui dicunt, quod tunc non habuit gratiam gratum facientem, sed eam meruit ideo subtracta gratia gratum faciente per peccatum mulieris potuit stare originalis iustitia, vsquequo Deus auferre voluit in pœnam comestionis ligni, sicut commissus fuerat. Imo oportet dicere, quòd tam Adam quam Eua peccauerunt actu interiori, antequam tolleretur illa originalis iustitia: imo etiam Eua actu exterior, quia prius comedit, quàm daret viro suo, & tamen neuter erubuit nisi post comestionem viri. Gratia autem gratis data potest remanere cum peccato etiam mortali, licet gratia gratum faciens tollatur, cuius subtractio ab homine non percipitur: quia nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit. *Ecclesiast. ix.a.*

An mulier peccauit ante esum.

C

Quæstio.

Originalis iustitia.

Gratia gratis data.

1 Vidit igitur mulier quòd bo. esset. *Hic datur ratio transgressionis. scilicet quantum ad actum exteriorem ipsius mulieris & actum exteriorem & interiorem viri cùm dicitur*: Vidit igitur m. &c. Ex quo patet quòd licet mulier ex verbis serpentis fuisset principaliter decepta, tamen ad persuadendum opus exterius. s. ad electa ex pulchritudine & sapore fructus.

2 Deditque viro suo. Inducendo eum ad comedendum, sicut fuerat à serpente imbuta.

3 Qui comedit. *Suasioni mulieris assentiens, non quia crederet verba serpentis esse vera, quia in hoc non fuit seducta, sed sola mulier: secundùm quod dicit Apostolus. 1. Timot. v. d. Sed assensit ne contristaret delicias suas, id est, vxorem suam. fuit enim deceptus in alio, quia credidit post transgressionem consequi veniam, & sic in statu suo remanere.*

F

4 Et aperti sunt oc. a. *Postquam descripsit transgressionem culpæ: hic consequenter describit infictionem pœnæ, & primo quantum ad subtractionem boni habiti, secundo quantum ad impositionem mali meciui, ibi*: Et ait Dñs Deus ad ser. *Adhuc circa primum primo describitur dicta subtractio, secundo subtractionis improperatio, ibi*: Vocauitq; do. d. Adam. *Circa primum considerandum quod originali iustitia per quã corpus erat subditum animæ & vires inferiores rationi modo supradicto non erat naturalis ipsi homini, sed ex gratuito beneficio Dei, eius tamen subtractio propter peccatum fuit pœnalis, sicut si ex gratia regis aliquis sublimetur ad gradũ honoris, sed postea propter peccatum suum deijciatur, talis deiectio pœna est & hæc subtractio ostenditur cum dicitur*: Et aperti sunt oc eorũ. *loquitur de oc. mentis: non sic intelligendo, sicut dicit Iosephus, quod ante vituperãtũ vita bestiali non habentes vsum rationis: quia Adam in scientia perfectus erat. Ibi per esum illius ligni magnũ bonũ eis euenisset, scilicet cognitio intellectualis. nec vt dicit Ra. Sa. quod aperti sunt oculi eorũ, ad cognoscẽdũ malũ, quia prius cognoscebãt bonũ tãtũ, sed hoc patet falsum, qa eadẽ est notitia cõtrariorũ & ideo prius habebãt notitiã speculatiuã boni & mali sibi oppositi, sed nõ habebãt notitiã experimẽtalẽ mali suæ trãsgressionis & punitionis, quã tunc experiẽtialiter cognouerũt, & ideo iuc apti sunt oculi eorũ ad cognoscẽdũ suã nuditatẽ esse tẽporibilẽ, qua prius erat honesta quia subtracta iustitia originali, statim seruerũt rebellionẽ carnis ad spiritũ, & motũ inordinatũ membrorũ: ita vt stati studuerũt cooperire suã turpitudinẽ. vnde sequitur.*

Originalis iustitia, & naturalis hominis.

Iosephus reprehenditur

* d Con-

Quæ erat arbor prævaricationis?

1 Consuerunt folia fi. &c. *Ex hoc dicunt Hebræi, quòd ficus erat arbor de cuius fructu comederunt.*

2 Et fece. ſi. περιζώματα. περίζωμα. id est fuscinctoria circa lumbos. Dicitur enim περίζωμα à περί, circum, & ζώνη cingulum, quasi circum cingulum, & puderdorum velamen. Partes enim inferiores corporis sunt magis erubescibiles, & maxime genitalia, quia magis mouentur contra imperium rationis propter quod nominantur pudenda, propter quod etiam Adam & Eua absconderunt se à præsentia domini. vnde sequitur.

3 Et cum audissent vocem, &c. *Ista locutio & ambulatio domini Dei non est intelligenda in forma deitatis, sed in aliqua similitudine creata in qua apparuit sicut infra legitur apparuisse Abrahæ & Mosi, & multis aliis, & locutum fuisse eis.*

Aura post meridiem.

4 Ad auram post meridiem. *Hoc tripliciter exponitur. Uno modo vt sit determinatio loci, & sic aura post meridiem, accipitur pro vento intermedio inter austrum & occidentem: quia secundum istam expositionem vox domini deambulantis videbatur procedere ex illa parte ex qua flat ventus prædictus. Alio modo vt sit determinatio temporis, quia dicunt Hebræi, quòd hora decima diei accidit hoc. & tunc aura est hic accipienda pro vento præcedente diuinam apparitionem. sicut Act. 2.a. Apparitionem spiritussancti in linguis dicitur sonus vehemens præcessisse, & in sacra scriptura consimile legitur in pluribus locis in apparitionibus diuinis. Quod autem dicitur post meridiem. est determinatio temporis huius soni & apparitionis.*

5 Abscondit se Adam. *Præ verecundia sui peccati & nuditatis.*

Adæ increpatio.

6 Vocauitq; dominus. *Hic consequenter sequitur ipsius Adæ increpatio, cum dicitur.*

d 1 Vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœminam, peccatum autem à diabolo per fœminam vsque ad virum, & hæc significationibus plena sunt, non id agentibus in quibus facta sunt, sed de his id agente sapientia Dei, nunc autem non significata referimus, sed gesta defendimus.

Vbi supra. ✠PROCOPIVS. *Et vocauit dominus.* Quis pater tanta cura & clementia perditum quæsiuit filium? Solens quod suæ dignitatis oblitus in tantam miseriam deuolutus sit? Si enim Deus pronus fuisset ad puniendum, è a vestigio inobedienti pœnas irrogasset meritas.

Vbi supra cap. 24. ✠AMBROS. Quid est, *Adã vbi es?* Id est, non in quo sed in quibus es? Non ergo interrogatio, sed increpatio est, de quibus, inquit, bonis, de qua beatitudine, de qua gratia, in quam miseriã cecidisti? Dereliquisti vitam æternam, assimilatus es morti, consepultus es erroti. Vbi est illa tua benè conscia sibi confidentia? Timor iste culpam fatetur, latebra præuaricationem. Vbi ergo es? hoc est, non in quo loco quæro, sed in quo statu. Fortasse moueat, cur ante increpatur Adam, cum mulier antè gustauerit? Sed à præuaricatione infirmior fecerit, à verecundia & excusatione fortior, vt fœmina erroris causa fuerit, vir pudoris.

Homil. 17. ✠CHRYSOSTO. *Vbi es.* plurimam habet misericordiæ vim. Significat enim quasi diceret ad illum, Quid factum est? In alio te loco reliqui, in alio te inuenio, alia gloria vestitum re reliqui, nunc in nuditate te inuenio. Vnde hoc tibi accidit? Quis te in hanc induxit vicissitudinem?

1. quæst. 38. in Genes. ✠THEODORET. Et quamuis Deus comminatus fuerit, *in quacunque die comederis, morte morieris*, non tamen statim mortui sunt. Quia bonus dominus maiora supplicia intentare ac comminari consuevit, minora tamen his quæ interminatus est, supplicia sum it.

Vbi supra cap. 24. a *Vocem tuã audiui, &c.* AVG. HISTO. Probabile est per congruam creaturam solere humanam formã hominibus primis apparere, quos tamen non permisit audertere nuditatẽ in superna sustollens, nisi post peccatũ, cum pudendum in membris motum pœnali lege sensissent. Sic ergo effecti sunt, vt solent homines sub oculis hominũ, quod erat pœna peccati, eum scilicet velle latere: quẽ nihil latere potest, & carnem occultare, cum corda inspiciat. *Sed volentes esse sicut deus euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratũ est cor eorũ insipiens.* Sed Deo auertente faciẽ *stulti facti sunt.* Erubescebant quidẽ erga seipsos, & succinctoria faciebant: sed magis ab illo etiã succinctiri videri verebantur, qui tanquã familiari temperamento per creaturã visibilem efferebat ad videndum velut humanos oculos. Sic enim apparebat, vt hominibus tanquã homo loqueretur, sicut Abrahæ ad quercum manibre: hac amicitia pudorẽ onerabat post peccatũ quẽ ante dabat fiduciã.

C cap. 35. Nec nuditatẽ audebant ostendere talibus oculis, quæ displicebat & suis. Dñs ergo nolens peccatores punire, nisi pœna qua cogebantur erubescere, *quasi* inquit, *indicauit tibi quòd nudus esses, nisi quod ex li. &c.* Inde enim mors cõcepta ex Dei sententia qui sic minatus fuerat, fecit aduerti concupiscibiliter membra, vbi dicti sunt *aperti oculi*, & secutum est quod puderet.

Vbi supra. ✠ b *Quis indicauit tibi quòd nudus esses.* PROCOPIVS. Hominis peccatũ in solem non protrahit Deus, ne scilicet verborũ asperitate eũ deterreret, & ipse deinde minus in peccati redargutionem inuehere quiret. Interrogando & dubitãdo ostendit hominem magis peccasse. Facilè enim fuisset duo dicere, in hunc timorem & in hunc pudorem cõiecit te peccati transgressio. Sed clementius agit cum lapso homine, inquiens: Quis tibi nuditatem indicauit: deinde quasi rem acu tãgens, subdit. Num de vetitæ arboris fructu edisti? Orationẽ quoque extendit, vt ei metum in quo erat adimat. Seruus delinquens si accesserit ad dominum, primo statim congressu metum aut fiduciam capit, audiens hunc nunc asperè inuehentem, nunc verò cum mansuetudine beneficia exprobrantem. Non multa prohibui: vnum saltem dedi præceptum, vt agnoscerem me tuum dominum.

D ✠RVPERTVS. Est hæc regula diuinæ æquitatis, vt homo si iustificare velit, id est, si seipsum accuset (*ipsum enim in principio accusator est sui,*) tunc mitius cum eo agat misericordia Dei. Si autem homine tardante, priorem Deum oporteat loqui, & narrare quid homo fecerit, tunc districtius puniat atque corripiat. Benè ergo non suauiter dixit, tu de ligno comedisti, sed acriter inuectus est, iudiciario more interrogans. lib. 3. in Genes. c. 15

Mysticè. ISIDO. *Vocẽ tuã, &c.* Respõdet voce eius audita se occultasse, qa nudus erat. Iã stultè respõdit, quasi Deo nud' displiceret, quẽ nudũ fecerat. Sed quod cuiq; displicet, hoc Deo displicere arbitrat. Sublimiter verò intelligẽdum est quod dicitur: *Quis enim indicauit tibi, &c.* Nudus erat à simulatione, sed vestitus diuina luce. Vnde auersus & ad seipsum cõuersus (quod significat de illa arbore comedisse) nuditatem suam vidit, & displicuit, quia non habebat aliquid proprium: & more superbiæ se non accusat quòd mulieri consensit, sed in eam culpam refundit, & de astutia quam conceperat, in Deum retorquet quòd peccauerat. Vnde addidit: *Mulier quam dedisti mihi, &c.* Proprium est peccantibus Deo tribuere velle vnde accusantur, quod inde est, quia sic peccauit homo vt vellet esse par Deo, liber, scilicet vt ille ab omni dominio. Quoniam ergo in maiestate illi par esse non potuit, in peccato eum sibi contendit facere parem: imò eum vult ostendere nocentem, se autem innocentem. Mulier autem culpam refert in serpentem: quasi obtemperare coegisset: aut ipsa potuerit verba serpentis audire, & præcepto Dei non obedire.

Peccatis modis cõmittitur. GREG. *Vocauit Deus Adã.* Quia vidit in culpa lapsum iã sub peccato velut à veritatis oculis absconditũ: qa tenebras erroris eiꝰ nõ approbat, quasi vbi sit peccator ignorat, cũq; vocat ac requirit dicẽs: *Adã vbi es?* dũ vocat, significat qa ad pœnitẽtiã reuocat, dũ requirit insinuat, quia peccatores iure dãnatos ignorat.

Superbia. Vbi supra. c *Dixitq; Adam: Mulier quam dedisti, &c.* AVG. Non dicit peccaui. Superbia enim habet confusionis deformitatem, nõ confessionis humilitatem. Ad hoc autem scriptum est, & interrogationes ad hoc factæ, vt veraciter & vtiliter scriberẽtur, vt sciamus quãdo superbi laborent hodie conãtes malũ in creatorem referre, & si quid boni faciunt sibi tribuere. *Mulier quam dedisti mihi, &c.* quasi ad hoc data sit, vt non ipsa obediret viro & ambo Deo. F

cap. 25. GREG. in mora. li 4. *Mulier quã dedisti, &c.* Quatuor modis peccatum perpetratur in corde, quatuor consumatur in opere. In corde suggestione, delectatione, consensu, & defensionis audacia. Suggestio fit per aduersariũ. Delectatio fit per carnẽ. Consensus per spiritum. Defensionis audacia per elationem. Culpa enim quæ terrere mentem debuit extollit. Vnde & serpens suasit Eua delectata est. Adam consensit qui etiam requisitus culpam cõfiteri per audaciam noluit. Sic quotidiè hostis occultus suggerit. Eua. i. carnalis sensus delectationi se substernit Adam mulieri præpositus consensit, quia spiritus. i. ratio à rectitudine infirmatus inclinatur. Adam requisitus confiteri culpã noluit, quia spiritus peccando à veritate diffluctus, eo ipso in ruinæ suæ audaciã nequius declinat. Adam per timorem seipsum absconsurus fugerat, sed tamen timens tumebat. Cum enim ex pecca to pœna metuitur, & amissa Dei facies non amatur, timor ex tumore est, non ex humilitate. Superbit enim qui peccatum, si liceat impunè, non deserit. Iisdem etiam quatuor modis peccatum consummatur. In opere prius latens culpa agitur Post etiam sine confusione aperitur. Dehinc in consuetudinem ducitur. Ad extremum falsæ spei seductione, vel obstinatione miseræ desperationis nutritur. Quæstio. Superbia Inuidendi causa. Inuidia. Quot modis peccatum patratur, & consummatur.

✠ IDEM. *Si nosmetipsos iudicaremus, non iudicaremur.* Si nobis peccata nostra imputaremus, non ea nobis imputaret Deus. Si ea satisfaciendo puniremus, nullum qui nos In Psal. pœnitẽt. Psal. Regem quorum

☞ infu

a ¶ Verba increpantis, & ad confessionem cogentis, & non ignorantis. ¶ Quasi in quanta miseria.

& dixit ei: vbi es? Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiso, &

a ¶ Stulte, quasi displiceret nudus qui talis fuerat factus. ¶ Non absconditur vt eius scelera dominus non videret, sed vt se indignum eius aspectu ostendat. Arctabatur enim duplici verecundia, quia nunc primum obscœnum morum in membris sentiebant, & quia propter transgressionem hoc contigisse sentiebant.

timũi, eò quòd nudus essem, & abscondi me. Cui dixit Deus:

a ¶ Id est quis te ad hanc informitatem adduxit, nisi quod præceptum meum non obseruasti.

Quis enim indicauit tibi, quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comede-

a ¶ Non humiliter confitens, sed superbè se excusans, & in authorem mulieris culpam retorquens.

res, comedisti? Dixitq; Adam ✝ Mulier quam dedisti mihi so-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vbi es? *Non ex ignorantia est quæstio, sed vt ex responsione Adæ conuenientius fiat increpatio.*

2 Qui ait: Vo. &c. *Ex dictis patet litera. Sequitur:*

3 Quis enim indi. &c. *id est quòd nuditas tua sit erubescibilis?*

4 Nisi quod ex li. &c. *id est, nisi quia propter transgressionem præcepti mei ablata est a te originalis iustitia, per cuius subtractionem facta est confusibilis nuditas tua: Sicut enim dicitur 2. Physic. Idem per sui præsentiam & absentiam est causa contrariorum, sicut natura per sui præsentiam est causa conseruationis rerum, & per sui absentiam est causa perditionis. Et eodem modo donum originalis iustitiæ per sui præsentiam in homine faciebat nuditatem honestam, vt prædictum est, quæ per sui subtractionem facta est confusibilis.* Exculatio Adæ.

5 Dixitq; Adam. &c. *Recurrit ad peccati sui excusationem, quæ*

✠ *facit*

☞ in fuluo puniret inueniremus. Imputare sibi Adam peccatum A suum noluit, quando culpam suam in creatorem refudit, dicens, *Mulier quam dedisti, &c.*

Sermo. 1. de omnibus sanctis. ✠BERNARDVS. O peruersitas, pœnam pro ea suscipere refugis, & culpam admittere non recusasti. Quomodo proh dolor omnia cõfudisti, perniciosè misericors, vbi seuerus esse debueras, & perniciosius crudelis, vbi misericordiam impendere oportebat. Nam delinquere propter illam nullo modo, satisfacere verò pro ea libenti animo debuisti.

† De pœnit. dist. 1. c. serpens. Vbi supra cap. 35. AVG. *Et dixit d. d. ad mu.* Nec ista confitetur peccatũ, sed refert in alterum, in impari sexu, pari fastu. Ex his tamẽ natus Dauid dicit vsque in finem seculi: *Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi.* Hoc ab istis dicendum fuit: sed nondum peccatum cõfisæ ceruices restabunt. Labores & dolores mortis & contritio seculi, & gratia Dei quæ in tempore subuenit, docẽs afflictos nõ de se præsumere. *Serpens decepit, &c.* quasi cuiuslibet persuasio præualeat Dei præcepto.

a ¶ Similiter superbe se excusat, & in conditorem serpentis iactat culpam.

Psal. 40. a. AVGVST. *Serpens decc, &c.* Quomodo? his verbis scilicet, *Scit enim Deus, quod in quocunque, &c.* credere Deum se à re bona & vtili prohibuisse, nisi inesset menti eius amor ille propriæ potestatis & de se superba præsumptio, quæ per tentationem fuerat conuincenda aut perimenda? Denique non contenta suasione serpentis, aspexit lignum bonum esu, & decorum aspectu. Nec credens inde se posse mori, fortè putauit Deum alicuius significationis causa hæc dixisse: *Si manducauerit. m. m.* Ideo manducauit & dedit viro suo, fortassis cum aliqua suasione, quam scriptura intelligendã reliquit. Vel fortasse non fuit suaderi necesse, cum eo cibo non videret eam mortuam esse.

Cap. 28. AVG. Notandum quòd nõ diabolus est permissus fœminam tentare, nisi per serpentẽ, nec virum nisi per fœminã. Serpente enim velut organo vsus est, mouens naturam eius ad exprimendos sonos verborum & signa quibus suam monstraret voluntatem. In muliere verò, quæ rationalis erat non est ipse locutus, sed persuasio eius: quamuis instinctu adiuuaret interius, quod per serpentem gerebat exterius. Serpens ergo nec verba intelligebat, nec rationalis est facta. Quod enim verbis Marsorũ serpentes trahuntur de latebris, diabolica vis est: quod permittitur ad primi facti memoriam, vt sciatur quia sit ei cum hoc genere familiaritas. Callidissimus dictus est serpens, propter astutiam diaboli. Locutus est autem sicut asina Balaam, Num. 22. f. Sed hoc diabolicum, illud angelicum. Boni enim & mali angeli similiter operãtur, sicut Moyses & magi Pharaonis Hic aut quærendum est, vtrum ab initio sua potestate delectatus, discesserit ab illa societate & charitate bonorum angelorum, an in sancto cœtu fuerit aliquãdo angelorum, iustus & beatus? Dicitur enim ideo cecidisse, quia inuidit homini facto ad imaginẽ Dei, sed inuidia sequitur superbiã. Inuidendi enim causa est superbia, quæ est amor propriæ excellentiæ. Inuidia verò odium fœlicitatis alienæ. Qui enim amat excellentiam, vel paribus inuidet qui æquantur, vel superioribus quibus non æquatur, vel inferioribus ne

ciã, dedit mihi de ligno & comedi. Et ait dominus Deus ad mulie-

a ¶ Diabolum qui occulte serpit, sicut enim per serpentem loquebatur, ita in serpente maledicitur.

rem: † Quare hoc fecisti? Qũæ respondit: Serpens decepit me, & comedi. Et ait dominus Deus ad

serpẽtem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animãtia, &

NICOLAVS DE LYRA.

facit ad eius aggrauationem: volebat enim quodammodo peccatũ suum retorquere in Deũ qui sibi dederat vxorẽ: & eodem modo mulier excusando se per serpentẽ qui erat creatus a Deo, & patet litera. Sed est hic considerandum quòd ante condemnationem interrogauit virum & mulierem, vt patet in litera: quia nullus est condemnandus ante inquisitionem. Serpentem autem non interrogauit: quia diabolus qui in serpente loquebatur, iam pro peccato suo fuerat condemnatus: & de cœlo empyreo deiectus.

Nota.

Diuisio. 1 Et ait dominus, &c. *Hic describitur insultio pœnæ, quantũ ad impositionem mali nociui. Et primò quantum ad serpentem. Secundò quantũ ad mulierem, ibi:* Mulieri quoq; dixit. *Tertio quantũ ad hominem, ibi:* Adæ verò dixit. *Circa primũ considerandum, quòd sicut per salutem hominum augetur gloria sanctorum angelorum, per quos incitantur homines ad bonũ: ita econtrario per damnationem hominũ malorũ augetur pœna dæmonũ eos tentantiũ. Veruntamen propter nimiam inuidiam quã dæmones torquentur, eo quòd vident homines posse peruenire ad beatitudinem quã scilicet ipsi priuati sunt, non dimittunt homines tentare, licet sciant ex dãnatione hominũ suam pœnam in futuro crescere, sicut de inuido narratur qui petijt sibi vnũ oculum eruiri: vt proximo suo cui inuidebat, duo oculi eruerentur. Erat enim in vna ciuitate duo homines quorũ vnus erat nimis notatus de cupiditate alius de inuidia. Propter quod dominus ciuitatis qui erat valde prudens, ipsis vocatis dixit, quod peterent ab eo quid vellent: adiungens quod ille qui primo peteret, suam petitionem haberet: alius verò duplũ. Tunc cupidus nolebat primo petere, metus cupiditate dupli boni habendi: similiter nec inuidus, ne socius suus plus haberet quam ipse. Tandem cũ dominus vrgeret eos ad petendum, inuidus petijt, vt sibi vnus oculus erueretur, vt socius suus duos amitteret, quod factum est. & sic punita sunt eorum vitia. Sic dæmones tentant ex inuidia homines, licet non ignorent eorum pœnam in futuro crescere ex hominum damnatione. hoc igitur malum denunciat Deus ipsi diabolo cui in serpente loquebatur.*

Exemplum cupiditatis & inuidiæ.

Inuidus alterius rebus marcescit opimis.

2 Quia fecisti hoc. *inducendo homines ad peccatum.*

3 Maledictus es. *quia ex hoc crescet pœna tua.*

Inter omnia animãtia, præ omnibus animantibus. Serpentis maledictio.

4 Inter omnia animantia, &c. *præponit ei bruta animalia, nõ quantum ad conditionem naturæ, sed quia seruauerunt statutum suum quod non fecit diabolus: & hoc est magna pœna superbo quòd inferiora & vilia ei præponantur.*

✠ 1 Super

MORALITER.

✝ † *Et ait do. &c.* Serpens igitur ex hominum deceptione maledicitur: nam ex hoc pœna dæmonis augmentatur, sicut gloria sanctorum angelorum, ex hoc quòd inducunt homines ad bonum. Similiter mulier & vir maledicuntur, quo designatur, quòd anima & corpus post resurrectionẽ in inferno puniuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inimicitiæ inter serpentem & mulierem.

Vel tertium tentationis genus figuratur, quod est curiositas. A Quilenim terram manducat, profunda & tenebrosa penetrat, & tantum terrenalia atq; terrena. Non ponuntur inimicitiæ inter serpentes & virũ, sed mulierẽ: quia à diabolo non tentamur, nisi per animalẽ partem, quę mulieris imaginẽ & exemplum in vno homine ostendit. Inter semen diaboli & mulieris inimicitiæ ponũtur. Semen diaboli, praua suggestio. Mulieris fructus boni operis quo suggestioni resistit. Ideo obseruat plantam mulieris, vt si in illicita labatur, delectatio illam capiat. Illa obseruat caput eius, vt ipsum initium suggestionis malæ, excludat.

Semen Iesus promittur saluator.

In Hebræo est gahon, quod ventrẽ & pectus significat.

a *Super pectus.t. &c.* HIERO. ventrem. Lxx. addiderunt: sed in Hebręo habetur pectus tantum. vt calliditatem & versutiam cogitationũ eius aperiret. i. quòd ois gressus eius nequitiæ est & fraudis.

Lib.21. moral.c.2.

GREG. *Pectore & ventre repes.* Malum luxurię aut cogitatione perpetratur, aut opere. Hostis enim cũ ab effectu operis expellitur, secreta cogitationis polluere molitur. Ventre repit dum lubricus per membra humana sibi subdita, luxuriam exercet in opere. Serpit pectore, dum polluit in cogitatione. Sed quia per cogitationẽ ad opera venitur, prius pectore & post ventre describitur repere. B c d

Vbi supra cap.18.

✠RVPERTVS. *Super pectus tuum gradieris.* Quasi diceret, Sicut hoc reptile cuius calliditate abusus es, super pectus suum graditur, & seipsum in terram premit, sic tu diabole, cum sis rationalis spiritus, rationale tuũ semper graui faturitate onerabis, & quocunq; te verteris, semper intentionem tuam deorsum conteres, & factis premes contrariis. Verbi gratia, Inuidendo euacuasti meritum hominis, sed hoc facto gratiæ locum aperuisti, cui amplius inuidebis, dum homo seipso tantò fit altior, quantò gratia Dei, cuiusque creaturæ meritis est maior.

Homil.45. operis imperfect.

✠CHRYSOSTO. Serpentes sunt omnes hæretici. Nam sicut serpẽtes varij sunt in colore, sic hæretici varij sunt in erroribus, multiplices in malignitate, qui depositi sunt imaginem Dei, quæ est in iustitia & sanctitate veritatis. Facti sunt serpentes filij serpentis illius, ad quem dominus in persona ecclesiæ, & diaboli dicit *inimicitias ponam inter te & mulierem & inter semen tuum & semen illius. Super ventrem & super pectus tuum repes, terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ.* Propter quam sententiam inter Catholicos & Christianos pax non potest esse. *Super ventrem & pectus repes.* quoniam quicquid faciunt, propter ventrem faciunt, & propter vanam gloriam pectoris sui. *Terram autem manducant*, quoniam neminem lucrantur, aut capiunt

Hæretici serpentibus similes.

piunt in perfidia sua, nisi illos qui in terra sunt, id est, carnales homines. Spirituales autem viros seductio non consumit. Non solum autem serpentes sunt, sed & viperæ, quarum natura est, vt rupentes viscera matrum nascantur, sic authores hæresum rumpentes fidem matris ecclesię processerunt ad principatum. D

Inimicitias ponam in.&c. GREGO. in moral. Caput serpentis cõterere, est initia suggestionis manu solicitæ considerationis à cordis aditu extirpare, qui cũ ab initio deprehenditur, percutere calcaneo molitur, quia quem prima tentatione non percutit, decipere in fine tendit. Si autem cor in tentatione corrumpitur, sequẽtis actionis medietas & terminus ab hoste possiderur, quia totam sibi arborem fructus ferre conspicit, quam veneni dente in radice vitiauit.

Caput serpentis conterere. Lib.5. moral. cap.38.

HIERO. *Ipse conteret.c.t. & tu cont. eius calcaneum:* Melius in Hebræo habetur: *Ipsa conteret caput tuum, & tu conteres calcaneum eius:* quia & nostri gressus præpediuntur à colubro, & Dominus conteret Sathan sub pedibus eius.

✠IOSEPHVS. Abstulit serpenti vocem, iratus eius malignitati quã gessit in Adam, & venenum ei sub lingua ponẽs, quod esset hominibus nociuum, præcepit vt mulier eius capiti plagas inferret.

✠CHRYSOSTO. Directa est inter mulierem & serpẽtem acies. Statur cominus. Stat mulier in procinctu serpentis caput obseruans, & vicans. Obseruans, vt calcet, vitans vt serpentis morsus declinet. Hanc pugnam aspicit Christus, si tandem illæsa mulier serpentem calcando deuincat.

c *Mulieri quoq. &c.* AVG. Hæc figuratè & propheticè melius intelliguntur. Sed quia dolor & gemitus parturientis de corpore mortis est, quæ transgressione concepta est: refertur & hęc pœna ad proprietatem literæ. Sed quod dictum est: *Sub viri potestate eris: & ip.d.t.* Videndum est quomodo propriè possit accipi. Sic enim & ante peccatum facta est, vt vir ei dominaretur, & ad eum conuersa seruiret. Sed potest intelligi hanc seruitutem potius esse conditionis, quam dilectionis, vt etiam talis seruitus qua postea homines seruirent hommibus, de pœna peccati orta reperiatur. possunt igitur coniuges per charitatem seruire inuicem. Sed mulieri in virum dominari nõ permittitur, quod nisi caueatur, depranabitur, nam & augebitur culpa.

Mulieris delictio.

d *Multiplicabo ærum.&c.* Manifestũ est multiplicatos esse dolores mulieris atque suspiria. Sed sacramentum magnũ est. Nemo enim à voluptate carnali abstinet, qui non patiatur in exordio

☞ dolores,

1 Super pectus tuum gradieris. *Secundum Aug. per pectus hic intelligitur superbia, quæ diabolus incẽdens ad suã suasionem hominum. à superbia incipit, quæ in omni peccato includitur. Vnde & Eccle.10.b.* Initium omnis peccati superbia.

2 Et terram comedes cum. *id est homines terrena diligentes incorporabie vbi eos decipiendo.* C

3 Inimicitias po. inter te. &c. *Secundũ Aug. per mulierẽ intelligitur hic ratio inferius, & per semen eius operatio bona. Per semen autem dæmonis intelligitur suggestio eius prauа. Per hoc ergo quòd dicitur:* Inimicitias ponã, &c. *ostendit dominus, quòd diabolus mediante suę gestione pœnа oppugnat rationem inferiorem, quæ mulier dicitur. vt si consentiat delectationibus, & per eam deiciat rationem superiorem, quæ per virum designatur. & sic diabolus insidiatur calcaneo eius, quia non oppugnat eam nisi a parte inferiori, sensualitati delectabilia proponendo.*

4 Ipsa conteret, &c. *in principio tentationis resistendo. Aly autem sancti exponit de beata virgine ab illo loco:* Inimicitias ponam inter te & mulierẽ. *Non istam Euam, sed aliam ab ea descendentem, scilicet virginem Mariam. Quæ est inimica dæmonibus. vnde Cantic.3.a. dicitur:* Terribilis est, vt castrorũ acies ordinata. Et semẽ tuũ. *i. alios angelos malos, q dicũtur semen eius propter similitudinẽ naturæ et malitiæ.* Et semen illius. *s. Christũ qui est Mariæ naturalis filius.* Ipsa cõteret caput tuũ, *quia per ipsam mediãte filio suo, potestas dæmonis est cõtrita.*

5 Et tu insidiaberis, &c. *Quia diabolus tentauit Christum exterius tantùmodo sug gerendo, quæ quidem tentatio non fuit vitiũ in tentato, sed virtutis exercitiũ, & eodem modo credendũ est de virgine. Aly vero exponunt literam de serpente materiali, non de dæmone, ab illo loco:* Et ait dominus ad serpentẽ: quia feciſti hoc. *i. quia fuisti instrumentũ huius maleficy, sicut Leuit.20.c. Iumentũ cum quo aliquis coierit præcipitur occidi*

occidi cũ eo. Maledictus es inter omnia animãtia. *quia secundũ ipsos ille serpens prius habebat formã et faciem gratiosam super omnes bestias, & factus est horribilior omnibus.* Supra pectus tuum gradieris. *quia secundũ istos prius habuit pedes & staturam erectam, sed pedes sunt ei amoti, & sic reptando incedit.* Et terram comedes. *prius autem lignorũ fructib⁹ vescebatur.* Inimicitias ponã inter te & mulierẽ, &c. *quia odiosus es humanæ naturæ, & cõuersõ.* Ipsa conteret caput tuũ. F *quia ex quo reptando incedit, mulier potest caput eius calcare.* Et tu insidiaberis calcaneo eius. *quia nõ potest se eleuare ad mordendũ in superiorẽ partẽ. Sed ista expositio quantũ ad multa videtur irrationabilis. Primò quia Deus dirigeret sermonẽ suũ ad animal brutũ nõ intelligens. Secundò quia in nullo peccauerat, sed solum dæmõ mouendo linguã eius. Tertiò quia statura a recta nõ cõperit alicui, sed tantũ homini, vt dicit poeta Ouid. in 1. Metamo.* Pronaq; cũ spectẽt animalia cætera terrã, Ouid. in Metamph. Os homini sublime dedit, cęlũq; videri Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. *Et ideo prima expositio quæ est Aug. melior videtur.*

6 Mulieri quoque dixit. *Hic ponitur punitio mulieris in speciali, & hoc quantum ad duo propter quæ mulier coniuncta est viro. Primum est ad procreationem prolis, & quantum ad hoc dicit:*

7 Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. *Licet autem* Mulieris delictio. *actus generandi sit delectabilis, tamẽ habet turpitudinem annexam post peccatum. In Hebræo pro conceptus habetur* הרון *haron, id est, impregnationem, quæ est laboriosa. Et ærumnas tuas, quia portando fœtum conceptum mulier patitur plures labores & miserias.*

8 In dolore paries. *Quia in partu sunt vehementes angustiæ, talia autẽ nõ fuissent in statu innocentiæ, sed concepissent absq; turpitudine, & fœtu conceptum portassent absq; ærumna & labore, & peperissent sine dolore. Secundò cõiungitur mulier viro propter domesticã vitã, & quantũ ad hoc punit eã, viro subiicẽdo, dicens:* Et sub viri potestate eris, &c.

✠ 1 Adæ

dolores, donec consuetudo vertatur in melius. Sed cum ad hoc A peruenerit, natus est quasi filius, id est, ad bonum paratus affectus per consuetudinem bonam, sed prius reluctatum est cum dolore consuetudini malæ.

Vbi supra cap.21.

✠RVPERTVS. Mulier triplicem pœnã habet, quia peccati quãtitas in muliere triplo maior, quam in viro est. Primò quia credẽdo serpenti plus quàm Deo, seducta est. Secundò quia pulchritudinẽ & suauitatem legis delectabiliter concupiuit. Tertiò, quia non cõtenta trãsgressione propria, postquam comedit, viro dedit. Itaq; triplici peccato triplex vindicta reddita est. Prima, *multiplicabo conceptus tuos.* Item quia vidit quod lignum esset bonum ad vescendum. & pulchrũ oculis, pro illo visus sui delectamento, contrarius redditur dolor. Tertiò quia viro suo dedit, & cum ad comedendum induxit, idcircò *sub viri* inquit, *potestate eris.* Ita pro seductione, cõceptũ multiplicitas, pro gulæ oblectamẽto, vteri dolor, pro temerario imperio, seruitutis pœna reddita est. Sed quæritur quę differãt mulierem sub viri potestate esse, & virũ mulieris dominum. Ad hoc respondendũ valentioris esse diminutionis, mulierem sub dominio, quàm sub viri potestate esse. Nã & secundũ Romanas leges, sub viri potestate est mulier, antequã in manum viri conueniat. Quæ autẽ in manũ viri cõuenit, multomagis quãdiu vixerit vir, testamẽtũ illi fine viro facere nõ licebit, vnde & capite diminuta dicitur mulier, quæ in viri manum conuenit. Adeò apud Gentiles quoque hæc lex naturæ valuit.

1 Sub viri potestate. Etis ad virũ tuum cõcupiscẽtia tua (seu desideriũ tuum.)

a ¶ rationis. ¶ per consuetudinem bonam.
¶ vt spiritus dominetur carni. ¶ vitæ consuetudine prava cautius obtemperabis rationi, ne ad aliquam pernitiosam consuetudinem deflues.

a paries filios. 1 & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adæ 1 verò dixit: † Quia audisti vocem vxoris tuę, & comedisti de ligno ex quo præceperã tibi ne comederes,

b Hiero. non ruris colendi, sed peccato, sicut in Hebræo habetur. b ¶ inueniendæ veritatis.

c † maledicta terra in ŏpere tuo. In laboribus comedes 2 eã cũctis die- 2
¶ visiorum. ¶ punctiones tortuosarum quæstionum, & cogitationes de prouisione huius vitæ.

bus vitę tuæ. Spinãs & tribulos ger minabit tibi, & comedes herbas 3 4
terræ. In sudore vultus tui vescẽris 5
¶ id est donec finias hanc vitam.

panẽ †, donec reuertaris in terrã de qua sumptus es: * quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Et voca- 6
¶ id est vita

uit Adã nomen vxoris suæ † Eua, 3

Vbi supra.

✠PROCOPIVS. Mariæ typus Eua fuit, Vtraque siquidem virginitate vigebant. Verùm Eua in virginitate existens, deliquit. Proinde tristitiam & dolores à serpente traxit, quos deinde transfudit in omnes peccatrices mulieres, quæ secutæ sunt seculis omnibus. Verùm Maria gaudium & lætitiam toti mortalium generi obnũtiauit, humanięq; generis maledictionem, in quam deuenerat, fugauit. Præterea partus doloris expers, finiC uit eum, qui cum multis doloribus fit. Ideo Euam omnes culpant & incusant, Mariam omnes laudant & beatã pronunciant.

In Genes. Vbi supra.

✠RABANVS Figuratè verba hæc ecclesiæ conueniũt, cuius ærumnæ multiplicãtur in hac vita, vt ad vitã perpetuã castigata perueniat. Multiplicantur conceptus, cũ spirituale Deo sobolẽ prædicãdo ac rectè viuendo gignere satagit. vnde Paulus, *filioli mei, iterum quos parturio*, parit in dolore filios, cum metuit, ne sicut serpẽs decepit Euã, ita corrũpatur sensus eorũ & excidant à simplicitate quæ est in Christo. Agit sub viri potestate, q̃a seruit dño in timore, cui si nũquã peccasset, solo dilectiõis copularetur amplexu. *Et ipse dominabitur ei*, carnales ei⁹ cohibẽs motꝰ.

a *Sub viri potestate eris.&c.* Hoc est cũ illa pars animæ, quæ carnalibus gaudet, malam cõsuetudinem volens vicerit, difficultatẽ & dolorẽ passa, & bonã pepererit, cautiùs obtẽperabit viro, i.ra

Viri punitio.

1 Adæ ve.d. *Hic ponitur punitio viri. Circa quod sciendum quòd sicut in domestica vita mulier subijcitur viro, ita ad virum pertinet procurare necessaria vitæ pro se familia, & vxore: & ideo quantum ad hoc punitur cum subditur.*

2 Maledicta terra in, &c. *In quo notatur terre sterilitas quæ post peccatum non produxit fructum conuenientem homini nisi cum cultura & labore, quæ ante sponte producebat fructus conuenientes in abundantia, & produxisset si homo in statu innocẽtiæ perstitisset. In Hebræo habetur:* בעבורך *baaburecha. i. propter te. Maledicta terra propter te. i. propter peccatũ tuũ, propter quod incurrit sterilitatẽ, vt dictũ est.* In sudore vultus tuꝰ tui, &c. *p hoc notatur anxietas hoĩs in labore agriculturæ q̃ ante peccatũ nõ opabatur nisi ad recreationẽ & virtutis exercitiũ vt prædictũ est.*

3 Spinas & tri. *In hoc notantur impedimenta quæ prouenient hominis labori ex terra.*

4 Et comedes. &c. *Qui prius comedebas fructus paradisi, & quia istæ pœnæ inflictæ sunt homini ad totam vitam vsq; ad mortem.*

5 In su.vu. &c. *Patet litera.*

6 Et voc. Adam. *Hic consequenter describitur miseriæ inflictæ transfusio, quia quales facti sunt primi parentes per peccatum, tales filios genuerunt, & ideo dicit.* Et voc. &c. Eua: *In Hebræo est* חוה *hava.* quod nomen sonat vitam pœnalitatibus tamen subiectam.

d 3 ✠ 1 Eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Ex terra*, declarat. Quid enim affert terra si non laboraueris.

Vbi supra cap. 24 Sermo. ferię 4. maioris hebdomadæ.

✻Bernard. Duo reliquit nobis in hæreditatẽ vetustus Adã, laborẽ, & dolorẽ: laborẽ in actione, & dolorẽ in passione.

Paradisum, &c. Greg. Homo ita conditus fuit: vt manẽte illo decedetent tempora, nec cum temporibus transiret. Stabat ergo in momentis discurrentibus, nec ad vitæ terminũ per dierum incrementa tendebat, quia semper stanti inhærebat, vbi vetitum cõtigit, offenso creatore, ire cœpit cum tẽpore. vnde *Terra es, & in terram ibis.* Statu scilicet immortalitatis amisso, cursus eum mortalitatis absorbuit, & ad mortẽ transeundo, didicit stando quod fuit, cuius radicis amaritudinẽ quasi in virgulto tenemus: quia eius cursum nascẽdo sortimur, vt ipso momento quo vitimus, à vita transeamus, dũ infantia ad pueritiã, pueritia ad adolescentiam, adolescentia ad iuuentutẽ, iuuentus ad senectutem, senectus trãsit ad mortem.

a *Et vocauit Adã nomẽ vſ. Eo quod, &c.*

B Aug. Verba primi hominis hæc fuerũt quoniam hęc est mater omnium viuentiũ, tanquã reddat causam nominis à se impositi, cur scilicet Euam vocauerit.

Mysticè. *Mysticè.* Post peccatum & iudicis sententiã vocauit Adam vxorem suã Euã, quia sic mater viuorum, cum mortem & mortales fœtus parere meruerit. Sed illos fœtus scriptura attendit, quos in dolore cum peperit: ad virum cõuertitur, vt ei dominetur. Sic enim est vita & mater viuorũ, vita in peccatis mors dicitur. Rectè ergo pars animalis cum per rationem de verbo vitæ, affectum rectè viuendi conceperit vita appellatur, & mater viuorum, id est, bonorũ: quãuis in dolore & gemitu malę consuetudini resistens, bonam consuetudinem ad recta facta pepererit, quibus cõtraria sunt peccata quæ mortua solẽt appellari. Mors autem quæ debetur naturæ post peccatum, in tunicis pelliceis figuratur: Tandiu autem in paradiso fuerunt, quamuis sub sententia damnantis Dei: donec ad tunicas pelliceas ventum est, huius vitæ scilicet mortalitatem. Benè autem mors quam in corpore sentimus, in pellibus exprimitur, quæ mortuis corporibus detrahuntur.

b *Fec. quoque, &c.* Aug. Hoc quoque significationis causa factum est, & in factis quæritur quid factum sit, & quid significet, & in dictis quid dictum sit, quidve significet?

C Stra. Ipsi fecerunt sibi perizomata, vt peccatum suum absconderent. Deus verò tunicas pelliceas, quibus totum eorum corpus induit, quia & in corpore & in anima eos iustè damnauit. Stulta verò quæstio est, qualiter vel quo operante pelles ab animalibus deductæ sint, quærere. qui enim de nihilo omnia condidit, quomodo & qualiter voluit, hæc fecit.

Vbi supra c. 18. ✻Chrysosto. Vestiũ amictus, continuũ sit nobis monimentum, quo memores scimus quantis bonis exciderimus, & discamus quanto supplicio genus humanũ ob inobedientiam sit affectum. Dicant igitur nobis, qui tanto vtuntur apparatu, vt iam lanæ vsum prorsus audire nolunt, sed serico vestiuntur, eóque insaniæ peruenerunt, vt aurum vestibus intexant. Quare corpus ita ornas, & gaudes eiuscemodi amictu?

Lib. 11. de Genes. c. 42. c *Et ait: Ecce A. &c.* Aug. Propter trinitatem pluralis numerus ponitur, sicut & ibi: *Faciamus ho. &c.* Replicatur igitur in caput superbi ad quem venerit exitum, quod à serpẽte est suggestum: *eritis sicut dii.* Nec sunt verba insultantis Dei, sed à superbia deterrentis alios, videtes hominem nõ esse factum qualem voluit, sed amisisse, quod factus sit. *Videte, ne forte sumat de ligno vitæ, &c.* Superiora verba Dei sunt, hoc autem factum est propter verba Dei secutura, alienatus est à vita, non solùm quam cum angelis erat accepturus, si perstitisset, sed ab illa quã in paradiso habebat quasi excommunicatus à ligno vitæ, quòd erat ei pro sacramento, sicut in ecclesia solent homines à sacramentis visibilibus ecclesiæ disciplina remoueri. D

Aug. Mirum est, si Adã spiritualis erat mente, quamuis non corpore, quomodo credit scripẽi, dum diceret Deum lignũ prohibuisse: quia sciebat eos, si comederent, futuros vt deos per scientiam boni & mali, tanquam hoc solum creator creaturæ inuideret. Sed nullo modo credendum est spirituali mente præditum hoc credere potuisse. *Vnde Adam non est seductus, &c.* vt per mulierem. scilicet vir præuaricaretur, secundũ illud Rom. 5. c. *In similitudinem præuaricationis Adæ.* Seductus tamen nõ est. Vnde non ait: *Mulier seduxit me, & ſed ipſa dedit mihi, & comedi.* Illa verò, inquit, *seduxit me, &c.* Ita Salomon vir quidẽ tantę sapientiæ, non in simulachrorum cultu aliquid vtilitatis credidit esse, sed mulieris amori resistere non valuit, & quod sciebat nõ esse faciendum fecit ne mortiferas delicias cõtristaret. Si vxorem quæ iam seducta manducauerat, noluit Adam cõtristare, quam credebat à se alienatã tabescere, & sine solatio interire, non quidem carnis cõcupiscentia, sed amicabili beneuolentia, qua sæpe Deus offenditur, ne offendatur amicus. Alio ergo modo deceptus est quàm mulier, quæ falsum verum esse putauit. E

✻Theodoretvs. Hoc per ironiam à domino dictum est, vt ostenderet fuisse diaboli promissionem, *Eritis sicut dii.* quæst. 40.

✻Epyphanivs. Refellendo ergo opinionẽ Adæ, & quasi obiurgans dicit, an quod putasti euenit, vt esses quasi vnus ex nobis? Hoc est enim quod dixit, *Quasi vnus ex nobis.* Nam cùm desideraſſer altior fieri, in peiorem statum est relapsus. Ex Lyppomani & theniis in Genesi.

Ecce, Adã fa. est q.v. &c. serpens seduxit, &c. Dupliciter intelligi potest. *Quasi vnus ex nobis* i. Deus, quod pertinet ad insultationem. Sicut dicitur vnus ex senatoribus. i. senator: Vel quod Deus esset nõ natura, sed creatoris sui beneficio: si sub eo manere voluisset. *Sciens bonũ & malũ.* quasi potestatẽ Dei pœna sua discet esse ineuitabilẽ, quã pati noluit beatus & consentiens: & habebit scientiam per pœnam, quam Deus habet per sapientiã.

d *Nũc ergo ne forte, &c.* Simile dicit apostol 2. Tim. d. *Ne forte det illis Deus pœnitentiã ad cognoſcẽdã veritatẽ.* Videt aũt homo dimissus esse in labores huius vitæ: vt aliquãdo porrigat manũ ad arborẽ vitę. i. ad crucẽ, per quã vita reparatur æterna. Prohibitio quoq; intelligi põt, vt iusta pœna post peccatũ, inter clusus sit ad sapiẽtiã aditus, donec Dei misericordia, reuiuiscat, q mortuus fuerat.

✻Aug. Alienatus enim à vita, non solũ quam fuerat, si præceptum seruasset, cum angelis accepturus, sed ab illa etiã quam dicebat in paradiso, fœlici quodã corporis statu, separare vbiq; debuit à ligno vitæ. Siue quod ex ipso illo subsisteret fœlix ille status corporis ex re visibili, virtute inuisibili. Siue quod in eo esset sacramentum visibile inuisibilis sapientię, alienandus inde vtique fuerat, vel iam moriturus, vel etiam tãquam excõmunicatus, sicut etiã in hoc paradiso id est, ecclesia, solẽt à sacramẽtis altaris visibilib⁹, homines disciplina ecclesiastica remoueri. Lib. 12. Genes. c. 2. F

Vbi supra

✻Epiphanivs. Quoniam igitur in diminutione erat Adam, noluit eum Deus viuere in æternum in detrimento, sed vt optimus figulus in proprium figmentum, vas extinctum & confractum per seipsum reparare constituit. In regeneratione igitur quasi iterato in renouatum reficiet vas, vt possit semper viuere sine priore detrimento.

quæst. 40.

✻Theodoretvs. *Ne forte extendat, &c.* Non adeò dictum est, quod Deus vitam æternã illi inuiderit, sed vt per mor-

&c rem,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Eo quòd mater esset, *id est, omnium hominum in hac vita mortali degentium.*

2 Fec. quoque, &c. *id est, de pellibus animalium mortuorum, in signum sui mortalitatis, & quia indigebant tegumento contra intemperiem aeris loci ad quem erant eiciendi, verumtamen ante eiectionem Deus improperat Adæ suam transgressionem, dicens.*

Ironia. 3 Ecce Adam factus, &c. *Ironia est, ac si diceret: non es assecutus quod serpens promisit, sed contrarium.*

4 Nunc ergo videte. *Ly videte non est de textu Hebraico, sed subintelligitur*

telligitur: & est modus loquendi satis frequens in Hebraico, q omittitur vna dictio. Translato verò nostra expressit quod in Hebraeo omittitur, vel sub intelligitur. Notandum etiam quod hoc est verbum Dei ad angelos per quorum ministerium homo primus eiectus est extra paradisum.

5 Et sumat, &c. *Cum homo incurrisset iam necessitatem moriendi, vt praedictum est, lignum vitæ iam non poterat vitam eius perpetuare, poterat tamen ex sua bonitate ipsam prolongare, & ista prolongatio nomine eterni significatur, sicut in Psal. Montes eterni nominantur propter longitudinem durationis. vnde & in Hebraeo dicitur:* Et viuat in seculum, *quod designat tempus longum.*

1 Eiecítque

tem, peccati impetum detineret. Vt cum ait Apostolus, *Qui mortuus est, iustificatus est à peccato.* Itaque mors non supplicium Rom. 6. sed medicina fuit.

a *Emisit eum, &c.* In locum sibi congruum, sicut plerunque malus cùm inter bonos viuere cœperit si in melius mutari noluerit, de bonorum congregatione pellitur pondere prauæ consuetudinis suæ.

In quæstio. Hebraicis. †Eiicitur Adã de paradiso. b *Eiecitq; Adam.* Hiero. Lxx. *Et eieeit, & habitare fecit contra paradisum voluptatis, & statuit cherubin & flammeam rhompheam, quæ vertitur ad custodiendam ligni vitæ viam.* Alius sensus est in Hebræo, *Ait enim & eiecit dominus*, Adam, scilicet, *& habitare fecit ante paradisum voluptatis, cherubin & flammeum gla.* Non quod Adam habitare fecerit contra paradisum voluptatis, sed illo eiecto ante fores paradisi, cherubin, & flammeum posuit gladium, ne quis posset intrare.

Historicè. Lib. 11. de Genes. c. 11. c Aug. *Et collocauit, &c.* Hoc per cœlestes potestates etiam in paradiso visibili factum esse credendum est, vt per angelicum ministerium ibi esset quædam ignea custodia, non tamen fruſtra, sed quia aliquid de paradiso significat spirituali.

Stra. *Collocauit, &c.* hoc est per ministeriũ angelorũ igneam custodiã cõstituit. Flammeus gladius tribulationes, dolores & labores huius vitæ, quibus nos exercemur. Vel sententia iustæ damnationis, quæ homini est data qui ita dãnatus est, vt Christi passione redimi posset. Vnde gladius versatilis dicitur, qa potest

B uetur fidelibus, de hac vita ad supernã beatitudinẽ trãseũtibus. Nec dicit flãmam & gladiũ, sed flãmeũ gladiũ. Qui enim ad paradisum redeũt, necesse est vt igne spiritussancti oẽs cõcupiscẽtias huius vitæ exurãt, & gladio verbi Dei oĩa noxia præcidant.

✻Ruper

✻Rvpert. Vbi autem vel in qua parte terrarum hic infelix operarius habitauerit, non legimus, nisi quòd eum sepultum esse in Hebron ciuitate quatuordecimmillibus ab Hierosolymis distante sacra scriptura testatur. Sic enim in libro Iosue scriptum est, *Nomen Hebron antea vocabatur Cariatharbe. Adam autem maximus ibi inter Enacim situs est.* D Lib. 3. in Genes. c. 31. Iosue 14.

✻Hvgo de sancto victore. Quia homo & diabolus in paradiso peccauerunt, vterque eiectus est. Et ne alteruter illorum iterum liceret intrare, contra vtrunque posita est custodia & offendiculũ. Cherubin, vt repellat diabolũ, igneus gladi⁹, vt repellat hominẽ. In annot. in Genes. 1 De paradiso voluptatis. de horto Edẽ.

✻Procopivs. Quidam inquiunt, satius fuisset hominem non nasci, quàm vt in tanta veniret mala, quæ Deus fortè ignorans, non auertit. Aut si sciuit mala, quæ inuasura essent hominẽ, eaq; non prohibuit, iniustitiæ conuinci potest, quòd hominem nihilominus creauit. Quibus respondetur: Ergo secundũ vestram opinionem ne boni quidem creandi erant, qui præter suã essentiam etiam sortiti sunt, vt ipsis sit bene, & habeãtur filij Dei. Sic nec angeli & inuisibiles potentiæ à Deo formandæ erant propter diabolũ qui de sua felicitate decidit. Deus quidem vt bonus, tam visibiles quàm inuisibiles creaturas constituit. Cæterùm homo & angeli cum sui iuris essent, ea libertate sunt abusi, & E sua propria culpa, ad miseriam sunt deuoluti. In cap. 3. in Genes. † Ante paradisum voluptatis. ab oriente horti Eden.

Isidorvs. *Et collocauit, &c.* Cherubin plenitudo scientiæ, hæc est charitas, quæ plenitudo legis est diuinæ. Gladius flammeus, pœnæ temporales, quæ versatiles sunt, quoniam tempora volubilia sunt. Ad arborẽ igitur vitæ non redit

Adam

ur nisi per cherubin, id est, plenitudinem scientiæ, id est, charitatem: & per gladium versatilem, id est, tolerantiam temporalem. Cherubin. Mistice. Gladius flãmeus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Eiecitq; Adam, &c. *Istud duplicitur exponitur secundum duplicem opinionem suprapositam de situ paradisi terrestris. Secundum enim illos qui dicunt, quod est sub æquinoctiali circulo gladius flammeus intelligitur Zona torrida inter habitationem nostram & paradisum: & dicitur versatilis, quia sol per quem causatur ibi caliditas impertransibilis, appropinquat ad nos in æstate & hyeme elongatur. Per Cherubin autem intelligitur angelica custodia, per quam tota natura corporea administratur, & maximè motus orbium.*

Gladius flãmeus.

2 Ad

2 Ad custodiendam viam, &c. *Ne homo inde eiectus posset illuc redire: nec aliquis alius adire. Secundum verò illam opinionem quæ ponit paradisum terrestrem circa tropicum cancri, per gladium flammeum intelligitur aliquis ignis materialis, ibi factus à Deo & oriens de terra, sicut dicitur de monte Aetna, qui continuè ardet: & significatur nomine gladij, quia ignis ascendens sursum in superiori parte acuitur ad modum gladij. Per cherubin autem intelligitur natura angelica, vt prædictum est: Ad custodiendam viam, quia ille ignis est ante introitum paradisi prohibens accessum hominis ad ipsum.* F

MORALITER.

C † 1 *Emisit eũ Dꝰ de para. &c.* per quod designat q peccator pro peccato mortali desinit esse de ecclesia militãte merito, & si nõ numero. Per hoc aũt quod gladi⁹ flãme⁹ ponit ante paradisum, designat

designat q manente peccato mortali nõ est reuersio ad ecclesiã militãtẽ secũdũ meritũ: Dicit tñ gladi⁹ versatilis: qa si vera pœnitentia sequitur, homo secũdũ meritũ ad eã reuocatur, dicẽte dño Eze. 18. g. *Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat*

In c. Genes. 3. vbi dicitur in postilla. Sed contra dicta occurrit dubium.

ADDITIO I.

Licet gratia gratis data possit remanere cum peccato mortali, impossibile tamen videtur quod iustitia originalis simul maneat cum peccato mortali, prout videtur postillator velle. Quod sic patet: nam prout doctores communiter loquuntur in statu innocentiæ, in quo homo institutus fuit in originali iustitia, nulla erat rebellio carnis ad spiritum, nec spiritus ad Deũ, & per consequens impossibile erat stante illo statu peccatum mortale incurri. Peccatũ enim secundum Ambros. est inobedientia

Inobedientia. *diuinæ legis, & transgressio cœlestiũ mandatorum, quod de directo opponitur statui innocẽtiæ. Ad dubiũ autem motum per postillatorem ipsum, scilicet, quomodo in muliere remãsit donũ originalis iustitiæ post primum & secundũ peccatum, & vsq; post comestionẽ ligni aliter posset respõderi.*

Pro quo attendendum est, quòd licet præceptum de inhibitione comestionis ligni fuit datum Adæ antequam Eua fuisset in rerum natura producta, vt litera testatur. tamen secundum Aug. super Genes. c. 8. ex hoc non sequitur quòd Eua non fuisset obligata ad præceptum obseruandum. Transgressio autem huius præcepti non fuit consummata donec Adam comedit, licet fuisset quodam modo inchoata per comestionem mulieris:

Ordo peccandi. *Quod patet per magistrum in 2. distin. 24. vbi ostendit quod talis est ordo peccãdi in nobis qualis fuit in primis parentibus. sic dicens. Vt enim nunc serpens mulieri malum suasit, ipsaq; consensit, deinde viro suo dedit, sic consummatiũ est peccatum. ita & nunc in nobis pro serpente est sensualis motus animæ, pro muliere inferior portio rationis, pro viro superior portio rationis. Hæc ille. Ex quo patet q transgressio præcepti ipsi Adæ dati nõ fuit totaliter consummata vsq; ad comestionẽ viri: nec est etiã necessariũ dicere, quod Adam fuerit transgressor illius præcepti sibi dati ante comestionem*

stionẽ ligni per actũ interiorẽ in hoc cõsentientẽ. Nã prout ex serie literæ patet, sola comestio fuit prohibita, nõ autẽ deliberatio seu consensus præcedens comestionẽ. Dicit enim in die quo comederis ex eo, &c. Non antè dicit in die quo consenseris, seu deliberaueris comedere, & huiusmodi. vnde sicut de quibusdã præceptis ve. testa. dicitur à doctoribꝰ, q lex prohibet manũ, nõ aũt animũ: eodẽ modo in proposito dici posset, prout litera sonat. Ex quibus vlterius sequitur, q licet tã Eua quã Adã ante comestionẽ ligni peccassent p actus interiores peccato superbiæ, quod est initiũ oĩs peccati: vt patet Eccle. 10. b. non tamen trãsgressio præcepti sibi dati fuit facta vsq; ad hoc quod Adã comedisset, & illic & non antea nuditatem suã erubuisse debuerunt. quod videntur sonare verba Aug. in 4. de ciuita. Dei. quòd post quàm transgressio præcepti facta est gratia Dei deserente, de corporum suorũ nuditate confusi sunt. non enim dixit post-

quam peccauerunt, quòd posset intelligi de quocunque genere peccati, sed postquam trãsgressio præcepti facta est, vt intelligatur de transgressione præcepti de quo agitur, qua nunquam fuit consummata donec vir comederet, & sic de nuditate sua tempore congruo erubuerunt.

In eodem ca. 3. vbi dicitur in post. Serpentem autem non interrogauit.

ADDITIO II.

Alia etiã ratio assignatur ad hoc q serpens nõ fuit interrogatus. vnde Aug. cõtra Manichæos li. 2. nã serpens no interrogatur, sed prior excipit pœnã, quia nec cãsideri peccatiũ potest, nec habet omninò vnde se excuset.

In eo. c. 3. vbi dicitur in post. Sed ista expositio quantũ ad multa, &c.

ADDITIO III.

Ista expositio vltima nõ est tanquã irrationabilis excludenda: ẽsonat enim literæ plusquã alia, & est sententia Hiero. de Hebraicis quæstionibꝰ: nec obstat q postilator obicit. Primo de hoc q Deus dirigeret sermonem

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *sum ad animal brutũ: nam alibi legitur:* Et ait dominus ad piscem *Ione 2.d. quod significat expressionẽ diuine voluntatis per effectus exteriores. Quod autem obijcit secundo, quòd serpens in nullo peccauerat, sed solum dæmon, non obstat: nam in signũ detestationis peccati etiam bruta quandoq; puniũtur, vt patet de iumento cũ quo aliquis coierit: Leui. 20. c. prout allegat postillator. & nõ solũ hoc sed etiam res inanimatæ quæ omnino carent sensu & motu voluntario, præcipiũtur comburi & destrui propter horrorem alicuius magni peccati, vt Deut. 13. c. de ciuitate auersa à cultu Dei ad idolorũ seruitutem, vbi præcipitur q; non solũ pecora occidantur, sed etiam cõburantur supellectilia. Et habemus idem. 1. Reg. 15. a. de Amalechitis vbi propter peccatum à suis predecessoribus longe ante perpetratũ Deus præcepit occidi non solũ viros & mulieres, sed etiã paruulos & lactentes, boues & oues, &c. Quod autẽ postillator tertiò obijcit de statura recta quæ non competit nisi tantũ huiusmodi, non obstat: nã ad saluandam veritatem literæ secundũ hanc expositionem, sufficit q; serpẽs anteà cũ pedibus altis incedebat, sicut et alia animalia, & post huiusmodi sententiam pedes sunt ei amoti, sic vt non possei incedere nisi reptando: vnde hæc expositio videtur tenẽda tanquã literalis: aliæ verò expositiones Aug. & sanctorum tenendæ sunt tanquam veræ spirituales seu mysticæ.*

In eodem cap. 3. vbi dicitur in postil. Et vocauit Adam, &c.

ADDITIO IIII.

Eua in Hebraico חוה *chauah vitam sonat simpliciter, non connotando quòd sit pœnalitati subiecta vel non. sicut enim cũ dicitur, mater omnium viuentiũ, non denotatur quòd sint in hac vita mortali vel non, vnde hæc vocatio aliter videtur continuari ad prædicta. Ad quod sciendũ, quòd licet Adam secundum quòd traduni doctores seminerit naturas omnium animaliũ & omniũ scientiarum: de quibus homo natus est instrui, prout patet in 1. parte. q. 94. art. 3. in cor. a. non tamen habuit notitiam futurorum coniugentium, nisi prout ex diuina reuelatione habuit, vel experimentaliter poterat adquirere. & ideo cum mulier statim postquam fuit producta sibi adducta fuerit nescius an Deus disponeret eos sic remanere, & alios de nouo procreare, an ex ea esset proles per propagationem procreanda, vocata est ab eo virago, quasi de viro sumpta, ad denotandum quòd erat sibi data in consortium domesticæ conuersationis, non de*

B *clarans an esset sibi data etiam ad prolis propagationem quod etiam consonat verbis Dei dicentis ante mulieris productionem supra Genes. 2. c.* Dixitq; Deus. Nõ est bonũ hominẽ esse solũ, faciam' ei adiutoriũ simile sibi. *Sed post peccatũ ex diuina sententia cõtra ipsum & vxorem suam lata duo collegũ: Vnũ. s. quòd ipsi essent mortales, & hoc cũ sibi fuit dictum:* Puluis es, & in puluerẽ reuerteris. *Secundum quòd debebam habere filios per propagationem, sicut cætera animalia, & hoc cum dictũ fuit mulieri:* Multiplicabo ærũnas tuas & cõceptus, & in dolore paries filios. *Ex quibus cõcludit quòd illa deberet esse mater omniũ succedentiũ, cum iam cessauisset Deus à nouis creaturis condendis: et ideò audita diuina sententia vocauit eam Euam, quòd nomen interpretatus est ipse Adam. d. eo quòd esset mater omnium viuentium.*

REPLICA

Correctorij contra Burgensem. In 3. c. vbi postillator monet dubium. Cum Eua peccauerit actu interiori superbiæ & dissidentiæ, & actu exteriori comestionis vetiti, & tamen non percepit suam nuditatem vsq; post esum viri: quomodo iustitia originalis potuit stare cum prefatis peccatis Euæ? Et respondet dicens iustitiam originalem fuisse gratiam gratis datam quæ stare potest nedum cũ peccatis venialibus, sed etiã mortalibus. Hanc responsionem Burg. impugnat ratione minus efficaci vt dicetur: & ponit ad motũ dubium aliam responsionem dicens, q. Adæ diuũ est præceptum, non Euæ, ideo transgressio non fuit consummata quousque Adam comederet, & consque mansit iustitia originalis. Et multa circa hoc dicit inepta. Suppositũ enim Burg. ex litera apparet falsum: Dicitur enim in

C *litera q. mulier respõdit diabolo:* nobis præcepit Deꝰ, &c. *Igitur mulier recepit præceptũ sibi per se sine per virũ, sicut quibusdam placet. Si igitur fuit mulieri præceptũ ad seruandum erat obligata, transgrediendo igitur non solũ venialiter sed & mortaliter peccauit: stat igitur responsio postillatoris. Quod autem Burg. de magistro sententiarũ adduxit: allegoria est, non sensus literalis: vt patet per eũdem in eodem cap. Illud quoq; nec verũ videtur quod addit Burg. dicẽs solam exteriorem comestionem fuisse prohibitam, non actũ interiorem, quia secundum omnes illa prohibitio fuit ad probandũ obedientiam, ideo dicitur communiter quòd fructus non erat malus, nec eius esus, nisi quia prohibitus, nunc autem inobedientia sicut & obedientia respiciunt actum interiorem principaliter, consequenter exteriorem, nec exterior aliquid malitiæ intensiue addit super interiorem, vt vult magister sententiarum per eum inducitus lib. 2. dist. 42. Et enim, inquit, vna inobedientia vnusque contemptus, siue quando vult siue quando agit, licet secundum expositionem doctorum distinctio sit in malo extensiue: Nec valet similitudo per eum scilicet Burgen. inducta de lege cohibente manum & non animum: quia hoc dicitur ratione temporalis pœnæ per legem taxatæ, sed non quo ad Deum, apud quem, vbicunque manus cohibetur animus non manet sine obligatione: imo dato, sed nõ concesso, quòd solus actus esus exterioris prohibitus fuisset, adhuc staret dubium motum, quomodo iustitia originalis mansisset in Eua manducante ante virum? Mansit quidem secundum postillatorem, & non mansit secundum Burg. Pro vtriusque partis concordantia notandum prout scripsi circa sententias lib. 2. dist. 31. 32. & 33. quòd iustitia originalis multos habuit effectus. Vnũ principalem, alios secundarios. Prin-*

cipalis fuit ordinatio voluntatis in Deũ: Secundarij effectus non fuerunt simpliciter & directè à iustitia originali, sed concurrentibus, quæ enumerat Scotus circa secundum distin. 19. quæ sunt immortalitas, præseruatio à siti, & aliys passionibus, & tranquillitas virium sensitiuarum. Oppositum effectus principalis est culpabile, oppositum autem effectuum secundariorum non est culpabile, sed potius pœnale: Per peccatum igitur actuum interiorum ceciderunt à iustitia originali quantum ad effectum principalem, quia voluntas eorum fuit quo ad Deum inordinata, dum Adam se ad amorem vxoris conuerteret et diuino præcepto dissimulato, sicut colligitur à B. Augu. 11. super Gene. c. 9. vbi dicitur Adam peccasse quadam societatis necessitudine: *Sed his se habentibus effectus secũdarij non secuti, quia pœnale reseruatum est vsque post peccatum operis manifeste per mulierem inchoatum, & per virum consummatum. Mansit igitur iustitia originalis cum peccato quo ad effectus secundarios pro positione postillatoris, & non mansit quo ad effectum principalem pro positione Burg. Signum huius dicti sumi potest ex eo, qui restitui potest gratia æquiualens iustitiæ originali quò ad effectum principalem, restitutione non facta quo ad effectus secundarios: Nec per huiusmodi concertationem fit variatio in sensu literali. Ad argumentũ igitur principale Burg. dicitur quòd per actum interiorem superbiæ & dissidentiæ, qui venit ex rebellione spiritus ad Deum ceciderunt à statu innocentiæ, & iustitiæ originalis quò ad effectum principalem, sed non quò ad effectus secundarios quousq;, peccatum actu exteriori foret consummatum. Item in eodem capitulo, vbi postillator ponit de locutione Dei ad serpentem expositionem B. Augustĩ. quam ponit ex intentione fore literalem, subdit postillator ponens expositionem aliam quam B. Hieronym. in lib. quæst. Hebrai. videtur recitare: sed hanc reprobat postillator tribus rationibus. Sed Burgen. opponit se postillatori, dicens expositionem beati Augustini fore mysticam, sed eam quam recitat beatus Hieronym. fore literalem, & nititur soluere rationes per postillatorem in contrarium adductas. Et cum primum postillator arguit quòd irrationabile est, quòd Deus dirigeret sermonem vocalem ad animal brutum non intelligens. Respondet Burgen.* F *quòd non obstat quia alibi legitur:* & ait dominus ad piscẽ. *Ione 2. d. Sed illa responsio non valet: quia locutio Dei hic fuit vocalis, ibi autem quædam interior inspiratio, vt Burg. met testatur dicens: Locutio ad piscem significat expressionem diuine voluntatis per effectus interiores. Sed quòd hic fuerit vocalis, patet per beatum Augustĩ. 11. super Genes. cap. 1. vbi propter illam locutionem Dei ad serpentem dicit: vbi in sacra-scriptura aliquid dicitur quod non nisi absurdè ad literam potest intelligi, proculdubio figuratiue dictum esse, & ad aliam significationem accipi debere. Et ob id idem beatus Augustĩ. eodem lib. cap. 9. ponit differentiam inter locutionem Dei ad virum & mulierem & serpentem, dicens: Locutionem ad primos esse ad literam, sed ad serpentem figuratiuam, quia absurdè sonaret, vt arguit postillator ex illo loco beati Augustĩ. Sed non sonaret absurdè, si per inspirationem locutus fuisset serpenti sicut pisci, de quo supra. Constat ergo quòd fuit vocalis, sed ad diabolum sub nomine serpentis. Confirmatur totum ex intentione beati Gregorij in moral. prout Burgen. eum allegat in solutione vlt. argum. quæst. sue præambule, vbi dicitur: Cum ordo historiæ deficit, sese nobis intellectus mysticus quasi apertus iam foribus ostendit, & tunc mysticus pro literali habendus est, vt Burgen. met vbi supra testatur. & sic est in propositione de locutione Dei ad serpentem sicut de locutione lignorum: Iud. c. 9. b. Certum est enim vtrobique historiam secundum vocum significationem deficere. Est igitur ad mysticum sensum tanquam ad verè literalem recurrendum secundum doctrinam beati Gregor. & Augustĩ. & omnium* E *communiter scribentium. Fruſtra igitur laborauit Burgen. cum solutione primi argumenti. Nec responsio ad secundum valet: nam instantia de iumento est contra Burgen. pro eo quòd serpens potissimè venit destruendus plus quam iumenta: si instantia valeret: Nec alia instantiæ valent de interemptione pecorum & etiã inanimatorum: nam cum iumento, pecoribus, vasis, & supellectilibus inanimatis commissa sunt peccata idolatriæ, & alia, tanquam cum subiectis pollutis: diabolus autem serpente non vtebatur vt subiecto quòd polluit, sed solum vt instrumento, quod Deus permisit, vt citò dicetur infra: ideò illa in detestationem peccati destructa sunt: serpens autem quia solum fuit permissum instrumentum, puniri non debuit. Exemplum familiare: Occidat quis clericum gladio, in detestationem peccati locus execratur, interdicitur & tota terra supponitur interdicto, quia videntur subiecta in quibus sanguis clerici effusus est. Contra gladium verò qui solum instrumentum fuit occisoris nihil fit ipso iure. Nec valet responsio ad tertiam rationem postillatoris, nam expositio quam improbat dicit serpentem erectam staturam habuisse, non more pecudis pedes: Nec tamen serpentem habuisse pedes est in scriptura fundatum. Nam ante tentationem serpens fuit dictus a serpendo, vt dicit Isido. Et inter reptilia computatus, nec litera quam putat Burgen. saluare eius propositum: nam cum in serpentis maledictione dixit dominus.* Super pectus tuum gradieris, *non intelligi debet ad literam secundum intentionem beati Augu. quæst. prius super pectus repere non consueuerit, sed ad diabolum dictum intelligitur, non ad serpentem, quamuis sub nomine serpentis, secundum quod postillator ad beati Augustĩ. intentionem exponit: Et dato, quamuis non concesso, quòd serpens tempore tentationis erectus vel super pedes incesserit: diabolus enim ad hoc potuit eum erigere, aut pedes formare: qui ad loquendum eius linguam poterat mouere: & tunc sensus litera est super pectus*

D Iustitia originalis quomodo mãsit in Eua, &c.

A *pectus tuũ gradieris: id est, q. de cetero non permittetur diabolus sic trãsformare serpentem: Et ad istum sensum conferre q. postillator secundum intentionem beati Aug. xj. super Ge. c. ix. (vbi supra exponendo, quare potius per serpentem tentatus est homo, quam per aliã effigiem ait, q. s. hoc non fuit ex dæmonis electione, sed magis ex diuina dispensatione, quæ non permisit hominẽ tentari per diabolum in specie affabili & mobili, per quã posset facilius decipi. sed magis in specie horribilis in qua fallacia dæmonis poterat facilius deprehendi. Et mirum q. Burg. in hac parte postillatorem non redarguit, qui pueriles frequenter contra eum occasiones quæsuit, cũ tamen hic modus dicẽdi vel loquendi sit antecedens ad omnia quæ Burg. in hoc loco reprobare nitebatur. Item in eo. c. vbi postillator dicit Euam significare vitam pœnalitati subiectam: sicut & beatus Hie. dicit, q. significat vitam & calamitatẽ. Burg. fingere videtur oppositum, innixus fundamento falso, quod. s. Adã à principio formationis mulieris, nescierit eã matrem cuctorũ hominũ futurã. Sed hoc falsum videtur. Sciuit enim hoc statim spiritu prophetico, q. formata muliere dixit:* Hoc nũc os ex ossibus meis, prop. hoc relinq. ho. patr. & matr. & adhær. vxori. *Ecce sciuit eam sibi datam in vxorem, sciuit quoque se futurum patrem, & Euam futuram matrem: Sciuit nihilominus plus eam sibi coniunctam, quam ob cõuersationem domesticam quam habet pater & filius, quorum tamẽ cõiunctione, maiorem dixit cõiunctionẽ vxoris ad virũ, & ecõuerse. Sciuit quoque hoc ipsum ex Dei benedictione ante lapsum, de qua dicitur 1. c. Nõ latuit eum nuptias ante lapsum institutas, & per Deũ benedictas, vt vult B. Au. xiiij. de ci. Dei. c. xxv. & vnj. super Ge. c. iij. Cũ igitur ante lapsum fuerãt nuptiæ celebratæ, quãuis nõ cõsummatæ, tamẽ præceptũ de cõsummãdo p benedictionẽ receperũt, cũ dixit dominus:* Crescit. & mult. &c.

D *matrem cuctorũ hominũ futurã. Sed hoc falsum videtur. Sciuit enim hoc statim spiritu prophetico, q. formata muliere dixit:* Hoc nũc os ex ossibus meis, prop. hoc relinq. ho. patr. & matr. & adhær. vxori. *Ecce sciuit eam sibi datam in vxorem, sciuit quoque se futurum patrem, & Euam futuram matrem: Sciuit nihilominus plus eam sibi coniunctam, quam ob cõuersationem domesticam quam habet pater & filius, quorum tamẽ cõiunctione, maiorem dixit cõiunctionẽ vxoris ad virũ, & ecõuerse. Sciuit quoque hoc ipsum ex Dei benedictione ante lapsum, de qua dicitur 1. c. Nõ latuit eum nuptias ante lapsum institutas, & per Deũ benedictas, vt vult B. Au. xiiij. de ci. Dei. c. xxv. & vnj. super Ge. c. iij. Cũ igitur ante lapsum fuerãt nuptiæ celebratæ, quãuis nõ cõsummatæ, tamẽ præceptũ de cõsummãdo p benedictionẽ receperũt, cũ dixit dominus:* Crescit. & mult. &c.

1 Adam

CAP. IIII.

Ciuitas Abel.

a lib. 9. de Genes. ad literam. c. 4.

ADam *vero, &c.* AVGVST. In paradiso virginitas, extra nuptiæ, fuisset tamen in paradiso honestum coniugium, nisi prius inobedientia meruisset exilium, quàm Deus induxisset carnale consortiũ. Ideò in lumbis Adæ damnata est morti tota posteritas: quia ante preuaricationem nõ est in loco vitæ de massa separata, sed post in exilio generata.

alias nõ habet † Euã. lib. 3. de Genesi ad literam.

✻ IDEM. Cur ergo non coierunt, nisi cum exissent de paradiso, citò respondere potest. Quia mox creata mu-

B liere priusquam coirent facta est illa transgressio, cuius meritò in mortẽ destinati, etiam de loco illius felicitatis b exierunt, non enim scriptura tempus expressit, quantum interfuerit inter eos factos, & ex eis natum Cain. Potest etiã dici quod nondũ Deus iusserat vt coirent. Cur enim non ad hanc rem diuina expectaretur autoritas, vbi nulla cõcupiscentia tanquam stimulus inobedientia carnis vrgebat?

b *Concepit & peperit, &c.* Cain & Abel de vna matre geniti, figura sunt omnium hominum, qui de radice peccati in hanc vitam propagantur, & alij terrenam ciuitatem & mortiferas delitias

CAP. IIII.

¶ Iam reus.

a ¶ non in paradiso. ¶ in paradiso virginitas, extra nuptiæ.

ADam vero cognouit † Euam vxorem suam. Quæ concepit, & peperit Cain dicens:

1 a ¶ Prius enim est quod anima- le est. b ¶ Iudaicum populum.

2 b

a ¶ Hi sunt qui terrenas diuitias ambiunt, & quãum in se est possident. Cain nãque possessio vel acquisitio interpretatur.

Possedi hominẽ per Deum. † Rursumq; peperit fratrem eius Abel.

a ¶ Christianum populum.

3 4

tias sunt amaturi, & quantũ in se est ambitione possessuri, quos significat Cain qui interpretatur possessio. Alij futurã ciuitatẽ quæsituri, & de huius habitationis miseriis lugentes, ad futuram gloriam toto desiderio transituri: quos significat Abel, qui interpretatur luctus, & est posteriorum: quia nõ prius est quod spirituale est, sed quod animale. Hinc Cain dicitur agricola, id est terrenis operib. incũbens. Abel vero pastor ouiũ simplicitatem scilicet & innocentiã diligens.

✻ CHRYSOST. *Possedi hominem per Deum.* Vide quomodo pœna inflicta mulierẽ emẽdauerit, meliorẽque reddiderit. Nam puellum natũ non naturæ, sed E Deo acceptũ tulit, suãque gratitudinẽ declarat. Vidisti quomodo pœna admonitionis loco eis fuerit? Nõ natura, Cain. inqt, puerũ mihi dedit, sed diuina gratia

✻ *Rursumq. peperit fratrem eius Abel.* Ibidem.

IDEM. Quia pro nato puero grata fuit, & prius beneficiũ agnouit, affecuta est aliud. Talis est Dñs noster, quãdo in primis gratitudinẽ declaramus, & benefactorẽ agnoscimus, largius nobis sua dona erogat. Itaque quia & ista Deo partum ascripsit, propterea aliũ accipit puerum. Sũma enim postquã subintrauit mortalitas, cõsolatio erat filiorũ succeſſio. Et idcircò misericors Deꝰ puniẽdi seueritatẽ imminuẽs, &

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IIII.

1 ADam verò cognouit vxorẽ. &c. *Postquã descripsit Moyses hominis cõditionẽ & lapsum, hic consequẽter describit multiplicationis actũ discernendo fideles ab infidelibus, & hoc fecit per tres stipites. Primo per Adã. Secũdo per Noe. vj. cap. ibi:* Noe verò. *Tertiò per Abrahã. xij. capit. ibi:* Dixit autẽ dñs ad Abrahã. *Circa primũ primo describitur Adæ generatio. Secũdo generationis recapitulatio. v. ca. ibi:* Hic est liber. *Adhuc primo describitur generatio filiorũ Adã delenda. Secũdo permanẽda & eligẽda, ibi.* Cognouit quoq; adhuc Adã. *Adhuc primo describitur delenda generatio. s. Cain & Abel. quia Cain*

C *generatio deleta fuit in diluuio. Abel verò fuit interfectus à fratre antequã generasset. Secũdo describitur generatorum distinctio. ibi.* Fuit autẽ Abel. *Circa primũ dicit.* Adã verò cognouit vxorẽ suã. *Dicit Hebræi q. ista dicuntur per modũ recapitulationis, & q. Adã genuit istos pueros anteà cum adhuc esset in paradiso voluptatis. Quod cõfirmatur per illud quod supradictum est homini.* Crescite & multiplicamini. *quod intelligitur de actu generationis, & ideo dicit, q. formata muliere ex adducta ad Adã statim cognouit eam carnaliter, sicũ dixisset. Et adhærebit vxori suæ. alioquin esset transgressor prædicti præcepti. Doctores autẽ Catholici*

licì dicunt contrariũ, videlicet. q. primi parentes de paradiso egressi sunt virgines. Vnde dicit Aug. 9. super Gen. ad literã, q. primi parentes in paradiso non coierunt, quia formata muliere post modicũ propter peccatũ lib. 1. in Io- *eiecti sunt de paradiso. & ideo Hier. dicit,* Nuptiæ repleni mũdũ, virgini- *nitas autẽ paradisum. Argumentũ autẽ Iudæorũ ad oppositũ non valet. Tũ propterea quod dictũ est, q. formata muliere modicũ steterunt in paradiso. Tũ quia licet datũ esset præceptũ de multiplicatione in generali, expectabat tamẽ determinationẽ Dei in speciali: quia præceptũ affirmatiuum intelligendum est secundum determinationẽ debiti tẽporis & circunstantiarum. Et ideò dicendum cum doctorib. Catholicis, q. ista generatio filiorum Adæ de quib. hic agitur, fuit post eiectionẽ de paradiso, quia eiecti de deliciis illis paradisi, recurrerunt ad delitias carnis.*

2 Quæ concepit & peperit † Cain. *Sic enim vbique debet scribi* F *per n, in fine, vt habetur in Hebræo.*

3 Possedi ho. per d. *q. d. in prima formatione hominis nihil cooperata est mulier, sed in generatione illius cooperata fuit.*

4 Rursumque peperit. *&c. Dicunt aliqui, quòd sic nominatus est ab euentus, quia propter eius occisionem parentes diu fuerunt in luctu. vnde Abel vno modo luctus interpretatur. Alij autem dicunt, quòd hoc fuit, quia natura humana vanitati mortalitatis iam erat subiecta. Abel vno modo interpretatur vanitas.*

1 Fuit

MORALITER.

1 *Adam verò cognouit vxorem suam. &c.* Hic agitur de prolificatione, per quam secundum præcedẽtia intelligitur operatio humana, ad quam conueniunt vir & mulier, id est ratio & pars sensitiua. Nam operatio nõ potest dici humana, nisi procedat à ratione, sicut dicitur. j. Metaph. Animalia imaginationibus & memoriis viuunt, homo autem ratione & intellectu, operatio verò circa singularia est, vt ibidem dicitur. Operabile namque singulare est. Singularium autem est sensus, sicut vniuersalium intellectus, propter quòd operatio humana producitur à ratione & parte sensitiua. Igitur si pars sensitiua trahat cõsensum rationis ad illicitũ delectabile, sensui generatur operatio mala per Cain significata, qui fuit malus. Si autẽ sensus obediat rationi, generatur Abel, per quẽ operatio bona significatur. Abel enim Hebraicè dicitur הבל Hebel. quod est, non luctus, sed lenitas, seu vapor, cuius proprium est ascẽdere sursum, sicut operatio bona tendit in Deum. Abel autem à Cain interficitur, nam opus meritorium per mortale peccatum superueniẽs mortificatur. Iac. j.

Pec

Peccatum autem cum consummatum fuerit generat mortem. Cain autem à Deo maledicitur, quia malum opus à Deo punitur. Item Cain exit à Deo vagus, & profugus, quia mortale peccatũ est recessus à Deo: ad quem sequitur per diuersa vitia mẽtis euagatio, nam *abyssus abyssum inuocat.* Psal. xlj. b. Per Adam in- Allegoricè. telligitur Christus, qui. j. Cor. xv. f. dicitur *Adam nouissimus.* Per Euam autem ecclesia, eo quòd Eua dicitur mater omniũ viuentium. Ecclesia verò est mater omnium viuentium vita gratiæ. Ex ipsis autem generãtur filij boni & mali, quia licet omnes Christiani per baptismum generentur boni, multi tamen sua peruersitate fiunt mali. Munera verò Abel per quem iusti significãtur, Deo placent, munera verò Cain, qui malos significat, ei displicent. Prou. xv. b. *Victima impiorum abominabiles domino, vota autem iustorum placabilia.* In ipso verò Cain impij maledicuntur, sicut dicitur in epistola Iudæ: *Væ illis qui in viam Cain abierunt.* Itẽ Cain exiuit à dño vagus & profugus, q. a peccato à Deo recedẽs per diuersa vitia euagatur. Quod bene significat Luc. xv. in filio prodigo, q. recedẽs a patre dissipauit substãtiã suã viuẽdo luxuriosẽ.

d 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

& mortis personam auferens, liberorũ successionẽ largitus est, & perinde quis dicat imaginem resurrectionis per hoc subiudicans, & dispensans, vt pro cadentibus alij resurgant.

in c.4. Gen.

✠ PROCOP. Quidam perhibent ex vno conceptu ambos fuisse natos, proinde eos gemellos existimant. Idem putant insinuari per verbum, adiecit.

Allegoricè.

ISID. Duo filij Adæ duos populos exprimunt, Iudaicum, scilicet natu maiorem, & Christianum minorem. Maioris sacrificium de terrenis operibus reprobatur. Quamuis enim Iudæi carnalia sacrificia rectè fecerunt, tempus tamen noui testamenti à tempore veteris non distinxerunt. Vnde iuxta. Lxx. *Si recte offeras: & recte non diuidas, peccasti, quiesce.* Rectè offerebat, quia Deo: sed non rectè diuidebat, quia exteriora dabat, & se in nequitia confirmabat. Iunioris sacrificium approbatur, vel secũdum Theodotionẽ, inflammatur, quia pro dilectione qua Christus dilexit nos non exteriora, sed seipsum patri obtulit: quem caput iunioris populi maior natu, id est Iudaicus crucifixit in Caluariæ loco, sicut Cain minorem fratrem natu occidit in agro. In cõfusione vultus Cain inutilis Iudæorum notatur verecundia, qui reprobatis à Deo carnalibus adhuc nituntur statuere ea, & blasphemãtes nomẽ Christianũ quantum in se est, Christũ interficiũt. tamẽ si respuerint, pmia ,pmittũtur, alioquin pœna pdicitur: *Nõne si bene egeris, &c.* quas autẽ cõtra primã suggestionẽ ratio vires habere debeat, significatur cũ dicitur, Sub te erit appetitus eius, quasi nõ permittat ratio motũ prauũ ad effectũ venire, sed studeat subiugare.

† vt offerret vt adduceret. Hebraismus.

Rectè offerre.

Oblata recte diuidere

Hebr. 11.a. Distinctio natorum.

† ad Cain autem.

B

Abel.

a *Fuit a. Abel.p.o.&c.* In quo significatur qui de terrena inhabitatione lugent. Abel namque luctus interpretatur, vel vapor, quia luctus fuit parentibus vel tanquam vapor citò disparuit.

vbi supra.

✠ PROCOP. Vide in generationis serie prius posuit Cain, respectu temporis. Si autem respectus subeatur studiorũ, priore loco collocatur iustus & pius. Deinde vita pastoralis initium dedit, vt quis se & deinde alios pascat & regat. His enim ab initiis regia potestas exorta est.

lib.15.de ciuitate.c.1.

✠ AVG. Natus est prior Cain ex illis duobus generis humani parentibus, pertinẽs ad hominum ciuitatem: posterior Abel ad ciuitatẽ Dei. Sicut enim in vno homine, quod dixit Apostolus experimur, qa nõ primũ quod spirituale est, sed quod animale, posteà spiritale. Vnde vnusquisq; primò necesse sit ex Adã malus atq; carnalis, quod si in Christo renascẽdo ,pfecerit, posteà erit bonus & spiritalis: Sic in vniuerso genere humano, prius est natus ciuis huius seculi, posterior autem peregrinus in seculo.

C

b *Factum est, &c.* Offert Cain de fructibus terræ sacrificiũ, quia terrenorum amatores cùm Deum in multis offendant, largitione facultatum placari putant, contra quos dicitur: *Si distribuero in cibos pauperum, omnes facultates meas, cha. autem non ha. nihil mihi prodest.* Omne enim quod datur ex dantis mente pensatur.

lib. de Cain & Abel c.7.

✠ AMBR. Duplex culpa, vna quod post dies obtulit, altera quod ex fructibus, non ex primis fructibus. Sacrificium autem celeritate commendatur & gratia. Vnde præceptũ est, *Si votum voueris, non moram facias reddere illud.* Abraham iussus offerre filium nõ post dies vt Cain, sed exurgens manè strauit asinam.

vbi supra.

✠ CHRYS. Cõsidera quomodo naturæ cõditor, sciẽtiã animæ indidit. Sciebat enim quod cõgruũ esset ex suis possessionibus aliquid Deo offerẽdũ, non quòd eo Dominus indigeat, sed vt suam gratitudinem dictaret, qui tali beneficio fruitur.

D

✠ HVG. A S. VICT. Vel credimus Deũ docuisse Adã cultũ diuinũ, quo eius beneuolẽtiã recuperaret, quam per peccatũ trãsgressionis amiserat, ipsũq; docuisse filios suos dare decimas & primitias.

annot. in Gen.

a ¶ simplicitatis & innocentiæ cultor.

Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricolã. Factũ est autẽ post multos dies, † vt offerret Cain de fructibus terræ munera domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorũ. Et respexit dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain verò, & ad munera illius non respexit. Iratúsque est Cain vehementer, & cecidit vultus eius. Dixitq; dns ad eũ: Quare irãtus es, & cur cõcidit

1 c 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

a ¶ terrenis incubans.

a ¶ Sic quidam in multis Deum offendentes, putant facultatibus & oblationibus Deum placare.

b ¶ Fide: charitate: ex quibus cæteræ virtutes oriuntur.

a ¶ charitate sine qua anima arida & languida.

a ¶ prius. b ¶ pater. ¶ qui mentem offerentis non oblationem attendit, quæ placet ex mundicia mentis.

c ¶ Christum qui caput Christiani populi.

a ¶ post. b ¶ oblationem crucis. c ¶ Iudaicum populum. ¶ quia ex dantis corde datum accipitur vel refutatur.

a ¶ carnalia sacrificia. ¶ cuius cordis mundicia debuit condire munera. b ¶ reprobatis carnalibus.

a ¶ præ verecundia. b ¶ inutili confusione. c ¶ increpando.

a ¶ ilnore torqueris. ¶ Noli irasci abs te. b ¶ non bona verecundia.

vbi supra.

✠ AVG. Non est ergo dubitandum potuisse cognosci signo aliquo attestante visibili, & hoc ideò fecisse Deum, quia mala erant opera huius, fratris verò eius bona.

✠ PROCOP. Deus è cœlo ignem deiiciens sacrificiũ Abeli consumpsit. Sic enim colligimus ex interpretatione Theodotionis, qui ait, *incendit.* Verum Aquila reddidit, *consolationem accepit.* Symmachus verò vertit, *oblectatus est.* At Syrus habet *placuit.* Sed singuli interpretes peculiarẽ respexere finẽ. Theodotion enarrat quomodo sacrificium acceptauerit Deus, & alluserit ad modum quem in libris Mosis & Regum de Eliæ sacrificio legimus. Aquila docet Deum placatum & depositisse iram qua exarserat in Adam. Symmachus significat Deum delectatũ illo sacrificio, quod cõstabat viuentibus animalibus, nec rebus inanimatis. Syrus docet illo verbo quod in sua translatione collocauit, Deum Abeli sacrificia & munera prætulisse Caini.

vbi supra.

F

✠ CHRYS. Quid est aspexit? id est, approbauit, laudauit mẽtẽ, coronauit volũtatẽ, & quasi quis dicat, facto cõtẽtus fuit.

Ibidem.

e *Dixitq; d.a.e. q. ir.* HIERON. *Nonne si rectè offeras: non autem rectè diuidas peccasti, quiesce: ad te conuersio eius, & tu dominaberis illius.* In Hebræo alius sensus est: *Quare irasceris, quare concidit vultus tuus? Nonne si bene egeris, dimittetur tibi? & si male egeris, ante fores peccatum tuum sedebit.* A te societas eius sed tu magis dominare eius: quasi quare irasceris, & inuidia cruciatus, vultũ in terrã demittis? Nónne si bene egeris: dimittetur tibi omne delictum? Vel secundum Theodotionem: *Acceptabile erit,* hoc est, munus tuũ susceptũ, sicut susceptus munus fratris tui?

Quia

Quia si male egeris, ilico peccatũ tuum ante vestibulum tuum A sedebit, & tali ianitore comitaberis. Sed quia liberi arbitrij es, monco vt peccatum non tibi, sed tu peccato domineris.

hom. 19.

✠ CHRYS. Duplex tristitia facta est, & quod solus ipse repudiatus fuit, & fratris donum acceptũ fuit. Igitur opus erat vt delictum corrigeret is qui ex his quæ egerat, causæ conscius erat.

a ¶ tam interior quam exterior b ¶ si pura mente obtuleris. c ¶ respiciendo.

quæst. in Gen.

a ¶ præmium. ¶ respiciente Deo ad te & ad tuum sacrificium.

vbi supra.

✠ PROCOP. Interrogatiuè id legẽdũ est, quasi dicat, Nõ existimas te peccasse, si ritè obtuleris? Cõcedatur tibi, & venia dign⁹ habearis attamẽ quomodo hîc te purgabis, quod nõ rectè diuisisti?

b obstinato pœna prædicitur.

a *Nonne si bene e.* GREG. in moral. lib. xxxij. Si rectè offeras, rectè autẽ nõ diuidas, peccasti. Rectè offertur, cũ recta intẽtione agitur, sed rectè nõ diuiditur, si nõ quod piè agit, subtiliter discernatur. Oblata enim rectè diuidere, est bona studia solicitè discernẽdo pẽsare, qd q agere dissimulat, & rectè offerẽs peccat. Sæpè enim quod bono studio agimus, dum discernere cautè negligimus, quo iudicetur fine nescimus: & fit reatus criminis. quod putat causa virtutis.

vbi supra.

B

ISID. Si rectè offeras, & non rectè diuidas, peccasti: qa & si anteà Iudæi rectè illa offerebãt, in eo rei sunt, qa nouũ testamẽtum à veteri non distinxerunt.

b *In foribus.* ALCH. id est, intrãtẽ te & exeuntẽ peccatũ comitabitur, nec dns e custodiet introitũ tuum & exitũ tuum.

a ¶ sed interior quam exterior. b ¶ sub te. c ¶ sub peccato.

✠ ALBIN. *Sub te erit appetitus tuus, &c* id est, Tu quia liberi es arbitrij, non habet peccatum super te dominium, sed tu super illud, & in tua potestate est, siue cõpescere, siue concupiscere illud.

f

c *Dixitq; Cain, &c.* HIER. Subaudis quæ locutus est dominus, super fluũ est ergo quod in Samaritanorum & nostrorum reperitur voluminibus, *transamnis in agrum.*

vbi sup. c.3.

hom. 19.

✠ CHRYS. Incurabilia vulnera austeris medicamentis non cedũt, ita anima semel captiua, si se peccato cupiã obnoxiã fecerit, cõsiderare nõ vult quę sibi sunt vtilia, etiãsi quis innumera inculcet illius auribus nihil proficeret. Hoc in Cain factum est.

✠ AMBR. Admonitus Cain vt quiesceret, auget insolẽtiam, acerbat flagitiũ. Quid igitur sibi vult quod ait, *Egrediamur in campũ*, nisi quia locus nudus gignẽtiũ est, ubi tur parricidio? vbi enim frater habebat occidi, nisi vbi fructꝰ deesset? Nõ dicit, eamus in paradisũ, vbi poma florent. Ipsi parricidæ indicãt fructũ se sceleris habere nõ posse, nec penes eos fructũ manere. Nã isti refugiunt elementorũ benignitatẽ. hic latro diẽ refugit quasi criminis testẽ, lucẽ adulter erubescit, parricida terrarum fœcunditatẽ fugit.

C

ISID. *Dixit q. Cain, &c* Non acquiescit domino dicẽti, quiesce, D sed festinat ad fratricidiũ. Sic Iudæi agrestia & terrena cogitantes, si quiesset à perturbatione, & tẽpus gratiæ cognoscẽtes audissent, *si pius o. ubi tu erit, vere liberi erunt*, & huiusmodi, ad se peccatũ cõuertissẽt in cõfessione dicẽtes domino: *sana animã meã, qa peccaui.* & sic peccato dominare- Psal. 4.a. tur. Nũc verò ignorãtes Dei iustitiã & Matt. 21. c. querẽtes suã cõstituere, nõ humiliati de Pri. Ioã 3.b. peccatis, sed gloriantes de operibus le- Iudæ. 1.d. gis, in lapidẽ offensionis offenderũt, & medicum suum occiderũt, cuius opera 1 recipies, domino placere videntes cæca mentẽ vel venia doluerunt. Occiditur ergo Christus iu- exit. nioris populi caput à maiore natu.

d *Et au dominus ad Cain.* ISID. Interrogat dominus Cain, nõ ignarus vt discat, sed iudex vt puniat. Vique hodie Iudæi cũ per scripturas eos interrogamus de Christo, respõdent se nescire quæ dicimus. Mẽdax Caĩ ignoratio, Iudęorũ est falsa negatio: esset verò Christi custodes si corde credetent: & ore faterẽtur.

✠ AMBR. Consideremus qua ratione interrogauit Dominus Cain, *vbi est* lib. de Cain & Abel c. 9. *frater tuus*, Quod ad rationem profundam attinet, peccãtes admonet ad pœnitentiam. Cõfessio enim pœnarũ compẽdium est. Inde in iudiciis seculatibus impositi eculeo torquentur negãtes, & quædam tãgit iudicem miseratio confirentis. Est quædam in peccatis verecundia, & pœnitẽtiæ portio, crimẽ fatere pec deriuare culpã, sed recognoscere. Perpẽde autẽ parricidæ responsionẽ. *Nescio.* Negat primũ quasi apud ignorantem: Recusat fraternæ munus cultodię, quasi exors natuę. Declinat iudicẽ quasi liber arbitrij. Quid miraris si pietatẽ non agnouit, qui nõ nouit autorẽ?

† Sap. 10.a. 1.Ioh. 3. b. E * Dominus interrogat Cain.

e *Dixitq. ad eũ* ISID. Sicque arguuntur in scripturis Iudæi, habet magnam vocem sanguis Christi in terra cum ipso accepto ab omnibus gentibus respondetur amen: hanc exprimit ipse sanguis ex ore fidelium, quos redemit.

* De pœ. d. 1.c. serpens. & c. volasset. § deniq; de pœ. d. 3.c. Iudæ.

f *Vox sanguinis, &c.* Magna virtus iustitiæ, quæ vindictam expetit pro sanguine innocentis.

✠ AMBR. Et bene ait, *vox sanguinis fratris tui clamat ad me,* Ibidem. non *frater clamat.* Hoc innocentia & gratia germanitatis etiam in ipsa morte seruat. Non accusat frater, ne videatur parricida. Non accusat vox ipsius, non anima eius, sed vox sanguinis accusat, quem ipse fudisti. Tuum te ergo facinus, non fratris accusat. Est tamen terra testis, quę cepit sanguinem. Et bene ait, *clamat de terr.* Non dixit de fratris corpore, sed de terra clamat. Et si frater parcit, terra non parcit. Non mediocre etiam dogma in hoc, qa Deus iustos suos audit, etiã mortuos, quoniã Deo viuũt.

F

a *Nunc*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fuit autẽ Abel. *Hic ponitur naturum distinctio, secũdo ipsius Cain monitio, ibi:* Dixit autem dominus ad Cain. *Tertiò eius obstinatio, ibi:* Dixitque Cain ad Abel. *Quartò eius punitio, ibi:* Et ait dominus ad Cain. *Quintò eius generatio, ibi:* Cognouit autem Cain. *circa primum primo ponitur distinctio quantum ad officia, cum dicitur:* Fuit autem Abel, &c. *viuẽs in simplicitate: vnde & ista fuit occupatio patriarcharũ secũdum quod dicitur infra xlvij.a.* Viri pastores ouiũ sumus.

2 Et Cain agricola. *Ex cultura terræ quarens lucra. Secundo ponitur distinctio naturũ quantũ ad mores. Et primò in virtute latria, cũ dicitur:*

3 Factum est, &c. *Adam enim docuerat filios colere Deum per oblationes de fructibus terræ. Cain verò obtulit de peioribus & corrosis.*

4 Abel quoq;, &c. *i. de melioribus animalib. Et quia tales oblationes non erant acceptæ ex seipsis, sed ex bonitate offerentium, ideo sequitur.*

5 Et re.d. ad A. *id est, ad bonitatẽ eius, & per cõsequẽs ad eius munera.*

6 Ad Cain vero non res. *propter eius maliciam, & per consequens nec ad eius munera. Secundo ponitur distinctio naturũ in fraterna conuersatione. cum subditur:*

7 Iratúsque est Cain. *Inuidens gratiæ fratris innocentis.*

8 Et cõ. vul. ei. *quia tristitia mẽtis apparet ex deiectione vultus. Si autem quæratur quomodo percepit Cain fratris sui munera Deo accepta & non sua? Dicẽdum, quòd hoc percepit per ignem immissum à Deo consumentẽ oblationem Abel. vnde habet trãslatio Theodotionis:* Et inflammauit Deus super Abel. *Talis enim inflamatio signũ est manifestum diuinæ acceptationis, liquet in oblatione Gedeonis. Iud. vj. d. & in oblatione Heliæ iij. Reg. xviij. f. & in oblatione Salomonis ij. Paral. vij. a.*

9 Dixitq; dominus. a. e. *Hic ponitur ipsius Cain benigna admonitio ab ipso Deo, vt daretur sibi pœnitentiæ occasio, cum dicitur:*

10 Quare irat. es: *quasi dicat nõ habens causam.* (*subditur causa.*

11 Et cur. c. faci. tua? *cum deberes esse hilaris propter bona fratris. &*

✠ 1 Non

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nonne si bene egeris *fratrem diligendo.*

2 Recipies à *domino.*

3 Sinautem male, *fratrem odiendo & persequendo.*

4 Statim in foribus, &c. *id est, ita patẽs erit mihi sicut ea quæ ponuntur in ostio. Vnde & secũdo Metaph. Ph los loquẽs de notitia primorũ principiorum: quæ omnibus sunt nota, dicit:* In foribus quis delinquet.

5 Sed sub te, &c. *id est, tu poteris denuncere peccatũ, qua nullus peccat nisi volens.*

Caĩ obstinatio.

6 Dixitq; Cain. *Hic consequenter describitur ipsius Cain obstinatio: quia ex admonitione domini non fuit motus ad contritionem, sed magis incepit machinari ad fratris innocentis occisionem, vnde subditur:* Dixitq; Cain ad Abel fratrem suum. *quid autem sibi dixerit non exprimitur in Hebraico textu. illud enim quod subditur in translatione nostra:* Egrediamur foras *nõ est de textu, & ideo dicunt Hebræi quòd Cain dixit Abel fratri suo verba iniuriosa, querens occasiones occidendi eũ, licet nõ sunt expressa in textu illa verba. Et simile habetur ij. Reg. v. a. vbi trãslatio nostra habet.* Proposuerat enim Dauid in illa die præmiũ ei qui percussisset Iebuseũ. *veritas Hebraica sic habet:* Et dixit Dauid in illa die, Quicunq; percusserit Iebuseũ. *Et nõ exprimitur ibi aliquid de præmio, nec in particulari, nec in generali: Ita est hic in Hebraico textu, quòd non exprimitur quid dixerit Cain ipsi Abel. sed secundum istam translationem subintelligitur:* Egrediamur foras: *& ideo illud expressit, secundum autẽ Hier. in libro at Hebra. q. subintelligitur quòd Cain dixit Abel ea quæ dominus sibi dixerat eum increpando, secundum Hebræos subintelligitur verbum iniuriosum, vt prædictum est.*

7 Cumq; es. in a. *Ad institutum ipsius Cain secundum Hier. vt prædictum est. Secundum Hebræos autem postquam Cain dixerat verba iniuriosa fratri suo, insidiatus est ei quomodo reperiret eum solum in agro vbi interficeret eum, sicut cogitauerat.*

8 Et ait do. *Hic consequenter describitur ipsius Cain punitio. & quia pœna non debet inferri nisi convicto de crimine, ideo primo dominus convincit de occisione fratris. Secundò pœnam imponit, bi:* Nunc igitur maledictus *circa primum dicit sic.* Cain punitio.

9 Vbi est A. &c. *Non quæritur ex ignorantia: sed vt ex responsione eius conuincat eum rationabilius.*

10 Qui respondit: Ne. *Addens mẽdacium fratricidio, & excusationem falsam ascens.*

11 Nunquid cu. fra. m. sum? *quasi diceret, non: cùm tamen ex lege naturæ ad hoc obligaretur.* Frater custodit fratrem.

12 Dixit ad eum. f. *domnus ad Cain.*

13 Quid fe. *credens occultare maleficium tuum.*

14 Vox sangui. fr. t. cla. ad me de ter. *acsi diceret: occisio eius est ita patens coram me, acsi sanguis eius hoc clamaret. Notandum quòd in Hebræo habetur:* Vox sanguinũ fratris tui. *& dicũt Hebræi quod dicitur* sanguinum *in plurali, eo quod Cain interficiẽdo fratrem suum fuit reus sanguinis, non solum ipsius Abel, sed etiam omnium quos genuisset si vixisset.* Vox sanguinum.

✠ 1 Nunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Nunc igitur maledicris, &c.* RA. Notandum quod in peccato Adæ terra maledicitur, Cain verò maledicitur, quia sciens damnationem primæ prævaricationis fratricidium addidit.

Maledicitur Cain. vbi supra.

✠ CHRYS. Quanto maius peccatū hoc prævaricatione protoplasti, ex maledictionis varietate videre licet. Illic enim (inquit) *maledicta terra in operibus tuis*, & in terrā effusa est maledictio, ostensa in hominem cura. Hic verò quia res perniciosa, facinus iniquū & inexpiabile flagitiū, ipse pœnā luit. Et nūc, inq̄t, *maledictus tu de terra.* Nam quia fermè eadē egit quæ serpēs, & quasi organum seruiuit diaboli sententiæ, & sicut ille fraude malitiā introduxit, sic & hic deceptū fratrē & in campū eductū, armata in illū manu cædē cōpleuit. Et propterea sicut illi dixit, *Maledictus tu inter omnes bestias terræ*, sic & huic, quia eadē quæ ille operatus fuit. Nā sicut diabolus qui inuidia mouetur, ferre nō potuit tot ineffabilia beneficia quę in hominem collocata sunt, ex inuidia ad deceptionē extimulatus est, quæ mortem induceret: ita & hic Deum videns erga fratrem suum beneuolentia magna affici, ex inuidia ad homicidium prosiliit.

Terra maledicitur. 1 Fructus suos, virtutem suā, vel robur suum.

✠ IDEM. *Cum operatus fueris eam, &c.* Maledictionē interpretatur scriptura, Magna pœnæ species, & grande indignationis pōdus, laborē inquit, sustinebis, & quæ tu facere potes, omnia facies, & operaberis terram tali sanguine coinquinatam, & inutilis erit labor tuus.

3 Iniquitas mea quàm vt veniam me.

✠ AMBR. Quàm innocens vltio, vt quæ tam grauiter violata fuerat, satis habens nō prodesse, nō quærat nocere.

B Iniquitas mea quàm vt mihi cōdonari possit, vel punitio mea quam vt ferre possim. vbi supra.

ISID. *Nunc igitur maledicris, &c.* Per locū quæ in loco sunt significātur, quasi maledictus eris ab his qui sunt super terrā, qui aperuerunt os suū in cōfessione peccatorū, accipere sanguinem qui effusus in remissionē eorum de manu persecutoris, qui noluit esse sub gratia: sed sub lege, vt esset maledictus ab ecclesia: quæ intelligit & ostendit esse maledictum: qui enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.

b *Cum operatus, &c.* Ad vocē non ad intellectum fit relatio: quia aliter hic terra, aliter supra accipitur: ibi pro ecclesia, hic pro operatione terrena quam adhuc Iudæus exercet, id est carnalis circuncisio: pascha: sabbatum: & similia, quæ habent occultam virtutem intelligendæ gratiæ Dei: sed non dant Iudæis fructum nolentibus transire ad Christum. Potest in terra caro Christi intelligi, in qua salutem nostram Iudæi crucifigendo sunt operati. *Mortuus est enim propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram*, quem quia negauerunt, iustificati non sunt.

c *Vagus & profu. &c.* ISID. Dispersus in gentibus, profugus à Hierusalem. LXX. *gemens & tremens.* Gemens, dolore amissi regni. Tremens, multitudine Christiani populi ne occidaris. *Maior est iniquitas mea, &c.* Culpam exaggerat, sed superbè confitetur, nec veniam flagitat.

Cain desperat.

C

vbi supra. ✠ CHRYS. Quia enim abusus es corporis robore, corporis & membrorum viribus, propter, hoc, continuum hunc tremorem & motum tibi infero, vt non solum ipse habeas iugem admonitionem & memoriam huius nefasti sceleris, & vt omnes te videntes discant, ne talia audeant, & pœna tua alios doceat omnes, ne vltra tali sanguine terram incestent.

d *Maior est iniqui. mea.* ISID. peccata peccatis adiiciens desperat, nec credit se veniam posse adipisci, quod est blasphemia in spiritum sanctum, quæ non remittitur in hoc seculo, nec in futuro: quia putat Deum aut nolle dimittere, aut non posse, tāquam omnia aut non possit, aut inuideat saluti. Non Deum sibi iratum graue putat, sed timet ne inueniatur occidatur.

D

✠ HIERON. alia litera, *maior est causa mea, quam vt dimittar*, id est, plus peccaui, quàm merear absolui.

ad Damas.

✠ CHRYS. Ecce absoluta confessio. Tale tantúmque est, inquit, peccatum quod commisi, vt non possim accipere veniam. Ecce, inquit, cōfessus est, & sic confessus est, vt omnem exederet diligentiam. Sed nihil inde lucri dilecte. Intempestiuè enim confessus est, Hoc enim facere oportebat tempore congruo quando adhuc impetrari poterat à iudice misericordia.

2 tibi.

✠ SALVIAN. Puto quod in Cain iam tunc opinio fuerit, quæ nunc in multis est, Deum terrestria non respicere, & actus sceleratorum hominum non videre.

lib. 1. de gubernatione.

e *Omnis igitur qui inuenerit, &c.* STRA. Quia extremo corporis & agitatione furiosæ mentis, quicunque inuenerit me cognoscet me reum mortis.

* Depræd. l. c. volunt. sent. §. fer pens.

E

✠ HIERON. Eiicior, inquit, à conspectu tuo, & conscientia sceleris tremebūdus, lucem ipsam ferre non sustinēns, abscondar vt latitem, eritque *omnis qui inuenerit me, occidet me*, dum ex tremore corporis, & furiatæ mentis agitatu eum esse intelligit, qui merea-tur interfici.

vbi supra.

✠ RVPERTVS. Non ergo Deum sibi iratum graue putat, sed timet ne agricolari sibi non liceat, ne terram quam solam amat, vel præsentem vitam pro amisso facinore perdat, ne ponatur lex contra illum à domino, vt quicunque illum inuenerit occidat.

✠ PROCOPIVS. Sed miror quem timuerit Cainus, cùm nemo præter ipsum & parētes in hoc orbe degeret. Primò quidem animum miserum terrebat futuri cogitatio. Existimabat enim vicissitudinem quandam fore. Quemadmodum ipse turpiter cædem commisisset, sic in se à posteris esset interficiendus. Huc accedebat metus virtutum cœlestium, quas nefandi sceleris vltrices sæuas fore præsagiebat animus. Siquidem verisimile est, cœlestes virtutes à Caino visas. Præterea timebat, vt inquiunt, insidias ex mundi partibus, quæ quāuis admodum vtiles sint mortalibus, & in hunc finem sint extructæ, attamen malos quoque lædere norunt. Metuebat quoque insidias ferarum & reptilium, quæ Deus ad vindictam impiorum creauit. F Etiam tacitè significat pœnas, quas daturus esset parentibus, quibus noui luctus auctor fuerat, cum prius ignorassent mortē.

f *Nequaquam ita fiet.* Id est, non morieris citò sicut tu vis, pro remedio tui cruciatus, sed punietur impersonaliter: id est, punitio fiet de te septulum, quia viues in cruciatu vsque ad septimam generationem, in qua à Lamech occideris: ergo omnis qui occiderit (subaudis) liberabit te ab illo cruciatu malæ conscientiæ. Hic sensus euidentius patet. Secūdum Lxx. Omnis qui occiderit Cain *septem vindictas exoluet*, id est, quicunque te in

septi

Diuisio.

1 Nūc ig. m. c. *Hic cōsequēter determinat punitionē ipsius Cain iā cōcepti, & primò determinat pœnā. Secūdo pœna diuturnitatē, ibi:* Omnis igitur q̄ inuenerit. *Adhuc primò describitur punitio, Secūdo Cain desperatio, ibi:* Dixitq; Cai. *Primò igitur determinatur punitio. cū dicitur.*

Desperat Cain.

2 Maled. e. *quia omnes maledicent tibi propter horrorem maleficij tui.*

3 Cum o. f. eam. Non dabit tibi fructus suos. *Licet maledicta sit supra, propter peccatū patris tui, amplius erit maledicta propter te, quia paucos fructus dabit tibi, & cum magno labore.*

4 Vagus & pro. e. s. t. omnibus diebus vitę tuę, *quia omnibus odiosus eris, & ideo in nullo vno loco securus eris.*

5 Dixitque Cain ad do. *Hic cōsequenter ponitur ipsius Cain desperatio dicentis:*

Desperatio Cain.

6 Maior est iniqui. mea, quàm vt veniam merear. *Quod exponūs catholici doctores desperatiue & affirmatiuè dicētes, quod Cain desperatus dixit, quòd tātum erat peccatum suum quod non cadebat sub Dei misericordia, vnde dicit Augustin. Mentiris Cain: maior est Dei misericordia quàm omniū peccatorū miseria. Doctores autem Hebraei exponunt prædictum verbū interrogatiuè, & negatiuè acsi diceret Cain: Est ne peccatum meum tantum quod non possim mereri veniam? acsi diceret, Non: per hoc indicans quod Deus punrebat eum vltra condignum.*

7 Ecce eiicis me hodie, &c. *Hic describitur pœna inflicta diuturnitas, & exponitur ista littera dupliciter. Videns enim Cain se proiectum à facie domini, & vagum & profugum super terram, timuit ne interficeretur à quocunque homine vel bestia occurrente, & dixit:*

8 Omnis igitur. qui inu. me occi, me. *Quasi refugiēs hoc & tenēs, & petēs Deo cōseruari. Aliter exponitur ad contrariū scilicet quod Cain videns se derelictū à Deo, & in tanta miseria constituū, desiderauit cito mori, vt sua miseria terminaretur, & ideo quasi mortē desiderans dixit domine:* Omnis igitur qui inuenerit me occidet me. *petens à domino vt istud fieret. Et litera sequens videtur ad hoc cōcordare cū subditur.*

9 Dixitq; ei dominus. *Non vt tu petis.*

✠ 1 Sed

septima generatione occideret, exoluet te à cruciatu per mortem, qui vsque ad tempus illud reseruandus es in vita, tantum ad pœnā, quæ pœna citò finiretur, si citò interfectus esses. Ita qui Iudęos visibili morte puniret, septē vindictas ab eis auferret, quibus obligati sunt, propter reatū occisi Christi. quia miserias & dispersiones eorū leuiaret quas patiūtur.

A

a *Omnis qui occi. c.* Lxx. *Septem vindictas exoluet.* Aquila, *septempliciter*: Symmachus, septuplum: Theodotion, *per hebdomadem*. interpretatur, in quo significatur quia diu & perfectè punietur, ne quis homicidium audeat iterare.

a ¶ per eclipsim legendum. b ¶ hoc tempore patientur Iudæi quod septenario volvitur. ¶ perfectè.

a omnis qui occiderit Cain, septu- 1

a ¶ non Cain, nec occisor quia impersonaliter dictum est.

b plum punietur. Posuitq; dominus 2

a ¶ Circuncisionis obseruantiæ carnalis. ¶ quod vagus & profugus, & semper timidus.

ad Damas. HIERON. *qui interfe. Cain* s. p. Si quis te interfecerit *septuplum punietur*, id est, grauissima vltione punietur: non debuit homo occidere eum, cui Deus reseruauit vitam: vel ad pœnam ipsius: vel ad correctionem aliorum.

b ¶ Ne occidas eos, nequando obliuiscar populi mei Psalm. quinquagesimo octauo. c.

b

† in Cain signum vt non eum in- 3

a ¶ rex vel princeps. b ¶ in regno suo.

terficeret omnis qui inuenisset eū.

† Egressusq; Cain à facie domini, 4

a ¶ misericordis dilectionis, vel participatione lucis.

2 Profugus in terra Nod.

a habitauit in terra 2 profugus, ad 5

a ¶ quod interpretatur ejulatio.

orientalem plagam Edēn. Cogno- 6

a ¶ de peruerso patre, peruersa generatio. b ¶ quod dedicata interpretatur.

* Henoch, prima ciuitas.

uit autem Cain vxorem suam, quæ concepit & peperit Enoch. *

B

Psal. 53. b. vbi supra.

HIER. Quod Aquila posuit *septempliciter*, & Symmachus *hebdomadas*, *siue septimus* vlcisceretur: maiores ita intellexerunt, q̄ Cain à Lamech septima generatione est interfectus. Alij quia septē plenus numerus & perfectus est, ita dicūt q̄ qui occiderit Cain ab ingēti pœna & omni trāsciti supplicio liberabit eū. Alij de septē peccatis Cain variis suspicatur. Primū peccatū dicūt, q̄ nō rectè diuiserit. Secūdū q̄ fratri inuiderit. Tertiū q̄ dolosè egerit, dicēs: *Transeamus in agrum*. Quartū q̄ occiderit. Quintū quòd procaciter negauerit: Sextum q̄ se damnauit. *Maior enim est iniquitas mea, &c.* Septimum quòd nec damnatus, pœnitentia egerit. Inde dicūt illū à Deo vsque ad septimā generationē dilatū, vt saltē malis cōpulsus pœnitentiā ageret, & absolui mereretur.

ex cathena græca in Gen.

✠ DIOD. Vt peccata Cain septē sunt, sic pœnæ totidē. Vna, maledictus tu à terra. Secūda, quod nō pro labore culturæ terra ei fructū redderet. Tertia gemitus. Quarta tremor, vel vt alij interpretes verterūt, instabilitas atq; incōstātia. Quinta omnium grauissima, à Dei. s. familiaritate esse alienatum. Sexta tot pœnas sustinuisse vsq; in lōginq̄ senectutē, à quib⁹ sola morte liberare posset. Septima signū diuinorū flagellorū secū vbiq; tulisse.

in q. in Gen.

✠ ALBIN. Solet septenarius numerus in scripturis sanctis sæpissimè pro plenitudine cuiuslibet rei poni. Quasi dixisset

C grauissima morte puniēdū esse, qui tantæ dānationis acerbitate admonitus, à sanguine effundēdo nollet manus cohibere. Non enim debuit homo occidere eum, cui Deus reseruauit vitam. D vel ad pœnam ipsius: vel ad correctionem aliorum.

b *Posuitq. &c.* ISID. Cū omnes gētes à Romanis subiugatæ trāsierūt in ritus eorū, gens Iudæa siue sub gentib. siue sub christianis regibus, nō reliqt signū circucisionis & carnalis observatiæ, quo distinguitur à cæteris gentib. & quicūque eos in regno suo cū hoc signo inuenerit, nō occidit, id est, nō efficit vt nō sint Iudæi ab omnibus, prio signo discreti. Quicūq; verò eorū transierit ad Christū, iā nō inuenitur Cain, nec exit *à facie domini*, nec *habitat in terra* Nod, quod interpretatur cōmotio, vel instabilis & fluctuās, & incertæ sedis: quod patiūtur, quicūq; exeūt à facie dñi, id est, à misericordia dilectionis eius, & habitant in perturbatione carnali contra Eden, quod interpretatur epulatio, vbi plantatus est paradisus.

alias † Caīa.

✠ EVCH. Ipsū videlicet signū, quod tremēs & gemēs, vagus & profugus sęper viueret, nec vīpiā in orbe terrarū sedes posset habere ętas, atq; ideò vt saluari posset, fortè ædificauit ciuitatem.

† De præd. l. c. & venit. in Gen.

✠ PROCOP Sed quid aliud dixerimus signū, quā volūtatē & imperatricē vocē Dei. Vel sic cape præsentē locum. Signū quo signauit Cainum, est pœnitentia, quam si peccator apprehenderit, non facilè perimetur.

vbi supra.

* 6. dil. c. nō est ver. ius vero.

E

✠ RVPERT. Notandum, quòd non dictum sit, *posuit dominus signum in Cain*, vt verbi gratia tremulo corpore viueret, vel cornu in fronte gestaret, vel tale aliquid, quod ex Iudaicis fabulis est, sed iuxta alia exemplaria, *posuit Cain in signum*, id est, quasi signum, vt sic non auderet aliquis pro vltione contingere illum, quomodo nemo debet amouere regis signum.

vbi supra. c.

✠ *Egressusque Cain a facie domini.* CHRISOST. id est, nudatus est præsidio Dei, propter abominabile facinus.

vbi supra.

c *Habitauit in ter.* HIER. Lxx. Habitauit in terra *vel* naid, in Hebr. נוד nod dicitur, id est, instabilis & fluctuans, & incertæ sedis: Non est terra Naid, vt vulgus nostrum putat, sed expletur sententia domini, dum huc atque illuc profugus aberrat.

in q. hebr.

d *Cognouit, a, c. &c.* ISID. Figuratè progenies impiorū, in ipsa mūdi origine fundamētū quærens, in hac vita ciuitatē extruxit, quā vocauit Henoch: quod interpretatur dedicatio, quia in primordiis se dedicāt, dū in hac vita q̄ ante est radicē cordis plātāt, vt hic ad votū floreāt, & à futura gloria arefcāt. Abrahāverò i casulis habitabat, q̄a sācti, hospites, & pegrinos se esse cognoscūt, expectātes ciuitatē habētē fundamentū, cuius artifex Deus est.

Ibidem.

✠ CHRYS. Mortales tunc facti homines, merito de filiorum successione curam habebant. Sed fortè dixerit aliquis, quomodo cùm scriptura nusquā alterius mulieris meminit, dicit quod Cain habuerit vxorem? Ne mireris dilecte. Nusquam enim mulierū catalogum diligēter facit, sed succinctè nobis narrat, quòd filios & filias generauerint, & mortui sint. Verisimile etiā nunc Euam filiam peperisse post Cain. Nam quia initia erant, debebatq; augeri, humanū genus, sorores vt acciperēt, cōcedebatur.

P

a Et

1 Sed omnis, &c. *Et sic propter timorem pœnæ nullus audebit te occidere. Aduertendum tamen q̄ ista litera*: Sed omnis qui occiderit Cain, &c. *exponitur communiter sic intelligendo, q̄ occisor ipsum Cain debeat septuplū puniri. quā ipse Cain, sicut videtur sonare trāslatio nostra. Sed quomodo ista sit rationabile & quomodo fuerit adimpleta, nō videtur, quia ille qui occidit Cain multò minus peccauit quā ipse Cain. & ideo non videtur rationabile quod debeat septuplū puniri respectu illius. Modus etiā adimpletionis prout cōmuniter assignatur nō videtur rationabilis. Dicitur enim cōmuniter q̄ Lamech interfecit eū, & punitio eius septupla fuit, quia in diluuio fuit summersus cū multis qui de eo desciderant. Sed hæc punitio nō plus videtur pertinere ad Lamech: quā ad alios homines illius tēporis, qui omnes fuerūt summersi excepto Noe & filijs suis. Ité Lamech descēdit de Cain, & ideo filij Lamech erāt etiā filij Cain, & ideo in tali punitione fuissent puniti Cain, sicut & Lamech. Propter quod aliter exponūt Hebraei dicentes: q̄ ista punitio septupla refertur ad mortē Cain. sic exponēdo literā: Omnis qui occi. Cain. Ibi est punctus & finis sententiæ, & subintelligitur grauiter punietur, sed modus punitionis nō exprimitur: & talis modus loquendi in pluribus locis est in sacra scriptura secūdum literam Hebraicam: vt patet per exempla supra dicta de verbis Cain ad Abel. Quod autē subditur secūdū nostrā trāslationē, Septuplū punietur, secūdū proprietatē Hebraici sermonis dicitur: Septenis punietur, quia in fine septē generationū Cain post multas miserias interfectus est à Lamech in vltione sanguinis fratris sui: Quod autē tunc essent completæ septem generationes patet, quia ab Adam vsque ad Lamech si sit sex generationes, & Lamech antequam interficeret Cain iam erat cacutiēs ex senectute, & ante genuerat filios, & sic currebat septima generatio.*

Per apotiosepesim.

Septuplum pro septenis

2 Posuitq; dominus in Cain signum. *Scilicet tremorem horribilem omnium membrorum, vt communiter dicitur. Et quod in faciem Cain signum impressit quo cognoscebatur ab omnibus fratrem suum innocentem occidisse: & sic abominabilis omnibus reddebatur.*

3 Vt non eum interficeret, &c. *Hoc factum est non solum ad Cain diuturnam punitionem, sed etiam propter aliorum correctionem.*

4 Egressusq; Cain à facie domini. *A diuinitate quæ vbique est nullus potest egredi, sed egressus est a facie similitudinis vel creaturæ, in qua Deus loquebatur.*

5 Habitauit profugus ad orientalem plagam Eden. *Per Eden intelligitur paradisus terrestris, in pœnā enim Cain factū est, vt expelleretur versus illā regionē delectabilē & felicē: quā per peccatū patris amiserat, vt inde haberet materiam doloris, quia illuc accedere non valebat.*

Eden paradisus terrestris.

6 Cognouit autē Cain vxorē suā, &c. *Hic describitur ipsius Cain generatio. Et si quæratur, vnde habuit vxorē? Respondetur q̄ Adā habuit aliā prolem: quæ in scriptura non est expressa: Vnde dicit Hebraeus, in quolibet partu Eua peperit geminos scilicet masculum, & fœminam, & sic dicitur communiter, quod Cain accepit sororē suam. hoc enim oportuit fieri pro illo tempore ad multiplicandum genus humanum.*

Cain generatio. Quæstio. Gemellos peperit Eua secundum Hebræos.

✠ 1 Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Et ædisi. &c.* AVGVST. Quæritur quibus adiutoribus eam ædificauerit, si plures homines non fuerint quàm scriptura dicit. Sed sciendum est multò plures fuisse tunc, quia diu viuendo plures poterant generare. Nec mirum cum filij Israel per quadringentos annos sic multiplicati leguntur, vt non posset numerari exercitus.

Quæstio lib. 15. de ciuitate. c. 8.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo res nostræ paulatim deteriores a factioresque fiũt. Quippe hominibus factis mortalibus studium fuit, vt immortalem suam memoriam facerent, partim ex filiis quos generabant, partim ex locis quibus filiorum nomina imponebant. Hæc omnia rectè quis diceret peccatorum & ruinæ primæ monumenta, qua è pristina gloria excidерunt.

✠ RVPERTVS. Notandum quod prima terrenarum ciuitatum causa, homicidium sit. Nam quia Cain fratrem occiderat, & ob hoc omnibus odiosus vagus ac profugus super terram erat, idcirco ciuitatẽ quæ tutaretur ædificauit.

b *Porro Enoch, &c.* HIERON. Non de omnibus his certa mysteria exculpuntur, nec inuenirẽtur, nisi prius quædam radices historiæ iacerentur, nec de ramis arborum fructus legeres, nisi truncos antea plantasses.

ISID. Notãdum q generationes ab Adam per Cain vndenario terminãtur, in quo transgressio signatur, Lamech namq; septimus est, cui tres filij & vna filia adduntur: vt vndenarius impleatur per quem peccatum significatur: nam & à fœmina clauditur generatio quæ initium peccati fuit, per quod voluptas carnis, quæ resistit spiritui. Vnde Noema vocatur, id est, voluptas. In hac progenie, Lamech primus cõtra morẽ, cõtra naturã, p bigamiã adulteriũ cõmisit.

c *Genuit q. Ada Iabel, &c.* HIER. De bigamia nascitur Iabel habitans in tentoriis, quæ mutabilia, instabilitatem eorum figurant qui circunferuntur omni vento doctrinæ. Nascitur & Tubal, qui inuentor musicæ, de qua dicitur, Aures per canora musica tentat, quod pertinet ad voluptatem aurium. Nascitur Tubalcain, qui per opera æris concupiscentiam oculorum inuitauit, & arte ferraria crudelitatem bellorum excitauit, per cuius sororem quæ Noema, id est, voluptas vocatur, carnis concupiscentia signatur. Notandum quòd hac tropica locutione partim intellig

Mauiael. Irad. Mathusael. Lamech q. 1. c. quomodo. vbi supra. c. 10. pater habitantium, id est, inuẽtor qui primus habitauit. vbi supra. aliàs † Tubal. aliàs † Iuba. Generationes ab Adam per Cain vndenario terminãtur. Noema. 1. voluptas. Noema. Tropica locutio.

a ¶ fundamentum quærens in hac vita. ¶ Forsitan quis in timore erãt, & tremore.

Et ædificauit ciuitatẽ, vocauítque 1
nomen eius ex nomine filij sui
a ¶ dedicatio. ¶ quis inquit terrenæ vitæ se dedicans.
Enoch. Porro Enoch genuit Irad, 2
& Irad genuit Mauiael, & Mauiael
genuit Mathusael, & Mathusael
a ¶ primus contra naturam, & morem adulterium committẽs.
genuit †Lamech. Qui accepit vxo- 3
res duas nomen vni Ada, & no-
mẽ alteri Sella. Genuitq; Ada † Ia- 4
bel, qui fuit pater habitantium in
a ¶ quorum mutabilitas significat eos, qui circumferuntur omni doctrinæ.
tentoriis atque pastorum, & nomẽ 5
a ¶ ipse fuit inuentor: scilicet musicæ: quæ pertinet ad voluptatem aurium
fratris eius † Tubal. Ipse † fuit pater
canentium cithara & organo. Sel- 6
la quoque genuit Tubalcaim, qui
a ¶ qui per opera, scilicet æris incitauit cõcupiscẽtiã oculorũ.
fuit malleator & faber in cũcta ope 7
a ¶ arte ferraria exercuit crudelitatem bellorum.
ra æris & ferri. Soror verò Tubal- 8
a ¶ quæ interpretatur, in qua significatur cãrnis cõcupiscẽtia.
caim nõema. Dixitq; lamech vxo- 9
ribus † suis Adæ & Sellæ: Audite
vocẽ meã vxores lamech: auscul- 10
tate sermonem meum: Quoniam
distat in numero, tantùm & in crimine.

✠ PROCOPIVS. Ex oratione Lamechi certò coniicitur ab eo duos cæsos esse viros: potest enim vir dici & is qui medię ætatis statum obtinet, & postea in senem euadit. sed adolescentulus est minor vtroque. vbi supra.

✠ RVPERTVS. Videtur secundum numeri quantitatem plus esse septuagies septies vltio dabitur, quàm septuplũ punietur, sed profecto minus est. Non enim quantitas vtriusque numeri, sed natura hìc attendenda est. Hoc ergo septenarius & se- vbi supra cap. 8.

ptuag

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ædificauit ciuitatem. *Ad sui defensionem, quia semper erat in timore & tremore positus: vt prædictum est.*

Ciuitatis initium à malo.

2 Porro Henoch, &c. *Ista genealogia describitur vt perueniatur ad Lamech qui Cain occidit. De quo sequitur.*

C 3 Qui accepit, &c. *Hic primus introduxit bigamiam contra naturæ institutionem, quæ fuit vnius cum vna.*

Bigamus primus introductor. Lamech. Iamel, tentorij inuentor. Musicæ inuentor. Ferrariæ artis inuẽtor.

4 Genuitque Ada. *Ipse enim adinuenit artem faciendi tentoria: vt pastores haberent domos portabiles, quia oportet eos frequenter transire de loco ad locum.*

5 Et nomen fratris, &c. *Hebræi dicunt in melo & citharæ: ipse enim primo adinuenit instrumenta musica.*

6 Sella quoque, &c. *Hebræi dicunt limator.*

7 In cuncta opera æris, & ferri. *Quia artem ferrariam adinuenit. Hebræi dicunt quòd ipse adinuenit arma ad occidendum, & in hoc fuit imitator patris sui Cain qui fuit occisor. De Iabel fratre suo ex patre dicunt quòd fecit tentoria ad ponendum idola. Et de Tubal dicunt, quòd canebat instrumentis musicis coram idolis, ea venerãdo. Ex quo patet quòd isti qui descenderunt ex Cain fuerunt mali & peruersi.*

8 Soror vero, &c. *Ista admonent lanificium ad faciẽdum vestes, cum prius homines pellibus animalium tegerentur.* F Lanificium quis inuentor.

9 Dixitque Lamech, &c. *Istud interponitur ad ostendendum occisionem Cain. Vnde sequitur.*

10 Quoniam occidi virum. *Istud exponitur communiter sic. Lamech enim qui bigamiam introduxerat in vxoribus fuit punitus: quia per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. & ideo iam senex factus à suis vxoribus malè tractabatur: & volens eas reprimere à malis quæ sibi faciebant dixit eis:* Quoniam occidi virum, &c. *Ad cuius intellectum sciendum, quòd Lamech iam exeuntiens cum puero ductore exierat in campum ad venandum. & non pro carnibus: quia illis non vescebantur homines, sed pro pellibus quibus induebantur: & Cain inter fruteta latebat: quia semper in timore erat quem videns ille iuuenis qui erat accutioris visus quam Lamech, suspicatus est esse bestiam aliquam: & ideo dixit ipsi Lamech quòd illuc dirigeret taculum vel sagittam quo facto cum percepisset se interfecisse Cain, cuius occisionem dominus sibi graui pœna prohibuerat, tantum verberauit puerum quòd interfecit eum, &* ✠ *hoc*

MORALITER.

1 *Genuit Lamech, &c.* Lamech qui interpretatur doctrina signat malum hominem, literatum tamen, qui accepit duas vxores, id est, beneficia plura ecclesiastica, quorum quodlibet per se deberet sufficere consideratis conditionibus status & personæ: Generat autem quatuor pueros: scilicet.

2 *Iabel qui fe. &c.* Inuenit enim tentoria pastorum ad quærendum pascua de loco ad locũ: & ideo significat multiplicitatem & diuersitatem ferculorum.

3 *Et tu. q.* Propter quod significat ineptã lætitiã dissolutorum.

4 *Et Tubal. q.* Et per hæc subintelliguntur alia metalla, scilicet, auri & argenti & huiusmodi: & significat multiplicitatem & superabundantiam vasorum auri & argenti & huiusmodi.

5 *Et Noema.* Et quæ reperit lanificium ad curiositatẽ vestium: cum prius homines pellibus animalium vterentur: sicut dicitur Gen. ij. *Fecit Deus Adæ & vxori suæ tunicas pelliceas.* In prædictis verò quatuor expendunt superfluè multi clerici ecclesiastica bona: & de aliis turpibus ad quæ inducunt ista quatuor.

3 *Et*

Aptuagesimus septimus differunt, quod septenarius incompositus, & propterea insolubilis: Septuagesimus septimus verò cõpositus, ac per hoc magis solubilis habetur. Nam septenarius præter vnitatem nullus metitur numerus, septuagesimi septimi verò, & septenarius & vndenarius mẽsores sunt. Cùm igitur dicit Deus, *Qui occiderit Cain septuplum punietur*: insolubilis pœna debet intelligi, & subaudiri oportet nisi præcedens pœnitentia solubile, id est, remissibile peccatum fecerit. Cum autẽ dicit Lamech, *Septies vindicta dabitur de Cain, de Lamech verò septuagi∫septies*, insolubilis vindicta Cain, & solubilis vindicta Lamech debet intelligi. Et rectè, quia Cain pœnitentiam non egit, ipse verò Lamech pœnitentiam agit, quia peccatum suum confitetur.

a ¶ Cain secundum Hebræos. b ¶ quod infixi. c ¶ quasi hoc facto mordente conscientia meipsum grauiter vulnerauit.

a *Occidi virum, &c.* STRAB. id est, *Cain in vulnus meum*, quia pro illo vulnerabor, id est, occidar, & *adolescentulum in liuorem meum*, quia pro illo quoque damnabor.

occidi virũm in vulnus meum, & a ¶ qui senem regebat. b ¶ zelo furoris mei.
adolescentulum † in liuore meo. 3
b † Septuplũ vltio dabitur de Cain: 4
a ¶ ereuente peccato, erescit vltio. ¶ quia adulterio homicidium addidit, quæ peccata apud homines grauiora sunt.
b ¶ id est post ∫eptuagintaseptem generationes.
de Lamech verò septuagies se- 5
pties. Cognouit quoque adhuc c
Adam vxorem suam, & peperit
a ¶ positio, qui loco interfecti surrexit.
filium, vocauitq; nomen eius Seth 7
a ¶ gaudium resurrectionis.
dicens: Posuit mihi Deus semẽ
a ¶ luctu mortis.
aliud pro Abel: quem occidit
a ¶ iudicus populus.
Cain. Sed & Seth natus est filius 9

b *Septuplum vltio dabitur, &c.* ALLEG. ALCV. Peccatum Lamech (qui interpretatur humiliatus) significat deiectionem humani generis quod præuaricante Adam corruit, nec per legẽ vel per circuncisionem, nec per suam iustitiã surgere potuit, donec post septuaginta∫eptem generationes secundùm Lucam Christus in mundum veniens, effusione sanguinis peccatũ deleuit, vnde Matth. xviij. c. *Non dico tibi septies, sed vsque septuagesies septies*, hoc est Iudæum recipiẽdum esse post septuaginta septem vindictas. si resipuerit & Christi indulgentiam quæsierit. Septenarius: vniuersitatẽ significat: per quem ducto vndenario fit. lxxvij. in quo omnimoda transgressio signatur: quæ tamen in euangelio pœnitenti dimitti præcipitur.

Allegoricè. Peccatum Lamech. Seth.

HIERON. Aiunt ab Adam vsque ad Christũ generationes esse. lxxvij. secundum Lucam. Sicut ergo septima generatione peccatum Cain solutũ est. *Non enim iudicabit Deus bis in idipsum*, & qui semel recepit in vita sua non eosdẽ cruciatus patietur in morte quos passus est in vita sua: ita & Lamech, id est, totius mundi peccatũ Christi soluetur aduẽtu. Referebat mihi quidã Hebræus lxxvij. animas exisse de Lamech, quæ omnes interiere diluuio.

ad Damas. Naum 1. c. secundum alia literã. † 15. q. 1. ∫. sed obijcitur.

c *Cognouit quoque adhuc, &c.* Per Seth qui interpretatur resurrectio: signatur vita Christi ex mortuis: quod in verbis matris significatur. *Posuit mihi dominus semen aliud*, quasi di. ecclesia quæ luctũ pertuli de mortuo, gaudeo de resuscitato.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vide hic quomodo fermè posteà doceat, in appellationibus filiorum, suæ gratitudinis indicium. Non solùm hic parentum monstratur pietas, sed magna erga pueros diligentia. Et quomodo à principio erudiebant pueros, admonentes appellationibus, quas illis imposuerant, vt virtutem exercerent. Et non sicut nunc fortuitò & absque causa, nomina ✠ *sunt*

hom. 20. in Gen. Nominum impositio apud veteres.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *hoc est quod dicitur:* Occidi virum, *id est. Cain.*

1 In vul. m. &c. *id est. per vulnus a me illatum.*

2 Et adolescent. &c. *me dirigentem.*

3 In li. &c. *per liuorem à me sibi inductum, quia non occiderat eum vulneratione vel gladio sed per ictus graues sine effusione sanguinis qui faciunt carnem nigrescere sub cute.*

4 Septuplum vltio. &c. *secundum sententiam domini.*

5 De Lamech ve. qui occidit Cain septuagiesse∫septies, *id est, multò grauius punietur qui occiderit Lamech, ac si diceret vxoribus suis: Quare me tantum affligitis, quia si per istam afflictionem moriar, grauiorem pœnam incurretis. Sed vita expositio non videtur rationabilis. Primò: quia non est verisimile quod vir illius temporis quando vigebat fortitudo hominum tantum affligeretur à duabus mulieribus. Secundo quia duæ vxores vnius viri raro concordant, & ideo si vna fuisset sibi tædiosa, verisimile est quòd alia fuisset sibi propitia. Item Lamech iam genuerat plures filios, vt prædictum est: de quibus nõ est verisimile quod permi∫issent patrem suum ita tractari maximè illo tempore, in quo erat maxima reuerẽtia ad patres. Item supra improbatum est quod Lamech occisor ipsius Cain septuplum deberet punire. Item friuolum videtur quòd aliquis puniretur septuagie∫∫epties si occideret Lamech, & ideo aliter exponunt aliqui Hebræi dicentes, quòd vxores Lamech quando audiuerant diluuium debere inundare propter luxuriam illius temporis: sicut dicitur infra. vj. b.* Omnis quippe caro corruperat viam suam, *de quo vitio Lamech erat notatus: ideo subtrahebant se a concubitu Lamech dicentes:* Ad quid concipiemus & parie∫mus filios: *quia vna die superuenet diluuium & interficiet eos: & ideo volens eas inducere ad coitum dicebat:* Occidi virum in vulnus, &c. *Et sic exponitur negatiuè, ac∫i diceret:* Occidi virum & adolescentulum in liuorem, *id est, ex inuidia, sicut fecit Cain qui interfecit Abel, quasi dicat, non. Et vocatur hic Abel vir propter perfectionem virtutis & adolescentulus: quia adhuc erat iuuenis quantum ad annos: sed ista expositio videtur extorta: scilicet, quòd prædictum verbum:* Occidi virum, &c. *intelligatur de Abel. Item videtur contra verbum domini, Luc. xvij. f.* Edebant & bibebant, ducebant vxores, & dabantur ad nuptias vsque in diem in quo intrauit Noë in arcã, & venit diluuiũ & perdidit omnes. *Ex quo videtur quòd mulieres prædictæ nõ retrahebantur a copula carnali propter timorem diluuij. Et ideo aliter exponitur quòd istæ mulieres refugiebant concubitum Lamech, propter horrorem facti sui: sciebant enim eum interfeci∫se Cain, cuius occisionem dominus prohibuerat sub graui pœna. Interfeci∫se etiam filium proprium Tubalcain, quem dicunt Hebræi aliqui fuisse directorem ipsius Lamech in occisione Cain, & ideo propter ista timebant probabiliter ne proles ab eo genita post prædicta esset à Deo grauiter punienda, propter quod Lamech volens super hoc eas pacificare excusabat se dicens:* Quoniam occi. virum in vulneum: *ac∫i diceret. Licet occiderim Cain, hoc fuit præter intentionem, credens interficere bestiam:* & adolescentulum in liuorẽ meum. *ac∫i diceret: dicerent: licet iuuenis me dirigens ex verberatione quem ei modi∫ fuerit mortuus: tamen ad hoc fui motus ex liuore id est, ex dolore concepto, eo quòd interfeceram Cain contra præceptum domini: & ideo talia mea sunt grauia.* Septup. vltio dab. de Cain, *ac∫i diceret: Si igitur Cain qui fuit peßimus non fuit interfectus ni∫i vsque ad septimam generationem, multò fortius ergo qui leuiter peccaui non puniar in prole mea vsque ad multò plures generationes: vel vsque in generationes sine termino. Et talis modus loquendi est in euangelio Matthæi decimo∫exto. c.* Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagie∫septies, *id est toties quoties, absque determinatione numeri.*

Affrictio mulierum.

6 Cognouit quoque adhuc Adam. *Descripta generatione Adæ desinenda: hic describitur eius generatio ornanda & eligenda, quia de ista natus est Noë, qui reparauit seculum. Dicit igitur:* Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam. *Dicitur communiter quòd Adam interfecto Abel proposuit continere de cætero, & diu continuit: sed posteà ex Dei reuelatione admonitus cognouit vxorem suam, vt per illam lineam nasceretur Christus: & non per Cain qui erat à domino maledictus. Hebræi autem aliter exponunt continuando hanc literam ad præcedentem, dicentes quòd Lamech fecit conuenire vxores suas coram Adam, qui erat pater & iudex eorum: eo quòd nolebant sibi reddere delictum, & cum Adam eas increpa∫set & cogere vellet: ad redditionem debiti, dixerunt ei: Cessa iam prius temetipsum, quia iam à multis annis segregasti te ab Eua vxore tua quantum ad thorum: & tunc cognouit Euam vxorem suam, ne exemplo sui impediretur multiplicatio generis humani. Si autem contra hanc expositionẽ obijciatur: non est verisimile quod in centum triginta annis quibus tantum vixit Adam ante generationem Seth secundum Hebræos generatio descendens per Cain proce∫∫isset vsque ad septimam generationem, cum homines tunc centum annorum, & aliquando plus incipiebant generare, vt dicetur sequenti capi. Filij autem Lamech erant iam in septima generatione ab Adam, vt supra dictum est: & ideo non videtur Lamech & eius vxores adhuc esse tempore generationis Seth. Dicendum quòd filij Seth erant continentes & religiosi, ideò tardè incipiebant generare: Sed filij Cain mali erant, & luxuriosi, ideo festinabant accipere vxores, propter quod in toto tempore vel minori potuit esse ibi proce∫sum vsque ad septimam generationem tempore Lamech & vxorum eius.*

F

7 Vocauitque nomen eius Seth. *Seth* שת, *à verbo* שת, *Sath, id est posuit, interpretatur positio propter quod sequitur.*

8 Posuit m. &c. *Qui fuit iustus & vi∫ce ex isto iusto nascatur Christus.*

9 Sed & Seth natus est & filius, &c. *Ipse enim instructus a patre iusto tãtum profecit in cultu diuino, q adinuenit quædam verba deuota ad deprecandum Deum. Littera Hebraica sic habet,* אז הוחל לקרא, *id est, tunc cœptum est ad inuocandum vel tunc incepit inuocari nomen domini, quod exponunt Hebræi de idololatria: quia (vt dicunt) tunc inceperunt homines attribuere nomen domini creaturis: vt Soli & Lunæ, & idolis: non tamen ab isto Enos, qui instus fuit & deuotus, sed à filijs Cain sibi contemporaneis, sicut supra dictum est de Iabel & Tubal.*

ADDI

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiunt. Dicunt enim iuxta nomen aui vel abaui nominetur puer.
A At prisci non ita, sed omnem operam adhibebant, vt talibus natis imponerent nomina, quibus & illos ad virtutem adducerent, & alios omnes qui sequentibus seculis futuri sunt, nullam non sapientiam docerent. Igitur neque vulgaria nomina pueris indamus, neque auorum, sed sanctorum virorum nomina tribuamus.

Iste cœpit innocare, tunc cœpit estinuocari.

a *Quæ vocauit Enos, &c.* Enos interpretatur homo qui cœpit inuocare nomen domini: quia per mortẽ Christi quam significauit Abel: & per resurrectionem quam significat Seth, fit homo confitens dominum conditorem: & vitæ perditæ reparatorem. D

a ¶ homo. b ¶ confitens Deum conditorẽ & vitæ reparatorẽ.
a ¶ colere & deprecari.
quem vocauit Enos: Istẽ cœpit inuocare nomen domini.

HIERONYMVS. *Quem vocauit Enos.* Enos interpretatur homo qui cœpit inuocare nomen domini: sicut Adam homo interpretatur: ita etiam Enos iuxta Hebraicam veritatem homo vel vir: Et pulchrè, quia hoc vocabulum habuit: dictum est: quia initium fuit tunc inuocandi nomen domini: licet plerique Hebræorum arbitrantur: quòd tunc primum in nomine domini: & in similitudine eius fabricata sunt idola.

Enos, id est homo vel vir.

Enos. Cultus Dei restituitur.

☞ 1 HIC

ADDITIO.

In capitulo quarto vbi dicitur in postilla: Dicunt aliqui quòd sic sit nominatus ab euentu, &c.

ADDITIO I.

Habel. Abel. *Abel cum scribitur in Hebraico cum litera a. significat luctum prius, sed quando scribitur cum litera h, scilicet quòd dicatur Habel non significat luctum, sed vanitatem tantum, prout in principio Ecclesiastes dicitur:* Vanitas vanitatum: *est ibi Habel sicut hic. Et ratio huius nominationis potest sumi ex hoc, quia de Abel non remansit aliqua posteritas: & sic quòd ad mundum sensibilem videbatur esse in vanum conditus: prout Iosephus declarat, licet quòd ad Deum remansit in vita immortalis: cum Christus dicat eum iustũ. Matth. xxiij. d.* A sanguine Abel
B Cain. iusti. *Cain autem secundum Hieron. & Hebraicam veritatem acquisitio seu possessio interpretatur: eo quòd ipsi Cain posteritas successit in hoc mundo sensibiliter, licet vaga & profuga: vnde hæ duæ denominationes non veræ seu propriæ sed mundanæ sunt, vnde Aug. in. xv. de ciu. Dei. Prior, scilicet Cain natus est filius huius seculi, posterior autem peregrinus in seculo, & pertinens ad ciuitatem Dei.*

In eodem cap. iij. vbi dicitur in postilla: Fuit autem Abel pastor ouium, &c.

ADDITIO II.

Distinctio officiorum huiusmodi fratrum secundum bonitatem & malitiam potest considerari: ex hoc enim quòd scribat Abel iustè Deum maledixisse terram propter peccatum Adæ: vnde supra Gen. iij. c. Maledicta terra in opere tuo. &c. *Idcirco separauit se a terra cultura tanquam a re maledicta a Deo, & quia in illa sententia Adæ non fuerunt pecora maledicta: idèo elegit sibi officium pastoris. Cain verò elegit sibi agriculturã quasi non curans de sententia diuina prædicta, quod ad contemptum reputatur.*

In eodem cap. iiij. vbi dicitur in postilla: De fructibus terræ, *scilicet de peioribus, &c.*

ADDITIO III.

Oblatio Abel. *Non habetur ex litera, quòd Cain obtulisset de peioribus & corrosis fo. Hebræi, vt postillator ait, simpliciter enim dicitur, quòd* Cain obtulit de fructibus terræ munera domino: *Sed ex prouidentia Abel, seu eius diligentia, intelligitur improuidentia Cain, similiter & eius negligentia. Ait enim* Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui, &
C de adipibus eorũ. *Ex quo patet, q̃ elegit de pecoribus potiora, & de partibus pecorum meliora, quod Cain minimè fecit. Vnde Aug. de quæstio. no. & ve. testa. Abel de placidis potiora elegit, quæ Deo efferret. Cain verò velut rusticus negligens & improuidus nullam fecit electionem, vt per hoc intelligatur minus deuotus.*

In eodem cap. iij. vbi dicitur in postilla: Quid autem dixerit, non exprimitur in Hebraico textu, &c.

ADDITIO IIII.

Ionathæ translatio in aliquæ est autoritatis apud Hebr. *Notanda est hæc glo. seu translatio Caldaica ipsius Ionathæ quæ apud Hebræos quasi tantæ authoritatis est, sicut textus, in qua in hoc loco sic habetur:* Dixit Cain ad Abel fratrem suum: Nõ est iustitia, neque iudex, neque sæculi aliud, nec remuneratio iustis, neq; punitio impiis: & cũ Abel hæc omnia renuisset, cõsurrexit Cain &c. *Ex quibus patet, q̃ Abel primus martyr fuit, sicut & primus sacerdos: & primus virgo. Vnde Aug. de mirabilibus sacræ scripturæ. Triplex iustitia fuit in Abel. Prima fuit quia etiã munera Deo placita vi sacerdos obtulit, prosapia generis in seculo nõ dereliquit, & martyrij coronã sanguinis effusione promeruit: merito igitur huic dominus Iesus primatum iustitiæ hominum commisit, ita inquiens:* A sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ: *Hæc Augustinus.*

Abel primus mart. Triplex iustitia in Abel.

In eodem cap. iij. vbi dicitur in postilla: Propter quod aliter exponũt Hebræi.

ADDITIO V.

Hæc expositio vltima quæ videtur approbari a postillatore est ipsius Ra. Sa. & est valde inconsona litera. Tum quia dicere, quòd cum dicitur: Omnis qui occiderit Cain, *est ibi finis sententiæ, & quod subintelligitur grauiter puniendus, & subiicetur modus punitionis, totum hoc in vanum fundatur, & contra literam qua statim exprimit grauitatem punitionis illius qui Cain occideret. Sequitur enim immediatè.* Septuplum punietur: *Tum quia veritas Hebraica in hoc loco nil significat nisi septuplũ, prout translatio nostra habet: Idem enim vocabulum ponitur hic & in Psal. xcj. b. vbi dicitur:* Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum. *Et Esa xxx. f. cum dicitur:* Et lux solis erit septemplicter, sicut lux septem dierum, *& sic in aliis consimilibus. vn le ab aliis expositoribus Hebræorum & magis autenticis alio modo exponitur hæc litera ab hoc loco, vbi dicitur:* Maior est iniquitas mea quàm misericordia Dei. *Ad quod sciendum, quod sententia diuina contra Cain à* E *Deo lata fuit grauior quam sententia lata contra Adam in tribus. Primo quia Deus non maledixit Adam, sed terram, vnde dixit:* Maledicta terra in opere tuo. *In sententia verò contra Cain lata. Cain fuit à Deo expresse maledictus: vnde ibidem dicitur:* Nunc ergo maledictus eris super terram. *Secundo quia in sententia Adæ non continetur, quòd terra non daret ei fructus, sed quòd fructus haberet in labore & sudore vultus. Dicit enim:* In laboribus comedes, & in sudore vultus tui vesceris pane, &c. *Sed circa Cain grauius dicitur: scilicet quòd terra nullos fructus daret sibi. Vnde dicit:* Cùm operatus fueris terram, non dabit fructus suos. *Tertio quia Adæ fuit assignatus locus sibi connaturalis ad habitandum, scilicet in loco in quo fuit creatus seu formatus. Dicit enim ibi:* Misit eum dominus Deus de paradiso, vt operaretur terram de qua sumptus est. *A Cain verò dicitur:* Vagus & profugus eris in terra. *Qua quidem Dei sententia à Cain audita, desperans de venia dixit:* Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. *Fecisti tamen quòd non puniretur vltra hoc quod in sententia continebatur scilicet pœna occisionis quæ non continetur in sententia prædicta, vt patet ex litera. Ad quod dicebat:* Ecce eicies me à facie terræ: & à facie tua abscondar, &c. *hoc est dicere. Tu non condemnasti me morte occisionis, & tamen ex tua sententia hoc sequetur, quia ex hoc quòd proijcis me, vt sim vagus & profugus super terram, non potero habere refugium in alio loco munito, & sic non possum facere aliquid ad meam tuitionẽ, nec eram ero in protectione tua. eo quòd me maledixisti, & de hoc dicit:* Et à facie tua abscondar. *Illi enim qui à Deo proteguntur, dicuntur stare † a facie Dei iuxta illud Psal. xxxv. f.* Abscondes eos † à facie tua à conturbatione hominum, &c. *Ex quibus infert, quòd isto modo incedendo vagus & profugus in terra:* Omnis qui inuenerit me, occidet me: *& per consequens Cain pateretur iniustitiam, quia vltra sententiam a Deo taxatam, vt dictum est. Ad quod* F *Deus condescendens suæ petitioni tãquam iustæ, quia vt sorbitur:* Non iudicabit Deus bis in idipsum *) respondit:* Nequaquam ita fiet, *hoc est dicere: Nolo quòd tu patiaris vltra pœnas à me taxatas. Vnde ad tuitionem ipsius Cain Deus duo fecit. Primo comminatus est magnam pœnam cuicunque occisori ipsius Cain, scilicet.* quòd puniretur in septuplum, *prout plane litera sonat, tam Hebraica quam latina, vt dictum est. Secundum etiam Deus fecit ad securitatem ipsius Cain ab occisione, quod sequitur scilicet.* Posuit Deus in Cain signum: vt eum non interficeret omnis qui eum inuenisset. *Quod autem fuisset istud signum non exprimitur in litera: & idèo diuersi diuersa dicunt: sufficit tamen quòd erat signum sufficiens, vt Cain esset ab occisione securus. Qua quidem expositio satis videtur consona litera & rationi, non obstantibus obiectionibus Postillatoris. Nam quod obijcit dicens quòd occidens Cain multo minus peccasset quàm ipse Cain, & ideo non debet septuplum puniri respectu illius non videtur valere. Nam occisioni Cain debebatur maior pœna in quantum erat contra specialem securitatem diuinam, qua Deus eum securauerat cum appositione signi securitatis, vt dictum est. Cuius fractionis Deus taxauit maiorem pœnam quàm in aliis homicidijs ratione securitatis supradictæ. Et etiam quia maiores pœnæ taxantur quandoque crimibus in quibus homines sunt proniores ad delinquendum, sicut erat in proposito: nam proniores essent homines ad occidendum Cain ex grauitate suæ malitiæ præteritæ quàm alium hominem. Quod autem obijcit postillator secundo contra modum adimpletionis huiusmodi comminationis, dicens quòd Cain fuit interfectus*

Signum Cain positum.

a *Lamech.*

☞ *à Lamech. &c. Non videtur etiã valere: nam ex litera non habetur,*
A *quòd Cain fuisset interfectus à Lamech, nec ab aliquo. Cui concordat Hieronymus, de quæstio. noui. & vte. testa. dicens: Frustra putant qui arbitrantur quòd Lamech dixerit de Cain:* Occidi virum in furore meo, & iuuenem in vulnere meo. *Hoc etiam sonat planus sensus litera: cum enim Cain Deo dixisset:* Omnis qui inuenerit me occidet me: *Deus statim respondit:* Nequaquam ita fiet. *Vnde non videtur rationabiliter dictum, quòd assertio diuina frustraretur. & ideo secundum istam expositionem tenetur, quòd Cain nunquam fuerit interfectus sed solum fuit punitus iuxta diuinam sententiã contra eum latam, vt dictũ est vsque ad diluuium: In quo quidem dituuio secundũ quosdam de antiquis Hebræorũ summersus fuit Cain & tota posteritas eius. Ideo dicunt quòd scriptura non dicit quanto tempore vixerit Cain, nec etiam aliquis de suis successoribus, sicut in aliis ponit, eo quòd omnes vno & eodem tempore vitam finierint. Et probabiliter potest dici, quòd ideo Deus voluit tueri Cain ab occisione, vt pœna sui facinoris diuturnius ab omnibus perciperetur, quam si modicum tempus durasset sub ea, sicut etiam voluit eum per mundum discurrere vagum & profugum, vt non solum in vno loco seu regione, sed vt multis & variis iustitia Dei erga ipsum ostenderetur, iuxta illud Psal. lxviij. c.* Ne occides eos, ne forte obliuiscantur populi mei, sed amoue eos in virtute tua, & disperge eos, &c. *vt ibidem forte amplius declarabitur.*

Quando Cain occisus.

In eodem capitulo. iiij. vbi dicitur in postilla: Et ædificauit ciuitatem ad sui defensionem.

ADDITIO VI.

B *Dicitur à quibusdam Hebræorum expositoribus, quòd cum ex sententia diuina terra non dabat fructus suos, Cain (vt dictum est) idcirco habuit dimittere agriculturam, quam sibi primò elegerat in officium, vt supra in litera continetur. Et quia secundum Augu. Deus adeo est bonus, vt etiam ex malis quandoque eliciat bona, ex hoc fuit secutum, quòd Cain & sua posteritas in artibus mæchanicis inueniendis studuerunt: quæ quidem artes ad conuictum hominum sunt vtiles. vnde ipse Cain primò inuenit artem seu prudentiam politicam, de qua dicit:* Ædificauit ciuitatem. *Lamech autem qui penultimam generationem post Cain obtinuit, inuenit tres artes pro tribus filijs suis scilicet artem fabricandi tentoria, vt facilius de loco malo seu pestifero in locum conuenientem mouerentur. Et artem faciendi musica instrumenta, vt iocunditas tristia mundi portaretur. Et artem ferrariam ad arma bellica fabricanda, vt tutius ab inimicis & bestijs viuere possent. In qua quidem politia & artibus, nimirum si Cain à Deo electus & posteritas sua, cæteros homines præcessissent: quia vt Luc. xvj. b. dicitur:* Filij huius seculi prudẽtiores sunt filiis lucis in generatione sua: *quod intelligitur de prudentia humana.*

Artes mæchanicæ.

In eodem cap. iiij. vbi dicitur in po. Aliter exponitur quòd ipse mulieres, &c.

ADDITIO VII.

Prout dictum fuit in additione præcedenti, non habetur ex litera q̃ Lamech interfecisset Cain, nec etiam quòd Cain fuisset interfectus ab aliquo, sed potius ex litera potest oppositum comprobari, vt dictum est:
C *quia de facto Lamech cum vxoribus suis scriptura non facit expressam mentionem, sed solum de verbis quæ eis dixerat:* Occidi virum, &c. *Ideo diuersi diuersimode hoc exponunt. Sed attendendum est in hoc loco & similibus, vbi scriptura prætermittit totalem narrationem facti, illa expositio videtur esse magis literalis, quæ minus præsupponit de facto in litera non expresso, eo quòd iuxta sententiam Hiero. Quæ autoritate scripturæ non habentur, eadem facilitate † condemnantur quæ approbantur. Vnde in proposito expositio vltima, quam videtur postillator approbare, in qua præsupponitur quod Cain fuit interfectus a Lamech: & etiam Tubalcain filius eius, eo quod erat director suus &c. qua in litera nullum habent fundamentum, non videtur tenenda, sed magis videtur propinqua literæ & rationi expositio Ra. c Moy. Gerunden. qui retractans expositionem Ra. Sa. quam postillator tenet, aliter hunc passum exponit, continuando hæc verba Lamech cum præcedentibus: sic scilicet quòd quia vxores Lamech videbant, quòd Lamech instrueret filios suos in artibus mæchanicis, inter quos Tubalcain iunior erat malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Timebant ergo mulieres, ne forte ex hac arte introducerentur arma bellica, quibus homines disponerentur ad vulnerationes & homicidia, & huiusmodi: & ideo Lamech retrahebat eas ab isto timore dicens:* Occidi virum in vulnus meum. &c. *q.d. possem occidere virum in vulnere vel liuore sine armis, sicut fecit Cain, quia nondum erant inuenta arma bellica, & ideo pro inuentione huius artis non est pœna rationabiliter timenda. Et etiam si furiè aliquis euentus occurrisset contrarius scilicet cum contingeret quòd aliquis homo fuisset occisus vel vulneratus occasione huius artis ferreæ nouiter inuentæ, non debetis timere quòd Deus me puniret, eo quòd dedissem operam tali arti: quia si septuplum vltio dabitur de Cain, qui*

Nota quæ scriptura magis literalis.

aliàs † contemnuntur.

al. † praua. *insidiosè & ex † prauia intentione interfecit: Lamech verò qui non occidit, nec intendit occidere, sed potius artem inuenire ad multa alia vtilem, multo amplius vltio a Deo daretur. scilicet septuagiessepties, quod* D *significat numerum amplissimè sine terminatione, prout postillator dicit.*

In eodem cap. iiij. vbi dicitur in postilla: Cognouit quoque, &c. *Descripta generatione delenda: hic, &c.*

ADDITIO VIII.

Ista Hebraicæ fabulationes non requiruntur ad literæ expositionem. non enim ex hoc quòd non legitur. Adam genuisse nisi cum esset centum xxx. annorum habetur, quòd Adam proposuisset continere de cetero propter mortem Abel. Manifestum est enim quòd præter personas genitas in litera expressas. Adam genuit alios filios & filias, *vt litera testatur: Et similiter dicendum de Seth & Enos & aliis. Scriptura tamen fecit mentionem de istis propter honorem descendentium ab eis, patriarcharum scilicet & prophetarum, & præcipuè propter reuerentiam Christi qui est super omnes. Nec est verisimile, quòd cum Adam esset in cxxx. sue ætatis anno, Lamech qui erat in septima generatione ab Adã, esset iam in ætate apta ad contrahendum, prout sequitur ex ista fabulatione Hebræorum, præsertim illo tempore, in quo nullus circa ætatem lx. annorum legitur generasse.*

In eodem capitulo iiij. vbi dicitur in postilla: Iste incepit inuocare nomen Domini, &c.

ADDITIO IX.

Expositio Hebræorum in hoc loco est inconsona litere & rationi. Primum patet: Nam inuocare nomen Domini semper sonat in bonum, F *nec accipitur in mala significatione: vnde infra. xxj. c. de Abraham dicitur:* Et inuocauit nomen eius. *Et infra capitulo xxiij.a.* Et inuocauit nomen Domini: *quod non intelligitur nisi de inuocatione ad latriam pertinente, & sic de similibus: vnde quòd in hoc loco inuocare nomen domini, intelligatur de idololatria, nullum habet fundamentum in litera. Secundum patet: nam secundum sanctum Thom. secunda secundæ q. xciij. in prima ætate non fuit idololatria propter recentem memoriam creationis mundi, ex quo adhuc vigebat cognitio vnius Dei in mente hominum: Dicere enim quòd a filijs Cain contemporaneis ipsi Enos inceperit idololatria, est omnino irrationabile, quia si sic hæc inceptio fuisset eis qui fuit appropriata, sicut Tubal, qui fuit pater canentium, & Tubalcain qui fuit malleator & faber, vt supra eodem capit. Non autem ipsi Enos hoc erat appropriandum, quia erat adhuc immunis.*

Inuocare nomen domini.

REPLICA.

Correctorij contra Burgen. In capitulo. iiij. vbi postillator ponit Cain obtulisse de corrosis & peioribus &c. Burgen. accepit vel assumit contra eum, q̃ hoc non habeatur ex litera sed dicit Cain fuisse rusticum & improuidum, & ex eo fuisse minus deuotũ: Sed nec hoc dictum Burgen. habetur ex litera, nec aliqua autoritate confelcitur: vnde & si dictum postillatoris in translatione beati Hiero. non habeatur, sumpsit tamen magister historiarum ex alia translatione in qua habetur: Nunc si recte offeras non recte diuidas. quod dictum exponens dupliciter. In secunda expositione ponit de frugibus attritis & corrosis: & sic postillator secutus est eum & alios: Imo ex litera nostra rationabiliter trahi potest, quòd E *Cain de melioribus non obtulerit, quia cum Abel commendetur ex his quæ obtulit, ideo a contrario sensu videtur accipienda reprehensio oblationis Cain.*

Item in eodem ca. vbi postillator postquam posuit expositionem illius passus: Omnis qui occiderit Cain septuplũ punietur, *quasi occisor debeat septies plus puniri quam Cain, & probat illam expositionem non esse apparentem. quo ad rationem & etiam executionem, & aliam adducit expositionem illius literæ quam sumpsit à Iosepho & magistro historiarum, quibus Burgen. se opponit, multa quasi ficta supponens, & rationibus postillatoris non satisfaciens. Supponit primo quòd Cain petiuit à Domino, quòd vltra sententiam latam contra se, non puniretur. Et quia in sententia Dei non continebatur Cain interfectio, petiuit quòd non interficeretur: quod tamen dixit sequtur ex Dei sententia, quia maledictus, quia vagus, & profugus. ideo non habuit protectionem Dei: sed ne ipse posuit ad aliquam munitionem habere refugium. Sequitur igitur:* Quicunque inue. m. inter. m. *& sic patet etur iniustitiam contra latam sententiam. Supponit secundo Burgen. quòd hic requisitum tanquam iusta Deus condescendens dixit:* Nequaquam ita fiet: *& sic Deus pro initione Cain duo fecit: Primo, quia comminatus est occisori pœnam septuplã. Secundo, quia posuit signum in Cain, quòd eum non interficeret qui eum inuenisset. Sed Burgen. qui semper immittur literæ in his suppositionibus valde videtur a litera recedere, cum huiusmodi petitio Cain & requisitio nullibi videatur habere fundamentũ. Et specialiter fictũ est, q̃ allegauerit se nullũ habere posse refugiũ, cũ statim nato filio eius primogenito quẽ vocauit Enos, ædificauit ciuitatẽ, vt dicitur in litera. in quo locõ Iosephũ recollegit de rapina viuentes, primus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

terre terminos posuit. & muros fecit: timidus, quia propter Dei sententiam pro sui securitate se recepit in eis. Idem dicit magister historiarum: Nec verbis Cain scilicet quicunque inuenerit me occidet me. videtur sonare impetitionem vel requisitionem, sed potius in desperationem. Nec verum est Deum condescendisse illi petitioni tanquã iustæ, nam si petitio fuisset non erat iusta, sed potius iniqua, quia præposuit salutem corporalis vitæ saluti æternæ & animæ, de qua desperauit dicens: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniã merear. Ex quibus figmentis Burgen. concludit, quòd Cain non fuit interfectus, sed diluuio reseruatus, quod quia ex scripturis nullis habet fundamẽtũ, ea facilitate contemnitur, qua probatur secundum regulam beati Hiero. Nec satisfacit Burgen. rationibus postillatoris: Cum enim arguit quòd non videtur rationabile interfectionem Cain grauius debere puniri, quàm fratricidium. Respondet Burgen. quòd ista grauitas pœnæ debeat attendi penes securitatem ei datam contra quam occisor Cain faciens, septuplum pœnam mereretur. Sed illa responsio non videtur valere, quia illa securitas Cain data non fuit publica alijs potentibus eum occidere: & sic siquis eum occidisset ignoranter, illi securitati contrauenisset. & sic maneret ratio ficta, quia non est rationabile, peccatum ex ignorantia procedens, plus puniri quam fratricidium. Nec signum impositum in Cain potuit esse significatiuum illius securitatis, nisi per modum cuiusdam compassionis, vt qui videret eum capite & manibus tremulum, vel aliud signum suæ miseriæ expressiuum, potius moueretur ad misserendum quam occidendum. Nec satisfacit secundæ rationi postillatoris ficte, qua arguit de executione pœnæ comminatæ. Respondet Burgen. quòd oportet dicere nec Lamech, nec quemcunque Cain occidisse propter sententiam Dei
B qua dixit: Nequaquam hoc fiet: alias videretur sententia Dei frustrata, si occisus fuisset. Sed nec ista responsio valet: Deus enim asseuerauit Cain quòd rationibus per eum allegatis, videlicet quia maledictus, quia a facie Dei electus, quia vagus & profugus, & in detestationem fratricidij nequaquã deberet a quocũque occidi & hoc vtique seruatum est, & non frustratum, quia occisio eius secundum historiam vulgatam non prouenit ex causis illis, sed fuit merè casualis & inuoluntaria nec contrauentium fuit per hoc diuinæ asseuerationi prefatis rationibus factæ. Rationes autem Burgen. quibus persuadere nititur suum propositum non valent, quia non sequitur: Scriptura non facit mentionem quanto tempore Cain vixit, sed in alijs facit, igitur diluuio summersus est: nam scriptura communiter non prosequitur generationes & etates, nisi eorum qui sub cultu vnius Dei perstiterunt. Si enim aliquando alias genealogias tangit, breuiter & occasionaliter facit. Nec dignum fuit multam ipsius fratricidæ & suæ posteritatis facere memoriam, quia communiter vsque ad diluuium ad vitia defluxerunt. Fit igitur de eis memoria sicut de Esau & Hismael, &c. Argumentum igitur non valet: Non sit de Cain multa memoria, igitur seruatus est vsque ad diluuium. & non occisus: sed potius posset inferri appositum, quòd igitur fuisset occisus saltem casualiter, vt dictum est. Nec secunda eius ratio valet, quòd videlicet debuit seruari diluuio, vt pœna facinoris ab hominibus diuturnius perciperetur. Nam per hoc argumentum, hodie deberet seruari, vt cohiberentur homines a fratricidijs, quia hodie pugna fratrum satis communis est. Nec potuit occisio illa diluuium multum precedere, quia ipse Lamech senio cecutiens eum occidit qui diluuio periit, vt patet in litera. Sufficit igitur eius peccatum & pœnam scripto commẽdare ad
C futurorum instructionem & cautelam. Ratio igitur hac Burgen. reducitur ad contrarium: nam si Cain duraisset vsque ad diluuium, eius etas super omnium in scriptura enumeratorum etates excessisset: merito igitur rememorabilis.

Item in eodem capitulo Burgen. pro confirmatione suæ assertionis prefictæ contra postillatorem ponit pro regula, quòd videlicet illa expositio sit magis literalis quæ pauciora extra literam præsupponit, secundum quam regulam natitur exponere illum passum: Occidi virum in vulnus meum, &c. Sic quod quia vxores Lamech attendebant filios suos proficere in artibus mechanicis specialiter, quoniam Lamech docuit Tubalcain cuncta opera æris & ferri: timebant ergo mulieres ne forte ex illa arte introducerentur arma bellica, quibus homines disponerentur ad homicidia & vulnerationes: ideo Lamech volens eas ab isto timore retrahere dixit: Occidi virum in vulnus meum &c. q.d. possum occidere virum in vulnere siue liuore, sine armis, sicut fecit Cain quando nondum erant inuenta arma bellica, ideo pro inuentione huius artis non est pœna rationabiliter timenda. etiam si occasione huiusmodi artis quis occideretur, non esset ita pœnale sicut fratricidium Cain, qui malo proposito occidit: cum ars illa ad multa vtilis, principaliter occidere non intendat.

Sed videtur Burgen. propriæ regulæ contrauenire multipliciter, secundum quòd mulia imo omnia extra literam, imo contra literam præsupponit. Contra literam primo est, quòd Lamech docuit artes filios suos, cum in litera expresse habeatur filios suos fuisse artium patres & inuentores, secundum magistrum historiarum. Secundo presupponit illas insolentes mulieres fuisse solicitas de periculis armorum, quod ex litera fundamentum non habet, sed potius oppositum, cum iam mulieres magna ex parte huiusmodi timoribus non occupentur: Sed verisimile est si quis respectus mulierum fuit ad illas artes, quod potius attribuebant vilitati defensionis contra bestias, & alias hostilitates quàm periculis vulnerationis: Sunt enim arma de directo plus in defensionem quàm in offensionem. Tertio supponit, quòd verbum Lamech: Occidi virum, &c. exponitur, id est possum occidere virum. quæ expositio est valde extorta, nec tali expositione timor mulierum fuisset mitoratus, sed auctus. Quomodo enim mulieres (vt dicit Burgensis) solum timuerunt mortem ex armis si secundum illam expositionem Burgen. Lamech declarasset, non solum armis occasiones & vulnera prouenire: & sic multiplicare inconueniens, non est soluere: nec ex omnibus illis adhuc habetur clarius intellectum illius quod sequitur: Septuplum vltio dabitur de Cain: Lamech septuagesies, &c. Septupla enim vltio non est imprecata Cain propter fratricidium a proposito factum, vt Burgensis pretendit, sed est comminata occisori Cain, vt patet in litera: Extra literam igitur, imo contra literam sunt omnes ista suppositiones Burgensis: per consequens minus authentica.

Item in capitulo, vbi postillator dicit de continentia Adæ post mortem Abel vsque ad generationem Seth, Burgensis dicit illam continentiam habere vim ex fabulis Hebræorum. Sed hoc non videtur: nam Strabus (vt eum allegat magister historiarum) dicit Adam vouisse continentiam sempiternam, sed per angelum Deo iubente admonitus votum soluit, vt Dei filius ex eo nasceretur: potius enim ratio adducta per Burgensem de Lamech Iudaica fabula videtur.

Item in eodem capitulo vbi postillator propter literam Hebraicam quæ habet: Cœpit inuocare nomẽ Dñi: dicit Hebræos exponere de idololatria. Sed Burgensis Hebræorum expositionem improbans, dicit duo. Primum, quòd inuocare nomen Domini semper sonat in bonum. Secundum, quòd in prima ætate non fuit idololatria. Allegat enim ad hoc sanctum Thomam secunda secundæ, quæstione nonagesimaquarta. Sed primum non videtur verum quia in prophetis & euangelio sæpe iteratur. Populus hic labiis me honorat, &c. Et: cũ oratione multiplicaueritis nõ exaudiã. quæ cum ad inuocationẽ dei pertineat non tamen sonant in bonum vt patet. Nec secundum dictum est ita certum quin sententia magnorum patiatur instãciam, nec ratio sancti Thomæ ad id cogit, quia si memoria recens creationis excluserit idolatriã per mille & plures annos, memoria seueræ punitionis per diluuium debuit excludere adhuc per plures annos. certum tamen est, quod cito post diluuium defluxerunt ad idola homines: imo beatus August. decimosexto de ciuitate Dei dicit, quod a benedictione filiorum Noe vsque ad Abraham de commemoratione iustorum, qui deum pie colerent per annos pluscquam mille siletur, aliquos tamen non defuisse credendum est Hæc Augustinus.

☞ CAP.

D

Non Lamech sed filij, artium inuentores.

Adã vel cõtinentia.

Match. 15.

F

E

A ☞

CAP. V.

HIc *Liber generationis Adam.* Ad similitudinẽ Dei factus est. Alij ad similitudinẽ Adæ, est quasi cõclusio à superioribus cum recapitulatione. *in die qua c.d. b.* In die em creatus est, quia in claritate diuinæ cõtẽplationis cõstitutus: *Ad similitudinem Dei*, quia rationem ei dedit, quia intelligendo bona & mala discerneret, intellecta diligeret: & dilecta obliuioni non traderet, & in hoc Dei similitudinem retineret. Sed postquam per inobedientiã, hanc similitudinem deleuit: factus terrenus terrenos generauit Vñ qualis terren⁹, tales & terreni.

Repetit creationẽ hois Sapien. 2. d. Eccl 7. a. Psal. 2. d.

Similitudo Dei.

✠ CHRYSOST. Considera quomodo iisdẽ verbis vsus fuerit, quib⁹ & initio, vt doceret nos, quod generationes illas quasi reprobas factas, neque memoria posthac dignetur, sed ex Seth, qui nũc illi natus est, genealogiam orditur, vt ex hoc discas quantam Deus humani generis rationẽ habeat, & quomodo illos auersetur, quibus sanguinaria mens est.

Alias, † ad imaginem, &c. Hom. 21. in Gen.

2 ✠ *Ad similitudinem Dei fecit illum.* c AVGVSTIN. Hoc est autẽ ad imaginem Dei factum esse hominem, quia vnus vnũ fecit, vt sicut ab vno Deo sunt omnia, ita & ab vno homine omne genus humanũ. Similitudo autem hęc est, vt sicut de patre est filius, sic de viro est mulier, vt vnius principis auctoritas conseruetur.

Adæ ætas. 1. Paral. 1. a. in quæst. super Gen.

in quæstio. Hebraicis.

b *Vixit autem Adam, &c.* HIERON. Sciendum: quòd vsque ad diluuium vbi in nostris codicibus ducentorum, & quod excurrit annorũ genuisse quis dicitur, in Hebræo habent c. annos & reliquos qui sequuntur.

c *Et genuit, &c.* Quasi & iste portauit imaginem terreni, qui pro Abel iusto repositus est, & interpretatione nominis Christũ significat. Sed omnes prius portãt imaginem terreni hominis quam cœlestis, licet multi ad aduentum Christi per fidem eandem gratiam habuerunt, qua saluantur Christiani.

vbi suprà. ✠ CHRYSOST. Cũ de priore loqueretur filio (Cain) nihil tale assignauit nimirum iam anteà significans illius in malũ procliuitatem. Et meritò. Non enim seruauit paternos characteres

CAP. V.

HIC est liber gene- 1
rationis Adam in 2
2 ¶ tempore.
¶ quia in claritate contemplationis conditus.
die qua creauit, Deus hominem.
2 ¶ intellectu, voluntate, & memoria.
b ¶ quia hoc in vtroque sexu factum est.

a † Ad similitudinẽ Dei fecit illum, masculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis, & vocauit, 5
a ¶ id est homo, quia sumptus est de humo.
nomen eorum ãdam in die quo
a ¶ Redit ad ordinem texendæ genealogiæ.
creati sunt. Vixit aũt ãdam centũ 6
a ¶ nec iste exceptus.
triginta annis, & genuit filiũ ad si- 7
militudinẽ & imaginẽ suã: vocauit nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adã, postquam genuit Seth octingenti anni, genuitque filios 8
& filias. Et factũ, est omne tempus 9
a ¶ homo vel rubra terra

quod vixit ãdã, anni nongenti tri

eteres & mores. Hic autem secundùm speciem suam. & secundùm imaginem suam, hoc est, eorundem morũ quibus ille qui genuerat. D

STRABVS. Ferunt post mortem Abel voluisse Adam se vxorẽ non vltra cogniturũ nec filium generaturũ. Sed Deo iubẽte fregit votum: vt Dei filius de eo nasceretur, & homo redimeretur: De stirpe enim Cain nasci non debuit. Vnde ante Seth nullum legitur genuisse post eum verò dicitur, quia *genuit filios & filias.* Hæc computatio genealogiarum quasi ramos spargit historiarum, de quibus suis locis colliguntur fructus mysteriorum. Et notandum quia in generatione Seth nulla fœmina ponitur nominatim, sicut in generatione Cain. Iustorum enim est omnia viriliter agere, nihil fœmineum, nihil fragile vsurpare. Procedit enim hæc generatio per denarium vsque ad Noë, in quo præceptorum signatur impletio, sicut per vndenarium in generatione Cain transgressio. In generatione iustorum primus Enoch ponitur, qui dedicatio interpretatur, quia reprobi in præsenti vita spei suæ radicem figunt & ab amore immarcessibilis hæreditatis arescunt. De quibus dicitur Ioa. v. a. *Vidi stultum firma radice, & maledixit pulchritudini eius statim* In generatione iustorũ Enoch ab Adã septimus ponitur quia hic manentẽ cuiuratẽ nõ quærunt, sed expectationẽ vltã, in finẽ tẽporis extẽdũt quod septenaria reuolutione terminatur, cũ æternitas octana successerit, vñ iste Enoch qui ponitur septimus, & trãslatus est, qa Deo placuit, septimã requiẽ significat ad quã post hãc vitã qui Deo perseuerãter adhæret sine dilatione trãsfertur. Interpretatio quoq; nominũ huius generationis idẽ signat. Adã interpretatur homo, vel rubra terra. Seth positio vel resurrectio. Enos homo. Cainan lamentatio. Malalehel laudans deum. Iared roboratus. Enoch dedicatio. Mathusalam mortis emissio. Lamech humiliatus. Noë requies. Procedens ergo homo de terra, resurgens à peccatis, erit homo inuocans deum, & defens peccata pristina: ficq; laudans deum, roboratus spiritu dei, dedicatur in vitam æternã. Atque victor mortis deo subiectus, requiem possidet sempiternam, quam significat Noë, qui requies interpretatur, & decimo loco numeratur,

☞ quia

NICOLAVS DE LYRA.

CAP V.

Diuisio. C HIC est liber generationis Adam. *Hic consequenter ponitur recapitulatio generationis Adæ, vt illa deducatur de qua Christus erat nasciturus. Et primo ponitur in generali recapitulatio. Secundo generationis electa deducti⁹ibi:* Vixit autem Adam. *Dicit ergo.*

1 Hic est lib. *id est recapitulatio breuis.*

2 Generationis Adæ. *prout prædictum est capitulo precedenti.*

Adã angenuit filios in paradiso. 3 In die qua creauit, &c. *Ex hoc dicunt Hebræi quod Adam in ipsa die creationis suæ genuit filios. cùm adhuc esset in paradiso, vt suprà dictum est: Sed quia doctores catholici tenent contrarium, ideo dicendũ, quod dies hic non accipitur pro die naturali vel artificiali tantùm: Sed accipitur hic singulare pro plurali, sicut suprà dictum est. 5. ca.* Istæ sunt generationes cœli & terræ, quando creatæ sunt in die quo fecit Deus cœlum & terram & omne virgultũ agri, & tamen certũ est *quòd omnia ista non sunt facta vna die, sed pluribus. Et eodem modo accipitur hic: In die sanctificationis, quia alia die fuit hominis creatio, & alia eius generatio, scilicet post ejectionem de paradiso: Alia patent ex dictis vsque hic.*

4 Masculum & fœminã, &c. *Hic accipitur creatio largè pro formatione.*

Adã quale nomen est. 5 Et vocauit nomen eorum Adam. *Notandum quod hoc nomen Adam, est commune appellatiuum in Hebræo, sicut hoc nomen homo, in latino latino: & ideo sicut hoc nomen homo, est cõmune generis, & accipitur pro viro & muliere, ita & hoc nomen Adam in hoc loco accipitur. Quod autem appropriatum est primo homini, hoc est propter eminentiam ipsius ad alios homines, sicut hoc nomen philosophus appropriatur Aristoteli, ad demonstrandum eius excellentiam super alios philosophos.*

6 Vixit autem Adam *Dimissa generatione Cain reprobata, incipit deducere generationem electam ipsius Seth: In qua deductione præmittit* F *truncum, scilicet Adam. Secundo ramos, id est filios ab eo descendentes per ipsum Seth, ibi:* Vixit quoque Seth, &c *Tertio ponit fructus, scilicet ipsum Noe, qui fuit stipes secundus in generatione electorum, ibi:* Vixit quoque Lamech *Circa primum dicit sic:* Vixit autem Adã, &c. *Secundum Methodium & aliquos alios doctores hic tacentur centũ anni vitæ Adæ quibus luxit Abel. Secundum Hebræos autem nihil omittitur.*

7 Et genuit filium, &c. *id est destitutum originali iustitia: & per consequens peccatorem & mortalem, qualis iam erat Adam. Aliter exponitur,* Ad imaginem, &c. *id est perfectum in cogitatione Dei immo sicut eum docuit Adam per hoc eum distinguendo à Cain & eius posteritate. & hoc videtur melius dictũ, quia si intelligeretur de destitutione ab originali iustitia, magis debuisset hoc dici in generatione Cain vt videtur.*

8 Genuitque filios & filias. *scilicet post ipsum Seth, quorum nomina non exprimuntur, quia eorum genealogia non deducitur.*

9 Et factum est, &c. *prater centum annos, qui hic subticentur, secũdũ aliquos doctores, vt prædictũ est, Legatur litera sicut iacet vsque ibi:*

✠ *Et ambo lauit*

MORALITER.

Moraliter. 1 *Hic est liber gene. Adam.* Hic agitur de gñatione Adæ per Seth. in qua dicit infra 9. Iared qui interpretatur roboratus, genuit Enoch, qui interpretatur dedicatus vel dedicatio, per quòd moraliter designatur quòd ad robustam pugnã contra tentationes mundi carnis & diaboli, sequitur pax & tranquillitas mentis, & sic efficitur habitaculum in habitationis diuinæ per gratiam dedicatum, præ te quod subditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia per implerionē mandatorum possidetur regnum cœlorū.
A a *Ambulauitque cū Deo, &c.* ISIDO. Enoch septimus ab Adā placēs Deo, qui & translatus est, septimā requiem significat: ad quā transferuntur qui tanquā sexta die, id est sexta ætate seculi per Christi aduentū formatur: facto iudicio & renouato cœlo & terra, transferuntur sancti in vitā æternā. Quod autē per Seth ab Adam vsque ad Noë denarius numerus insinuatur, cōplemētum mandatorū in ecclesia in operibus figuratur: cui numero si adduntur vel adiiciuntur duo filij Noë medio reprobato, duodenarius consummatur, qui in Patriarcharū & Apostolorū numero insignis habetur, propter partes septenarij, altera per alterā multiplicata, nam ter quaterni ipsum faciunt.

Hom. 22. in Gen.
✠ CHRYSOSTOM. Vide excellentē Dei misericordiā. Nā quia inuenit aliquem qui potuit peccatū Adę reuocare, mōstrando reipsa, quia nō volens mortē humano generi inuehere, ꝓpter mādati trāsgressionē, eum qui mādatum acceperat cōdēnauerit, nunc viuentē illū transfert. *Et non apparuit*, inquit, *quia tulit illum Deus.* Vides sapientiam Domini? Nō immortalitatē largitus est, vt peccādi metū eneruaret, sed morti in humanum genus ius suum reliquit.

2 Enoch.
In cap. 5. in Gen.
✠ PROCOP. Enoch credidit se nunquā moriturū. Hoc immortalitatis donū dedit fides naturæ, Enoch mortalis existēs, coarguit Adamū moriens: morientē nō esse mortalē. præceptū enim Domini diligēter cōseruauit. Quapropter ipse ingressus est in paradisum, Adamus inde fertur expulsus. Cæterum nec Elias nec Enoch domuerūt mortē.

3 Mathusala.
* Et ambulauit Enoch cum Deo.
Eccl. 44. b
Heb. 11. b
a Mortem vincere, & penitus è medio tollere, Christi op⁹ est. b Attamē Christus naturā humanā restaurans, illis, qui naturā erāt mortales, immortalitatis munus elargitus est, ꝙ nobis omnibus præstat. Necnon per illos resurrectionem c adūbrauit, vt illo exēplo confirmati firmati pij homines, nō tristitia afficerentur ob mortē. Exēplo Enoch instruxit nos, vt nouerimus quo pacto in extremo die pij ab impiis sint segregandi. Exemplum Eliæ docet quo pacto corpora in aērem tint subuehenda.

✠ AVGVST. Huius Enoch translatio, nostræ dedicationis est præfigurata dilatio. Quæ quidē iam facta est in Christo capite nostro, qui sic resurrexit, vt non moriatur vlterius, sed etiā ipse trāslatus est. Reliquum autem altera dedicatio vniuersæ domus, cuius ipse Christus est fundamentū, quæ differtur in finē, quando erit omniū resurrectio, non *morituorum* amplius.

Lib. 15. de ciuitate. ca. 19.

ALCVI. Enoch tanto tēpore seruatur à morte, in quo ostēditur quia homo semper viueret, si non peccasset.

b *Vixit quoque Mathu. &c.* vbi supra.
AVGV. Quæritur quomodo Mathusalā secundū annorum computationē post diluuium viuere potuerit, cū omnes præter eos qui in arcam ingressi sunt, perierunt. Sed hanc quæstionem codicum mendositas peperit: nō solū enim in Hebræis aliter inuenitur, verumetiam in lxx. interpretatione, paucis codicibus septē annis ante diluuium Mathusalā defunctus reperitur. Quod Mathusalā iuxta. lxx. vltra diluuiū numerātur anni, inde est, quia significat Christū, cuius vita nullā sentit ætatem, vt in maioribus quoque nō sensisse diluuium videretur.

c *Et facti sunt omnes dies, &c.* HIERONY. *Et fuerunt omnes dies Mathusalæ quos vixit anni nongenti sexagintanouem & mortuus est.* Iuxta diligentem supputationem quatuordecim annis post diluuium vixisse refertur. Cum enim esset. clxxiij. annorum, genuit Lamech. rursus Lamech cum esset clxxxij. annorum, genuit Noë: & sunt vsque ad diem natiuitatis Noë à Mathusalam. ccclv. Sexcentesimo autem anno vitæ Noë diluuium factum est, nongentesimo scilicet. lv. anno Mathusalam: Cùm autem supra nongentis sexagintanouem annis vixisse dictus

In quibus Hebraicis.

dictus sit, patet eum quatuordecim annis vixisse post diluuium.
A Sed octo animæ tantùm in arca saluæ factæ sunt. Est ergo error in numero, sicut in pluribus. In Hebræis enim & Samaritanorum libris ita repperi: Et vixit Mathusalam. clxxxvij. annis:

Lamech.
& genuit Lamech: & vixit Mathusalam postquam genuit Lamech septingentos. lxxxij. annos: & genuit filios & filias: & fuerunt omnes dies Mathusalæ anni nōgenti. lxix. & mortuus est: & vixit Lamech. clxxxij annos, & genuit Noë. à die autem natiuitatis Mathusalæ vsque ad diem ortus Noë, sunt anni. ecclxix. his adde sexcentos annos Noë, quia in sexcentesimo vitæ eius anno diluuium factum est, atque ita fit vt nongentesimo sexagesimo nono anno vitæ suæ Mathusalā mortuus sit, eo anno scilicet quo cœpit esse diluuium.

Noe quare sic dictus.
tuus est. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium, vocauitque nomen eius Noë, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarū in terra cui maledixit dominus. Vixitq; Lamech postquam genuit Noë, quingentis nonaginta-quinque annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt oēs dies Lamech septingenti septuaginta septē anni, & mortuus est. Noë verò cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham & Iaphet.

✠ THEODORETVS. Lamech ergo in natiuitate filij sui Noë, prophetat, quemadmodum & Zacharias.

a *Noe verò cum quingentorum esset annorum. &c.* HIERONYMVS. Noë interpretatur requies, quia sub illo omnia retro opera per diluuium quieuerunt.

Vbi suprà.

Cumque

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ambulauit Enoch cum Deo. *Iuste viuendo, sicut sequenti ca. dicitur de Noë.*

2 Et non apparuit, &c. *Dicūt Iudei quòd licet esset iustus & bonus tamē habebat pronitates magnas ad malum, quibus cū difficultate summa resistebat, & ideo ex diuina prouidentia mortuus est ante terminum vitæ suæ naturalis, ne laberetur in peccatum, secundū quod dicitur Sap. iiij. b.* Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, &c. *Et sequitur*, Raptus est, *ne malitia mutaret animum eius. Doctores autem catholici dicunt, quòd propter excellentiam suæ virtutis assumptus fuit a Deo, & positus in paradiso Terrestri. vbi & Helias postea raptus est, vt habetur. iiij. Reg. ij. b. & inde exituri sunt ad prædicandum contra perfidiam Antichristi. & hoc magis videtur sonare litera: quia de ipso non dicitur hic quòd sit mortuus sicut de aliis, sed quòd non apparuit scilicet inter homines peccatores.*

3 Quia tulit eum Deus: *de medio eorū ad locū prædictū. Sequitur:*

4 Et facti sunt, &c. *Eodem scilicet anno quo inundauit diluuium parum antequam inundaret, secundum quod dicit Hieron. li. de Hebr. quæst. Et hoc potest videri per literā, quia si accipiātur sexcēti anni quibus vixit Noë ante diluuiū, secūdū ꝙ dicitur infrà. vij. c.* Erātq; sexcētorū annorū qñ diluuij aquę inūdauerūt super terrā, *& iterum. clxxxvij. quibus vixit Lamech antequam Noë esset genitus: & clxxxvij. quib. vixit Mathusalam ante nativitatem Lamech filij sui, & aggregetur totū simul, inueniūtur nōgēti sexagintanouē anni, & sic patet propositū. Si aūt ꝙratur quomodo homines illius tēporis ita diu viuebāt? Ad hoc potest ratio multiplex assignari. Prima est ex bonitate cōplexionis primorum parentū. Fuerant enim a Deo immediate formati, & per consequens optimè cōplexionati, & sic ad longiorē vitā disp. sui, & illa bonitas cōplexionis magis venit ad homines propinquos illius tēporis, quā ad remotos tēporis moderni. Secunda est ex modo viuendi, quia tēperatè viuebāt. Tertia est ex bonitate nutrimenti, quia ante diluuiū terrę næscētia fuerūt meliora quā post: quia inundatio diluuij fuit pro maiori parte*

ex aquis

MORALITER.

1 *Et ambulauit Enoch cum Deo:* iustè & sanctè viuendo.

2 Et

2 *Et non apparuit vltra.* scilicet in præsenti vita.

3 *Quia tulit eū Deus*, ad gloriā sempiternā, ad q̄ nos cū eo ꝓducat.

In ca.

NICOLAVS DE LYRA.

ex aquis Oceani secundū ꝙ dicitur infrà. vij. b. Rupti sunt oēs fontes abyssi magnæ, *aquę aute salsa inducunt sterilitatem terræ. & per consequens reddunt terrenascentia peiora. ex quibus abbreuiatur hominis vita. Quarta ex scientia. Adę quia formatus fuit in perfectione scientiæ, vt suprà dictū est. ij. ca. & ideo cognouit virtutes fructuū herbarū & lapidū, quæ faciunt ad conseruandā sanitatē, & vitā prolongandā: & de hoc docuit homines ad vitā prolongandā. Quinta ex bono aspectu siderū super regionē illā in qua manebāt qui aspectus multū facit ad longitudinē vitæ, sed per motū cœli continuū mutatus est tēpore procedente. Sexta ex diuina dispositione hoc ordinante: vt per longā vitā hominū cito multiplicaretur genus humanū. Ité vt homines illius tēporis per longam vitā possent habere experientias de cursu cœli & effectibus siderum, & aliarū rerū quæ experientiæ sunt principia artis & scientiæ, vt habetur. j. Metaphys. Ité videmus magnā latitudinē in quantitate molis in natura humana. quia aliqui sunt valde parui sicut pigmei, qui dicūtur homines longitudine vnius cubiti tantū, alij aūt sunt valde magni sicut gigantes. vnde Deut. iij. a. dicitur de Og rege Basan:* Mōstratur lectus eius ferreus qui est in Rabath filiorū Ammō, habēs nouē cubitos lōgitudinis & quatuor latitudinis, &c. *vnde & Augu. dicit. xv. de ciuitate Dei ca. vij. ꝙ vidit dentē gigātis qui si diuideretur minutim, fiucere: cētū dētes hominū cōmunis staturæ. Si igitur est tanta latitudo & excessus vnius ad alterum in qu̇ntitate molis, nō videtur irrationabile, quòd fuerit tātus excessus in quātitate durationis hominū primorum ad illos qui nūc sunt, sicut scriptura determinat. Ité in quātitate durationis videtur etiā magna latitudo: quia etiā de pigmæis dicitur, ꝙ quinto anno generāt. & viij. anno senescūt, & ideo si homines alij tantū, excedūt eos in quātitate durationis, quia viuūt cōmuniter. lxx. vel. lxxx. annis, nō est mirādū si homines primæ ætatis tātū excedebāt modernos in quantitate durationis. Ego aūt tot rationes induxi ad propositū ostēdēdū: quia si vna per se nō sufficit, plures simul sumptæ videtur propositū persuadere. Seq.*

1 Vixit autem Lamech, *& patet litera vsque hic:* Iste conso. nos. *Hoc exponitur cōmuniter de Noe, eo ꝙ reparaturus erat seculum, quod erat ad cōsolationē illorū qui timebāt ipsum totaliter deficere per diluuiū.*
C *In Hebræo autē habetur.* Iste quietabit nos, &c. *& huic literæ consonat interpretatio huius nominis Noe. quod interpretatur requies: & ratio huius interpretationis exprimitur, cū dicitur:* Vocauitq; nomē eius Noë dicēs: Iste quietabit nos. *Et Hebræi dicūt ꝙ hoc nō dicitur propriè propter reparationē seculi post diluuium: sed quia ante tēpus Noe*

ADDITIO I.

In ca. v. vbi dicitur in postilla: Quomodo homines illius tpis viuebant. Istæ rationes quæ assignātur ad diuturnitatē vitæ hominū illius tēporis: & si valerēt ad aliquā lōgitudinē vitæ, nō tamē videtur ad tāta differētiā durationis sufficere. Bonitas enim cōplexionis & etiā modus viuēdi tēperatus licet nō in multis, in quibusdā tamē inuenitur: ponit enim Galenus in suo tegni possibile esse cōplexionē tēperatissimā, prout humanæ naturæ pertinet, inueniri, quā vocāt ἐυφύᾶ ϛ ἐυκρᾶ. & multo magis possibile est hominē boni regiminis reperiri: nunquā tamē à tertia ætate & citra reperitur aliquis qui. cc. annos fere attingat. Christus etiā qui per spiritū sanctū cōceptus est optimè cōplexionatus fuit: & nō nisi tēperatè & virtuosè in hac vita vixit, & tamen in iuuenili ætate passus est, prout cōmuniter tenetur, ne in eo appareret naturæ humanæ diminutio: vt patet in. iij. parte q. xlvj. art. ix. in respōsione ad vltimū argumētum. Ex quo patet, ꝙ ætas. xxxiij. annorū in Christo erat iuuenilis. ꝙ nō esset si Christ⁹ secūdū naturā humanā habuisset viuere sicut Adā & alij antiqui: quia si sic illa ætas in qua fuit passus nō esset iuuenilis, sed infantiæ seu puritiæ. Ratio etiā sumpta ex bonitate nutrimēti ante diluuiū nō videtur valere. nā inūdatio diluuij plus debuit terrenascētia reddere peiora in tpe propinquiori ipsi diluuio quā i magis remoto, & tamē post diluuiū scilicet in secūda ætate legūtur homines vixisse. cc. annos fere: & cū magis à tpe diluuij fuerūt remoti, plus fuit diminuta diuturnitas vitæ: Illa etiā q̄ Adā cognouit de virtutib. fructuū & herbarū, &c. quæ faciūt ad prolōgādā vitā, de quib. dicitur docuisse homines, verisimile est vt ea addiciret Noe ab antiquis

suis, cū vita ipsius Noe fuerit prolōgata. sicut vita eorū qui fuerūt in prima ætate: ꝙ quidē Noe cū iustus & pfectus fuisset, verisimile est, vt doceret ea posteritati sua. ꝙ tamē nō apparet per effectū. Bonus etiā aspectus siderum & si faciat ad longitudinē vitæ, non tamen tantam dissimilitudinem faceret, nec etiā Astronomi hoc videntur tradere. Sexta aūt ratio quam ponit scilicet. quod hoc fuit ex diuina dispositione hoc ordinātē cōcedenda est. Sapientia enim diuina omnia dispōsuit suauiter. *Sapien. viij. a. Sed rationes quas assignat ad huiusmodi dispositionē diuinam sunt minus sufficientes: Nam non minus multiplicaretur genus humanū per vitā breuē sicut modo, quā per longā viam sicut tunc, & fortè citius sicut modo: nā tūc incipiebāt generare post cētum annos: & modo: ante. xx. annū, & sic in primo centenario vnius primi generantis possent generari multi filij & nepotes & pronepotes, quorum quilibet vel maior pars infra illum centenarium generasset: & sic magis multiplicaretur genus humanum: quod manifestè potest haberi in multiplicatione filiorum Israel in Aegypto: de quibus in Deut. x. d.* In lxx. animab. descēderūt patres vestri in Aegytū, & nūc posuit te Deꝰ sicut stelas cœli in multitudine. *Manifestū est enim. ꝙ populus Israeliticus nō fecit morā in Aegypto tāto tpe: quātō Adā & Seth filius eius abstinuerāt a generatione. nā Adā abstinuit per cētū. xxx. annos, & Seth cētū v. annis, qui fuerūt. cc. xxxv. ann. & cū populus Israeliticus in Aegypto fuit. cc. annis, vt infra patebit. Alia etiā ratio quā assignat ad diuinā dispositionē. scilicet boies illius tpis possent habere experientias de cursu cœli & effectib. siderū & c. Nō videtur valere. Cursus enim cœli & siderū qui magna & difficili*

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuestigatione indiguit. fuit perfectè declaratus tempore Græcorū quã-
A do Ptolemeus perfecit librũ Almagesti, in quo omnes cursus cœli & side-
rũ plenè tradidit, & tamen inuestigatio sua incepit à tempore cuiusdã
predecessoris qui eũ præcessit per. ccc. annos ferè & nõ plus, vt in eodem
libro habetur, vnde illud tẽpus sufficit ad illam inuestigationẽ. Similiter
ad cognoscendos effectus syderum de quibus ipse Ptolemeus largè ait in
libro quadripertito, & in centiloquio suo, cuius sententias sequuntur a-
stronomi qui ei successerunt. vnde propter hæc & similia non fuit neces-
sarij diuturnitas vitæ in antiquis, & ideo potius tenendum est cũ Aug.
qui in lib. de ciui. Dei, de hac materia tractãs sic ait: Annorũ ista nu-
merositas cuiusque hominis qui tẽporibus illis fuit: nullis nunc talibus
documentis venire potest in experimentũ, nec tamen ideo fides huius sa-
cræ historiæ deroganda est, cuius tanto imprudentius narrata non credi-
mus quanto impleri citius prænunciata conspicimus. Hæc ille. Et nimirũ
si Aug. qui tantus ecclesiæ doctor fidelissimus fuit, hoc asserat esse omninò
supernaturale: quod patet ex hoc quod in prædicta auctoritate contine-
tur. s. quòd ista numerositas nullis documentis in experimentum venire
posset: cũ ipse Rabbi Moys. Hebraus in suo libro de directione perple-
xorum istam diuturnitatem vitæ attribuit miraculo diuino. Dicit etiam
& fortè non inconuenienter, quod licet diuturnitas fuit solùm in illis qui
in sacra scriptura nominantur, scilicet Adam, Seth, & Enos, &c. non
autem in aliis contemporaneis, qui vt dicit non tam diuturnè viuebant,
sed sicut post diluuium, cuius ratio est secundũ eum, nam vt dicit, ideo
Deus disposuit illos tam diuturnè viuere, vt fides de creatione mundi
B quã pagani pro maiori parte negabant, in cordibus fidelium magis radi-
caretur: quod sic factum est. Nam Lamech pater ipsius Noe concurrit
in vita cum ipso Adam. Abrahã etiam qui principalis erat in fidei pu-
blicatione, erat lxij annorum quando mortuus est Noe, & sic testimoniũ
creationis mundi venit satis de propinquo ad tempus Abrahæ, quia de
Adam ad Lameth, de Lamech ad Noe, & deinde ad Abraham.

In eodem ca. vbi dicitur in postilla: & dicunt Hebræi, quòd hoc non dicitur propter reparationem seculi, &c.

ADDITIO II.

Hæc expositio Hebræorum non videtur habere fundamẽtum in litera: si enim Noe fuisset primus inuentor artis arandi, hoc expressisset scriptura, sicut supra quarto ca. de inuentore musicæ artis & ferrariæ & huius-
modi. Quod autẽ allegat postillator de hoc quòd Noe vocatur vir agricola, *infrà*

la, infra. ix. ca. magis facit contra hanc expositionem: nam ibi legitur: D
Cœpit autẽ Noë vir agricola exercere terrã. *Ex quo intelligitur, q. tunc in plantatione illius vineæ cœpit esse agricola & non ante. Veritas etiam Hebraica non dicit, iste quietabit nos,* sed iste cõsolabitur nos, *quod consonat primæ expositioni.*

REPLICA

Correctorij contra Burgen. cauillantem. In ca. v. vbi postillator multas adduxit persuasiones ad hoc quòd homines primæ ætatis tandiu viuere potuerunt vltra vitam aliarum ætatum, & in fine concluſit: Adduxi multas rationes vt si vna non sufficit per se, plures simul sumptæ vel omnes videantur propositum persuadere inter quas etiam sexta est beati Augu. xv. de ciuitate Dei ca. ix. & cũ postillator non velit eas esse demonstratiuas sed persuasiuas: Burgen. tamen occasiones cõminiter quærens longam facit digressionem, pertractans quasdam rationes quasi singulas quas tamen postillator nec reputat singulas singulariter, sed omnes simul persuasiuas. Item in eodem capitulo. vbi postillator prefert expositionem Hebræorum super illo verbo: Noë cõsolabitur ab operib⁹ & laboribus manuũ nostratũ in terra cui maledixit Deus *dicens, quòd Noe inuenit arte arandi cum animalibus, cũ ante homines consueuerant manibus terram operari, & hec fuit hominibus magna cõsolatio: & legitur. ix. c.* Noë vocatus est vir agricola. *Sed Burge. se opponit dicens, quòd Noe fuisse inuentorem agriculturæ non habet fundamentũ ex litera: quia supra dicitur expresse de inuentore musicæ & cæterarum artium, quod hic de Noe non dicitur. Ad quod videtur dicendum, quòd scriptura inter electorũ opera non facit curam recensendi* E *de inuentoribus artium: sicut inter opera reprobatorum supra fit mentio: à principalioribus enim consueuit fieri denominatio. Sicut igitur principalis occupatio reprobatorũ est circa mundana, ita electorum principaliter circa diuina. Argumentum igitur Burgen. non est à simili. Et quòd Burgen. dicit allegatũ postillatoris, videlicet quòd Noe dictus est vir agricola, facere contra intentionẽ postillatoris: quia dicitur in litera allegata:* Cœpit autẽ Noë vir agricola exercere terrã *q. Burgen. dicit intelligi debere. quod post diluuium in plãtatione vineæ cœpit esse vir agricola & non ante, sed hic intellectus Burge. non habet fundamentũ ex litera, quia non dicitur:* Cœpit Noë vir agricola esse, *sed agricola existens cœpit terram exercere post diluuium: ante diluuium enim artem inuenit, per quam post diluuium cœpit exercere terram in vineæ conditione, plantatione, & cæteris.*

NICOL

CAP. VI.

in q. hebraicis. a

Vmq; cœpissent homines multiplicari super terram, HIER. verbum Hebraicũ אלהים Elohim vtriusque numeri est, Deum enim & Deos significat: ideo Aquila filios Deorũ dicere ausus est, deos sanctos vel angelos intelligens, quem sequẽs Symmachus ait: *Videntes filij potentum id. a. hominum.* a

b *Videntes filij Dei, &c.* STRABVS. Filij Seth religiosi intelliguntur. Per filios Dei qui victi concupiscentia ex filiabus hominum, id est, ex stirpe Cain vxores acceperũt, & viros potentes genuerunt immensos scilicet corporibus, C superbos viribus, inconditos moribus, b qui gigantes appellantur. Non est incredibile ab hominibus nõ ab angelis, vel quibusdam dæmonibus, qui mulieribus sunt improbi, eiusmodi homines esse procreatos, quia & post diluuium corpora non solùm virorum sed & mulierum incredibili magnitudine extiterunt.

Filij Dei vel principum.

In quæst. sup. per genes.

✠ AVGVST. Quæritur quomodo potuerint angeli cũ filiabus hominũ concũbere. vnde gigãtes nati esse perhibẽtur, quãuis nõnulli Græci & Latini codices, non angelos habeant, sed filios Dei, quos quidã ad soluendũ istã quæstionẽ iustos homines fuisse crediderũt, qui potuerũt etiã angelorũ nomine nuncupari. Nã de homine Ioanne scriptum est, *Ecce ego mitto angelũ meũ*, vnde credibili⁹ est, homines iustos appellatos, vel angelos vel filios Dei, concupiscentia lapsos peccasse cũ fœminis, quã angelos carnẽ non habẽtes, vsque ad illud peccatum descendere potuisse, quãuis de quibusdã dæmonibus qui sunt improbi mulieribus, à multis multa dicantur.

CAP. VI.

1 Vmq; cœpissent homines multipli cari super terrã, & filias procreassent,

a ¶ Filij Seth religiosi. b ¶ De stirpe Cain.

2 vidẽtes filij † Dei filias hominum,

a ¶ Concupiscentia victi.

Causa ibi-uij.

F

quæst. 4. Gen.

✠ pessẽt pulchrę, † acceperũt vxores;

✠ THODORET. filios Dei quidam angelos malè intellexerunt, neque enim caro sunt, neque terminus eorum vitæ definitus est. attentè ergo scriptura legi debet. Quæ ait, ex Adam Seth, Ex Seth Enos natum esse. Deinde addit iuxta interpretationem Aquilæ, *Tunc cœptum est vocari in nomine Domini*, id est, Enos primus ob insignem pietatem, Dei appellatione dignus est habitus. Vnde ex illo nati filij

☞ Dei

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VI.

1 Vmq; cœpissent, &c. *Hic cõsequẽter describitur status Noe & coditio, & primo ante diluuiũ. secũdo in diluuio. vij. c. tertio post diluuiũ. viij. c. Circa primũ sic proceditur, q. a primo causa diluuij generaliter decernit. Secũdo ipse Noe excipitur, ibi:* Noë verò inuenit gratiã. *Tertio arce cõstructio præcipitur, ibi:* Fac tibi arcã. *Circa primũ sciẽdũ, q. causa diluuij fuit multiplicatio peccati, ex quo secuta est pronocatio iræ Dei: & ideo plurieshic replicãtur, vt magnitudo peccatorũ, & offensa dei ostẽdatur. dicit igitur.*

1 Cũm- *tum deputati, propter quod dicuntur eius filij.*

† *Filias hominum.* id est concupiscentias mundanorum.

† *Acceperũt vxo sibi:* ipsis ardẽter inhærẽtes, & ex hoc inducit diluuium viciorum. Nam laici imitantur mala eorum dicẽtes, quare non faceremus talia, cùm sacerdotes, clerici & religiosi faciant ea? Contra hoc autem ponitur remedium, cùm dicitur ipsi Noë, per quem bonus prælatus significatur.

MORALITER.

1 Hic agitur de cõstructione arcę cõtra diluuium, per quod designatur diluuiũ peccatorũ, de quo dicitur Oseę. iiij. a. *Maledictũ. mendaciũ. homicidium, furtũ, & adulterium, inundauerũt, & sanguis sanguinem tetigit.* Huius autẽ diluuij causa ponitur, cũ dicitur:
2 *Videntes filij* Dei. id est clerici & religiosi mali ad dei cultum

Dei dicti sunt, sicut à Christo Christiani, ea ratione qua prin-
A cipes & iudices Dij à Moyse & Psalmis dicuntur, qui genere Cain à Deo maledicti non se immiscuerunt per multos annos.

✠ PROCOP. Hi Dei filij erant filij Seth, quos ad concubitum pellicere non cessabant mulieres. Quod autem filij Seth erant filij Dei, satis ex Euangelio probatur, vbi in hunc modũ legimus, *Qui fuit filius Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.*

1 Permanebit vel iudicabit vel dicit vel sceptabit. vbi suprà.

a *Non permanebit, &c.* HIER. Hebr. לא ידון lo iadon. *Non iudicabit spiritus meus homines in sempiternum, quoniã caro sunt.* hoc est, quia fragilis est hominum b conditio, non eos æterno cruciatui reseruabo, sed hic reddã quod merentur. Clementia ergo est non seueritas quòd peccator hic pro scelere visitatur. Vnde Deus iratus dicit Oseæ. iiij. c. *Non visitabo filias eorum cum fornicatæ fuerint.* Et psal. lxxxviij. e. *Visitabo in virga iniquitates eorum, &c.* Ne autem videatur crudelis, quasi locũ pœnitentiæ nõ dederit, adiũgit: *Sed erunt dies eorum cxx. anni.* Non enim intelliguntur prædicti esse anni vi- d tæ humanæ, cũ post inueniatur homo c ampliùs vixisse, sed intelligitur ante annos. xx. quã inciperet arca fieri, quæ facta legitur. c. annis, Deũ ad Noë hoc di-
B xisse, prænunciãdo diluuiũ, nõ vitæ humanæ deinceps futuræ præscribendo spacium: sed eorum quos erat diluuio deleturus.

2 Filij Dei, vel principum.

Hom. 22. in Gen.

✠ CHRYSOST. Perpetuus scripturæ mos est carnem vocare carnales, sicut & virtute præstantes carnis expertes nominat, quemadmodũ Paulus dicit, *vos autem non estis in carne*, non quod non carne circundati, sed quia carne circundati superiores erant carnalibus affectibus. Nam sicut dicebat, *vos non estis in carne*, eò quòd carnalia despiciebant: ita de illis dicitur quod sint carnes, eò quòd carnalibus rebus erãt continuò occupati. Et quia ipsi sunt carnes, non iam concedam eis, suis peccatis coinquinari.

lib. 4. in Gen. cap. 13.

✠ RVPERTVS. Quid enim futurum erat, si viueret homo in æternum, cũ certissimè moriturus, & quotidie moriens etiã nunc, *corruperit viam suam?* Igitur dico *quia spiritus meus*, id est, spiritus à me ad imaginem meam factus, *non permanebit in hominibus in æternũ, quia caro sunt*, solaq; quę carnis sunt sapiũt. Adeò D in sententia perdurabo, vt non modo non viuat in æternum, verumetiam breuius sit viuendi tempus.

sibi ex omnibus quas elegerant.

a Dixitq; Deus: Non 1 permanebit 1
¶ Indignatio. 2
spiritus meus in homine in æter- 3
¶ Fragilis conditionis. 4
nũ, quia caro est: Eruntque dies il- 5 6
¶ Vsque ad diluuium ad agendam pœnitentiam, quibus ædificata est arca. ¶ Antequam inciperet fieri arca. 7
lius centum viginti annorum. Gi- 8
a ¶ Immanes corpore, superbi viribus, inconditi moribus. Vnde gigãtes, id est, filij terræ dicũtur. ¶ In Hebræo cadites.
gantes autẽ erant super terram in
diebus illis. Postquã enim ingressi
sunt 1 filij Dei ad filias hominum, 9
illæq; genuerũt: isti sunt potẽtes à 10
seculo & viri famosi. Videns autẽ 11
Deus, quòd multa malitia homi- 12
nũ esset in terra, † & cũcta cogita-
tio cordis intẽta esset ad malũ om-
a ¶ Visitatis verbis nobis loquitur scriptura, vt ex cognitis procedat ad incognita.
ni tempore, pœnituit eum, quòd 13 14

b *Eriuntque, &c.* STRAB. Ante diluuium, scilicet ad agendam pœnitentiam. Sed quia in malitia perseuerauerunt ante præfixum terminũ, centesimo anno deleti sunt.

in q. super Genesin.

c ✠ *Gigantes autẽ.* AVGVST. De Gigantibus, id est, nimium grandibus ac fortibus, puto non esse mirandum, quod ex hominibus nasci potuerint, quia & post diluuium tales fuisse reperiuntur, & quædam corpora hominum ad incredibilem modum ingentia nostris quoque temporibus extiterunt, nõ solùm virorum, sed etiam mulierum.

120 anni ad conuertionẽ dati.

d ✠ *Videns autẽ Deus, &c. & cuncta cogitatio, &c.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo singula quæ dicuntur, peccatorum ostendunt magnitudinem. Quia enim in genere dixit, *quod multa malitia esset in terra*, subdit, *& cuncta*. Magna huius verbi Emphasis est. Non inquit, *aliqua cogitatio*, vt diuerterent † quandoque ad aliam, sed *omnis cogitatio eorum*. Et verba, *cogitatio cordis*, multum habent momenti. Non enim ex subreptione hoc illis accidit, sed in corde cogitant, & hæc per singulas horas volunt, & neque semel & ite- E rum, aut fortuitu à malitia sibi temperant, sed diligenter eam exercent.

vbi suprà.

† Et quòd omnis imaginatio cogitationum cordis eorũ tantummodò esset malum.

e *Videns autem domin. & cætera.* Non in Deum pœnitentia cadit, aut dolor cordis, cui est de omnibus tam fixa sententia, quàm certa præscientia: sed vtitur scriptura visitatis verbis coaptans se nostræ prauitati, vt ex cognitis incognita cognoscamus. Nam ira Dei non est perturbatio animi, sed iudicium, quod irrogatur peccatori. cogitatio verò cordis eius mutandarum rerum immutabilis ratio.

f *Pœnituit eum quia, &c.* GREGORIVS. in moral. lib. v. Plerunque

---

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *hæc est litera: Filij iudicũ, vel potentũ: quia nomẽ Hebraicũ quod ibi ponitur scilicet Elohim, aliquãdo accipitur pro Deo, & aliquando pro dijs in plurali, aliquando pro iudicibus, vnde Exod. xxij. b. vbi translatio nostra habet.* Dominus domus applicabitur ad Deos. *id est ad iudices. In Hebræo dicitur*, applicabitur ad Elohim. *Dicit igitur iste, quòd filij iudicũ & potentũ, quando videbant filias sub litorum pulchre ornari, & quando dabantur ad nuptias, quod accedebant ad ipsas cognoscẽdo eas carnaliter, antequam mariti eas cognoscerent. Sed hæc expositio non videtur adhuc rationabilis: quia ista causa diluuij fuisset particularis, scilicet quantum ad potentes solum, sed infrà eodem capitulo dicitur contrarium:* Omnis quippe caro corruperat viam suam. *Nec generale diluuium induci debuisset propter causam particularem. Et ideo aliter exponitur & melius, quòd filij Dei hic intelliguntur illi qui descenderunt de Seth, qui a patre suo fuerant instructi in cultu diuino. vnde & in pluribus locis veteris ac noui testam. fideles vocantur filij Dei. Per* C *filias hominum intelliguntur mulieres descendentes de Cain quæ erãt curiosæ, dissolutæ & lubricæ. & de illis præceperat Seth filijs suis de voluntate domini, quòd non contraherent matrimonia cũ eis, sicut dominus præcepit filijs Israel, vt non contraherent matrimonia cũ mulieribus Chananeis. Sed filij Seth procedente tempore transgressi sunt hoc præceptum, & hoc est quod subditur:* Acceperunt sibi vxores, &c. *Et sequitur:*

1 Dixitq; Deus, *prædictis pronocatus.*

2 Non permanebit spiritus meus. *Hoc exponitur vno modo sic.*

3 Spiritus meus. *id est indignatio mea.*

4 In homine. *id est contra hominem.*

5 In æternum. *Aes dicat, quia non irascar contra eum irreuocabiliter, sicut contra angelum malum cuius peccatum est irremediabile.*

6 Quia caro est. *id est habens pronitatem ad peccandum ex carne animam aggrauante, propter quod est magis sibi parcendum, puniendo eum pœna temporali, & non æterna. Aliter exponit Ra. Sa. dicens, quòd* hæc

hæc est veritas litera: Non disceptabit spiritus meus in homine in æternũ. *ac si diceret Deus, vsque nunc tenui sententiã de deletione generis humani per diluuium: in suspenso per modum cuiusdam disceptationis, sed ex nunc proferam sententiam.* Quia caro est. *id est, nimis implicatus peccatis carnalibus, veruntamen ad declarationem iustitiæ meæ differam executionem sententiæ meæ, vt habeant locum pœnitentiæ, & hoc est quod subditur.*

7 Eruntque dies, &c. *Non enim potest dici quòd hic determinetur tempus vitæ humanæ post diluuium, quia multi diutius satis vixerunt post diluuium. vt patet infrà. xj. cap. sed determinatur tempus à prolatione sententiæ diuinæ vsque ad executionem, in quo poterant pœnitere, & hoc idem dicit Hieronymus. lib. de Hebra. quæstioni. Item patet, quòd hæc sententia fuit data. xx. annis antequam Noe generaret, quia in eo primam eius generationem. & inundationem diluuij fuerunt* F *tantum centum anni: quia quingentorum annorum erat quando cœpit generare. vt dictum est. & sexcentorum annorum tantum quando diluuium inundauit, vt habetur. vij. ca.*

8 Gigantes autem erant. *id est proceri, excedentes homines in statura, & robusti viribus, & incompositi moribus. Nec valet quod suprà dictum est, tales fuisse genitos à dæmonibus, secundum vnam optionem: quia etiam post diluuium in quo deleti sunt omnes ipsi, legiuntur fuisse gigantes: Deuter. ij. & iij. ca. Et j. Regum. xxj. qui tamen fuerunt ab hominibus geniti.*

9 Isti sunt poten. &c. *id est ab antiquo.*

10 Viri famosi. *scilicet malæ famæ, quia raptores & luxuriosi. vnde sequitur:*

11 Videns, &c. *quantum ad multitudinem vitiorum.*

12 Et cuncta, & cæt. *& ex quo patet quòd peccabant non ex passione tantum, sed ex certa malitia.*

13 Omni tempore, &c. *quantum ad continuationem peccatorum suorum.*

14 Pœnituit, &c. *Pœnitentia autem & dolor & cæteræ passiones nullo modo sunt in eo secundum rem, sed secundum modum & ideo dicitur pœnituisse, quia ad modum pœnitentis se habuit volens dissipare quod prius fecerat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ Plerũque in sacro eloquio sapiẽtes Dei consiliũ trahũt à sapiẽ-
A tibus seculi. Sic nũc pro vtilitate hominis, vocem in se passionis humanæ ipse creditor hominũ sumit, cum cõstet: quia qui cũcta priusquã venerint, cõspicit, nihil fecerit q̃ pœnitẽdo resipiscat. Vt ergo mirũ non est, si spirituales plerũque vtantur verbis carnalium, sic neq; mirandum, si ipse creator omnium, vt carnem pertrahat, ad intellectum suum in seipso carnis sermonem seruet vel sumat.

in cap. 5. ✻ PROCOPIVS. Quod pœnituit Deũ, humano more locutus est, Quomodo enim pœnitẽtia caderet in illum, qui omnia antequã fiant prænouit? Hac scribendi formula vsus est, vt demonstraret meritò illos expendere pœnas, proinde resipiscere ne abnuant. hic præceptor agit cũ discipulo, increpitãs: piget quod talia tantaq; tibi proposui, cũ tuam video negligentiam.

Pœnitet Deũ hominem fecisse. eccles. 44. c. alias † dño. vbi suprà. Noe iustus. a ✻ *Delebo hominem quem creaui, &c.* CHRYSOST. q.d. Quæ mei erant officij omnia exhibui. Ex nihilo illum b produxi, naturæ illius scientiã indidi, liberum arbitriũ donaui, ineffabili lõganimitate vsus sum, & post longum illud tẽpus, & post indignationem & minas quas dixi, aliud præfiniui tẽpus. vt peccata sua sentiret. Et quia sic nihil proficio, cogit necessitas vt minas meas opere compleam.

Sem, Cham Iaphet. B ✻ PROCOPIVS. pulchrè scriptum est, *abolebo hominem a facie terræ*, nam nequaquã vult hominẽ penitus abolere & ad nihilũ redigere: neque etiam eius animam perdere vult. Quid igitur? delebit eum de superficie terræ.

Lib. de Noe & arca. c. 4. ✻ AMBROS. Quid læserant irrationabilia? sed quia propter hominem illa facta erant, eo vtique deleto propter quẽ facta sunt, consequens erat vt etiam illa delerentur.

Allegoricè. b *Noe vir iustus.* Hic per actus suos significat Christum qui ait Mat. xj. d. *Discite a me, quia mitis sum & humilis cor.* Solus iustus inuenitur cui propter iustitiã suam septem homines donantur. Iustus quoque Christus & perfectus cum septẽ ecclesiæ septiformi spiritu illuminatæ in vnã ecclesiã cõdonãtur. Noẽ p aquã & lignũ liberatur & familia eius, sic familia Christi per baptismum & crucẽ.

Prædicit Deus diluuium ipsi Noe. in cap. 4. Gen. Forma arcę. 3 Mansiunculas Origenes. nidos in ea facies. C ✻ PROCOP. Noẽ solus in illo deplorato seculo inuenitur iustus. Duæ illæ artes, quas adinuenerunt nepotes Cain, plurimum conducebant exulcerato seculo. Musica inseruiebat conuiuiis & comessationibus. Ars æraria iuuabat bellũ.

hominem fecisset in terra. Et præ-
a ¶ Ne deterius contingat.
cãuens in futurũ,) & tactus dolore 1
cordis intrinsecus, delebo, inquit, 2
hominem quem creaui à facie ter-
ræ, ab homine vsque ad animan- 3
tia, à reptili vsque ad volucres cœ- 4
a ¶ Videtur pœnitere dum opus mutat, voluntate tamen & dispositione immobili permanente.
li. Pœnitet enim me fecisse eos.
Noë verò inuenit gratiam coram
†Deo. Hę sunt generationes Noë: 5 6
a ¶ Viator non comprehensor.
Noë vir iustus atque perfectus fuit
a ¶ Id est, secundũ iustitiã perfectã præsentis vitę non futurę.
d in generationibus suis; cũ Deo am 7
bulauit, & genuit tres filios Sem,
a ¶ Sequens vestigia eius. b ¶ Nomen vel nomination.
Cham, & Iaphet. Corrupta est au- 8
a ¶ Callidus. b ¶ Latitudo.
tem terrã cor̃ Deo, & repleta est
a ¶ Homo, propter quem cuncta creata, quo peccante omnia dicuntur corrupta.
iniquitate. Cúmque vidisset Deus
terram esse corruptam, omnis 10
a ¶ Id est, homo quo peccante omnis caro dicitur corrupisse viam quia propter eum omnis caro creata.
quippe caro corruperat viam suã
super terram, dixit ad Noë: Finis
a ¶ Omnium mortalium præter eos, qui in arca erant saluandi, quasi seminarium secundæ originis.
vniuersæ carnis venit coram me. 11
a ¶ Id est habitatores terræ.
2 Repleta est terrã iniquitate à
a ¶ Præsentia.
f facie eorum, & ego disperdam eos 12
a ¶ Vt non sit suo more fructifera. b ¶ Ecclesiam.
cum terrã. Fac tibi arcam de lignis 13
a ¶ In Hebræo bituminatis ¶ Alij quadratis. ¶ Politis, ne quid nocium inhæreret. ¶ Quæ vita sanctorum firma & stabilis. b ¶ Ad distinctionem animalium ¶ Diuersos ordines vitæ.
g leuigatis. Mãsiunculas in ea facies, 14
rem habitationẽ bicamerata. In tertia verò super fecĩdã tricamerata. AVG. Dicũt alij in inferiorib. duas fuisse mãsiũculas, &

c *Noe vir iustus, &c.* Si nullus sine peccato quomodo perfect? D
Perfecti dicuntur aliqui nõ sicut sunt perficiendi quãdo equabuntur angelis, sed sicut possunt esse in peregrinatione: vnde addit, *in generationibus suis*, id est, sicut pro modo suo Dei gratia poterat esse perfectus, nõ sicut in alia vita, in qua nec volet, nec peccare poterit. *Cum Deo ambulauit*, vestigia eius sequens.

d *In generationibus suis.* Quasi non cõsummatæ iustitiæ, sed iuxta generationem suam.

e ✻ *Omnis caro corruperat, &c.* AMBROSIVS. Carnem posuit pro homine terreno, in quo carnis illecebra viam eius corruperit.

✻ *Finis vniuersæ carnis, &c.* CHRYSOSTOMVS. q.d. Magnam ostendi longanimitatem, volens hanc inferre pœnam, sed quia peccatorũ multitudo in hoc tempus eos adduxit, finem his imponere oportet, ne vlterius progrediantur.

f *Perdam eos cum, &c.* Tradunt doctores terræ virorem & fœcunditatem longè esse inferiorem post diluuium, & ideo hominibus eum carnium concessum, cùm antea tantùm terræ fructibus victitarent.

g *Fac tibi arcam de lignis.* scilicet fortibus & insolubilibus, & bene coartatis, quæ alia translatio dicit *quadrata*: vt nec vi ventorum, nec inundatione soluetur.

✻ ORIGENES. alia litera habet *de lignis quadratis.* Quadrata ligna fuisse referuntur, quò & facilius alterũ alteri posset aptari.

✻ HIERONYMVS. Pro, *quadratis lignis, bituminatis* legimus in Hebræo. h *Mansiunculas, &c.* STRA. LXX. Bicamerata, & tricamerata in arca facies. Bicamerata in inferioribus. Tricamerata in superioribus. Quinque ergo mãsionibus distincta sunt. Prima, id est inferior fuit sterchoraria quò stercora defluebant, ne qui erant in arca fetore læderentur. Secunda apothecaria. Tertia immitium animalium & serpentium. Quarta mansuetorum. Quinta id est suprema hominum & auium, ostium vbi bicamerata & tricamerata iungebãtur, id est inter apothecariam & bestiarum habitationem. AVGV. In prima habitatione in inferioribus semel camerata erat, arca, in secunda super inferiorem habitationẽ bicamerata. In tertia verò super fecĩdã tricamerata. AVG. Dicũt alij in inferiorib. duas fuisse mãsiũculas, &

☞ sic arcam

Et præcauit in futurum. lib. de Noe & arca. c. 5

Hom. 24. in Gen.

Venit coram me. Hinc ti est apud me amplius re ores homines.

Leuigatus. Phe ugit lenitissima men eli Cald. nuis pres ebri ver it Ita bitumi lxx. quadr tis.

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et præcauens in futurum. *ne multiplicarentur talia mala.*
2 Et tactus do. &c. *quia ad modum dolentis se habuit delendo hominem quem formauerat ad imaginem suam.*
3 Ab homine vs. &c. *quia peccata hominum facta fuerant in terra, ideo ad detestationẽ criminis deleta sunt animalia quæ habitant in terra.*
4 Ad volucres cœli. *quia accipiunt ibi pastum, pisces autem habitantes in aquis non sunt mortui per diluuium, quia peccata hominum non fuerunt facta in aquis.*
5 Noë verò. *Hic consequenter à generali sententia diluuij, Noe cum filiis excipitur, cum dicitur:* Noë verò, &c. *Et causa subditur:*
6 Noë vir iustus, &c. *& ideo cum aliis non perit.*
7 In generationibus suis. *Hoc dupliciter exponitur: Vno modo ad diminutionem laudis suæ, acsi diceretur, licet Noe fuerit iustus & perfectus in comparatione ad homines illius temporis, qui mali erant: tamen si fuisset tempore Abrahæ, parum fuisset respectu eius. Alio modo ad augmentum laudis iustus & perfectus fuit, etiam inter malos homines qui ipsum nitebantur verbis & exemplis trahere ad malũ: & ideo multò maioris maioris perfectionis fuisset si vixisset inter bonos, & hoc modo beatus Gregorius dicit quòd ad laudem ipsius Loth dicitur infra. xix. ca. q. habitauit in Sodomis, quia inter homines illos pessimos mundicię seruauit.*
8 Corrupta est, &c. *quantum ad carnalia peccata.*
9 Et repleta est iniqui. &c. *Quantum ad fraudes & rapinas.*
10 Omnis quippe ca. &c. *id est omnis homo quia non solũ peccauerãt peccatis fornicationis & adulterij sed etiã peccatis contra naturã. Alio modo intelligitur* omnis caro, *quia etiã aues & animalia inordinatè cõmiscuerãt se cũ illis quæ nõ erãt sui generis vel speciei. Sequitur.*
11 Et ego disperdã. &c *quia per salsedinẽ aquarũ diluuij ipsa terra peiorata est. Hebræi aut dicut, q̃ tres palmi de superficie terræ p aquas fuerunt tabefactati, & in aquam cõuersi & ideo additur hic, cũ terra.*
12 Fac tibi arcam. *Hic consequenter constructio arcæ præcipitur, cum dicitur:* Fac tibi, *t. ad salutẽ tuam & aliorũ qui tecum sunt saluandi. Arcã: quia non fuit facta per modum nauis, sed per modum arcę quadrata latera habentis, tamen erant inæqualia, vt dicetur infrã.*
13 De lignis leuigatis. *id est dolatis & complanatis.*
14 Mãsiũculas i ar. fa. *i. diffictiões vt diuersa possit collocari diffitẽ.*

c ✻ 1 Et bitumi-

MORALITER.

12 *Fac tibi arcam,* id est virtutum fabricam.
13 *De lignis leuigatis.* id est dolatis, Per fabricã enim virtutũ: motus interiores & actus exteriores asperitate & tortuositate remota: ad rationis rectitudinem reducuntur.
14 *Mansiunculas in arca facies.* per quas distincti gradus virtutũ designantur. Nam aliquæ dicuntur politicæ vel humanæ. Aliquæ verò heroicæ seu diuinæ, vt habetur vij. Ethi. Et diuinæ distinguntur. Nam aliquæ dicuntur exemplares, & aliquæ purgatoriæ, & aliquæ purgati animi secundùm Macrobium.

☞ sic arcam fuisse bicameratam. harum inferior stercora suscipie-
A bat, secunda escas, quæ apothecaria dicebatur in superioribus tricamerata erat vbi homines & animalia congrua distinctione continebantur.

Hom. 2. in Genesim. ✻ ORIGENES. Inquit Appelles, quomodo arca quatuor saltem elephantos continere potuit. Sed ad hæc quæ ab Hebraicarum traditionum gnaris, didicimus ad notitiam auditorũ deferemus. Aiebant ergò maiores, quod Moses qui omni sapientia Ægyptiorum fuerat eruditus, secũdum artem Geometricam, quam præcipuè Aegyptij callent, cubitorum numerũ, hoc in loco posuit. Apud geometras enim secundam eam rationem quę virtus vocatur, ex solido & quadrato vel in sex cubitos vnus deputatur, si generaliter, vel trecentos, si minutatim deducetur. Quæ vtique ratio si obseruetur, in huius arcæ mensura, inuenientur & longitudinis & latitudinis tanta spatia, quæ verè totius mundi reparanda germina, capere potuerint.

Cõparatio arcę & eccl. ISIDO. Arcam construxit Noë de lignis imputribilibus, & Christus ecclesiam de victuris in sempiternum hominibus, quę sicut arca natat in fluctibus. Arca de lignis quadratis,
B ecclesia de sanctis, quorum stabilis vita ad omne opus bonum parata, sicut lignum quadratum ab omni parte firmum stat. Ex bitumine conglutinentur ligna intrinsecus & extrinsecus, vt ex compage vnitatis significetur tolerantia charitatis, ne concussa ecclesia ab his quæ intus sunt, vel ab his qui foris, cedat à fraterna iunctura. Est enim bitumen feruentissimum & violentissimum glutem, & significat dilectionis feruorem, vi magnitudinis ad tenendam societatem, omnia tolerantem. Quod sexies longa ad latitudinem, & decies ad altitudinem humani corporis instar ostendit, in quo Christus apparuit. Corporis longitudo à vertice vsque ad vestigium, sexies latitudinem continet, quæ est ab vno latere vsque ad alterum, & decies altitudinem quæ est à dorso vsque ad ventrem. Quod quinquaginta cubitis latitudo expanditur, latitudinem significat cordis quæ fit charitate spirituali. vnde Ro. v. a. *Chori as Dei diffu. &c.* Quinquagesimo die post resurrectionem Christus spiritum misit: quo corda credentium dilatauit. Trecentorúmque cubitorum longitudo sexies quinquaginta continet, sicut sex ætatibus omne tempus sæculi extenditur, in quibus nõ destitit prædicari Christus, in quinque prophetizatus, in sexta euangelizatus.

Bitumen. a ¶ Quod est gluten feruentissimum, quo linita ligna nulla violentia dissoluentur. ¶ Dilectionis ardore. b ¶ Ne dissoluatur ab his qui intus sunt vel ab his qui foris sunt.

& bitũmine linies intrinsecus, & 1
extrinsecus. Et sic facies eam, Tre- †
a ¶ Geometricorum quorum quisque sex cubitis humanæ manus impletur.
centorum cubitorum erit longi- 2
a ¶ Arca in fundamento quadrata inæqualis longitudinis & latitudinis fuit ab angulis in arctum conscendens, donec in cubito longitudinis & latitudinis summitas perficiatur.
tudo arcæ, quinquaginta cubito- †
rum latitudo, & triginta cubito- 3
a ¶ In Hebræo, meridianum facies arcæ. Symmachus: dilucidum arcę facies, id est, fenestram. ¶ Ad emittendum corum vel columbam. ¶ Hanc tradunt Iudæi crystallum fuisse.
rum altitudo illius. Fenestram in 4

Corporis humani & arcæ comparatio. Tau. Matt. 25. b. a *Trecentorum cubitorum, &c.* Is tr potest in trecentis cubitis lignum crucis ostendi. Huius enim numeri litera, τ, Tau, crucis signum ostendit, quo socij passionis per baptismum effecti, longitudinem vitæ æternæ adipiscimur. Altitudo. xxx. cubitis surgit quem numerum decies habet longitudo in ccc. cubitis, quia Christus est altitudo nostra, qui. xxx. annorum euangelium cõsecrauit: contestans quia non venit *legem soluere, sed adimplere.*
C Lex verò cum in decem præceptis agnoscitur, in decies tricenis nis cubitis arcæ longitudo perficitur. Vnde & Noë decimus ab Adam computatur. Centenarius solidus quadratus denario in se ducto multiplicatus, significat electos per iustificationem præceptorum glorificandos. Vnde homo qui habebat centum oues vna perdita: reliquit nonagintanouem, & quæsiuit eam quæ perierat, & inuentam vt centenarium reformaret, repositi qui triplicatus gratiam immortalitatis, à patre per filium & spiritum sanctum suscipit apud eos qui per gratiam trinitatis augentur, & qui ex centenario lapsi per agnitionem trinitatis eidem reformantur. Latitudo quinquaginta cubitorum remissionem significat, quia quinquagesimus annus, id est iubilæus, seruos liberabat, possessiones restituebat, debitoribus indulgentiam dabat, exulibus patriam. Christus ergo in ecclesia sua quinquagesimum numerum collocauit in latitudine, nisi enim peccatorum remissionem donasset, ecclesia per orbem dilatata non esset: tricenarius in altitudine numerus: simile tricentenario continet sacramentum. Ad vnum autem summa reuocatur, quia vnus Deus ex quo omnia, & vna fides, & vnum baptisma.

Luc. 15. D

E

Mysticè. Arcæ significatio. Hom. 16. in Ezechiel. GREG. Arca quæ trecentis cubitis fieri in longitudine iussa est, quinquaginta in latitudine, triginta in altitudine: vno cubito consummata est, ecclesiam namque significat, quæ inferius ampla, superius angusta: quia ab ea latitudine quam adhuc in membris infirmantibus habet, parumper angustata & in altum proficiens, ad vnum tendit. Ratio enim exigit vt in arcæ longitudine omnes bestiæ, quadrupedia & reptilia in inferioribus fuerint, homo & volatilia in superioribus. Iuxta superiorẽ partem fenestra fuit in latere de qua columbam vel corum dimisit homo. Homo ergo & volatilia iuxta vnum cubitum fuerunt. In mũltis enim carnalibus suis ecclesia lata, in paucis spiritualibus angusta, & quia ad vnum hominem qui sine peccato est, colligitur, quasi in vno cubito cõsummatur. Videmus multos in ecclesia superbire, lasciuire, & terrenis rebꝰ inhiare, irasci & rixari, & proximos lædere. Sed quia ecclesia tolerat eos vt conuertantur, quasi in arcæ latitudine bestiæ fuisse dicuntur. Videmus alios aliena non rapere, illatam iniuriam æquanimiter tolerare, rebus propriis contentos esse, humiliter viuere. Sed quia iam pauci sunt, angustatur arca. Alios videmus etiam possessa relinquere, terrenis rebus nullum studium dare, inimicos diligere, carnem domare, omnes motus ratione præmere, per cœleste desiderium contemplationis penna subleuari. Sed quia valdè rari sunt, iam arca iuxta cubitum ducitur, vbi homines & volatilia continentur. Sed quia nullus sine peccato est, nisi ille qui conceptus est sine peccato, in vno cubito arca consummatur: quia vnus est author & redemptor ecclesiæ sine peccato, ad quem & per quem omnes proficiunt, qui se peccatores nouerunt.

Vide similes allegorias arcæ apud Origenẽ hom. 2. in Gen. August. 15. de ciuitate cap. 26. Ambros. de Noe & arca. F

☞ a *In*

NICOLAVS DE LYRA.

Vasculum quo Moses exposi-tus fuit. 1 Et bitumine, &c. *Litera Hebraica habet,* כפר *cheopher, pice. Quod autem fuit linita intrinsecus & extrinsecus, hoc fuit propter magnum impetum aquarum, & quia diu stetit in aqua. Vasculum autem in quo fuit positus Moses, fuit tantum linitum exterius, quia non diu stetit in aqua nec etiam aqua in quam positus fuerat, erat ita impetuosa. Hebræi dicunt, quod hoc fuit ne malus odor picis noceret infanti interius posito.*

Cubitus. 2 Trecentorum cubitorum, &c. *Aliqui dicunt q̃ isti cubiti qui describuntur hic in fabricatione arcæ fuerunt geometrici, quorum vnus cõtinet nouem vsuales. Sed tunc occurrit dubium, quomodo ædificium tantæ longitudinis & latitudinis poterat simul contiguari & consolidari? Hebræi autem dicunt quòd fuerunt vsuales. Sed tunc occurrit dubium, quomodo tot animalia & cibaria poterant ibi collocari? Istud tamen dubium mihi videtur minus quàm primum, quia cubitus vsualis tenet pedem & dimidium, id est tãtam longitudinem quantum est à cubito brachij vsque ad manum secundum aliquos. Secundum alios verò tenet duos pedes, id est tantum spacium quantum est à cubito brachij vsque ad summitatem digitorum, quod est magis verisimile iudicio meo.* Pedes etiam temporis illius erant multo maiores quàm nunc, sicut & homines erant maioris quantitatis in mole & duratione. *Hebræi autem loco cubitorum dicunt vlnarum, ex hoc tamen loco & pluribus aliis scripturæ videtur q̃ vlna eorum esset cubitalis longitudinis tantum.* Vlna.

3 Et triginta cubitorum, &c. *Dicunt aliqui, quòd corpus arcæ erat tantæ altitudinis præter tectum. Alij autem dicunt, quòd altitudo tecti hic includitur.*

Fenestra arcæ. 4 Fenestram in ar. fa. *Hebræi autem habent,* lucernam, *& dicunt aliqui, quòd ista lucerna erat lapis præciosus suo lumine illustrans arcam sicut carbunculus. Alij autem dicunt, quod fuit fenestra crystalina, vt lumen reciperet & aquas prohiberet. Sed quia videtur difficile, quòd vna fenestra sufficienter illuminaret tantum ædificium, & maximè tot mansionibus distinctum, ideò dicunt alij quòd erant ibi plures aliæ fenestræ, sed vna erat maior & principalior, & ideo de illa sola fit hic mentio.*

1 Et

MORALITER.

1 *Et bitumine.* id est charitate.
2 *Linies eam intrinsecus.* id est charitate ad Deum.
† *Et extrinsecus.* id est charitate ad proximum. & benè dicitur *linies*, quia charitas est forma virtutum.
3 *Trecentorum cu. erit long.* Per quod designatur meritum perfectorum scilicet virginum martyrum & doctorum, & meritum quorumlibet istorum trium est centenarium.
† *Quinquaginta cubitorum latitudo.* id est meritum proficientiũ.
3 *Triginta cub. altitudo* i. meritũ incipiẽtiũ, qđ est minꝰ pfectorũ.
4 *Fenestrã in ea facies.* Per quã oratio deuota significatur, qa p ea gr̃ę lumẽ ingredit: Sap. vij. a. Inuocaui & venit in me spũs sapię.

1 Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *In cubito. e. s. eius.* Sic ecclesia in vnitate collecta sublimatur atq; efficitur, vnde Matth. xij. c. *Qui non colligit mecum dispergit.*
b *Ostiũ autẽ ar. &c.* Nemo enim intrat in ecclesiã nisi per sacramentũ remissionis peccatorũ, quod de latere aperto emanauit.
c *Cœnacula & tri. &c.* Lxx. *Bicamerata & tricamerata*, ex omnibus enim gentibus vel bipertitã multitudinem congregat ecclesia, ex circuncisione & præputio, vel tripartitam, ex tribus filiis Noë, quorum progenie repletur orbis. Inferiora autem arcę distincta sunt, quia in hac vita terrena est diuersitas gentium. In summo autem omnes consummantur in vnum, quia omnia & in omnibus Christus.

Alcvi. Congruè arca in summo velut tecto quodam angusto cacuminata est vt imbrium minas diffunderet, & ima in aquis stabilitate quadrata consistẽs, nec impulsu ventorum, nec impetu fluctuũ, nec inquietudine animaliũ quę intus erant inclinari posset aut mergi.

Greg. Arca in inferioribus ampla, in superioribus angusta, in summitate ad vnius cubiti mensuram excreuit. Inferius enim quadrupedia & reptilia. Superius verò aues & homines habuisse creditur. Ibi lata, vbi bestiæ. Ibi angusta, vbi homines, quia in carnalibus ampla, in spiritualibus angusta. Vbi enim bestiales tolerat, latius sinum laxat. Vbi rationales habet, ad summum ducitur. *Lata est quippe via quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per eam. Angusta est porta quæ ducit ad vitam, & pauci veniunt ad eam.* Arca in summis angustatur vsq; ad vnum cubitum, quia in ecclesia quantò sanctiores tantò pauciores, quàm in summo ad illum perducuntur, quia solus homo sine comparatione sanctus natus est, sicut passer vnicus in ædificatione. Tãtò ergo magis mali tolerandi sunt, quantò plures sunt, quia in areæ tritura pauca sunt grana quæ in horreis seruantur, grandes acerui palearum, quæ ignibus comburuntur.

Greg. *Moraliter* autem qui se ab amore mundi conuertit, in corde ædificat arcam salutis, habens in se longitudinem, id est, trinitatis fidem, ac longitudinem vitę & immortalitatis. Latitudinẽ in charitate, qua potest bene facere etiã inimicis. Altitudinẽ in spe, qua se erigat ad cœlestia & summã actuum suorũ ad vnũ referat.

✻ d *Et vniuersa quæ in terra sunt consumentur.* Ambrosivs. Quid muta deliquerant animantia? Sed quemadmodum in bello cum imperator ab hoste occiditur, commoritur eius exercitus. Demque si quando est pestilentia, corrupto cœli tractu, prius ea quæ sunt irrationabilia, lues dira contaminat, & maximè canes, equos, boues, atque ea inficit quæ cum hominibus conuersari videntur. Sic morbi vis genus humanũ implicat. Tertium illud est, quia rationis expertia non propter se, sed propter hominem generata sunt animalia, alia propter vtilitatem, alia delectationis gratia, alia voluptatis. Consequens ergo erat, vt cum deleretur homo à facie terræ, propter quem facta sunt, etiam ipsa pari delerentur occasu.

✻ e *Et ingredieris tu & filij tui, &c.* Chrys. Licet à virtute iusti illius abfuerint, tamen duas ob causas salute potiti sunt. Vna in honorem iusti. Consuetudo enim misericordis Dei est, vt propter seruos suos saluentur & alij. Quod Paulo concessum est, cum Romam nauigaret, orta tempestate omnibus qui in nani erant, dicit, *bono animo estote, amissio nullius erit ex nobis præterquam nauis. Astitit mihi hac nocte angelus dicens: Ne timeas Paule, dedit enim tibi dominus omnes qui tecum nauigant.* Altera causa est, quia volebat semen aliquod & radicem ad posteritatis constitutionem relinquere.

f *Et ex cunctis, &c.* Avgvstinvs. Quæritur de minutissimis animantibus: quales sunt mures & stelliones, quales & muscæ & scabrones, scarabei & pulices: si numerus seruatur? Sed quæ non de coitu generantur, sed de terræ humore vel cadauerum vel aliarum rerum corruptione nascuntur, non fuit necesse in arca esse: quod innuitur cum dicitur de volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo. Illa quoque quæ in domibus versantur, sicut pulices, mures, muscæ, non fuit necesse secundum numerum esse quæ intelliguntur tunc in domibus plura fuisse. Quæ autem ex commixtione diuersi generis nascuntur, sicut muli, burdones, & huiusmodi, non est dicendum in arca fuisse. Quæ autem in aquis & in terris communiter viuunt sicut luteres, vituli marini, extra arcam habebant loculos præparatos, quibus se possent recipere velut in aridis. De auibus quoque marinis & fluuialibus idem sentiendum. Quòd cuncta animalium genera includũtur in arca, significat quod ex omnibus gentibus & nationibus congregatur ecclesia, sicut in disco petri munda & immunda sunt animalia, sic in ecclesiæ sacramentis versantur boni & mali.

a † ea facies, & in cubito cõsumma- 1
a ¶ Ostium in latere arcæ, vnus in latere Christi.
bis summitatem eius, Ostiũm autẽ 2
arcæ pones ex latere, deorsũ, 1 cœ- 3
a ¶ Lxx bicamerata & tricamerata.
naculã & tristega facies in ea. Ecce
ego adducam aquas diluuij super
terram, 1 vt interficiam omnẽ car-
nem, in qua spiritus vitę est subtus
cœlũ, & vniuersa quæ in †terra sũt
a ¶ De te & de familia tua conseruanda ad reparationem humani generis.
consumentur. Pònamque fœdus 4
meum tecum, & ingredieris arcã 5
tu & filij tui, vxor tua & vxores fi-
liorum tuorũ tecum. Et ex cunctis

a Omnibus iumẽtis. animantibus vniuersæ † carnis bina induces in arcam, vt viuãt tecũ masculini sexus & fœminini. De volucribus iuxta genus suum, & de 2 iumẽtis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundũ genus suum.
a ¶ Sponte non hominis actu sed Dei nutu.
Bina de omnibus ingrẽdientur te- †
a ¶ Ne diluuio perirent.
cũ: vt possint viuere. Tolles igitur 1 2
a ¶ Quasi quæreret vnde viueret.
tecum ex ômnibus escis quæ mã- 3
di possunt, & comportabis apud
te, & erunt tam tibi quam illis in 5
cibum. Fecit igitur Noë omnia
quæ præceperat illi Deus.

a *Tolles igitur, &c.* Solet quæri de animalibus quæ tantum putantur vesci carnibus, vtrum præter numerum ibi fuerint sine transgressione mandati quæ aliorum alendorum necessitas coëgisset includi, vel quod magis credendum est præter carnes alimenta esse potuerunt, quæ omnibus conuenirent. Multa enim animalia quibus caro cibus, fructibus est pomísque vescuntur, maximè fico & castaneis. Potuit ergo vir iustus & sapiens & diuinitus admonitus, quæ cuique congrueret, alimoniam præter carnes reperire & condere, & omnibus vesci cogit fames & nihil est quòd Deus suaue & salubre facere non possit, qui etiam vt sine cibo viuerent diuina facultate donaret.

✻ Procopivs. Quidam ambigunt, qua ratione possibile fuerit, vt arca pro sua magnitudine quiuerit recipere alimenta quę sufficerent tot animalibus, per annuum tempus. Hi sciãt totum illud ædificium excitatum esse Deo imperante, proinde non multo indigebant pabulo bruta, cum benedictione Dei pascerentur. Habes Mosem qui quadraginta diebus vixit in monte sine vllo cibo. in cap. 6.

a Ex

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt possint viuere. *Ex quo patet quod pisces non erant ibi positi, quia salnati sunt in aquis. peccata enim propter quæ dominus adduxit diluuium super terram, facta fuerunt in terra & non in aqua, & idèo pisces non fuerunt mortui sicut alia animalia & aues.*

2 Tolles igitur tecum, &c. *Ad munitionem arcæ vsque ad annum integrum, quia ad tantum temporis fuerunt in arca, vt patebit infrà.*

3 Et erunt, &c. *Non tamen indifferenter & communiter, sed singula singulis secundum conditionẽ naturæ suæ, verumtamen tẽpore necessitatis bene viuunt homines & animalia de cibis, quos alias non comederent.*

1 Dixítque

MORALITER.

✝ dictũ est, *mansiunculas in arca*, &c. ideo nihil nouũ hic pono.
† *Bina de omnibus, &c.* Per binariũ charitas designatur eò quòd sunt duo præcepta charitatis, Dei scilicet & proximi. Per hoc igitur





NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in cu. &c. *Ab angulis arcæ superioribus tectum procedebat sese constringendo, ita quod in summitate latera non distabant nisi per cubitum, & hoc erat vt pluuia descendens super tectum extra arcam defluceret facilius, & vt arca inter impetus vndarum staret firmius.*

Ostiũ arcæ. 2 Ostium autem ar. &c. *Hic est punctus secundum Hebraicam literam. Ostium enim arcæ non poterat conuenienter poni in inferiori parte, quia arca fuit profundata inter aquas per duodecim cubitos & plus, vt videbitur infrà. Item secũdum expositores Catholicos istud ostium fuit in confinio habitationis animalium & apotheca ista quod ostium erat supra duas mansiones.*

3 Deorsum. *Hebraicus textus habet*, infima, secũda, & tertia *vel* terna. *Ex hoc patet quod* ly deorsum, cõiungitur cum litera sequenti: *secũdum enim istam literã videtur quòd in arca erant tres mansiones ascendendo, vna super alteram ita quod infima vocabatur sentina vel stercoraria, quia ibi faces defluebant, & ista dicitur fuisse simplex absque aliqua intercluſione. media autem vocabatur apotheca, quia ibi reposita erant victualia, & dicitur fuisse bicamerata, quia alia animalia viuunt herbis, alia fructibus, & ideò in vna disiunctione erant fructus, & in alia herbæ. Superior autem mansio quia maior erat, erat distincta duabus interclusionibus, & sic erant ibi tria spacia. medium erat pro hominibus & auibus, duo autem lateralia pro animalibus mitibus & immitibus, vt patet in figura prima. Aliqui dicunt, quod istæ quinque mansiones erant absque distinctione media, vna super aliam secundum longitudinem & latitudinem arcæ, vt patet in figura secunda.*

Sciendum tamen, quod quadratura huius arcæ non potest bene figurari in plano, sed figuratur vnum latus secundum longitudinem, & alia tria latera supponenda sunt per imaginationem suscipientis. sed prima expositio magis consonat literæ in Hebraico & Latino.

4 Ponámque fœdus, &c. *Non loquitur hic de fœdere quod pepigit cum Noë per apparitionẽ iridis, vt habetur infrà ix. c. sed magis de fœdere ad conseruandum ipsum Noë & societatem suam à malis hominibus illius temporis, dicebant enim quod si viderent eum velle intrare arcam, ipsum interficerent ne ipsis morientibus in diluuio ipse remaneret. hoc est quod videtur sonare litera sequens.* Fœdus Dei cum Noe.

5 Et ingre. ar. &c. *scilicet salui. Cætera patent vsque ibi.*

1 Vt

MORALITER.

1 *Et in cubito consumma. summitatẽ eius.* Per cubitũ qui est mensura minima hic descriptorum intelligitur virtus humilitatis, quæ ad summa eleuat. Luc. xiiij. c. *Qui se humiliat exaltabitur.*

2 *Ostium autem arcæ pones in latere.* Habuit enim arca quatuor latera, per quæ quatuor virtutes cardinales designantur. Latus verò in quo fuit ostium, prudentiam designat, quæ constituit medium in aliis virtutibus, & ideò per eam est ingressus intra arcam, quę, vt dictum est, significat ædificium virtutum.

3 *Cœnacula & tristega in ea facies, &c.* Repetitio est eius quod

† dictum

In ca. vj. vbi dicitur in postilla. Hoc exponitur multipliciter, vno modo per hoc quòd intelliguntur dæmones incubi, &c.

ADDITIO I.

Hæc expositio quã refutat postillator est consonans literæ, & etiã conformis sententiæ Aug. Nec ratio cõtra eam per postillatorẽ facta videtur valere. Primũ patet: Nam vbi nostra litera habet: Gigantes autẽ erant super terram. *Hebraica veritas habet* נפילים *Nephilim, quod nihil significat nisi cadẽtes, prout etiã in glo. nostra interliniari habetur. per quod propriè significantur dæmones, qui de cœlo ceciderũ. De quibus Esa. xiiij. c.* Qũo cecidisti de cœlo lucifer, &c. *Et Christus Luc. x. c.* Videbã sathanã sicut fulgur cadẽtẽ de cœlo, &c. *Isti enim cadẽtes dicũtur fuisse sup terrã in dieb⁹ illis. s. ante diluuiũ, quia pro tũc cognoscentes magnã dispositionẽ seu pronitatẽ hominum ad malũ, frequentabant magis conuersationẽ suam cum eis, intuitũ q; in corporibus assumptis mulieribus cõmiscebantur. Secundum patet, nam secundũ Aug. xv. de ciui. Dei. ca. xxiij, huiusmodi dæmones tales cõcubitus exercẽtes. vulgus vocat incubos. Nam dicit: Et quoniã creberrima fama est, multis, q; se expertos, vel ab eis qui experti essent de quorũ fide dubitandũ non est, audisse confirmãt. Ex quo quidẽ, tãlẽ commixtionem cõcubitumq; negare (prout ipse Augu. ibidẽ dicit) imprudentia videtur esse, eo q; a multis expertis cõfirmatur: Homines interdũ nascuntur non per semen ab ipsis dæmonibus decisum, sed per semen alicuius hominis ad mulierẽ: & sic ille qui nascitur, non est filius dæmonis sed filius hominis. s. illius cuius est semen acceptũ: prout etiã patet in prima parte. q. lij. art. vlt. in responsione ad vltimũ arg. Tertiũ patet. Nam diluuiũ non erat pœna dæmonum hoc exercentiũ, sed in pœnã hominũ ad hoc se disponentiũ, & potius in pœnã hominũ qui ex tali concubitu nascebantur, qui erãt potentissimi & pessimi, sicut infrà declaratur postilla, qui nõ solũ per se exercebant mala, sed etiã alios per suã potentiam & malitiã ad hoc inducebant, eo modo quo legitur infra. x. b. de Nemroth. Et Hanc expositionẽ tenent antiqui Hebræorũ. s. q; cadẽtes in hoc loco intelliguntur dæmones qui de cælo ceciderunt. Si autẽ quæratur quomodo tales. s. sic nati per dæmonũ administrationẽ erant tam procere staturæ, ita q; alij homines quasi locusta videbantur in cõparatione eorũ, vt habetur Numeri. xiij. d. cũ tales nõ erant filij dæmonũ, sed potius filij hominũ, vt dictũ est, & per consequens deberent esse in communi hominũ statura. Dicendũ q; hoc fiebat (Deo permittente) virtute dæmonũ qui secundum Aug. in. xiij. de trinit. possunt adhibere semina corporalia ad aliquos effectus mirabiles producendos. vnde cũ nõ omnis virtus naturæ creatæ sit nobis nota, possibile est q; dæmones illi cum semine virili & fœmineo adhibebant quædam alia seminales rationes habẽtia, per quæ cõmixtio complexionalis taliũ prædicto modo generatorũ esset apta ad hoc, vt tales cæteros homines multũ excederẽt in statura, & in aliis viribus corporalibus, vt possent eos compellere ad libitũ suum. Et hoc modo magi per dæmones miracula dicũtur facere, licet nõ simpliciter, sed quo ad nos, prout in prima parte. q. cx. art. vlt. in responsione ad secundũ arg. Q̃uæ quidẽ res sic per administrationem dæmonũ productæ quandoq; sunt verè res. quandoq; secundũ apparentiam tantũ, vt in prima parte. q. cxiij. art. vlt. Et circa hoc videtur notandũ, q; sicut ante diluuiũ aliquã fuerunt excedentes cæteros homines in duratione vitæ, ex hoc dispositione diuina, vt diuinorũ cognitio propinquius & certius deueniret ad posteros, vt dictum fuit suprà in additione in ca. suprà proximo. sic quodammodo eõdem ratione dæmoniacam permissione diuina fuerũt illo tẽpore quidã alij cæteros excedentes in corpulentia & corporalibus viribus, vt alios inducerẽt ad corporalia, & distraherẽt à diuinorum cognitione. Vnde primus excessus laudabilis & a Deo causatus et inde fuit in longitudine vitæ, quæ quidẽ vita q̃rie pertinet ad animã, quæ corpus viuificat. Secũdus vero excessus execrabilis fuit in quãtitate mole corporali potẽtias aiæ superiores ag grauante, &c.*

Incubi.

In eo. vj. ca. vbi dicitur in postilla: Aliter exponit Ra. Sa.

ADDITIO II.

Alij expositores Hebraeorũ hũc passum aliter exponunt, & fortè melius. Dicũt enim, q; cũ hic dicitur: Spiritus meus, *intelligitur anima humana quæ est à Deo in ipso homine inspirata: vt ī. Gen. ij. b.* Inspirauit in faciẽ hominis spiraculũ vitę. *Et vbi nos habemus:* Nõ permanebit spiritus meus in homine, *veritas litera Hebraica habet quoddã verbũ qđ vno modo derivatur à vagina, et est sensus:* dixit Deus. Nõ vaginabitur spiritus meus in homine. *s. nõ intrabit anima à me inspirata in homine. id est in corpore humano, in quo anima cõsideratur seu imaginatur imitare seu cõtineri sicut gladius in vagina.* In æternũ, *id est, de cætero: & per hãc sententiã videtur quòd Deus indicabat de cætero homines nõ esse procreandos. s. post. cxx. annos. Hoc etiam videtur sonare verba, quæ j. in hoc ca. circa hoc dicũtur. s.* Delebo inqt hominẽ quẽ creaui, &c. Et pœnitet me fecisse eos. *Ex quo videtur q; sententia lata erat cõtra totũ genus humanũ de cætero nõ procreãdũ seu p̃ successionẽ cõtinuandũ, fuit tamẽ cõtra hãc sententiã postea dispensatũ cũ Noë: & ideo subditur immediate:* Noë verò inuenit gratiã coram domino. *s. quod fuit à prædicta sententia exceptus cũ sua posteritate, vt statim sequitur. Cuius sententiæ diuina ratio subditur, cum dicit:* Quia caro est. Pro quo notãdũ, *quod cũ alia mouet corpus ad opera spiritualia bona, tũc*

Nota de auima.

est in

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in homine sicut spiraculũ vitæ, prout fuit in prima hominis cõditione.
A Sed cũ non posset corpus movere isto modo: sed potius ab eo aggravatur, seu detinetur, tũc videtur esse in homine sicut gladius in vagina: qui non movet cã, sed potius occultatur & detinetur in ea: & hoc est quod dicitur: Quia caro est, nõ dixit: quia carnalis est, sed quia caro est. q.d. totaliter videtur esse separatus ab anima in suo esse sicut gladius à vagina, aesi esset caro formata sine spiritu spiritualiter vivificãte. vel potest dici: Quia caro est, i. non inclinatur ad opera spiritus mei, sed ad opera carnis. et sic in vanũ videtur quòd spiritus meus innaigetur in corpore humano. Erũtq; dies illius, &c. exponatur sicut in alia expositione, &c.

In eo. ca. vj. vbi dicitur in postilla: Gigantes autem erant. i. homines proceri, &c.

ADDITIO III.

Gigantes. *Gigantes autẽ in hoc loco prout dictũ fuit suprà in alia additione cadentes dicuntur in Hebræo, quod proprie significat dæmones, vt ibidẽ dictum fuit: sed exinde derivatiũ est hoc nomẽ ad homines procera statura, & robustissimos corpore, qui generabãtur per illã commixtionẽ seu cucubitiũ incuborũ & succuborum, vel ex eis descendebãt, licet tales sic geniti essent veri homines, non cadentes de cœlo, sed de terra nati, & de talibus dicitur Nume. xiij. d.* Vidimus filios Enos de genere giganteo. *s. q̃ non erãt gigantes primo nati, sed ex giganteo genere modo prædicto. Nec ex hoc quòd tales fuerũt post diluuium, sequitur tales non fuisse genitos à dæmonibus, vt postillator videtur velle, quia eodẽ modo potuerũt generari post diluuiũ sicut & antea, quod veritas Hebraica etiã testatur, quæ in hoc loco sic dicit* Gigãtes *s. cadẽtes* erãt sup terrã in dieb⁹ illis, &c. etiã postea, cũ egressi sunt filij Dei ad filias hoĩm, illæq; genuerũt, &c. *vnde in hoc q̃ dicit* gigãtes erãt sup terrã in diebus, &c. *intelligit planè ante diluuiũ. Quod aũt immediatè sequitur.* & etiã postea, *intelligi debet post diluuium. s. quòd etiã post nati fuerunt gigantes sicut prius. s. ex concubitu dæmonum, licet non ex eorũ semine, sed humano,*
B *prout fuit suprà dictum, & inde per successionẽ humanã: licet fortè non tã frequenter post diluuium sicut ante, vel quia homines non sunt ad hoc ita dispositi, vel etiam quia non concurrebant tã frequenter aspectus siderum ad hæc pertinentium, quæ in hoc loco multum possunt operari.*

In eodem cap. vj. vbi dicitur in postilla: Pœnitentia autem & dolor & cætera passiones, &c.

ADDITIO IIII.

Pœnitentia & cætera passiones, inquantũ defectũ inportant, nõ dicũtur esse in Deo, nec secundũ rem, nec secundũ similitudinẽ. Malũ enim licet cognoscatur a Deo, nõ tamẽ habet ideam in Deo, nec secundũ quòd est exẽplar, nec secundũ q̃ est ratio, prout patet in prima parte. q. xv. art. iij. in respõsione ad primũ arg. Vnde verius & tutius dicitur, quòd huiusmodi passiones dicũtur de Deo secũdum similitudinem effectuum. s. quòd à Deo producuntur effectus similes effectibus à pœnitente productis. Magna enim differentia est inter huiusmodi locutiones. nam prima ponit similitudinem inter Deum & pœnitentem inquantum est pœnitens, quod est inconueniens. Secunda verò non ponit similitudinem nisi inter effectus à Deo productos, & effectus productos a pœnitente.

In eo. cap. vj. vbi dicitur in postilla. non loquitur hic de fœdere quod pepigit cum Noe.

ADDITIO V.

Dicere quòd mali homines illius tẽporis volebãt interficere Noe, si viderẽt ipsum intrare in arcã, videtur fictitiũ, cũ nullũ habeat in scriptura fundamentũ. Nec etiam hoc requiritur ad planũ sensum litere habendum. Indigebat enim Noe maxima cõservatione diuina, ne periclitaretur cũ suis in tot fluctibus & maximis inundationibus. similiter in riparũ cõcussionibus in quibus sæpe periclitãtur etiã experti in arte navigandi. vnde requirebatur fœd⁹ diuinũ, seu eius securatio ad hoc vt ab huiusmodi periculis esset tutus ad humani generis reparationem. Vnde Glo. interlinearis in hoc loco vbi dicitur. Ponamq; fœdus meũ, *dicit de te & familia tua cõseruanda ad reparationem humani generis, ad quod litera sequens satis concordat, cũ dicitur:* Ingredieris arcam tu & filij tui, *hoc est, ingredi potes securus à periculis occurrentibus.*

C

REPLICA.

Correctoris cõtra Burg. In cap. vj. vbi postillator refutat eorũ expositionẽ qui p filios Dei *dicũt intelligi debere dæmones incubos, &c. Bur. opponẽs se dicit illã expositionẽ esse cõformem literæ & dictis beati Aug. Primũ declarat, quia vbi litera nostra habet* gigãtes, *litera Hebraica habet* Nephilim, *quod nihil significat nisi cadentes, quod propriè cõuenit dæmonibus. Ad secundũ probandum adducit beatũ Aug. xv. cap. xxiij. de ciui. Dei dicentem: quòd impudentia est negare quod à multis expertis cõfirmatur sicut de incubis. Sed his nõ obstantibus nõ videtur de incubis litera præsens exponenda, nec Glossa nostra ordinaria sic exponit. Argumentum autem Burgen. de dictione Hebraica, scilicet Nephilim, quam dicit significare cadentes, non multum cogit, quia non solum dæmones, sed & quicunq; peccatores dicuntur in scriptura cadentes: iuxta illud Psal.*

Psal. 35. c. Apo. 14. b. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatẽ, *& in Apoc. Prauorũ casus sub nomine Babylonis geminatur cum dicitur:* Cecidit, cecidit Babylon, &c. *Cũ enim iustorũ cõuersatio sit in cœlis, & quidam ascensus, quid igitur peccatores sunt nisi de cœlis id est cœlesti conuersatione cadẽtes? Secundum dictũ Burgens. quod expositio de incubis sit conformis dictis beati Augustini non videtur verũ. nam beatus Augustinus. iij. de ciuitate Dei. ca. xiij. mouet quæstionẽ de hac materia, sed eam ibi non determinat. Quinto decimo autẽ libro. cap. xxiij. dicit quòd nõ audet diffinire de incubis, sed imprudentiæ est negare quod tã multorũ sententiis approbatur. vbi nõ negat beatus Augustinus incubos esse, vel fuisse: Sed hoc nihil est ad propositũ huius literæ, secundũ suã intentionẽ. Nam in eodem cap. allegato pertractãs hanc literam dicit, quando scriptura ponit quòd filij Dei ingressi sũt ad filias hominũ, p filios Dei intelligũtur de genere Seth. & per filias hominũ ille de genere Cain: vnde patet primò q̃ postillator secutus est beatũ Augustinũ. Patet secundò q̃ Burgen. truncatum vidit textum beati Augustini. Patet tertiò q̃ sicut hic ita sæpe Burgen. contra postillatorẽ fingit occasiones. Patet quartò q̃ Burgen. præfert expositionẽ Iudæorum infidelium sanctis doctoribus & Glossæ ordinariæ. quod tamen apud Burgensem est valdè reprehẽsibile: vt patet in quæstione sua præambula. Item in eodẽ ca. vbi postillator exponit hunc locum.*

Non permanebit spiritus meus in homine, &c. *De spiritu Dei, non de anima hominis, ad modũ beati Hieronymi. Glos. ord. & magistri historiarũ. Burg. verò quasi Hismael (cuius manus contra omnes) præponderat figmẽta Hebræorum omnibus, adducens modũ loquendi rusticalẽ. q. anima sit in corpore quasi gladius in vagina, cum tamen omnium vna vox sit, q̃ sit tota in toto, & tota in qualibet eius parte, qualiter gladius non est in vagina: nec gladius cũ vagina cõstituit totũ essentiale, sed vnũ per accidẽs, sicut cõtinens cũ cõtento, qualiter nõ anima cũ corpore: Nec ex hoc modo loquendi sequitur conuenire expositio literæ, cũ dicitur:* Nõ permanebit spiritus meus in homine, *vbi ipso loco* permanebit, *dicit in Hebræo poni* inuaginabit, *quia hæc vaginatio animæ quã describit nõ est in homine, sed in corpore, cũ litera dicat:* Nõ permanebit, spiritus meus in homine, quia caro est, *id est carnalis: illud etiã quod ad declarandũ suum propositũ ponit, non videtur valere, videlicet q̃ anima mouens ad opera bona, est in corpore vt spiraculum vitæ. Sed*
E *cũ non posset corpus inclinare ad bene operandũ, sequitur ex consequenti tunc peccatum non committi. Laudabile enim & vituperabile nõ nisi ex voluntate oritur, siue eliciente, siue imperante, & secundũ doctrinam beati Aug. j. retractã. c. xij. Vnde adeo peccatum voluntarium est, vt nullo modo sit peccatum, si non fuerit voluntarium. Vnde si anima foret in corpore cõtenta, actione carens in actu peccandi, sicut gladius in vagina: vtique animæ peccatum imputari non posset. Hic etiam Burgen. contra duas suas regulas suprà positas venit: Primò supponendo extra literam multa quæ in nulla sunt authoritate fundata. Secundo præponendo sententiam exortam Hebræorum expositioni communi sanctorum, & puto quòd non nisi in odium postillatoris. Item in eodem capitulo: vbi postillator dicit ex intentione Augustini. Gigantes gentes ex filiis Dei, id est de genere Seth, ingressos ad filias hominum de genere Cain: Burgensis instat dicens, quòd ex dæmonibus ex eo quòd Gigantes in Hebræo dicuntur Nephilim, id est, cadentes, quod suprà improbatum est & solutum: & specialiter videndum est quòd non plus dicitur in litera de Gigantibus, nisi quòd fuerint illis diebus super terram, & sic credendo Burgensis intentioni: nihil plus significaretur iuxta suam interpretationem, nisi quòd dæmones illis diebus fuissent super terram. Non dicitur autem in litera, quòd Gigantes id est, dæmones secundum eum, genuerint gigantes: quia per hoc significaretur quòd dæmones genuissent dæmones: Sed dicitur in litera filios Dei genuisse, & ad filias hominum ingressos, quos & quas irrationabiliter Burgensis Dæmones vel Gigantes appellat per ea quæ hic & suprà dicta sunt. Non negatur positio incuborum: & succuborum nec negatur quòd illis viis poterant generari gigantes, sed solum negatur haberi ex ista litera, prout negat beatus Augustinus. Et Burgen. digrediens & volens ostendere quare nunc non nascantur gigantes*
F *sicut tunc, dicit, quia non concurrunt ita frequenter aspectus siderum ad huiusmodi pertinentiũ, qui in hoc multum possunt operari. Quod dictum nihil facit ad sensum literalem, sed videtur fauere errori Mathematicorum & fatorum, quo dicitur homines disponi variè ex constellationum varietate, quem reprobat beatus Augustinus. & beatus Gregorius, & alij sancti doctores. Item in eodem capitulo vbi postillator dicit passiones humanas secundum similitudinem cadere in Deum nullo modo secundum rem, similitudine tamen attenta non penes Deum & pœnitentem, sed penes effectus vtriusque: & hoc exemplum postillatoris cũ dicit, quòd Deus se habuit sicut volens dissipare quod fecerat: circa quem modum dicendi Burgensis laborat, sed redit in idem. Item in eodem capitulo vbi postillator dicit fœdus Dei cum Noe pertinere ad defensionem eius à malis hominibus & cætera: non excludit, quin pertinebat ad quasdam alia pericula, quorum aliqua Burgensis tangit: Sed quòd Burgensis dicit præfatum modum dicendi postillatoris esse ficticium, & ad sensum literalem non pertinere: fruſtra & calumniosè loquitur: nam ad habendum literæ veritatem secundum Augustinum in principio tertij libri de doctrina Christiana, non est abiciendum quicquam in expositione sacræ scripturæ, nisi quod fidem impedit. Dictum autem postillatoris fundatur super manifesta verisimilitudine non impediente, sed promouente fidem, est enim verisimile, si Abel iustus cum vnico iniquo Cain non potuit esse securus, quod Noe iustus (ex ista litera) minus inter tot reprobos securus fuisset, nisi iuxta fœdus Dei fuisset protectus à Deo.*

CAP.

CAP. VII.

A

2 EX omnibus animantibus mundis, &c. RABANVS. Nõ geminatum septenarium, id est, xiiij. sed tantum septem debemus accipere. Similiter duo & duo, non quatuor, sed tantum duo, masculum & fœminam. Et notandum quòd munda animalia impari numero, id est septenario introducuntur. Immunda verò pari, quia impar numerus virtutis speciem portendit, par verò infirmitatem. Plura sunt munda, vt egressus Noë de arca haberet quid immolaret & manducaret.

Præcipitur Noe arcam ingredi.

Noe iustus. Hom. 24. in Gen.

✻ CHRYSOSTOMVS. Vnde sciebat iustus quę munda & immunda? Nõdum enim erat distinctio hæc facta in lege Mosis. Cõsidera quomodo in nonnullis locis ab aliquibus abstinent aliqui, vt immundis & non probatis, aliqui illis ipsis vescuntur, consuetudine se ad hoc inducente: sic & tunc quoque erat. Ipsa scientia à Deo insita docebat, quænam ad cibum accommoda & quæ immunda non vt sint, sed vt pro immũdis habeantur. Nam quare asinum immundum censemus, cum tantum leguminibus pascatur. Posset autem aliter dici quia Deus qui præceperat, idem & scire ea manifestè fecit.

† 32. q. 1. c. nuptiæ.

Alias † tolle.

B

In cap. 6.

✻ PROCOPIVS. Ausus est pronũciare Bardesanes, alium esse qui dixerat bina & bina, & alium qui septem & septem. Nam Hebræorum gens aliis atq; aliis nominib⁹ appellat Deum. Et proinde duos fuisse gestit concludere, qui illa protulerint. Verum munda & immunda vocantur animalia, non quòd Deo talia esse videantur, qui fecit omnia valde bona. Sed sic à nobis & ab his qui illo seculo viuebant iudicabantur.

Quæst. 20.

✻ THEODORETVS. Septena de mundis seruari iussit, vt pietatis cultores ex his sacrificandi haberent, & quia hominibus vt carnes comederent permissurus erat, ita vt sex ad propagationem, vnum ad sacrificium sufficeret.

ISIDO. *Ex omnibus animantibus, &c.* Non quòd plures sint boni quàm mali, sed quia boni *seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis*, qui septiformi operatione commendatur. *Sapientia, intellectus, consilij, fortitudinis: scientiæ, pietatis, & timoris domini.* Vnde quinquagenarius numerus ad aduentum spiritussancti pertinens in septies septem consummatur: qui sunt quadraginta nouem vno addito. Vnde: *Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Mali verò in binario continentur tanquam diuisibiles, & ad schismata faciles. Noë verò cum suis octauus numeratur, quia in Christo spes resurrectionis apparuit, qui octaua die, id est, post sabbati septimam resurrexit: qui dies à passione tertius in numero dierum, qui per omne tempus voluuntur & primus & octauus.

Septem dona Spiritussancti. Ephe. 4. a.

AVGVSTINVS. Quæritur vtrum tam magna arca centum annis potuit fabricari à quatuor hominibus, id est, Noë & filiis eius tribus. Sed si non potuit, non erat magnum alios fabros adhibere, quamuis operis sui mercede adepta, non curauerunt vtrum Noë sapienter, an inaniter faceret, & in eam non intrauerunt, quia non crediderunt quod ille credidit.

Quæstio. In quæstionibus super Genes. † 2. Pe. 2. b.

b *Ego pluam, &c.* ISIDOR. Quia omnis reatus contra decalogum committitur per vniuersum orbẽ, qui partibus quatuor diuiditur. Quater verò decem quadraginta fiunt. Siue reatus contrahatur ex prosperitate, quod pertinet ad dies, siue ex aduersitate, quod ad noctes in baptismo abluitur.

✻ AMBROSIVS. Cur postquam Noë ingressus est in arcam, post septem dies diluuium factum sit. Tot interpositi sunt dies, quot in constitutione mundi fuerunt. Sex enim diebus factus est mundus, septimo requieuit. Quo declarauit se esse auctorem mundi & diluuij. Mundum propter suam bonitatem condidit, diluuium fecit nostrorum merito delictorum. Admoniti sunt ergo homines, vel ex numero dierum quibus mundus est conditus, quod conditorem suum non lacrymis solum & precatione, sed correctione morum reconciliare debuerant. Secundum est, vt hinc domini clementiam colligamus, quia multorum annorum offensionem, paucis diebus si pœnituisset eos, voluisset relaxare.

Lib. de Noe & arca cap. 13.

c ✻ *Ego pluã super terrã quadr. dieb. & quadrag. noct. b. & deleb. &c.*

IDEM. Delebo tanquam apices qui delentur sine fraude librorum & sine imminutione tabularum. Attramentum delet⁹, sed lignum manet. Delentur elemẽta, vt scribantur plerunque meliora. Delebo corruptelam carnis, vt scribam in libro vitæ.

a Erata.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP VII.

1 DIxitq; dominus ad eum. *Hic consequenter describitur*

Status Noe describitur.

status Noë: & primò in diluuio existente super terram, Secundò in illo recedente. viij. c. Circa primum primò describitur Noë ingressus in arcam. Secũdo diluuij accessus super terram ibi, Anno sexcentesimo vitæ Noë. *Tertiò diluuij excessus, ibi:* Factum est diluuium. *Quartò creaturæ viuentis decessus, ibi:* Consumptaq́ue est omnis caro. *Circa primum sic dicit.*

C

2 Ingredere tu, &c. *id est, præpara te ad ingressum. quia post septem dies ingressus est, vt dicitur infra.*

3 Ex omnibus animãtibus mũdis. *Dicũt hic aliqui q̃ munda & immunda dicũtur hoc pro futuro. i. quæ distinguẽda sunt munda ab immundis per legẽ dandã tempore Moysi. Hebræi autẽ dicũt quod ante legẽ fuit distinctio mundorũ & immundorũ, maximè quãtum ad oblationẽ & sacrificiũ, vt patet per illud quod dicitur ca. sc. vbi dicitur quòd Noe obtulit sacrificiũ de animalib⁹ mũdis tantũ. Vnde & aliqua legalia seruata sunt ante legẽ, sicut de obseruatione sabbati: vt patet suprà. ij. c. & de prohibitione esus sanguinis: vt patet. j. ix. c. & de circũcisione: vt patet. j. xvij. ca.*

Andreæ refellit opinionem.

4 Septena & septena, &c. *Ex hoc loco dicit Andreas q̃ de animalib⁹ mundis fuerunt quatuor decim: septẽ masculi & septẽ fœmellæ, ex immundis verò duo, masculꝰ et fœmella. Et arguit hic ex textu, quia ibi dicitur j.* Ex oĩ qđ mouetur super terrã duo & duo ingressa sunt ad Noë in arcam. *Et postea, & quæ ingressa sunt masculus & fœmina ex oĩ carne introierũt & ideo ex hoc reprobat dictũ eorũ qui dicunt, q̃ de animalibus mũdis & auibus fuerũt septẽ tantũ indiuidua. Sed ad multiplicandũ per generationẽ, videlicet tres masculi & tres fœmellæ, septimũ autem etiã fuit masculus, vt haberet Noë quod offerret in exitu de arca, quia vt arguit*

D Septem dona Spiritussancti.

Ixitq; dominus ad eum: Ingredere tu & omnis domus tua in arcam. † Te enim vidi iustum coram me in generatione hac. † Ex omnibus animantibus mundis

a ¶ Vt plura essent quæ hominibus prodessent, quam quæ nocerent.

† tolles septẽna & septena masculum & fœminam: de animantibus

¶ Omnia munda sunt naturaliter: sed comparatione melioris naturæ quædam dicuntur immunda: sicut bos leone melior: quia homini necessarior propter quem creata sunt omnia.

verò immundis duo & duo, masculum & fœminam: Sed & de volatilibus cœli septena & septena, masculum & fœminã, vt saluetur semen super faciem vniuersæ terræ. Adhuc enim & post dies septem, ego pluam super terram quadraginta diebus & quadra-

1 2 4 5

B E

Hic agitur de arcæ ingressu & ingressorum salute & cæterorum interitu. Quantum ad primum omnia verbo Dei sunt ingressa, ideo dicitur.

1 *Dixitque dominus ad eum: ingredere, &c.* & per ipsum in arca sunt inclusa, ideò subditur.

† 1 Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Noe ætat. 600.

a *Erat.] sexcentorũ annorum.&c.* ISIDORVS. Quingentorum annorum erat Noë cum præcepit ei dominus vt arcam faceret: & sexcentorum cum iam ingressus esset. Vnde colligitur per cētum annos arca fabricata. Centum verò anni significant singulas ætates sæculi. Vnde sexta completis quingentis vsq; ad sexcentos significat in manifestatione euāgelij ecclesiam construi. Qui ergo vult vitam, sit lignum quadratum, paratus ad omne opus bonũ, & intret in fabricam sanctam. Secundus quoque mensis sexcentesimi anni, significat senariam ætatem. Duo enim menses sexagenario cōcluduntur. A senario autem sexaginta nuncupantur, & sexcenti. & sex milia: & lx. milia, deinceps in maioribus summis dum per eundem articulum numerus consurgit. Quia vigesimus & septi-

†Mat. 24.d. Luc. 17.f. 1.Pet. 3.d.

b mus dies memoratur, ad quadraturam pertinet, de qua supra scriptum est. Sed & hic apertius dicendum, quia nos ad omne opus bonum paratos trinitas efficit. Memoria qua Deum recolimus, intelligentia qua cognoscimus, & amore quo diligimus. tria enim ter & hæc ter, fiunt. xxvij. qui est ternarius quadratus.

Noe ingreditur arca.

Hom. 25.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quæritur, Quare cum dixerit dominus, Centum

B viginti anni erũt dies eorum, antequàm implerentur anni promissi, introduxit vniuersale excidium. Etiam hoc misericordiæ suę maximum est argumentum: c Nam quoniam vidit quotidie illos incurabiliter peccare, & non solùm nihil ex indicibili lōganimitate sua proficere, sed & incrudescere vlcera, propterea d succidit tempus, ne maiori scilicet pœnæ se obnoxios facerent.

b *Ingressus est Noë, &c. & vxor, &c.* RAB. Notandũ q̃ seorsum ingreditur in arcam Noë cum filiis suis, & vxores eorum seorsum. Ideo distinctè dicitur,

1 In die hac tupti.

c *Ingressus est Noe & filij eius*, & distinctè additur, *vxor eius & vxores filiorum eius.* Mixtim aũt viri cum mulieribus egressi sunt. Sic enim scriptũ est: *Egressus est Noë & vxor eius. Tempus enim ampletendi & tempus abstinendi.* Eccl. iij. a.

D

b *Cumq; transissent, &c.* ISID. Quia in spe futuræ quietis, quam significat septimus dies, baptizamur, omnis caro extra arcam diluuio cōsumpta est, quia extra ecclesiam aqua baptismi quamuis eadem sit, non valet ad salutem, sed ad perniciem.

d *Anno sexcentesimo, &c. Allegori.* Notandum quòd sexcentesimo anno inundauerunt aquæ diluuij, quia sexta ætate mundi, primò commendatum est sacramentum baptismi, & hoc septimadecima die secundi mensis, quia denarius decalogum significat. Septenarius propter sabbatum septimam requiem significat, & quia in decalogo renunciatio vitiorum videtur quicunque in baptismo initiatur, propter æternam requiem, omnibus vitiis se abrenuntiare profitetur.

e *Cataractæ.* Fenestræ, nubes, scilicet, quæ sunt apertæ, vt inde insolitæ & maiores pluuiæ funderentur. Cataractę verò propriè sunt ostia Nili, sed abusiuè pro omnibus fenestris ponuntur.

Cataractę verbo græco quod est rumpo, & cido, vnde deorsum ruo.

✠ CHRYSOSTOMVS. Omnia loquitur iuxta humanam cōsuetudinem, non quod cataractæ & fenestræ sint in cœlo, quasi diceret, præcepit tantùm Dominus, & statim aquarum natura mandato conditoris obediuit, & vt confluxit, totum orbem illuit.

Hom. 25. E

✠ RVPERTVS. Si quæras, vnde tanta moles aquarum? Facilis est responsio, quia inde venerunt, quo abierant, dicente Deo, *Congregentur aquæ quæ sub firmamento sunt in locum vnum, & appareat arida.* Item si quæras, quò data requie recesserint? Notum est secundum Ecclesiasten, quòd omnes aquæ atque torrentes, per occultas venas ad matricem uertuntur abyssi.

Lib. 2. in Genesin, cap. 20. Gen. 1

RAB. De arca solet quæri: vtrum tanta capacitate, quanta describitur, animalia omnia quæ ingressa dicuntur, & escas eorum, ferre potuerit? Quod cubito geometrico soluit Origenes, asserens nō frustra dictum

✠ esse

a ¶ Sæpe malorum nequitiam increpando replicat mala vetera denunciat, vt vel sic ad pœnitentiam moueat.

ginta noctibus, & delebo omnem substantiam quam feci de superficie terræ. Fecit ergo Noë omnia

a quę mādauerat ei dominus. Eratq; sexcentorum annorum, † quando diluuij aquæ inundauerunt super

a ¶ Seorsum viri.

terram, † Et ingressus Noë & filij

a ¶ Seorsum fœminæ, quia abstinendum est in affectionis.

eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcā propter aquas diluuij. De animantibus quoque mundis & immundis: & de volucribus, & ex omni quod mouetur

a ¶ Nutu diuino quomodo adducta sunt ad Adam vt nominaret ea.

super terram, duo & duo ingressa sunt ad Noë in arcam masculus & fœmina, sicut præceperat Deus Noë. Cumq; transissent septē dies,

a ¶ diuino nutu.

aquæ diluuij inundauerunt super

a ¶ Quod superius prætaxatum est, per ordinem exequitur.

terram. Annò sexcentesimo vitæ

a ¶ Nisan quia latinus mensis dicitur.

Noë, mēnse secūdo septimodecimo die mensis

1 rupti sunt omnes

fontes abyssi magnæ: & cataractæ

5 cœli apertę sunt, & facta est pluuia

1 In articulo diei illius illo eodem die.

2 Et ingressus est Noë & filij

a ¶ Seorsum fœminæ, quia abstinendum est in affectionis.

3 Et omne animal secundum genus suum, vniuersaque iumenta in† genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumq; volatile secundum genus suum. Vniuersæ aues omneſq;, volucres ingressæ sunt ad Noë in

a arcā, bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus vitę. Et quæ ingressa sūt, masculus & fœmina ex omni carne introierūt, sicut præceperat ei Deus, & inclusit

a ¶ Quod homo facere non poterat, ne aquæ introirent. Deus exterius bituminauit.

2 eū dominus de foris. Factumq; est diluuium quadra-

suprà j.c.

b 3 ginta diebus super terram, & multiplicatę sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerūt in superficiæ terræ. † Porrò arca ferebatur super aquas, & aquæ

4 prævaluerunt nimis super terram, operticque sunt oēs

Omnia diluuio pereūt.

c mōtes excelsi sub vniuerso cœlo. Quindecim cubitis

5 altior fuit aqua super mōtes quos operuerat. Cōsumptaq; est oīs caro, quę mouebatur super terram, volucrum, animantiū, bestiarū, omniumq; reptilium quæ

6 reptant super terram. Vniuersi homines & cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. † Et

Sap. 10.a. 25.q.5. cap. quid ergo. 6.dist.c-non est.§.natura le. Augustin. in quæstio. super Gene.

7 deleuit omnem substantiā, quæ erat super terram ab homine vsque ad pecus, tam reptile quam volucres

d cœli, & deleta sunt de terra. † Remansit autem solus

8 Noë, & qui cum eo erant in arca. Obtinueruntque

9 aquæ terram centum quinquaginta diebus.

D

nec nubes videri, nec ventus sentiri, cur non & aquæ crescendo? Septima verò requies cum octaua resurrectione iungitur. Reddito enim corpore, sanctorum requies non finitur quæ post hanc vitam datur. Sed totus homo non iam spe, sed ipsa re, corpore & spiritu perfecta & immortali salute renouatus, in æternā vitā assumitur. Hoc ergo in sacrāmēto regenerationis nostræ, id est baptismo altum mysterium est, altum quòd quindecim cubitis excreuit aqua super omnem altitudinem montium. Septem enim & octo quindecim fiunt. Septenarius quietem, octonarius significat resurrectionem. Hoc igitur sacramentum resurrectionis & quietis transcendit omnem sapientiam superborum vt non possint † indagare scientiæ altitudine resurrectionis quietem. & quia septuaginta à septem, & octuaginta ab octo, nominamus, coniuncto vtroq; numero 150. diebus exaltata est aqua, commendans & confirmans eandem baptismi altitudinem in consecrando nouo homine, ad tenendam quietem & fidem resurrectionis.

Sap. 10.a. Ecclc. 39.c.

Alias† genus suum.

alias † indicare.

E

Quindecim. Sunt qui putant, nec terræ qualitatem, nec altitudinem montium tantam ante diluuium fuisse qualis & quanta est hodie.

Nota de montibus.

d *Deleta sunt de terra.* ALCVI. Ideo magis terrena animalia quā aquatilia perierunt, quia de maledicta terra viuūt.

a *Adduxit*

NICOLAVS DE LYRA.

Mathusalem vt dicunt Hebræi, de quo supra dictum est, quod mortuus fuit anno diluuij. volait enim dominus eum honorare propter iustitiam suam. & ideo noluit quod inundaret diluuium donec transissent dies luctus eius. Dicunt etiam quod isti septem dies propter hanc causam fuerunt additi ad terminum supra taxatum. cxx. annorum in capitulo sex-

C *to ibi:* Eruntque dies illius. cxx. annorum.

1 Eratque sexcentorum annorum. *Non quòd Noë tunc quòd complesset annum sexcentesimum, sed quia inchoauerat. Patet ex hoc loco, quòd ædificatio arcæ duranit per cētum annos fere, tantum enim tempus appositum est ad ostendendum patientiam Dei expectantis peccatorum pœnitentiam, & admonentis eos de pœnitentia per ædificationem prædictam & ipsius Noë prædicationem.*

Ædificatio arcæ 100. ann.

2 Et ingressus est Noë, &c. *Separatim nominantur viri à mulieribus ingrediendo arcam: & ex diuino præcepto, ad ostendendum quòd quamdiu fuerunt in arca, fuerunt separati quantum ad thorum, sicut patebit magis infra.*

Diluuij inundatio.

3 Anno sexcentesimo, &c. *Hic describitur diluuij accessus super terram, & primo quantum ad tempus, cum dicitur:* Anno sexcentesimo.

Diluuij accessus super terram.

Apud Hebræos duæ sunt opiniones circa hoc: quia Ra. Heliezer & sui sequaces dicunt quòd iste secundus mensis octobris. qui Hebraice nominatur מרחשואן *marheſuan. Dicunt enim q̃ primus mensis anni est* תישרי *tisriquì nobis est september: in quo arbores sunt perfectæ in suis fructibus: quia hic productæ sunt à principio vt patuit supra. c. j. Et ideo quia mūdus videtur fuisse creatus in isto mense: ideo dicunt eum esse primum simpliciter in anno, quia in eo à principio inceperunt anni & menses. Ra. Iosue & sequaces eius dicunt quòd ipse est secundus mensis* יאר *Iard. id est Aprilis: quia Martius qui Hebraice nominatur* בישא *nisan, vocatur primus. vnde Exo. xij. d. præcipitur immolare phase. xiiij. lunæ ad vesperam primi mensis. Sciendum tamen quòd martius Hebræorum aliquando concurrit cum Aprili nostro. & ideo aliqui doctores nostri dicunt quòd Aprilis est primus mensis apud Hebræos. & plenius de hoc dicetur Exo. xij. a. Incipiunt enim ipsi annum a nouilunio quod est equinoctio verno propinquius: siue præcedat: siue sequatur. Prima autem opinio communius tenetur apud Hebræos, & rationabiliter vt videtur, quia in aliquo genere aliquid bene nominatur primum non quia sit primum simpliciter. sed propter aliquem notabilem euentum. sicut. j. Mach. j. a. primus annus Alexādri magni vocatur primus annus regni Græcorum, propter facta notabilia Alexandri: & tamen ante eum fuerunt plures reges in Græcia. Ita etiam videtur dici de Martio quòd tunc sit nominatus primus mēsis apud Hebræos propter exitum eorum de terra Ægypti in illo mēse.* F *et hoc videtur litera sonare. Exo. xij. a.* Dixit quoq; dominꝰ ad Moysen: mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni. *ac si diceret. licet de præterito non fuerit primus nominatus de cetero tamen erit ex causa dicta.*

4 Rupti sunt omnes fontes. *Nomine ruptionis vtitur ad ostendendum, quòd istud diluuium non processit ex causa naturali: sed supernaturali & ideo deridendi sunt illi, qui huius diluuij volunt causam naturalem assignare dicentes: quod causa fuit coniunctio planetarum humidorum in signis pluuialibus, ex qua coniunctione factum fuit istud diluuium. Et eodem modo volunt assignare causam incendij futuri ante iudicium per coniunctionem planetarum calidorum in signis calidis. Licet enim diluuium particulare in aliqua parte terræ causam habeat naturalem, generale tamen diluuium maximè in 12 10 excessu quòd quindecim cubitis transcendat cacumina montium, non potest naturaliter euenire. Vnde & philosophus secundo metheo. dicit quòd cum vna pars terræ, quæ prius erat arida, operiretur mari, alia pars in alia regione, vbi erat mare, discooperitur, & fit arida: Sed quòd tota terra simul cooperiatur aquis, secundum eum impossibile videtur, nec virtute aliqua naturali potest tantum de aliis elementis conuerti in aquam, quòd excedat capita montium: maxime in tanta altitudine.*

Diluuij & naturale & causam eius quod

5 Et cataractæ cœli, *id est fenestræ. Loquitur hic methaphoricè, nec loquitur de cœlo stellato, sed de cœlo aereo, vbi generantur nubes & pluuia.*

✠ In

NICOLAVS DE LYRA.

1 In articulo diei illius. *Articulus importat rem distinctam & manifestam. Deus enim fecit ingredi Noë de die clara & manifesta. ad ostē-*

C *dendum quod poterat eum tueri a malis hominibus illius temporis, qui cogitauerant eum occidere. Cætera patent vsque ibi.*

2 Et inclusit eum dominus de foris. *Noë enim intra arcam exiſtens, non potuit ostium extra bituminare, & ideo dominus supplenit quod homo non potuit. vnde & Hebraica litera habet:* Et clausit dominus pro eo.

3 Factumque est diluuium. *Hic ponitur diluuij excessus, quia ascēdit vltra cacumina montium: & patet litera vsque ibi.*

4 Porrò arca ferebatur super aquas. *Non est intelligendum, quod tota arca esset super aquas, sed quantum ad maiorem partem. Duodecim enim cubitis profundata fuit intra aquas, vt videbitur in sequenti capitulo.*

5 Quindecim cubitis &c. *eodem modo accipiendi sunt cubiti sicut supra.*

6 Consumptáque est omnis caro. *Hic consequenter describitur creaturæ viuentis decessus, & patet.*

7 Et deleuit omnem substantiam, *scilicet viuentem. ideo sequitur:* Ab homine vsque ad pecus. *sequitur.*

8 Remansit autem, &c. *Ex hoc patet falsitas aliquorum Iudæorum dicentium, quod Og qui postea legitur rex Basan, propter sui magnitudinem & fortitudinem euasit diluuium. Hoc enim dictum manifestè* Og rex. F *contradicit huic litera. ac etiam precedenti. cum dicitur:* Consumptaque est omnis caro, *& sequitur:* Vniuersi homines & cuncta in. *& cætera.*

9 Obtinueruntque aquæ &c. *scilicet computando à principio inundationis diluuij vsque ad diem qua aquæ cœperunt minui: scilicet post centumquinquaginta dies, ideo dicitur in textu sequenti.* Et cœperunt minui post centum quinquaginta dies. *Ra. Sa. dicit quòd isti centū quinquaginta dies computādi sunt à fine descensus pluuiarū. Ita quòd dies quadraginta præcedit quibus facta est pluuia, & sic exponit,* obtinuerunt, *scilicet, in magnitudine & fortitudine sua. Et sic secundum eum à principio inundationis vsque ad inchoationem decrementi aquarum fluxerunt centum nonaginta dies. Et quod dicitur:* Et cœperunt minui post centumquinquaginta dies: *exponi à fine descensus pluuiarum: scilicet postquam aquæ obtinuerant in fortitudine sua terram.*

Recordatus

MORALITER.

2 *Et inclusit eum dominus de for.* Per quæ significatur, quòd nullus perfectionem virtutum ingreditur: nec in ea permanet, nisi Dei gratia adiuuetur. secundæ Corin. tertio. b. *Non quòd simus sufficientes aliquid cogitare a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Et si non possumus cogitare, multominus facere. Quantum ad secundum, sicut patet ex textu, in arca saluatæ fuerunt aues, bestiæ, & similiter saluati fuerunt homines. per quod designatur, quòd in arca virtutum saluantur contemplatiui ad alta volantes, & actiui in terra agentes: & prælati vtrisque præsidentes. Quantum ad tertium omnia quæ fuerunt extra arcam, mortua fuerunt, ideò dicitur.

6 *Consumptaq; est omnis ca. &c.* Nam exclusi ab ædificio virtutis iam mortui sunt morte culpæ, licet adhuc viuant vita naturæ, sicut dicitur Apocal. iij. a. *Nomen habes quòd viuas, & mortuus es.*

Hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. VIII.

Psalm. 1.a. 2 *Adduxit spiritum super terram, &c.* ALCVIN. De illo spiritu intelligi potest, de quo dictum est *Spiritus Dei ferebatur super aquas*, tunc ferebatur vt cõgregatis in† suum locum terra appareat: nunc adducitur, vt ablatis aquis diluuij, faciem terræ reuelaret. Potest per spiritum ventus intelligi, iuxta illud Psalm. cvj. c. *Et flatit spiritus procellæ*, cuius scilicet flatibus aqua recederet.

Alias, † vnū.

✲ THEODORETVS. Non solent aquæ vētis imminui, sed potius fluctuare, atque turbari. Iam enim hoc pacto, a etiam rapacissimi sinus essent exhausti. Spiritum ergo diuinum innuit, quo sanè omnia fiunt, & agitata quiescunt.

b *Reuersaq; sunt, &c.* ALCVI. Videtur quod omnis fluuiorū decursus per occultos meatus ad abyssum redeant: Iuxta illud Eccle j.b. *Ad locum vnde exeunt flumina reuertentur.*

c *Requieuitq; arca mẽse, &c.* ISID. Septenariam requiem significat, & quia perfecti requiescunt ibi, supradictæ quoque quadraturæ numerus iteratur. Nam vicesimaseptima die secundi mensis

1 Reuersæque sunt. B commendatur sacramentum, & rursus vicesimaseptima die septimi mensis cõfirmatur, cũ arca requieuit: quod enim promittitur in spe, exhibetur in re.

In quæst. Hebraicis. ✲ HIERONYMVS. Ararat, Armenia. Siquidem in montibus Ararat, arca post diluuium sediſſe perhibetur, & dicuntur ibidẽ vsq; hodie manere vestigia. Iosephus in primo antiquitatũ libro, meminit. Animaduertens, inquit, Noë terrã diluuio liberatã, septem alios dies abire permisit & vniuersa animalia, patẽtibus clausſtris emittẽs, ipse cũ sua prole egressus est. D Hunc locum Armenij exitum vel egressum vocant. Siquidem cultores illarum regionum arcam primam sediſſe testantur, & lignorum quædam supereſſe monimenta. Arcæ huius & diluuij omnes qui barbaras scripsere historias, recordantur, quorum vnus est Berosus Chaldæus, qui super diluuio referens, hæc locutus est: Dicitur huius nauis in Armenia propter montem Carduenorum pars aliqua permanere.

✲ GLOSSA GRAECA. Attende antè diluuium in æquinoctio factum fuisse, quando humanum genus primò conditum fuit, vt Noë sit primus Adam secundi mundi.

AVGVSTINVS. Quæritur vtrum post centum quinquaginta dies hæc facta sunt, an per recapitulationem omnia rememorata, quæ post quadraginta dies pluuię cœperunt fieri, vt hoc solum centumquinquaginta dies pertineat, quod vsque ad ipsos montes aqua est exaltata, aut de fontibus abyssi iam ceſſante pluuia, aut quia manſit in altitudine nullo spiritu siccante. Cætera verò, quæ dicta sunt non post centum quinquaginta dies omnia facta sunt, sed commemorata: quæ ex fine quadraginta dierum fieri cœperunt. E

d *Decimo enim mense.* Notãdum, quòd decimo mense apparuerunt cacumina montium, quæ. xv. cubitis exceſſerant aqua diluuij, quia sacramenta æternæ quietis & gloria resurrectionis (quam nesciuit sapientia superborum) intellexit eminentia sanctorum per impletionem præceptorum vnde Psal. cxviij n. *A mandatis tuis intellexi.* Et alibi Luc. x. d. *Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

☞ a *Egre-*

☞ a *Egrediebatur.* ISIDO. Quòd post xl. dies coruus non rediit, A aut aquis interceptus, aut cadauere natante illectus, figurat immunditia cupiditatis teterrimos: & ideo his quæ foris sunt in mundo nimis intentos, aut rebaptizari, aut ab his quos præter arcam, id est, ecclesiam baptismus occidit, seduci & teneri.

in quæst. super Gen. AVG. Quæritur vtrum coruus mortuus sit, an aliquo modo viuere potuerit? Si enim fuit terra, vbi requiesceret,

alias † non veniſſet. similiter columba requiem † inuenisset. Vnde coniicitur, quòd cadaueri potuit coruus insidere, quod naturaliter refugit columba.

de Noe & arca. c. 17. Non reuertebatur, deest negatio in Heb. Allegoricè. ✲ AMBR. Quærẽda causa, nec tantum latet, quantum ad literam pertinet, quia plerique quasi annuncium futurorum coruum æstimãt, & voces eius b obseruant, volatúsque rimantur.

b *Emisit quoque.* ISID. Emissa columba, nec inuenta requie reuersa, significat per nouum testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam, post quadraginta enim dies emiſ- c sa est, quo numero vita quæ in mundo agitur designatur.

STRAB. Arca continet coruum & columbam, & ecclesia bonos & malos. B Coruus emissus non reuertitur, quia re- d probi illecebris sæculi inhærentes pereunt. Columba rediit, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo, quia

† De sacra. vnc. c. vni. co ante fi. sancti simplicitate gaudentes, munus pacis in ore portãt: dicẽtes. Psal. cxix. a. e *Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis, &c.* D

c *Reuersa est.* Quæstio est: Quomodo columba non inuenerit vbi resideret: cum iam nudata essent cacumina montium, secundum narrationis ordinem? Quod recapitulatione potest solui, vt posterius narrata intelligantur, quæ facta sunt prius, aut potius nondum sic data fuerunt.

Quæstio de columba redeunte.

1 ✲ GLOSSA GRAECA. Columba requiẽ non inuenit, vel quia per aërem humidum difficulter volabat, vel quia 2 nullum sui generis inuenit. Coruus verò qui humidis gaudet, innantibus, vel 3 corporibus sic pernatãtibus, requieuit. 4 d *Expectatis, &c.* Post septẽ dies alios, dimissa colũba propter septenariã operationẽ spiritualem, oliuæ fructuosum furculum † retulit, signãs multos extra 5 ecclesiam baptizatos, si pinguedo charitatis non defuerit, posteriore tempore in ore columbæ tanquàm in osculo pacis ad vnitatis societatem † reduci.

alias † detulit.

alias † adduci. cap. 18.

✲ AMBROSIVS. Sed vnde cognouit Noë quod defecit aqua de terra? primò quia potuit intelligere, vtrum ficum an humidum folium esset allatum. 8 Deinde quia non est huiusmodi columba, vt possit fructus latentes sub aqua eruere.

E 1 Manum suam.

e *Portans ramum.* ALCVI. Columba ramum oliuæ expulso teterrimo alite, ad Noë post diluium portat, quia columba spiritussanctí ad Christum post baptismum veniens, ramo refectionis & luminis pacem annunciat.

a *Expe*

Diuisio. REcordatus autem dominus Noë. *Hic consequenter describitur status ipsius Noe in diluuio recedente: & primò describitur aquarum recessus, secundò hominum de arca egressus, ibi:* Locutus est autem dominus ad Noë dicens: Egredere. *Circa primum sic procedit, quia primò superficies montium denudatur, secundò terræ planities desiccatur, ibi:* Cumque transissent quadraginta dies. *Circa primum sic dicit.*

Recordari quomodo Deus dicatur. 1 Recordatus est autem dominus Noë. *Nec est sic intelligendum, quòd aliqua oblivio cadat in Deũ, sed scriptura loquitur secundum modum nostrum loquendi. Dicitur enim aliquis alicuius oblitus fuisse, quando eum non liberat à præsentibus cum possit. & dicitur ipsius recordari quando incipit eum liberare.*

C 2 Et adduxit spiritum super terram, *id est, ventum siccum aquas diminuentem, vnde sequitur.*

3 Et imminutæ sunt aquæ. *verumtamen quia ista diminutio non sufficeret nisi Oceanus ad suum locum rediret: ideo sequitur*

4 Reuersæque sunt aquæ de terra. *Sicut enim per præceptum domini egressæ fuerant de Oceano super terram ita de terra regressæ sunt illuc.*

5 Euntes & redeuntes. *Per hoc designatur fluctuatio aquarum, & quo tempore aquæ inceperunt minui, ostendit.*

6 Et cœperunt minui post centum quinquaginta dies. *In quibus obtinuerunt terras, vt supradictum est. & computatur iste numerus à principio inundationis vsque ad diem in quo cœperunt aquæ decrescere secundum communem opinionem.*

7 Requieuitque arca mense septimo. *scilicet anni illius.*

8 Vicesimaseptima die, &c. *Hebraus habet* ארדט *Ararath. Et dicunt, quod non significat Armeniam sed aliam terram, cuius montes protenduntur vsque prope Armeniam: & ideo illi montes etiam vocantur montes Armeniæ.* Ararat.

Aduertendum est hic quòd in Hebræo habetur. xvij. dies mensis: & secundùm hoc non potest accipi mensis septimus ille qui est septimus in anno, quia a xvij. die mensis secundi, quo incepit diluuium vsq; ad decimumseptimum mensis septimi eiusdem anni non fluxerunt centumquinquaginta dies, sed deficiunt tres vel duo ad minus. & tamen oportet dicere, quòd aquæ cœperunt decrescere, antequam arca requiesceret: quia aquis existentibus in fortitudine sua, arca super aquas deferebatur fluitando, & per diminutionem aquarum accepit fundum & quieuit. & secundum hoc septimus mẽsis hic esset accipiendus a secundo mense in quo F *incepit diluuium & iste est octauus mensis anni.*

Mensis in quinto decimo bis. *Ad quorum intellectum sciendum quod Iudæi faciunt menses per lunationes, duæ autem lunationes faciunt lix. dies. & ideo primum mensem faciunt Iudæi triginta dierum, secundum autem vigintinouem dierum. & sic consequenter de aliis decem eodem modo combinando: & quia Moses scribebat Iudæis, menses sunt hic accipiendi isto modo. Si autem à decimaseptima die mensis secundi computentur dies centumquinquaginta, qui fluxerunt antequam aquæ inceperunt decrescere, non inuenientur completi decem & septem dies mensis septimi, accipiendo septimum mensem illius anni, sed deficiunt tres vel quatuor dies, vt patet considerando quantitatem mensium dictam.*

9 Atverò aquæ, &c. *non est intelligendum quod ibi finierit decrementum aquarum simpliciter, sed tantum aquarum quæ excedebant capita montium. ideo subditur:*

10 Decimo enim mense: *scilicet anni non enim potest hic accipi* ✲ *decimus*

MORALITER.

Hic describitur egressus de arca, quæ vt dictum est significat ædificium virtutum, ideo per hunc egressum designatur *mors iustorum in conspectu domini pretiosa.* Psal. cxv. a. tunc enim transeunt iusti perfecti ad palatium cœli. ideo dicitur.

1 *Recordatus est autem Deus Noe cunctorumq; animantium.* scilicet ipsum ad se vocando, & tunc egredietur virtuosus de arca virtutum. Nam in patria non remanent cardinales, nec etiam de theologicis fides & spes, saltem quantum ad actus quos habent in præsenti. Et primò ponitur diluuij cessatio, cũ dicitur.

3 *Et imminutæ sunt aquæ, & clausi sunt fontes, &c.* are facta est terra. quia per aquas inundantes significantur vitæ præsentis tentationes, quæ post mortem cessant ab anima. Huius autem cessationis verus nuncius est columba, id est spiritussanctí gratia consummata. Gloria enim est gratia consummata, & quoniam sancti ad gloriam translati, tantò nobis magis proficiunt orationibus suis, quantò propinquiores sunt domino maiestatis, ideo subditur.

Crescite

decimus à secundo mense, quia esset vndecimus mensis anni: quia in litera dicitur, quòd ab illa die qua apparuerunt cacumina montium, scilicet à prima die decimi mensis expectauit Noë quadraginta diebus, & posteà ter septem diebus, qui simul iuncti faciunt sexaginta vnum. Mensis autem vndecimus & duodecimus illius anni non faciunt nisi quinquaginta nouem dies: & sic non esset verum quod dicitur in litera, quòd post illos lxj. dies prima die primi mensis anni sequentis. Noë aperuit tectum arcæ, &c.

1 Primo die mensis apparuerunt cacumina montium. *Et tunc primò arca fuit tota extra aquam. Ex hoc dicto & aliis prædictis potest colligi, quot cubitis arca intrabat aquam, quando aquæ fuerunt in fortitudine sua. Patet enim quod non intrabat quindecim cubitis, quia aquæ in fortitudine sua excedebat montes quindecim cubitis, quoniam & tunc arca ferebatur. id est, fluctuabat super aquas. Si autem tunc intrasset aquam quindecim cubitis non fluctuasset, quia fundus arcæ capita montium tetigisset, & ex hoc patet consequenter, quòd tantum præcisè arca intrabat aquam, quantùm aqua excedebat montes, quando arca primò requieuit super montes. Ad hoc videndum, accipiendum* C *est tempus à primò die quo cœperunt aquæ decrescere, vsque ad diem quo apparuerunt primò capita montium: quia tunc diminutæ sunt aquæ quindecim cubitis, quibus excedebant montes. Dicitur autem in litera, quòd aquæ cœperunt minui post centum quinquaginta dies, qui accipiendi sunt à primo die inundationis aquarum, & completæ fuerunt septimo mense. xix. die inclusiuè, & sic in vicesima die septimi mensis cœperunt aquæ decrescere. Dicitur in litera, quod decimo mense prima die mensis apparuerunt etiam capita montium. Ex quo patet, quod tunc primò completum est decrementum quindecim cubitorum, quibus aqua montium cacumina excedebant, a vicesima autem die inclusiuè mensis septimi vsque ad primam diem decimi mensis fluxerunt septuaginta dies, qui si diuidantur per quindecim, qui est numerus cubitorum prædictorum, assignantur decremento cuiuslibet cubiti quatuor dies & dimidia, & sexta pars vnius diei. Idem dicitur in litera quòd mense septimo vigesimoseptimo die mensis, requieuit arca super montes. Ex quo patet, quòd à principio decrementi aquarum vsque ad requiem arcæ fluxerunt tantum octo dies, in quibus aquæ decreuerunt duobus cubitis frè secundum prædicta. Ex quo concluditur secundùm prædicta, quòd arca intrabat aquam tredecim cubitis & parum plus. Et ista probatio procedit secundùm textum nostræ translationis, vt patet ex prædictis. Si autem secundùm literam Hebraicam quæ habet, septimo mense, decimoseptimo die mensis requieuit arca, procedatur: oportet accipere mensem septimum non solum qui est septimus in anno, sed qui est septimus à secundo mense anni, in quo incepit diluuium, vt dictum est suprà. Et iste est mensis octauus anni, & tunc à principio decrementi aquarum vsque ad requiem arcæ fluxerunt dies viginti septem, in quibus secundum prædicta aquæ decreuerunt*

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis, &c. D

Quæstio de columba redeunte.

uerunt sex cubitis imperfectè tamen, & secundum hoc arca intrabat aquam nouem cubitis, & parum plus. In toto autem isto processu accipiuntur menses secundum acceptionem Iudæorum, & sic debent accipi, sed quomodo accipiantur, iam dictum est. Supponitur etiam, quòd aquæ qualibet die decrescebant æqualiter, quod est satis probabile.

2 Cumque transissent quadraginta dies. *Hic consequenter describitur quomodo terræ planicies fuit desiccata per vlterius decrementum aquarum.* Cumque transissent quadraginta dies *ab apparitione capitum montium.*

3 Aperiens Noë fenestram arcæ. *Non fuit ostium per quod ingressi sunt homines & animalia, sed fenestra de qua suprà dictum est.*

4 Dimisit coruum. *Et hoc fuit vndecimo mense anni.*

5 Qui egrediebatur, &c. *Secundum communem expositionem non est intelligendum, quòd reuersus sit ad Noë aquis desiccatis, sed remansit apud cadauera: vt communiter dicitur, & est similis modus loquendi. Matth. 3. d. de Ioseph & Maria, vbi dicitur:* Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum, *non quòd postea cognouerit. In Hebræo dicitur:* Qui egrediebatur exiens & reuertens. *Et hoc idem dicit Hieron. in li. de Hebrai. quæst. quod exponunt Hebræi dicentes, quòd coruus emissus de arca non fecit legationem suam* F *prout Noe intendebat, sed magis extra arcam volitabat quærens reingredi in arcam. Causam autem huius assignant aliqui Hebræi, scilicet quòd coruus habebat Noe suspectum de femella sua. Ex quo patet in eis cæcitas magna, qui tam absurda dicunt & credunt imo etiam in hoc sibi contradicunt. Dicunt enim (& satis apparet ex textu) quòd coitus fuit simpliciter interdictus à Deo intra arcam. Sed quia translatio quam habemus de emissione corui videtur contraria Hebraicæ literæ, ideo potest sic concordari:* Qui egrediebatur & non reuertebatur, *vt per hoc exprimatur intentio Noe. Ad hoc enim eum mittebat, vt per suum redium haberet aliquod signum de siccatione aquarum. Sed quia non iuit secundum intentionem Noe, sed magis reuersus est statim nullo signo apportato, ideo litera Hebraica factum corui exprimit, cum dicit.* Qui egrediebatur exiens & reuertens. *Sed secundum hoc dictum non remansit apud cadauera, sed quia aquæ adhuc erant super totam terram planam. vt dicitur infra: regressus est ad arcam, vt haberet pastum.*

Corus qua re nõ rediit.

6 Emisit quoque columbam. *Quia coruus non fecerat legationem suam.*

7 Quæ cùm non inuenisset vbi requiesceret pes eius. *Hoc videtur falsum, quia iam ante apparuerant cacumina montium. Sed dicendum quòd ex diutina mora aquarum super totam terram, terra non erat desiccata adhuc, sed erat quasi lutum in quo non libenter quiescit columba.*

8 Aquæ enim erant super vniuersam terram, *scilicet planam, quia iam ante cacumina montium discooperta erant.*

9 Expectatis autem vltra vij diebus aliis. *Ex quo patet quòd xiiij. dies transierunt ab emissione corui.*

10 Portans ramum oliuæ. *In signum desiccationis terræ. Sequitur.*

f 1 Sexcen

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Expectauit, nihilominus septem alios dies, &c.* ISID. Post alios A septem dies dimissa columba, nec reuersa, significat finem sæculi, quando requies sanctorum erit, non in sacramento spei, quo nunc ecclesia consociatur, quandiu bibitur quod de latere Christi manauit, sed in perfectione salutis, cum tradetur regnũ Deo & patri, vt in illa conspicua contemplatione veritatis, nullis egeamus mysteriis.

b ISID. *Sexcentesimo primo anno, &c.* vitæ Noë, id est, peractis sexcentis annis a aperitur arcæ tectum, quia finita sexta ætate sæculi reuelatur sacramẽtum. Vicesimaseptima die secundi mensis dicitur siccata terra, tanquam finita sit baptizãdi necessitas. Quia in numero dierum. lxij. Ipse est enim secundi mensis. xxvij. resurrectionis tẽpus exprimitur, quo baptismus completur. Qui numerus ex coniunctione corporis & spiritus septies octonos habet vno addito propter vnitatis vinculum. b Siccantur aquæ.

c *Mense secundo.* STRAB. id est, maior. Noë annum fecit in arca, & ipsa die qua ingressus fuerat egressus est. Ingressus est enim xvij. die mensis secundi. Nunc dicit, quia egressus est septima & xx. die eiusdem mensis. Sed sciendum est quia si præsenti diei addantur vndecim qualis luna hodie est talis erit post annum ipsa die. Quãdo ergo Noë ingressus est xvij. luna, vel septimadecima dies mensis secundi fuit. Ideo post annũ xj. additis, fuit xxvij. dies & xvij. luna. c Hystorice.

Mense secundo, &c. Sicut suprà dictũ est decimaseptima die sexcentesimi anni aquis diluuij terra madefacta est, sed vicesimaseptima die secundi mẽsis arefacta est, quando præceptum est, vt de arca egrederentur: & pactũ acciperent, ne vltra aquis diluuij perirent. In quo intelligi potest, quia per x. & vij. sicut supra. status inchoãtium significari potest: quando vitiis abrenunciatur per xxvij. promotio perfectorum in consummatione virtutum. Si enim decem & septem decem addas, fiunt viginti septem. Si enim decem præceptis quibus peccatis renunciatur, Euãgelicam perfectionem adiicias, qua præcipitur ne solum non irasci, sed etiam inimicos diligere, & similia, ad illam ætatem perfectionis peruenisti, in qua nec sacramentis prædictis egeas, & de arca exiens, id est, despe ad spem peruenies, requiem in sacramentis promissam inuenies. Mysticè. Quando Noe egressus.

d *Egredere de ar. &c.* ISID. Iuncti exeunt, qui disiuncti intrauerunt, quia. *nunc caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Sed in resurrectione iustorum perfecta pace spiritui corpus adhærebit nulla mutabilitatis indigentia vel concupiscentia resistente.

✠ AMBROSIVS. Quæramus qua ratione quando ingrediebantur in arcam, hic ordo fuit ingrediẽtium, vt primò ipse ingrederetur, & filij eius, inde vxor eius, & vxores filiorũ eius, quando autem exeundi præceptum suscipiunt, commutatum est. Nam scriptum est, *Egredere tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum.* Et litera quidem significat in ingressu abstinentiam generationis, in egressu, generationis vsum. Apertè igitur velut ordine ipso ingressionis vocẽ quandam iustus emittit, tempus illud non esse concubitus, neque delitiarum, quo omnibus immineret interitus. Vnde in euangelio dominus ait, reprehendens quod temporibus Noë manducarent & biberent, vxores ducerent, & ideò propter intemperantiam superuenisse diluuium. E

e *Et tolle, &c.* AVG ingressa sunt in arcam munda & immunda animalia, sed post egressum non offeruntur Deo nisi munda. Quod verò ait: *Non percutiam omnem animam vi. sicut feci*, & addidit, quæ largitate bonitas donat indignis fortè no. est. indulgentia figurata est, vt præterita vltio ad legis pertineat seueritatem, hoc ad gratiæ bonitatem.

✠ CHRYSOSTOMVS. Considera quomodo omnium conditor, in natura certam inseuit virtutis scientiam. Vnde enim, dic oro, iusto veniſſet? Nullus erat alius quẽ videbat, vel à quo discebat. Sed sicut principio dixi, Abel à seipso cõmonitus, magna diligentia oblationem perfecit, sic vtique & nunc iustus sua voluntate & arbitrio sano, censuit domino per sacrificia gratiarum actionem offerendam.

☞ ✠ 1 *Odo*

a ¶ Coniuncti exeunt viri & fœminæ, qui disiuncti intrauerũt.

b ¶ Quia his replendus erat mundus, & dictum primæ creaturæ benedictio.

1 Præcipitur Noe egredi arcam. Temporum diuino secundũ Heb. B

2 Ingredimini vel repullulate vel generate. † supra 1. & d. & infra 9. a. Hom. 22.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sexcentesimo primo an. &c. *Quia iam non apparebant in superficie terræ. Ideo secutur.*

2 Viditque quòd exiecata esset, &c. *Scilicet ab inundatione aquæ. Veruntamen terra non erat adhuc ita ficca & solida, vt esset apta ad ingressum animalium & hominum. Ideò secutur.* C

3 Mense secundo septima & vicesima die, &c. *id est, perfectè desiccata & aptata ad ingressum animalium & hominum.*

4 Locutus est autem dominus ad Noë di. *Postquam descripsit diluuij recessum, hic consequenter describit ipsius Noë egressum, vbi tria procedit: quia primò describitur obedientia egredientis, secundò deuotio offerentis ibi:* Aedificauit autem Noë. *Circa primum dicitur sic.* Diuisio.

5 Egredere de, &c. *Sicut enim ingressus fuerat arcam de mandato domini, ita ad egrediendum expectauit eius mandatum. Egressus est autem Noe anno renoluto eadem die qua ingressus fuerat: Quod probatur sic, quia sexcentesimo anno vitæ suæ mense secundo xvij. die mensis ingressus est arcam, & anno renoluto illa dies fuit xxvij. mensis secundi, in qua dicitur exisse: quia annus solaris excedit annum lunarem in xj. diebus. Iudæi autem faciunt menses per lunationes, & sic accipiuntur hic vt dictum est.*

6 Tu & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tec. &c. *In ingressu arcæ dixit: Tu & filij tui, separando viros a mulieribus, in exitu coniungit vxorem cum viro, vt ex modo loquendi ostendatur quòd sicut in ingressu arcæ concubitus fuit prohibitus, ita in exitu fuit laxatus & impositus, vnde sequitur.* F

7 Crescite & multiplicamini su. &c. *Nec istud refertur ad homines tantum, sed etiam animalia & aues, quorum egressum præceperat, & sic patet quòd etiam brutis tunc relaxatus est coitus qui ante fuerat prohibitus.*

8 Egressus est ergo Noë & filij eius, vxor illius, &c. *obediens mandato Dei.*

9 Aedificauit autem Noë altare, &c. *Hic consequenter describitur ipsius Noe deuotio, per hoc quod obtulit sacrificium Deo gratias agẽs de sua liberatione.*

1 Odo

MORALITER.

7 *Crescite & multiplicamini super terram*: scilicet viuentium, vt per orationes vestras electi transferantur ad vestrum consortium. Ideò subditur:

8 *Egressus est ergo, &c.* quia per orationes sanctorum & ministerium angelorum electi egrediuntur de vita præsenti & transferuntur ad cœlestia. Luc. xvj. e. *Factum est autem vt moreretur mendicus & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.* Quod nobis concedat, &c.

1 *Benedi*

a ✠ *Odoratusque est.* IDEM. Ne offendaris verbo crassiore, sed huius verbi attemperationem tuæ infirmitati ascribe. Intellige hinc quod accepta fuerit Deo oblatio iusti. Quare autem hæc fieri permittit Deus? Et in hoc nostræ infirmitatis habetur ratio: Quia enim homines à vero Dei cultu defecturi erant, & proprios Deos effecturi, quibus sacrificia immolarent, prius voluit vt sibi dona offerrentur, quo vel sic à proposito depelleret pernicioso errore illiciendos. Ibidem.

b *Sensus enim, &c.* GREG. in moral. lib. xxxviij. Nemo sibi attribuat si cogitationes vicerit, quia corruptionis malum quod quisque ab ortu carnalium desideriorum sumpsit exercet in prouectu ætatis: & nisi hoc citius diuinæ fortitudinis reprimat manus, omne bonum naturæ culpa vorat in profundum. *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* b

✠ CHRYSOSTOMVS. Vide quantam consolationem affert vniuerso hominum generi, per hæc enim nobis demonstrare vult, quod non sit vltrà tale diluuium venturum, & quod neque talis hominum communis interitus tantum orbem inuadet. D

✠ AMBROSIVS. Cùm dicit *non maledicam*, ostendit quod magis alleuet æruminas hominum quàm ingrauet, sciens quòd penitus peccata hominum auferri nequeant. Tamquã in prouerbio, Si quis reti subtili haurire cupiat aquam, fic qui malitiam ex pectoribus hominum auferre conatur. Vbi supra a. 22.

✠ RVPERTVS. Singulari sensus nomine, quinque sensus corporis significans, qui proni sunt in malum, præsertim vbi cogitatio cordis, qua restringi debuerãt, & ipsa prona in malum, eisdem sensibus pro armis vtitur ad opus malum. Igitur non vltra faciam sicut feci, idest, non ita confusa vltione cum homine qui solus peccat, terram quoque insensibilem vel iumenta quorum sicut nulla iustitia, sic nullum peccatum est, delebo. vt nunc deleui.

☞ a *Repli*

1 Odoratusque. Cal. interpres. Et suscepit dominus cum beneplacito oblationem eius. Diluuium vniuersale non vltra futurum. † 12. q. 1. c. 1. Cor hominis malũ supra 6. a. 1. Cor. 3. b.

2 Et ait ad eum: & dixit dominus in corde ipsius sub. Noë, id est, ita sensit in corde suo per Deum. lib. 14. in Gen. c. 29.

3 In malum prona sunt, mala est.

1 Odoratusque est dominus. *In hoc ostenditur acceptatio diuina, & per consequens Noë bonitas & deuotio declaratur: quia tales oblationes non erant acceptæ Deo, nisi ex fide & deuotione offerentium, & quia propter gratitudinem in aliquo beneficio homo meretur aliud beneficium, ideo post beneficium liberationis datur beneficium assecurationis, cum dicitur.*

2 Nequaquam vltra maledicam, &c. *eam generaliter dissipando per diluuium.*

3 Propter homines, *id est, propter peccata hominum, & causa subditur.* Sensus enim & cogitatio, &c. *Sequitur.*

4 Cunctis die. terræ, &c. *secundum Hebreos hîc diuiditur sex tempora, & cuilibet tempori duo menses attribuuntur. Tempori sementis attribuitur medietas Septembris, & totus October & medietas Nouembris. Tempori frigoris assignatur medietas Nouembris, & totus December & medietas Ianuarij. Tempori verò hyemis medietas Ianuarij & totus Februarius & medietas Martij: & secundum eos grauius est tempus frigoris quàm hyemis. Tempori messis attribuitur medietas Martij totus Aprilis & medietas Maij. In terris enim calidis aliqua tempestiua incipiunt colligi circa finem Martij, & maximè secundum ueteres Iudæorum, quia primus mensis Hebræorum cui correspondet Martius semper concurrit cum aliqua parte Aprilis, & aliquando fere totus includitur. Tempori ætatis attribuitur medietas Maij & totus Iunius & medietas Iulij. Tempori ætatis attribuitur medietas Iulij & totus Augustus & prima medietas Septembris, & est tempus æstus grauius in calore quam tempus ætatis: & ideò sic nominatur sicus & de frigore & hyeme dictum est in contraria qualitate.* Egreditur.

5 Nox & dies. *Ista circumeunt omnia tempora.*

6 Non requiescent. *Id est prædicta non cessabunt decetero propter diluuium sed deducentur secundum ordinem suum.*

1 Bene

ADDITIO.

In cap. viij. vbi dicitur in postilla: Ex hoc dicto & aliis prædictis patet colligi, &c.

ADDITIO.

*Inquirere quot cubitis arca intrasset aquam tempore diluuij, videtur magis curiosum quàm vtile, cum non solum habere notitiam certam de hoc nullam præstat cognitionem vtilem in credendis nec in agendis, sed nec etiam requiritur ad planam litere expositionẽ. quantumcunque enim arca aquam intrasset siue plus siue minus, non variatur ex hoc aliquid in expositione literæ, vt patet intuenti, & ideò Glossa nostra mentionem de hoc non facit, nec vt credo, aliquis sanctorum, nec etiam doctorum Hebræorum, nisi solum Ra. Sa. qui in huiusmodi vanis quæstijs per medium quæstionis facit longam altercationem. Dato etiam, quod hæc inquisitio requireretur vel esset aliqualiter vtilis, rationes tamen à Postillatore ad hoc probandum inductæ nullam videntur habere efficaciam: Nam præsupponit ad hoc probãdum quadam manifestè non vera. Dicit enim primo, quod si arca intrasset aquam quindecim cubitis, quod non fluctuasset, eo quòd fundus arcæ capita montium tetigisset, quod non est verum: nam potuisset arca fluctuare in locis non montuosis, quæ sunt maior pars & præcipua vniuersa terræ. non enim necesse erat, quod semper arca trãsisset super capita montium. vt manifestum est. Vult etiam deducere quòd decrementum cuiuslibet cubiti durauit per quatuor dies & dimidium, & sextam partem vnius diei, & hoc diuidendo septuaginta dies (quod fuit tempus decrementi) per quindecim partes, quæ est numerus cubitorum, quibus aqua excedebat montes, vt largius hoc videtur deduci in postilla. Quæ quidẽ deductio manifestè est inualida. Quod sic patet: Nam cùm aqua suanatiua sit fluida, oportet, q̃ orbiculariter se habeat circa centrũ. Ex quo sequitur, q̃ multo maior quantitas aquæ cõtinebatur in summo cubito primo exiecato, quod est remotius à centro quàm in cubito immediate sequente, quod est propinquius centro, & per consequens minoris capacitatis, & sic de sequentibus, in tantum quòd cubitus vltimus, qui terram immediatè circundabat, continebat minorem quantitatem aquæ respectu cuiuscunque cubiti superioris, vt satis patet cuilibet aduertenti. Præsupponitur etiam in dictis suis (licet non exprimat) quòd super montes Armeniæ in quibus requieuit arca, creuerit aqua quindecim cubitis: Et hoc est ignotum seu incertum. Nam si montes Armeniæ non sunt de altissimis montium, tunc aqua creuit super eos plus quàm quindecim cubitis. Excessus enim cubitorum quindecim intelligendus est respectu summorum montium, vt patet per literam dicentem: Operiẽtque sunt montes excelsi sub vniuerso cœlo quindecim cubitis. *Præsupponit etiam, quòd aquæ qualibet die decrescebant æqualiter, quod dicit esse probabile, Quod quidem præsuppositum non facit ad propositum suum concludendum. Nam dato, quòd tanta quãtitas aquæ decresceret vna die sicut in alia, ex hoc tamen non sequitur quòd tanta quantitas cubiti seu altitudinis aquæ decresceret in vna die sicut in alia ratione iam dicta. Nam vnus cubitus in altitudine positus est multo maioris capacitatis, quam alius cubitus nõ in tanta positus altitudine, vt dictum est. Si autem quis dicat, cum prædicta quæstio (vt dixi) sit potius curiosa, quam vtilis, cur circa eam tantam fecerim altercationem? Dicendum, quòd hoc introduxi ad ostendendum inepitudinem ipsius Ra. Sa. in expositione sacræ scripturæ, licet eum frequenter alleget Postillator.* C F

REPLICA.

Correctorij contra Burgen. in c. 8. vbi Postillator attendit varias sanctorum opiniones de arcæ quantitate. Quibusdam sentientibus quòd eius quantitas attendenda esset secundum cubitos geometricos, aliis secundum cubitos visuales, sic quòd beatus Aug. Origenem commendans 15. de ciuit. Dei. c. 27. stat cum prima mensura, concludens quòd qui talem magnitudinem nimiam reputant, cogitent centum annos quibus fabricata est arca. Vnde & Gl. ord. allegans eundem beatum Aug. dicit quòd si per Noë & tres filios eius in centum annis arca tanta magnitudinis fabricari non potuit, non mirum alios artifices assumptos, &c. vide in gl. 18. Idcirco videbatur idem postillatoris rationabiliter disputandum de arca ingressu in aquã, sciens quòd oportet naues magnas plus ingredi quàm minores, concludens quòd non potuit fecerè ingredi quindecim cubitis, sed minus, quia alias periculum fuisset naufragij ad cacumina montium, quæ tantũ quindecim cubitis fuerunt cooperta: Quam disputationem Burg. valdè egre ferens Postillatorem pro curiositate reprehendit plus existens curiosus (ne dixerim vanus) quia vana assumit ad reprobationem Postillatoris. Primo namque dicit postillatorem assumere quadam manifestè non vera, in hoc quòd dicit arcam latam super montium cacumina non fluctuasse, si quindecim cubitis ingressa fuisset aquas. Hoc dicit esse falsum ex medio quod in vico straminum non valuisset, videlicet quòd arca posset in locis non montuosis fluitare: Non erat inquit necesse quòd arca semper transiret super capita montium. Ecce quantum coneludit: Concessis enim illis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A adhoc ſtas dictum poſſibilatoris. Quod ſi aliquando impetus aquarum & ventorum creuiſſet lata ſuper cacumina montium, vtique naufragium talibus auras ad montes aſſumſiſſet in illo caſu ſcilicet ſi quando cum cubitis aquam intraſſet. Quod autem aliquando, & ſi non ſemper, arca ferretur ſuper cacumina, oportet Burgen. concedere, niſi velit fingere miraculum: & ſic nihil valet ipſius argumentum. Quod autem ſecundo Burgen. dicit contra Decrementi æqualitatem, non valet, imo ſuæ propriæ aſſertioni contrà dicit. Dixit enim ſuprà de opere tertiæ diei, quòd elementum aquæ ſit ecentricum, & c. nunc autem dicit quòd de ſua natura fluidum oportet quòd orbiculariter ſe habeat circa centrum. Eadem enim ratione, quia fluidum, non oportet quòd nunc ſit ecentricum: Vbi ſatis fuiſſet dicere: Quod

Quod ſicut arida in principio apparent pro hominum generatione, cooperta ſunt, ita ex alia parte nunc cooperta, tempore diluuij fuiſſet denudata, & redeundo de una inſsione ad locum ſuum diluuium ceſſaſſet, & ſic probabilia eſſent quæ dixit portillator, & Burgen. improbantur. Sententia iſta trahi poteſt a beato Aug. xvj. de ciu. Dei cap. vbi dicit, quòd nulla deſcretionis ratio aſſignari valeat, quare terra apud nos debeat diſcooperiri, & non infra nos, & ſic conicturari poſſent antipodes. q.d. quòd quia ſola Dei voluntas poteſt aſsignari pro ea ipſa, q. aqua relicta ſ. a natura quia fluida quare ſepore diluuij a parte infra nos denudata deſtruxiſſet ad partes noſtras, & reſtauraſſet iuxta arbitr. ſi diuinæ voluntatis, & ceſſaſſet diluuium, vel dicatur ſi placet ſicut dictum eſt ſupra cap. 3. correctio. in. 1. Bene

CAP. IX.

✠ THEOD. Deus poſt diluuium carnium edendarum legē ſtatuit, vt morbum morbo expelleret, & minori maius ſanaret. Præuidens enim Deus talia in deorum numero atque honore quā loque habēda, eorum eſcam cōcedit, vt impietatē è medio tollat. Extremæ enim dementiæ eſt adorare quod comedas. quæſt. 51

✠ RABAN. Eſus carnium conceſſus videtur poſt diluuium, propter infecūditatem terræ & hominis fragilitatē.

✠ HVG. A S. VICT. Non eſt autem hoc abſolutè intelligendū de omni animato & mobili ex ſeipſo, ſed intelligendum eſt, de vniuerſis animalibus humano eſui aptis. vbi ſupra

e ✠ *Quaſi olera.* AMBR. *Sicut olera* (inquit) pabuli dedi vobis omnia, non olera omnia dedi vobis ad eſcam: Vtantur igitur qui vtūtur carne tāquā oleribus, non ad diſtentionē, non ad aruinā corporis, quam epulæ carnis facere cōſueuerūt Sed quemadmodum & olera non omnia ad eſcæ vſum habilia ſunt, ita non omne viuum reptile accommodum ad vſum epulandi. de Noe arca cap. 1

f *Carnem cum ſanguine.* ISID. Dātur eis cuncta animalia in eſcam, quia in vocatione gentium ad fidem nulla diſtantia eſt, quod in diſco Petri figuratur. Sanguinem manducare prohibentur, ne vita priſtina quaſi ſuffocata in conſciētia teneatur, ſed effundatur per confeſſionem. Eſus carnium conceſſus videtur poſt diluuium, propter infœcūditatem terræ, & hominis fragilitatem.

✠ CHRYS. Attende eandem regulam. Nam vt protoplaſto dictum eſt, vt frui poſſet omnibus quæ ſunt in paradiſo, abſtineret tantum ab vnico ligno, ita & hic, *Omne reptile viuens erit vobis in cibum, vt olera hæc herbarum vobis omnia dedi.* Deinde ſicut Adam dictum eſt, vt de vno ligno ex omnibus non ederet, ita hic dictū eſt, *carnem in ſanguine animæ ne comedatis.* Quid eſt caro in ſanguine animæ? id eſt, ſuffocatū. Bruti enim anima ſanguis eſt. Quia igitur ſacrificia perfecturi erant ex brutis, quaſi doceret illos, dicens, quia ſanguis mihi ſegregatus eſt, vobis caro. Hoc autem

facit, F

facit, vt primis illis temporibus comprimat illorum impetum
A & propenſionem in homicidia.

Lib. 4. in Gen. ca. 31. ✠ RVPERT. Bona exceptio dicentis, *excepto quod carnem cum ſanguine.* id eſt, niſi prius effuſo ſanguine non comedetis.

Vbi ſupra. a ✠ *Sanguinem enim anim. &c.* CHRYS. Animāne hominis ſanguis eſt? Nō hoc dicit, abſit, ſed humano more vſus eſt, quaſi quis dicat alicui, ſanguinē tuum porto in manibus meis, hoc eſt, poteſtatē habeo interſiciēdi te.

in cap. 9. ✠ PROC. Quis dubitet quo pacto vlciſcatur animalia bruta, cū hæc neutiquam ſint reſurrectura? Reſpondetur, non in futuro iudicio vniuerſali expoſcet pœnas, ſed legibus quas longo poſt poſuit interuallo, pœnas dabunt. Nam eum qui cædem committit, & quadrupedem quæ pauperiem fecerit, iiſdem pœnis ſubdit. Vlciſcitur ergo per magiſtratus & iudices, quibus imperiū merum conceſſum eſt. Cæterum his verbis ſatis luculenter prædicit reſurrectionē & extremum iudicium. Nec tamen crede etiam bruta animalia in reſurrectione apparitura, & pœnas expenſura, ſi quando pauperiem fecerint. Sed hic eſt ſenſus. Si à feris fueritis deuorati, ex ipſa vos conquiram terra, & inſtaurabo deperditam hominis naturam.

Hom. 27. B b ✠ *Effundetur ſanguis illius.* CHRYS. Si à tam peruerſo conatu non te repellit naturæ communio, cogita quod ad imaginem Dei formatus eſt, & quantis eum donauerit prærogatiuis, & quod omni creaturę præfectus ſit, & quieſces à mala voluntate. Quid ergò ſi quis innumeras patrauerit cædes, & tantū ſanguinis effundat, quomodo dignam dabit pœnam ſanguinis effuſi? Non hoc conſidera, ſed tale, non multòpoſt accipiet corpus incorruptibile, quod poterit continuam & æternam pœnā ferre.

Pactum Dei cum Noe non rurſum diluuium fore. Iſa. 54. c. c *Ecce ego ſtat. pact. &c.* Teſtamentū poſuit Deus inter ſe & homines, & omnē animam viuam, ne perdat eam diluuio, arcum ſcilicet qui apparet in nubibus, qui nunquam niſi de ſole reſplendet. Illi enim non pereunt diluuio ſeparati ab eccleſia, qui in prophetis & in omnibus ſanctis ſcripturis tanquam in Dei nubibus agnoſcunt gloriam Chriſti, non ſuam quærunt: Sed ne adoratores huius ſolis intumeſcant, ſciant ita Chriſtum ſignificari per ſolem, ſicut per leonem. per agnum, per lapidem, ſimilitudinis cauſa non proprietatis ſubſtantia.

Sāguinē cōfirmamus. fœdus iris in nubibus eccli. 43. b. d

Lib. 4. in Gen. ca. 34. ✠ RVPERT. Dicimus pactum multotiens promiſſum, ſed vnum & ſemel initum, pactum vnū quo ſolo inimicitiæ ſoluūtur, incarnatio vel paſſio filij Dei. Huius pacti duo tantum ſunt ſigna præcipua, ſed multæ promiſſiones præceſſerunt. Primū ſignū. *Arcum meū ponā in nubibus.* Secundum quod datum Abrahę, *Circuncidetis carnem preputij veſtri.* F

d *Arcum meum ponam, &c.* ALCV. Arcū dedit Deus in ſignum ſecuritatis, ne homines formidoloſi timerēt altero diluuio deleri pluuiarū inūdationes ſæpe cernētes. Hic in cœlo poſitus eſt, vt ab omnibus videri poſſit, & pro quacūque tribulatione ad eum attollamus oculos cordis, qui habitat in cœlis, quia verò arcus nō eſt, niſi ex radiis ſolis & humida nube, videtur q; ante diluuiū nō fuiſſent pluuię. Poterat autē ex rore & fontium inundatione terra fœcundari.

STRAB. Arcus duos habet colores, cerulēū & igneum, qui duo iudicia exprimūt. Vnum aquæ, quod præteriit. Aliud ignis, quod venturū creditur in fine ſeculi. Vnde cerulеus color extrinſecus. Igneus verò intrinſecus.

✠ AMBR. Non arcū iſtū dicit, quo pluuiarū ſigna declarātur. Hic arcus qui iris dicitur, per diē videri ſolet, per noctē nō apparet Ergo videamus ne quia arcus quo ſagittæ iaciūtur, nūc tēditur, nūc reſoluitur quādā extēſione & remiſſionē, videatur ſcriptura ſignificare, vt ſit quædā meſura, & quoddā diuine virtutis examē. Eſt ergo virtus inviſibilis Dei, quæ & ſpecie extēdēdi & remittēdi moderatur pro diuina voluntate, miſericordia, poteſtate, quæ neque cōfundi omnia nimia ſolutione, neq; derūpi nimia irruptione patiatur. Quā ideo in nubib⁹ dicat poni, quia tūc maximè opus eſt diuinæ auxilio prudentiæ, quando agmina nubiū in procellas tēpeſtatēſq; cogūtur. Ideò dicit, *arcū ponā*, non, fagittam. Arcus enim inſtrumētū iaculandæ ſagittę eſt. Itaque non ipſe arcus vulnerat ſed ſagitta. Et ideò dominus in nubibus arcum magis quàm ſagittam ponit. id eſt, non illud quod vulneret, ſed quod habeat terroris indicium. in cap. 9

✠ PROC Aiunt arcū nō eſſe quandā armaturā, qua corpus leditur, ſed eſſe telū vulnera infligēs, & in lōgū proiciatur manēte illæſo eo qui id torquet. Sic igitur nō omnes diluuio opprimentur, quāuis quidā eā calamitatē ſunt experturi. Arcus eſt quaſi viſibile ſignū Dei virtutis inuiſibilis inhærēs aēri intēſionē & remiſſionē quodāmodo gubernās.

2 Erant

1 Viri fratris eius, eſt hebraiſmus pro vniuſcuiuſque hominis: vel intellige vt vertit Chaldeus interpres vir qui effuderit ſanguinem fratris ſui. Supra 1. c. 8. d.

† Eſa. 54. c.

Homo dominatur beſtiis. Homini rurſum omnia ſubiiciuntur. *Antiqui nō reges ſed paſtores.

Conceſſio ciborū omnium præter ſuffocatum.

in annot. in Gen.

Hom. 27. d ✠ *Omne quod mouetur, & erit vobis in cibum.* CHRYS. Hic eſt initium edendarum carnium, non vt nos ad ventris ingluuiem paret, & inſtruat, ſed quia ex ipſis erat Noē ſacrificaturus & gratias acturus, vt ne videamur quaſi ab execratis abſtinere, idcircò edendi facultatem concedit & valde ſecuros reddit.

✠ THEO

C

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IX.

Diuiſio

1 BEnedixitque Deus Noë & filiis eius, Et dixit ad eos, &c. *Hic conſequenter deſcribitur ſtatus Noē poſt diluuium, & Primo quantum ad Dei beneficium: Secundo quantum ad ſuum exercitium, ibi*: Cœpitque Noë vir agricola. *Circa primum primo deſcribitur Dei beneficium quantum ad collationem boni: Secundo quantum ad amotionem mali, ibi*: Hoc quoque dixit Deus ad Noë, *Circa primum deſcribitur primo beneficium ipſius Dei erga Noe & filios eius in ſpiritualibus, cum dicitur*: Benedixitque Deus Noë & filiis eius, *gratiam ſuam in eis augmentando. Secundo tangunt Dei beneficia in temporalibus, & primo quantum ad conſeruationem ſpeciei quæ eſt per generationem, cum dicitur*: Creſcite & multiplicamini, &c. *Secundo quantum ad præſidentiam dominij ſuper bruta, cum ſubditur.*

Beneficium Dei erga Noē.

2 Et terror veſter, &c. *Non tamen ſic eſt intelligendum, quòd ipſi & filij eius ſit datum tantum dominiū ſuper animalia, ſicut habebat Adam in ſtatu innocentiæ: ſed quia ſunt domeſticabilia per hominem, & naturaliter timent faciem hominis. Tertio tangitur beneficium Dei quantum ad conſeruationem indiuidui per nutritionem, cum dicitur.*

a Dicit

3 Omnes piſces ma. &c. *Tunc enim conceſſit eis Deus quòd poſſent veſci piſcibus & carnibus duplici ratione. Vna quia terra per diluuium fuit peiorata, vt dictum eſt ſuprà: & ideò terrenaſcent: a non ſunt ita nutritiua ſicut ante. Secunda, quia natura humana facta eſt fragilior, & ideò conceſſus eſt eis victus lautior. unde ſequitur.*

Comeſtio carnium

but & p

4 Quaſi olera virentia, &c. *Id eſt ſicut homini primò conceſſi veſci omnibus terrenaſcentibus, ita vobis concedo veſci piſcibus & carnibus.*

5 Excepto quòd carnem cum ſanguine non comedetis. *Ab illa generalitate iſtud excipitur. Et exponitur a Iudæis vno modo ſic*: Carnem cum ſanguine, *id eſt, membrum abſciſum de animali viuo: quia*

✠ iſtud

MORALITER.

1 *Benedixitq; Deus Noë & filijs eius.* Per Noë autem & filios eius intelligitur bonus prælatus & ſubditi eum imitantes, quos ſaluat à diluuio viciorum. Ideo bene dicitur.

Benedixitq; Deus Noë & filijs eius. Et quia non ſolū ſaluat eos à vitiis, ſed etiā multiplicat in ſpiritualibus bonis. Ideo ſubditur:

† *Creſcite & multiplicamini, &c.* Sequitur.

4 *Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.* Per hoc autem quòd debilitata in diluuio humana natura, conceditur eſus carnium & piſcium: oſtenditur quòd ſubueniendum eſt neceſſitati debilium: Excipitur ſanguis per quem ſignificatur peccatum, quod non eſt alicui concedendum: Pſal. 05. c. *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, &c.* Contra verò timorem diluuij ſignum datur: cum dicitur.

† *Ecce*

3 De manu viri & fratr. &c. *Hoc ſimiliter dupliciter exponitur. Vno modo ſic*: De manu viri, *id eſt fortis, & audacis*, & de manu fratris, *id eſt, quantumcunque propinqui, vt per hoc oſtendatur, quòd homicida non euadet diuinam vltionem, nec propter fraternitatis fuam, nec propter propinquitatem. Alio modo vt per hoc intelligatur pœna homicidij voluntarij, cum dicitur*: De manu viri, *& caſualis ſeu fortuiti, cum dicitur*: Et de manu fratris eius, *id eſt, de manu illius qui diligebat occiſum, tanquam fratrem proprium, quia etiam talis homicida lege punitur. Deberet enim fugere ad vnam ciuitatem refugij, & ſic manere quaſi exul à ciuitate ſua vſque ad mortem ſummi ſacerdotis, vt habetur infra Nu. 35.*

4 Quicunque effuderit human. &c. *ſcienter & à proposito.*

5 Fundetur ſanguis, &c. *Et ratio ſumitur propter dignitatem naturæ humanæ cum ſubditur.*

6 Ad imaginem quippe Dei factus, &c. *Et patet.*

7 Hæc quoque dixit Deus, &c. *Hic conſequenter deſcribitur Dei beneficium erga Noë, & poſteros eius quantum ad amotionem mali. Licet enim iam aſſecuraſſet eos de diluuio amplius non futuro per verbum, hic amplius aſſecurat per ſenſibile ſignum, videlicet per apparitionem iridis temporibus pluuioſis, & patet littera vſque ibi.*

Beneficium Dei erga Noē.

3 De

MORALITER.

† *Ecce ego ſtatuam, &c.* Et hoc ſignū eſt cœleſtis arcus, per quem ſignificatur Chriſtus, in quo eſt forte lignum & chorda mollis, per quæ ſignificatur virtus diuinitatis, & fragilitas humanitatis, & ſicut in arca chorda mollis flectit lignū, ſic in paſſione humanitatis flexus fuit rigor iuſtitiæ & ſeueritatis. Qui verò fide pura & deuotione reſpiciūt hunc arcū, ſecuri ſunt à diluuio vitiorū. Eccl. xliij. b. *Vide arcum & benedic eum qui fecit illum.* Sequitur.

1 Et

† Alias eum ſtorum.

Ius gladij. † Mat. 26. c. Apoc. 13. c.

2 In homine Ixx. pro ſanguine hominis. Chaldeus interpres cū tertibus, alij vertunt per homine, alij hebraiſmū eſſe volunt ſanguinem hominis in homine, id eſt, humanū ſanguinem.

E Vbi ſupra cap. 27.

3 Ingredimini, vel generationem facite.

4 Implete eam, multiplicamini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ a *Et. ut igitur filij.* HIER. Sæpe. Lxx. non valentes, ℸ heth literam, quia duplicem aspirationem sonat, in Græcum vertere, x chi Græcam addiderunt, docentes in huiusmodi vocabulis esse aspirandum. Vnde Cham transtulerunt pro eo quod est Ham, à quo Aegyptus vsque hodie lingua Aegyptiorum dicitur Ham.

in q. Hebr. Ham.

Hom. 29

✲ CHRYS. Quare scriptura assignauit, *Cham autem erat pater Chanaam?* Voluit per hoc nobis illius intemperantiæ nimietatē insinuare, & quod neque calamitatis magnitudo illum coercere potuit, neque tanta in arca angustia illius concupiscētiam sedauit, sed quamuis senior frater nōdum filios procreauerat, hic incōtinentiæ deditus. in tempore generalis interitus, rei venereę deditus fuit. Itaque non multò post propter cōtumeliā in parētē maledictionē susceptur⁹ erat eius filius Chanaam.

†alias non habet illū.

in cap. 9.

✲ PROCOP. Ex hoc textu ꝯici potest, Chanaam priorem conspexisse verenda patris & aui. Patri id renunciauit ludos faciens bonum senem. Ex textu. Nam inquit scriptura. *Noë experrectus à somno, cognouit quæ fecerit filius suus natu minimus.* Cham autem non erat filius natu minimus, sed secundus. Et cum aui plerumque nepotes appellēt filios,

Filij Noe. B

natu minimum vocauit Chanaam.

cap. 39.

✲ RVPERT. Porro Cham est pater Chanaam, subauditur habitatoris terræ huius, quam tu ò Israel ingredieris possidendam.

vbi supra.

✲ CHRYSOST. Sicuti per tres illos hominum genus multiplicauit, vniuersi conditor, ita & in fide per duodecim piscatores idiotas & illiteratos, omnem sibi orbem conciliauit.

Noe inebriatus. Chanaam.

b ✲ *Plantauit vineam.* CHRYSOST. Verisimile est, quod ab initio vinea fuerit

Hom. 29

fuerit in sex diebus creata, sed non dico quod fuerit notus ab initio plantæ vsus, vel fructus ex illo manifestus. Nam si fuisset ab initio notus, Abelis tempore inter oblatas hostias & vinum libassent. Et quia neque Noë gustauerat prius, neque aliū sciebat qui gustauerat, ignarus qua mensura vti debebat, per ignorantiam in ebrietatē incidit. Propterea quoniam carnis eius in vitam hanc introductus fuerat, postea & vini potus accessit.

✲ PROCOP. Fortassis non citra diuinam prouidentiam, nec carnium nec vini vsus ante diluuium frequētatus est. Si enim, vt docet scriptura, tāta fuit dementia illorum mortalium, vt aquis domandi fuerint, quid euenisset, si carnium & vini vsus fuisset cognitus?

vbi supra.

✲ IDEM. Agricola Noë plantauit vineā, nempè populū suum in Christo. Primus ex vino bibit: sic Christus passione cōsummatus est. Noë nudatus est in domo suasic Christus crucifixus est à Iudæis. Chamus typus est populi Iudaici qui illusit Christo è cruce pēdēti. Reliqui duo populi sunt fideles qui præcessere legem & qui sequuti sunt.

1 hoc est. gnum.

c *Bibensq; vinum, &c.* Christus quoque inebrietatus, dum passus, nudatus, dum crucifixus. *In tabernaculo suo*: id est, inter domesticos sanguinis sui, tūc nudata est mortalitas carnis: *Iudæis scandalum, gentibus stultitia*. ipsis autem vocatis Iudæis & gentibus, quasi Sem & Iapheth, Dei virtus, & Deisapientia: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.

E

† 95.d.c. in scripturis.

ALCVI. Post diluuium Noë inebriatus est, quia fortè nesciebat vino posse inebriari. Nec enim ante diluuiū legūtur homines vino vsi. Ideo de Noë specialiter dicitur, quòd plantauerit vi-

☞ neam.

alias datur.

1 Et recordabor fœd. &c. *Non quia obliuio cadat in Deū, vt supra dictum est, sed dicitur recordari alicuius quando subuenit ei, quia sic subueniendo se habet ad modum recordantis ipsius.*

2 Hoc erit signum fœd. &c. *Tunc enim dominus fecit apparere viridem, & ostendit ipsi Noë, vt de catero cognosceret ipsud signum cum sua posteritate. Circa hoc autem quaritur: Quomodo iris sit signum fœderis, cum procedat ex causa naturali? Et dicunt aliqui quòd vsque ad diluuiū non fuerat pluuia, nec iris apparuerat. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum: cum pluuia fiat ex dispositione aëris & motu stellarum, & istæ cause multo tempore præcesserant. Propter quod non est verisimile, quin & effectus consecutus fuisset multis vicibus, & ideo alij dicunt, quòd licet præcessissent nubes & pluuia, non tamen fuerat nubes in tali dispositione, quòd ibi generaretur iris. Quia ad generationem iridis requiritur nubes densa, & aer nubem densam nubes rorida, vt habetur tertio Metheorodens

Universidad de Deusto
Biblioteca

pater gentiũ est, qui latitudo interpretatur. Dilatatus est enim A gentilis populus, qui cum prophetis & apostolis hæreditatem accepit. *Et in tabernaculis Sem habitabit Iapheth*, hoc est in domo legis & prophetarum ecclesiam iustificari. Minor est quidem temporis ætate, sed maior est in lege gratiæ. Cham verò qui interpretatur calidus, tanquam medius est ab vtroque discretus, nec in primitiis Israëlitarum, nec in plenitudine gentium: significat non solum Iudæos, sed etiam hæreticos calidos: non spiritũ sapientiæ, sed impatientiæ, quo solent primò feruere, & sanctos perturbare. Significat etiam omnes falsos Christianos, qui passionem Christi annunciant profitendo, sed inhonorant malè viuendo: *A fructibus eorum cognoscetis eos*. Matth. 7. b. Non in se sed in filio suo maledictus est, tanquam in fructu, id est, in opere: Chanaam namque interpretatur motus eorum, id est, opus eorum. D

eius. Vixit autem Noë post diluuiũ trecentis quinquaginta annis, & impleti sunt omnes dies eius nõgentorũ quinquaginta annorũ, & mortuus est. Aetas Noë

a *Ha*

NICOLAVS DE LYRA.

in multitudine gentium ab eo descendentium, tamen non habitabit Deus in eo per verum & specialem cultum, sed in ipso Sem: quia à filijs ab eo descendentibus factum est tabernaculum fœderis tempore Mosi, & templum tempore Salomonis in quibus dicitur Deus habitasse. Alio modo vt referatur ad ipsum Iapheth, vt sit sensus, quòd aliqui descendentes de Iapheth habitent in tabernaculis Sem, id est, in tabernaculo & templo, quia in festiuitatibus solemnibus aliqui gentiles qui descenderant de Iapheth, ascensuri erant causa orationis in tabernaculum & templum, vt habetur Io. xij. c. Vel quia in aduentu Christi & prædicatione euangelij eadem contigit in Israel qui descendit de Sem, & plenitudo gentium, quæ descendit de Iapheth intrauit ecclesiam per fidei susceptionem, vt dicit Apostolus ad Rom. xj. c. Et sic habitauit in tabernaculis Sem. Cetera patent.

Hæ

ADDDITIO.

In c. ix. vbi dicitur in postilla: Et ratio huius exceptionis subditur. &c.

ADDITIO I.

Ex hoc quòd Deus prohibuit homicidiũ non habetur ratio ad hoc, q̃ non comedatur caro animalis cũ sangu ne, qualiter ũg, ex ponatur: Homo enim non cõcedit ur in esum hominis nec alicuius animalis, sicut animalia sunt cõcessa ad esum hominis: Vnde in hoc loco, vbi nostra littera dicit: Sãguinẽ enim anim. vestr. requirã, *littera Hebraica habet:* Verũtamẽ sang. ani. vest re. *& exponitur sic, licet enim vobis cõcessum occisionẽ animaliũ, nõ tamẽ hominũ. Et exponũtur cætera sicut in postilla.* B

In eodem cap. ix. vbi dicitur in postilla: Sup posito igitur, quod apparuerit ante diluuium. &c.

ADDITIO II.

Quod autem iris apparuerit ante diluuium, satis patet ex veritate literæ, nam vbi translatio nostra habet: Arcũ meũ ponã in nubib. &c. *litera Hebraica habet* Arcũ meũ posui in nubibus, &c. *ex quo videtur quòd ante diluuium fuerat positum, licet tunc non in signũ: Expositio autẽ quã hic refutat postillator videtur satis sustinenda. Pro quo sciẽdũ q̃ inter signa quæ sunt ad placitũ (sicut nomina) & res per ea significatas sæpe aliqua inuenitur cõgruẽtia: Vnde ex hoc quòd* Adã imposuit nomina cũctis animalib. *vt dicitur Gen. ij. c. arguit doctores, quod Adã sciuit omniũ animaliũ naturas, quod nõ sequeretur ex hoc, nisi nomina naturis rerũ cõgruerẽt. Et ideo in proposito licet appa itio iridis ad placitũ, scilicet, ex ordinatione diuina sit signũ, quod de cætero nõ inducatur generale diluuiũ, vt littera sonat, non tollitur ex hoc, quod inter signũ & rẽ signatam sit aliqua congruentia naturalis. Quæ quidem congruentia est. Nam ad generationem iridis requiritur, quòd in aëre non sit multa siccitas, nec multa humiditas, sed quod istæ duæ qualitates sint certo modo proportionatæ, vt tactũ est in supradictis opinionibus: Et inde est q̃ Ptolomæus in quadripartito dicit, q̃ cũ iris apparet statim post tempus pluuiosum, est signum serenitatis futuræ: Nec ex illa expositione quam reprobat postillator, sequitur quod causa actiua diluuy non fuisset virtus diuina, nec etiam quòd causa materialis ipsius esset aquæ Oceani: Sed dicit quod apparitio iridis est signũ q̃ humiditas non est in tãta abũdãtia, q̃ sequatur magna pluuia, & ideo est signũ naturale conueniẽs ad significandũ diluuiũ nõ futurũ de propinquo: non tamẽ per hoc intelligitur, q̃ sit signũ omniano cessariũ, sicut nec digestio vrinæ, de qua postillator exemplificat, est signũ omnino necessariũ futuræ sanitatis: vnde prædicta expositio nõ videtur repugnare textui, nec rationi, nec etiam est omninò incõpossibilis cũ expositione postillatoris quæ est Rab. Moy. Gerunden. Stant enim simul, quòd iris sit quædã res naturalis, & quod fuit ante diluuium, & quòd postea ex beneplacito diuino fuit data in signum, & quòd hoc signum sit congruens rei per ipsum signata vt dictum est.* C

Habitare in tabernaculis Sem.

In eod. ix. c. vbi dicitur in postil. Et habitet in tabernaculis Sem.

ADDITIO III.

Non videtur prætermittenda in hac prima expositione secundum quam intelligitur, quòd Deus inhabitet in tabernaculis Sem, *illa summa & ineffabilis habitatio diuina.* qua verbum Dei habitauit in nobis *Io. j. a. Quæ quidem habitatio fuit primo, & principaliter in tabernaculo virginis gloriosæ descẽdentis de Sem in cuius officio legit ecclesia illud Eccl. 24. a.* Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo: *Vnde in his benedictionibus, status vtriusque legis diuinæ propheti Zat. r. In prima enim benedictione dixit:* Benedictus dominus Deus Sem, *quod intelligitur de cultu vnius Dei remansuro in filijs Sem, vt in postilla dicitur, quod pertinet ad statum veteris legis. In secunda vero benedictione, vbi dicit:* Et habitet (scilicet Deus) in tabernaculis Sẽ, *intelligitur status nouæ legis. In quo Deus* habitauit in tabernaculis Sẽ *per carnis assumptionẽ modo prædicto: & in quibus etiam habitat sacramẽtaliter in sacrificio altaris: & etiã per amplioris gratiæ infusionẽ: Exponẽdo autẽ ly* (& habitet in tabernaculis Sẽ) *secũdo modo, scilicet q̃ refera*

referatur ad Iapheth, non debet intelligi sic, quod Iapheth habitante in tabernaculis Sẽ, esset Sem exclusus ab illa habitatione. sed quod Iapheth simul habitasset cum Sem in tabernaculis suis: quadã tamẽ primatia remanẽte ipsi Sẽ iuxta illud ad Rom. j. b. Iudæo primũ & Græco: *vnde & tabernacula Dei de quibus hic agitur, ipsi Sẽ principaliter intitulãtur.*

REPLICA.

Correctorij contra Burg. Iudaizantẽ. In c. 9. vbi postillator multiplici- E *ter exponit illũ passum:* Carnẽ cũ sanguine nõ comedetis. *Burg. mittitur diuinorũ præceptorũ curiosius inquirere rationem, quæ tamẽ sæpe ad diuinã reseluntur volũtatẽ, cuius ratio quæredã nõ est, & videtur hic assumere per sinũ serpẽtis qui dixit:* Cur præcepit vobis Deus, &c. *supra c. 3. a. Sed vt verum fatear, & si illius precepti pessent & physicæ & morales rationes assignari, certũ tamẽ est, quod prohibitio homicidij non assignatur pro eius ratione, vt putat Burg. cũ dicitur:* Sãguinem anim. vestr. requirã, &c. *sed per hoc dictũ respondetur tacite quæstioni. Quod enim generaliter dictum est:* Omne quod mouetur, &c. *quæri posset, cũ homo moueatur & viuat, an etiam homo homini occidere debeat aut possit? Respõdetur huic tacitæ quæstioni, & quia ex litera sanguis humanus impune nõ debet effundi, igitur excipitur homo ab illa cõcessione generaliq̃ dicitur:* Omne q̃ mouetur, &c. *Et formatur ratio sic:* Carnem cum sanguine, &c. *Igitur caro humana non erit vobis in cibũ seu cibus: Tunc nec consequentia per mediũ in litera positum, quia hominis sanguis non debet effundi, & sequitur quod cum nõ posset sine sanguine mãducari, ideoq̃ addatur pœna effundentis sanguinẽ humanũ, cum dicitur:* Sanguinem anim. vestr. &c. *In eodem cap. cum postillator reprehẽsset opinionem de iride, dicentem quòd est signum naturale, non ad placitum institutum diluuij non futuri. Burg. vt habeat occasionem contra postillatorem, dicit, q̃ habeat quandã congruentiã naturalẽ, vt dicitur in postilla, ideo est signũ naturale. Sed cõcesso antecedẽte, cõsequẽtia nõ valet. Manifestũ enim est, quod illã cõgruentiã naturalẽ habuit ante diluuiũ, sicut post, quia eodẽ modo generabatur sicut post. Ex huiusmodi igitur cõgruentia naturali nõ potest argui, quòd sit signũ naturale in cõparatione diluuij. Imo sic arguendo sequitur quòd homo nõ esset signũ ad placitum in istitutũ, sed potius naturale, quia habet cõgruẽtiã talẽ naturalẽ ad significatũ. Dicitur enim homo quia ab humo. Si enim Burgẽsis fideliter referret opinionẽ postillatoris, nõ diceret quod opinio reprobata fuerat cum postilla. Non enim stant simul quòd (quãuis sit ibi aliqua cõgruentia) iris sit signũ naturale & nõ, & si homo ad placitũ. & quod sit signũ ad placitũ rememorationis pacti diuini. Illa etiã opponitur vt patet. Itẽ in eodẽ ca-* F *pitulo vbi postillator exponit illũ passum, quomodo Iapheth habitaret in tabernaculis Sẽ. quãdo cessante Israel se indignam faciente intrauit plenitudo gẽtium, &c. Burg. pro sua gente dimicans Iudaizando dicit quod hoc intelligendũ est, quod Semper hoc non sit exclusus de tabernaculis, sed quòd Iapheth ibi habitãte remãsit ipsi Sem quædã primatia, iuxta illud ad Rom. j. b.* Iudæo primũ & Græco. *Sed hoc allegatũ modicum facit pro primatu Iudæorũ, nisi pro primatu tẽporis, quia virtus Dei, & si sit in salutẽ omni credẽti, primũ tamen ipse illuxit Iudæo & Græco: secũdũ autẽ primatũ dignitatis de quo Burg. loquitur, videtur dici ad Rom. x. c.* Nõ est distinctio Iudæi & Græci, nã idẽ dñs omniũ in salutem apud quẽ idẽ liber & seruus: *Quomodo enĩ Iudæis assignabit primatũ in ecclesia, quæ tabernaculũ Sẽ dicitur etiã à Burg. quibus Paulus & Barnabas dixerũt: Vobis quibus oportebat primũ loqui verbum* Dei: *sed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gẽtes, sic enim præcepit nobis dñs: ita habetur Act. xiij. g. Quomodo ineptã primatiã assignat eis in ecclesia qui nõe reliquiarũ quæ saluæ fiũt intelligitur Esa. x. f. & ita per Apostolũ authoritas illa exponitur ad Rom. ix. nisi forte Burg. per Iudæos velit intelligere Christũ & Apostolos, quos primatũ habere in ecclesia Dei fateor cum eo. Non tamẽ et Iudæos, sed vt Christum & Christianos. Locus enim hic intelligitur de repulsa Iudæorum, & gentium electione.*

NICO

CAPVT X.

A Hæ sunt generationes. Benedictis duobus filiis Noë, & medio maledicto, generationes eorũ texuntur, ex quibus ilxxij. generationes sunt ortæ. Quindecim de Iaphet, triginta de Cham, viginti septẽ de Sem. Ad quas misit dñs a lxxij. discipulos. b *Sem.* ALCVI. c vt æstimant Asiã, d Cham Aphricã. Iaphet Europam sortitus est. Sortitio terræ. Filij Iaphet 1. Par. 1. a.

c *Iaphet.* Minoris filij, de quo nati sunt septẽ filij qui tenuerunt septentrionalẽ regionẽ à Tauro & Amano, montib. Ciliciæ & Syriæ, vsq; ad fluuiũ Thanaim, in Europa verò vsq; ad Gadira. Nomina verò e locis & gẽtib. relinquẽtes ex qb* f plurima mutata, cætera permanẽt. g *Gomer.* Hi sunt Galathæ secundum Iosephum qui Latinè Gallogræci dicũtur. h *Tubal.* Iberes q̃ i & Hispani, à quibus Celtiberia, li cet quidã Italicos suspicentur. k *Chanaã.* Hic obtinuit terram, quã Iudæi postea possederũt: electis Chananæis. Rheg

a quibus dicuntur insulæ sunt regiones. Filij Cham. Esai. 14. d. Historicè.

† 6. di. non est. §. ius verò.

*Plateas ciuitatis vel Rehoboth ciuitatem.

B

C NIC. DE LYRA. CAPVT X.

1 Hæ sunt generationes filiorũ Noë. *Postquã descripta est ipsius Noe generatio, hic describitur suæ generationis multiplicatio, & primò describitur multiplicatio suæ generationis, secundò electio vnius partis. 11. c. Adhuc primo describitur multiplicatio generationis Iaphet, secundò ipsius Cham, ibi:* Filij autem Cham. *tertio ipsius Sem, ibi:* De Sem quoq; nati sunt. *Circa primum ponitur multiplicatio filiorum Noe in generali, & patet, vt descendat ad filios Iaphet in speciali. d.*

Possessio Iapheth.

2 Filij Iaphet, &c. *Et primo agit de multiplicatione filiorum Iaphet, vt continuet dicta dicendis, quia in fine præcedentis c. loquendo de filijs Noe sermonem terminauerat in ipso Iaphet. Considerandum quod sicut dicit B. Hiero. lib. de Hebraicis. q. Filij Iaphet possederunt in Asia terrã ab Amano & Tauro montibus vsq; ad Tanaim fluuiũ. In Europa verò vsque ad Gadirã nomina locis & gẽtibus relinquẽtes, ex quibus postea mutata sunt plurima, cætera permanent in se, vel in aliquo simili, vel propinquo.*

3 Gomer, *à quo nominati sunt Galathæ, & postea Gallici vt dicit aliq.*

Græcia. Ionia.

4 Et Magog. *a quo descenderunt Scythæ secundum Hieronymum.*

5 Et Madai, *a quo dicti sunt medi.*

6 Iauan, *à quo Græci. vnde in Hebræo Græcia adhuc nominatur* יון *Iauan, & Græci* יונים *Ieuanim Iones. Inde quarta lingua eorum dicta est ionica, in de etiam & mare Ionicum.* 7 Et Tubal, *à quo descenderunt Hispani.* 8 Et Mosoch, *a quo Capadoces descenderunt, vnde & apud eos adhuc Mathaca ciuitas nominatur.* 9 Et Thyras, *à quo nominati sunt Thraces.* Porrò filij Gomer, Asseneth vel Asse-

Eolides. nem, &c. *Sequitur.* 10 Filij autem Iauan Elisa, *a quo dicti sunt Eli*

Tharsis. *zei primo, & post Eolides, unde a lingua quinta Græcorũ Eolis Græce nominatur.* 11 Et Tharsis. *à quo descenderunt Cilices. vnde & ciuitas Metropolis eorum vocata est Tharsis, vnde natus fuit Paulus apostolus, vt habetur in Act. apost. 21. c. Sequitur.* 12 Ab his diuisæ sunt insulæ gentiũ in regionib. suis, &c. *Hoc dicitur hic per anticipationem, quia factum fuit postea tempore diuisionis linguarum, de qua habetur c. seq.*

13 Filij autẽ Cham. *Hic cõsequenter agitur de multiplicatione generationis*

MORALITER.

† Hic non occurrit mihi moralitas, nisi de Nemrod, qui significat regem, vel principem seu dominum quemcunque malum de cuius potestate dicitur.

21 *Ipse cœpit esse pot. &c.* Et de ipsius malitia subditur:

22 *Quasi Nemrod robustus venator hominum.* Nam talis rex princeps aut dominus, per machinationes diuersas & violentias rapit bona subditorum, sed subditur.

23 *Coram dño.* q̃a dñs videt talia ad puniẽdũ tẽpore debito grauissima pœna, secũdũ qđ scribit Sap. 6. a. *Potẽtes potẽter torm ẽta patient.*

26 *Principi. in regni eius Babylon,* quę confusio interpretatur, tale nanque regimẽ caret ordine rationis, & sic cõfusione repletur.

CAPVT X.

1 Hæ sunt generationes filiorum Noë: Sem, Cham, Iaphet. Natiq̃ sunt eis filij post diluuiũ, † filij Iaphet. a ¶ Galathæ. b ¶ Scytæ qui & Massagetæ putantur. c ¶ Medi. d ¶ Ioues qui & Græci, a quibus Ionium mare, & quinta lingua eorum Ionica dicitur ¶ alias Madai. e ¶ Iberes vel Hispani.

2 Filij Iaphet, Gomer & Magog, & Madai & Iauan, & Tubal & Mosoch & Thyras. Porrò filij Gomer, Asenez & Riphat, & a ¶ Cappadoces quorum metropolis hodie Mathaca dicitur. b ¶ a quo Thraces. c ¶ quos Græci Regmos vocant. d ¶ Paphlagones.

3 Thogorma. Filij autẽ Iauan, Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim. a ¶ a quo Cilices, quorum ciuitas Tharsus Paulo apostolo nobilis. d ¶ a quo Cithrij quorum hodie ciuitas Cithium dicitur. e ¶ hi sunt Rhodij.

4 Ab his diuisæ sunt insulæ gentiũ in regionibus suis, vnusquisq; secundũ linguam suam & familias in nationibus suis. Filij autẽ Chã, a ¶ Hic per prolepsim, id est, præoccupationem, necdum enim linguæ diuisæ.

5 Chus & Mesraim & Phuth & Chanaã. Filij Chus Saba Heuila & a ¶ hæc est Aethiopia. b ¶ Aegyptus. c ¶ Libya vnde fluuius Mauritaniæ Phut: & omnis regio Phutensis dicitur. d ¶ a quo Chananæi. e ¶ a quo Sabei. f ¶ pars Ethiopiæ Occidentalis. Getuli in parte remotioris Aphricæ deserto adhærentes.

6 Sabatha & Regma & Sabathacha: filij Regma, Saba & Dadã. Porrò a ¶ à quo sabathæni qui nunc Asabari secundum Hiero. b ¶ Arabia. c ¶ Ethiopiæ vltima regio.

7 Chus genuit Nemrod. † Ipse cœpit esse potens in terra, & erat a ¶ qui princeps fuerbę turris. b ¶ post diluuium. c ¶ vel gigas.

8 robustus venator coram domino. Ad hoc exiuit prouerbiũ, quasi a ¶ animarum deceptor, quia cogebat homines ignem adorare. b ¶ id est, non ignorante vel contra dominum.

9 Nemrod robustus venator corã domino. Fuit autẽ principiũ regni a ¶ confusio. b ¶ Ediſſa Mesopotamiæ ciuitas. c ¶ Seleucia a Seleuco rege Asiæ nunc dicta. d ¶ militibi.

10 eius Babylon: & Arach & Archaht, Chalane in terra Sennaar. De a ¶ Babylonia, vbi putei Bituminis.

11 terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuẽ & plateas ciuitatis & Chale. Resen quoq; inter Niniuẽ & Chale est ciuitas magna. a ¶ Sennaar. ¶ secundum Hebræos, quamuis Ninus filius Beli ædificauerit & Niniuem appellauit.

a ¶ quę Hębraicę Rehoboth.

m *Assur.* Imperium Assyriorum, quod primùm fuit sub Nino

Nemrod. Qui vltra naturã cœlũ penetrate voluit, significat diabolũ, qui ait. *Ascendam super astra cœli.* Nemrod secundũ Iosephũ noua regni cupiditate tyrãnidem arripuit & fuit author ædificandæ turris quę tangeret cęlũ. *Ipse cœpit esse potẽs*, vel *gigas* secũdũ alios. Sed anteà gigãtes natos scriptura cõmemorat. Sed fortè post diluuiũ nouitas generis humani reparãdi memoratur, *quia ipse cœpit esse gigas super terram.*

k *Robustus venator.* Alc. i. hominũ oppressor & extinctor, quos allexit, vt turrem contra Deũ cõstruerent. l *Babylon.* Est cõfusio, quia ibi facta est linguarum diuisio.

Prouerbiũ. Aradium. Babylon Achad. Assur. Ninive. ædificauit.

Aethiopes.

Aegyptus. Libya.

Sebæi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nino qui ædificauit Niniuem, quæ propter pœnitentiam pulchra appellatur.

a *At verò Mesraim, &c.* HIERONYMVS. Excepti Laabin à quibus Libyes postea nominati sunt, qui prius phuthei vocabātur: & Cheluim, quia postea Philistiim dicti sunt quos nos corruptè Palæstinos dicimus, cęteræ sex gentes nobis ignotæ sunt, quia bello Ethiopico subuersæ: Possederūt autem terram à Gaza vsque ad extremos fines Aegypti.

b *Ludim & Anamim. Laabim, Nephetuim, &c.* Hęc omnia ignorantur, vel quia deletæ sūt gētes bello Aethiopico, vel quia ignoratur quę nomina nunc habeant.

c *De Sem.* De hoc nouissimè loquitur, quia eius generationem & generationis lineam prosequitur.

a ¶ hæc est Libyes quæ prius phuth

At verò Mesraim genuit Ludim & Amanim & Laabim †Nephetuim & †Phetusim & Chaluim, de quibus egressi sunt Philistiim & Caphthorim, Chanaam autem genuit Sidonem primogenitumsuum Heth eum & Iebusęum & Amorrhæum, Gergesæum, Heueum & Ceum, Syneum & †Aradium, Samārithē, & Hamatheū. Et per hos dissemināti sunt populi Chananęorū. Factíque sunt termini Chanaā veniētibus à Sidone Geraram vsque Gazā donec ingrediaris Sodōmam & Gomorrham, & Adamā, & Seboim, vsque † Iesa. Hi filij Cham in cognationibus & linguis & generationibus, terrísq; & gentibus suis. De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorū Heber fratrē Iapheth maiore. Filij Sem Elām & Assūr & Arphaxad, & Lūd, & Arām. Filij Aram Hūs & Hūl & Gēther, † & Mēs. At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber. Natíque sunt Heber filij duo: nomen vni Phalēg, eò quòd in diebus eius diuisa sit terra, & nomen fratris eius Iectan. Qui Iectā genuit Elmodad & Salep, & Azarmoth, † Iare, Adoran, & Vcal, & Decla, & Hebāl, & Abimahel, Saba & † Ophir, & Heuila, & †Iobab. Omnes isti filij Iectan. Et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus vsq; Sephar montē Orientalē. Isti filij Sem secundum cognationes & linguas & regiones in gentibus suis. Hæ familiæ Noë, iuxta populos & nationes † suas. Ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuiū.

a ¶ filius. b ¶ à quo Sidon ciuitas Phœnicis. c ¶ hos populos expulit Israel de terra promissionis.

a ¶ Hieronym. Hic condidit Archas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani.

a ¶ qui ciuitatem propinquam prædictæ nomine Cyn ædificauit. b ¶ à quo Aradij, qui Aradiam insulam tenuerunt. c ¶ à quo Samaria. d ¶ à Syris vel Hebræis Antiochia, sicut apud veteres Emath vocatur.

¶ Hæ ciuitates notæ sunt, sua subuersione.

a ¶ minoris fratris.

a ¶ A quo Elamitæ, scilicet principes Persidis. b ¶ A quo Assyrij. c ¶ A quo Chaldæi. d ¶ A quo Lydij. e ¶ Assyrij quorum metropolis Damascus.

a ¶ A quo terra Hus, quam Lxx. auxit idem, id est, austrālem dicunt: vnde vir erat in terra Hus, nomine Iob: hic condidit Traconitidem & Damascum. b ¶ A quo Armenij hi ab Euphrate fluuio partem Asiæ vsque ad Iudicum Oceanum tenent. c ¶ A quo arcananij, siue Arcarij. d ¶ A quo Mesti, quos Lxx. Mosoch vocant, id est, Meones.

a ¶ diuisio. ¶ forte in diebus eius facta est linguarum diuisio, per quam & gentes diuisæ.

d *Heber.* Qui tamen quintus à filio Noë Sē. Vtrum quia Hebræi dicūtur ex illo appellati, vel quia per illū generatio ad Abraham transit. Quid ergo probabilius fit Hebræos dici tāquam Heber eos vel tanquā Abra eos, meritò quæritur.

e *Assur.* Qui ædificauit Niniuem.

f *Natique sunt Heber filij, &c.* Heber trāsitor, à quo Hebræi, id est, transitores. Veri Hebræi sunt qui de præsentibus ad futura, de caducis ad manſura transeunt. Hę gentes à fluuio Cono possederunt omnem regionem quę vocatur Geria.

Philistiim. C hananæi. Syria. Samaræum alias † Aradæum. aliàs † Iebu. 1. Par. 1. f. Filij Sem. Heber. E †aliàs Mesraphtaim. aliàs † Iudæi aliàs † Ophir. aliàs † Ouphaz. 1 Filiorum Noë. † aliàs Heber & Iuguas. Terra quibus se post diuisum.

Erat

NICOLAVS DE LYRA.

1 Atverò Mesraim genuit, &c. *Isti populi sunt ignoti, vt dicit Hieronymus exceptis Laabim, qui dicti sunt Libyes, qui primò vocabantur Phuthei à Phuth.*

2 De quibus egressi sunt Philistiim. *Isti habitauerunt cum filijs Israel in terra promissionis. Dicunt autem Hebræi quod Phetrusim & Chasluim commutabant adinuicem concubitum vxorum suarum, & sic egressi sunt Philistiim.*

3 Chanaam autem. *Hic describuntur generationes Chanaan.*

4 Genuit Sidonem primogenitum suum, *à quo nominatu est ciuitas Sidon, quæ est in prouincia Phœnicis.*

5 Et Aracheum, *qui condidit Archas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani suum.*

6 Sineum, *qui ciuitatem prædictæ propinquam nomine Sin ædificauit.*

7 Aradium, *à quo dicti Arady qui Aradiam insulam possederunt angusto freto à Phœnicis littore separatam.*

8 Amathæum, *à quo nominata est ciuitas Emath.*

9 Factiq; sunt termini, &c. *Hæ ciuitates satis notæ sunt & descriptæ inferius in scriptura.*

10 De Sem quoque. *Hic describit generationes ipsius Sem, & ponuntur vltimò, vt continuentur dicta dicendis, quia inferius prosequitur scriptura de eis: Dicit ergo.* De Sem quoque, &c. *Istum primo nominat in speciali, quia ab ipso nominati sunt Hebræi quibus scribebat Moses, vbi autem nostra translatio habet Heber, Hebræi dicunt transitus.*

Heber quale nomen. *Heber enim est nomen proprium & commune, quia signat vnū hominem singularem de quo iam dictum est: & significat transitum. Dicunt enim Hebræi quod inter istos populos & alios erat quidā fluuius quem transierunt ad possidendum terrā quæ erat vltra: ideò vocati sunt filij transitus.*

11 Fratre Iapheth maiore. *Dicitur autem Iapheth frater ipsius Sem, quia sociatus fuit ei in reuerentia patris.*

12 Maiore, *hoc refertur ad Sem, quia maior fuit aliis fratribus dignitate, vt prædictum est. Hebræi autem dicunt, maioris, & tunc refertur ad Iapheth, qui secundum eos fuit primogenitus Noë.*

13 Filij Sem, Elam, *à quo dicti sunt Elamitæ.*

14 Et Assur, *à quo Assyrij, vt dictum est.*

15 Arphaxad, *à quo Chaldæi descenderunt.*

16 Et Lud, *à quo Lidij.*

17 Et Aram, *à quo dicti sunt Syri, vnde & in Hebræo Syria nominata est* ארם *Aram, cuius Metropolis est Damascus.*

18 Filij Aram Hus, *qui Traconidis & Damasci principatum tenuit, & vnde dicunt aliqui Iob fuisse natum, scilicet de terra Hus, vt habetur Iob primo capitulo.*

19 Et Hul, *à quo Guari qui & Armeni.*

20 Et Gether, *à quo Erati, qui & Armeni.*

21 Et Mes, *à quo Meones.*

22 At verò Arphaxad genuit Sale, *de quo ortus est Heber, de quo iam suprà dictum est.*

23 Natiq; sunt Heber duo filij, nomē vni Phalech, eo quòd in diebus suis diuisa fit terra. *Ex hoc dicunt Hebræi quod Heber habuit spiritum prophetiæ, quia imposuit nomen filio suo ex diuisione terræ, quæ futura erat.*

24 Iectan genuit Elmodad & Saleph & Azarmoth, &c. *Istorum populorū plurimi sunt nobis ignoti, vt dicit Hieronymus vel propter longinquitatem terrarum, vel propter mutationes populorum & nominum ex guerris & subuersionibus, vel alijs causis similibus. Et patet littera sequens ex prædictis.*

Erat

ADDITIO.

In cap. 10. vbi dicitur in postilla: Istum primo nominat in speciali, &c.

ADDITIO.

Licet Hebræi descendāt ab Heber filio Sem, nō tamē ab eo dicūtur Hebræi, prout largius in additione super Matth. 21. c. habetur: vide ibi, &c.

REPLICA.

Correctorij cōtra Burg. In cap. 10. vbi postillator dicit quod ab Heber dicuntur Hebræi. Burgen. se opponit dicēs, Ergo omnes descendentes ab Heber dicerentur Hebræi, quod falsum est: ideò non ab Heber sed ab Abraam dicuntur Hebræi. Sed tunc argumentum Burgen. est contra se, quia Hismaelitæ descendentes ab Abraam, & in cultu vnius Dei remanentes dicti sunt Hebræi, alij non. Ita respondeo, quod & taliter valere potest de filijs Heber sicut Abraæ. Nec ista ratio sua cum respōsione valet, quia constat decē tribus Hebræos fuisse, & esse, & tamen cultum vnius Dei defuisse, & ad idola defluxisse, vt patet in libris prophetarū, Regum & Paralipomenon. Verius est igitur dictū postillatoris sequentis dictum Aug. quod Burgensis. ex debili motiuo sæpè relinquit contra suam doctrinam propriam in quæstione præambula, vbi docet sanctorum reuerentiam semper esse seruandam. Dicit namq; B. August. 16. de ciui. Dei cap. 11. quòd Hebræi dicti sunt ab Heber, licet posset esse quòd ab Abraam dicantur quasi Abraēi. Et quia beatus Aug. fuit illius opinionis in libro de consensu euangelistarum, retractat tamen in secundo libro retractat. c. 15. vbi ex intentione ponit propositum. Similiter & Iosephus dicit ab Heber dictos Hebræos in primo libro antiquitatum.

Erat

CAPVT XI.

In quæstio. super Gene.

ERat autem. AVGVSTINVS. Dictum est superius quòd filij Noë, vel filiorum eius, distributi sunt per terras secundum linguas suas. Sed hoc per recapitulationem, posteà commemorat quod prius erat. Sed obscuritatem facit, quòd eo genere locutionis ita contexit, quasi de his narratio, quæ postea facta sunt, consequatur.

Hom. 30. in Genes. Vnus sermo in terra.

✲ CHRYSOSTOMVS. Non de terra loquens, sed de hominum genere, vt nos doceat omnem linguam omni hominum fuisse naturæ. Et erat terra omnis labiumvnum & vox vna. Labiū vnum sermonem dicit, & idipsum iterum per vocē, significans omnes vsos eadem voce & lingua.

Ibidem.

*b *Cúmq; proficiscerentur.* CHRYSO. Vide quomodo humanum genus non potest subsistere intra suos limites, sed amplius concupiscens, maiora semper appetit. Atque hoc est quod humanum genus perdit, quia non vult naturæ suæ mensuram agnoscere, sed semper maiora desiderat.

† 6. dist. c. non est. §. ius verò.

c Quoniam *viderunt* inquit, *campum in terra Sennaar*, migrantes & relicto priori loco illic habitauerunt.

lib. 4. in Genes. c. 41.

✲ RVPERTVS. Scriptura vocat Sennaar cōgruo nomine, ab euentu. Interpretatur enim Sennaar excussio dentium, vel fœtor eorum. excussio dentium, id est, sermonum siue verborum quæ sine dentibus non fiunt. Plurimum namque dentes iuuant ad loquendum, qui tunc illis quodammodo excussi sunt, quando solitam loquendi facultatem dentati, id est, superbi perdiderunt. Nihilominus rectè dicitur fœtor eorum, quia fœtorem superbiæ eorum tali ausu vsque ad nares Dei emiserunt.

Ibid.

c *Venite.* Timebant iterum diluuium: ideo authore Nemrod voluerunt sibi construere turrem, in qua diluuium non timerēt. Stulta & impia audacia, vnde secuta vindicta est: & linguarum diuisio.

✲ THEODORETVS. Bitumen quidam ex magistris asphaltum lapidem esse dixerunt, ignorantes fontes qui in Assyria sunt, eóque turrim illam conditam fuisse existimarunt. Diligenter enim ab his qui inde profecti sunt didici, fontes huiusmodi materiæ ibi esse, qua lateres in ædificium componantur. Nec desunt qui huius turris partem oculis spectarint hac materia cōstructam, quin etiam ideò lateribus vsos fuisse, quòd lapidum inopia maximè Assyria laboret.

quæst. 58.

✲ *Venite, faciamus ciuitatem.* CHRYSOSTOMVS. Faciamus ciuitatem, non Deo, sed nobis. Vide quàm inualuit malitia. Habentes adhuc recentem memoriam generalis in diluuio interitus, in tantam inciderunt insaniam.

Vbi supra.

✲ AVGVSTINVS. Ista ciuitas, quæ appellata est confusio, ipsa est Babylon cuius mirabilē cōstructionem gentium commendat historia.

lib. 16. de ciuitate Dei cap. 4.

d *Descendit autem Dominus.* quando sensibus humanis se commodat, vel operibus. Vnde Exod. 3. b. *Vidi afflictionem populi mei, & descendi liberare eos.* Et alibi, *Descendam & videbo vtrum clamorem opere com. fecerint.*

Sap. 10. a.

ISIDORVS. Turris mundi superbia, vel hæreticorum dogmata, qui moti ab Oriente, id est, vero lumine, & venientes in Sennaar (quod est excussio dentium) superbiam erigunt dogmatis contra Deum, volentes illicita curiositate cœli altitudinem penetrare, sed ab vnitate & confessione fidei segregati, diuersitate erroris quasi dissonantia linguæ ab inuicem separantur, & quos armat contra Deum pernicioſa contentio: diuidit

Mystice.

1 Antequā ne forte, Gen. 19.

6 Adam, vel hominum.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XI.

Diuisio. C

ERat autem terra labij vnius. *Postquam descripta est generationis Noe multiplicatio. Hic describitur vnius partis electio, & primò permittitur quo ad aliquos sententia reprobationis, secundò additur quantum ad alios gratia electionis, ibi:* Hæ sunt generationes Sem. *Reprobati sunt autem aliqui, quia rebellauerunt contra dominum volentes facere turrim, vbi possent seruari contra diluuium, & hoc quod describitur sic.*

1 Erat autem terra labij vnius, *id est, idiomatis, scilicet Hebræi, quod vsque tunc solum fuit inter homines.*

2 Cumq; proficiscerentur de Oriente. *Ab illa enim parte recesserunt quærentes sibi locum vbi possent simul manere: quia Nemrod volebat eos sub suo dominio tenere.*

3 Inuenerūt campum, *id est, terrā planam & magnā ad hoc aptam.*

4 In terra Sennaar, *quæ nunc dicitur Chaldæorum.*

5 Dixitq; alter ad proximum suum, *inducente enim ipso Nemrod consenserunt in hoc facto.*

6 Venite faciamus lateres, *quia illa terra campestris est non habens lapidicinas.*

7 Venite faciamus nobis, &c. *vtrunque enim facere inceperunt, vt turris esset in medio ciuitatis tanquam eius fœlitium.*

8 Cuius culmen pertingat ad cœlum, *id est sit ita altum quòd non possit illuc attingere diluuium.*

9 Et celebremus nomen nostrum, *& sic vi leretur quòd non solum* f *mosi sunt ad ædificandum timore diluuij, sed etiam ex superbia.*

10 Antequam diuidamur, &c. *In Hebræo dicitur.* Vt non dispergamur super faciē vniuersæ terræ. *i. ne diluuiū superueniens aspergat cadauera nostra super faciem terræ, sicut fecit de præcessoribus nostris.*

11 Descendit autem dominus. *Hoc autem dicitur, non quòd indigeat descensu ad videndum ea quæ sunt in terra, cum omnia pateant oculis eius, sed vt per hoc instruantur iudices hominum, ne procedant ad sententiandum, donec causam examinauerint diligenter.*

12 Filij Adam, *id est, imitatores eius: quia sicut ille rebellauerat Deo in transgressione præcepti, sic isti in ædificatione turris.*

13 Cœperuntq; hoc facere nec desistent, *nisi prohibeantur virtute superiori.*

1 Venite

MORALITER.

1 *Erat autem terra labij vnius.* Per terram homo intelligitur qui formatus fuit de terra. Genes. 1. d. Est autem homo *labij vnius*, quando similiter loquitur de proximo in præsentia & absentia eius. Et linguæ diuersæ, quādo bona loquitur in præsentia proximi, & mala ipso absente. Et de tali dicitur Eccle. 28. b. *Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes.* Possunt etiam per labia sensus exteriores hominis intelligi, eo quòd enunciant aliquo modo dispositiones animi. Eccle. 19. d. *Ab occursu faciei cognoscitur sensatus.* In facie verò sunt omnes sensus, igitur *terra est labij vnius*, quando sensus exteriores hominis componuntur ad vnitatem rectæ rationis.

2 *Cumq; proficiscerentur de Oriente:* hoc faciunt exteriores sensus, quando quando recedunt à lumine rationis rectæ attracti delectabilibus, & tunc mutuo se hortantur ad faciendum turrim superbiæ contra Deum: & ad hoc trahuntur sensus interiores animi per consensum: sed Deus confundit labium eorum, scilicet puniendo pœna gehennæ, vbi nullus est ordo, & per consequens ibi tunc est extrema confusio.

ALLEGORICE. Per terram intelligitur militans ecclesia, per labium verò prædicatio & doctrina. Istud autem labium ab ecclesiæ principio fuit vnum prædicando & docendo vnum Deum, vnam fidem, vnum baptisma sicut dicitur Ephe 4. a. Sed in recessu aliquorum ab Oriente, id est, à Christo: de quo dicitur Zacha. 6. c. *Ecce vir Oriens nomen eius*: turris superbiæ fabricata est ex qua secuta est diuisio linguarum per doctrinam & prædicationem hæresum diuersarum.

1 Dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuidit erroris repentina confusio. Hos damnat trinitas & dispergit, in quam offenderunt. vnde: *Venite igitur descendamus & confundamus ibi linguam eorum*, varietate scilicet eorum vel schismatum, quando facta est linguarum diuisio. In sola domo Heber pristina lingua remansit, sicut in sola ecclesia (quæ est domus Christi) vnitas confessionis & fidei.

Supra 1. ca. Ibid.

a *Venite igitur, &c.* Ad angelos dixisse intelligitur. Vel secundum illud: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Nam singulari numero subiunctum est: *& diuisit eos, &c.* sicut ibi: *Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.*

In c.10.

✻Procopius. Hæc verba ad filiū & spiritumsanctum, nec ad angelos referuntur. Non enim angeli creare quicquam possunt, sed creaturæ sunt. Creatoris est, nouas formare linguas. Spiritussancti opus est linguas mutare, vt discimus apostolorum exemplo, quibus donum linguarum, obtulit sub specie ignis. Verū diligenter obserua quantū incommodet humano generi peccatū. Immortalitate nos exuit per Adamum. Eripuit nobis per diluuium spiritumsanctum. *Nequaquam enim*, ait, *permanebit spiritus meus in eis.* Nunc linguarum varietatem apportauit.

B c d

cap.5.

Greg.in Mora.lib.2. *Venite, &c.* dicitur his qui Deo adhærent, *Venite*, quia à diuina contemplatione nunquam decrescere, sed semper accrescere, & nunquam corde recedere, stabili motu est semper venire. Ascēdunt angeli creatorem conspiciendo, descendunt, creaturam illicitè se erigentem, examine districtionis præmendo. Dicere ergo *descendamus & confundamus linguam eorum*, est in semetipso quod rectè agatur ostendere, & per vim internæ visionis eorum mentibus exhibenda iudicia, occultis motibus inspirare.

b *Diuisit eos.* Alcv. In hac diuisione linguarum nihil nouum fecit Deus, sed dicendi modos & formas loquelarū diuersis gētibus diuisit. vnde easdem syllabas, & eiusdē potestatis literas aliter coniunctas in diuersis linguis inuenimus, & sæpe eadem nomina vel verba aliud significantia, vnde vbi dicitur Psal. 2.b. *In virga ferrea*: in Græco habetur, ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ in ravdo sidera. Igitur in Latino sidera, non ferrea significat, sicut in Græco, sed astra.

C

lib.16. de ciuitate.c.4.

✻Aug. Meritò malus punitur affectus, etiam cui non succedit effectus. Genus verò pœnę quale fuit? Quoniam enim dominatio imperantis in lingua est, ibi damnata est superbia, vt non intelligeretur iubens homini, qui noluit intelligere, vt obediret iubenti Deo.

Ibid.c.6.

✻ c *Et inde diſperſit eos, &c.* Aug. Ex illis igitur tribus hominibus Noë filiis 72. vel potius 72. gentes, totidémque linguæ per terras esse cœperunt, quæ crescendo insulas implenerunt. Auctus est autem numerus gentium, multò amplius quam linguarū. Nā & in Africa Barbaras gentes in vna lingua plurimas nouimus. Profectò itaq; cùm quæritur in diuisione linguarū, vbi lingua illa remanere potuerit, quæ fuit antè communis, quæ sine vlla dubitatione vbi remansit, non fuit illi pœna, quę facta est mutatione linguarum quid aliud occurrit, nisi quod in eius gente remanserit, à cuius nomine nomen accepit? Et cū legatur vna fuisse lingua primitùs omniū, & ante omnes filios Sem commēdetur Heber quamuis ab illo quintus oriatur, & Hebræa vocetur lingua, meritò credēda est ipsa fuisse prima illa cōmunis.

D

Venire ei vel agere honorificū. Cōfusio in guarum. Trinitas articulus.

✻Theodoret. Sed contra, antiquissimam omniū linguam Syram esse nomina declarant. Adam enim Caim & Abel Syrorum linguæ propria sunt. Adamtha enim terram rubram Syri appellare solent. Existimo Hebræam esse sacram vocem, quam per Mosem Deus hominibus dedit, non naturalē tamen. Cum enim alij gentis suæ, in qua nati sunt, lingua loquātur, vt Itali Itala, Græci Græca, Hebræorum tamē pueri non statim Hebræa loquuntur. sed illarum gentium lingua apud quas nati sunt

quæſt.33. Genes. Babel.

E

d *Sem centum erat annorum.* Beda. Magna quæstio nobis nascitur secundum literam, quomodo Sem biennio post diluuium centum esse annorum dicatur, cum supra quingentesimo anno Noë natus asseratur, & sexcentesimo anno eiusdem Noë diluuium venisse legatur. Vt ergo numerus temporum simetipsi non repugnet, intelligendum est, aut Noë duos plus quàm quingentos annos habuisse, quando natus est Sem, aut duos minus aut sexcentos annos quando venit diluuium: aut Sem habuisse centum & duos annos quando natus est Arphaxad. Solet enim sic loqui scriptura nonnunquam, vt etsi modicum superfit vel desit, plenarium tamen numerum & perfectum in computo sonet: videtur autem verisimile, vt mea fert suspicio, cùm natus esset Sem, duos super quingentos annos habuisse Noë. Neq; falsum dixit scriptura, quia quingentos annos habuit etiam si quingentos & duos annos habuerit, quia nimirum minor numerus intra maiorem continetur: Fortè autem sanctæ scriptor historiæ, diligentiùs hoc loco curauit explicare, dicendo Sem, biennio post diluuium centum fuisse anno rum, quia se meminit annum natiuitatis eius quasi negligentius annotasse. Nusquā in tota hac serie generationum additur mortuus est: sicut in ætate quæ

Aetas Sem

E

1 Arphaxat & 2.3.4.

Quæstio ætate Sem

5 quadragesimo. Sale. Heber.

præcessit

præcessit diluuium: quia nemo erat in tota hac complectione A nascentium, de quo ex cæteris excepto dici posset sicut ibi de Enoch. *Ambulauit autem cum domino, & non apparuit, quia tulit eum Deus.*

cap. 10. vbi suprà.

✻Augvst. Sicut in his qui ante diluuium fuerunt, connectuntur hi filij Seth filij Adam, per quos peruentū est ad Noë, sic & nunc omissis cęteris filiis Sē, illi describuntur & connectuntur in ordine generationis, non per quos directè venitur ad Abram.

Nachor.

quæst 25. super Gene.

a *Thare genuit Abram & Nachor.* Aug. Non simul sed suis temporibus ex quo gignere cœpit. Nec attendendus est in his ordo natiuitatis, sed significatio futuræ dignitatis, in qua excellit Abram.

Thare.

li. 16. de ciuitate.c.13.

✻Aug. Fiunt itaque anni à diluuio vsq; ad Abrā mille septuaginta & duo, secūdùm vulgatam editionem, hoc est, interpretum 70. In Hebræis autem codicibus, longè pauciores annos perhibent inueniri, de quibus ratiōnem aut nullam, aut difficillimam reddunt.

a

lib.1.contra Gentil.

a ¶ Ab igne consumptus, vt aiunt Hebræi, quem adorare noluit.

✻*Mortuus est Aram, &c.* Epypha. Nullus vnquā ex prioribus hominibus, filius ante patrē mortuus est: sed patres ante filios morientes filios successores relinquebant. Et ne quis dicat de Abel, non enim morte propria mortuus est: donec Thara æmulum Deo per propriā versutiam cōmentus erexit, & ex vltione similia his quæ fecit, recepit, dum etiam ipse per proprium filium per æmulationem prouocatus est. Vnde admiratione ducta diuina scriptura, adnotauit dicens, *Et mortuus est Aram in conspectu Thare patris.*

B b

Sarai.

Melcha.

c

✻Procopius. Primus itaque ille meritò filium amisit, qui adinuenit artem aduersam Deo.

d

Abrā ignem adorare noluit.

b *In Vr Chaldæorum.* Hiero. In Hebræo in אוּרִ כַּשְׂדִּים, id est, in igne Chaldæorum: Hic fabulantur Hebræi, quòd Abram in ignem sit missus, quia ignem noluit adorare, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne effugerit. Vnde ad eū dicitur: *Ego sum qui eduxi te de Vr Chaldæorum.*

In quæstionibus Hebraicis.

c *Aram patris Melchæ.* Hiero. Idem pater vtriusque, Aram filius Thare, frater Abræ & Nachor, duas filias genuit, Melcham & Sarai cognomento Iescham. Melcham duxit Nachor, & Sarai Abrā. nondum enim inter patruos & neptes nuptiæ fuerant prohibitæ, quæ in principio etiam inter fratres & sorores sunt celebratæ.

O

d *Tulit itaq; Thare Abram, &c.* Aug. *Vsq; facti sunt dies Thare. cc.v. anni: & mortuus est in Aran.* Prius dicitur, *quod cum esset Thare septuaginta annorum genuit Abram, & postea cum omnibus suis, mansit in Charan, & mortuus est.* Et dictum est Abræ vt exiret de Charan & exiuit cum esset lxxv. annorum. Sed per recapitulationem ostenditur viuo patre dominum præcepisse, & Abram de Charan exisse cum esset lxxv. annorum: & pater.c.xlv. Sic dies vitæ eius. cc.v. anni fuerūt. Vt ideò scriptum sit: *Fuerūt anni vitæ Thare cc.v. anni in Charan*, quia ibi impleuit annos

Sarug.

1

† Abrā Nachor Aram. 1 Para. 1. b. Iudic. 3 a. Iosue 24.a.

E

Lot.

totius vitæ. Soluitur ergo quæstio per recapitulationem quæ intolubilis est, si post mortem Thare diceremus. dominū dixisse Abræ vt exiret de terra, quia non erat.lxxv.annorum, cum pater iam mortuus esset, qui eum anno ætatis.lxx. genuit, vt post mortem patris esset c. xxxv.annorū, si omnes anni patris ccv. fuerunt. Sed quia quidam volunt annos Abræ computari, ex quo liberatus est de igne Chaldęorū, secundum Hebręorum traditionem, potest dici, q; scriptura quæ ait, *cum esset Thare annorum lxx. genuit Abram & Nachor & Aram*, non intelligi voluit, q; lxx. anno tres genuerit, sed quādo generare cœpit, memorauit.

2

3

† 11. 12.c. recōstrat. §.1. hic iterūm. Thare cum Abrā in charam. Iosue 24. a. Neem. 9. b. Iudith 5. a. In cap. 11.

4 Fieri autē potest, vt posteriorem Abrā genuerit: sed priuilegio dignitatis prior nominatus sit, sicut factum est ibi, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* & in Paralipomenon Iudas ordine quartus, prior nominatus est, à quo Iudæi dicti propter regiam tribum.

5

✻Procopius. Sara erat filia Aræ, sororque Melchæ & Loth, vt scribit Iosephus antiquitatum libro primo. Quapropter Abrahamus vbique eam sororem vocat. Soror tamen erat, non ex matre, sed ex patre. Similiter moris est scripturæ, vt propinquos & consanguineos fratris nomine complectantur, sicut & nepotes filiorum continentur nomine.

2 Eduxit eos Egressi sunt.

3 Haram.

Egred Thare mo ritur.

F

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vixitq; Thare septuaginta annis, &c. *Et hoc dicunt aliqui doctores Catholici & Hebræi, quod Abram fuit primogenitus Thare, & Aram vltimus. Sed contra hoc arguitur, quia secundum ipsos & omnes alios expositores Sara vxor Abram fuit filia Aram. de ipsa verò scribitur infra 17.cap.c.* Putas ne centenario nascetur filius & Sara nonagenaria pariet? *Ex quo patet quòd Sara erat iunior Abram decem annis tantum. Sequitur Aram fuit iunior ipso Abram. sequitur, quòd non habebat decem annos quando genuit Saram, imò nec etiam, quia inter natiuitatem Abræ & Aram fuerunt plus quam duo anni quod videtur incōueniens, maxime illo tempore in quo incipiebant generare, quando erant sexaginta annorum vel septuaginta, & ideò melius videtur dicendum, quod Abram fuit vltimò natus de tribus filijs Thare. tamen nominatur primò propter eius dignitatem. & quia ponendus erat caput & stipes generationis sequentis, & quia primò facta est ei repromissio expressa de Christo, sicut supra dictū est de Sem filio Noë.*

6.cap.quod præponitur aliis propter dignitatem, non propter primogenituram. Item licet Abraham non fuerit in textu vocatus Abrahā vsq; ad 17.cap. in quo describitur mutatio nominis ipsius. tamen in hoc opere frequenter nominatur Abraham ante illum locum, quia est nomē magis vsitatum & scribenti vel dictanti cuius occurrit. nec est vis de illo cum per hoc sententia non mutetur.

Abram vel Abraā dicere parū refert.

2 Mortuúsque est Aram ante patrem suum, &c. *Hoc dupliciter exponitur. Vno modo sic:* Ante patrem suum, *id est, ipso vidente & procurante. Dicunt enim Hebræi, quòd Thare idololatra existens accusauit Abram filium suum ipsi Nemrod, eo quod nolebat ignem colere sicut faciebant Chaldæi. de præcepto Nemrod. propter quod Abram de præcepto Nemrod proiectus est in ignem. Aram autem frater eius assistens dicebat in corde suo: si vicerit Abram ille, sui ab igne sequar eius fidem. sin autem: colam ignem. sicut alij. Cum igitur Abram virtute diuina liberatus ille, assus ab igne, & quæreretur ab Aram de eius cultu, respondit se velle sequi Abram, tunc proiectus est in ignem & ibi mortuus est, quoniam non fuit tanta fides sicut Abram, vt patet ex prædictis, nec tanta bona natura erant per ipsum, & sic consequenter exponitur quod sequitur.*

3 In Vr Chaldæorum, *id est, in igne vel incendio Chaldæorum, Sed ista expositio non videtur rationabilis. quia postea subditur.*

4 Tulit itaq; Thare Abram filium suum, & Lot filium Arā, &c. Et eduxit eos de Vr Chaldæorum. *Non autem eduxit eos de incendio. Maxime cum secundum istam expositionem dictum sit, quod per eius accusationem filij eius proiecti sint intra ignem, & ideo melius videtur dicendum, quod Vr sit hic nomē terræ vel villæ, in qua manebāt, ita quod Vr nomen commune est, & proprium, prout significat villam determinatam vel ignē. Et hoc idē dicit quidā doctor Hebræus autenticus nomine Manahē, & ideò alio modo exponitur:* Ante Thare patrē suum *est, ipso adhuc viuente. quia alij filij Thare post patrē mortui sunt.*

5 Patris Melchæ & patris Ieschæ. *Aram enim de cuius morte dictum est, genuit istas duas filias, & ipsa Ieschа fuit binomia, quia vocata fuit alio nomine Sarai. Sequitur:*

6 Vt irent in terram Chanaan. *Hoc fuit intentio eorum in recessu de Chaldæa. sed occasione habita remanserunt in loco intermedio, scilicet in Arā, vbi mortuus est Thare. In actibus verò Apostolorū vocatur Charā, & hoc est, quia prima littera est heth. pro qua in Græco ponitur chi littera, & in Latino duæ literæ, scilicet. c.h. Lucas autē scripsit actus Apostolorum in Græco. Notandum etiam quòd Abram accepit vxorem filiam fratris sui, quia tunc temporis talis gradus non erat prohibitus.*

Inc.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Venite igitur, &c. *Verba ista in plurali posita, sunt verba Dei ad angelos, qui sunt executores diuinæ iustitiæ.*

2 Vt nō audiat vnusquisq; vocē proximi sui. *i. non intelligat. Bene enim audiebant sonos verborum, sed non intelligebant significata eorum.*

3 Atque ita diuisit eos dominus, &c. *Illos qui erant vnius idiomatis ad vnam terram, alios vnius idiomatis ad aliam.*

4 Et cessauerunt ædificare. *Quia quando vnus petebat lapides alter portabat sibi cementum, vel aliquid simile, & sic credebat vnus se deuideri ab alio propter quod mota est inter eos rixa & contentio, & sic oportuit quod cessarent ab ædificando. & idcirco vocatum est nomen eius Babel. id est confusio, vel secundum proprietatem Hebraici sermonis id est mixtio: quia homines ad inuicem mixti non intelligebant se mutuò propter multitudinem idiomatum.*

5 Sem centū erat annorū quando genuit Arpha &c. *Hic consequenter ponitur vnius partis electio. s. generationis ipsius Sem. & nō omnis, sed vnius de qua in fine prosequitur. & legatur littera sicut iacet, hoc excepto. quod duo sunt hic notāda. Vnū est, quod in descriptione huius generationis dicitur aliqui vixisse quingentis vel quadringentis annis post diluuiū. Ex quo patet, quod illud quod supra dictū est sexto cap. Erūtq; dies illius centum viginti annorum, nō fuit terminus vitæ humanæ post diluuiū, vt crederent aliqui, sed fuit terminus vsq; ad inundationem diluuij, infra quem poterāt pœnitere. Secundum, hic notandum est, quod descripta vita cuiuslibet ipsius generationis, non dicitur hic in fine, & mortuus est, sicut supra dictum est describendo generationem ipsius Seth ante diluuium. Cuius ratio est, quia in illa generatione vnus, scilicet Enoch, fuit sublatus de medio hominum, non per mortem, sed quia translatus est in paradisum, vt supra dictum est, hic autem nullus est excipiendus à morte per talem modum. & ideò non dicitur in fine alicuius, & mortuus est, quia hæc est lex communis & certa de omnibus.*

✻ 1 Vixitq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

In cap.11. vbi dicitur in postilla: Hoc dupliciter exponitur vno modo sic: Ante patrem suum, &c.

ADDITIO I.

Quamuis ea quæ dicuntur ab Hebræis de morte Aram fabulosa videantur, cum nō habeant fundamentum in litera, tamen quod Abram fuisset diuina virtute liberatus ab igne vel ab aliquo magno periculo in Chaldæa seu in Ur Chaldæorum: aliquid videtur habere fundamentum in litera. Dicitur enim infra 25.c. Ego sum dñs qui eduxi te de Ur Chaldæorū, *quæ quidem verba sonant aliquam liberationem diminutus factam, eo modo quo dicitur Exod. 20.a.* Ego sum dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. *Nec obstat quod hic legitur:* Tulitque Thare filius suus Abrā & Lot filii Aram & eduxeos de Ur Chaldæorum: *quia vbi nos habemus.* Et eduxit eos, *veritas Hebraica habet.* Et egressi sunt cū eo de Ur Chaldeorū, *concordat cū hoc glossa quæ habetur infra 12. cap. super illud verbum. 75.* annorū erat Abram cum egrederetur, de Arā *sic dicens: Vera est igitur Hebræorū traditio, quod egressus sit Thare cum filijs suis de igne Chaldæorum, & quod Abram vallatus Babilonico incendio, quia illorum idolum, scilicet ignem sine incendium illud, adorare nolebat, liberatus sit auxilio Dei. Hæc in glossa, & est Hieron. Narrat etiam Ra. Moy. in libro de directione perplexorum, parte tertia, quod in quodam libro de agricultura Aegyptiaca, scilicet idolorum, continetur quod quidem vir nomine Abram disceptabat publicè cum idolorum cultoribus, asserens quod non erat ignis colendus vt Deus, & quod rex timens ne populum auerteret ab illa cultura, incarcerauit eum & spoliatum de terra sua eiecit. Qua quidem historia si ab infidelibus tradantur, quia tamē in fauorem fidei sonant non sunt repellenda. Habetur enim ex hoc quod Abram fuit tam ardens in confessione fidei quod etiam publicè & corā tyranno rege idololatras confutabat, & cum hoc quod Deus ipsum de manu tyranni liberauit.*

In eo. ca. 11. vbi dicitur in postilla: Notandum etiam quod Abram.

ADDITIO II.

In lege veteri nūquā fuit prohibitū quod homo acciperet in vxorē filiā fratris sui, seu filiā sororis suæ. prout patet Leuit. 18. b. vbi oēs in matrimonio prohibiti exprimuntur, inter quos prædictus gradus cōnumeratur.

Nulla te admiratio teneat, lector dignissime, si excellentissimus doctor magister Matthias corrector Burgen. istis duabus additionibus non respondet nec replicat ad illas: sicut nec ad multas alias inferius adductas, quoniam prædictus doctor non intendit replicare nisi ad illas quæ sunt contra postillatorem, quæ videntur facere difficultatem contra dictā postillatoris: Alias autem tanquam additiones aut tanquam indignas responsiones dimisit, vt potest intelligi ex dictis eiusdem inferius in Correctorio corruptorij cap. 11. Exod.

CAPVT XII.

a A aliàs† cogitnos, vt &c.

EGredere de terra, &c. AVGVST. Consideranda est narratio Stephani de hac re, cui magis harum expositionum non repugnet. Et illud quidem † contigit, vt non (sicut videtur narrari in Gene.) post mortē Thare locutus sit Deus Abræ, vt exiret de terra & de cognatione sua. Sed cū esset in Mesopotamia, priusquā habitaret in Chara, iam egressus de terra Chaldæorum, vt in illo itinere intelligatur ei locutus Deus. Sed quia Stephanus posteā sic narrat, tunc Abrā egressus de terra Chaldæorum habitauit in Chara, & inde postquā mortuus est pater ei⁹ collocauit cū in terra hac, nō paruas affert angustias huic expositioni, quæ fit per recapitulationē. Videtur enim habuisse imperiū Dñi, qui ei locut⁹ fuerat in itinere Mesopotamiæ egresso de terra Chaldæorū, & eunti in Arā: & post mortem patris sui implesse, cum dicitur: & habitauit in Chara, & inde postquam mortuus est pater eius collocauit eum in terra hac. Ac per hoc B manet quæstio. Si lxxv. annorū fuit quādo egressus est de Chara, quomodo possit hoc esse verum? Nisi fortè quòd ait Stephanus, tunc egressus Abram de terra Chaldæorum habitauit in Chara, sic accipiatur: tunc egressus est postquam ei locutus est dñs, iā enim erat in Mesopotamia (sicut suprà dictū est) quādo audiuit illud à dño. Sed per regulā recapitulationis contexere voluit Stephan⁹, & simul dicere vnde egressus, & vbi habitauit,

CAP. XII.

DIxit autem dominus ad Abrā: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā quā monstrauero tibi.

¶ Augustinus, vinente patre ¶ Patet.
a ¶ Christum.
a ¶ Terreno homine.
a ¶ Iudæa. ¶ Vitiorum.
a ¶ Diaboli. Obliuiscere populum & domum patris tui.
Psal 44.c.
a ¶ Gentium.
b ¶ Per Apostolos notitiam tui dando.

cū ait: Tunc Abrā egressus est de terra Chaldeorū, & habitauit in Chara. In medio autē. i. inter egressum de terra Chaldæorum, & habitationē in Chara, locutus est Deus. Quodverò adiūgit Stephanus, & inde postquā mortuus est pater ei⁹, collocauit eū Deus in terra hac: Notāduquia nō dixit, & postquā mortuus est pater eius, egressus est de Chara: sed inde collocauit eū Deus in terra hac: vt post habitationē in Chara collocaretur † in terra Chanaā, non post mortē patris egressus, sed collocatus in terra Chanaan. Vt sit ordo verborū, Habitauit in Chara, & inde collocauit eū in terra hac 3 postquā mortuus est pater eius, tunc. s. 4 locatus est quādo illic nepotē suscepit, cuius omne semen fuerat regnaturum, ex promisso Dei hæreditate donata, ex ipso enim natus est Hismael de Agar, & alij de Cethura, & ex Isaac Esau, ad quos non pertinet hæreditas. Ex Iacob autem filio Isaac quotquot nati

E Iuberus Abram egredi de terra & à Deo nechabitare Act. 7.a.

☞ sunt

NICOLAVS DE LYRA.

DIxit autem dominus ad Abram, &c. *Postquam Moses descripsit multiplicationem humani generis, & distinctionem fidelium ab infidelibus per duos stipites primos, scilicet Adam & Noe, hic consequenter sicut hoc idem per tertium stipitem, scilicet per Abram. Et currit ista descriptio per tres partes, primo per Abram. secundo per Isaac. cap. 25. tertio per Iacob. cap. 28. Circa primum describitur quomodo Abram processit de imperfecto ad perfectum, & ideo primo ostenditur quomodo se habuit vt incipiens, secundo quomodo vt proficiens. cap. 17. tertio quomodo vt perfectus cap. 22. Circa primum sic proceditur, quia primo ostenditur qualiter se habuit circa Deum, secundo qualiter circa proximum. 13. cap. tertio qualiter circa seipsum cap. 15. Circa primum tria ostenduntur. Primum est ipsius Abra obedientia ad Deum sine subiectio, secundum ipsius deuotio, ibi:* Apparuitq; dominus Abram, *tertium, sua fidei probatio ibi:* Facta est autem fames. *Primū autem describitur per hoc quod Abram obediuit Deo prompte dimittendo terram & cognationem, cum dicitur.*

1 Dixit autē dominus ad Abram. *Secundū q. dicit Ra Sa. istud fuit ei dictū per sexaginta annos ante mortem patris sui, quia pater suus & frater eius Nachor declinauerunt ad idololatriā in terra Aran: & ideò dominus Deus dixit Abræ, q. recederet à patre & cognatione. Quod autem*

F *tem in fine præcedēs cap. facta est mentio de morte ipsius Thare, hoc est per anticipationem secundæ ipsum, quia Moses volebat ponere tertium stipitem, scilicet Abram vt prædictum est: Sed dictū Ra. Sa. procedit ex suppositione, quòd Abrā esset primogenitus ipsius Thare, quod improbatum est cap. præcedenti: ideo dicendū quòd post mortē Thare dictū est. cō.*

2 Egredere de terra tua. i. *Chaldea in qua natus fuit. Sed quæritur, quomodo hoc sibi dicitur, cum iam diu ante egressus fuisset inde cum patre suo, vt prædictū est? Et respondent aliqui, quòd licet egressus fuerit corpore, non tamē mente, quia intendebat illuc redire: et ad hoc excludendū dicitur ei:* Egredere de terra, &c. *Sed hoc nō videtur, quia ille q. vellet redire sub tyrānide Nēro. d qui adhuc regnabat, sicut habetur inf. a 14. c.* Amraphel rex Sēnaar, &c. *de quo dicūt oēs Hebræi, q. iste erat Nērod, q. et erat binomi⁹, et ideo meli⁹ dicitur:* Egredere de terra tua, *vel. Ignis recede ab ea. & hoc videtur p. literā Hebraicā quæ sic habet:* Vade tibi de terra tua, *ac si diceret, pro vtilitate tua vade tōs⁹ à terra tua.*

3 Et de domo patris tui. *Non quia pater viueret adhuc, vt prædictū est, quia bene denominatur domus ab aliquo etiam postquam mortuus est, vt patet in scriptura in pluribus locis.*

4 Et veni, &c. *Adhuc enim determinationem terræ ei non reuelauerat, vt ostenderetur obedientia Abræ exeuntis ad domini mandatum, etiam ad locum indeterminatum.*

✍ 1 Faciam

MORALITER.

C 1 *Dixit autem dominus ad Abram.* In vocatione Abræ designatur hominis literati ad religionem vocatio, sicut fuit beatus Augu. & Gregor. & plures alij, qui multum profecerunt in ecclesia Dei. Cui per inspirationem dicitur à domino.

2 *Egredere, &c.* dimittendo terrenas possessiones.

† *Et de cognatione tua.* relinquendo amicos carnales.

3 *Et de domo patris tui:* dimittendo mores & gestus parentum secularium, aliter nō valeret habitū sumere religiosum. Exem-
Esopus. plum de asino, quem fingit poēta pellem leonis assumpsisse, quem cùm dominus suus quæreret, & propter pellem leonis ad eum appropinquare formidaret, tandē per gestus asininos eum reco

Religiosi ingredientes quantā gratiam accipiant.

gnouit, & ad suum seruitium reduxit dicens. Tu mihi qui quondam semper asellus eris. Sic diabolus sub habitu religioso mores & gestus sæculares cōspiciens, in suā redigit seruitutem.

4 *Et veni in terram, &c* scilicet viuentium vita gratiæ, ad quam religiosus deuotus iam venit in spe, & post mortem veniet in re: quia Tanta gratia datur accipientibus habitū religionis deuotè, quanta datur fidelibus in baptismo, vt dicitur in collationibus patrum collatione, &c. Et per consequens iam venit in spe ad terram viuentium vita gloriæ, quia gratia est arra gloriæ. Et hæc terra vitæ gratiæ fluit lacte eruditionis (sicut dicit Apostolus. 1. Corint. 3 a. *Lac vobis potum dedi.*) & melle deuotionis, quam in ea prægustatur mel futuræ beatitudinis.

† 1 Faciam

☞ sunt, id est, vniuersum semen eius ad illam hæreditatem pertinuit. Sic igitur locatus est in terra illa Abram, quando ibi vixit A vsque ad natiuatem Iacob.

STRA. Notandum, quòd iam egressus fuerat de terra sua, sed tunc egressus fuerat corpore non mente & voluntate, habebat enim animum forsitan reuertendi, quando dictum est ei: *Egredere, &c.*

lib. de Abraham. cap. 2. ✲AMBROS. Satis fuerat dixisse, *de terra tua.* Ibi enim erat *exire de cognatione*, exire de paterna domo. Sed ideo addidit singula, vt eius affectū probaret, † ne fortè aut impudenter cœpisse videretur, aut fraus aliqua mandatis cœlestibus pararetur.

sermo 68. ✲AVGVST. Nouum probationis genus, habenti propria exilia, indicere peregrina, ingerere laborem itineris quiescenti, imperare penuriā possidenti, & tantarum facultatum domino, necessitatem imponere peregrinandi. Libenter tamen fides accepit, quicquid arduum videbatur incredulis. Leue non est cuiquā dimittere propria, & sectari b aliena incerta, dimittere quod sciatur, quærere quod ignoras. Quis enim propria sine dolore & lacrymis dereliquit?

1 Abram. B Cui non est durum illos conscios naturalium parietes, dulcia illa limina, atq; amabilem larem, quem & parentū memoria, & ipsius infantiæ rudimenta cōmendant, vbi incunabula illa noui & mox oriētis hominis famulabātur, &c.

✲CASSIANVS. Tres vocationum sunt ordines, tres quoq; tenuciationes monacho necessariæ. Primus ordo vocationis ex Deo est, quoties inspiratio quædā nos ad desiderium vitæ æternæ ac salutis exuscitat, deūq; sequi cohortat. c Vt Abrahā voce dominica de genirali solo patrisq; domo legimus euocatū. Quo etiā modo beatum Antonium accitum esse cognouimus. Secundus est, qui fit per hominem, cum vel exemplis quorundam sanctorum, vel monitis instigati, ad desiderium salutis accendamur. Tertius qui ex necessitate descendit, cum nos diuitiis mundi huius, vel voluptatibus obligati, ingruentibus repentè tentationibus, ad dominum saltē inuiti properare cōpellimur. Prima abrenunciatio est, qua corporaliter vniuersas diuitias mundi facultatésq; contemsimus. Secunda, qua mores & vitia, affectūsque pristinos animi carnisque respuimus. Tertia, qua mentem de præsentibus vniuersis ac visionibus euocantes, futura tantūmodò contemplamur. Quę tria vt perficeret, Deus Abrahamo præcepit. Primum, cum dixit *de terra tua*, id est, de facultatibus mundi huius. Secundò, *De cognatione tua*, i. de conuersatione & moribus, vitiisq; prioribus. Tertiò, *de domo patris tui.* i. memoria mundi huius quæ oculorū occurrit obtutibus.

ISID. Reliquit terram Christus cognationē Iudæorū, & magnificatus est in populis gentiū. Nobis quoq; exeundū est de terra nostra. i. de facultatib⁹, & †opibus terrenis, & cognatione. i. cōuersatione vitiorū, quæ nobis à natiuitate cohęrētia, quasi affinitates cōsanguinitatis sunt cōiūcta, & *de domo patris.* i. de memoria mūdi, vt ei renūciātes possim⁹ cū populo Dei dilatari, & in terrā, p̄missionis cœlestis cū tēpus venerit introduci.

a *Faciam, te ingen. &c.* ISID. Duo promittuntur Abræ, quòd scilicet terrā Chanaan semē eius possidebit, cùm dicitur: *& veni in terram quam modo.ti.* Aliud autem longè præstantius, non de carnali, sed de spirituali semine, quo pater futurus est, nō tantum gentis Iudaicæ, sed omnium gentium fidem suam sequentium. quod ita promittitur: *& benedicentur in te omnes gentes terræ.*

b *Septuagintaquinq, annorū.* HIERO. Si Thare pater Abræ in regione Chaldæa. lxx. anno. genuit Abrā, & in Charā ccv. anno mortu⁹ est: quomodo post mortē Thare, Abrā exiēs de Chara. lxxv. anno. memorat? Cū à natiuitate eius vsq; ad mortē patris. c. xxx. anni fuisse deceantur. Vera est igitur Hebręorū traditio, q. egressus sit Thare cū filiis suis de igne Chaldæorū, & q. Abram vallatus Babylonio incēdio, quia illud adorare nolebat, liberatus sit auxilio Dei. & ex illo tēpore

☞ reputetur

NICOLAVS DE LYRA.

1 Faciamque te in gentem magnam. *quantum ad multitudinem prolis, licet Sara sit sterilis.*

2 Et benedicam tibi. *Multiplicando te in bonis spiritualibus & corporalibus.*

C 3 Et magnificabo, &c. *Augendo famam tuam.*

4 Erisque benedictus. *Antonomastice & excellenter præ cæteris patribus tuis: & ad hoc designandum in Hebræo dicitur.* Erisque benedictio, *sicut de aliquo excellenter largo vel liberali, non solum dicitur quòd sit liberalis in concreto, sed etiam liberalitas in abstracto. Aliter exponunt Hebræi dicentes quòd propter hoc dictū est:* Et eris benedictio, *quia futurū erat vt benedictio sacerdotum fieret secundum hunc modum.* Deus Abrā, Deus Isaac, & Deus Iacob benedicat tibi. *& iterum repetebatur nomen Abram dicendo:* Et Deus Abram benedicat tibi. *ita quod forma benedictionis qua sacerdotes vtebantur super populum incipiebat a nomine Abræ, & in nomē eius terminabatur.*

5 Atque in te benedicentur. vniuer. cogna. ter. *Hebræi exponunt sic, quando aliquis imprecabatur bona alteri dicebat: Beneficiet tibi Deus sicut fecit Abræ. Christiani exponunt de Christo, & melius, vt videtur:* In te benedicentur, &c. *id est, in semine de te nascituro, quod est Christus. In omni enim gente sunt aliqui Christiani, & ideo benedictio Christi fit super omnem narrationem terræ, hoc autem non potest dici de persona Abræ.*

6 Egressus est itaque Abram, *sicut verus obediens.*

7 Et iuit cum eo Loth, *voluntatè magis volens esse cum auunculo suo*

fuo fideli & iusto, quam cum alijs remanere.

8 Septuagintaquinque annorum erat Abram. *Istud patet ex prædictis si ponatur exisse ante mortem Thare per sexaginta annos, vt dicit Ra. Sa. quia Thare septuaginta annorum genuit Abram secundum ipsum quia dicit eum fuisse primogenitū: & Abram septuagintaquinque annorum egressus est de Aran, quibus si adiungantur sexaginta quibus pater* F *superuixit, vt ipse dicit (sed non probat) habentur anni ccv. quibus vixit ipse Thare: sicut habetur in fine præceden. cap. Sed quia hoc dictum procedit ex suppositione quòd Abram fuit primogenitus Thare, quod est improbatum: ei ideo dicendum quòd Abram exiuit de Aran post mortem patris sui Thare, & quòd nō fuit primogenitus eius, sed vltimus, ita quòd inter natiuitatem primogeniti Thare & natiuitatem Abræ fluxerūt lx. anni: & sic in morte patris sui Thare fuit. lxxv. annorum: quia Thare cum esset lxx. annorum cœpit generare, & inde vsque ad natiuitatem Abræ fluxerunt lx. anni, & Abram. lxxv. annorum erat quando exiuit de Aran immediatè post mortem patris, qui anni si simul iungantur faciunt. ccv. annos, & tot annis vixit Thare: vt habetur in fine præcedentis ca. Sequitur.*

9 Et animas quas fecerant in Aran & egressi sunt vt irent in terrā, &c. *id est, seruos & ancillas quos emerant. Vel secundum alios, viros & mulieres, quos de idolatria conuerterant ad cultum vnius Dei.*

10 Vsq; ad locū Sichem. *De hoc fit mētio specialis, quia dominus ibi ostendit sibi montē Gazirim, & montem Hebal, vbi filij Israel susceperūt erant iuramenta legis seruandæ per benedictiones super seruantes legem, & maledictiones super transgressores: vt habetur Deut. 27.c.*

1 Vsqu

MORALITER.

1 *Faciámq, &c.* Per conuersionem aliorum ad bonum.

2 *Et benedicam tibi.* Multiplicatione bonorum spiritualium.

3 *Et magnificabo te. &c.* Per regni cœlestis meritum.

4 *Erisq, benedictus.* Gloriæ namque collatio est Dei perfecta benedictio. Sequitur,

† *Tuliq, Sarai vxorem suam.* id est, sapientiam prius acquisitam, de qua dicitur Sapien. 8. a. Hanc amaui & quæsiui mihi sponsam assumere.

† *Et Loth,* qui interpretatur vacans, ideò per ipsum intelligitur amor studij qui quærit vacationem à tumultu terreni negocij. Hæc enim in religione conuerti debent in obsequium Dei, sicut fecerunt doctores supradicti.

† *Pertransi. Abram. ter. vsq, ad lo. Sichen.* qui interpretatur humerus, quia religiosus supponere debet humerum ad onera religionis portandum.

1 Vsque

Universidad de Deusto
Biblioteca

reputetur ei tempus ætatis, ex quo cõfessus est Deum: spernens A idola Chaldæorum. Potest autẽ fieri, vt quia scriptura reliquit incertum, ante paucos annos Thare de Chaldæa profectus veniret in Aram quàm morte obiret, vel statim post persecutionem, & ibi diutiùs moratus sit.

Hom. 31. in Genes. ✠ Chrysost. Vidisti quomodo nec ætas fuit obstaculo, nec aliud quidquam quod domi eũ potuit detinere, vt domi resideret, sed vicit omnia in Deũ amor. Anima enim vigilans est sobria, cuncta dissecat impedimenta, totáq; fit eius quod amat, propterea iustus hic nõ curabat, vel cõsuetudinem, vel domum paternam, vel sepulchrum vel senectutem ipsam.

phel regem Sennaar, & Arioch regem Pōti, quatuor reges aduersus quinque. Vallis autē siluestris habebat puteos multos bituminis. Ita- 14

a ¶ Canes muti non valentes latrare, & elati cedunt viris.

que rex Sodomorum & rex 6 Gomorræ terga verterunt, ceciderūt- 15

a ¶ Vitia non cedentes. b Virtutum eminentiam. c ¶ Hoc fit cum vitia vincunt rationem, & immittunt famem verbi, quo anima pasci debuit.

que ibi, & qui remanserant fugerūt ad montē. Tulerūt autē om- 16

nē substantiā Sodomorū, & 7 Gomorræ: & vniuersa, quæ ad cibum

a ¶ Occultando insidias. b ¶ Ex societate malorum pœnas temporales sustinent aliquando iusti.

pertinent, & ābierunt: Necnon & Loth, & substantiā eius, nihil fratris 17

Abrā, qui habitabat in Sodomis. Et ecce vnus qui euaserat, nunciauit

a ¶ In Hebræo transitori.

c Abram Hebræo, qui habitabat in cōualle Mambræ 8 Amorræi fratris 18 19

Quod

Abducūtur Loth capti uas.

Patet bitu minis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et Carnaim, Zuzim cum eis &c. *Nomina sunt gentium a predictis debellatarū. In Sabe Cariathaim. An planitie illius terre. nam Sabe enim in Hebræo est nomen cōe, & significat planitiem, legitur q. hic Sabe, pro Saue.* 2 Et Chorreos. *Istv sunt Horrei. In Hebræo scribitur per heth literam, cui in Latino correspondent duæ. s. c. h. prout supra dictum est cap. 11. de Haram, quæ in Actibus Apostolorum vocatur Charam.* 3 In montibus Seir. *Sic nominati sunt ab Esau, qui nondum erat natus: & ideo istud nomen ponitur hic per anticipationem. Videtur tamen melius q. vocatus sit mons Seir ab alio precedēte Esau vt habetur 3. 36. c. à quo descenderunt duces in monte Seir, antequā filij Esau haberent ibi principatum.* 4 Vsque ad campestria Pharam, quæ, &c. *vsque illuc persecuti sunt illos.* 5 Reuersique sunt. *Ab illo loco vbi persecuti sunt eos.* 6 Et venerunt vsq; ad fon. &c. *Quod significat iudicium in Hebræo. Vocatur enim fons ille fons iudicij, quia ibi congregabantur iudices terre illius ad determinandum iudicia. Secundum autem Hebræos dictus est locus ille fons iudicij. In significationem futuri iudicij. Quia futurum erat q. Moses & Aaron ibi iudicarentur pro aquis contradictionis, propter quas Dominus pretulit sententiam contra eos, quod morerentur ante ingressum terræ promissionis. vt habetur Numer. 20. b.* 8 Ipsa est Cades. *Sic enim alio nomine vocata est.* עין Cades *enim sanctū significat in Hebræo, quia dominus ibi sanctificauit nomen suū educendo aquas de petra vt ibidem habetur.* 9 Et percusserunt. &c. *Hoc dicitur per anticipationem, quia nondum erat natus Amalech.* 10 Et Amorræum, &c. *Et ipsa est Engaddi, vt habetur expresse. 2. Paral. 26. xx. c. Ipsa est regio abundans plurimum in balsamo & palmis.* 11 Et egressi. &c. *Hic consequenter describuntur captio Lot in speciali: Debellatis enim aduersarys trium regum, qui erant cum Chodorlahomor venerunt tres dicti reges cum Chodorlahomor ad debellandum rege Sodomorū, & alios quatuor qui ei rebellauerant: quibus debellatis captus est ipse Lot, qui habitabat in Sodomis, ex societate enim malorū iusti aliquando incurrunt pœnā temporalē, licet non sint participes criminis ipsorum, & patet litera vsq; ibi.* 12 In valle, &c. *Exponatur sicut prius.* 13 Vallis autem, &c. *Dicunt aliqui, quod ibi erant putei euomētes bitumen: quod est genus cementi fortissimi, ita quod non auferuntur nisi sanguine menstruo. Hebræi autē aiunt, quod in illa valle accipiebatur terra ad faciendū cementū, qua fodiata remanebant ibi fossa, quæ dicebātur fossa cementi. Vnde & in Hebræo habetur puteos cementi, illud autem interponitur hic propter quod sequitur.* 14 Ceciderūtq;, &c. *Quia fugientes de prælio timore turbati, nō considerabant loca periculosa quibus se ingerebant, & sic ceciderūt in fossas illas. Hebræi autem dicunt quod factum est illud propter Abrā, de quo non credebant homines illius terre, quod exisset illa strage de incendio Chaldæorum. Sed quando viderunt quod rex Sodomorum cecidisset in puteos illos armatus & exiuerat inde sanus nisi oculos, tunc crediderunt de Abram, quod similiter exisset de incendio Chaldæorum.* 15 Tulerunt autem. &c. *Quantum ad diuitias artificiales.* 16 Et vniuersa. &c. *Quantum ad diuitias naturales ex quibus vita substentatur.* 17 Necnon. &c. *Omnia predicta de bellis istis interposita sunt propter captionem ipsius Lot. Sequitur.*

Fons iudicij

18 Ecce vnus, &c. *Hic consequenter describitur ipsius Lot liberatio. vbi primo describitur Abrahæ fidelitas. Secundo ipsius benedictio, ibi: At vero Melchisedech. Tertio eius liberalitas, ibi: Dixit autem rex Sodomorum. Fidelitas autem eius apparet, quia non timuit ire ad pugnandum cōtra quatuor reges fortissimos, vt liberaret nepotē suum auctis captione eius. Et hoc est quod dicitur: Et ecce vnus qui euaserat. Dicunt aliqui Hebræi quod iste fuit Og rex Basan, qui euaserat de diluuio; sed hoc supra improbatum est. vij. c. Alij autem dicunt, quod fuit idem Og qui euaserat aliis Gigantibus interfectis in Astaroth, vt predictum est in isto ca. De quo etiam scribitur Deut. iij. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum: Sed hoc nō est verisimile, quod euadens de prælio, omnibus sociis suis interfectis secutus fuisset aduersarios suos: sed magis fugisset ad partem oppositam. Et ideo predicta expositiones videntur extorta a litera. Propter quod secundum planum sensum literæ dicēdum est, quod fuit de exercitu regis Sodomorū, qui fugiens trānsiuit vsque ad locum vbi manebat Abram, qui non erat multum remotus a loco belli: & quia cognoscebat Let & Abram patrem suum. Ideo nunciauit Abræ nepoti sui infortunium.* 19 Abram Hebræo, &c. *Ex hoc patet quod Hebræi non*

Hebræi de ritibus

MORALITER.

bene dicitur. xiij. anno. Nā per ternariū significatur fides trinitatis & per denarium, obseruatio x. præceptorum: & hic duo resilire faciunt à diabolo, de quo valde dolens iterum nititur eos subiicere sibi, & assumit secum tres alios reges, scilicet concupiscentiam carnis, appetitum honoris, & rei temporalis: qui reges dicuntur, eo quòd multi seruiunt eis: & istis tribus regibus ad suum intentum vtitur diabolus. Et sic debellat multos pœnitentum, & eos iterum sibi subiicit per peccati recidiuū, & cum eis capitur Lot, qui vt supradictum est contemplatiuum significat seu religiosum. Aliqui verò de numero religiosorum à diabolo capiuntur per insultum trium regum dictorum.

1 *Et ecce vnus*, &c. Per istum designantur boni euadētes insul-

tum

a *Quod cum audisset Abram, &c.* Isidorvs. Similiter fides nostra cum firmata est spiritu principali quinque sensus corporis quasi quinque reges subiicit verbo Dei triumphans de homine exteriori. Ille in trecentis decē & octo aduersarios debellauit, quia nos in sacramento Crucis, quā Thau litera significat, quæ trecēta significat, quinque sensus carnales, nos antea variis vitiis captiuantes, superamus. Decem & octo ex ternario & senario multiplicatus, fidē Trinitatis & perfectionē significat operis quibus virtutū cōtra vitia plena victoria perficitur.

Mystice.

Nota nuntiatur Abræ.

Socius seruus. Allegorice.

Strabvs. Allego. Bellū Abrę cū quatuor regibus, significat bellum virtutū & vitiorū. Pater ergo fidei & prima via credēdi pro fratre suo Lot dimicauit & vicit, nō in multitudine exercitus, sed in trecētis decē & octo expeditis vernaculis. Sic quisq; p anima sua cōtra spirituales neqtias bellū gerat cū trecētis decē & octo vernaculis, id est, cū auxilio sāctæ crucis. Thau em̄ litera q̄ habet figurā crucis ccc. exprimit.

Dan fons Ior.

b *Dan* autem vnus est de fontibus Iordanis. Alter enim Ior vocatur, quod interpretatur Riuus: duobus ergo fontibus qui nō procul a se distant, in vnū riuulū fœderatis Iordanis appellatur.

in cap. 14.

✠ Proc. Isto nomine extat adhuc vicus distans à Paneade 14. lapidibus, qua itur Tyrum. Is vicus sanè limes erat Iudeæ. Ibi quoque Iordanis euoluitur.

De locis Hebraicis.

c ✠ *Vsq. Hoba.* Hier. Alia litera habet, vsque Chobaā. Est autem Choba villa in Damasci regionibus, habens accolas Hebræos qui credentes in Christum, omnia legis præcepta custodiunt. Et à principe hæreseos, Hebionitæ nuncupantur.

In quæstio. Hebraicis.

d *At vero Melch.* &c. Hier. Hunc aiūt Hebræi esse Sem filium Noë, & cōputatione annorū ostendūt eū vsque ad Isaac vixisse, & omnes primogenitos à Noë vsque ad Aaron pōtifices fuisse.

Eschol & fratris Aner. Hi enim pepigerāt Fœdus cū Abrā. 1

a Quod cum audisset Abram captum videlicet Lot 2

a ¶ Non vxoratos, de quibus dicitur in sequentibus, exceptis his quæ comederunt inuentes: id est, bellatores qui secū fuerāt. Ité post illa verba. Proferēs panē & vinū. immediatè subditur pro qua causa. 12 Erat enim, &c. Ex quo patet q. causa pro qua promulit panē et vinū fuit ad offerēdum sacrificiū, quod pertinet ad sacerdotis officiū, pro refectione enim bellatorū magis pertinet ad hominē laicū proferre victualia adquā. sacerdotē, & ideo aly aliter peruertētes exponūt dicētes, quod Melchisedec promulit panē & vinū pro sacrificio offerēdo nō per ipsum, quia secūdū istos sacerdos nō erat: sed per ipsum Abrā qui tāquā sacerdos legitur pluries construxisse altare & sacrificiū Deo obtulisse, vt habetur infra 22. c. & ideo illud quod sequitur: Erat enim sacerdos Dei altissimi: non refertur ad ipsum Melchisedec, sed ad ipsum Abram. Et similiter illud quod sequitur. & dedit ei decimas ex oībus scilicet. ex Melchisedec: Dedit decimas de omnibus ipsi Abrę tanquā sacerdoti. Sed falsitas huius expositionis apparet per hoc: quod Melchisedec benedixit ipsi Abræ dicens: Benedictus Abrā Deo excelso, &c. Benedicere autē ad sacerdotē pertinet: quia quod minus est sine contradictione a maiori benedicitur, vt dicitur ad Hebræ. 7. c. Ité quod Melchisedec daret decimas de omnibus reportatis ipsi Abræ, patet falsum per literam sequentē, quia Abrā iurauit q. de omnib. illis nō acciperet à filo subtegminis vsq; ad corrigiā caligę, id est nullā rē quantūcūq; minimā acciperet, & ideo vera expositio est ista, quod Melchisedec erat Sem primogenitus filius Noe qui adhuc viuebat. Quod patet si computentur anni eius supra positi, imo vixit post vltra natiuitatem Iacob & Esau, vt probatur infra 29. c. Sed contra hoc arguitur, quia ad Hebræ. 7. c. dicitur de Melchisedec. Sine patre sine matre sine genealogia, neque initium dierum, neque finē vitæ habens, quod non potest dici de ipso Sem ergo non est idem homo. Sed ad hoc respondetur à doctoribus nostris quod hoc dicit Apostolus, nō quòd Melchisedec nō habuerit patrē et matrē, &c.

✠ sed

Salem verò postea dicta est Hierusalem, Apostolus memorans Melchisedec, sine patre & matre, refert ad Christum, & per eum ad ecclesiam gentium, quia gloria capitis ad membra refertur. Quoniā benedixit Abrę circunciso, & in eo Leui, & sic Aarō de quo posteà sacerdotiū. Ex quo vult colligere sacerdotiū, ecclesiæ habentis præputiū benedixisse circuncisō sacerdotio synagogæ. Quia autē ait: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec* ministeriū nostrū veri ordinis signatur nō per Aarō irrationalibus victimis immolādis, sed oblato pane & vino, id est, corpore domini, & sanguine consecrari.

alias † te tuos.

de quibus dicitur Abr.

3 Mambre. 4 Amorræi. Quæstiones Hebraicæ super Genesim. Hieronymus.

✠ Idem. Omnes penè sancti patriarchæ & prophetæ, in aliqua re figurā expresserūt Saluatoris. Sic Melchisedec, eo q. Chananæus fuerit & non de genere Iudæorū in typū præcessisse sacerdotis filij Dei, de quo dicitur in 109. psal. *Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedec.* Ordinem autē eius multis modis interpretantur, quod solus & rex fuerit & sacerdos, & ante circuncisionē functus sacerdotio, vt nō gētes ex Iudæis, sed Iudæi à gētibus sacerdotiū acceperint, neq; vnctus oleo sacerdotali, vt Mosis præcepta cōstituūt, sed oleo exultationis & fidei puritate, neque carnis & sanguinis victimas immolauerit, sed pane & vino simplici puróque sacrificio, Christi dedicauerit sacramentū.

In Epistola ad Euagri. Abram eripuit Lot.

Hebræ. 7. De consec. d. 2. c. in calice & c. accipite.

✠ Idem. Quod ait, *Tu es sacerdos in æternum*, mysteriū nostrū in verbo ordinis significatur, nequaquam per Aaronem irrationalibus victimis immolandis, sed oblato pane & vino, id est, corpore & sanguine domini.

In cap. 26. Marth.

Quæst. 63. in Gen.

✠ Theod. Melchisedec Domini sacerdotij figuram gessit, quare & panem & vinum ipsi Abraham rependit, vtpote talia vniuersorum Deo offerre consuetus.

Chry-

NICOLAVS DE LYRA.

non sunt dicti ab Abram sed ab Heber, à quo etiam ipse Abram hic dicitur Hebræus. Item idem patet per literas in Hebræo, quia Abram incipit ab Aleph, Heber verò per Ayn. Et ideo si Hebræus diceretur ab Abram inciperet per Aleph: quod non est verum, sed incipit ab Ayn.

1 Hi enim. *Scilicet tres fratres qui erant de genere Amorrhæorum.*

2 Pepigerant. &c. *Et ideo adiuerunt eū vt habetur in fine huius cap.*

3 Numerauit expeditos. *Id est, paratos ad pugnam.*

4 Vernaculos suos. *Id est seruos suos natos in domo sua:* trecentos.

C decem & octo, &c.

5 Et diuisis so. *Scilicet, Abner, Escol & Mābre, faciebāt diuersas turmas, vt in pluribus partibus inuadēs aduersarios, incuterent eis maiorē timorē. Aliter exponit Hebræi. Diuisis socijs, quia illos sibi fœderatos separauit & diuisit ad sarcinas custodiendas et parati erāt ei succurrere si indigeret. ipse tamē cū seruis suis intrauit belli.* 6 Irruit super. *Quādo dormiebant sopore graui propter laborē precedētis diei, & quia dormiebant securi, super eos irruit antequam possent armari.*

7 Reduxitq;, &c. *Quoniā illi qui euaserāt man⁹ eius ita fuerāt præoccupati q. nihil poterāt secū portare.* 8 Egressus, &c. *Ad faciendum ei reuerentiā & reddēdū ei gratias de occisione aduersariorum suorum.*

9 In valle Saue. *Id est, in valle plana & æquali.*

10 Quæ est vallis, &c. *Habebat enim ibi rex manerin. à quo denominabatur vallis illa.* 11 At verò, &c. *Hic cōsequēter ponitur ipsius Abræ benedictio. Circa quod sciendū q. Iudæi aduersary fidei Christianæ, scripturas quæ loquūtur de Christo mitūtur deprauare, inter quas est Psal. 109. in quo fit mentio de sacerdotio Melchisedec. Et occasione illius Psalmi de Christo loquitur, passu istum perverse exponere nituntur, dicentes quod iste Melchisedec protulit panē & vinū, nō in sacrificium, sed magis ad reficiēdum Abrā & populū eius qui veniebat de prælio. Sed hoc patet falsum per literam precedēte & sequentē. Dictū est enim supra quod illi quatuor reges, quos debellauerat Abrā: asportauerāt de Sodomis vniuersa quæ*

MORALITER.

tum diaboli, qui ipsi Abram, id est, prælatō, cui præest, & prodesse potest peccata denunciant sociorum suorum, vt apponatur remedium, & ipse liberat denunciatos de diaboli potestate, & sic liberatur Lot de diaboli captione:

4 ✠ *Exceptis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ ✻ Chrys. Vide ꝓpter honorē in patriarchā collatū, quomodo sacramētū insinuatur. Extulit eīn illi panē & vinū. Videas typū, cogita & veritatē, & admirare diuinarū scripturarū veritatem, quomodo superiorib. seculis, & ab initio futura præsignata sint.

Hom. 35. A

✻ Avgvs. Ibi quidem primum apparuit sacrificium quod nūc à Christianis offertur Deo toto orbe terrārū, impleturque illud quod longè post hoc factum per prophetam dicitur, ad Christum *Tu es sacerdos in eternum, &c.*

Lib. 16. de Ciuitate dei cap. 22.

✻ Clemens Alex. Melchisedec vinum & panē sanctificatum dedit nutrimentum in typum Eucharistię.

Li. 4 Strom. Sunt, qui tradidit hostes tuos in manus tuas.

✻ Evseb. Melchisedec, sacerdos gētium, nusquam videtur sacerdotiis corporalib. functus, sed vino & pane.

lib. 5. de Demonst. c. 3.

✻ Cyprian. In sacerdote Melchisedec sacrificij dominici: sacramentum præfiguratum videmus, secundum quod diuina scriptura testatur & dicit, Et Melchisedec rex Salē protulit panem & vinum. Et obtulit Christus hoc idem quod Melchisedec &c. obtulerat, id est, panem & vinum suum, scilicet corpus & sanguinem.

lib. 2. epist. 3

Strabvs. Melchisedec (qui interpretatur rex iustitiæ & dicitur rex pacis) Christū significat, per quem reconciliati sumus, & qui in fine seculi iustē iudicaturus est. D

a *Dedit ei decimas.* Isid. Sciens ergo patriarcha, melius sacerdotium fuisse in populo gentium, quàm Leuiticū: quod de ipso erat nasciturum, & à meliore benedicendum, decimas substātię post benedictionē dedit Melchisedec: sicut sacerdotibus benedictibus sibi, populus secūdū legem decimas dabat. Melchisedec interpretatur rex pacis vel iustitiæ: Per Christum enim reconciliamur Deo, qui venturus est discernere bonos à malis. Ipse est sacerdos qui pro omnibus Deo patri seipsum obtulit, & verus rex qui in præsenti suos regit, & in futuro iustē iudicabit.

2 ¶ Quasi hęc victoria Deo excelso est assignanda, & ei gratiarum actio pro beneficiis exhibenda.

Bēnedictus Abrā Deo excelso, qui 1 creauit cœlū & terrā, & benedictus Deus excelsus, 2 quo protegēte hostes in ma-

¶ vel suis. a ¶ Moraliter decimæ dantur cum bono operi perseuerantis additur. ¶ In quo Leui tanquam minor decimatus est.

1 Antiqua pro hostibus ponit ad mas. Hebr. f. Carne subiectos. Subiugauit.

nibus tuis sunt. † Et dedit ei decimas ex omnibus: Dixit au-

a ¶ Vitia solas animas querunt. b ¶ Spolia. ¶ Per cupiditatem fallere molitur.

tē rex Sodomorū ad Abrā. Dā mihi animas 5 cetera tolle tibi. Qui respōdit ei: Leuo manū meā ad dñm meū excel-

a ¶ Quasi nec minimum, Excutit manus suas ab omni munere.

sum possessorē cœli & terrę, ꝙ à filo subtēgminis, vsque ad corrigiā caligæ, nō accipiā ex omnib. quæ tua sunt, ne dicas: ego ditaui Abrā, exceptis his quæ comederūt iuuenes, & pārtibus virorum qui venerunt mecum, Aner, Eschol, & Mambre. Isti accipient partes suas.

a ¶ Iuste cuique tribuit quod suum est.

Abram filia recognoscit.

☞ CAP

☞ A Is itaque trans. &c. *Noli timere.* Triumphata multitudine vitiorum, confortatur spes cuiusque fidelis à domino netitubet, sed mercedem expectet.

✻ Chrys. *Ego protector tuus.* Multā habet hoc verbū Emphasim. Ego q à Chaldæis te euocaui: ego qui te huc duxi: ego qui te à periculis Aegypti liberaui, ego q semel, atq; iterum promisi tibi atq; semini tuo daturū me terrā hāc: ego qui in dies magis & magis omnibus te clarum ostendo, ego protego te, hoc scuti vice tibi ero, ego pro te certo, propugnator fio, curam gero, omnia difficilia facilia tibi reddam, ego protego te.

† 23. q. 5. c. dicat.

1 Protector fautum.

b ✻ *Et merces tua.* Noluisti mercedē accipere pro laborib. quos sustinuisti, tantis periculis te obiiciēdo, sed contēpsisti & regem & munera eius. Ego tibi mercedem dabo non tantū quantam accepturus eras, sed multam ampliùs & valde multam.

2 Additq. in q. Hebr.

c ✻ *Dixitq; Abram.* Hieron. *Ego vado sine liberis & filius Masech vernacule meæ hic Damascus Eliezer.* Vbi nos habemus, *& filius Masech. vernaculæ meæ, in Hebræo scriptū est,* משק בתי ובן *vben Meseq bethi*, quod Aquila transtulit, ὁ υἱος τοῦ πεπιστευμένου οἰκίαν μου *filius potum dantis domui meæ.* Theodotio vero, καὶ υἱος τοῦ ἔστι τῆς δικίας μου, & filius eius qui sup domū meā est. Quod aūt dicit, hoc est, *Ego sine liberis moriar, & filius procuratoris mei vel vilici*, qui vniuersa dispensat cibaria familiæ meæ vocatūrque Damascus Eliezer, hic meus hæres erit. Porrò Eliezer interpretatur Deus meus adiutor. Ab hoc aiunt Damascum & nominatam & conditam.

1 hoc reputatum.

a ¶ Qui vicia vicit, boni operis fructū quasi multiplicari seminis fœcūditatē quærit

Cap. XV.

Abrā: Dñe Deus quid dabis mihi? Ego vadam

a ¶ Qui omnia dispensat & destribuit familiæ cibaria.

absq; liberis & filio procuratoris domus meę,

2 ¶ Ab hoc aiunt Damascum nominatam, & conditam, & ipsum ibi regnasse. b ¶ Deus meus adiutor.

iste Damascus Eliezer. 2 Additq; Abrā: Mihi autē nō dedisti semē: & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Statimq; sermo dñi factus est

a ¶ Cœleste scilicet. ¶ Christianus populus coruscans lumine resurrectionis.

ad eū dicēs: Nō erit hic hęres tuus, sed q egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem.

d Eduxitq; eū foras, & ait illi: Suspice cœlū, & numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuū. Credidit Abrā dño: & 3 reputatū est illi ad

c ✻ *Credidit Abram Deo*, &c. Ambros. Ideo ergo reputatum est illi ad iustitiam, quia rationē non quæsiuit, sed promptissima fide credidit. Bonū est vt rationē pueniat fides, ne tāquā ab homine, ita à

☞ domino

✻ Ambro. Ab ipso Dominoquā mercedem postulat patriarcha consideremus. Non diuitias vt auarus, non lōgæuitatē vitæ istius, vt meticulosus mortis, non potētiam vt superbus, sed dignum quærit sui hęredem laboris.

✻ Rvpert. Quod dixit hic patriarcha, *Domine quid dabis mihi*, nō diffidētis animi est, sed cōtriti & humiliati cordis est, & cū nimia humilitate dñm consulentis, vt videlicet flebili cōquestione pulsatus Deus, certius quid respōdeat de superiori promissione sperandi seminis.

lib. 2. de Trinit. c. 25. dr Abrah. ca. 2

li. 5. in Gen cap. 17.

Dixitq; Abrā, &c. Murmurationē significat antiquorū, qui lōga expectatione suspēsi, iā quasi de aduētu eius hesitabāt, qui tāquā dñs æternā hæreditatē acceptur⁹ multiplicato semine credentiū sterilē legē tanquā vernaculi dispensatione erat exclusurus. Quorū hesitatio prophetico spiritu remouetur, & fides cōfirmata iustitiā promeretur. *Vnde credidit Abrā Deo, &c.*

Mysticè. Deus protector & merces.

d *Suspice cœlum, &c.* Superius dixit. *Erit semē tuū sicut arena maris*, quia in illa plebe quidā erāt carnales & terreni, qui arenæ cōparantur, qui aridi & à bonis operibus infœcundi, alij quasi stellæ fulgētes. Rab. Duplex significatio promissi seminis datur. Ostēsis stellis dicitur ei: *sic faciā semen tuū*, i. gentē christianā, cuius tu pater futurus es in fide. s. resurrectiōis lumi-

Promittitur Abræ Isaac filius. Rom. 4. c. Abrā dictus iustus. Cor. 4. a. al-nō habet † Abrā Ga l. 3. a. Iaco. 2. d. 23. b. 1. c. cū igitur. §. hac itaque.

ne coruscare. Ostensa verò arena dr: Sic erit semen tuum. *iam tanta multitudine, quod vix aut nunquā possit numerari ab homine. Patet etiā ex dictis, quod ista visio ostensa est Abrę de nocte quādo stellæ possunt videri. Cōsiderandū quod licet Deus etiā per hoc intenderet significare multiplicationem seminis Abrę, cōparando ipsum stellis cœli, tamē principaliter mi ēdebat promittere ei & semini eius vitā beatā, quæ erit in resurrectione mortuorum, vnde dicit Apost. 1. Cor. xv. e.* Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorū. *Multiplicatio enim prolis & bona quæcūque tēporalia, nō possunt esse merces vel finis principalis operum iustitiæ vel virtutis, quia finis principaliter intentus melior est semper his quæ sunt ad finē, & præmiū à Deo principaliter promissum semper est melius quā opus meritorii, propter quod promittitur. Bona autē quæcunque tēporalia, sunt minora quā iustitiæ opera: & ideo hic & in aliis locis sacræ scripturæ, vbi pro operibus virtutis vere & proprie dictis, promittuntur aliqua bona tēporalia, nō intelliguntur principaliter promissa, sed quasi manuductiua ad bona spiritualia & aeterna quę principaliter intelliguntur promissa. & hoc cōueniebat maximè tēpore legis Mosaicæ & naturæ in quo homines imperfecti erāt respectu tēporis gratiæ secundū quod dicit Apost. ad Heb. xi. c. Nihil enim ad perfectū adduxit lex. Modus aūt imperfectorū est, vt ad amorē bonorū spiritualiū & cœlestiū inducātur per amorē tēporaliū & terrestriū vt secundū Grego. animus ex his quę nouit surgat ad incognita quæ nō nouit. Et per hoc quod scit norū diligere, discat & incognita amare. Quod aūt Abrahā in hoc loco intellexerit sibi & semini suo nō solū esse promissa terrena, sed etiā cœlestia, quæ per Christū sunt adimpleta: patet Ioa. viij. g. Vbi dicitur* Abrahā pater vester exultauit, vt videret diem meū: vidit & gauisus est. *Dies aūt Christi, vel tps intelligitur tps passionis, & resurrectionis eius secūdū quod ipse dixit immmēte passione. Matthæi xxvj. b.* Tps meū, ppe est, &c. *Et tūc aperta est ianua cœlestis, & eductī sunt sanctī patres de inferno. & ꝓpter prędicta bene dicitur in officio de mortuis:* Sed signifer sanctus Michael repsentet eas in lucem sanctā quā olim Abrahæ ꝓmisisti & semini eius: *accipitur ex hoc loco. Cōsiderāndū quod in hoc passu & cōsimilibus est aliquo modo duplex sensus literalis. Vnus de bonis terrenis, quæ minus principaliter & manuductiue promittuntur. Alius de spiritualibus seu æternis, quæ principaliter intēditur. quia sensus principaliter intētus literalis dicitur: tamē aliquo mō pōt dici vnus, quia secundū philosophū. Vbi vnū propter alterū, vtrobique tātū vnū. Minus principalē verò semper est propter magis principale. Illud aūt quod hic dicitur est ꝑtes viā ad intelligēdū multa q cētiuntur in veteri test. pp q diutius hic moratus sum.* 15 Credidit. *In nullo hæsitās de diuino promisso.* 16 Et reput. &c.

quia

Luc. xvij. c. *Cū omnia bene fecerimus, dicite: serui inutiles sumus.* Sic beatus Frāciscus dicebat fratrib. suis: Modo incipiamus seruire dño, q a vsq; nūc parū profecimus. Ideo subdit: 6 *Ego vadā, &c.* i. absq; operibus bonis in quibus cùm Dei gratia homo per liberū arbitriū operatur. 9 *Iste Damasc.* i. ille q officio vel statu est me minor in operibus bonis. 11 *Nō erit hic hær.* i. hæreditabit vitā æternā me excluso, vel saltē erit mecū ibidē i maiori loco pp qđ subdit assecuratio de cōtrario cū dr 13 *Suspi. cœl.* Quasi dicat pl⁹ q posses credere augmētabit meritū tuū.

1 Ego

sed quia scriptura non facit mentionem de patre eius, &c. Sed adhuc videtur argumentum remanere quia scriptura facit mentionem de patre Sem & matre eius & genealogia, & de principio vitæ eius & fine. Dicendum quod verum est. Sed hoc non est sub nomine Melchisedec, sed solum sub nomine Sem. & sic intelligit apostolus & doctores sancti, quod sub nomine Melchisedec non fit mentio in scriptura de patre & matre eius, nec determinat etiam de genealogia, nec de principio & fine vitæ suæ. Erat enim sacerdos Dei altissimi, quia pater erat omnium illorum qui remanserant in cultu Dei, & quia erat primogenitus ratione nativitatis, vt dicunt aliqui, vel saltem ex ordinatione patris, si non fuit primò natus, vt dicunt alij. Ius enim primogenituræ bene trāsferebatur ad filium post natum ex ordinatione patris, maximè de voluntate Dei, sicut Iacob ius primogenituræ transtulit à Ruben primò nato ad Ioseph quantum ad duplicem portionem hæreditatis accipiendam, & ad Iudam, quantum ad dignitatem regiam, vt habetur infrà 48. c. & 49. Sacerdotiū autem fuit annexum primogenituræ vsq; ad legem datam per Mosē, ideò audita victoria Abrę diuina virtute facta, protulit panem & vinum. i. sacrificium reddendo gratias Deo, & ideò benedicendo Abram dixit: Benedictus Abram Deo excelso, &c.

1 Et de. ei deci. *scilicet Abram ipsi Melchisedec cui debebatur tanquam sacerdoti. Et sic exponit Apostolus ad Hebræos vij. Ostendens quod Leui fuit decimatus in Abram.*

2 Dixit autem rex. *Hic describitur liberalitas Abrahæ, quia quamuis totam prædam posset retinere, voluit tamen aliquid recipere.*

3 Da mihi, &c. *Id est, viros, mulieres, & paruulos.*

4 Leuo manum meam. *Modus est iurandi.*

5 Ne dicas ego. *Hoc dixit, non ad iactantiam, sed ad Dei gloriam, qui ei promiserat multiplicationem bonorum temporalium, vt supra dictū est. Et ideò nolebat quod eius ditatio aliquo modo alij attribueretur.*

6 Exceptis, &c. *Id est, bellatores qui fuerunt mecum in prælio.*

7 Et partibus, &c. *Isti enim non erant de familia Abrę, & ideò non erat suum dare partes ipsorum de præda illa. Quod autem dicitur hic de ipsis: Qui venerunt mecum, vno modo exponitur, quod cum ipso intrauerunt bellum, vt prædictum est. Et secundum hoc certum est, quod habuerunt ius in parte prædę. Alio modo quod non intrauerunt bellum, sed remanserunt ad custodiendum sarcinas, & secundum hoc etiam declarauit Abram quod haberent ius in parte prædæ. Et ex isto loco accepit David illud quod determinauit. j. Reg. 30. f.* dicens: Aequa pars erit descendentis in prælium, & remanentis ad sarcinas. *Vnde quod ibidem sequitur. Et factum est hoc ex illa die & deinceps constitutum: & quasi lex in Israel. In Hebræo habetur. Et factum est hoc ex die illa, & desuper, vel de ante, quia obseruatum fuerat tempore Abram, vt patet ex dictis. Veruntamen quod Abram hoc seruandum decreuerit, Dauid postea magis declarauit, & firmius statuit tanquam ex regia potestate, &c.*

2 Dixit autem rex Is itaque

CAP. XV.

His itaque, &c. *Postquā descripsit Moses qualiter Abrā benè se habuit vt incipiēs et hoc quātū ad Deū & proximū: Hic cōsequēter ostendit qualiter se habuit ad seipsum, & quia prolesreputatur vna persona cū patre, & secundū illud Eccl. 30. a.* Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, reliquit enim filium similem sibi. *& similiter vir & vxor quasi vna persona computantur, secūdū dictū Saluatoris Matth. 19. a.* Itaq; iā nō sunt duo sed vna caro: *Ideo primo ostenditur qualiter Abrā se habuit in petenda prole. Secundo, qualiter in regenda vxore. 16. c. Circa primū primo ponitur Abrę petitio. Secundo petitionis exauditio.* Factus est sermo Domini, &c. *Tertio exauditionis confirmatio, ibi:* At ille ait: dñe Deus. *Circa primum describitur occasio petitionis. Abram enim ex victoria tam solenni quam dominus dederat ex timuit ne in hoc accepisset totam mercedem iustitiæ suæ a domino, & ideò dominus assecurauit eum de contrario dicens.* 2 Noli timere. *de eo quod cogitabat. Sequitur.* 3 Et merces tua. *& est, victoria quā dedi tibi non est merces tua, sed maiorem satis ego reseruo tibi. Et ex isto verbo domini habuit occasionem petendi prolem, quia quilibet naturaliter desiderat in bonis suis habere hæredem sine successorem. Propter quod sequitur.*

C

4 Dixitq; Ab. *ostendendo suū desiderium.* 5 dñe deus, &c. *aut si dicat parū valebit ista mihi, ex qua filiū non habeo.* 6 Ego vadā absq; li. &c. *quia Sara erat sterilis.* 7 Et filius pro. &c. *Hoc exponitur dupliciter. Uno modo sic, vt sit sensus: Procurator domus meæ habet filiū, cui potest bona sua relinquere, nō aūt ego, & sic melioris conditionis me est, quam is ad hoc. Alio modo vt cū dicitur: Et filius procuratoris domus meæ, subintelligitur: erit hæres meus: quia cogitabat eū adoptare in filiū, eo quod vxor sua erat sterilis: Et ista expositio magis cōsonat literæ, quia sequitur postea:* 8 Et ecce verna. meus. *i. seruus natus in domo meā.* 9 Hæres meus erit. *Iste Damascus Eliezer. Eliezer enim erat procurator domus Abrę, & Damascus filius eius fuit, à quo etiā denominata est ciuitas Damasci.* 10 Statimq; sermo dñi factus est ad eū. *Hic ponitur sua petitionis exauditio. Petitio enim est desidery ostēsio, & ideo quia Abrā ostēderat desiderium suum de prole habēda, dominus respōdet illi dicēs.* 11 Nō erit hic hæres tu⁹. *s. filius procuratoris tui.*

Eliezer pro curator domus Abrae.

12 Sed qui egredie. &c. *i. quē generabis in vxore tua, & quia nō solū promisit sibi prolē, sed etiam prolis magnam multiplicationem. Ideo sequitur.*

13 Suspice cœlū, &c. *Et accipitur hic si, pro non.* 14 Sic erit semen,

Secūdū Hebræos Abrā ex victoria tā excellēti de quatuor regib⁹ habita, timuit. ne foret in hoc sua iustitia remunerata propter quod dixit dñs ei, ne timeret. Igitur Abrā significat quemlibet iustū, qui exultatus ex aliquo dono Dei timet, ne fortè de bonis suis remuneratus sit in ꝑsenti. Propter quod dñs consolatur eū per inspirationē internā dicēs: 2 *Noli timere Abram*, &c. f. in futurū reseruata. Homo verò sic visitatus à Deo reputat se parū aut nihil fecisse, secūdū illud Luc.

6 Exceptis. &c. Et talis prælatus à Melchisedec benedicitur, per quem dominus noster Iesus Christus significatur, sicut Heb. 7. a

In c. 14. vbi dicitur in postilla. Quod factū est istud propter Abram.

ADDITIO I.

Hæc expositio Hebræorum est friuola, quia ex hoc quod rex Sodomorum miraculose exiuisset de puteo, non attribuerunt gentes exitum Abrę de incendio Chaldæorum, testimonio veritatis diuinæ fidei in detestationem idololatriæ, pro qua Abram exposuit se periculo incēdy, cum etiam rex Sodomorum qui pessimus et idololatra erat, sic exiuerat armatus de puteo et illæsus, sed potius ista attribuebant magicis artibus vel huiusmodi. Et sic istud miraculum factum regi Sodomorum non redundaret in gloriam Dei, quod esset valde inconueniens, &c.

C

In eo cap. 14. vbi dicitur in postilla: Ex hoc patet, quod Heb. non sunt dicti ab Abram.

ADDITIO. II

Vnde dicatur Abram Hebræus, plenius habetur in additione super Matthæi 21. c. Vide ibi.

In eo cap. 14. Vbi dicitur in post. Numerauit expeditos vernaculos.

ADDTIO III.

In hoc loco vbi litera nostra dicit: Et numerauit expeditos, litera Hebraica habet: Munuit expertos, & est sensus q. muniuit suos armis belli-

cis. scilicet seruos qui erant expti. ex quo patet prudētia Abrę in re militari, qa nō inermes accepit qui ad fugā sunt proni, vt dicit Vegetius: sed munitos seu armatos. Similiter nō accepit tyrones, sed iā expertos. Potest esse quod ex vitio scriptorū hæc varietas cōtingat, sic q. vbi dicitur: Muniuit: posuerūt: Numerauit, & vbi habetur expertos, posuerunt expeditos, propter similitudinē harū dictionū ad inuicē: et etiā propter hoc quod statim adduntur termini numerales scilicet 318. Sed hoc non obstat: nam ex hoc non sequitur, nisi quod tantus fuerat munitorum & expertorū numerus.

In eodem ca. 14. vbi dicitur in postilla: Et ideo audita victoria Abrę diuina virtute, &c.

ADDITIO IIII.

Hoc sacrificium quod obtulit Melchisedec non est intelligēdum esse idē realiter cū nostro sacrificio, sed esse figuratiuū illius: Vnde glossa interlinearis sup illud verbū. Proferēs panē & vinū, dicit: Hęc sacramēta nostrorum sacramentorum figura fuerant.

REPLICA

Correctorium corruptorij his additionibus non respondet, quoniam dicit illas non esse dignas tractatione. Cum sint nullius vtilitatis, sicut patet ꝑà respondendo additionibus tertiædecimi capituli.

NICOL.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominol Deo rationē videamur exigere. Etenim quā indignū, vt humanis testimonijs de alio credam⁹, Dei oraculis de se nō credamus?

✠ Aug. Hic ia illa sententia ponitur, cuius Apostolus meminit propter Dei gratiā cōmendandam. *Credidit Abram Deo, & deputatum est ei ad iustitiam*, ne circumcisio gloriaretur, gentesque incircumcisas ad fidē nollet admitti. Hoc enim quādo factum est, vt precedenti Abræ deputarentur ad iustitiam, nondum fuerat circumcisus.

a ✠ *Domine Deus unde.* Aug. vs. Nō ait vnde sciā, quasi adhuc non crederet, sed ait, *secundum quid sciā*, vt ei rei quam crediderat, aliqua similitudo adhiberetur, qua eius modus agnosceretur. Sicut nō est Mariæ virginis b diffidētia quod ait, *Quomodo fiet istud*. c Quod eñ futurū esse certa erat, *modū quo fieret*, inquirebat.

Quæst. 64. Columbā pullum columbarum. Heb.

✠ Theodor. Videbat eñ innumerā multitudinē, Palæstinā obtinere, Scire igitur auebat vtrū bello, an alio aliquo modo expellēda gēs illa esset. Ob id post Abræ sacrificiū apparuit De⁹ dicēs, *Scito prænoscēs &c.* quo oraculo Abrā edoct⁹ est quā diu scrituri erāt Hebræi, & quo pacto terrā Philistinorū possessuri.

b *Sume inquit mi. &c.* Isid. Vacca triēnis plebs Iudaica posita sub iugo legis, capra eadē futura peccatrix, aries regnatura significat. Hęc trima dicuntur, quia per articulos tēporū ab Adam vsque ad Noē, & inde vsque ad Abraam, & inde vsque ad Dauid, tanquam trimam ętatē gens adoleuit. Per turturem & columbam spirituales populi figurātur, filij promissionis & hæredes regni futuri, quorum ętas tacetur, quia æterna meditantes, temporalia trāsgrediūtur. Animalia trima contra se partibus constitutis diuiduntur: quia carnales & in veteri populo, & nunc ab inuicē seperantur. Aues non diuiduntur, quia spirituales, nec schismate, nec hæresi seducūtur, & sed pace fruuntur. Siue solitarij, vt turtur: siue cū alijs vt colūba cōuersantur. Volucres descendentes super corpora diuisa: significant dæmones pastum sibi de carnalium diuisione quærentes, Abrā aues abigens, significat multos carnales merito sanctorū in fine mūdi liberādos. Circa solis occasum *pauor irruit in Abrā, & horror magnus & tenebrosus inuasit eū*, quia circa finem sæculi magna perturbatio ab Antichristo inuadet sanctos. Vnde erit tribulatio qualis non fuit ab initio. Cū ergo occubuisset sol, &c. significat post finem sæculi futurā diem iudicij, quando per ignē separabuntur boni à malis.

vacca triēnis.

a ¶ Quia iustus ex fide viuit.

a ¶ Igne & Mysticè: ignis Chaldæorum incentiua vitiorum.

1 iūstitiā. Dixitq; ad eū: Ego dñs q eduxi te de
2 vr Chaldæorū, vt darē tibi terrā istā, & possi-
¶ signum quęrit non tentando, sed sperando, & modum quęrendo: hinc mos accepit Iudæis vt signa petant.
2 deres eā. At ille ait: Domine Deus, vnde scire
3/4 possum quòd possessurus † sim eā? Et † rñdens
a ¶ plebem Iudaicam iugo legis præssam. b ¶ Eandem peccatricem futuram.
5 dñs: Sume, inquit † mihi vaccā triēnē, & cāprā
a ¶ Regnaturam. b ¶ simplices innocentes. Vtraque enim auis simplicitatem habet & innocentiam.
6 trimā & arietē annorū triū, turturē quoq; & 7
a ¶ Quia carnales ab inuicem diuiduntur. b ¶ Animalia.
8 colūbā. Qui tollēs vniuersa hæc, diuisit † ea p
9 mediū, & vtrasq; ptes cōtra se altrīsec⁹ posuit.

Tertia pars trium hæreticorum Chanaan, quibus terra promittitur. Dan. al. † fugit. al. non habet † Amorræi. al. habet † Quadr.

Aegyptiis subiecta fuit. ✠ Theodo. Aenigmata hæc erant eorū quæ generi Abrā euētura erāt. Ob id tria mūdorū quadrupedū, & vnūquodq; trium annorū sacrificare iubet, vt tres gñationes signarent, quæ in Aegypto peregrinaturę erāt. Turtur verò declarat generationē illam quę ex Aegypto auolauit, in deserto autem permansit. Auis enim hæc desertum amat. Columba verò generationem quæ promissam terram adepta est. Columba enim domos inhabitat.

✠ Cyrillvs. Non autem legem sacrificiorum statuit Deus, sed quia antiqui hostis fœdera sanciebant, hoc fieri permisit.

Ex cat. Græca.

c *Vaccam triennem, & capram trimam. &c.* quia ab Adam vsque ad Noē & inde vsq; ad Abrā, deinde vsque ad Dauid populus adoleuit.

☞ Descenderuntque

NICOLAVS DE LYRA.

C *quia fides formata p dilectionē illa sola est que vere iustificat mētē formaliter.*

17 Ego dominus, &c. *id est igne Chaldeorum secundum vnam opinionem, vel de tali loco qui est in Chaldæa sicut dictum est supra xj.c.*

2 Vt darem, &c. *Per quā principaliter intelligitur terra viuentiū promissa.*

3 Et possideres eam. *In hæreditatem perpetuam.*

4 At ille ait, &c. *Hic cōsequenter ponitur prædictæ promissionis confirmatio per signū, Abræ diuinitus ostensum. Ad cuius intellectū vō sideradū q Abrā non dubitauit quin haberet prolē sibi promissam, & similiter hæreditatē in persona propria vel filiorū, aliter nō esset verū quod dictū est:* Credidit Abraā Deo, &c. *Sciebat tamen Abram quod sicut bona conferuntur à Deo propter opera meritoria, ita propter opposita auferuntur: & ideo ad conseruationem boni diuinitus collati: requiritur quòd homines sint solliciti conseruando per exercitium operis Deo placiti: & propterea de hoc quæsiuit Abraham dicens,*

5 Dñe. d. vnde, &c. *aest diceret: quid est illud quod conseruabit bonū quod promisi. Et ideo non dixit:* vnde scire possum quòd, acceptus sim eam, *sed* possessurus.

6 Et respōdit do. *Ad intellectū huius cōsideradū, q sicut patet ex discursu totius veteris testamēti quādiu filij Israel steterūt in cultu vnius veri Dei posse derūt pacificè terrā promissionis sibi collatā, & quādo declinauerūt ad idolatriā fuerūt ab alijs impugnati & deuicti, sicut patet in lib. Iudic. & Reg. & alijs locis, & aliquādo quādo eorū malitia animis abūdauit, fuerūt eiecti & captiuati de terra illa primo per Nabuchodonosor regē Babylonis, & secūdo per Romanos, eo q authorē files Iesum Christū negauerunt & occiderūt. Verus igitur cultus vnius Dei est illud per quod possideri poterat terra illa Abræ promissa. Iste autē cultus principaliter est in actibus interioribus mētis secūdū q dicit beatus August. in Enchiridio. Fides spes & charitate colitur vnus Deus: veritatē cū huiusmodi cultu interiori requiritur cultus exterior qui est quasi quædā protestatio interioris cultus. Talis aūt cultus in veteri lege fuit per sacrificia Deo oblata: ideo de talib. sacrificijs in lege fidēlis dns instruit Abrā dicēs.*

Cultus diuinus efficacia.

6 *Sume inquit mihi vaccam, &c. Quia de istis tribus speciebus animalium solum erant sacrificia fienda in lege, vt patebit in Leuit. & ideo de qualibet specie nominat vnum individuum. Considerandum etiam, quod de qualibet specie prædicta fiebat in lege triplex sacrificium. Vnum vocabatur hostia propitiatoria quod fiebat pro expiatione alicuius peccati commissi. Aliud vocabatur hostia pacifica, quod offerebatur Deo pro aliquo bono obtento, vel obtinendo. Tertium erat hostia in holocaustum, qua tota incendebatur ad honorem diuinum, & ideo ad hoc triplex sacrificium designandum dicitur hic quod quælibet individuum prædictorum sit trium annorum.*

Triplex sacrificium in lege.

7 Turturē quoque &c columbam. *quia futurū erat in lege dāda per Moysen, vt fieret sacrificiū de istis speciebus annis tantū, nisi in emendatione leprosi vbi fiebat oblatio de passeribus, propter quod de ista specie auis non fit hic mentio, quia non erat communis oblatio vel sacrificium. Licet autem assignare rationes plenius, & in particulari, quare de prædictis fiebant sacrificia magis quam de alijs, pertineat ad librum Leuiticum tamen potest hic breuiter aliquid præmitti. Dictum est aute q sacrificia legis erant quædā protestationes fidei, ideo rationes sacrificiorum sunt accipiendæ ex ipsa protestatione, secundum verò Aug. in lib. de lege & gratia nullus vnquam hominum fuit saluatus nisi in fide mediatoris in quo duplex est natura, diuina. s. & humana. Diuinitatem autem ipsius protestabantur sacrificia, inquantum homines per illa sacrificia ostendebant se habere vitam à Deo, & per consequens alia bona. Hoc autem fiebat in sacrificijs prædictorū animalium. Bouis quis, & capræ quia ista animalia tanquā domestica sunt cum hominib. & cedunt in vsum eorū ad sustentationē vitæ. Alia verò animalia cōmuniter sunt syluestria, vel si sint domestica sunt immunda, vt porcus, & similia. Istē prædicta animalia representabāt humanitatem Christi, inquantum fuit instrumentum nostræ redemptionis, quia ouis representabat eius innocentiā, capra similitudinē carnis peccati, bos fortitudinem Christi ad sustinendum labores, maxime in passione. Turtures autē & colūbæ abundabāt in terra illa, & ideo ex illis fiebāt sacrificia pauperum, quia de facili poterant haberi. Turtur etiā castitatē Christi significat: colūba verò quæ sine felle est, eius mansuetē, secūdū illud Matth. xj.* Discite à me quia mi. sum, &c. *Et sic patet quare de prædictis fiebāt sacrificia vt communiter.*

8 Qui tol. v. h. &c. *Causa huius diuisionis & partitionis est, quia tūc reperit quādo boues adinuicē faciebāt pactū vel fœdus inuiolabile ad hoc designādū interficiebāt vnū animal, & diuidebāt in duas partes, & trāsibant inter illas*

✠ partes

MORALITER.

1 *Ego dominus qui eduxite de vr Chaldæorum.* i. de incendio vitiorū.

2 *Vt darem tibi terram.* i viuentium. Et de hoc consequenter datur signum cum dicitur.

b *Sume vaccam triennem.* Id est humilitatem quæ per vaccam significatur, eo quod vacca iugo subiicitur quæ benè dicitur triennis, quia per humilitatem homo subiicitur maiori, æquali, & minori.

6 *Et capram trimam.* Id est, veram pœnitentiam in quo confitetur homo suam ignorantiam, propter quod per capram significatur. & dicitur trima propter tres pœnitentiæ partes, quæ sunt contritio, confessio, & satisfactio.

7 *Et arietem trium.* i. fortitudinē: quā aries designat: quia cornib. fortiter pugnat: & dr annorū trium, quia per virtutē fortitudinis homo sustinet patienter dura verba, rerum damna, corporis supplicia.

7 *Turturem.* Quæ significat castitatem.

8 *Et columbam.* Id est, charitatem, quia spiritussanctus apparuit in specie columbæ super Christi humanitatē. Oblatio verò facta Deo de istis, signum est assecurans coniecturaliter de adeptione futuræ beatitudinis, ideo sequitur postea.

☞ a *Descenderūntque vo. &c.* Grēgo. Tropologicè. In ipso orationis sacrificio ingerunt se importunæ cogitationes rapere vel violare cupientes, sed manu sanctę discretionis debemus custodire quod foris offerimus, ne maligni spiritus & peruersæ cogitationes rapiant.

A lib. 16. moral. ca. 20. Tropologicè.

✠ Glossa graeca. Hostium concursus per descendentes aues super cadauera, Iudæorum autem diuina tutela & inimicorū expulsio, per id quod Abram aues abigebat, significatur.

de quæ. Hebraicis.

b *Pauor irruit su. &c.* Aug. Tractanda est ista quæstio propter eos qui contēdunt istas perturbationes non cadere in animum sapientis, vtrum tale sit quale memorat Aulus Gellius quē dam scilicet philosophum in magna maris tempestate, & animaduersum à quodam luxurioso adolescente, qui cum ei post periculū insultaret quod philosophus c citò perturbatus esset. Respondit ideo illū nō perturbatū, quia nequissimæ animæ suæ nihil timere deberet, quod nec digna esset pro qua aliquid timeret. Cæteris aūt protulit librū, in quo legebatur non placuisse Stoicis, nullā talē perturbationē cadere in animum sapientis, quasi nihil tale in eorum appareret affectibus: sed perturbationem ab eis deliniri, cùm ratio talib. moribus cederet.

Aulus Gellius li. 19. c. 1.

B Cùm autem non cederet, non dicendā perturbationem.

✠ Idem. Quod circa solis occasum *pauor irruit in Abram, & timor tenebrosus magnus*, significat circa huius seculi finē magnam perturbationē ac tribulationem futuram fidelium, de qua dominus in euangelio dixit, *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio.*

li. 16. de ciuitate c. 24.

✠ Rupertvs. Bis in hac visione solis occubitus, & tenebrarum mentio facta est, primò cum hic dicitur, *Cumq; sol occumberet, timor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum.* Secundò cum infra dicitur, *Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans.* Hæc tenebrarum iteratio, geminam seminis Abræ significat aduersitatem. primam scilicet qua fratrem suum vendiderunt, quæ causa fuit seruitutis illorum. Secundam qua post mortem Ioseph à Pharaone tributari & afflicti sunt.

li. 5. in Gen. cap. 22.

D

c *Scito prænoscens. &c.* Isid. Populus Israēl in Aegypto seruiturus, prophetatur: non quòd Aegyptiis annis quadringentis seruierit, sed quia hic numerus in illa afflictione completus est, quia ab illo tempore computatur, qd 3 ista Abrahæ promittuntur. Augvst. 4 *Scito prænoscens, &c.* Non sic accipiendum est, tanquam in illa durissima seruitute † quadringentos annos populus 5 Dei fuerit. Sed quia dictum est, *in Isaac vocabitur tibi semen.* Ab initio natiuitatis Isaac vsque ad annum egressionis Israēl ex Aegypto computantur anni ccccv. Cū ergo de quadringentis triginta, detraxeris. xxv. qui sunt à promissione vsque ad natum Isaac, non mirum est si quadringentos quinque annos summa solida voluit appellare scriptura, quę solet ita numerare tēpora vt quòd summa 8 numeri paululū excrescit, aut infra est, 9 non computetur. Non ergo quod ait 10 *in seruitutem redigent eos & affligent*, ad. cccc. annos referendum est, tanquam per tot annos in seruitutem habuerint eos. Sed referendi sunt anni cccc. ad id quod dictum est. *Peregrinum futurum est semē tuū in terra nō sua.* Siue eñ in terra Chanaan siue in Aegypto peregrinum 11 12 erat antequā hæreditatē haberet, ex promissione Dei, quod factum est, postquam ab Aegypto liberati sunt. Vt per hyperbatō sit ordo verborū. *Scito prænoscens, quia peregrinum erit semen tuum in terra nō sua quadringentis annis.* Istud aūt sit interpositū. *& affligēt eos seruituti, & affligēs*, ita, vt ad quadringētos annos hæc interpositio nō ptineat. In extrema eñ parte summæ huius. i. post mortē Ioseph populus Dei in Aegypto dura seruitute afflictus est.

Prophetia seruitutis filiorū Israel in Aegypto

lib. 16. de ciuitate c. 24.

Hyperbat ō

E

☞ Gentemtione

NICOLAVS DE LYRA.

illas partes, ad designandum quod digni essent morte, si pactum illud transgrederentur. Dominus autem hic repigit fœdus & pactum cum Abram: vt dicitur infra eodem ca. & ideo animalia ista fuerunt diuisa in duas partes, & partes sic positæ quòd posset esse transitus inter illas partes.

Mysticè.

1 Aues autē non diuisit. *quia in confirmatione talis pacti vel fœderis auis non occidebatur, nec diuidebatur etiā cū alias immolabatur in holocaustū, vt habetur Leuit. j. d. Alia est causa mystica, quia per animalia designatur vita actiua, quæ diuidit hominem circa multa, secundū illud Luc. x.* Martha Martha sollicita es & turbaris erga plurima. *Per aues verò propter volatum designatur vita contemplatiua quæ vnit hominem ad Deum, ideo subditur ibidem:* Porrò vnum est necessarium:

C Maria optimam partem elegit, &c.

2 Descenderūntque volucres super cadauera. *id est super sacrificia, ad designandum quòd dæmones qui per aues designantur (Matt. 13. a. & maximè quia istę erant aues de nocte volantes, vt patet per sequentia) mittuntur destruere, vel fœdare bona opera.*

3 Et abigebat eas Abram. *quia si in operibus bonis dæmones nos volunt impedire, debemus eos fervore charitatis repellere.*

4 Cumque sol occumberet: *In Hebræo dicitur* occubuisset. *Ex quo patet quod iam erat nox.*

Extasis.

5 Sopor irruit super Abram. *In Hebræo habetur* תרדמה *tardema id est, extasis. Et dicit sic, verò non signat propriè somnum, sed magis raptum à sensibus exterioribus.*

6 Horor magnus, &c. *per hoc enim designabantur afflictiones & anxietates quas passuri erant filij eius, antequā obtinerent terram promissionis, & quas oportet sustinere fideles antequam veniant ad terram viuentium, secundum illud Act. decimoquarto. d.* Per multas tribulationes oportet transire ad regnum. *propter quod subditur.*

Tępus afflictionis in Aegypto.

7 Scito prænoscens quòd, &c. *Isti quadringenti anni non possunt referri ad seruitutem & afflictionem quam passi sunt filij Israel in Aegypto. quod probatur manifestè, quia Caath descendit in Aegyptum cum Leui patre suo, & Iacob auo suo, vt habetur Geneseos xlvj. b. Item iste Caath vixit cxxxiij. annis & Amram filius eius. cxxxvij. vt habetur Exod. vj. c. Et Moses filius Amram erat octogenta annorum in exitu de Aegypto, vt patet vt habetur Exod. septimo. b, qui anni ex minuti faciunt. cccl. anni tantum, & adhuc si volumus habere præcise in mente annorum à principio descensus in Aegyptum vsque ad Exitū, oportet sibi trahere à prædictis. cccl. annis omnes annos quibus vixit Caath ante quam descenderet in Aegyptum, & annos quibus vixit Amram postquam genuit Moysen. Ex quo patet quòd non fuerunt in Aegypto quadringentis annis: sed fuerunt ibi ducentis decem annis tantum, vt dicunt Hebræi ex alys sanctis elenicit, quibus credendum est in talibus, quando ex textu bibliæ non potest veritas haberi, sicut est in proposito, & eodem modo Hieronym. & alij doctores catholici in casu simili recurrunt ad historiam Iosephi. & annales Iudęorum: & ideo isti anni quadringenti prediti reducendi sunt ad illud quod prædicitur:* Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum, &c. *quia à natiuitate Isaac, in quo vocatum est semen Abrae: vt habetur. xxj c. vsque quo genuit Iacob fluxerunt anni. lxc. vt habetur infra xxv. c. Iacob autem erat annorum cxxxc. quando descendit in Aegyptum: vt habetur infra xlvij. b. Et sic à natiuitate Isaac vsque ad descensum in Aegyptum fluxerunt anni. cxc. quibus si iungantur anni. cc. & x. quibus filij Israel fuerunt in Aegypto, habentur anni cccc. precisè in quibus semen Abrae fuit peregrinum in terra non sua. scilicet partim in terra Chanaan: in qua Isaac cum patre suo fuit peregrinus, primò, quia licet Deus promisisset sibi terram Chanaan, non tamen dedit sibi in actu passum pedis in ea. vt habetur Act. vij. a. postea peregrinatus est Isaac in Gerare & postea Iacob cum filijs suis in Aegypto, & propterea hoc non dixit dominus Abre.* Peregrinum erit semen tuum in terra Aegypti cccc. annis *sed dixit* in terra non sua, & subiicient eos seruituti & affligent. *Ista fuit seruitus & afflictio Aegypti, quæ terminata est in illis cccc. annis, sed non incepit à principio illius temporis, vt visum est.*

Nota

F

8 Veruntamen gentem cui, &c. *id est, gentem Aegyptiorum.*

9 Ego iudicabo. *Percutiendo decem plagis, vt habetur in Exod.*

10 Et post, &c. *quia filij Israel in exitu de Aegypto acceperunt mutuo à vicinis suis* vasa aurea & argentea & vestes, *vt habetur Exod. xij. f. Et sic egressi sunt cum magna substantia.*

11 Tu autem ibis, &c. *id est, antequam prædicta seruitus & afflictio superueniat semini tuo.*

12 Sepultus in se. bona. *id est decedens in gratia, quia non dicitur hoc nisi de iustis.*

✠ Generatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

epist. ad Dagasin.

A quinta progenie ascenderunt filij Israël de terra Aegypti, sed quarta generatione egressi sunt. Leui eñ genuit Caath: Caath genuit Amrã, ille Aaron: Aaron Eleazar, & ille genuit Phinees. Caath cũ patre suo Leui ingressus est in Aegyptum, Eleazar verò cũ Aaron egressus est. Acaath vsque ad Eleazar generationes quatuor. Quidã tamen ab Amrã incipiunt, & ad Phinees perueniũt. Quinta verò generatione egressi sunt, quia Iudas genuit Phares: Phares genuit Esrom, Esrõ genuit Arã. Arã genuit Aminadab. Aminadab genuit Naason, qui genuit Salmõ. Phares cũ Iuda patre suo ingressus est Aegyptũ. Naason princeps trib. Iudæ in deserto subscribitur, cuius filius Salmõ in terrã promissionis intrauit. A Phares vsque Naason gñationes quĩq;. Quidã tñ ab Esrõ incipiũt, & ad Salmõ pueniunt.

al. †impletę

1 Amorrhęorum. al. † in.

b ✠ *Nondũ enim cõpletæ sunt iniquitates,* c

Hom. 37.

CHRYSOST. *&c.* quasi dicat aliquis, Nondũ in tanto numero peccata fecerunt, vt talẽ ferant pœnã. Deus enim cũ misericors sit, nõ solũ nõ indicit pœnas peccatis grauiores, sed & valdè minores. Atque propter hoc tantã ostendit longanimitatẽ, vt cũ sibi ipsis pœnarum sint auctores, nullã posthac excusationem habeant.

quæst. 64.

✠ THEODOR. Declarat Deum non prius vltorẽ esse, quã homo sit peccator. Nam per id temporis quo Deus loquebatur, Amorræi pietatem colebant & sectabantur, quod vel ex ipso Melchisedech & Abimelech, & habitatoribus Hebron, intelligi facilè potest, qui dicebant, *princeps Dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum.*

✠ GREGORIVS. Hoc autẽ nobis cum tremore considerandum est, quomodo iustus est omnipotens Deus cùm præcedentibus peccatis irascitur, permittit vt cæcata mens etiam in aliis labatur. Vnde Moses ait, *nondum completa sunt peccata Amorræorum.* Dauid quoque ait, *Appone iniquitatem super iniquitatem.*

in Ezechiel. Hom. 1.

psal. 68.

c ✠ *Et lampas ignis, &c.* PROCOPIVS. Lampades significabant maiora quædam quæ patriarcham scrutari oportebat.

Nec nunc primò ignis visus est, cum fœdus inter Deum & Abraham pangeretur: lex quoque per Mosem interuentu ignis promulgata est. Cum enim lex in medio ignis lata proponat piis præmia, transgressoribus statuat pœnas, meritò accessit ignis, vt portenderet impijs conflagrationem, piis illuminationem præberet.

✠ IGITVR

a ¶ Caath filio Leui vsque ad Eleazar generationes quatuor, & ab Abraam vsque ad Phinees. b ¶ Filij Abrax.

2 Generatione autẽ quarta reuertẽ-

a ¶ Vt iam debeant amittere terram suam.

b tur huc: Necdũ enim † cõpletæ sunt iniquitates 1 Amorræorũ vsq; †ad præsens tempus. Cũ ergo occu-

a ¶ Tribulationem & angustiam futuram significat.

3 buisset sol, facta est caligò tenebro-

a ¶ Iudicium per ignem significat, quo separandi sunt mali a bonis. b ¶ Ignis iudicij separandi bonos a malis.

sa, & apparuit clibanꝰ fumãs, & lãm-

4 pas ignis trãsiens inter diuisiones illas. In die illo pepigit dñs cũ Abrã fœdus dicẽs: †Semini tuo dabo ter-

a ¶ Rinocorula: qui diuidit palestinam & ægyptum.

5 rã hãc, à fluuio Aegypti vsq; ad flu-

6 uiũ †magnũ Euphratẽ: Cinæos, & Cœnezæos, & 2 Cethmonæos, & 3 Ethæos, & Pherezæos, Raphaim quoq;, & 4 Amorræos, & Chananæos, & Gergesæos, & Iebusæos.

7 8

NICOLAVS DE LYRA.

1 Generatione autẽ quarta re. huc. *i. ad terram Chanaã Abræ promissam. In illa enim erat Abrã actu quãdo dominus sic loquebatur cũ eo.*

B *Aduertẽdũ tamẽ q. istæ quatuor generatiões nõ sunt accipiẽdæ ab Abrã, sed à Iacob, qui descendit in Aegyptũ, & sic cõputẽtur generationes ab eo per lineã regiã, inueniũtur quatuor vsque ad reditũ in terrã promissionis, quia Iacob genuit Iudã. Iudas autẽ genuit Phares, Phares aũt genuit Esron: vt habetur Mat. j. a. Esron aũt genuit Caleb: vt habetur. j. Paral. ij. a. Et iste Caleb in quo cõpleta est quarta generatio, fuit de intrantibus terrã promissionis, vt habetur Nu. xiij. d. & Iosue xiiij. b. Trãsactio verò Ixx. habet:* Quinta generatione reuertentur huc. *& hoc est verũ si computentur generationes per lineã sacerdotalẽ, quia Iacob genuit Leui, Leui aũt genuit Caath, Caath aũt genuit Amrã, Amrã aũt genuit Aarõ, vt habetur Exo. vj. c. Aarõ aũt genuit Eleazarũ sacerdotẽ & iste Eleazarꝰ in quo cõpleta est quinta generatio fuit de intrãtibus terrã promissionis, qa ipse & Iosue filꝰ Nũ diuiserũt terrã illã filiis Israel, vt habe. Ios. xiij.*

2 Necdũ enim cõ. &c. *Istud interponitur pro causa dilationis implẽdæ promissionis factæ Abræ de terra illa, quia iniquitates populi qui habitabat terrã illã actu, adhuc non tantum increuerant quod deberet inde expelli. Deus enim expectat in talibus mensuram sui iudicij.*

3 Cũ ergo oc. sol. *Repetit quod suprà prædixit, vt reuertatur ad consummationem sacrificij Abrahæ.*

4 Et ap. clibanus, &c. *Sicut enim suprà dictum est: iniens pactum vel fœdus firmum cum aliquo transibat inter partes animalis occisi. Deus autem faciebat pactum firmum cum Abraham, vt statim subditur.* E

5 In illo die pep. &c. *Deitas verò oculis sensibilibus videri nõ potest. ideo apparuit ignis representans præsentiã Dei, sicut Moysi in rubo. Exo. iij. a. & transiens inter diuisiones prædictas, ad ostẽdendum firmitatem pacti cum Abram. Sequitur.*

6 A fluuio Aegypti. *Qui diuidit terrã Chanaan ab Aegypto & vocatur rinocorula, & iste est terminus terræ promissionis a parte australi.* Rabanus

7 Vsque ad fluui. Euphra. *qui est alius terminus ex parte opposita.*

8 Cinæos & cę. &c. *Enumerat hic decẽ gẽtes quarũ terras dedit hic dominus filijs Abræ & Iacob. Filij enim Esau aliquã partẽ obtinuerunt.*

✠ IGITVR

MORALITER.

4 Et ap. cliban. &c. Quæ sunt signa diuinæ acceptationis, sicut habetur hẽ. iij. Reg. xviij. f. de igne descẽdẽte sup sacrificiũ Helię: & Leuit ix. d. sup sacrificiũ Aarõ & filiorũ eius in eorũ cõsecratione. F

✠ Hic

C *In c. xv. vbi dicitur in postill. Circa primũ describitur occasio petitionis.*

ADDITIO I.

Dicere q. Abrã timuit, ne in victoria quã habuerat accepisset totã mercedẽ iustitiæ suæ à domino, videtur irrationabiliter dictũ. Tũ quia primũ promissum Abræ factũ fuerat. faciãq; te in gẽtẽ mag. suprà. xij. c. sed hoc nõ erat impletum isto tẽpore quo Abram timuit: pro tunc enim nullã prolẽ habebat, & sic nõdũ habebat mercedẽ à Deo sibi promissam. Tunc quia etiã veri philosophi licet felicitatẽ æternã nõ cognouerũt nã tamen ponũt totã mercedẽ bonorũ operum in victoria vel huiusmodi. vt patet. j. Ethi. Et multo minus præsumendum est de Abrãm: q. totã mercedẽ à Deo sibi promissam æstimaret cõsumi in quadã tẽporali victoria. Sed iste locus aliter potest exponi, & vt credo melius. s. q. Abrã ex prædicta victoria timuisset propter duo. Primũ ne fortè illi reges ab eo victi irruerent super eũ sicut pluries cõtingit inter bellatores, eo modo quod timuit Iacob à Sichimitis & conuicinis eorum. j. xxxiiij. d. Secundum timebat: ne fortè excessissẽt in persecutione illorum regum & deuastatione eorum. Nõ enim legitur quod hoc fecisset ex iussu diuino: & ideo timuit ne fortè in illo actu peccasset, iuxta illud Iob. ix. d. Verebar opera mea. *præsertim cũ in litera non appareat quòd Abraam fuisset certificatus quod illi quatuor reges iniustè se habuissent contra alios quinque aduersarios suos. Vnde Deus asseuerauit ipsum de vtroque timore. De primo. s. cum dicitur.*

Ego prot. tuus sum. *Et ne terrearis à facie eorum, quia ego protegam te. De secundo verò asseuranit eum dum dicit:* En merces tua mag. *q. d. non solum non deliquisti aliquid in prædicta persecutione & victoria prædictorum regum. sed etiam per eam vlterius meruisti mercedem magnam, inquantum ex zelo charitatis fraternæ & ad honorem diuinum hoc fuit factum.*

In eod. cap. xv. vbi dicitur in postilla, Quod autem Abram in hoc loco intellexerit sibi & semini suo.

ADDITIO II.

Hæ verba Christi à Ioanne narrata. s. Abrahã exultauit vt videret diem meũ, &c. *non sunt referenda ad visionem Abræ de qua in hoc loco agitur quia hic nõ fit mẽtio de passione xpi, nec de eius resurrectione. nec in re, nec in figura: vt satis patet aduertẽti. Sed hæc verba euãgelij potius sunt referẽda ad ipsã immolationis Isaac. de quo j. xxij. c. amplè videbitur. Sed q. Abrã intellexisset in hoc loco sibi & semini suo esse promissã nõ solũ bona terrena. sed etiam cœlestia. ex tribus potest comprobari in hac visione contentis. Primò ex hoc quòd promissio de multiplicatione prolis facta Abræ, aliter facta fuit suprà xiij. ca. & aliter hic. Ibi enim assimilat multitudinem prolis multitudini arenæ in hoc: quia arena est quasi innumerabilis. Dicit enim: Si quis potest numerare pulverem terræ, &c. In hoc autẽ loco cõcludit similitudinẽ simpliciter inter semen suum & stellas cœli. Dicit enim: Sic erit semen tuum. s. cœleste, lucidũ & interruptibile: iuxta illud Dan. xij.* Qui autem ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. *Secundo etiã hoc designatur per illud quod prædicitur immediatè:* Eduxitque eum foras. *non videtur propriè intelligendum per motum corporalẽ, nã hoc videtur supersluũ esse, quia Abram nõ posset suspicere cœlum existẽs infrà domũ, vel*

✠ *vel tẽtoriũ: & sic suffeciset dixisse ei. suspice cœlũ. Et a t illi.* suspice cœ-

A lũ & numera stellas. *Cum enim dicit:* Eduxitq; eum foras. *Ipse enim obediendo mandato exuisset ad locum vbi posset suspicere. Sed hæc eductio aliter intelligenda est. scilicet q. ad hoc q. Abraham haberet cognitionẽ saltem enigmaticã per fidẽ de felicitate æterna: oportebat eũ supra se seu extra se educi, iuxta illud Ecc. iij. c.* Plurima enim super sensum hominis ostensa sunt tibi. *Et sic exponunt istud verbum antiqui Hebræorum. licet non ad eundem finem. Dicunt enim: Quid est quòd eduxit eum foras? Hoc est dicere, eduxit eum de credulitate seu opinione sua. Et notãdũ. quòd non dixit:* Exi foras: *sed* eduxit eum foras: *ad denotandũ quòd* fides, Dei donũ est. *vt Sap. iij. c. Tertiò cõprobatur quòd Abraham in hoc loco credidit bona spiritualia sibi. & semini suo promitti. Ex hoc quod sequitur:* Abraham credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. *Ad quod sciendum, quòd licet Abraham à principio sui exitus de domo sua, & de cognatione sua separauerit se ab infidelibus tanquam fidelis: fides tamen Abræ in hoc loco fuit approbata à Deo tanquam fides iustificans, & de hoc dicitur: &* reputatum est ei ad iustitiam. *Cuius ratio est secundum Apostolum ad Ro. iiij. c. eo q.* contra spem in spem credidit. *s. contra spem naturæ in spem gratiæ: quod intelligitur non solũ in hoc quòd credidit ipsum futurum esse patrem multarum gentium secũdũ carnem, quod est contra spem naturæ. cum ipse esset senex & vxor sua sterilis. sed potius in hoc q. credidit se & semen suum consecuturos esse vitam beatam. s. cœlestem: quod est maximè contra spem naturæ: iuxta. j. Cor. ij. b.* Oculus non vidit quæ præparauit Deus diligentibus se. *Illa enim quæ fuerunt antea dicta seu promissa Abræ, nõ excedebãt totã facultatẽ naturæ, sicut cũ dicitur:* Facia te in gentẽ magnam, &c. *Et ideo in hoc loco præcipuè fides sua reputata fuit ad iustitiã per prædicta.*

B *In eo. ca. xv. vbi dicitur in postilla:* Sopor irruit super Abram.

ADDITIO III.

In Hebræo in hoc loco propriè dicitur: Sopor irruit super Abram, *sicut in translatione nostra: eadem tamen dictio ponitur hic suprà 2. cap. vbi dicitur:* Immisit dominus Deus soporem in Adam.

REPLICA.

Correctorij contra Burgen. In c. 15. vbi postillator introducit Abram timuisse ne fortè promissio sibi facta. c. 12. suprà per datum tam solemnem victoriam esset impleta. Burgen. hoc dicit fortè irrationabiliter dictũ ex motiuis modicũ valentibus vt patebit. postillator enim conformat se dictis sanctorũ & Glo. ordi. qui hunc passum mystice introducentes dicunt: Triumphata multitudine vitiorum confortatur pes cuiusque fidelis à domino ne titubet: sed mercedem expectet. Ad cuius instar hic facit postillator attendens ex litera hãc victoriam non esse mercedem sed aliam multo maiorem expectandam. Nec valet obiectio prima Burgen. quia etsi per istam victoriam non creuit in prolem, creuit tamen in gentem, iuxta verba promissionis suprà facta. ca. xij. vbi dicebatur. Faciam te crescere D in gentem magnam. *Ex illa enim victoria creuit in gentem magnam: quia non solum coram omnibus illis regibus, pro quibus domi auit reputatus est, sed & magna gens ei adhæsit, vt putaret Abram promissionem illam impletam esse, quia non dicebatur de prole sed de gente. Rationabiliter igitur dictum est Abram timuisse. Nec secunda obiectio Burgen. valet, nam etsi Abraham concedatur fuisse philosophum & theologum. nondũ tamen perfectus, quia videtur de promissis. ca. xij. & hic tẽpore aliter supposuisse, vt patet ex textu. Nam de promissione hic facta dixit.* Domine Deus quid dabis mihi? *& cetera, quæ sequuntur, non grandipendens promissum. non habito hærede temporaliter succedente. Si enim eam promissionem de æterna mercede intellexisset: planè frustrà haredem carnalem petisset. cum in ea nemo alteri succedit vt hæres eius: cùm omnes sint ibi cohæredes Christi, nec sine culpa vernaculo intudisset, cum in æterna mercede liber, & ferus appenduntur æqua lance. Non valent igitur obiectiones Burgen. si at enim timor per postillatorem inductus cum duobus timoribus positis per Burgen. Item in eod. ca. vbi postillator facit vtilem digressionem, ad intelligendum multos locos veteris testamẽti, inter cætera ostendit Abram per Deum in hoc loco instructum vt de cætero intelligeret sibi & semini suo promissa non solum de temporalibus, sed principaliter de æternis bonis fore intelligenda, quæ non nisi per Christũ potuerunt fortiri effectum. & sic diẽ Christi eis spiritualiter hic insinuatum & implicitè. de quo exponitur illud* Ioa. viij g. Abrahã pater vester exultauit, &c. *Burgen. obiicit hic, quod de Christo hic nulla fiat mẽtio, nec in re nec in figura. Ad quod dici potest, quod in eo quod Burgen. hoc tribus rationibus ostendit, Abraham intellexisse promissiones sibi factas principaliter de æternis, ad quas tamen peruenire non posse sciuit. nisi per Christum. Idcirco oportet eum dicere. quòd hic implicitè fiat mentio de die & tempore Christi, vt de causa sine qua non. nam illius mercedis æterna sibi promissæ effectus fuit impossibilis sine merito Christi, quod consurgit ex die natiuitatis, & passionis. & s. Et ad id videntur pertinere tres rationes Burgen. in hac digressione positæ, vt patet intuenti. Et ad plenè satisfaciendum obiectioni Burgen. videtur quod in hoc capi. fiat mentio de Christo per figuram vaccæ trienn. capræ, arietis, & columbarum, prout declarat latè postillator ad augm lib. legis & gratiæ. In eod. ca. facit Burgen. difficultatẽ in hoc termino.* sopor: *cum tamen multi textus loco eius habeant* pauor. *Et huic alludit quod sequitur:* Et horror inuasit Abram. *& ita beatus Augustinus videtur exponere, vt patet in gl. ordi. Vbi autem habetur,* sopor, *nõ debet accipi pro somno, sed ecstasi. sicut suprà 15. c. Ibi enim Adã per soporem exstaticum illuminatus prophetauit, hic Abram doctus futura prauidit.*

IGIT

CAP. XVI.

C Diuisio. Adulterium Abræ excusatur.

2 IGitur Sarai vxor Abram, *&c.* RA. Non est adulter Abram si viuente vxore ancillę iungitur, quia nondum promulgata erat lex euangelij vnius vxoris: & genus suum multiplicandũ audierat, sed per quã mulierẽ nesciebat. quia Sarã sterilẽ nouerat, nõ fuit in coitu libidinosꝰ voluptas, sed prolis habendæ pia charitas, vxor quoque hoc voluit, & coegit: quæ filios habere non poterat. Ideòex alia susciperе cupiebat quem in locum proprij adoptaret.

Sarai dat viro ancillam suam in cap. 16.

✠ PROCOP. Sara quæ erat generis illius scaturigo seu origo inducitur sterilis, vt instar miraculi appareat copiosa illa soboles. Vides hoc loco sanctos esse mat imonij copula, non voluptatẽ, sed liberos esse venatos. Siqdẽ aut quo gẽtis instituto abstinebãt grauidis, nec accedebant ad lactãtes & nutriẽtes infantes, sed eo tãtum tempore quo conceptus non negabatur. ✠ CHRYS. fortasis suspicabatur Sara, sterilitatẽ illã non à se sola esse, sed etiã ex patriarcha, ideò volẽs reipsa illũ certis cõiecturis docere, ancillæ cedit, & illã in lectum eius ducit, vt discat se solã in causa esse, sibique soli ascribendam sterilitatem. Hom. 39. E

CAP. XVI.

a GITVR Sarai vxor Abram nõ genuerat 1 liberos, sed habẽs ancillã Aegyptiam nomine Agar, dixit marito suo: Ecce cõclusit me dñs, ne parerem: a ¶ Quia liberos seruitẽ Deo. b † Ingrẽdere ad ancillam meam

a ¶ Gratia.

1 Sibi. Exo. 1. c. Mystice

b *Ingredere ad ancillam, &c.* HIER. Nota diligenter, quod procreatio filiorum in Hebræo ædificatio dicta est. Legitur enim ibi: *Ingredere ad ancillam meam,* si quomodo ædificet ex ea. fortè, hoc est quod in Exod. dicitur: *benedixitque Deus obstetricibus, & ædificauerunt sibi domos.* Agar terrenã Hierusalẽ significat, in qua vet' lex carnaliter, & seruili ter exercebat. Sara verò gẽm no. te. quę ciues supernę Hierusalẽ liberos parit. Sed gratia nou. test. diu in manifesto nõ fuit & vete. test. quasi ancillæ generan-

† 2. q. 7. tanti valet. 50. di. c. his.

di licen-

Sarai filia regis Aegypti

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XV.

IGitur Sarai. *Ostenso qualiter Abrã se habuit in desiderio prolis, hic cõsequenter ostenditur qualiter benè se habuit respectu vxoris ei consentiẽdo. Primò in ancilla desponsatione, secũdo in eius humiliatione ibi:* at illa, &c. *Circa primum dicitur sic.*

1 Igitur Sarai vxor Abram non genuerat sibi liberos. (ly sibi) *Quod interponitur non est de textu.*

2 Sed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar. *Ista Agar, vt dicunt Hebræi, fuit filia regis Ægypti, vna enim de vxoribus Pharaonis videns sanctitatẽ Sarę, cum esset in domo regis, & quomodo Pharao & domus eius fuerat flagellatus à domino propter ipsum, vt suprà dictũ est xij. cap. Dixit in corde suo, quòd melius esset filia suæ Agar, si seruaret Sarai tãquam ancilla quam si remaneret in magno honore in domo patris sui. & ideo tradidit eam Sarai, tanquam ancillam eius. Nec istud est absonum rationi, quia in Libro Hester dicitur quod multi gentiles videtes quòd dominus fecerat pro Iudeis liberando eos à persecutione Aman iungebantur cæremoniis eorum.*

3 Ingredere ad ancillam, &c. *vt quia non possum habere filios naturales, saltem habeam per adoptionem. Videbat enim Sarai quòd non esset bonum quòd tam sanctus homo sicut Abram careret prole, & quia ipsa concipere non poterat de corpore suo, ancillam suam vxorem sibi tradere volebat, quæ etiam ancilla sibi ex deuotione tradita fuerat, vt prædictum est. & ideo in hoc volebant cũ honorari præ aliis mulieribus.*

✠ 1 Cumque

MORALITER.

Hic describit cõceptio Ismaelis de ancilla cũ dẽ. 3 *Ingredere ad ancil. &c.* Per Abrã autẽ potest intelligi vir quicũq; bonꝰ habẽs in sua domo. i. in scipso Sarai, quæ interpretatur princeps mea. pp q. per ipsam significatur rõ recta. q. debet dñari, & Agar ancillã. i. carnẽ q. debet subiici castigare. p hoc aũt q. dixit Sarai. *ingredere ad ancillã*, intelligit cõdescẽsio facti carni ex causa rationabili. Sed qa difficile est ibi tenere modũ debitũ, ideo frequẽter ex hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

di licentiam dedit, seruos scilicet timore, non amore seruientes: antequam de semine Abræ filios generans, quos ad vnius Dei cultum astringeret: & ab idolis quibus gentes similia sacrificia impendebant, reuocaret. Sed cum populus ille de operibus carnis inflatus veniente Christo gratiam refutaret, & in seruitute incredulus perduraret, prædicte gratia sic afflictus & attritus est, vt regnū & sacerdotiū perderet. Vnde in solitudinē redactus sedulò scrutādo & meditando fontem legis sitiens: nihil inuenit nisi vt monēte lege p Moysen tanquā per angelū lata in gratiā redeat & se subiiciat. Rab. Hæ duę mulieres sunt duo testamenta. Agar vetus quod in synagoga Iudaicum populum seruituti nutriebat obnoxium. Sara nouum, quod populum Christianum in libertatem fidei generauit. Multiplicati sunt ancillæ filij, vt non numerarentur præ multitudine, qui suprà arenæ comparantur. Ipse ergo populus ferocitate sua æmulus & omnibus bonis contrarius. & maximè cū Christianū populū toto orbe inuidia stimulāte persequitur, & lōgè latéq; dispersus, vagādo & negociādo omnibus est onerosus. c

✠ Avgvst. Illud fanè defendi non potest, si Abrā, vt Faustº obiecit, minimè credens Deo, qui sibi iam prolē de Sara promiserat de Agar suscipere voluit. Sed apertissimè falsum est. Nōdū enim hoc promiserat Deus, nondū enim patefactū fuerat, vtrū seminis illius propagatio futura esset, ex carne Abræ, si de se ipse generaret, an ex voluntate, si aliquem fortè adoptaret. Deinde si de carne ipsius, vtrum ex Sara, an ex alia.

a ✠ *Despexit dominā suā.* Chrys. Vide ancillæ ingratitudinē & muliebris sexʾ infirmitatē. *Videsne, inquit, illa se cœpisse despexit dominā suā.* Ille enī fere seruorū mos est, vt cū patrū, pſperitatis eis aſpirauerit, nequeāt intra suos limites manere, sed statim sui ordinis obliuiſcantur.

b ✠ *Ecce ait ancilla tua.* Aug. O virū viriliter vtētē fœminis cōiuge tēperāter, ancilla obtēperanter, nulla intēperāter. Demonſtrauit hic Abrā, nō se amatorē seruū, sed liberū fuiſſe genitorē, & in Agar Saræ cōiungi pudicitiā custodiſſe, nec voluptatē suā, sed voluntatē illius impleuiſſe, accepiſſe, nec petiuiſſe, accesſiſſe, non hæſiſſe, seminaſſe non amaſſe.

c ✠ *Multiplicās multiplicabo.* Procop. Quātū attinet ad ministeriū, Angelorū sunt iſti sermones, ſi ſpectes virtutē à qua mouētur, Dei sunt. Agar tamē neuti quam vulgaris & extremæ sortis mulier habēda est, cū videamus angelū illā suo dignatū alloquio. Verisimile nāque est ipſam extitiſſe bonam. Alioqui haud esſet tradita Abrahamo à dña, vt cū ea cōcūberet. Illius iuſtitia & æquitas hinc quoq; elucet, quod nihil criminatur Sarai. ☞ a Hic

A a *Hic erit ferus homo.* Vel rusticus, secundùm alios. Hiero. in Hebræo habetur, פרא, pere, quod interpretatur onager, in q. Hebr. significat semen eius habitaturum in deserto, i. Saracenos vagos incertis sedibus, qui omnes gentes quib. desertum ex latere iungitur incursantes, impugnantur ab omnibus. Ismael quasi futurus.

a ¶ Feraliter viuentes prefigurans. ¶ Agrestis rusticus. b ¶ Impugnās domesticos fideī.

a Hic erit ferus homo, manus eius cōtra oēs, & manus omniū cōtra eū, & è regione vniuersorū frātrum ¶ Militabit. suorū figet tabernacula. Vocauit aūt nomē dñi, qui loquebatur: tu Deus qui vidisti me. Dixit e m: profectò hic vidi posteriora videtis me. Propterea appellauit puteū illū, puteū viuentis & videtis me. Ipse est inter Cades & Barad. Peperitq; Agar Abræ filiū, qui vocauit nomē eius Ismaël. Octoginta & sex annorū Abrā erat, quādo peperit ei Agar Ismaelē.

a ¶ Resistendo infidelitati. b ¶ Qui de semine Abræ.

b *Vocauit autem Agar.* Rectè nomen eius ita vocauit, quia gratuitò consulit miseris: & humiles consolatur. vnde: *Tu laborem & dolorem considerasti, & tibi derelictus est pauper, &c. Profectò hic vidi posteriora videntis me.* Tale est illud: *videbis posteriora mea, nam facies non apparebit tibi.* Exo. xxxiij. d. *Non enim homo videbit faciem meam & viuet.* Illā enim manifestationē sapientiæ Dei nemo potest videre & viuere. Ipsa est species, ad quam suspirat, qui Deum diligit toto corde, tota anima, tota mente: ad quam contemplandam, etiam proximum diligendo sicut seipsum quantum potest ædificat. Posteriora verò eius, id est incarnationem ejus quam assumpſit postremis temporibus, nunc per fidem & dilectionem desyderando contemplamur, & in futuro æterna contemplatione fruemur.

a ¶ Propitius fuiſti. ¶ In figura prophetiæ.

c *Propterea appellauit. &c.* Hieronymvs. Vsque hodie puteus Agar demonſtratur in deserto Arabiæ inter Cades & Barad, q̄ significat veteris legis & nouæ scripturā, quā cōditor noſter vita viuentiū, spes morientiū, intuitu pię miserationis mortalibus dedit, vt edocti & à vitiis correcti, Dei visione ppetuò digni esſe mereātur.

a ¶ Altitudinem consilij conseruantis.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cūq; illa adquieſceret deprec. *Propter q. Abrā nō vituperatur de bigamia, sicut Lamech qa nō accepit secundā vxorē mot libidine, sed prolis amore, nec absque consensu prime vxoris: imo ipsa supplicāte, quod nō sciit Lamech, sed libidinose matus, & sine cōsensu alterī vxoris.*

2 Tulit Agar, &c. *Ille erat ter minus vt dicunt Hebræi, infrà quem debebat vir experiri, vtrum de vxore sua posset habere prolem, antequā ratione sterilitatis acciperet aliam.*

3 Et illa cōcepisse se vidēs. *Hic cōsequēter ostēditur quomodo consensit vxori de ancillæ humiliatione, & primo ponitur propter hoc ancillæ resistus, & secundo eius regressus, ibi:* Cūq; inuenisset eā. *Circa primū sciēdū quod licet Agar esset prius bona, & denota puella, quia tamen non erat in bono cōfirmata, postquā fuit cōcepta Abræ in matrimoniū, & vidit se cōcepisse ab eo, æstimauit quod omnia bona promissa semini Abræ complerentur in sua prole, & ex hoc prorupit in quandam elationem.*

4 Despexit dominā suā. *tāquā à diuino promisso repudiatā. Ideo seq.*

5 Dixitque Sarai, &c. *Quia nimis dissimulabat iniuriam sibi factā, & ille tantum acquieſcens rationi dixit.*

6 Ancilla tua in manu tua est. *id est in potestate tua ad castigandum & humiliandum eam sicut tibi videtur.*

7 Affligēre igitur eā Sarai. *Nō est verisimile, quod mulier tā sancta afflingeret eā iniuste, sed castigabat eā & humiliabat rationabiliter, quæ humiliatio erat ipsi Agar afflictio, eo quod ex elatione volebat Sarai se præferre. Ideo sequitur.*

8 Fugam iniit. *versus terram Ægypti vnde erat.*

9 Cūmque inuenisset illā angelus domini, &c. *Hic describitur ipsius regressus per monitionem angeli dicentis sibi.*

10 Agar ancilla Sarai. *Aſi dicat: aduertere debes, quòd in es seruilis conditionis respectu Sarai, & ideo non debes ei præferri.*

11 Vnde venis & quo vadis. *Non quærit ex ignorantia, sed vt ex responsione Agar efficacius corrigat eam.*

12 Quæ respondit, &c. *Ex hoc enim quòd recognouit eam dominam conuenienter angelus dixit ei.*

13 Reuertere ad dominam tuam & humiliare, &c. *Quia hoc est iustum, & quia angelus vidit eam monitis suis adquiescentem, nunciauit ei ex parte Dei bonos rumores de futuro, dicens.*

14 Multiplicabo semen tuum. *hoc patet impletum in Saracenis, qui Agareni deberent nominari, tanquā descendentes ab Agar per Ismaelem filium eius, sed ipſe pauerunt sibi falsum nomen a Sara tanquam à libera & dignari, qui Saraceni sunt valde multiplicati.*

15 Ac deinceps: ecce ait, cōcepisti & paries filiū, &c. *In Hebræo habetur* הרה הנך, *hinnach harah, i.* ecce tu prægnās Ecce cōcipies. *Et probatur p illud quod habetur Iudic. decimotertio, a. de vxore Manue, qui angelus apparēs dixit:* ecce cōcipies. *Et est ibi idē verbū Hebraicū sicut hic propter quod dicūt Hebræi, q̄d Agar passa fuerat aborsum: quod potuit esse in pœnā contemptus domine sue, & superbi recessus sui ab ea, & ex labore itineris in fugiēdo. Sed cū acquieuit angelo monēti de regressu, & humiliatione, dominus, qui respicit humiles, vivificauit fœtū in vtero extinctū. & ista vivificatio vocatur hic ab angelo conceptio de nouo. Et ista ex positio est secundū literā Hebraicā, & satis consona literæ sequēti, ideo secūdum hoc potest exponi translatio nostra, cum dicitur.* Ecce ait, concepisti, *ac si diceretur, prius concepisti per concubitum Abræ, nūc iterū concepisti diuina virtute fœtum extinctum vivificante. Et propter rationem huius miraculi potest conuenienter dici, quòd prænominatus est ab angelo antequām natus esset secundum miraculi facti proprietatem. Ideo sequitur.*

16 Vocabisque nomen eius Ismaël. *quod interpretatur exaudito Dei. Ideo sequitur.*

17 Eo quod audierit dominus afflictionem tuam. *In hoc quòd passa fuerit aborsum, & Deus vivificauit abortivum, vel afflictionem suam vocat humiliationem, quia voluit reuerti ad dominam. Non enim potest hoc intelligi de afflictione, quam fecerat sibi Sarai: quia illa fuit rationabilis & iusta, vt prædictum est. Nota quòd duo alij leguntur prænominati antequam nati in veteri testamento scilicet Isaac capitulo sequenti. & Iosias tertio Regū xiij. a. In primo fuit duplex miraculum scilicet propter patris & matris senectutem: & etiam sterilitatē matris.*

☞ In secundo

NICOLAVS DE LYRA.

In secundo. scisisio altaris Bethel, & effusio cinerū. & arefactio brachij regis. In nouo testamento duo leguntur prænominati. scilicet Ioannes Baptista, & Iesus: & de miraculis in vtroque patet. Et ideo probabile est quòd in Ismaēle similiter fuerit miraculum quantum ad vivificationem fœtus prædictam.

1 Hic erit ferus homo. *In Hebræo habetur* syluester homo, *diligens nemora, & venationes, quia factus fuit iuuenis sagittarius, vt habetur infrà. xxj. capitulo.*

2 Manus eius contra omnes: & manus omnium contra, &c. *quia illi qui exierunt de eo, habitantes in deserto frequenter faciebant insultum his, qui habitabant in circuitu deserti, & econuerso illi resistebāt eis: & adhuc videmus, q. Sarraceni sunt infesti multis gentibus.*

3 Et è regione, &c. *tab. à. tentoria: sicut in bellis solet fieri.*

4 Vocauit aūt no. do. &c. *quia ille angelus in persona domini loquebatur. ideo vocauit eum dominū & Deū, sicut verbum præconis dicitur verbū regis. & eodē modo dicit beatus Grego. de angelo qui loquebatur Moſi in monte Sinai, quòd aliquando Deus & Dominus nominatur, quia in persona Dei loquebatur.*

5 Tu Deus qui vidisti me, &c. *consolando & vivificando fœtum.*

6 Dixit enim: *reddendo rationem quare eum sic nominabat.*

7 Profectò hic vi. &c. *Dicunt expositores nostri, quòd ille angelus qui apparuit sibi: sic apparebat in similitudine assumpta, quasi habens faciem ab ea auersam, quod autem sic videtur. s. à dorso, non manifestè & determinatè cognoscitur. & per hoc designatur quòd de angelis non habemus cognitionem nisi valdè longinquam & remotam, non propriam & determinatam. Et simile habetur de Moſe Exod. xxxiij. d. quando dixit ei dominus:* Videbis posteriora mea, faciē autē meā videre non

MORALITER.

10 *Peperitq;, &c.* quia cū caro obedit spiritui, pducit opa bonū.

11 *Qui vocauit nomen eius Ismā.* quod interpretatur auditio Dei.

ADDITIO I.

In c. xvj. vbi dicitur in postilla: Nec istud est absonum rationi.

Ex illa historia Hester non ducitur sufficiens similitudo ad hoc quod filia regis Aegypti voluerit fieri ancilla Sarai. Tum quia ibi gentiles non fiebant serui Iudæorum quamuis iungebantur eis in suis cerimonijs: quod longe minus est, quam quod filia regis fieret ancilla Sarai voluntariè Hebræa. Tū quia scriptura ibi facit de hoc expressam mentionem ad laudē Dei: hic autem nihil exprimitur: nec etiam innuitur de hoc, vnde reputandum est fictitium potius quàm verum.

In eod. ca. xvj. vbi dicitur in postilla: Ecce ait concepisti *In Hebræo habetur:* Ecce concipies.

ADDITIO II.

Benè cōcordat in hoc trāslatio nostra cū Hebraica veritate. Nō enim hic ponitur dictio determinate significans futurū cōceptionē: sic Iudic. xiij. a. vbi secūdū Hebraicā veritatē ponitur verbū futuri tēporis conceptionis significatiuū. Sed in hoc loco ponitur dictio omnino similis dictioni quæ ponitur infrà Gen. xxxviij. f. vbi ponitur. De viro cuius hæc sunt cōcepi: *vnde propriè etiā cōcorditer ad Hebraicā veritatē trāslatio nostra posuit:* Ecce cōcepisti. *Et sic nō oportet fingere aborsum: nec reuiuificationē, de quibus nulla fit mentio in litera. Nec etiā rationabile videtur, q. hic fieret miraculū, sicut in alijs qui fuerunt prænominati ante natiuitatē. Tū quia nō fuerūt similes in vita imo valde dissimiles. Tum quia illa miracula fuerūt publicè facta ad laudē Dei & honorē natorū. hoc aūt dato q. esset miraculū, fuisset occultū, & sic nō induceret utilitatē.*

REPLICA.

Correctorij cōtra Burg. in. c. xvj. vbi postillator nō reputat absurdam

historiam Hebræorum dicentium Agar ancillam Sarai fuisse filiam regis Aegypti, ex deuotione oblatam: & cetera quæ narrantur in postilla. Burgen. autem reiicit eam tanquam fictā & falsam: Primo ex eo quia etsi in libro Hester dicatur, gētiles cōiūctos ex deuotione Iudæorum cerimoniis, nō tamē vt essent serui Iudæorū. Sed quid mirū hic & ibi, q. iunctus ex deuotione præstaret obsequia & seruitia? vnde cōmuni nomine diceretur seruus vel ancilla, nō ex obligatione, nec ex hoc vilis oritur cōditio, nec verisimile est Sarai, Abræ personā vilis conditionis voluisse cōiungi, vt inde fructū adoptaret. Nec secunda obiectio Burgesis valet, quia procedit ex authoritate negatiuē. q. Hussitis & Vicleffistis est multū familiare. Nec poterit esse formale. Nā nō sequitur: In biblia nō habetur: igitur non est verū. nā multæ sunt catholicæ veritates, in canone nō reperte. Itē in eodē ca. vbi postillator sequēs narrationē Hebræorū, saltē nō reprobans, dicit de aborsu Agar & vivificatione fœtus in fuga, &c. dicit q. Hebræi exponūt cōcipies pro cōcepisti, vbi Burgesis dicit in Hebraica veritate nō cōtineri seu haberi cōcipies, sed cōcepisti. De hoc non iudico nec est magni pōderis, quia postillator exponit in vno sensu secūdū vtrūque tēpus. Sed cū Burgen. dicit illū aborsum fictū per Hebræos & irrationabile esse q. dicit factū miraculū in reuiuificatione fœtus: Rationibus tamē Hebræorū quas tāgit postillator, nō satisfacit Burgensis. Nā nō poterit dicere, q. pœnā Agar per Sarai iustē inflictā, & per Agar superbe designatam Deus respexerit, & consolationē dederit, cum ei dederit reprehensionem, non consolationem dicens: Vade humiliare sub manu dominæ tuæ. *Oportet igitur cum Hebræis*

sentire

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentire, quòd alia grandis tribulatio occurrerit ipsi Agar citra afflictionem iustam Sarai, propter quam visitandam miserit Dominus angelum promittentem multiplicationem seminis, significantem acceptionem prolis, & publicationem nominis nondum nati, nominis inquam gratiosi: quia Ismaël interpretatur exauditio Dei: quæ omnia non possunt dici rationabiliter facta propter superbiam Agar quando dominam suam fugit, nec propter fugam; quia disciplinam contemnendo declinauit. Videtur igitur quòd propter angustias aborsus, vt dicunt Hebræi, domino humiliata orauerit, & meruerit consolationem à Deo qui respicit humilitatem. vt dicit Glossa interline. in cuius signum dicit angelus: Ecce concepisti. scilicet per viuificationem fœtus, de qua dicunt Hebræi frustrà enim dixisset ei angelus, concepisti, designando naturalem conceptionem ab Abraham, quia hoc antè nouit, & illius occasione dominam contempsit. Consentiat igitur Burgen. Hebræis, magistro historiarum postillatori, & alijs. Nec moueat in contrarium debilis obiectio, quam facit de facto miraculo. Non enim est inconueniens concedere miracula fieri per malos, multò minus inconueniens est fieri pro malis. Cedunt enim talia ad Dei laudem: & hominum vtilitatem. Erigitur enim per ea spes hominum, cum tanta vident & audiunt malis præstita beneficia, non desperant maiora sibi si voluerint, posse præstari. Et mirum quod Burgen. putat propter paruam rem hanc apparitionem fuisse factam, quam grandipendit beatus Hila. de trinitate libro 10. circa medium dicens, quòd is qui apparuit Agar, magni consilij angelus fuit nomine, & natura Deus. Hæc ille.

CAP. XVII.

CAP. XVII.

in cap. 17.

a ¶ Id est postquã cœlestiũ ciuiũ cœperat desiderare societatem.

a ¶ Qui potium humilijsse, & exaltare.

lib. 16. de ciuitate c. 26.

a *Postquàm verò.* ✠ AVGVSTIN. Postquàm natus est Ismaël, in quo putari posset impletum quod Abræ promissum fuerat, cum sibi vernaculum suum adoptare voluisset dicente Deo, *Non erit hæres tuus hic, sed qui exiet de te ille erit hæres tuus*, hoc promissum ne in ancillæ filio iustus putaret impletum, *postquam*, inquit, *nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit illi Dominus.*

epist. ad Marcellam.

b ✠ *Ego Deus omnipotens.* HIERONYMVS. Ex decem Dei nominibus, quæ sunt apud Hebræos, primum & decimum hoc in loco positum est. Primum enim est אל el, quod septuaginta θεὸς, id est Deum, Aquila etymologiam eius exprimens, ἰσχυρὸν, id est fortem interpretatur. Decimum autem est שדי sadai, quod Aquila interpretatur ἱκανὸν, quod nos robustum & sufficientem ad omnia perpetranda accipere possumus.

Al. non habet † ponã. † Ecc. 24. c.

Ecc. 44. c. Rom. 4. c.

c *Fœdus*: In Hebræo ברית berith: quod non testamentum, sed fœdus, siue pactum significat.

d *Multiplicabo te*, &c. PROCOPIVS. Duplicis multiplicationis scriptura meminit. Alterius vis in nobis sita videtur secundùm benedictionem Dei dicentis, *Crescite & multiplicamini*, Altera propriè ad Deum pertinet, de qua hoc loco. Quod ergo multiplicans multos faciat homines Deus, minimè mirandum est. Nam aliæ gentes præter Iudæos extitere populosæ. Verùm Abrahamus sic multiplicatur, quasi plurimi futuri sint Abrahami, plurimique Iacobi. Nam ex ipsis prodituri sunt sancti, liberè quæ imitabuntur fidem & opera patrum.

c *Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram.* HIERONYMVS. Dicunt Hebræi, quòd Deus ex nomine suo quod apud illos tetragrammaton est. h. literam Abrahæ & Saræ addiderit. Dicebatur autem Abram: quod est pater excelsus. postea dictus est Abraham: quod est pater multarum: nam gentium, in nomine non habetur sed subauditur. Nec mirandum, quòd cum apud Græcos & nos. A. litera videatur addita. E. litera addita dicatur. Idioma enim Hebrææ linguę, e, consueuit scribere & a. legere: sicut è contrario, e, pronuntiare &, a, scribere.

In quæst. Hebraic. scribuntur & non leguntur.

Abrahã dictum pro multarum.

Allegoricè.

f *Chanaan*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVII.

1 POstquàm verò nonaginta, &c. *Postquàm Moses descripsit statum Abræ inquantum fuit incipiens, hic consequenter describit eiusdem statum inquantum fuit proficiens. Et primò quantum ad Deum, secundo quantum ad proximum. xix. ca. tertio quantum ad seipsum. xx. cap. Circa primum ostenditur profectus fidei eius, inquantum accepit mandatum circumcisionis, quæ fuit signum disiunctiuum fidelium ab infidelibus, & obedientia eius ad Deum sustinendo dolorem circumcisionis voluntariè & prompte. in se, & in filio suo, & familia. Sic ergo in hoc capitulo proceditur. quia primò ponitur ipsius Abræ dispositio ad circumcisionem. secundò exprimitur circumcisionis forma & ordo. ibi:* Hoc est pactum meum. *Tertiò subiunguntur mandati executio ibi:* Tulit autem Abraham. *Circa primum considerandum, quòd dispositio Abræ fuit per Dei monitionem ad opera perfectionis, & per eius promissionem in bonis conferendis, & per mutationem nominis. & hoc est quod subditur.*

Dict. sio.

C

F

2 Ego Deus omnipotens. *Et ideo plus possum tibi tribuere quàm tu possis cogitare.*

3 Ambula coram me. *Id est, ac si me præsentialiter semper videres.*

4 Et esto perfectus. *tendens ad perfectionem, quia scriptura non loquitur hic de statu Abrahæ, vt iam perfectum. sed vt proficientis. vt dictum est: Et est similis modus loquendi Matth. xix. c.* Si vis perfectus esse vade, &c. *non quia ille iuuenis hoc faciens statim esset perfectus, sed per hoc tendens ad perfectionem.*

5 Ponámque, &c. *per specialem amicitiam.*

6 Et multiplicabo, &c. *Exaggeratio est verborum, ad designandum multitudinem & magnitudinem bonorum quæ dominus intendebat sibi facere.*

7 Cecidit, &c. *ad reddendum gratias Deo de tanto promisso. Ad uertendum tamen est, quòd ista promissiones frequenter factæ sunt Abræ, tamen procedendo semper in expressiorem, & maiorem promissionem. Sicut enim natura & ars in operibus suis procedunt de imperfecto ad perfectum, ita est in processu diuinarum reuelationum, & promissionum.*

Nota.

8 Dixítque ei Deus Ego sum, & ponam pactum meum, &c. *acsi diceret, sicut sum immutabilis, ita pactum meum erit firmum, & stabile tec. m.*

9 Nec vltra vocabitur nomen tuum. *quod interpretatur pater excelsus, quæ interpretatio conuenit magno homini, etiam si habeat modicam prolem vel familiam.*

10 Sed appellaberis Abraham. *cuius ratio subditur cum dicitur.*

11 Quia patrem, &c. *Abraham enim interpretatur pater multitudinis vel multarum. Quod enim additur, gentium, non est de significato nominis, sed subintelligitur.*

12 Et ponam te in gentibus. *quia Saraceni descenderunt de eo per Ismaelem, & Idumæi per Esau, & Iudæi per Isaac.*

MORALITER.

1 In hoc capitulo ponitur circumcisionis carnalis præceptũ, quæ fuit circumcisionis spiritualis signum. Roma. ij. d. *Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto est carnis circumcisio: sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.*

☞ a *Chanaan*, interpretatur, motus eorũ, cuius terra à fidelibus in A possessionem accipitur, cum mens prius diuersis circumactamotibus in melius mutata, postmodum irreflexis oculis in anteriora extenditur.

In quæst. super Genes. 1 Te.

b *In possessionem æternam.* AVGV. Scriptura vocat æternum cuius finis non constituitur, aut quòd non ita fit vt deinceps nõ fit faciendum, quãtum pertinet ad curam vel potestatem facientis. vnde: *Seruiet æternum qui paruo nescit vti.*

Æternum.

Quibus causis Abraham circumciditur.

c *Circumcidetur ex vob. masc. &c.* STRA. Tribus de causis hoc præcipitur Abrahæ. Primò vt per obedientiam mandati placeat. Per cuius præuaricationẽ Adam displicuerat. Secundò, vt hoc signo à cæteris nationibus discerneretur. Tertiò, vt in eo membro circumcisus, quo libido solet dominari, castitatem sibi seruandam, & impudicitiam rescindẽdam cognosceret.

Mysticè.

d *Carnẽ præputij.* RAB. STRA.

2 Post te.

B Circumcisio facta in vno membro significat circumcisionẽ spiritualem quæ in corde & in omnibus sensibus exhibenda est. Circumcidendũ est cor, ne noxia cogitemus. Oculi, ne vanitatem videamus. Aures circumcidendę sunt, id est, obturãdę, ne audiant sanguinem. Et sic in omnibus sensibus celebranda est circumcisio.

Circumcisio figuum fœderis. lib. 5. in Genes. c. 31. Act. 7. a. Rom. 4. b. † Luc. 2. c.

✠ RVPER. Sicut Noë fidei suæ rectè in nubibus positũ est signũ, dicente Deo, *arcum meum ponam in nubibus.* videlicet, quia prædicẽti Deo crediderat, quod diluuium de nubibus vlterius inundaturũ non erat: Sic Abrahæ quia crediderat dicenti Deo quod in *semine eius benedicentur omnes gentes.* in loco seminis, id est, in genitali corporis parte, signum eiusdẽ fidei positum est.

quæst. 61.

✠ THEODORETVS. Circumcisionem Deus instituit, vt Abraham & posteri inter infideles tanquam peregrini commorantes pietatem colerent. Quódque hoc verum sit, hinc facilè D colligi potest, quòd Hebræis quadraginta annos in deserto commorantibus, nihil de circumcisione illis à Deo mandatum est, ab omnium gentium consuetudine remotis. At postquam in promissionis terram peruenerunt, Deus Iesu Naue iussit, vt filios Hebræorum circumcideret.

Historicè.

ALCVINVS. Ideò autem Abrahæ circumcisio commendata est, vt sub lege esset sicut Adam, ne de ligno manducaret, vt probaretur, si hoc compleretur, an non. Credidit enim Abraham filium se habiturum, in quo benedicerentur omnes gentes, & in cuius nepotibus castitatis & sobrietatis exemplar maneret. Vnde ibi signum fidei accepit: vnde Isaac filius Dei, nõ carnis, nasciturus erat: † intruncata corporis parte deformior, sed fidei signo gloriosior. igitur pro Deo aliquid perdere, lucrum est, non damnum. Si Adam pactum Dei custodisset, Abraham hoc pactum non E susceptisset. Sed quia ille in hoc membro culpam inobedientiæ prius cognouit, decuit, vt iste in hoc membro signum obedientiæ secundò acciperet † vt ita ostenderetur obedientes quandoque generare filios ad vitam, vnde olim præuaricatores genuerunt ad mortem.

† 32. q. 4. c. recurrat. §. his itaque. Quintò pro mittitur Abrahæ. Chanaan. aliàs: † non

† 25. q. 1. c. 1. §. ita ergo. aliàs † & vt

ALLEGO. Iam tunc propter futuram peregrinationẽ, ne misceretur semen eius gentibus, circumcisionis pactum datur in signum, quia significat naturam renouatam per baptismum post spoliationẽ veteris hominis per Christũ, qui resurrexit post baptismum: Seruos verò vernaculos emptitios etiam circumcidi præcepit, vt doceret ad omnes pertinere redemptionis gratiam. Ibi & parentum mutantur nomina, vt omnia resonent nouitatem. Abram pater excelsus, Abraham pater multarũ gentiũ.

Allegoricè. † Luc. 2. c. Circumcidẽdo circumcidetur verna eulus tuus & emptus argento tuo.

Circumciditur & quicunque non fuerit de stirpe vestra, quẽ emisti ab omni alienigena; qui non est de semine tuo.

F Priapus dicitur Deus hortorum Chanaan.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Regésque ex te egredientur, *quia in qualibet gente prædicta fuerunt plures reges.*

C

2 Vt sim Deus tuus & seminis tui post te. Daboq; tibi & semini tuo terram peregrinationis tuæ: omnem, &c. *Licet enim ipse sit Deus omnium generaliter per creationem, speciali tamen modo est Deus fidelium per specialem, & verum cultum. Cætera patent ex dictis.*

3 Hoc est pactum meum. *Hic cõsequenter exprimitur forma circumcisionis. Et primò dicta forma describitur, secundò mutatio nominis Sarai inducitur, ibi.* Dixit quoq; Deus ad Abrahã: Sarai vxorem. *Ad circumcisionẽ verò tria necessario requiruntur. Primũ est sexus masculinus,*

Masculinus sexus tãtum circumciditur, &quare.

& quantũ ad hoc dicitur, Circũcidetur ex vobis omne masculinũ. *Secundum est corporis pars determinata, ideò sequitur.* Et circumcidetis carnẽ præputij vestri. *Tertiũ est tempus determinatũ. & quantum ad hoc dicitur,* Infans octo dierũ circumcidetur in vobis. *Ratio autẽ istorũ est, quia circũcisio signũ fuit distinguẽs Israel à gentilibus, inquãtum habebant verã fidẽ et cultum vnius Dei. Et datum fuit istud signũ tempore legis naturæ, & ideò debuit dari in sexu per se intento à natura, qui est sexus masculinus. Secundum enim philosophũ fœmina est mas occasionatus. Itẽ fides illa & cultus dei mabantur tunc tẽporis ad alios per generationẽ carnalem inquantũ patres docebant filios de talibus. In masculo verò est principiũ generationis actiuũ. & ideò solis masculis datũ est prædictum dictũ signum. & eadem ratione factũ est in membro generationis. Itẽ ad debilitatẽ concupiscentiæ, quæ magis viget in illa parte. Itẽ in detestationẽ idolatriæ, quia gentiles in sacris Priapi partem illã honorabant, & per modum cuiusdã augmenti aliqua addebant: quia Priapus propter magnitudinem membri virilis inter Deos fuit reputatus à gentilibus. Propter quod etiã dicebatur Deus hortorum, propter fœcunditatem quæ designatur in membro generationis. Per quod in signũ distinctionis fidelium ab infidelibus fiebat recisio. Tempus autem octo dierũ non poterat anticipari, sicut nec animalia ante octauum in diem poterant Deo offerri, quia antè sunt quid imperfectum: perfecta autem sunt Deo attribuenda. Item periculum esset puero de vita, si statim egressus de vtero matris circumideretur: Nec poterat vltra octo dies differri: alioquin pater pueri, vel eius tutor, si pater esset mortuus, morte debebat puniri: Ipse etiã puer veniens ad ætatem adultam si negligeret circumcisionẽ accipere puniendus erat morte, vnde prædicta cadũt sub præcepto circumcisionis. Cætera autẽ, quæ de circumcisione possent dici, pertinent magis ad quartum Sententiarum.*

4 Tam vernaculus, *id est seruus natus in domo.*

5 Quam emptitius, *i. seruus acquisitus per emptionem, circũcidetur.*

6 Et quicunque non fuerit de stirpe vestra. *Si debeat recipi in consortium & ritum vestrum.*

7 Eritq; pactum, &c. *Ad hoc enim circumcisio in carne facta est, vt firmius eorum memoriæ imprimeretur. Cætera patent vsque ibi.*

MORALITER.

† † *Infans octo dierum circumcidetur in vobis.* Per dies intelliguntur anni, secundum illud Ezech. 4. b. *Diem pro anno tibi dedi.* Infans enim octo annorum incipit habere rationis vsum, & extunc restringendus est à turpibus & inhonestis, per quam restrictionem intelligitur circumcisio spiritualis, propter quod dicit Philosophus secundo Ethicorum, quòd non parum facit ad virtutem à pueritia assuefieri ad virtutis opera.

† *Omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus quàm emptitius circumcidetur, & quicunque, &c.* Per sexum masculinum intelligitur fortitudo. Sexus enim muliebris inconstans est, & fragilis. Per hoc igitur designatur quod illi, qui sunt contra vitia fortes, & in virtute stabiles sunt spiritualiter circuncisi, molles autem, & initabiles sunt effœminati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ a *Masculus cuius præputij caro.* ISIDO. Quæritur quomodo A pueri incircunciſi, qui pactum Dei irritum non fecerunt, ſed Quæſtio. qui eos circumcidere neglexerunt, perire debeant? Sed pactum Dei non ſecundum opus, ſed ſecundum originem in primo homine irritum fecerunt, in quo omnes peccauerunt. Naſcuntur enim omnes, nõ propriè: ſed originaliter peccatores. Ideo perſunt omnes, qui per regenerationem non liberantur.

In cap. 17. ✻PROCOPIVS. Hoc mirum videtur. Lex enim nullum crimen incõſultò admiſſum puñit violentius. Imò veniam dat ei qui cædem inconſultò commiſit. Quid peccat octo dierum infans, ſi non circunciſioni admoueatur? Aut relatio itaque ad b parentes faciẽda eſt, qui ſic puniuntur, vbi neglexerint circunciſionem, aut hyperbolicõs de c infantæ hæc dicta ſunt, vt appareat quàm indignè ferat, ſi non circuncidãtur, vel vt cognoſcamus eum inexorabilẽ fore adultis, ſi circunciſionem aſpernati fuerint. Syrus non habet paſſim B uè, *circuncidetur*, ſed ſic legit d, *omnis qui non circuncidit.* Hebræus habet, *omnis non circuncidens.*

Saraj nominatur Sara.

Rurſum pro mittitur Abrahę Iſaac.

b *Saraï vxorem tuã.* ISIDOR. Declaratur promiſſio de vocatione gẽtium in Iſaac filio promiſſionis, id eſt, gratiæ, non naturæ, quia de ſene patre & ſterili matre. & quia hoc non per generationẽ ſicut Iſmaël, ſed per regenerationem futurum erat, imperata eſt circunciſio, quãdo Saræ filius promittitur in typo eccleſiæ, non quãdo Iſmaël qui h typus Iudæorum.

HIERO. ISID. Errant qui putant primũ Saram per vnum. r. ſcriptum fuiſſe: & poſtea additum eſſe alterum r. & quia. r. apud Græcos. c. ſignificat, multas ſuper hoc nomine ſuſpicantur ineptias, cum & vtcunque velint vocabulum commutatum, non Græcã, ſed Hebraicam debet habere rationem. Hebræum eſt enim. Nemo enim altera lingua quemlibet vocans, etymologiam vocabuli ſumit ex altera. Sarai ergo primum vocata eſt שרי per Scin, C res, Ioth. Sublata ergo Ioth addita eſt he litera, quæ pro Abraham, orat pro Iſmaẽlo infrà 18.b.22.a. a legitur, & vocata eſt שרה Sara. Antea enim dicebatur princeps mea, quaſi vnius familiæ mater: poſtea abſolutè princeps, omnium, ſcilicet gentium princeps futura. Quidam peſſimè ſuſpicantur eam prius lepram fuiſſe vocatam & poſteà principem, cum lepra שרעת Sarai dicatur, quod in noſtra lingua videtur habere aliquam ſimilitudinem: ſed in Hebræo penitus eſt diuerſa. Scribitur enim per Zadich & Eyn & Res & Thau, quod à tribus ſuperioribus, id eſt, Schin, Res, & He, quibus ſcribitur Sara, manifeſtè diſtat.

Hom. 49. c ✻*Et benedicam ei, &c.* CRYSOST. Excedunt humanam fidem hæc promiſſa. Et ſimile fuit quaſi aliquis pollicetetur ex lapidibus ſe facturum hominem. Nihil enim à lapidibus differebant, quãtum ad generationem attinet. Et patriarcha præ ſenectute propè actione carebat, ad filiorum generationem omninò inutilis. Et Sara ſterilis erat, laborabat & ſenectutis & ætatis vitio. D

✻PROCOPIVS. Primum hanc mulierem legimus benedictam. Vtamur igitur ea quaſi exemplo ad cohortandas mulieres, vt illam imitentur. Vt autẽ Iſaacus ſit ſanctior, vnà cum patre & mater benedicitur. Vt legitimè & ſanctus naſcatur, naſcitur ex vtroque parente benedicto. Nec hic ſilentio præter 1 eundum, quod inde ex vtero id nomẽ Iſaacus geſtat. Hinc eius nomen non mutatur, vt accidit 2 3 Abram & Iacob.

In c. 17.

Quare non mutatur.

Vbi ſuprà.

c ✻*Vinam Iſmaël viuat, &c.* CHRYSOSTOMVS. Quaſi diceret, Domine ſatis me conſolatus es, & dolorem quem ex prolis inopia gerebam, dato Iſmaële in lætitiam vertiſti. Nato enim illo, neq; in mẽtem poſteà accepi vel agitaui aliquãdo, è Sara ſit mihi futurus filius, ſed quòd neq; hæc ipſa expectauit, eo quòd Agar mihi tradidit, 4 5 6 E omnem ſibi ſpem denegãs. Hic igitur qui à te datus eſt, viuat oro te, & abundè ſatis recreati 7 8 erimus.

Alias habet?

Vera Sara.

✻AMBROSIVS. *Vtinã, &c.* Hoc eſt, Non dubito quod facias, vt & centum annorum ſeni dones filium, & naturæ auctor, naturæ metas relaxes. Sed tamẽ etiam Iſmaël quem habeo de vernacula, viuat in conſpectu tuo, abundat mihi gratia. 9

Vbi ſupra c. 11.

d *Cecidit Abrahã in faciem ſuam, & riſit in corde ſuo.* HIERONYMVS. Poſt paulum ſequitur: *Et vocabis nomen eius Iſaac.* qui riſus interpretatur de riſu Abrahæ, non de riſu Saræ. Poſtquam enim ex riſu Abrahæ vocatus eſt filius eius Iſaac, legitur Saram riſiſſe.

Aliàs † ab.

Beccuit mea Hier.

Aliàs habet? cere. F

f *Nomen eius Iſaac.* HYERONYMVS. Sciendum, quòd quatuor in veteri teſtamento nominibus ſuis apertè antequam naſcerentur vocati ſunt, Iſmaël, Iſaac, Samſom, & Ioſias: Lege ſcripturas.

g *Conſtituam pactum meum, &c.* Pactum verò domini cum Iſaac populo, ſcilicet fideli, quem mater eccleſia per fidem, & baptiſmum generauit, *& fœdus ſempiternum:* quia æternæ vitæ poſſeſſio, ei ſoli promittitur, qui cum capite ſuo Chriſto regnum cœli ſemper poſſidebit.

h *Super Iſmael, &c.* Iſmaël populum Iudæorum ſignificat, qui multiplicatus eſt valdè, duodecim duces generauit, cum multitudo carnalium Iudæorum ex duodecim patriarchis genita, in duodecim tribus eſt diuiſa.

Hiſtoria.

☞ a *In*

a ¶ In depoſitione carnalium. b ¶ Quoniam ad æternitatem ducit. c ¶ Qui carnalia non depoſuerit.

in cárne veſtra in fœdus æternum. Maſculus a ¶ Non computabitur inter ſanctos.

cuius præputij caro circunciſa nõ fuerit, dele- a ¶ De cœtu ſanctorum. Vnde: Tu autem ibis ad populum tuum. ¶ b Adæ in paradiſo datum ſu quo omnes peccauerunt.

bitur anima illa de pop̃ulo ſuo, quia pactum a ¶ Id eſt non ſeruauit quod in baptiſmo promiſit.

meum irritũm fecit. Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis a ¶ Id eſt, principem meum. b ¶ Abſolutè. c ¶ Exiſtando principem: quia eccleſia in omni gente principatur d ¶ Non ex Agar.

Saraï, ſed Saram, & benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cũi benedicturus ſum. Eritq; in a ¶ In cuius ſemine benedicentur omnes gentes.

a ¶ Quia Chriſtus dominabitur in gentibus. b ¶ Dauid & alij. vel motus ſuos bene regentes.

nationes, & reges populorum orientur ex eo. a ¶ Non retro vt reprobi. b ¶ Gauiſus eſt, vnde filius Iſaac riſus vocatur.

Cecidit Abraham in faciem †ſuam, & riſit in a ¶ Applaudendo, non diſcerpando. vnde Paulus Nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum iam eſſet centum annorum & emortuum vuluam Sarę.

corde ſuo dicens: Putãſne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Dixitq; a ¶ Optabat enim vt filij carnis reputarentur in ſemine.

ad Deum: Vtinãm Iſmaël viuat coram te. Et ait Deus ad Abraham: Sara vxor tua pariet ti- a ¶ Riſus propter gaudium parentis.

bi filium, vocabiſq; nomen eius Iſaac. Et con- a ¶ In Iſaac vocabitur tibi ſemen, non filio carnis, quia filij promiſſionis filij Dei vocabuntur.

ſtituam pactum meum illi in fœdus ſempiter- a ¶ filium carnis.

num, & ſemini eius poſt eum. Super Iſmaël a ¶ Quodammodo. b ¶ In temporalibus non æterna promiſsione.

quoque exãdiui te. † Ecce benedicam ei, & a ¶ Duodecim tribus carnalium Iudæorum. ¶ Apoſtolos duodecim, qui de Iudæis plebe fuerunt, vel duodecim tribus populi.

augebo, & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, & faciam illum creſcere a ¶ Aeternæ promiſsionis.

in gentem magnam. Pactũm verò meum ſta-

☞ a *In anno altero.* Annus alter quo A ſunt regenerationis, quibus fuſus eſt ſanguis Chriſti, & genus humanum ad vitam reſtauratum.

b ✻*Aſcendit Deus ad Abrahã.* GLOSSA GRAECA. Ergo, vt ita dicam, deſcenderat, & humilem ſe circunciſionis legem ſtatuens, præbuerat.

c *Tulit autem Abraham, &c.* Non intendebat Deus vt tantũ præputium carnis Abrahæ & ſobolis eius circumcideretur, ſed ei quem à cunctis elegerat, æterni a teſtamenti munera conferebat. vnde Paul. Phili. 3. a. *Nos ſumus b enim circunciſio, qui ſpiritu Deo ſeruimus.* Et alibi Rom. 2. d. *Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neq; quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio.* Circuncidamus ergo Dei verbo aures, labia, cor, præputium, & omnia membra carnis. De circunciſione aurium Circunciſio ſpiritualis. dicitur Luc. 8. *Qui habet aures audiendi audiat.* In circũciſis auB ribus verba ſapientiæ & veritatis non poſſumus audire. Circuncidamus labia, ne aliquid turpe vel malum vel ociоſum loquamur. Circuncidit carnem præputij, qui ſola cauſa poſteritatis certis & legitimis temporibus cõiugio vtitur, qui aliter agit non circuncidit. Eccleſia verò gratia Chriſti pro ſe crucifixi roborata, nõ ſolùm ſe ab illicitis temperat, ſed etiam à conceſſis, & tanquam virgo ſponſa Chriſti pudicis virginibus floret, in quibus vera circunciſio præputij ſeruatur in carne. Qui autem non obſcœnis deſideriis, vel ſenſibus hæreticis D & blaſphemis aſſertionibus, mœchatur, ſed fidei puritatem in conſcientia cuſtodit, corde circunciſus eſt: & de eo dici poteſt Matth. 5. *Beati mundo corde, &c.* Circumcidantur manus, ne mala faciant. Pedes, ne in malum currant. Viſus, ne illicita concupiſcat. Guſtus vt ad gloriam Dei manducet, & bibat. Odoratus, vt Chriſti odorẽ capiat, & operibus miſericordiæ odorẽ ſuauitatis ſpargat. Singula quoque membra, ſi in officiis Deo ſeruiant, circunciſa ſunt. Si vltra aliàs † ab præſcriptam legem luxurient, incircunciſa.

a ¶ Chriſtianum populum. b ¶ Aeos, ſcilicet quos fide generabat. c ¶ Gratia non te. d ¶ Vetuſtate immutata.

tuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara tempore a ¶ præſenti vita. b ¶ In aſſumpta forma vitiũ.

iſto, in anno altero. Cumq; finitus eſſet ſermo a ¶ Inuiſibilem ſe præbuit.

loquentis cum eo, aſcendit Deus † ad Abram. a ¶ Præfigurans quia ad omnem profeſsionem ſpiritualiter pertinet circunciſio, quia circuncidendi ſunt omnes ſenſus.

Tulit autem Abrahã Iſmaëlem filiũ ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ, vniuerſoſq; quos emerat, † cunctos mares ex omnibus viris c domus ſuæ, & circũcidit carnem præputij eorum, ſtãtim in ipſo die, ſicut præceperat ei a ¶ Quia obedientia eſt expletionem legis & euangelij quæ quaternarij numero figuratur.

Deus. Abraham nõnagintanouem erat annorum, quando circuncidit carnem pręputij ſui, a ¶ Innouatus hoc numero inſinuatur pertingere ad ſocietatẽ ciuis ſupernorum.

& Iſmaël filius eius tredẽcim annos impleueE rat tempore circunciſionis ſuę. † Eadem die circunciſus eſt Abraham, & Iſmaël filius eius, & omnes viri domus illius, tã vernaculi quàm emptitij, & alienigenæ pariter circunciſi ſunt.

Circuncidit ſe ipſum, Iſmaëlem & domeſticos circuncidit.

† De pœni. diſt. 1. cap. Rom. 5. d.

Alienigenę, quos emerat ab alienigenis.

(circunſione) non ſuſtinetur labor, ſed peccatorum deponuntur onera, & remiſſio inuenitur omnium peccatorum.

☞CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Aſcendit Deus ab Abrahã, *id eſt diſparuit a peritio & viſio illa.*

2 Tulit autem Abraham, &c. *Hic conſequenter ponitur executio* C *mandati de circunciſione. & patet obedientia Abrahæ, quia eadem die abſq; retardatione adimpleuit illud mandatũ in ſe, licet eſſet ſenex, & in aliis Ex quo patet etiam obedientia Iſmaëlis filij ſui, qui cum eſſet xiij. annorum non recalcitrauit: & ſimiliter totius familiæ ipſius maſculinæ. & patet litera. Notandum tamen quòd Saracenі exemplo Iſmaëlis à quo proceſſerunt, circuncidunt filios xiij. annorum, tranſgredientes formam præcepti quoad diem octauam inclusiue: vt prædictum eſt.* Saraceni quando circuncidunt.

☞CAP. F

In cap. 17. vbi dicitur in poſtilla. Ambula coram me, *id eſt ac ſi me ſemper præſentialiter videres.*

ADDITIO I.

Ille qui coram alio ambulat, non ſemper eum videt: ſed potius ille qui ſequitur hominem, communiter videt eum, ſeu tam eius poſteriora, vnde Ambulare coram domino, &c. *eum dicitur* Ambula coram me *non proprie ponitur dicendo, ac ſi me præſentialiter ſemper videres, vt in poſtilla. & ideo aliter videtur hic dicendum. Pro quo attendendum eſt quòd de iuſtis ſeu perfectis qui fuerunt ante aduentum Chriſti, ſæpe dicitur in ſcriptura, quòd ambulant coram Deo, vt in hoc loco, & in 4. Regum 20. a. vbi Ezechias dixit:* Memento, obſecro quomodo ambulauerim coram te. *Similiter de eodem Iſaiæ 38. a. & ſic in quibuſdam aliis. De iuſtis autem qui fuerunt poſt aduentum Chriſti, non dicitur, quòd ambulauerunt coram Deo ſed potius quòd ſequuntur Dñm, vnde Ioan. 12. d.* Qui mihi miniſtrat, &c. *& Ioan. 8. b.* Qui ſequitur me, &c. *& ſic de quam plurimis aliis. Cuius ratio eſt: nam ſecundum doctores exemplar perfectionis humanæ eſt ipſe Chriſtus, in cuius imitatione tota conſiſtit humana perfectio, & ideo quia primi iuſti exemplar perfectionis, ſcilicet Chriſtum in hac vita exiſtentem habebant poſt ſe, ideo perfectio eorum conſiſtebat in hoc, quòd ambulauerunt coram Deo, id eſt, ambulauerunt per viam per quam Chriſtus erat ambulaturus. poſtremò verò quia exemplar perfectionis, ſcilicet Chriſtum habebant ante ſe ſeu coram ſe perficiebantur in hoc quòd Chriſtum ſequerentur, vnde Matth. 19. c.* Si vis perfectus, &c. *Vnde in propoſito notandum eſt quòd Deus dat viis* Abrahæ *mandatum circunciſionis, in quo præcepto* Abraham *fuit* † prauus *cæteris fi-* aliàs † prius. *delibus, conuenienter dicitur ei* Ambula coram me, &c. *nam impletione huius præcepti Abraham fuit imitator perfectionis Chriſti, ſpecialiter in duobus. Primo in placendo Deo per obedientiam cui per prævaricationem Adam diſplicuerat, vt in 4. diſtinctione prima. Secundò in hoc quod obedientia ipſius Abrahæ fuit quodammodo exemplaris ad eius poſteritatem. Vnde ſic de Chriſto dicitur Rom. 2. d.* Quod ſicut per inobedientiam vnius, &c. *ſic ſuo modo Abrahæ obedientiam ſecuti ſunt fideles. Et hæc poteſt eſſe ratio quare iuſti, qui ante aduentum Chriſti ſeu eius paſſionem deceſſerunt, dicuntur eſſe in ſinu Abrahæ, vt patet Luc. 16. Quamuis multi iuſti deceſſerunt ante quam Abraham fieret, vt Adam, Abel, & multi alij: & ideo in hoc loco propriè dicitur Abrahæ.* Ambula coram me, &c. *hoc eſt dicere, ambula per viam obedientiæ, per quam ego ſum ambulaturus: & eſto perfectus: ſic quod eam tradas poſteris tuis imitandam, eo modo quo ego tradam viam meam imitandam cunctis. De hoc enim commendatur Abraham à Deo infra 18. cap. vbi ſic dicitur:* Scio enim quod præcepturus ſit filiis ſuis & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam domini, &c. *Quæ quidem expoſitio etiam concordat rationi naturali. Natura enim ſecundum Boët. mi vnum ſumit à perfectis, & ideo quia Deus diſpoſuerat, quòd Abraham eſſet pater multarum gentium, & acceptaſſet ſignaculum fidei iuſtificantis, quæ poſtea aly quam plurimi ſequerentur, ideo eidem dicit in hoc loco* Eſto perfectus, *quaſi diceret, accipiatur à te quodammodo initium perfectionis modo prædicto. Et notandum quòd de quibuſdam iuſtis, qui fuerunt ante Abraham, legitur, quòd ambulauerunt cum Deo. Vnde de Enoch ſupra Geneſ. 5. e. de Noe Geneſ. 6. d. quòd concordat prædictis. Nam de iſtis non poteſt dici proprie quòd ambulaſſent coram Deo, ſicut de Abraham: cum non eis conueniant ita expreſsè prædictæ rationes, nec de eis poſſet dici quòd fuiſſent ſecuti Deum, cum fuerint ante aduentum Chriſti: ſed bene eis conuenit ambulare cum Deo, ſcilicet in via iuſtitiæ & innocentiæ: quæ ſanctis conuenit communiter.*

In eodem cap. 17. vbi dicitur in poſtilla: Alioquin pater pueri vel eius tutor, &c.

ADDITIO II.

Omittens circunciſionem non erat morte corporali puniendus etiam ſecundum Hebræos: non enim dicitur, hic morte moriatur: ſi- Pœna omittentis circũciſionem. cut in aliis criminibus in quibus lex vetus mandabat puniri morte corporali, ſed dicitur hic: delebitur anima ipſius, &c. *id eſt non computabitur inter ſanctos ſecundum Gloſſam. Cuius ratio eſt: quia talis anima remanebat obligata originali peccato, in cuius remedium circunciſio fuit data: vt in 4. diſt. 1.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sarai vxorem tuam. *Vbi ponitur mutatio nominis Sarai. Vir enim & vxor ſunt quaſi vna perſona, & ideò, quia mutauerat nomen Abrahæ, conſequenter hic mutat nomen vxoris ſuæ dicens:* Sarai vxorem tuam, &c. *quia interpretatur principiſſa mea, quia per hoc deſignaretur quòd eſſet principiſſa vnius domus tantum.*

2 Sed Saram, *id eſt principiſſam abſolutè, quaſi per excellentiam.*

3 Et benedicam tibi, &c. *Quia Iſaac non fuit ex ea natus virtute naturæ tantum, ſed cum hoc affuit adiutorium gratiæ, quia tranſierat tempus concipiendi ſecundum naturam.*

4 Cecidit Abraham: in faciem, *regratiando Deo de tanto beneficio.*

5 Et riſit. *Non ex deriſione, alioquin fuiſſet increpatus à Deo, ſicut fuit Sara, vt habetur cap. ſeq. ſed* riſit, *præ cordis exultatione.*

6 Putaſne

6 Putaſne, &c. *Hoc non dixit dubitando, ſed diuinum beneficium admirando.*

7 Vtinam Iſmaël, &c. *Id eſt, faciens voluntatem & beneplacitum tuum.*

8 Et ait dominus. *Repetendo præmiſſum beneficium: & explicando magis prædicens nomen pueri naſciturі dicens.*

9 Vocabiſque nomen eius Iſaac. *quod interpretatur riſus, eo quòd pater præ exultatione riſit, vt prædictum eſt.*

10 Et conſtituam pactum meũ illi in fœdus ſempiternum, &c. *de circunciſione & hæreditate promiſſa.*

11 Super Iſmaël quoque exaudiui te. *Et ex hoc dicunt Hebræi, & verum videtur, quòd Iſmaël ſimiliter vitam ſuam in bono, quia de hoc Abraham rogauerat ipſum Deum, vt prædictũ eſt. Cætera patent vſq; vbi:*

☞ 1 Aſcen

Universidad de Deusto
Biblioteca

REPLICA.

Correctory contra Burgen. De ly. In cap.17. vbi postillator exponens illum passum: Ambula coram me. *dicens ac si me præsentialiter semper videres. Burgen. dicit illam expositionem non esse propriam, quia (vt inquit) qui ambulat coram aliquo, non semper eum videt: Sed solum qui sequitur aliquem, semper videt posteriora eius. Sed hoc videtur quoddam senectutis delramentum, loqui de Dei aspectu, sicut de hominibus sese aspicientibus. Nam qui Deum videt, vel quasi videt præsentialiter, videt eum antè, post, sursum, deorsum, &c. Sine errore non potest dici assignando Deo sic vnam differentiam positionis quasi non aliam, quia sic diceret Deum dissimilitudine in loco, quod est erroneum, quia Deus vbiq; totus est secundum essentiam, præsentiam, & potentiam. propriissimè igitur dixit postillator:* Ambula coram me. *ac si me præsentialiter semper videres, quia me presente malè facere timebis, & filialiter timendo proficies. Ideo sequitur.* & esto perfectus: *Sic & beatus Gregorius. 33. moral. super illo passu Iob:* In oculis eius quasi hamo capient: *cum dicit: In oculis quippe habere dicimur, quod coram nobis positum videmus. Non igitur magni ponderis est distinctio quam Burgens. ponit inter ambulare coram Deo, cum Deo, & post Deum. Deus enim cunctis iustis ab initio non solum coram, sed præsens & obuius ostendit viam perfectionis & iustitiæ, his quidem clarius, his verò obscurius, vt non solum sancti noui Testamenti possint dici imitatores Dei: sed etiam veteris. Nunquid Iosue cum populo veteri imitator fuit quando dixit:* Absit à nobis hoc scelus, vt recedamus à domino, & relinquamus vestigia eius: *Iosue 23.f. Nunquid & Ezechias de quo dicitur 4. Regum 18.* Adhæsit domino & non recessit à vestigiis eius. *Nunquid Iob quando dixit:* Vestigia eius secutus est pes meus. *Iob 23.c. Nunquid Iosias quando percussit fœdus coram domino, vt ambularet post dominum, vt dicitur 3. Regum 23.a. & 2. Paralip. 34.g. & sæpe sancti veteris testamenti dicuntur posteriora Dei vidisse, & ideirco non solum coram, sed post dominum ambulasse. Et verum est secundum rem, omnem iustum, diuini exemplaris imitatorem vocari, non obstante vocali diuersitate quam Burgen. fabricat: quæ tamen ad sensum literalem nihil facit, nisi habendo respectum ad Christi humanitatem. Nam si per hypothesim Christus non fuisset incarnatus, nihilominus non defecissent iusti, qui in via Dei ambulassent. Nec videtur valere quod Burgen. dicit Primos iustos exemplar perfectionis, scilicet Christum solum habuisse præ se, non ante se, coincidit enim cum Eliudio, qui dixit Christum ante Mariam non fuisse: Apostolo tamen dicente ad Hebr. vlt.b.* Iesus Christus heri & hodie ipse & in sæcula. *Sapientia enim Dei patris quæ Christus est, ab initio viam perfectionis, & si non humana conuersatione, tamen doctrinæ & legis dirutatione multipliciter exemplificauit. Vnde & Burgen. sibipsi in hac digressione contradicendo dicit Abraham fuisse imitatorem perfectionis Christi in duobus. Nec mirum: quia omnes patres veteris testamenti spiritualiter legem intelligendo dicendi sunt viri euangelici secundum Bonauenturam, & alios inter quos potissimus Abraham fuit, quemadmodum Burgens. ipse fatetur. In eodem capitulo vbi magister Nicol. dicit: Negligentem circumcisionem siue patrem siue tutorem morte plectendum. &c. Burgens. credidit quòd de morte corporali dictum esset, & ita vadit sua inuectiua. Sed videtur postillator non de morte corporis, sed animæ dixisse secundum Glo. ordi. specialiter de morte committata primis parentibus: quia omnes nati pereunt, qui de regeneratione non sanantur, vt dicit Ysido. & est Glos. ordin.*

CAP. XVIII.

Apparuit autem ei Dominus in conualle. ISIDOR. Abraham triplicem figuram gerit. Primam saluatoris, qui relicta cognatione venit in mundum. Alteram patris, quia filium vnicum immolauit. Tertiam (quæ in hoc loco apparet) sanctorum, qui aduentum Christi cum gaudio susceperunt. Tabernaculum Abrahæ Hierusalem significat, vbi pro tempore prophetæ & apostoli habitauerunt, & Christus aduenies à credentibus exceptus, ab incredulis in ligno suspensus est.

Tropologia. Abrahæ hospitalitas. Deus hospitio suscepit sub persona trium angelorum.

b *Sedenti in ostio.* PROCOPIVS. Diligenter attendenda est peregrini hospitalitas. Eo tempore quo plerique deficere solent iter facientes æstu fatigati, ipse pro tabernaculo consedit cum sol foret feruidissimus. Sed quare hunc laborem subibat? Quia grauem iacturam facere se putabat, si se inscio & oscitante præteriisset viator aliquis.

✠ GLOSSA GRAECA. Sed quid hoc est, quod priores Dei appartiones ad Abraham de cœlo fiunt, nouissima verò in tabernaculo: nisi vt figuret Deum verbum in nouissimis diebus cum hominibus, in humani cordis tabernaculo versaturum.

Allegoria.

c *Tres viri.* Tres viri Christi pronunciant aduentum quem duo angeli comitantur. Moses secundũ quosdam & Helias, vnus legislator, qui in lege aduentũ domini indicauit. Alter qui in fine venturus est, secundum aduentum Christi nunciaturus, & euangelium eius prædicaturus. Vnde transfigurato domino in monte cum eo videntur. *Tres vidit & vnum adorauit*, saluatorem, scilicet ostendens, cuius aduentum præstolabatur. Vnde *Abraham vidit diem meum & gauisus est.* Ioannis 8.g. Præuidit enim mysterium futuri sacramenti. Vnde pedes eorum lauit, vt in fine mundi purificationem lauacri futuram monstraret. Pedes enim nouissima significant.

Mystice. Matth.

✠ GLOS

C

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XVIII.

APparuit autem ei dominus. *Hic ostenditur quomodo Abraham vt proficiens se habuit ad proximum. Et primo in operibus charitatis corporalibus hospitalitatem prabendo. Secundo in spiritualibus pro liberatione Lot, & aliorum orando, in medio capituli, ibi.* Dixitq; dominus, celare non potero. *Circa primum sciendum quòd aliter exponiur a doctoribus Catholicis, aliter ab Hebræis, vtraque tamen expositio consona est fidei nostræ & ideo vtramque intendo ponere, & primo expositionem Hebraicam, recisis tamen quibusdam friuolis: quæ ab ipsis interferuntur. Dicunt igitur quòd describitur hic duplex apparitio, prima est ipsius Dei, cum dicitur.*

Diuisio.

1 Apparuit autem ei, *id est, Abrahæ.*

Apparitio duplex.

2 Dominus in conualle Mambre. *nomen est hominis à quo denominabatur illa vallis in qua manebat Abraham.*

3 Sedenti. *Hic dicit quædam glo. Heb. quòd Abraham voluit surgere ex reuerentia diuinæ apparitionis, sed dominus dixit ei:* Sede: tu es enim in signum filiis tuis. *Futurum est enim vt filij tui sedeant tanquam iudices in consilio, & ego stem. Quæ glosa fidei nostræ est consona, quia hoc fuit adimpletum quãdo saluator noster verus Deus, & verus homo stetit coram principibus sacerdotum, sedentibus in concilio ad iudicandum ipsum, vt describunt quatuor euangelistæ quod sustinuit pro salute electorũ qui sunt veri filij Abrahæ. Contingit enim aliquãdo q; præter intentionẽ loquẽtis, diuina virtute hoc fit, vt aliquod verbũ sic proferatur, vt est cõsonũ fidei catholicæ, licet pronũciãs illud verbũ hoc nõ intelligat, sed aliter. Sicut Caiphas dixit de Christo:* Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & *vt non habeatur tota gens eius. Ita fuit de Caiphas. Hoc autẽ à semetipso nõ dixit, &c. Intendebat enim Caiphas solummodo dicere, q; melius erat Christũ mori, licet nõ haberetur causa sufficiẽs cõtra eũ qua q; occasione populi credẽtis in eũ venirẽt Romani & destruerẽt locũ & gẽtẽ. Sed à Deo factũ est, vt hæc sententia per talẽ modũ loquẽdi proferret Caiphas, vt illa locutio significaret mortẽ Christi futurã pro redẽptione generis humani: quod Caiphas non intelligebat, sicut plenius dixi exponẽs hoc verbũ Caiphe, scribẽdo super Ioã. Sic dico in proposito. Quid enim intellexerit iste glossator, nescio: sed manifestũ patet q; sic glosãdo prædictã protulit vel scripsit, q; verba glosæ prædictæ cõsonant fidei nostræ.*

4 In hostio taberna. *ad videndum si transirent viatores, quos posset ad mensam recipere, quia hospitalitatem diligebat.*

5 In ipso feruore diei. *Cum enim incipit dies feruescere, tunc est hora, qua viatores solent ad domum aliquam causa refectionis declinare.*

6 Cumq; eleuasset, &c. *Cũ enim Deus videret affectũ eius ad opus hospi-*

MORALITER.

1 *Apparuit autẽ ei dñs.* Hic prænunciatur Satę cõceptus & Sodomorũ interit'. Circa primũ dicitur: *Apparuit autẽ ei*, s. Abrahę, 2 *Dominus in conualle, &c.* Per hoc autem designatur quòd reuelationes diuinæ fiunt illis, qui sunt in humilitatis conuale, Matth. 11.d. *Confitebor tibi pater domine cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea parualis.*

3 *Sedenti in ostio, &c.* Vt transeuntes videret & eos ad prandium inuitaret: & ecce tres viri, id est, angeli in specie hominum, per quos designantur prædicatores, fidem trinitatis annunciantes: & quia non solum sunt suscipiendi, sed etiam deuotè inuitandi. Ideo subditur:

† 1 *Cucurr*

✠ AMBRO. Vide primo fidei mysteriũ. Deus illi apparuit, & tres respexit. Cui Deus refulsit in trinitate, non sine filio patrem suscipit, nec sine spiritu sancto filium confitetur.

lib.2. de Abrahã ca.5. l.b.16.de ciuitate c.19.

✠ AVGVSTINVS. Hos autem dubitandum non est tres angelos fuisse, quamuis quidam existiment vnum in eis fuisse dominũ Christum, asserentes eum etiam ante indumentum carnis fuisse visibilem. Est quidem diuinæ potestatis, & inuisibilis, incorporalis immutabilisq; natura, sine vlla sui mutatione, etiã mortalibus aspectibus apparere, nõ per id quod est, sed per aliquid quod sibi subditum est.

Adorauit. interpres nouster fert vbique adorauit pro inclinauit vel incurauit se vertit. 1 Nunc.

✠ CYRILLVS. Tres angelos vidit Abrahã in figuram trinitatis, duos autẽ Lot, vt ostenderetur ordo filij ad spiritum sanctum.

Ex cathena Græca. Vbi supra. Hom.5.

✠ ORIGENES. Veniunt ad Abraham tres viri meridie, ad Loth duo vespere veniunt. Non enim capiebat Loth meridianæ lucis magnitudinem. Abraham autem capax fuit plenum fulgorem lucis excipere. Obserua autem quod Abraham cum duobus angelis etiam dominus affuit, ad Loth verò duo tantum angeli pergunt, & quid dicunt? *Misit nos dominus conuertere ciuitatem.* Ille ergo suscepit eos qui perditum darent, non suscepit eum qui saluaret.

B

li.9. moral. cap.51.

a *Quos cum vidisset.* GREGO. Moraliter. Abraham tribus angelis occurrit, quia vir & domus domus, scilicet spiritualis intellectus, debet in cognitione trinitatis claustra carnis excedere, & quasi habitationis infimæ ianuã exire. Cura carnis, quã Sara significat, foris ad iactantiam non appareat, sed post tergum viri, id est, sub discretione spiritus, solis necessariis intenta, nesciat procaciter detegi, sed verecundè moderari.

lib.18. moral.c.4.

GREGO. Abraham non potuisset angelos videre, hospitio suscipere, & cibos adhibere, nisi corpus ex aëre assumpsisset. Non enim apparerent, non cibos sumerent, nisi solidum corpus ex cœlesti elemento haberent. Nec mirum, quòd modò angeli, modò dominus vocantur, quia angeli vocantur qui exterius ministrant, & dominus ostenditur, qui eis interius imperat.

D

b *Sed afferam.* Ad hospitalitatis officia reuertitur, quæ etiam Mystice. angelis exhiberi possunt, cum ex elementis corpoream formam assumunt: quod Abraham. intelligens, deitatem in vnitate adorabat, & dispensationi angelicæ in forma visibili ministrabat.

Aliàs nõ habet † sui aliàs nõ habet† in terra.

c *Tria sata.* Hæc in typum ecclesiæ dicuntur, quæ de tribus mundi partibus in vnitatem fidei congregata est, & quasi panis sine fermento igne Spiritus-sancti decocta est.

Satum. †Actu.16.e. Abrahã latuit pedes peregrinorũ & inseruit mentæ. Aliàs † ponam buccis. Aliàs† conformare. Reg.8.d.

STRA. Satum genus est mensuræ: Tria sata, tres filios Noë significant, ex quibus omne genus hominũ disseminatum est. Significatur ergo ecclesia, vel euangelica doctrina per totum mundum disseminãda, & in tribus mundi partibus, Asia, Africa, & Europa, multiplicanda.

E

Tria sata. de quibus Sara subcinericios panes facit, tres filios significant Noë, ex quibus omne genus hominum natum est: qui diuinæ trinitati credentes aqua baptismatis per Saram, id est, ecclesiã conspersi sunt, & in vnum panẽ corporis Christi redacti. Hæc sunt tria sata farinæ, quæ mulier in Euãgelio fermentauit: Azimi sunt panes, quia sine fermento maliciæ, & † languore nequitiæ & feruore peruersæ doctrinæ oportet esse credentium vnitatem.

1.Cor.5.c. Aliàs † rancore.

d *Subcinericios.* Subcinericij sunt vt per pœnitentiã delictorum spiritussancti vapore decocti, esca Deo acceptabilis efficiantur.

e *Vitulum tenerrimum.* Vitulus tener & saginatus, Christi corpus est † quod pro salute mundi ad arborem Crucis † immolatum est. Hic est vitulus, qui prodigo filio occiditur.

Aliàs † qui Aliàs † immolatus.

✠ AMBROS. Tener, quia non dura ceruice, sed molli iugum legis

F

NICOLAVS DE LYRA.

hospitalitatis, & non venirent aliqui homines, fecit tres angelos apparere in specie virorum, vt eis exhiberet hospitalitatis beneficium. Dicunt etiam Hebræi, quòd cum hoc alia de causa apparuerunt, quia vnus veniebat ad nunciandum Sarę conceptum, alius ad subuertendum Sodomam, & alias quatuor ciuitates: & tertius ad sanandum Abraham qui de nouo erat circumcisus, & liberandum Lot de subuersione Sodomorum. Dicunt etiam quòd apparitio fuit tertia die postquam fuerat Abraham circumcisus, & ista apparitio angelorum est secunda. Expositores autem Catholici dicunt, quòd a principio capituli vsque adhuc, & in toto cap. sequenti fuit vna apparitio tantum, ita dominus non apparuit in se, vel in aliqua similitudine ipsum immediatè representante: sed tantum in angelis, quos fecit apparere, quorum vnus postea locutus est in persona ipsius Dei: Sic igitur exponunt literam à principio capituli Apparuit autem ei dominus. *in hoc primo describitur apparitio ista in generali, & in sequentibus describitur modus apparitionis in speciali. Et primo quantum ad locum, cum dicitur:* In conualle Mambre. *Secundo quantum ad dispositionem Abrahæ cui fiebat apparitio, cum dicitur:* Sedenti in ostio tabernaculi sui. *Tertio quantum ad tempus, cum subditur:* In ipso feruore diei. *Quarto quantum ad personas apparentes authoritate Dei cum dicitur:* Apparuerunt ei tres viri, *id est, angeli in specie virorum. Litera autem exponatur sicut in expositione prædicta, excepto principio, cum dicitur:* Apparuit autem ei dominus sedenti, *scilicet per angelos quos fecit apparere.*

Tres angeli qui fuerunt, &c.

1 *Quos cum vidisset, &c. In quo ostenditur eius promptitudo ad hospitalitatis beneficium: & in hoc datur diuinibus exemplum.*

2 Et adorauit: *adoratione dulię vt illos conuenientius posset inuitare.*

3 Et dixit: domine si inueni gratiam, &c. *Licet essent tres, tamen sic apparebant quasi vnus esset principalis & dominus inter illos, & ideo illum alloquitur credens, quòd seipsum inducat ad hospitium, alij duo sequantur. Dicunt autem Hebræi, quòd isti tres angeli fuerunt Michael, Gabriel, & Raphael. ita quòd Michael erat in medio, alij autem duo ad dextram & sinistram. Et hic erat modus ambulandi tunc, quando aliquis superior erat duobus alijs, quòd ille ambulabat in medio, & in hoc cognouit Abraham quis erat superior, & dicunt quòd Michael hic erat in medio, & hic venerat ad denunciandum Sarę conceptum, quia hoc erat principale negotium, eo quòd Messias, id est, Christus erat inde nasciturus, & interpretatio nominis consonat: Michael enim interpretatur quis, vt Deus: Gabriel autem venerat ad subuertendum Sodomam, & interpretatio consonat, interpretatur enim fortitudo Dei. Raphael autem venerat ad sanandum Abraham, & saluandum Lot, & interpretatio consonat, quia interpretatur medicina Dei.*

4 Sed afferam pauxillum aquæ, &c. *Homines enim tunc non ita ibant equitando & calciati sicut modo.*

5 Et requiescite sub arbore. *in vmbra & ad auram, propter æstum imminentem.*

6 Ponámque buccellam panis, &c. *Ex hoc manifestè patet, quòd tunc credebat eos esse homines, sciebat enim quòd angeli non indigebant talibus.*

7 Qui dixerunt, &c. *in quo apparet gratia hospitalitatis.*

8 Festinauit Abraham, *ne attediarentur in nimia expectatione.*

9 Et tulit, &c. *puero, id est, coco. Hebræi autem dicunt, quòd iste puer*

✠ *fuit*

MORALITER.

1 *Cucurrit in occursum, &c.* ad eos deuotissimè inuitandum, sicut patet in textu sequenti, & hoc modo susceperunt Galatæ Paulum. Vnde dicit Galat. 4. b. *Sicut angelum Dei suscepistis me.*

4 *Et lauentur pedes vestri*, scilicet per famulos meos. Ecce humilitas, humilitas.

5 *Ponámque buccellam pa.* Ecce humanitas, quæ prædicatoribus est imponenda.

6 *Quis dixerunt: fac vt locutus es:* prædicatores enim gratanter accipere debent, quæ sibi à suis hospitibus offeruntur.

† 1 *Cui*

Universidad de Deusto
Biblioteca

legis agnouit, crucis patibulum non recusauit. Et meritò tener, de cuius capite & pedibus & intestinis nihil relictum est, & os non est contritum ab eo, sed totus epulantium cibo cessit.

a *Butyrum & lac*, cum carne vituli apposuit, quia lac veterem legem signat. vnde 1. Corinth. 3. a. *Lac potum dedi vobis, non escam, &c.* Tradiderat enim illis legis mandatum, quasi Lac de quarum tabularum expressum a pueris, sicut & de cherubim hoc est testamentum fidei, quia nondum poterant euangelicæ doctrinæ solidam escam sumere. Butyrum vberrimum, & pinguissimum, euangelicum est testimonium, quod velut oleum fidelibus in signum datur. Vitulum cum lacte & Butyro apposuit, quia nec corpus domini sine lacte legis, nec hoc sine euangelio esse potest. Sub arbore autem sederunt in dominicæ passionis signum cuius prædicatores sunt.

35. dist. cap. 1. & 2. vbi &c. Hugo.

†4. Reg. 4. c. Rom. 9. b. Infra 21. a.

✻ *Cùque comedissent, &c.* GLOSSA GRAECA. Comederũt angeli diuina virtute, quod appositum erat consumentes, quemadmodum historia Gedeonis & Manne patris Samson & Tobiæ intelligi potest.

Allegoricè. Desierãt Saræ fieri muliebria. desinere esse ipsi Saræ cõtubalo mulieri. Heb. Occultè intra sese.

1. Pet. 3. c. In quæst. Heb. In articis. aliàs † vxor tua. †nũquid paritura.

b *Ecce in tab. &c.* STRABO. Abraham foris cum angelis. Sara in tabernaculo est, quia fortium & doctorum est à parte prædicare, exemplis instruere. Infirmorum & insipientium discere, & subditos esse.

✻ HIERONYMVS. *Reuertens veniam, &c.* Iuxta aliam literam, *reuertens veniam ad te in tempore hoc, & in hora hac, & habebit filium Sara.* pro *hora, vitam*, legimus in Hebræo, vt sit ordo vel sensus, Reuertarad te in tempore vitæ, quasi dixero, si vixero. Hæc autem ἀξιωματικῶς, vt cætera.

c *Et habebit fi.* Promittit Deus Saræ sterili filium dicens: Circa hoc tempus veniam: non tempus, sed qualitatem sui aduentus significat: quoniam per filiũ repromissum fidelis populus erat nasciturus. Vnde Esa. 54. a. & Gal. 4. d. *Lætare sterilis, quæ non paris, &c.*

In quæst. super Genes. d *Quo audito, &c.* AVGVST. Arguitur Sara, quia risit, & non Abraham cum similiter riserit, quia illius risus admirationis fuit, huius dubitationis, quod diuidicare potuit qui corda nouit. Negat Sara se risisse cum Deum non posse latere, sed fortè homines putabat. Abraham verò Deũ intelligebat, sed humanitatis officia †præbendo, quæ tantum infirmæ carni necessaria sunt, mirum est, nisi homines prius arbitratus est, sed in quibus Deum loqui intelligeret, quibusdam signis, diuinæ maiestatis apparen-

aliàs † exhibendo.

apparentibus, sicut in hominibus Deum apparuisse sæpe scriptura testatur, sed postea angelos fuisse cognouerunt. D

✻ ORIGENES. Ideo Sara latuit, quia in ecclesia mulieri non permittitur docere. Homil. 4. in Genes.

c *Erant autem, &c.* Seniorum ætas minor est, quàm senum, & si senes appellentur seniores. Vnde secundum medicos senior vir de muliere seniore filios facere non potest etiam si adhuc muliebria fluant. secundum hoc Abraham miratur Dei potentiam de promissione filij, & hoc miraculum posuisse Apostolum accipere possumus. Emortuum enim corpus non omninò ad generationem erat, si mulier iuuenilis ætatis fuisset. Sed de prouecta ætate generare non potuerat, de Cethura enim postea genera uit, quia iuuẽcula fuit. Trahit enim medici: quia senex de fœmina prouectioris ætatis (& si muliebria contingant ei) generare non possit: de iuuencula autẽ possit. Rursus mulier prouectæ ætatis, & si adhuc muliebria contingant ei, de seniore parere non potest, de iuuene potest. Miraculum ergo fuit, quia vterque senex & prouectæ ætatis, & desierant muliebria Saræ.

Vita comite, Ipse vocatur, Comite interpretatis vnus. E

✻ ORIGENES. Quantũ ad ætatem corporis pertinet, multi ante eos numerosioribus annis duxerant vitam, nemo tamen presbyter appellatus est. Vnde videtur nomen hoc sanctis non longæuitatis ratione, sed maturitatis aferibi.

Homil. 4. Genes.

☞ a *Non risi, &c.* AMBROS. Vel ideò negauit se risisse quia ignorauit, ideò risit, quia prophetauit.

Vbi supra. b *Num celare pote.* Benè dominus Abrahæ secreta sua committit, quem voluntatis suæ & secretorum fidelem executorem cognouit, de quo in carne nasciturus erat, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscondit.* 2. Cor. 2. a. Promittit quoque Abrahæ non solùm præmia, sed obediẽtiæ filiorum eius iustitiã, & circa eos promissa cõpleri. Rursùmq; promittitur Isaac, *in gentem magnam futurus*, & quòd *in eo benedicentur omnes gentes terræ.* Quibus verbis duo illi promittuntur. Gens Iudæorum secundum carnem, & omnes gentes per fidem.

Dei familiaritas & bonitas cum Abraham. Christus benedictio fidelium.

lib. 6. c. 1. Abrahã docet familiã suã viã Dei.

✻ RVPERTVS. *Num celare potero, &c.* Subauditur tãtis repugnãtibus causis. Primò, quia futurus est in gentem magnã futurus, inquam, magis secũdùm fidem, quàm secundùm carnem, in gẽtem magnam ac robustissimã, videlicet, cuius merendo fortitudinem, rectè dicã, quia *regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

aliàs † genuit Thæorum. in quæst. super Genes.

c *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ, &c.* AVGVS. Si hæc verba non dubitantis, sed irascentis & minantis accipiamus, nulla est quæstio. Humano enim more ad homines loquitur Deus, & ira eius sine perturbatione est, quia immutabilis est. Sæpè autem sic minando dicimus. Videamus si nõ tibi facio, & si nõ potero tibi facere, vel sciam, i. experiar vtrũ non possim. Sed pertur batio non cadit in Deũ. Mos autẽ humanæ locutionis est, cui Deus se coaptat, vt humanæ infirmitati conueniat. D

GREG. MORAL. Peccatum verò cũ voce, culpa est in actione. Peccatũ verò cũ clamore, culpa cũ libertate.

lib. 5. moralium cap. 7.

d *Descendam & videbo, &c.* Mala hominum nõ ante credamus quàm probemus. Et ecce per angelos ad cognoscenda mala descendit, & tãto crimine inuolutos inueniens, quasi patientiam prætermisit, & eos igne iudicij ante iudicij diem præuenit, qui cum tranquillitate iudicat, vt maiora crimina tardè credantur, & vera citer agnita citiùs puniantur.

lib. 19. moral. c. 33.

✻ ORIGENES. Quando ad Abrahã respõsa dantur, non dicitur Deus descendere, sed supra ipsum astare, nunc autẽ quia peccatorum causa agitur, descendere dicitur Deus. Vide ne ascẽsionem & descensionem localem intelligas. Sed descendere dicitur Deus, quando curam humanæ fragilitatis habere dignatur.

Homil. 4. E Propter, superi.

e *Si fuerint quinquaginta iusti, &c.* ISIDOR. Quinquagenarius numerus à quo vsque ad decem descẽdit, pœnitẽtiam significat. Vnde & quinquagesimus Psalm. pœnitentialis est. Si ergo conuerterentur, saluarentur. Sed cum

22. q. 1. De accusat. qualiter. 2. & c. ũ dilecti. 1. De fi. mo. c. licet Heli. Præcicitur Abrahæ interitus Sodomorum. Mysticè. Quinquagena ius numerus pœnitentiã significat.

Isti Ismael filius suus cui tradidit cibum parandum, vt eum assueficeret hospitalitatis operibus.

1 Ipse verò, &c. *videndum ne aliquid deficeret. Sequitur.*

2 Vbi est Sara vxor tua. *Hoc petum non ex ignorantia, sed vt conuenientius nuncietur eius conceptus de propinquo futurus.*

3 Ecce in tabernaculo est. *Erat enim simplex & verecunda, & ideo se non exponebat aspectibus hominum.*

4 Cui dixit: *scilicet ille angelus de tribus qui venerat ad nunciandum eius conceptum.*

5 Reuertens veniam ad te. *In quo ostenditur quòd angeli sunt solicitiores.*

6 Vita comite. *Loquitur more humano, quia homo estimabatur ab his quibus loquebatur.*

7 Et habebit fi. &c. *Non adoptiuum sed naturalem.*

7 Et

8 Quo audi. &c. *Reputans illud dictum frinolum & causa subditur.*

9 Erant autẽ am. &c. *Et sic erat vnum impedimentum generationis commune ambobus, & vnũ speciale in Sara, quod notatur cum subditur.*

10 Et desierant Saræ fieri muliebria: *Id est, menstrua, post quorum cessationem non est apta mulier ad conceptionem. Sequitur.*

11 Postquam consenui, &c. *quasi dicat non decet, & ex hoc videtur, quod Sara contunit ab actu coniugali. ex quo transit tempus suum concipiendi secundum naturam, quemque fuit certificata de conceptu futuro diuina virtute.*

12 Dixit autem dominus ad Abraham, *id est, ille angelus qui inter tres apparebat vt superior, & qui venerat ad nunciandum Sara conceptum.*

13 Nunquid Deo est quicquam difficilè. *Aes dicat, licet impossibile sit naturæ dare tibi conceptum, non tamen Deo est difficile, cætera patent vsque ibi.*

1 Cum

1 Cum ergo surrexissent inde viri. *Angeli in similitudine virorum.*

C 2 Direxerunt oculos, &c. *Incipientes tre ve sus partem illam.*

3 Et Abraham similiter gradiebatur. *Sicut solet fieri ex curialitate humana, quod hospites per aliquod spacium conducantur. Abraham enim adhuc credebat eos esse homines itinerantes.*

4 Dixitq; dominus: *Hic ostenditur pietas Abrahæ orando pro proximo, & primo eius oratio describitur, & secundo exauditio ostenditur. cap. 19. Circa primũ sic proceditur quia primo ponitur reuelatio Abrahæ facta de Sodomorum subuersione. secundo ponitur oratio eius pro populi liberatione ibi:* Abraham verò. *Primum exponitur dupliciter, secundum enim expositionem Hebraicam in principio huius capituli positam, dominus qui loquebatur non est aliquis de tribus angelis prædictis, sed ipse dominus qui secundũ illam expositionẽ dicitur apparuisse Abrahæ in principio capituli. Secundũ autem aliã expositionem iste qui vocatur hic dominus, est ille angelus qui denunciauit conceptũ Saræ, vt prædictum est, & secundum hoc dicendũ quòd licet Abrahã vsque tunc crediderit illos angelos esse homines, tamen tunc reuelauerunt ei quod essent Angeli, & ex tũc ille principaliter Angelus loquebatur in persona Dei. Littera autẽ sequens in alijs vniformiter exponitur secundũ istam & aliã expositionẽ.*

5 Num celare po. Ab. &c. *ac si diceret: Cum Abraham sit mihi familiaris amicus, non est decens quòd ego celem ei vindictam quam facturus sum in ciuitatibus Sodomorum, & maximè cum illam terram promiserim Abrahæ: & causa amicitiæ Dei cum Abraham, subditur.*

6 Scio enim, &c. *Et sequitur.*

7 Clamor Sodomorum & Gomorrhæ. *Peccata enim eorum erãt patentia & manifesta, secundum quod dicitur Esa. 3. b.* Peccatũ suum quasi Sodoma prædicauerunt nec absconderunt: *& propter hoc dicuntur hic clamare. Et est hic considerandum quòd tria genera peccatorum leguntur clamare ad Deum. Primum est occisio innocentis, secundum quod dicit dominus ad Cain Gen. 4. b.* Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. *Secundum est peccatum contra naturam, sicut hic dicit. Tertium est defraudatio pauperum laborantium de*

quo habetur Iacob. 5. A. Merces operariorum vestrorũ, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis clamat, & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit.

8 Multiplicatus est. *Addendo peccata peccatis.*

9 Et peccatum eorum aggraua. &c. *Hebræi dicunt, quod ista aggrauatio fuit eo quòd quandã puellam occiderunt morte insolita eo quod dederat alimentum pauperi, & hoc confirmat dicto Ezech. 16. f.* Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & ocium & manum egeno & pauperi non porrigebant.

10 Descendam & vi &c. *Hoc dicitur non quia Deus indigeat tali inuestigatione, sed vt doceantur per hoc iudices non sententiare donec diligenter inquisierint veritatem.*

11 Conuerterunt; &c. *scilicet, duo angeli qui apparebant in specie virorum vt habetur in principio sequentis capituli. Tertius autem qui annunciauerat Saræ conceptum, & qui loquebatur in persona domini, vt dictum est, adhuc remansit ibi cum Abraham secundum istam expositionem. Secũdum verò expositionem Hebraicam prætactam, ille angelus qui annunciauerat Saræ conceptum, quia perfecerat legationem suam, disparuit & recessit, quia duo tantum angeli mittebantur à Deo Sodomam, vnus ad subuertendum patriam, alius ad liberandum Lot. Et ille qui vocatur hic communiter dominus cum quo Abraham loquebatur, est ipse Deus qui sibi apparuit prout dictũ est in principio capituli. In alijs autem litera vniformiter exponitur. Abraham verò adhuc stabat coram domino. Abraham enim audita populi condemnatione, pietate motus cepit rogare dominum pro eius liberatione. Et ideo dicitur:* Stabat coram domino, *paratus ad populi adiutorium, & accipitur hic* domino, *pro ipso Deo secundum expositionem Hebraicam. secundum aliam verò pro angelo loquente in persona Dei.*

12 Et appropinquãs ait. *Vt conuenientius orationem suã proponeret.*

13 Nũquid perdes iu. cum im. *q. d. non. Et quia sciebat Lot esse iustum, liberationem eius habuit pro obtenta, & ideò conuertit se ad liberationem aliorum, dicens:*

14 Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, *id est, in ciuitatibus, qua*

5 *Cui dixit. Reuertens veniam ad te. Sequitur.*

7 *Et habebit filium Sara.* Per hoc ostenditur, quòd prædicatores non

non debent suis hospitibus dicere friuola, sed ædificatoria: ex quibus Sara per quam ratio significatur, vt dictum est supra, concipiat dicitur: & pariat opus bonum. Circa secundum, scilicet, Sodomorum interitum dicitur.

5 *Descen-*

† 11 *Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, &c.* Per hæc domini verba, *cuius oculis omnia sunt*

nuda & aperta. Hebræ. 4. d. ostenditur nobis, quòd sententia contra aliquem non est citò, sed post diligentem examinationem ferenda. Sequitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Deus aspexit delinquentes nolle ad pœnitentiam conuerti, illicò ardorem immoderatæ luxuriæ igne gehennæ compescit: Vsque ad decem iustos non perire Sodomam dixit, quia si in quolibet per decem præceptorum custodiam Christi nomen inueniatur, non peribit. Denarijenim numeri figura & crucem Christi significat.

In cap.12. ✠PROCOPIVS. Quamobrem cupit iniustos quoq; seruari? In hunc sensum loquitur. Paucæ salis miæ cõseruant à putredine multam carnem, pauca & parua vincula continent magna ædificia: sic iusti conseruant iniustos.

libr.18.moral.c.33. a *Loquar ad dominum, &c.* GREG. MYSTICE. Sancti quantò magis diuinitatis interna prospiciunt, tantò magis se nihil esse conspiciunt. Nusquã legitur Abraham se cinerem & puluerem professum esse, nisi cum meruit Dei locutionem habere. Et ait: *Loquar ad dominum meum cum sim puluis, &c.* Fortassè enim aliquid se esse crederet, si verã essentiam quæ super ipsum est nõ sensisset.

Abrahã puluis & cinis perstat in oratione.

Psal.10.2.c. *Vnde & Dauid exclamat: Memento domine quoniam puluis sum, &c.*

B GREGOR. MORALITER. Quosdam per tumorẽ sensus nõ eleuat, sed per misericordiæ opera, Quidam dum se terrenis abũdare cõspiciunt, veras diuitias non requirunt, & † æternum regnum non amant, quia temporalia sufficere putãt. Non est ergo sensus in crimine, sed affectus. Cuncta enim quæ Deus condidit bona sunt. Sed qui bonis malè vtitur † hic agit vt per edacitatis ingluuiẽ eo quo viuere debuit pane moriatur. Pauper ad requiẽ Lazarus venerat, superbum diuitẽ cruciabãt tormenta. Diues tamen Abrahã fuerat qui Lazarum in sinu tenebat. Ait tamen. *Loquar ad do. meum cum sim puluis & cinis, &c.* Quid

aliàs † æternum patriz.

alias. † hic

Luc.16.c.

quaginta iusti in ciuitate, peribunt simul, & non parces loco illi propter quinquaginta iustos si fuerint in eo? Absit à te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatq; iustus, sicut impius. Non a ¶Vt innocens pereat. b ¶Iuste disponis. c ¶Orando hæc dicit, non inuehendo.
est hoc tuum qui iudicas omnem terram: Nequaquam facies iudicium hoc. Dixitq; dominus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Respõdens Abraham ait: Quia semel cœpi, loquar ad a ¶Sublimitatem promissionis temperat subiectione humilitatis.
dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Quid si a ¶Quinque sensibus deditis & remissione indigni.
b minus quinquaginta iustis, quinq; fuerint, delebis a ¶Id est propter eos qui corpus quadragenaria abstinentia domant: & sensibus quinque ordinate vtuntur non parces omnibus.
propter quadraginta quinque vniuersam vrbem? Et a ¶Parcam.
ait: Non delebo, si inuenero ibi quadraginta quinq;. † a ¶Legis & euangelij præcepta seruantes. quater enim decem quadraginta fiunt.
Rursumq; locutus est ad eum: Sin autẽ quadraginta *inuenti fuerint, quid facies? Ait: Non percutiam propter quadraginta. Ne qũæso (inquit) indigneris, domine, si loquar. Quid si inuenti fuerint ibi triginta? Respondit: Non faciam, si inuenero ibi a ¶Quia videbatur dominum interrogans arctare responso, temperat præfatione quod quærit.
triginta. Quia semel, ait, cœpi, loquar ad dominum meum: Quid si inuenti fuerint ibi viginti? Dixit: a ¶Legem cum fide trinitatis seruantes, ter enim decem triginta fiunt.
Non interficiam propter viginti. Obsecro (inquit) c ne irascaris domine, si loquar adhuc semel: Quid si a ¶ feruantes mandata cum dilectione Dei, & proximi propter denarium & binarium.
inuenti fuerint ibi decem? Dixit: Non delebo pro- a ¶Decalogi mandata seruantes.
pter decem. Abiit dominus, postquã cessauit loqui ad Abraham, & ille reuersus est in locum suum.

Quid diuitias suas æstimabat, qui seipsum, puluerẽ cinerémque putabat? Apertè cernimus in quo loco se posuerat, qui se puluerem, & cinerem etiam cum Deo loquereturæstimabat. Qua ergo pœna feriendi sunt, qui ad summa non proficiunt, & de minimis se extollunt. D

b *Quinque fuerint.* Quinq; ciuitates igneis imbribus combustæ. Omnes enim qui quinque corporis sensus libidinosè tractauerunt, futuro incendio sunt cremandi. c *Quid si inuenti, &c.* ALCV. Non necesse est hoc de omni loco accipere. De Sodomis autem potuit dici, quia sciebat Deus necdecem esse ibi, & ideò sic respõdebatur Abrahæ ad exaggerationem iniquitatis Sodomorũ. d *Decem.* Denarius crucem Christi designat quia, x, littera qua denarius exprimitur in figura crucis formatur. e *Dixit.* Sciebat enim nec vnum ibi esse præter Lot, ad exaggerandam iniquitatem hoc dicitur, sicut apud Hieremiam: *Videte si inueniatis hominem facientem iustitiam,* quasi: inuenite vel vnum, & parco eis.

Abrahã intercedit pro Sodomis.

Nõ est tantum vnus dicas cunctam terram, quinquaginta iudices habere, hoc adde & te nunquã iudex cum iniq; tecto viuere facies iudicium. Denarius numer. figuram Crucem Christi significat.

Hieron. ad

E

✠AMBROSIVS. Discimus ex hoc loco, quãtus murus sit patriæ vir iustus, quẽ admodum nõ debeamus inuidere sanctis, nec temerè derogare. Illorũ etenim nos fides seruat, illorum iustitia ab excidio defendit. Sodoma quoq; si habuisset viros decẽiustos, potuit nõ perire.

lib. 2. de Abraham. c. 7

✠CHRYSOST. Sæpe solet dominus propter paucos multis dare salutem. Et quid dico propter paucos iustos? Sæpe quando non inuentus est, in hac vita iustus, propter defunctorum virtutem, viuentium misereturHomil. 4. & curam habet, vnde clamat discens, *protegam ciuitatem hanc propter me & propter Dauid puerum meũ.* q.d. hic author erit salutis his, qui sua se perdiderũt desidia.

Si Iosue adhuc & Dauid quãr. modo hic vice

F CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

C ✠ *quia erãt quinq; ciuitates. In Hebræo autẽ aliquando accipitur singulare pro plurali sicut Exo.8.f.* Venit musca grauissima, *i. multitudo muscarum. Vel in ciuitate in singulari pro Sodomã, quia illa ciuitas principalis erat, & sub illa intelligũtur aliæ quatuor quæ erãt ei subditæ, propter quod reges illarũ iuerunt cũ rege Sodomorũ ad prelium tanquã vasalli sui, vt habetur supra 14. Patet ergo quòd pro qualibet ciuitate accipiebat decem iustos, petens à domino liberationem cuiuslibet ciuitatis pro decem iustis in ea repertis secundum quod exponunt Hebræi. Sequitur.*

1 Quid si minus quinquaginta iustis quinque fuerint. *Ita quòd cuilibet ciuitati assignentur nouẽ iusti, petit Abraham quod pro illis nouem parcatur cuilibet ciuitati, nõ enim ausus fuit ad minorem numerum descendere, quia considerabat, quod octo personæ iustæ fuerant in arca tempore diluuij, & tamen nullus alius fuit saluatus propter eorũ iustitiam.*

Decẽ homines faciunt populum.

& ideò *& ideò quando Abraham quæruit vltra, si parcerei propter quadraginta, intelligitur de liberatione quatuor ciuitatum tãtum, & quando propter triginta, intelligitur de liberatione trium, & quando propter viginti, de liberatione duarum, & quando propter decem, de liberatione vnius. & ideo ibi stetit, quia non erat vltra descensus. Expositores autem catholici dicunt, quòd à principio petitionis Abrahæ vsq; ad finẽ intelligitur facta pro liberatione totius populi quinq. ciuitatũ, sed procedit sic descendendo vsq; ad decem iustos, tentando, obtenta vna gratia, si possit maiorem impetrare. vltra verò decem non descẽdit. Decem enim homines, & nõ pauciores faciunt populũ. Quod autem pro iustitia minoris populi, petatur liberatio populi maioris iniusti, non videtur irrationabile petere, sed quod pro iustitia tam paucorum, qui non possunt dici populus peteretur liberatio populorum quinque ciuitatum videtur magis extraneum: & ideò Abraham non fuit ausus vltrà descendere.*

MORALITER.

† *Non delebo si inuenero ibi quadraginta quinque. Rursumq;, &c.* Postea subditur.

* † *Non dele. pro. dec.* Ex quo patet, quòd propter paucos iustos, parcendum est multitudini, quando bono modo potest fieri, & quando mali sine periculo bonorum nõ possunt exterminari: Propter quod saluator Matt. 13. d. dicit. *Sinite vtraque crescere vsque ad messem, ne colligentes zizania, eradicetis simul & triticum.*

In cap. 18. vbi dicitur in postilla: Expositores autem catholici dicunt quod à principio capiuli.

ADDITIO I.

Discutio seu examinatio harum duarum expositionum circa apparitionem Abrahæ factam in hoc loco non est sic superficialiter transeunda, sicut in postilla. Cõmuniter enim tenet ecclesia in hoc loco, Abrahã fuisse factam reuelationem de trinitate diuinarum personarum, & vnitate diuinæ essentiæ. Vnde ecclesia communiter cantat quòd Abraham tres vidit, & vnum adorauit: Sed diligẽter aduertenti satis comprobatur veritas ex litera catholicæ expositionis ex multis. Primo quia si hic essent duæ apparitiones, prima esset omnino superflua. Cum enim dicitur: Apparuit ei Dominus, &c. non exprimitur quod aliquid dixisset dominus Abrahæ, nec econtra, quia statim subdit. Cũmque eleuasset oculos. Ex quo patet, quod processus seu forma illius visionis consistebat in apparitione illorum trium virorum. Et sic exponit Rup. Moy. in libro de dilectione per lexorum scilicet quod apparitio domini in hoc loco facta Abrahæ exprimitur per hoc quod sequitur. Cum eleuasset, &c. Item quia angelo loquente cum Abraham de annũciatione Saræ, & ipsa ridente Deus locutus est Abrahæ comminando locutionem angelicam sine aliqua interruptione quasi esset idem angelus sermonis

A *licet qui loquebatur & Deus. Vnde dicit.* Dixit autẽ Dñs, &c. *quæri. Sa. quod non est intelligendũ de identitate essentiali, sed de identitate repræsentatiua. s. quòd ille angelus tunc loquebatur in persona diuina quam in illa apparitione representabat. Item dictum angelis. s.* reuertẽs veniam ad te, &c. *si legitur impletum missis in hoc quod dicitur infrà. xxj. ca.* Dominus autẽ visit. Sa. &c. *In quo apparet quòd ille angelus qui dicit se reuertẽrum, & dominus visitans accipiuntur in hoc loco pro eodem, modo prædicto. Item hoc patet ex adoratione Abrahæ quod postquam vidit tres, vnum adorauit, quod intelligendum est de adoratione latriæ. Dicit enim* Et adorauit in terra. *quod vnum ab ipso adoratum, adonai vocauit, vt patet in litera Hebraica. Item hoc patet ex obsequio Abrahæ prædictis viris seu angelis impenso. Tum in locutione cum se vocat seruum. Vt cum dicit,* Ne transeas seruum, &c. *Tum in hoc quòd ea quæ ad communum pertinerat per seipsum cum magna diligentia seu festinatione faciebat, vt cum dicitur:* Festinauit Abrahã in tabernaculũ, &c. Ipse verò ad armentũ cucurrit, &c. quę festinãt, &c. Tulit quoque butyrum, &c. & posuit coram eis: *Vnde Orige. Considera prudnus senem Abraham impigrum & alacrem in officijs. Item quia ipsis recumbentibus dicitur:* Ipse verò stabat iuxta eos, *quasi non audens considere cum eis, nec etiam illi ipsum Abraham ad hoc inuitabant, qui omnia attenta dignitate Abrahæ & eius senectute irrationabiliter fierẽt, nisi hæc apparitio esset sibi repræsentatiua diuinorũ: & Abraham hoc spiritu prophetico cognouisset. Vnde Am. in li. de Abraham. Vide primo fidei mysterium Deus illi apparuit, & tres aspexit, cui Deus refulsit in trinitate, non sine filio patrem suscipit nec sine spiritu sancto filium consitetur. Hæc ille. Ex quibus & aliis ad hoc correspondemibus in litera contentis si attentè consideretur, manifestè patet quòd hæc fuit vna apparitio incedens ad hoc quod dicitur:* Apparuit autẽ ei

B dominus, *in principio huius ca. xviij. vsque ad principium sequẽtis ca. s. xix. vbi dicitur.* Abiit dominus postquã cessauerat loqui Abraham, *Et ideo cum angeli recessissent abeundo Sodomam, interponitur.* Abraham verò adhuc stabat coram domino, *continuando prædicta dicendis sub eadem apparitione. In qua Abrahæ postquam à Deo auditus, Ambula coram me, & esto perfectus, &c. prout supra fuit dictum in additione in c. s. omediate precedẽti, & recepit pactum domini in carne sua in fœdus æternum. &c. Sed æternitatem ducens: vt in Gl. habetur fuit sibi facta apparitio, trium adunatorum personarũ eiusdem vnitate diuinæ essentiæ representatiua:* Vt ille qui patet multarum gentium *constituebatur à deo in vera fide vltimorum terminum in quẽ fides tendit saltem enigmatice seu representatiue videret. Et consequenter ostẽderetur esse intercessor pro delinquentibus etiam alienigenis, tanquam* pater multarum gentium. *vt patet in facta Sodomorũ, quæ est secunda pars posse principalis huius apparitionis. Vnde rectè considerauit hæc expositio est vera apud catholicos & litera magis consona, licet fortè apud infideles distinctionẽ personarum in diuinis non recipientes posset irrationabiliter declinari, De quo catholicus exponens curare nõ debet, prout declaratum fuit in quæst. super prologum art. v. Et in hãc dum quod licet in exordio creationis mundi, & deinceps sæpe pluralitas personarũ diuinarum eis essentiæ vnitate innatura, non tamen numeras determinatus diuinarum personarum explicitè ostenditur vsque ad tempus Abrahæ in hac apparitione. ex quo dignitas Abrahæ demonstratur, & præcipuum in his quæ ad fidem pertinent.*

In eo. c. xviij. vbi dicitur in postill. Et adorauit adoratione dulię.

ADDITIO II.

Hæc adoratio videtur esse latriæ, quia vbi dicitur. Domine si inueni gratiam, &c. *ibi ponitur adonai vt dictũ est. Abrahat enim Abrahã*

C *deũ representatiũ per istos tres viros. Vnde Aug. xvij. de ciui. dei. Abraham in tribus viris Deum cognoscebat, cui per singulares numerũ loquebatur, etiã cũ eos homines esse arbitraretur. Hæc ille. Nec valet quod Hebræi dicunt: q. vnus apparebat quasi dominus inter alios, quem Abrahã alloquebatur. Nã Abraham ibi expresse vocat se seruũ illorũ, nõ tantũ vnius. Dicit enim:* Idcirco declinastis ad seruũ vestrũ. *De nominibus autem horum trium angelorum nũ videtur temerè aliquid asserendum: sed verisimiliter videtur esse dictum quod ille qui venerat ad denunciandum Sarę conceptum, à qua Christus secundum carnem nasciturus erat, esset Gabriel. Ipse enim denunciauit Danieli tempus aduentus Christi. Dan. ix. f. Similiter & Zachariæ conceptum præcursoris ipsius Christi: Luc. j. a. Et finaliter beatæ virginis Christi conceptionem. Luc. j. c.*

In eo. c. xviij. vbi dicitur in posti. Secundum autem aliã expositionẽ.

ADDITIO III.

Secundum verò expositionem. s. catholicam suprà dictam iste qui vocatur hic dominus, est verus Deus sub ratione deitatis ab Abraham apprehensus, non habito respectu ad distinctionem personarum, sicut in quamplurimis locis sacræ scripturæ reperitur.

In eo. c. xviij. vbi dicitur in post. Vtrà verò decem non descendit.

ADDITIO IIII.

Hiere. v. a. *legitur:* Circũite vias hieruſ. & ẽqrite ī plateis eiº, an inueniatis virũ faciẽtẽ iudiciũ, & qrẽtẽ fidẽ, & ppitiº ero ei hieruſ. *ex quo vr. q. p institia vnius virũ, nõ esset irrationabile q. liberaretur vnº populº. Vnde nõ vt extranei, q. Abrahã ausus fuisset petere qđ Hierem. in persona domini cõcedebat. Ad q. dictũ q. in hoc loco deus loquitur more humano, vt doceret Abrahã: sicut prout deus in hoc loco testatur, præceptus erat filijs suis ac domui suæ post se custodire viã domini, & facere iudicium, & iustitiam, addiceret, quoniam procedẽdum esset per viam iustitiæ in punitẽdis magnis flagitijs, quæ publicã euidentiam habẽt, de quibus intelligitur clamor. Vnde secundum Ambr. Peccatum cũ clamore, culpa cũ libertate est. Et ideo istæ collationes inter Deũ & Abraham referendæ sunt ad informationem ipsius Abraha modo humano. vt cũ dicit,* descẽdã & videbo, *præcipitationem iudicij cõpescerei, præsertim quo ad maiora crimina, quæ quanto acrius sunt punienda, tanto videntur tardius credẽda vt in gl. Abrahã aũt nõ peiuit in hoc loco misericordiã simpliciter, sed admixtã cũ iustitia. Vnde dicit:* Absit à te, vt occ. iu. cũ im. &c. *Et ideo postquã accessit ad numerũ decẽ cessauit vltra petere, æstimans q. modicũ quasi nihil reputaret. vt dicit philosophus. ij. Phy. Hieremias verò in persona dei more diuino loquitur, cuius misericordia est infinita, vt sic etiam propter vnum tãtum parcendũ dicit esse quandoque exteris.*

REPLICA.

Correctorij cõtra Burg. sicto. c. In c. xviij. exponit postillator apparitionem factã Abrahæ secundum intentionem Hebræorum & etiam doctorum catholicorum ad literã multã sufficienter & intelligibiliter: Sed quia mysticã expositionem hic non tangit, sed in opere suo morali: Burg. dicit eum superficialiter facere, & facit longam digressionem, quæ tamen ad sensum literalem non videtur pertinere. Nam illum possum: Tres vidit & vnum adorauit, etiã exponit de trinitate personarum & vnitate essentiæ, per allegoriam. Similiter beatus Aug. ij. de tri. c. v. & glossa. ordi. vnde est in hac apparitione deus repræsentabatur ad literã, & in eius persona fiebat locutio mimitè in angelico in corporibus assumptis, Abrahã tamen primo putabat eos esse homines, quibus humanitatis impendebat obsequia: sed ex colloquio aliquid supra homines excellẽtiæ habere eos concepit, veluta scire occultũ, scire visum, &c. quæ ex litera trahi possunt. vnde non dubitauit Deũ adesse. Hæc est sententia beati Aug. xvj. de ci. Dei. ca. xxiij. & magistri histor. Patet etiã in speciali ex gestis Abrahæ ipsum primo non intellexisse Deum vel angelos fuisse in hac apparitione. Quemadmodũ sentit Burgen. hic contra postillatorem. Nam stultũ fuisset deos vel angelis pedum corporalẽ exhibere lotionem, nec minus stultum intelligentijs infatigabilibus putare locum quietis post laborẽ multum, & rationabile immortalibus præponere cibum. Qui enim cibo egent immortales esse non possunt. Quod vidit Aristoteles in lumine naturali, & Abraham non dubitauit, nec dubitare debuit ex lumine fidei. Ex quibus manifestum est q. primò putabat eos homines esse, & protunc eis cultum dulię tantummodo exhibuisse: sed per colloquia, mores, & eorum conclusiones & determinationes cominò didicit Abrahã angelos ecs esse ipsum, deum representare: Ideo aliquando loquebatur eis pluraliter dicens: Idcirco declinastis ad seruum vestrũ. *Aliquãdo singulariter dicens:* Nunquid perdes iustũ cũ impio, *sicque exhibuit eis cultum hyperdulię seu si latriæ, recepit signatum pro signo, & representatum deũ pro representantibus angelis. Quibus bene pensatis solluuntur facilitèr ea quæ per Burgen. fiunt adducta in contrarium.*

In eod. cap. vbi postillator exponens adorationem Abrahæ dicit eam fuisse latriã, allegans ad hoc quod in Hebræo habetur Adonai, *vbi nos habemus* dñe. *Hoc videtur Burgen. fingere, quòd in Hebræo scilicet habeatur* Adonai. *Nam Exo. vj. a. dicitur:* Ego sum dñs qui appaſui Abrahã, Isaac & Iacob, & nomen meũ Adonai nõ indicaui eis? *Quomodo igitur Abrahã vocasset dominũ Adonai cũ nomẽ illud nõ fuit ei notũ nec indicatũ. Et puto eũ sæpe sic fingere quãdo loquitur de Hebræa veritate. Hoc tamẽ nõ urget: quia secundũ beatũ Hiero. Adonai nõ est proprium nomẽ, quia interpretatur dominus vel dominator, quæ possunt cõuenire aliis quã ei cui latria est adhibẽda. Nec valet instantia adducta illud quod dicit Hebræi, vnũ illis tribus apparuisse quasi aliis præstantiorẽ, quia dicit Burg. quod Abrahã dixit se seruũ omniũ trũ. Stat enim apparere rege cũ quatuor vel quinque principibus, inter quos rex apparet solemior & tamẽ quis dicat se seruũ omnium. Sed in principali videtur Burgen. implicare. Allegat enim beatũ Aug. quòd Abrahã arbitrabatur eos homines esse sicut & verũ est, vt patet ex dictis in precedenti. Et ibidẽ Burg. dicit Abrahã dẽo latriã exhibuisse in proposito, qui singulariter de eis loquebatur. Unde arguitur cõtra Burgen. quia Abrahã in eodem litera contextu loquebatur de eis pluraliter, igitur nõ exhibuit eis latriã. e contrario sensu, igitur si exhibuit latriam, non exhibuit latriam, quæ est implicatio: Nec fortassè valet fugere ad mysterium trinitatis personarũ, quia hoc veteri lege fuit valde velatum, quamuis multipliciter fuit sub velaminibus expressum. Nec Abraham adhuc in hoc loco in eo mysterio forte plene fuit instructus. Quibus sic stantibus pro Burgen. respondetur, quod cum Abraham eos quos æstimabat esse homines, ex certis signis cognouit angelos esse, & ipsos deum representare, locutus est eis figuratione prima exhibuit illis dulian, vt vult postillator. Sed post hac melius instructus propter representatum latriã exhibuit, vt vult Burgen. Et hunc intellectũ videtur aperire idẽ Burgen. in additione secundum vbi dicit q. Abrahæ apprehendit in hoc loco Deũ verũ sub ratione deitatis, non habito respectu ad distinctionẽ personarũ. Sed quid veritatis habeat hoc dictũ Burg. quo ad aliquæ, aliũ requiru tractatũ. In eodẽ ca. vbi postillator dicit Abrahã ultrà decẽ non descendisse, &c. Burgen. instat per illud Hiere. v. a.* Circũite vias Hierusalẽ, &c. *vbi secundũ quod Burg. exponit pro vnius iustitia tantũ conceditur venia toti communitati*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi.ari, nõ ergo fuisset extraneũ Abrahã petere pro pancieribus quã dẽ. Hic dico q̃ illũ passim Hieremie aliter postillator exponit & melius, dicẽs, quod virum, nõ accipiatur hic pro uiro tantũ sed accipitur singulare pro plurali. Sicut Exod. viii. f. Venit musca grauissima *i. multitudo muscarũ. Probat autẽ suam expositionẽ ex eo, quia ibi erant Hieremias, Baruch, & Abdemelech Aethiops, qui iusti commemorantur. De istis non mis dubiũ non est. De tertio dicitur Hierem. xxxix. d.* Anima *tua erit tibi in salutem, quia in me habuisti fiduciã, ait dñs. Et hunc locum dimittit Burgen. talẽ: Nec volere videtur distinctio Burg. de modis loquendi hic & ibi, diuine scilicet & humano, quia vtrobique sunt questiones, non decisiones. Deus enim parcit aliquando multis propter paucos: aliquando autem non parcit propter multos. Nam iy. Regum xxiy. d. habetur quomodo non pepercit Samarie: sed totam afflixit fame propter idololatriã, cum tamen saltẽ fuerant septem milia virorum* qui non curuauerant genua sua ante Baal: *vt patet. xix. d. ibidem. Sic & aliquando pueri mdres propter matrem, sicut propter peccatum Dauid, vt patet. y. Regum vltimo. quorum omnium causas quarere non est præsentis propositi.*

D

CAP. XIX.

a Venerunt q̃ duo angeli, &c. Notãdum q̃ tres angeli numero impari Abrahæ apparent, quia numero impari De⁹ gaudet. Sodomã venerũt pari numero. i. duo, qui numerus primus ab vnitate recedit, & princeps est alteritatis, quasi fœmineã figurãs mollitiẽ. Venerũt in *vespere*, quia iã Sodomitis occubuerat sol iustitiæ.

Nota de impari numero.

b *Quem vidit &c.* Dũ occurrit a Lot & adorat angelos videt intelligere, dũ ad refectionẽ corporis inuitat, homines videtur b putare. Sic de his & de illis qui Abrahæ apparuerunt, idẽ intelligẽdũ est. Ex hoc aũt loco scripturæ & multis aliis cõmendatur virtus hospitalitatis. Vnde Paul⁹ Hebr. xiij a. *Hospitalitatẽ nolite obliuisci. Per hãc enim placuerũt quidã Deo, angelis hospitio receptis.*

Pueri, serui. Hospitalitas cõmendatur.

B ✠ Chryso. Verè admirari licet Loth virtutẽ, qui conuersans in medio impiorũ, nõ solũ nõ fuit negligentior, sed maiorẽ virtutẽ præ se tulit. Vbi sunt qui dicũt, quod non sit possibile in media ciuitate seruare virtutẽ, sed opus esse secessu & mõtana quadã cõuersatione? Et hęc dicõ nõ prohibẽs secessum ab vrbibus, sed mõstro volẽti sobriè agere nihil indè obstaculi esse.

Hom. 43.

Cernam eis parat.

1 ciuitatis Sodomæ. al. non habet † illius.

✠ Glossa graeca. Notandum

CAP. XIX.

Venerũtq; duo angeli Sodo 1
2 ¶ Expectante eruntibet hospitis aduentum.
mã vespere, sedẽte Lot in 2
forib. ciuitatis. Qui cũ vi- 3 4
a ¶ Vt appareret quam hospitalis esset
disset eos, surrexit & iuit 5
obuiã eis, & adorauit pro- 6
nus in terrã, & dixit: Obsecro, dñi, declinate in domũ pueri vestri, & manete ibi. Laua te pedes vestros, & mane proficiscemini in
a ¶ Futurum exterminium significant, dum se immunes & abhorrere flagitia Sodomorum monstrant.
via vestra. Qui dixerũt: Minimẽ, sed in pla- 7 8
tea manebimus. Cõpulit illos oppidò, vt di
a ¶ Quia humani forma indutos vel vestitos videbat.
uerterẽt ad eũ. Ingressisq; domũ illius fecit
a ¶ Quia immunis è fermento nequitiæ Sodomorum.
cõuiuiũ, coxit ãzima, & comederunt. Prius 9
a ¶ Quia tranquillitatem castitatis semper inquietare molitur circumstrepens fartago libidinum.
aũt irẽt cubitũ, viri ciuitatis vallauerũt do- 10
mũ † illius à puero vsq; ad senẽ, oĩs populus simul. Vocaueruntq; Lot, & dixerũt ei: Vbi

☞ 1 *Habeo*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIX.

Diuisio.

Enerũtque duo ang. &c. *Hic consequenter describitur Abrahæ exauditio, quantũ ad liberationẽ ipsius Lot, in qua sic procedatur, quia primo ponitur destructionis Sodomæ occasio. Secundo ipsius Loth liberatio. ibi:* Iã propè erat vt effringerent fores. *Tertio destructionis executio, ibi:* Igitur dñs pluit super Sodomã. *Quarto incestus perpetratio, ibi:* Ascẽditq; Loth de Segor. *Circa primũ sciẽdũ, q̃ licet peccata præterita demeruissent subuerti Sodomam, tamẽ vltima occasio fuit ex nefario crimine, q̃d volebãt cũ angelis in specie iuuenũ apparẽtib. exercere. q̃ describitur cũ dicitur.*

1 Venerũntq; duo ang. &c. *Vnus ad subuertendum patriam alius ad liberandum Loth & eius familiam.*

2 Vespere. *Tantũ enim tardauerunt, vt viderent si parceret terra propter preces Abrahæ, quia erant angeli boni.*

3 Sedẽte Lot in foribus ciuit. *Dicunt hic Hebræi, quod illa die*
C *federat tanquã principalis inter iudices qui tunc tẽporis sedebãt ad iudicandũ in porta ciuitatis. Sed istud non consonat literæ sequenti. infr. eo. ca. vbi dicitur ipsi Lot.* Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? *quasi dicatur, non. & ideo melius dicitur, quod in domo Abrahæ didicerat hospitalitatẽ, & ideo circa vesperã venerat ad portam ciuitatis, vt videret si veniret peregrini, & eos duceret ad domũ suã. Et ideo subdit.*

4 Qui cum vidi. eos. *scilicet in specie virorum.*

5 Surrexit & iuit, &c. *Credens eos esse homines peregrinos.*

6 Adorauitque. *adoratione duliæ, vt facilius inclinaret eos ad declinandum in domum suam. Sequitur,*

7 Qui dixerunt: minimè. *Videtur quod mentiti sint angeli: quia intendebant ad domum eius declinare. Dicendum quod non: quia licet intenderent finaliter illuc ire tamen non intendebant immediate ire ad pernoctationem primam ipsius Lot, vt per hoc declararetur magis pietas ipsius & daretur aliis exemplum hospitalitatis. Ideo sequitur.*

8 Cõpulit illos oppidò. *i. valde. & tũc acquieuerũt: Simile habetur Luc. xxi. d. de duobus discipulis euntibus in Emaus cũ quib. dominus erat in specie peregrini. & finxit se lõgius ire, cũ subditur. q̃d coegerũt eũ, remãsit cũ illis: Ex quo patet quod ad simplicẽ inuitationẽ nõ remãsit cũ eis: & ex ipsis locis & similibus habetur q̃ peregrini non solũ sunt inuitandi ad hospitiũ superficialiter & leuiter, sed cum instantia magna.*

9 Coxit azima. &c. *Ex hoc loco dicunt Hebræi, quod tempus erat paschale, in quo precipitur in lege, quod Iudæi comedant ãzymos panes septẽ diebus. Et quod Lot istam observationẽ didicerat in domo Abrahæ. Sicut enim aliqua alia cerimonialia ante datione legis obseruabantur, vt de circũcisione dictũ est cap. xvii. Et de observatione sabbati. c. ij. Ita dicũt hic de observatione paschali: Sed hoc videtur falsum: quia Exo. xii. vbi agitur de exitu filiorũ Israel de Aegypto dicitur, quod exierũt nocte paschali. Et causa quare illic comederũt panes ãzymos assignatur, q̃a nõ poterãt aliquid fermẽtare, eo quod Aegyptij cogebãt eos exire. ex quo manifestũ patet, quod nõ habebãt ãzyma comedere ex aliqua observatione prius instituta, sed ex hoc quod in illo exitu fuerũt coacti vti ãzymis, institutum est vt de cætero in solẽnitate paschali ãzymis vterẽtur in memoriã sui exitus de Aegypto. hoc etiã videtur ex nomine paschæ, quod trãsitus interpretatur. eo q̃ illa nocte angelus domini trãsiit per Aegyptum, Aegyptios percutiẽs, & filios Israel saluãs, & quia a dẽ nocte filij Israel inceperũt exire de Aegypto se disponẽdo ad exeũdũ in mane, vt videbãt Exo. xiij. a.* vt trãsiret ad terrã promissionis. *Propter q̃ nõ videtur q̃ antea esset aliqua observãtia paschalis. Et ideo quãdo dicitur,* Coxit azyma, *hoc est q̃a tales panes cito possũt fieri hospitib. adueniẽtib. Sequitur,*

10 Omnis pop. &c. *Synecdoche est locutio, sicut dicitur. Tota ciuitas coiit ad tale spectaculũ, licet aliquãdo maior pars remaneat. Nõ enim esset verisimile quod totus populus ciuitatis magnæ esset circa domũ Lot.*

☞ 1 Eduo

MORALITER.

Venerunt, duo angeli, &c. In hoc capitulo tria describuntur, scilicet ipsius Lot salus, Sodomorum interitus, & ipsius Loth incestus. Circa primum dicitur.

1 *Venerunt que duo angeli, &c* Per quos designantur prædicatores simul combinati. sicut dicitur Lucę. x. a. de prædicatoribus euangelij: *Misit illos binos ante faciem suam, &c.* Qui debent denũciare Sodomæ. i congregationi malorum destructionem.

2 *Sedente Lot in foribus ciu.* Vt peregrinos duceret in domũ suã per quod designatur quòd homo iustus studeat alios inducere ad iustitiã. Prouer. xxj b. *Excogitat ipsius de domo impij, vt detrahat impios a malo.* Et quoniã sicut iusti nituntur impios à malo retrahere, sic impij iustos ad malum inducere. ideo subditur.

* † *Vsi ciuitatis valla. do.* vt cum angelis. quos homines putabãt facerent opus nefarium, sed quoniam iustus pro posse malum nititur impedire. ideo subditur in persona eius.

☞ a *Habes duas filias.* Aug. Vtrum admittenda sit compensatio flagitiorum vel quorumlibet peccatorum, vt faciamus mala, ne fiant grauiora, an perturbationi Lot non sit consilio tribuendũ, meritò quæritur? & nimirum periculosissimè hæc compensatio admittitur. Si autem perturbatio mentis fuerit: nullo modo est imitanda.

in q. super genesim.

Hom. 43. Sodomorũ libido.

✠ Chrysost. Qualem defensionem habebimus, cum iustus neque filiabus parcit, vt hospitum seruet curã. Nos autem ita immisericorditer ergà fratres nostros afficimur, & sæpè frigida verba proferimus. Quid mihi cum eo cõmune?

† 15. dist. c. quod sit. 32. q. 7. c. si afferebat.

Dummodo tãm mali. al. † vmbra culmen. * Idcirco. † vnus ingressus es. i. solus. * In vmbra Lot.

b *Et introduxit. ad se Lot.* Gregor. Malis aduersantibus intra domũ Lot reducitur & munitur, quia quisque iustus prauorũ insidias sustinens, ad mẽtem reuertitur, & manet intemeritus. Sodomitę in domo Lot ostiũ inuenire nequeũt, quia corruptores mentiũ cõtra vitam iusti nullum reprehensionis aditum inueniunt, percussi cæcitate quasi domum circumeũt, quia inuidentes factæ & dictæ perseuerantes. Sed quia de vita iusti fortis & laudabilis actio vbique obuiat, errantes parietem palpant.

* q̃j. li. 6. moral. cap. 16.

B

† 4. te. 6. d. 26. 4. c. c. gressus &c. prinsquam.

c *Percusserunt que cæcitate.* Aug. Græce ἀεχασία, id est, audentia, si possit dici, quæ faciat non videri, non omnia sed quòd non est in opus. Quomodo enim deficerent quærendo ostium, si cæcitate percussi essent, vt nihil viderent. Sua enim calamitate turbati, nihil vlterius requirerent. Hac ἀεχασία percussi erant, qui Heliseũ quærebant, & qui Christum post resurrectionẽ cum ipso ambulantes nõ cognoscebant.

C

d *Egressus, &c.* Hier. In sequentibus filiæ Lot virgines fuisse leguntur: Et ipse ad Sodomitas dixit: *Ecce duæ filiæ meæ, quæ non cognouerunt virum. &c.* Nunc autẽ dicitur habuisse generos. Sed quidam arbitrãtur eas, quę viros habuerunt in Sodomis perisse, & quæ virgines erant cum patre exisse. Sed Hebraica veritas habet: *Egressi sunt Lot. Et locutus est ad ĝeros. qui acceperant filias eius.* Virgines ergo filiæ necdum fuerant matrimonio copulatæ.

in q. Hebr.

† 2. Petr. 2. b.

Sap. 19. c. Deus eripit Lot à Sodomitis quotũ prædicti subuersionem.

D

E

* Viri.

✠ Chrys. Ne putes diuersa esse, quæ à iusto superius sunt dicta. Mos enim veterib⁹ illis erat ante multũ tẽpus sponsalia facere, sæpè itẽ & cohabitare desponsatis, & simul cũ parentibus cõuersari. Quia igitur iã desponsatio erat facta, ideò vocat eos generos.

vbi suprà.

a *Cum bani quantum erat ex ipsa dimissione, sicut nec filij Israel peccauerunt spoliando Ægyptios authoritate domini qui potest, prout vult vni auferre & alteri dare. Poterat tamen esse peccatum in dimittentibus ex alia causa, scilicet, si iniustè odiebant vxores vel huiusmodi. Sed hoc dictum non videtur consonum verbo saluatoris: Matth. xix. b. & Mar. x. b.* quod si quis dimiserit vxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit mœchatur, *quod non esset verum, si primum matrimonium esset dissolutum. Et ideo aliter potest dici. quod repudium vxoris fuit permissum, quia non puniebatur in lege, non per hoc quod foret licitum, sicut & dare ad vsuram extraneo, vt habetur Deut. 24. a vbi de hoc plenius dicetur. Ad tertium dicendũ, quod lex humana permittit meretrices, inquantum non punit talem fornicationem, quia non potest omnia punire, sed aliqua rationabiliter dimittit Dei iudicio puniendã. non tamen licitum est legislatori ad meretricium vel fornicationem inducere, etiam pro maiori malo vitando. Quod autem inducitur quod de iure naturali est conseruare hospites suos, &c. Dicendum quod quilibet tenetur hospites tueri inquantum potest per modum licitum, non tamen debet peccare ad eorum tuitionem propter ordinem charitatis, vt dictum est.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Educ illos, &c. *concubitu nefario.*

Consentã hospites

2 Egressus ad eos Lot post, &c. *Ne intrarent domum eius, & impeterent hospites quos adhuc credebat esse homines.*

3 Habeo duas filias, &c. *Hoc dixit vt euitaretur maius malum, scilicet, vitium contra naturam, & violentia hospitum suorum. De iure enim naturali est conseruare hospites. Et patet littera. Hic quærẽdum est vtrum Lot peccauit offerendo filias illis luxuriosis? Et videtur quòd non, quia de duobus malis minus malum est eligendum: sed minus malum est vitium contra naturam, quam desponsatio virginum per stuprũ. ergo &c.*

Quæstio. Lot exponit filias.

C *Item Moses permisit dare libellũ repudij, quod erat illicitum. secundum quod dicit saluator Matth. 19. a.* ad duritiam cordis vestri, &c. *Et hoc ad euitandum maius malum scilicet vxoricidium. Vide dicta glossa ibidem. Permissum est ergo eis vt vxores dimitterent ne eas occiderent, & tamẽ Moses sanctus fuit, nec in hoc peccauit: ergo & ipse Lot potuit concedere filias suas ad euitandum vitium contra naturam, & violentiam hospitum suorũ. Item licitè permittuntur meretrices in ciuitatibus, ne omnia turbentur libidinibus. secundum Augustinum. Contrarium videtur per dictum Augustini. quod Lot turbatus dixit hoc, quia tales commutationes non sunt faciendæ. Dicendum, quod illicitum fuit sibi concedere abusum filiarum suarum. Charitas enim est ordinata, & ideo nullus debet committere aliquid inordinatum quo ad se, vt præcaueat maiori peccato alterius. Vnde secundum Aug. lib. contra mendacium. etiam ad præcauendum homicidium non est mentiendum. Lot autem non potuit offerre filias suas modo prædicto, quin consentiret in re. quod erat peccatum de genere, non solum veniale sicut est mendacium officiosum, sed etiam mortale. tamen excusaretur in parte, quia non a toto. Tum ratione perturbationis mentis in qua erat. Tum quia vitio pessimo in suis concubitus, & violentiæ in suis hospitibus occurrere intendebat. Ad primum in cõtrarium dicendum, quod verum est in corporalibus. sed quòd homo faciat peccatum quodcumq; minimum ad euitandum maius in alio, non est licitum.*

Quare meretrices permittuntur in ciuitatibus.

Nõ facienda mala vt eueniãt bona.

Non enim facienda sunt mala, vt veniãt bona. secundũ quod dicit Apostolus. *Ad secundum dicunt aliqui, quod Moses non concessit ex se. quia peccasset, sed ex authoritate domini qui potest matrimonium coniungere & dissoluere prout sibi placet. Nec illi qui sic vxores dimittebant peccabant*

c *Per*

MORALITER.

1 *Habeo duas fil. &c.* Per quas intelligi possunt superbia temporalis & corporalis vita. Hæc enim pro proximi salute sunt exponenda. Sed quia mali nolunt acquiescere verbis bonorũ, ideò per

percutiuntur primò cæcitate per obstinationem. Et secundò, igne & sulphure per æternam damnationem. Apoc. xxj. b. *Pars illorum in stagno ignis & sulphuris.* Dicitur autem ipsi Lot, per quẽ figuratur iustus.

Cæcitas.

a Et

1 *Nolo*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Cùmq; esset mane, &c.* ISID. Lot frater Abraham iustus & hospitalis, in Sodomis significat corpus Christi, quod in omnibus sanctis inter impios gemit quorum factis non consentit, & à quorum permixtione liberabitur in fine sæculi illis damnatis supplicio ignis æterni.

Mystice.

b ✻ *Dissimulãte illo, &c.* AMBR. Morabatur adhuc Lot vt persuaderet generis suis, & penè nó est profectus vt euaderet, nisi virgentibus angelis, & tenẽtibus manus eius egredi coactus esset.

lib. 2. de Abrahã c. 6. † Acceptuti erant, lxx. Accepert.

✻ ORIG. Ergo in flagitiorũ excessu vrbibus nó parcit Deus propter bonos, sed iustũ segregat, ne pereat cum impio.

Hom. 4.

✻ PROC. Non verbis solũ à vitiis nos dehortatur Deus, sed opere & reipsa opitulatur, vnde Dauid. *Tenuisti manum dexteram meam.*

Nota perpetuò. eum, Lot. Scelere, vel punitione.

†Dissimulãte, tardante.

c ✻ *Nelirespt. &c.* AVG. Ad hoc prohibiti sunt, quia non est animo redeundum ad veterem vitã, qua per gratiã regenerationis exuimur, si vltimũ iudicium euadere cogitamus?

lib. 16. de ciu. c. 30. Ibique & factum est cum eduxissent eos foras.

d *In monte.* STRA. Mons altitudinem virtutum significat, ad quam angelus hortatur, secundum illud Marc. xix. c. *Si vis perfectus esse, vade & vẽde omnia quæ habes, &c.* Qui verò viderit se nó posse conscendere, melius est vt in Segor, id est, in paruula remaneat, contentus laicali & cõmuni vita, quàm montem virtutis arripiat, & ad sæcularia redeat. Virginitas altus mons est ad quam angelus hortatur. Si quis videt se non posse conscẽdere, maneat in Segor, id est, in legitimo coniugio, quia melius est mediocri bono vti, quã per abrupta libidinis præcipitari. Vnde 1. Cor. 7. a. *Propter fornicationem vnusquisq; vxorẽ habeat.* Nec posſum in monte, scilicet perturbatus, non credebat domino, quem in angelis agnoscebat, sicut perturbatus filias prosti tuebat.

Moraliter.

e *Est ciuitas, &c.* ISID. Sodoma interprætatur cæcitas, & exprimit mundana desideria. Altitudo montium speculatio perfectorum. Sed quia multi, mundi illecebras fugiunt, tamen in actione positi contemplationis apicem subire nequeunt. Exiuit Lot à Sodomis, sed ad montana non peruenit. Vnde Lot ait. *Est ciuitas hæc, &c.* Iuxta dicitur, & tamen ad salutem tuta, quia actiua vita nec à mundi curis ex toto discreta, nec à gaudio æternæ salutis est aliena.

Allegoricè.

f *Ad quam poss. &c.* Qui ad contemplatiuam ascẽdere non sufficiunt, ad actiuam vitam confugiunt in qua saluantur.

Lot videtur à generis suis. Egredi cogit ipsum Lot Deus in patrocinio par. 3. c. 19. Sap. 10. a.

GREG. MORAL. Arentem Sodomam fugere est incendia carnis declinare. Altitudo montium, mundi contẽptor. Vel in monte sunt qui carnali copulæ inhærent, sed nisi cura suscipiendę prolis, nulla soluũtur voluptate carnis. Sed quia multi carnis scelera deserunt, nec tamen in coniugio carnis positi, vsus solummodo debiti iura conseruant. Exiit Lot de Sodomis, sed non mox ad montana peruenit, quia damnabilis vita relinquitur, sed adhuc celestudo coniugalis continentiam subtiliter non tuetur. Est in medio Segor quæ fugientem infirmum saluet, quia cum per incontinentiam miscentur coniuges, lapsus scelerum fugiunt, & cum venia saluantur: & quasi paruam ciuitatem inueniunt, in qua ab ignibus defendentur: quia coniugalis vita nó virtutibus mira est: sed tantùm à suppliciis secura. Vnde: *Est ciuitas hæc, &c.* Vitam suam coniuges, quasi in parua ciuitate cuſtodiunt quando pro se assiduis orationibus intercedunt. Vnde ad Lot dicitur.

Sodomorũ interitus. Isaiæ 13. d. Ierem. 50. f. Eze. 16. f. Ose. 12. c. Amos 4. d. Luc. 17. f. Iud. 1. c.

Sap. 10. a.

† alias lotus est ab eunte. Salus.

Dominus admittit aliàs non habet gratiam.

g *Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas*, quia cum Deo ratio fundi tur, talis vita coniugij non damnatur vnde 1. Corinth. 7. a. *Nolite fraudare inuicem, &c.*

Preces non faciem. Heb. pro exaudiui.

a 2 gi

itaq; Lot, locutus est ad generos suos, † qui acceputi erant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit dominus ci-

a ¶ Quos prauæ consuetudinis amor ligauerat.

uitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens lo- 1

a ¶ Quia opus lucis est à malis recedere.

qui. Cumq; esset mane, cogebant eum angeli, 2
dicentes: Surge, & tolle vxorem tuam, & duas
filias quas habes, ne & tu pariter pereas in sce-

a ¶ Qui aliquo affectu carnali malorum consortium exire dissimulant, crebra bonorum admonitione cogẽdi sunt, ne bonos mores corrumpant exempla malorum.

b lere ciuitatis. † Dissimulante illo apprehende- 4
rũt manum eius, & manum vxoris ac duarum
filiarũ eius, eo quòd parceret dominus illi, &
eduxerunt eum, posuerunt́q; extra ciuitatem,
ibiq; † locuti sunt ad eum dicẽtes. Salua animã 5

a ¶ Ne redeas ad Sodomam.

b ¶ quia nemo mittens manum in aratrum & respiciens retrò, aptus est regnò Dei. c ¶ Sicut Sodomitica cætera fuge vitia.

tuam. Nõli respicere post tergum, nec stes in 6

a ¶ Culmine virtutum.

d omni circa regione, sed in mõte saluũ te fac, 8
ne & tu simul pereas. Dixitq; Lot ad eos: Quęso domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiã
coram te, & magnificasti † gloriam & misericordiam tuam, quam fecisti mecum, vt saluã-

a ¶ Necdum se perfectioni virtutum idoneum sentiebat.

res animam meam, nec possum in monte sal- 10

a ¶ Si cæpero scilicet quæ ferre non possum.

uari, nẽ forte apprehendat me malum & mo-

a ¶ Segor quæ sic vocata est, ex quo Lot dixit, Est ciuitas parua.

c riar. Est ciuitas † hæc iuxta, ad quam possum 11
f fugere, parua, & saluabor in ea. Nũnquid non 12
modica est, & viuet anima mea? Dixitque ad

a ¶ Quasi: Qui potest capere capiat. b ¶ Id est, acquiesco precibus tuis.

g eum. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas,
vt non subuertam vrbem, pro qua locutus
es. Festina & saluare ibi, quia non potero 13 14

† alias loquitur.

e Est

C NICOLAVS DE LYRA.

1 Et visus, &c. *id est, irrisorie. Volebat enim dominus quòd perirent cũ aliis, per istos designantur peruersi & in peccatis obstinati, qui quãdo audiunt cõminationes de districtione iudicij futuri reputant quasi ridiculũ.*

2 Cumq; esset mane. *Tota enim nocte fuerat deprecatus in oratione pro populi liberatione.*

3 Cogebant eum angeli. *Volentes diuinum mandatum exequi.*

4 Dissimulante illo ap. *Quia semper retardabat quarens misericordiam Dei super populum. Sequitur.*

5 Salua animam tuam. *Ac si dicerent: Sufficiat tibi saluare vitam tuam, & illorum qui tecum sunt.*

6 Noli respicere, &c. *Per inordinatum affectum ad ea quæ remanent in ciuitate, quia hoc esset contra diuinam iustitiam, quam tibi annunciauimus.*

7 Nec stes, &c. *Quia venerant ad subuertendum cum Sodoma quatuor alias ciuitates, & etiam spacium intermedium.*

8 Sed in monte, &c. *Hebræi dicunt In monte id est, prope Abraham, eo quòd eius precibus Lot saluabatur, Alij expositores dicunt: In monte propinquo ciuitati Sodoma, quia dominus volebat destruere vallem in qua erant predictæ ciuitates.*

9 Dixitq; Lot, &c. *Licet enim loqueretur duobus angelis tamen direxit sermonem suum ad illum qui venerat ad saluandum ipsum.*

F

10 Nec posſum in monte, &c. *secundum expositionem Hebræorum. In monte: id est, propè Abraham qui tunc manebat in monte, magis tamẽ remoto à Sodoma quam mons ille de quo loquuntur alij expositores, timebat enim Lot secundum expositores Hebræorum, ne si veniret iuxta Abraham qui erat sanctus: eius imperfectio magis appareret, & à Deo puniretur, qui tamen de Sodomis saluabatur, in quorum comparatione iustus erat. Simile habetur tertij Reg. 17. b. de muliere Sareptana, quæ dixit ad Heliam:* Ingressus es ad me, vt memorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum. *Alij expositores dicunt, quòd Lot dixit hoc, eo quòd mons ille propinquus erat Sodomæ, & timebat ne subuersa ciuitate mons rueret. Vel quia erat senex, timebat ne frigus ipsum apprehenderet ibi & infirmaretur. Et ideo petit pro alio loco.*

11 Est ciuitas, &c. *Ac si dicat: Modicus est ibi populus, & per consequens iniquitates eius non sunt tantæ sicut aliarum quatuor, propter quod facilius potest parci illi ciuitati.*

12 Et saluabor, &c. *Quod etiam concessum est ei. Sequitur.*

13 Festina & sal. &c. *sicuti petisti.*

14 Quia nó, &c. *Hoc autem dixit angelus, qui erat missus ad subuertendum. Sciebat enim voluntatem domini de liberatione Lot, contra quã venire non poterat, nec volebat.*

1 Idcir

MORALITER.

1 *Noli respicere post tergum.* Quia damnatis non est compatiendum: sed magis de diuina iustitia congaudendum, Psalmo quinquagesimo septimo. b. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Circa secundum scilicet salutem ipsius Lot dicitur.

1 Ascen

a *Igitur dominus pluit super, &c.* GREG. Sulphur, fœtor carnis, Ignis ardor carnalis desiderij, cum dominus carnis scelera punire decreuisset, qualitate vltionis innotuit macula criminis. Sulphur enim fœtet, ignis ardet, qui ergo ad peruersa desideria carnis fœtore arserant, iure sulphure & igne perierunt: vt ex iusta pœna discerẽt, quòd iniusto desiderio fecissent.

a ¶ id est, parua.

Sodomorũ interitus. Isaiæ 13. d. Ierem. 50. f. Eze. 16. f. Ose. 12. c. Amos 4. d. Luc. 17. f. Iud. 1. c.

STRAB. Notãdum quia primos peccatores aqua diluuij exterminauit, qui similiter offenderant Deum concupiscẽtia carnis. Sodomitæ verò grauiori supplicio ignis, scilicet & sulphuris diluuio perierunt. Licet enim illi mensuram excederent, quasi naturaliter peccabant, Isti verò contra naturam, ideò grauissimi supplicij exemplo damnati sunt.

a ¶ Quia corrupta ciuitas sub luce damnata est. b ¶ Fugiens incendia Sodomæ.

† Sol egressus est super terrã, & Lot ingressus a
est Segor. † Igitur dominus pluit super Sodo- 2

a ¶ Puroręm. b ¶ Vt terra in æternũ cresceret, non sicut post diluuiũ vires ceret. c ¶ Diuino iudicio, quia putore & ardore luxuriæ computruerunt.

mã & Gomorrhã, Sulphur & ignẽm à dõmi- 3

a ¶ Quia clamor peccati eorum ascenderat in cœlum.

no de cœlõ, & subuertit ciuitates has & omnẽ 4

a ¶ Quæ similia faciebat.

25. q. 5. quid ergo. 1. q. 4. c. Eccl. §. ite Dauid. 24. q. 3. §. iuuenes. 32. q. 7. flagitia. 42. d. §. 1. De pe. d. 3. c. fures plures. §. authoritas de excess. præla. c. clericos.

b circa regiõnem, vniuersos habitatores vrbiũ, 5

a ¶ Quibus delectati fuerant.

c & cuncta terræ virẽtia. † Respiciensq; vxor 5

a ¶ Quasi mente reuersa, vt fatuos hoc exemplo condiret. b ¶ Condimentum fidelium, pœna impij, eruditio iusti.

eius post se versa est in statuã salis, Abraham 6 7
autẽ consurgens mane, vbi steterat prius cum
domino, intuitus est Sodomã & Gomorrhã,
& vniuersam terram regionis illius, viditque 8

a ¶ Par reliquias combustionis imprimitur nobis memoria subuersionis, ad exemplum correctionis.

ascẽdẽtẽ fauillã de terra quasi fornacis fumũ.
Cum enim subuerteret dominus ciuitates re- 9
gionis illius, recordatus est Abrahæ, & libera-
uit Lot de subuersione vrbiũ, in quibus habi-
tauerat. † Ascẽditq; Lot de Segor, & mansit in 10

a ¶ In quem prius monente domino ascendere noluit.

mõte, duę quoq; filiæ eius cũ eo. Timuerat e- †
nim manere in Segor. Et mãsit in spelũca ipse
g & duę filię ei⁹ cũ eo. Dixitq; maior ad minore: 11

Vxor Lot in statuã salis versa. Lu. 17. g. Supra 18. a. Propter Abraham liberatus est Lot. Mysticè. † 40. d. c. quęlibet 32. q. 4. c. dixit Sara. Iustitia Lot.

Faillã fa- mium.

Segor.

ex cathena græca.

exsultat patrẽ quod sequitur, & nescivit quòd dormissent cum eo. ap-

pungunt enim desuper Hebræi obelo, quasi superfluũ, quasi incredibile sit: quia rerũ natura nó capiat coire quępiã nescientem.

✻ ORIG. Videtur mihi Lot in parte culpabilis, in parte ex- Hom. 5.
cusabilis inueniri. Excusari namque potest, quòd à concupiscẽtiæ & volũtatis crimine liber est, & quia neque ipse voluisse arguitur, neque volentibus cõsensisse. Subiacet verò culpæ, quòd decipi potuit, quod vino nimis indulsit, & hoc non semel sed iterum fecit.

Theo

NICOLAVS DE LYRA.

1 Idcirco, &c. *id est parua: propter verbum Lot, qui dixerat:* Numquid non modica est, &c. *Sequitur.*

C 2 Igitur dominus pluit. *Hic ponitur subuersionis executio, & quia pœna debet correspondere peccato. Ideo subditur.*

3 Sulphur & ign. *Ignis enim sulphureus habet ardorem & fœtorem, ad significandum vitium Sodomorum cuiusmodi est vitium contra naturam, quod fœtet vilitate, & ardet concupiscentiæ fœmore.*

4 Et subuertit ci. &c. *per ministerium angeli. Dicunt enim Hebræi, quòd illa quatuor ciuitates erant sitæ super ripem vnam, & angelus subuertit ripem illam, & per cõsequens ciuitates desuper situatas. Alij expositores dicunt* Subuertit. *i. destruxit igne sulphureo prædicto.*

5 Respiciẽnsque. &c. *inordinato affectu contra præceptum angeli.*

6 Versa est, &c. *Dicunt autem Hebræi ex hoc fuit, quia nocte precedenti peccauerat in sale, vt sic pœna corresponderet peccato: petenti enim Lot pro condimento cibi angelorum, quos homines credebat, ipsa renuit apponere, quia secundum modũ Sodomorum, inter quos habitabat, affectum ad hospites non habebat. Nostri autem expositores dicunt quod factum sit in figura. Sal enim est condimentum ciborum, & ideo vxor Lot respiciens retrò versa est in statuam salis, quia punitio eius dat condimentum sapientiæ pœnitentibus, ne ad pristina peccata reuertantur, propter quod & ipse Dominus dixit Luc. 17. g.* Memores estote vxoris Lot.

F

Et ista expositio licet mystica videatur, potest tamen dici literalis, propheta enim sancti qui prophetabãt spiritu Domini aliquando prophetabant verbis: Sicut Hieremias destructionem prædixit ciuitatis Hierusalem. Hier. xxxv. d. Aliquando enim prophetabant factis sicut idẽ Hieremias posuit cathenas ligneas in collo suo. Hier. xxvij. a. ad designandum quòd sic ducerentur cathenati in Babylonem. Et eodem modo dicendum quod ipse dominus cuius spiritu locuti sunt prophetæ, aliquando insinuat futura verbis, vt patet quasi innumerabilibus exemplis in scriptura. aliquando factis: sicut in hoc loco de vxore Lot, & in pluribus aliis.

7 Abraham au. &c. *motus pietate vt videret quid factum esset circa regionem illam, pro qua die præcedenti dominum rogauerat.*

8 Viditque as. &c. *id est, quasi fornacis in qua coquuntur lapides pro calce facienda. Sequitur.*

9 Recorda. est, &c. *Ex quo patet quod Lot non solum fuit liberatus pro iustitia sua, sed principaliter pro precibus Abrahæ.*

10 Ascenditque, &c. *Hic consequenter describitur incestus ipsius Lot, videns enim ciuitates quatuor quæ erant in valle subuersas, videt etiam montem de cuius subuersione timuerat. timuit ne Segor quæ erat in valle subuerteretur. ideo ascendit in montẽ cũ duabus filiabus suis. Ciuitas etiã Segor post eius recessũ subuersa est, sicut propter eũ fuerat saluata ad ips.*

Segor.

11 Dixitque ma. &c. *Ac si diceret, cùio in eo deficietur virtus generandi, vel forsitan morietur.*

1 Et

MORALITER.

1 *Ascenditq; Lot.* Quia periculum etiam viro iusto est manere propè locum peccatorum, ne patiatur in anima vel in corpore propter vicinitatẽ eorum sicut Supra. xiiij. b. dictum est de isto Lot ꝙ fuit captus à Chodorlahomor occasione Sodomorum.

† *Et mansit in mont.* scilicet, iustitiæ, de qua dicitur Psal. xxxv. b. *Iustitia tua sicut montes Dei.*

† *Timuerat enim ma. in Se.* Timẽdum est enim viro iusto ne cadat à iustitia ex malorum consortio. Circa tertium, scilicet, incestũ Lot, qui significat hominem iustum. sciendum quòd licet homo sit iustus, aliquando tamen diabolo procurante, & Deo permittente labitur in peccatum, cuius modus subditur cum dicitur.

3 Veni

Universidad de Deusto
Biblioteca

✻ THEODORETVS. Quòd si ebrietas haud omninò culpanda vacet, ea tamen fuit quæ possit excusari. Vehementer enim commotus animo propter vxorem, molestéque ferens subitam rerum omnium spoliationem, ministrantibus vinum puellis, ignarus penitùs quid illæ molirentur, libenter malorum obliuionem admisit. Ipsæ verò filiæ accusari nullo modo possût. Nã cũ vidisset quatuor vrbes cũ omnib. villis igne deletas, submersam Segor, facilè crediderunt genus humanũ esse periturũ.

✻ IRENAEVS. Ipsæ filiæ excusabiles sunt, arbitrantes se solas relictas cum patre ad conseruationem generis humani.

STRAB. Lot inexcusabilis est, primò, quia angelo nõ credidit, deinde quia inebriatus est, & fuit peccatum causa peccati.

HIERO. Sic praua suggestio & delectatio, vt incestæ mulieres insidiãtur continentibus, vt accepta occasione torpẽtes vino fallaciæ imbuãt, & à statu rectitudinis quasi ignorãtes deiiciãt.

In Hebræo in hoc loco dicitur יהוה יראה *Dominus ireah, & est verbũ significãs videre dominũ in futuro dupliciter. Vno modo p. modum futuri indicatiui. Alio verò modo per modum optatiui, † ita q. potest proprie intelligi Dominus videat. & Dominus videbit. Cuius sensus est: tenia appellatio Abrahæ in hoc loco fuit quædam oratio prophetica: sicut pluries contingit in Psal. & in aliis dictis prophetarum. Vnde in hoc sensu quòd dicit: Dominus videat. orabat Abraham Deum, vt videret oculis iustissimæ misericordiæ suæ, rectitudinem mentis eius & promptitudinem suæ obedientiæ in immolatione filij. In hoc autem sensu, quòd significat,* Dominus videbit, *prophetabat, q. erat Deus visurus & redditurus mercedem plenam ipsi Abrahæ sicut statim fuit concessum sibi, cum sequitur, per memetipsum iurauj. Huius autem quod sequitur: vnde vsque hodie dicitur. In monte Dominus videbit, &c. videtur esse sensus, quòd posteritas Abrahæ scilicet veri fideles spectantes remunerationem huius facti dicebant communiter quasi in prouerbium illud verbum quod Abraham prophetice dixerat, scilicet* Dominus videbit. *Et addebant super hoc, quod dicitur in monte, quia credebant prophetiam illam esse ad effectum producendam in illo monte vbi Abraham hoc factum meritorium exercuit. Quæ quidem oratio prophetica ipsius Abrahæ simul & prouerbium inde subsecutum, Hebræi credunt fuisse impleta in ædificatione templi: & apparitione gloriæ Domini in nube illud templum acceptantis, vt in 3. Reg. viij. Sed potius credendum est si sic se impleta cum Christus in eodem loco immolatus fuit in forma visibili. vnde vbi translatio nostra dicit.* In monte Dominus videbit, *Hebraica veritas habet:* In monte Dominus videbitur: *& sic habetur in glo. nostra: per quod propriè intelligitur q. verus filius Dei ibi visibiliter fuit immolatus, quod immolatio Isaac præcipuè figurabat. Circa quod attendendum est vlterius, quòd licet meritum Abrahæ in hoc loco fuerit principaliter expletum per immolationem filij quã pro Deo promptissimè facere intendebat, quod fuit singulare in ipso Abraham non autem in immolatione arietis, in qua multi conuenerunt, sacrificantes Deo animalia bruta tamen Abraham non protulit orationem prophetica supradictam, nisi post immolationem arietis, nec etiam fuit sibi factum iuramentum † diuinarum promissionum vsque tunc scilicet post arietis immolationem. quod non debet intelligi vacare à mysterio. Nam immolatio Isaac deficiebat à figuratione immolationis Christi in duobus. Primo, scilicet quia Isaac non fuit actualiter immolatus, sed solum intentionaliter: Christus verò actualiter. Secundo quia immolatio Isaac non fuit oblata in redemptionem alicuius, immolatio verò Christi fuit in redẽptionẽ humanã: & ideo hæc duo fuerũt representata per immolationem arietis.*

alias † ita que.

alias † diuinarum promissorium.

Immolatio Isaac quantum differt ab immolatione Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A arietis ad perficiendum immolationem Isaac, quantum ad præfiguratione immolationis Christi. Aries enim fuit occisus & eius sanguis effusus. sim liter & fuit in redemptionem ipsius Isaac vnde dicit. Quem assumẽs obtulit in holocaustum pro filio, & ideo postquam Abraham explenit præfigurare immolationẽ Christi per vtrãq; immolationẽ prædictam, tunc & non ante prouulit suam prophetica orationẽ vt dictum est. Consequenter autem vocatur secũdo ab angelo in persona domini fuit sibi facta promissio cũ iuramẽto & nõ antea, prout in litera patet. Unde Isi. & habetur in gl. Peracto sacrificio dicitur Abrahe: In semine tuo, &c. quod factũ est cum aries dicit: Fodernnt manus meas & pedes meos. peracto enim sacrificio dictum est. Ibidem f. Cõuertentur ad dominũ vniuersi fines terræ. Immolato ergo ariete vocauit Abraham nomen loci illius dominus videt: Hec ille. Litera etiam hoc insinuat. In prima enim vocatione angeli dictum fuit Abrahe. Nunc cognoui q timeas dominum, & non pepercisti filio tuo vnigenito, &c. vnde solum commendatur de oblatione filij propter Deum. & tunc non fuit sibi facta aliqua promissio. sed sola approbatio diuina erga ipsum Abraham. In secunda vero vocatione dicitur ei, quia fecisti hanc rem. scilicet oblationem secundã, hoc est arietis: & non pepercisti filio tuo. scilicet per oblationem primam filij, & tunc fuit sibi dictũ: Benedicam tibi, &c. Ex quo patet q licet meritum Abrahę principalius & † clarius cõsistit in oblatione filij, tamen, quia perfectius figuratur passio Christi in vtrag oblatione simul. & etiam protestatio fidei
B Abrahe de Christo clarius relucebat, idcirco tunc & nõ ante fuit sibi facta promissio quæ consonat prædictis. Origenes etiã in hoc loco dicit: Patitur ergo Christus sed in carne, cuiusmodi aries forma est verbiu vero incorruptum permansit quod est secundum spiritũ, cuius imago est Isaac.

Psal. 21. d.

alias † singulatius.

ADDITIO V.

In eo. c. xxij. vbi dicitur in posill. Hic consequenter repetitur promissio facta prius Abrahe, &c.

In hac promissione facta Abrahæ non solum recapitulantur ea quæ alias fuerunt sibi promissa, seu magis explicantur, & etiã diuino iuramẽto cõfirmantur sed etiam de nouo maiora sibi promittuntur. vnde Ambr. in li. de Abraham: Hæc benedictio præstitis superioribus. In illa enim propagationem seminis futuram promittit. in hac autem ait: Et benedic. in sem. tuo om. gẽ. terræ, quia obedisti voci meę. *Hec ille, &c. Ad cuius declarationẽ sciendũ q licet ea quæ in primo loco continẽtur in hac promissione vltimo facta Abrahæ, sint quasi quedam repetitiones præcedentium promissionum. Quod autem vltimo continetur:* Et benedicentur, &c. *quod proprie intelligitur de Christo, qui descendit de semine Abrahæ secundum carnem, sine quo nullus consequitur salutem: promissio noua est quæ non continetur in præcedentibus. Quod sic patet, nam nunquam Abrahæ fuit facta promissio quæ huic quodammodo assimilaretur, nisi supra xij. c. dicitur:* Atque in te benedicentur omnes cognationes ter. &c. *Quæ quidẽ benedictio in illa promissio*
C *ne contenta non potest intelligi de benedictione spirituali: quæ pertinet ad gratiam cuius Christus est author & causa efficiens, non enim dicit. Ibi.* benedicentur in semine tuo: *sed* benedicentur in te. *Constat autem quòd Abraham non fuit author huiusmodi gratiæ. In hac autem vltima promissione non dicitur:* Et benedicentur in te: *sed* benedicentur in semine tuo, *scilicet in Christo vnde & Apostol. ad Gal. iij. b. istam vltimam authoritatem allegat ad probandũ quòd in Christo benedicentur omnes gentes, non autem allegauit primam authoritatẽ, eò quòd est ad suum propositum impertinens, vt patet in authoritate Ambr. supra allegata, quod etiam ipsa litera testatur apud eos qui in lingua Hebraica sunt periti. Nam licet translatio nostra hic & ibi dicat indistincte:* Et benedicentur: *non tamen modica differentia est inter verbum Hebraicum ibi positum, & verbum quod hic ponit. Verbum enim quòd ibi ponitur, non aliud significat, nisi quòd imprecantes benedictionem alicui dicant: Talem te faciat Deus sicut fecit talem eo modo quo. j. Esdræ. vij. dicitur* in te benedicetur. *Faciat tibi Deus sicut fecit Ephraim, &c. vbi manifestè patet quòd illa benedictio non fundabatur in ipso Ephraim tanquam in authore principali seu causa efficiente ipsius benedictionis. Et simile verbum omnino ponitur supra xij. capit. vbi dicitur.* Atque benedicentur in te vniuersæ cognationes terræ, &c. *Sed hoc loco in Hebraico ponitur quoddam verbum significans, quod ille in quo aly benedicuntur sit causa principaliter effectiua illius benedictionis, quod nulli puræ creaturæ potest conuenire. vnde in Psal. lxxi. a.* Deus iudicium reg da. &c. *loquens de Christo ad literã vbi dicitur:* Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, &c. *ponitur verbũ, benedictionis omnino simile huic quod hic ponitur, non autem ponitur sic in capitulo duodecimo supra dicto. Similiter Esa. lxv. capit. tractans de Christo ad literam dicit.* In quo qui benedictus est super terram benedicetur in domino, amen, *vbi verbum omnino simile ponitur,* D *sicut hic cum dicitur:* & benedicentur in semine tuo, &c. *non autem sicut* benedicentur, *quod ponitur supra in capite duodecimo. Concordat etiam prædictis quod Deus in alijs promissionibus Abrahæ factis nunquam interposuit iuramentum aliquod. sed solum in hoc loco tantum dicit.* Per memetipsum iurauí, dicit dominus, &c. *et. quod non solùm denotatur vt simplex iuramentum, vt si diceret:* Iurauí dicit dominus, *simpliciter, sed ad maiorem solennitatem additur,* per memetipsum, *Sicut ille qui iurat tangendo sacra, vt crucem vel euangelia & potius corpus Christi solennius iurat quam ille qui simpliciter iuramentum præstat sine tactu talium. In quo ostenditur quod inter alia promissa hoc esset maximum, quod etiam consueuit facere scriptura in quibusdam aliis locis. Sed præstare diuinum iuramentum solenne super his quæ ad mysteria Christi venturi pertinebant, sicut cum agitur de sacerdotio Christi eterno. Psal. cix. a* Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. tu es sacerdos in æternum, *vt intelligatur solens firmitas huius iuramenti, non solum dixit,* Iurauit dominus, *sed addidit,* & non pœnitebit eum. *Hoc idem patet in Psal. lxxxvj. a.* Memento domine Dauid, *& cetera. a. vbi cum de regno Christi agitur ex semine Dauid venturi. Psal. lxxxxi. b. dicitur* Iurauit dominus Dauid veritatẽ & cetera. *iuxta illud euangelij Luc. j. c.* Dabit illi dominus Deus & cetera. *vbi non solum interposuit iuramentum simpliciter, sed ad solennioris firmitatem addidit.* Et non frustrabitur eum, *quod satis consonat prædictis, vt patet intelligenti. vnde hec authoritas bene intellecta multum facit ad concludendum Hebræos in hoc quod in Christo ab Abraham destinato omnes gentes habebant recipere benedictionem.* E

Quare Abraham obtulit filium.

REPLICA Correctorij contra Burgens. in c. xxij. vbi exponitur illud. Vade in terram visionis. *i. in montem. &c. Bur. facit magnũ vim de nomine Morija, in quo reprehendit beatũ Hier. sed quia eius digressio in fauorem fidei transiit. potissimum quia non est contra postillatorem. Sed quod addit se legisse in Hebraico Maria pro Moriia, quia ex authoritate sacri canonis aut sanctorum non habet euidentiam, ea facilitate continetur, qua probatur maxime quia communiter omnium interpretationes imo & ipsius Burg. sonant in contrarium.*

In. c. c. vbi postillator ad intentionem Isephi & aliorum dicit Isaac non inuitum ligatum fuisse in oblatione sed spontaneum. quia cum posset, non restitit patri existens. xxxv. annorum. Burg. obijcit dicens, quod tunc meritum potius debuit ascribi Isaac quã Abrahæ. Dicit ergo Isaac tantum fuisse xv. annorum & inuitum a patre ligatum. idcirco vocatus est puer. quod in scriptura de viris xxxv. annorum dici non consueuit. Sed ad obiectionẽ Bur. respondetur primo, quia Abrahã accepit nã latum a Deo. & obediuit, non Isaac. ideo fit memoria de merito illius non istius. Secundo potest dici. quòd Abraham obediuit deo, Isaac autem homini. Quiet. *Isepatri. Tertio potest dici, quia Isaac obedientia cum agonia fuit precedens ex voluntate mixta, non sine terrore & timore obedientia autem Abrahæ ex fide absoluta, vt dicitur ad Heb. xi. b. Quario quia agens præstantius est passum. hac autem obedientia Abrahæ se habuit respectu oblationis vt agens, Isaac vt patiens, ideo de Abraham dicitur,* quia fecisti rem hanc &cetera. *Sed si respicere voluerimus literam, benedictio & meritum huic obedientiæ correspondens respicit Isaac sicut & Abraham. Dicitur enim,* quia fecisti rem hãc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicã tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli & cetera. *Hoc secundum refertur ad Isaac, secundum illud supra. xxi. b.* In Isaac vocabitur tibi semen, *& sequitur hic benedictio Isaac,* Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes. *Vnde quamuis Abraham ea omnia sibi meruerit non tamen pro se solum, quia in sua persona non vidit effectum, sed pro suo semine. Quicquid autem sit de his, non valet quod Burgen. addit pro confirmatione sui propositi q. Isaac nominatus est puer, quasi in scriptura viros fortes pueros vocari non sit consuetum, cum tamen de pueris Da. id fortissimis multa dicantur. 3. Regum. 1. c. & 3. capitulo. Et de Iosue duce belli dictum est puer, Exo. xxxiij. c. Rex Asserus quoque fecit conuiuiũ pueris, fortissimis Persarum. Hest. 1. a. & Christus dixit discipulis post resurrectionem,* Pueri, nunquid pulmentarium habetis. *Io. xxi. b. Act. iij. f. Apostoli dixerunt principes conuenisse aduersus puerum Iesum. Et Burg. melius recollectus idem dicit circa. xj. c. iij. l. b. Reg. In e. c. vbi exponitur.* Nunc cogn. *i. cognoscere feci. Bur. dicit quo magis proprie exponitur de Deo sicut alia metaphora, q. Deus in hoc se habẽs quasi nouiter aliquid cognoscens dixit.* Nunc cognoui, *sed videtur Burgen. implicare dicendo metaphoras esse proprias, cum metaphora omnis sonat impropriatem. Quicquid tamen sit non debuit propter debile motiuum suam expositionem beato Aug. xvi. de ciui dei ca. xxvij. glo. ordi. & communi schola præferre.*

CAP

CAP. XXIII.

A In quæst. Hebr. Arbeæ.

VIxit autem, &c. *Et mortua est in ci.* HIERONY. Quę est in valle, hoc in authenticis libris non habetur. Arboch paulatim à legẽtibus ac scribentibus corruptũ est. Neque putandum est Lxx. nomẽ a ciuitatis Hebraicè barbarè atq; corruptè, b aliter quàm in suo dicitur trãstuliſſe. Arboch enim nihil omninò signifícat, sed dicitur arbeæ. i. quatuor, quia ibi Abraham c Isaac & Iacob conditus est. & Adam primus, sicut in libro Iosue apertè demonstratur. b ✲ *Venitq; Abraham vt plangeret.* GLOSSA GRÆCA. Affectio animi Abrahã explicatur, nõ tamẽ scriptum est illum planxisse, sed vt *plangeret.* ✲ RVPER.

Sara moritur.

† 13. q. 2. c. Hebron.

Abraham plãgit eam. Iof. 24. d.

Abraham adorauit populum terræ.

† Adorauit, gratias egit cum genicu latione, aut gestu corporis decoro.

Si placet animę vestræ. Si est, animabus vestris. id est, si placet Heb.

al. † Soor. Diuitio. al. non habet † Ephrõ.

Emit Abraham agrum sepulturæ a filijs Heth.

† 13. q. 2. c. post quam.

CAP. XXIII.

¶ Centenarius, & vigintiseptem solidi sunt & quadrati, quibus signatur integritas vitæ sanctorum ante huius vitæ exitum.

VIXIT autem Sara centum vigintiseptem annis * & mortua est in ciuitate † Arbeæ quę est Hebron in terra Chanaan. Venitq; Abraham vt plangeret & fleret eam. Cumq; surrexisset * ab officio funeris, locutus est ad filios Heth dicens: Aduena sum & peregrin⁹ apud vos, date mihi ius sepulchri vobiscũ, vt sepeliam mortuum meũ. * Responderuntq; filij Heth: Audi nos domine: Princeps dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusq; te prohibere poterit, quin in monumẽto eius sepelias mortuum tuũ. Surrexit Abraham, & adorauit populũ terræ, filios videlicet Heth. Dixitq; ad eos: Si placet animæ vestræ: vt sepeliam mortuum meum, * audite me, & intercedite * apud Ephron filium † Seor, vt det mihi spelũcam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui. Pecunia digna tradat mihi eam coram vobis in possessionẽ sepulchri. Habitabat autẽ Ephron in medio filiorũ Heth. Respondítq; † Ephron * ad Abraham cunctis audientibus, qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens: Nequaquã ita fiet domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor. Agrũ trado tibi, & spelũcam quæ in eo est, præsentibus filiis populi mei. Sepeli mortuũ tuum. Adorauit Abraham coram populo terræ & locutus est ad Ephron circumstãte plebe: Quæso vt audias me, dabo pecuniam pro agro, suscipe eam, & sic sepeliã mortuum meum in eo. Respõdit Ephron. Domine mi, audi† me: Terra quam postu-

1 ¶ A quo Ethæi.

2 ¶ Supplicando honorauit.

Sara finem legis & prophetarũ significat. Vnde notandũ quia Deus vlterius Abrahæ apparuisse non legitur.

c *Surrexit Abraham*, &c. AVG. Queritur, quomodo Abrahã adorauit populũ terræ, cũ scriptum sit Deut. 6. b. *Dominũ Deũ tuum adorabis, & illi soli seruies.* Sed nõ est in præcepto dictũ dñm Deũ tuum adorabis solum, sicut dictũ est & illi soli seruies. Talis enim seruitus soli Deo debetur quæ Græcè λατρευος, latreusis dicitur, vnde dãnãt idololatræ hanc seruitutẽ scilicet idolis exhibẽtes. Nemoueat quod alibi prohibet angelus hominem se adorare, & admonet vt Deus potius adoretur. Talis em̃ apparuerat q. p Deo adorari poterat, & ideo adorator corrigẽd⁹ erat.

D

in quæst. super Gen.

Deut. 6. b.

1 Quinquaginta anni vitæ Sarę.

2 *Abraham.

3 * A facie mea. i. cũt iacet coram me.

λατρευος, λατρεία. Prohibere poterit prohibebit.

E

4 * A facie mea, 5 *Pro me. 6 Siclus. 7 Digna, plena. i. iusto precio. Heb Coram vobis, in medio vestri (vel inter vos.) 8 *Hethæus.

F

Circumstantę plebe eius in auribus populi terræ, dicẽs Hebraismus pro audiente populo terræ.

Quod

CAP. XXIII.

VIxit autẽ Sa &c. *Hic consequenter describitur quomodo Abraham vt perfectus se habuit ad proximum, sic enim habuit inter extraneos quòd vocabant eũ Dei princip⁹. & locum sepulturæ pro vxore sua ei gratis obtulerũt, & ideo primò describitur Sarę obitus, secundò offertur ei sepulturæ locus. ibi.* Cumq; surrexisset. *circa primum dicitur sic:*

1 Vixit autem Sara centum vigintiseptem an. *Hebrei qui numeros multis modis exponunt mystice, dicunt quòd isti tres numeri prædicti ita po-*
C *nantur distincte. ad designandum conditiones Sarę, acsi diceretur, ita munda & innocens fuit viginti annorum, sicut cum fuerat septem annorum iã tum, & ita pulchra cẽtum annorũ sicut viginti, & illud concordat prædictis 20. c.*

Arbeæ.

2 Et mortua est in ciuitate Arbeæ. *Vocata est enim ciuitas,* ארבע, *Arbaa, id est, quatuor, vt aiunt aliqui, propter quatuor gigantes ibi sepultos. scilicet Archinan, Sisai, Talmais, & patet eorum. Alij dicunt & melius (vt videtur) quod vocata est Arbea propter quatuor patriarchas ibi sepultos cum coniugibus suis, scilicet Adam & Eua, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia. de primo habetur Iosue 14. de aliis tribus infra 49. c.*

3 Cumq; surrexisset. *Hic consequenter agitur de sepultura Sarę. vbi primò ponitur petitio Abrahę, secundo concessio sepulturę, ibi:* Responderuntq; filij Heth, *primò ergo dicit.*

4 Aduena sum & pe. &c. *Propter quod non habeo ius sepulchri.*

5 Da. mi. ius, &c. *Ex quo patet quòd non intendebat illud emere quòd est illicitum vendi, scilicet ius sepulturę seu locum. quia locus sepulturę semper fuit inter sacra reputatus. Melius potest dici quòd locus sepulchri non est res spiritualis. sed ius sepeliendi. ideo Abraham ius petiit pro dono dicens:* Date mihi, &c. *& locum petiit pro precio.*

6 Vt sepeliam mortuum meum. *hic accipitur masculinum pro fœminino sicut & Marc. 5. c. dominus dixit:* Quis me tetigit de muliere emoroissa.

7 Responderuntq;. *Hic consequenter de sepultura Sarę agitur & primò ponitur curialis populi responsio, cum dicitur.*

8 Audi nos domine, &c. *In dubijs enim recurrebant ad Abraham, & ipse dirigebat illos, acsi consulerent dominum.*

9 In electis sepulchris nostris. *id est, melioribus & honorabilioribus.*

10 Sepeli mortuum tuum. *id est, Sarã. sed quia nolebat eam sepelire cum in fide huius primo gratias egit populo. ideo subditur.*

11 Et adora &c. *a quo dicti sunt Ethæi. ficit enim eis reuerentia. m vt impetraret locum sepulturę vbi erat sepultus Adam, ideo sequitur.*

12 Intercedite pro me, &c. *Non dixit vendat, quia locum sepulturæ Abrahã non intendebat emere sed fundum in quo erat dicta sepultura. quod erat licitum. ideo sequitur.*

F

13 Quam habet in extrema parte agri sui. *id est, agrum in quo est.*

14 Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. *Hoc autem interponitur ad ostendendum quod ille ager erat carior ceteris in extremitatibus positis, & per consequens melior & securior.*

15 Responditq; Ephrõ ad Abraham cunctis audi. &c. *Omnes enim de ciuitate ab operibus suis cessauerant, vt sepulturæ Sarę debitum honorem impenderent.*

16 Nequaquam. &c. *id est, nolo tibi vendere. sed gratis concedere, sed quia Abraham nolebat, quod ipse vel alij infideles possent ibi ius sepulturæ reclamare, & per consequens cum Sara infideles sepelire, nolunt gratis accipere sed pro pecunia postulauit, & patet litera vsque ibi:*

17 Terra quam postulas quadringentos siclos. *Dicunt aliqui, quod si consideretur dicta Isi. & Papiæ de ponderibus metallorum, obolus prout in scriptura sacra accipitur, habet tantum de argento sicut habet vnus parvus turonensis. siclus autem vsualis de quo hic agitur, secundum eos valet 48. obolos. Et sic quadringenti sicli valent octoginta libras turonen. & secundum hoc patet precium agri prædicti. Si autẽ contra hoc arguatur per hoc q. dicitur Exo. 30. b.* Siclus 20. obolos habet. *Dicunt non obstat: quia in Exod. loquitur scriptura de sicli & obolo secundum pondus sanctuarij, vt patet ibidem. quod quidem pondus est alius a pondere vsuali. Credo tamẽ quòd melius est dicere quòd non habetur certus valor prædictorum quadringentorum argenti siclorum, quia pondera & monetæ apud varias gentes multipliciter variantur, & etiam apud eandem gentem secundum diuersa tempora.*

1 Sed

MORALITER.

1 *Vixit autem Sara.* &c. Hic agitur de morte Sarę per quam designatur mors cuiuslibet bonæ personæ. Vnde subditur.

2 *Mortua est in ciuita. Arbeæ.* Id est, quatuor, quia boni moriũntur in quatuor virtutum moralium perfectione. Apocal. 21. c. *Ciuitas erat in quadro posita.*

3 *Venit q. Abraham vt plangeret.* Per quem potest intelligi quilibet fidelis amicus defuncti qui naturali pietate motus plangit mortem amici, & consequenter quærit sepulturæ locum, per quem designatur empyreum cœlum, sicut infernus est sepulturæ locus malorum. Luc. 16. f. *Mortuus est diues & sepultus est in inferno.* Et ibidem premittitur de Lazaro, *Factus est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.* Iste verò sinus à tepore ascensionis Christi est empyrei cœli locus, qui quæritur per suffragia bonorum.

† *Erat*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De locis Hebraicis.

a *Quod cum &c.* HIERO. in Hebræo sicut posuimus, hic primum A nomen scribitur ephron. Secũdum Ephran : postquã enim precio victus est vt sepulchrum venderet,& acciperet argẽtum,licet cogente Abraham vaũ litera quæ apud illos per o legitur ablata est de nomine eius & pro Ephron dictus est Ephrã. In quo significatur nõ fuisse

* Ipsum Ephron.

potestatis virtutis qui potuit vẽdere memorias mortuorum. Sciant igitur qui sepulchrorum precium non à cogẽtibus,sed à volentibus a accipiunt, mutari nomen suum & perire aliquid de merito eorum,cum etiã reprehẽdatur, qui inuitus acceperit.

lib. 1. de Abrahã ca. 9.

✠ AMBROSIVS. Festinauit iustus pro loco sepulchri pretium soluere , cum gratis daretur, vt nõ in alienis locis, sed nostris potius ædificemus tumulos parentumvel proximorum.

* Que erãt in eo.
* eius.

Sæpè enim cum alienationibus possessionum venales fiunt quę in iisdem locis sepulturæ sunt.Hoc autem ideò Abraham fecit, quia nõdum erant eiusmodi Dei templa in quibus fidelium in

Sepelitur Sara.

† 13.q.2.c. Hebre. De sepul.c.1.

domino reliquiæ conderentur.

b *Cõfir.&c.* GREG MORA. Innuit sepulchrumduplex ✠ perfectus prædicator extinctã à desideriis carnis animã abscondit sub bonę operationis & contemplationis tegmine, vt à carnali cõcupiscentia quasi insensibilis lateat quã prius sentiens moraliter viuebat.

lib.6. mora. 1.cap 25.

C vnde Col 3. a. *Mortui enim estis, & vita vestra abscõdita est cũ Christo in Deo.* Actiua enim vita à prauis operibus mortuos sepelit. Contemplatiua perfectius,quæ à cunctis actionibus funditus diuidit. Qui ergo iam in se contumelias carnis edomuit superest vt mẽtem per studia sanctæ operationis exerceat: & qui iam mentẽ per sancta opera dilatat superest vt eam vsq; ad secreta intimæ cõtemplationis extendat. Non est enim perfecta prædicator,qui ,ppter contemplationis studium operãda negligit, vel propter operationis institãtiam contemplanda postponit.

D

a ¶Vel quadringentis. b ¶Vel siclis.

las quãdringẽtos siclos argẽti valet. Istud est precium inter me & te. Sed quãtum est hoc? Sepeli mortuum tuũ. Quod cum audisset Abrahã, *appẽdit pecuniã, quã Ephron postulauerat, audiẽtibus filiis Heth, † quadringentos argenti siclos probatæ monetæ publicæ. Confirmatúsque est Ager

1 alias ducentos quadringentos siclos.

2

3 Probatæ monetæ publicæ.

a ¶Primum dictus est Ephron, id est, confirmatus & perfectus, post venditam sepulturam Ephran, id est, infirmus & imperfectus.

b

quondam ephronis in quo erat spelũca duplex, respiciens Mambræ, tam ipse quã spelunca* & omnes arbores eius in cũctis terminis* per circuitũ, Abrahę in possessionẽ, vidẽtib. filiis Heth, & cunctis qui intrabãt portã ciuitatis illius.

4

5 Mambre quæ & Hebron.

a ¶Animam mundo mortuam, Deo viuam.

Atq; ita † sepeliuit Abrahã Sãram vxorem suam in spelunca agri dũplici, quæ respiciebat Mãbræ: hæc est Hebron in terra Chanaan. Et cõfirmatus est Ager, & antrũ quod erat

6

a ¶Requie actiuæ & contemplatiuæ vitæ.

a ¶A quo cibari.

in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filiis Heth.

Mambre quæ & Hebron. in ca. 23

f guratur, quia à leua in dextram transfertur.

✠ PROCOPIVS. Duo sunt promontoria recessus duos cauernosos habentia. Alter foris paret, alter introrsum versus est. Duo sunt ambitus,alter qui cõtinet, alter qui continetur. Abrahamus solam petebat speluncam. Ephron cernens viri prudentiam,& agrum

F dedit.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed quantum est hoc *q.d. Non est res tanta de qua inter me & te fiat longa tractatus.* 2 Quod cum audisset, &c. *Scilicet determinationem precij appendit pecuniã quam Ephron postulauerat audientibus filiis Heth, quia in talibus oportet habere testes.* 3 Quadringentos ar. si. &c. *In quo ostenditur bonitas materiæ.* 4 Monetæ publicæ. *In quo ostenditur bonitas formę, quia habebat impressionem debitam monetæ publicæ currentis.*

5 Confirmatúsque, &c. *Ex quo patet q. non emit speluncam in qua erat sepulchrum Adã, sed agrum siue fundum in quo erat & istud est beitum, sicut fundus potest emi licitè, in quo est sita ecclesia. Ephron antè vendens peccatum, quia propter dictam sepulturam charius vendidit. Dicũt Hebræi quod ipse Ephron ostendit in principio se multa agere pro Abraham, & tamen in fine nihil fecit, sed terrã suam carius iusto precio vendidit. ideo postea remota est litera vau, de eius nomine, ad designandum eius imperfectionem, & sic diminuit scribitur deinceps: vt patet 25.ca. sed non apparet in pronũciatione. Dicitur autem ista spelunca fuisse duplex, quia secundum aliquos ibi erat duplex ædificatio, vna inferior , & altera superior, sicut in capella regis Parisius : secundum alios dicitur duplex, quia licet essent in eadem æqualitate, tamen in vna ponebantur viri , & in alia vxores.* 6 Atque ita sepeli. Abraham. *Hic consequenter describitur sepultura Sarę, & patet litera.*

In c.23.vbi dicit in posti.Ex quo patet quod non intendebat emere illud quod est illicitum.&c.

ADDITIO.

In hac emptione non potest Abrahæ aliquod peccatum imponi: Tũ quia non peccaret hodie qui emeret agrum,vt in eo faceret cimiterium, prout dicit magister in historijs: Tum quia vt dicit Amb.in li. de Abrahã. Hæc autem Abraham fecit quia nondum erant huiusmodi Dei templa, in quibus fidelium in domino reliquiæ adorarentur.

REPLICA.

Correctorij contra Burgen. in ca.23.vbi posti.Iator dicit Abraham cauisse, quod illicitum est in contractu facto cum Ephron pro eo,quia emit fundũ non spelunca, sine sepulchrum Burg.obiicit quod Abrahæ non potest imponi peccatum,quia hodie posset sine peccato quis emere agrũ in quo faceret ecclesiam vel cimiterium, sed manifestum est hanc obiectionem non valere , quia emit agrũ in quo sepultura erat,nõ vt in eo sepulchrũ faceret, ratione enim sepulturæ ipsius Adæ & Euæ in illo agro locus ipse religiosus inter sacra cõputabatur : ideo non emit sepulchrũ sed ius in agro in quo sepulchrũ erat: ideo dixit: Date mihi ius sepulchri, non dixit, vẽdite, quia hoc illicitum fuisset, & sequitur: Intercedite pro me apud Ephron, vt det mihi speluncam duplicem, in qua sepultus fuit Adam , *vt innuitur Iosue 13.d. non dixit ,* vt vendat, *quia illicitum fuisset. Non enim Abraham intendebat emere sepulchrum Adæ sed fundum,& ius in fundo in quo dicta sepultura fuit.*

c

CAP. XXIIII.

CAP. XXIIII.

ERAT autem. a *Pone manũ &c.* GREGOR. Manũ sub femore iubet ponere,& per deũ cœli iurare quia illius caro per illud mẽbrum descensura erat, qui filius Abrahæ esset ex humanitate & diuinus ex diuinitate: quasi filium meum,& iura per deum meũ. Vñ non

Mittit Abraham seruũ suũ ad quærendũ vxorẽ filio suo Isaac quam ipsi, Deus ipse curat.

1

ERAT autem Abraham senex dierumq; multorum: & dominꝰ in cũctis benedixerat ei. Di-

2 a ¶Sermonem propheticum, qui ante Apostolos ad vocandas de gentibus ecclesiam directus.

xitque ad seruũ seniorem domus suæ, qui præ-

Infra ca. 47

a erat oĩbus quæ habebat. † Pone manum tuam subtẽr femur

3 meũ, vt adiurem te per dominum Deum cœli & terræ nõ

Adiurem te iurare te faciam.

super femur, sed sub femoris manũ ponere iubet, quia inde descensurus erat qui homo, sed sup homines esset. vñ dignũ non fuit vt manũ super femur poneret: quia nulla caro super illam est.

✠ PROCOP. Græcus interpres verecundius locũ præsentẽ interpretatur. Nã Hebræus & Syrus nominãt membrum viri quo proles fabricatur. Siquidẽ viro iusto & tẽperanti nullũ membrum turpe est.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIIII.

ERAT autem Abraham. *Hic consequenter ostenditur qualiter Abrahã vt perfectus se habuit respectu sui, seu propriæ familiæ, quia filius reputatur una persona cum patre. Et ideo sic procedit , quia primo pro maritatione Isaac describitur serui missio. Secundo coniugis requisitio, ibi: Cumq; camelos fecisset accumbere Tertio petitionis consensus, ibi: Rebẽ dixit Labã & Bathuel.*

1

MORALITER.

1 Erat au. Abra. se.&c. In hoc ca. describitur matrimoniũ Isaac & Rebeccæ, per quod significatur allegoricè coniunctio Christi & ecclesiæ, igitur Abraham sicut dictum est, significat deum patrem, de quo subditur:

2 Dixit

Quarto coniugis addatio, ibi surgẽs autem mane. Circa primum sic dicitur.

2 Dixitq; ad &c. *Iste fuit Eliezer de quo supra dictum est 15.a. q. erat procurator domus suæ.* 3 Pone m. &c. *Hebræi dicũt. q. dixit ratione circũcisionis quæ est circa illas partes quã dominꝰ dederat sibi in signũ fidelitatis, vt supra dictum est 17. c. Catholici autem dicunt & melius , q. hoc fuit ppter Christum. qui secundum carnẽ nasciturus erat de Abrahæ semore : & tali modo loquendi vtitur.*

2 Dixitq, ad ser. sen. ao. Per quem significatur prædicator, qui dicitur seruus per virtutem humilitatis, & senior per maturitatem honestatis , & iste vocatus fuit Eliezer quod interpretatur Dei mei adiutorium. vnde Paulus de se & aliis prædicatoribus dicit primæ Corinth. tertio b. Dei adiutores sumus.

a *Vt non accipias,* GREG. ALLEG. Isaac de filiabus Chananæorum ipsi prohiberur, quia Christo nullæ reproborũ animæ coniunguntur. De cognatione vxor duci præcipitur , quia sola electorũ ecclesia Christo copulanda erat quam ipse vnigenitus ex prædestinatione , & præscientia iam extrancã non habebat.

Aduitrem te iurare te faciam.

Puer qui ad vxorem deducẽdam mittitur, prophetarum & apostolorũ omniumque doctorum ordo est , qui dum verbũ prædicationis faciũt cuiusq; animę quasi coniungendę vnigeni ot filio prouisores fiũt.

✠ PROCOPIVS. Mirũ est cum prohibeat ne filio coniungat vxorem Chananæam , eundẽ tamen proficisci iubeat ad gẽtem,quæ idolis seruiebat. Sciebat Deum diris execratũ esse Chananæos , proinde nolebat vt filius inde duceret vxorem,prẽterea nouerat (erat enim prophetа) quod postea Deus daturus esset legem,quę vetaret sociare connubia cũ Chananæis. Haud fugiebat quoq; patriarchã fore,vt si puella longiùs à paterno genere fuerit submota,& inpiã domũ deducta , obliuia faceret paterni erroris.

✠ AMBROSIVS. Caue Christiane gẽtili aut Iudæo filiam tradere. Caue gentilem aut Iudæam atque alienigenã, id est,hæreticam, & omnem alienam à fide tua vxorem accersas tibi. Prima coniugij fides castitatis gratia est. Si idola colat quorum prædicantur adulteria. si Christum neget, qui præceptor & remunerator est pudicitiæ, quomodo potest diligere pudicitiam? Simul ad orationem, nocte vobis surgendum est.

lib. 1. de Abrahã ca. 9.

b *Posuit ergo,&c.* HIERO. Tradunt Hebræi, quia in sanctificatione eius,

a ¶ Quasi quia indignos vos exhibuistis,& repulistis verbum Dei, ecce conuertimur,&c. Act. 13.g.

a accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorũ in-

a Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Psal. 2. b.

ter quos habito , sed ad terram & cognationem meam

a ¶ Id est Ecclesiam.

proficiscaris , & inde accipias vxorem filio meo Isaac.

a ¶ Et credere,quasi si præputium noluerit sociari circuncisioni,prædicabitur ibi tantum verbum Dei.

Respondit seruus : Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc , num reducere † debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es ? Dixit Abraham, Caue, ne quando reducas filium meum illuc. Dominus Deus cœli * qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiui-

a ¶ Iudæam, cui post prædicandum.

tatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit * dicens, Semini tuo dabo terram hanc : † immittet angẽlum suum co-

a ¶ Magni consilij. ¶ Ducem vitæ tuæ.

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Christo. c ¶ Quasi si annunciante iniquitatem suam, acquiescere noluerit,animam tuam liberasti.

ram te,& accipies inde vxorem filio meo. Sinautem mulier noluerit sequi te , non teneberis iuramento. Filium

a ¶ Hoc est,verbum meum non prædices tantùm in gentilitate.

tantùm mẽum ne reducas illuc. Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham domini sui , & iurauit illi super sermone hoc. Tulitque decem camelos de grege do-

a ¶ Honorans Christum nasciturum inde.

mini sui, & abiit , ex omnibus bonis eius portans secum.

a ¶ Non tantum obedientiam & patientiam,sed & cæteras virtutes debet habere seruus Dei.

Profectúsque perrexit Mesopotamiam ad vrbem Na-

a ¶ Imitatores Christi cum Christo morantur,extra castra,quia delitiis tabernaculis non seruiunt.

chor. Cúmque Camelos fecisset accumbere extrà opi-

a ¶ Profuturitatem in scripturæ. b ¶ Sexta ætate. c ¶ Opportunitate,quo videant animos indurabiliter ad disciplinam adipiscendam.

dum iuxta puteum aquæ † vespere, eo tempore, quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam , dixit: Domine Deus domini mei Abrahã, occurre hodie obsecro mihi , & fac misericordiã tuã cũ domino meo Abrahã. Ecce ego sto propè fontẽ aquæ,& filię habitatorũ huius ciuitatis egredietur ad hauriẽdãaquã. Igitur puella cui e-

a ¶ Prius debet orare prædicator vt sermo Dei currat,& fructificet in auditoribus.

b ¶ Talibus comitatur. b ¶ Gentes.

† Iuxta puteũ aq. In sacræ scripturæ studium.

† Dixit d.d.&c. obsecro. Nã in principio sermõis debet fieri oõ-

† Ecce Rcb

Allegoricè.

c *Ex omnibus bo.* GREG. Quis his quæ de domino loquuntur,in semetipsis virtutũ diuitias ostendunt,vt tantò citiùs ad sequendum Deũ inuitent, quantò suis auditoribus in seipsis monstrant quæ narrant.

lib.2.c.1.

e ✠ AMBR. *Perrexit Mesopotamiam,&c.* Vbi autẽ inuenitur ecclesia nisi in Mesopotamia? Inde quę oritur, ibi accersitur , ibi duobus stipatur fluminibus , lauacro gratiæ & fletu pœnitẽtię. Etenim nisi peccata propria defleueris, nisi gratiã baptismatis acceperis,nõ tibi acquiritur ecclesię fides,& quædã cõiugalis copula muniũtẽa Tigris hoc est prudẽtia, & Euphrates hoc est,iustitia.

Fides Abrahæ in promissionẽ Dei.

supra 12.c.b

f *Iuxta puteũ a.* GREG. Iuxta fontẽ stetit, & ex præfixa sententia , quæ esset eligẽda propositi, quia sancti prædicatores verba fluentia, cõsiderant. Vnde colligunt quem vel quibus auditoribus fiduciam certitudinis assumant.

E

✠ GLOSSA GRAE. Aquã modò fontis modò putei vocat,qetiã alibi frequẽter vsurpatum inuenies,vel maximè in ista mulieris Samaritanę

Oratio fidelis serui Abraham ad Deum.

In quæst. in Genesin.

g *Igitur,&c.* AVGVSTIN. quærendum est,quid differãt illicitæ augurationes à petitione hac,quia petit seruus vt sibi ostẽderet Deus ipsam futurã vxorem Isaac,à qua petendo bibere dicere-

Quæstio. Auguratio.

F tur:

Mystice. De quæstionib. Hebr.

✠ *scripturæ* Exo.3.a. *vbi dicitur :* Oës animæ corũ q egressi sunt de femore Iacob,&c. & patet litera vsq; ibi. 1 Sed ad. scilicet in Arã vbi mãserũt Nachor frater suus cũ vxore sua et pater litera vsq; ibi.

C 2 Dominus Deus, &c. *Id est, de Aram vt patet ex prædictis. xij. cap.*

3 Et de ter.na.meę. *Id est, de Vr Chaldeorũ vt patet ex prædictis c.11.*

4 Ipse mit. &c. *Ad dirigendum istud negocium.*

5 Filiũ tantũ meũ. &c. *Dixit tantũ, ad excludendũ Isaac solũ quia Iacob illuc iuit ad quærendũ sibi vxorẽ, de mãdato patris sui Isaac, vt habetur infra 28.a.* 6 Tulitque de. &c. *Isti enim cameli erãt ab aliis distincti, quia erãt irrobrati, vnde nõ possent blada aliorũ comedere, quãdo per viã ducebantur.* 7 Ex omnib. &c. *Quia putauit de auro eius & argento, & pecunia et iocalibus dandis puellæ & eius amicis, vt habetur infra eod. c. In Hebræo habetur:* Oia bona eius portãs secũ. *Dicunt enim Hebræi, quòd portabat secũ chartã de donatione, quã fecerat Isaac filio suo donãs ei omnia bona sua mobilia et immobilia, quia aliis filijs suis dedit munera, & separauit eos ab Isaac, vt habetur fe.c. & illã chartã portabat ad inclinãdũ parentes puellæ & ipsam puellã, quã quærebat in matrimonium ipsius Isaac.* 8 Profectúsq; per. me. *Istud nomẽ tradit est de Graco μέσος enim, idẽ est quod medium & ποτανός, fluuius, facere & docere.* 8 *Perrexit Meso. ad vr. Nachor.* Quia prædicatio debet fieri fidelium cõmunitati, quæ per vrbẽ significatur

9 *Cũq; ca.fe.&c.* Nã prædicator ante prædicationem debet se recolligere extra sæcularis negocij tumultum.

† *Iuxta pu.aqu.* In sacræ scripturæ studium.

† *Dixit d.d.&c., obsecro.* Nã in principio sermõis debet fieri oõ-

† *Ecce Rcb*

Iosephus tẽ prehẽditur.

✠ *uerant*

MORALITER,

6 Tulitq, decẽ ca. Per camelũ, qui est animal assuetũ oneribus, significatur patiẽtiæ virtus, quæ est necessaria prædicatorib. Prouer. 19. b. *Doctrina viri per patientiã nosci tur.* Per denariũ numerũ significatur observãtia. x. mandatorũ, quæ in prædicatorib. exigitur, vt assimiletur Christo de quo dicitur Act. j. a. *Cœpit Iesus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur:*bibe quin & camelis tuis dabo.* Sed aliud est petere quod ipso A miraculo signum sit Aliud obseruare quæ ita fiunt, vt mira non sint:sed à cohectoribus superstitiosa vanitate interpretentur. Sed & hoc ipsum quod mirum aliquid postuletur, quo significetur quod quisque vult nosse, vtrum audiendum sit,non parua quæstio est. Eo namq; pertinet,quòd dicitur qui hoc non rectò faciunt tentare Deum, vnde Deut.vj.ca. *Non tentabis dominum tuum.* Suggerebatur enim Christo tanquã homini, vt aliquo signo exploraret quantũ apud Deũ posset,quodvitiosè fit. Ad hoc autem discernitur quod Gedeon fecit imminente pugnæ periculo. Consultatio enim illa magis quã tẽtatio Dei fuit,vnde Esa.vij. b.Achaz timet signũ petere,ne videatur deũ tentare, cum hic dominus per prophetã moneret: fortè existimans quod à propheta exploraretur, vtrum præcepti memor esset, quo tentare Deum prohibebatur.

Ipsa est vt ipsa sit.

Seruo nesciẽte offert.

a *Inclina bibi.* Humilia sẽcularem facundiã ad hauriẽdum prophe ticum sermonem,vtvo luntatem tuam persuasioni meæ inclinem.

* Festina.

b *Pauxillum.* GREG. Omnis prædicator ani mã auditoris sitit,ideò seruus petit, Rebecca potum tribuit,quia electorum ecclesia desiderio prædicatorũ ex virtute suæ fidei satisfacit. Quæ enim Deũ quem audit confitetur prædicatori aquam refectionis & refrigerij offert & notãdũ quòd hydriam ab humero inclinans posuit: quia illa confessio placida est quæ à bono opere procedit. Vel aquam præbuit , quia in eo quòd credidit vacua non remansit. Mox enim prædicauit quod audiuit, & dicendo multos ex se prædicatores protulit. Aqua enim in hydria scientia prædicationis in mensura. Studet enim non plus saperequàm oportet sapere.Hydria in vlna,mẽsura prædicationis in opere.Nec solũ omnibus comitibus eius,sed & camelis potũ præbet:quia verbũ vitæ nõ solũ prudẽtibus,sed etiã stultis prædicatur.Ro.j.b. *sapientibus & insipientibus debitor sum.* Vel aqua etiã iumentis datur,cũ cura carnis quomodo fit habẽda disponitur vt ex voluptate nõ impẽdatur,& ex necessitate nõ negetur, vnde

Allegoricè.

C

a ¶ Faciam quod horcaris tu & collegæ tui.

go dixero: inclina hydriam tuã vt biba , & illã respondit:

a ¶ Talis anima futura est sponsa Christi.

bibe,quin & camelis tuis dabo potũ,ipsa est quã præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligã quod feceris misericordiã cũ domino meo. Necdũ intra se verba cõpleue- 1

a ¶ Particula verbum Dei humiliter susceptura : & ideo inter Christi contribules computanda.

rat,& ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel, filij Mel- †

a ¶ Secularem scientiam. b ¶ In exercitio operum. c ¶ De qua dicitur Psal. 44.c. Concupiuit rex speciem tuam,& adsistit regina à dextris tuis. ¶ Nullũ hæresi consentiens.

chæ vxoris Nachor fratris Abrahã,habẽs hydriam in scapula,puella decora nimis , virgóque pulcherrima & in †

a ¶ Despondi enim vos vni viro,virginem castam exhibere Christo ij. Cor xj. b ¶ Humiliauerat se ad hauriendum fontem vitæ. c ¶ Diuinis sententiis. ¶ Verba humanæ facundiæ.

cõgnita viro.Descenderat ad fontẽ,& impleuerat hydriã

a ¶ Quia tempus doctrinæ & tempus vocationis. b ¶ Sermo diuinus. c ¶ Animæ de salute sua meditanti.

ac reuertebatur. Occurritq; ei seruus & ait:Pauxillũ aquæ

b a ¶ Vel bibendum. ¶ Quasi spolia ægypt. fac vasa in domo domini,accommodando diuinas sententias humanæ sapientiæ verbis.

mihi ad sorbẽdũ præbe de hydria tua. Quæ respondit:

a ¶ Quasi fructum meum tibi accommodo. b ¶ Humiliauit facundiam tuam ad credendum & operandum quod dicitur.

Bibẽ domine mi. Celeriterq; deposuit hydriã super vlnã

a ¶ Compatientibus labore tuo.

suã,& dedit ei potũ.Cumq; ille bibisset,adiecit:quin & camelis tuis hauriã aquam,d° nec cuncti bibant. Effundensque hydriam in canalibus,recurrit ad puteum,vt hauri- 2

a ¶ Desiderio eorum satis faciam. b ¶ Exponens intellectum capacibus.

ret aquam, & haustam omnibus camelis dedit. Ille autem

a ¶ Profunditatem scripturę.

contẽplabatur eam tacitus, scirẽ volens,vtrũ prosperum fecisset iter suũ dominus, an non. Postquã autem biberũt 3

a ¶ quia bonam voluntatem cordis proferentes doctores spe refrigerant.

a ¶ Hoc fit cum exorcistę exhecumenis dicunt,effeta quod est adaperire. Mar 7. g. cum informantur duobus præceptis charitatis , vt quod audiunt in verbo habeant in operibus explettionem. f. decem præceptorum.

cameli, protulit vir inaures aureas appẽdẽtes siclos duos, 4

a ¶ Signum animæ reminiscentis, & ad coniugium se præparantis.

& armillas totidẽ pondo siclorũ decẽ. Dixitq; ad eam:Cuius es filia? Indica mihi: Est in domo patris tui locus * ad manendum?Quæ respondit:Filia Bathuelis sum filij Mel

a ¶ quia prædicatores auditoribus impendunt spiritualia,à quibus accipiunt corralia.

chæ, quem peperit Nachor. Et addidit dicens: Paleaրum quoque & Fœni plurimum est apud nos , & locus spaciosus ad manendum. Inclinauit se homo, &

a ¶ Deuotionis affectus. b ¶ Nihil sibi tribuens sed gratiæ Dei.

Allegoricè.

Ille accepit hauriendi aquam, non autem camelis bibendi.

Nachor.

Inaures.

Allegoricè.

Ipsi.

pletione perficitur,vt cũ bona agi cœperint, mala nulla agãtur. d *Paleaրu quoq;.* GREG. quia ecclesia recipiẽs spiritualia,reddit prædicatoribus terrena stipendia. vnde j.Cor.9.b. *Si vobis spiritualia seminauimus ma.est si.n.&c.*

Allegoricè.

e *Locus spatiosus.* GREG.à priore populo naturę legẽ se ecclesia nouisse mõstrauit, & prædicationem amplo charitatis gremio suscepit.doctori em spatiosa mãsio est in corde auditoris latitudo charitatis.vnde secundæ Corinth.sexto c.*Nõ angustiamini in nobis sed in visceribus vestris* ; quasi suscipiendæ doctrinæ locum

mentis

mentis dilatatæ,ad cogitanda carnalia coarctatę.

A a *Habebat,&c.* GREG.ALLEG. Quia carnales fidelibus coniuncti, dum spiritualia dona conspiciunt , admiratione suspensi , si non vsque ad opera, tamẽ vsque ad finẽ suscipiendã prædicationem admittunt, dum enim bonos miraculis fulgere cõsiderant, quę de æternitate audiũt nõ recusant,quanuis ecclesiam mortibus non sequentes,in carnali operatione remaneant.

Allegoricè.

Adorauit dominum, genu flexit domino vel gratias egit domino.

Habebat autem, Quia sunt carnales fidelibus coniuncti,quorum familiaritate aliquando ad audiẽdũ verbũ prodeũt.& videntes dona Dei collata fidelib. mirãtur,& verbũ corde percipiunt qđ bonis moribus impleri nõ satagunt.

Cuncta verba.verbaRebeccæ sororis suæ.

Allegoricè. Camelorũ ipsius.

B b *Non comedã,* GREG Quia sunt qui doctores ex temporã

Narrat seruus causas itineris , & quæ acciderunt ei in itinere.

tis ,& in tribulatione patientes. f ¶ Gratia quia filius bonę voluntatis,qui factus est ei ex semine Abrahę,

Benedicere Dei, quid sit.

& bỏues,argẽtũ & aurũ,seruos & ancillas, cãmelos & asinos:Et peperit Sara vxor domini mei filiũ domino meo in senectute sua , dedit-

a ¶ Hæc superius exposita sunt.

que illi omnia quæ habuerat, Et adiurauit me dominus meus dicens: Nõ accipies vxorẽ filio meo de filiabus Chananæorũ, in quorũ 8

a ¶ Sic mulier samaritana verba domini.quæ ad fontem audierat, in ciuitate annunciauit. Ioan iij.a.

& recto me itinere perduxit in domum fratris domini mei.Cũcurrit 1

itaque puella, & nũciauit in domo matris suæ omnia quæ audierat.

a Habebat autẽ Rebecca fratrẽ nomine Laban. Qui festinus egressus est ad hominẽ * vbi erat fons.Cumque vidisset inaures & armillas in 2

manibus sororis suæ:& audisset cuncta verba referentis: hæc locutus est mihi homo:venit ad virũ,qui stabat iuxta camelos,& prope fontem aquæ, dixitque ad eum, Ingredere benedicte domini. Cur foris 3

stas? Præparaui domũ & locũ camelis.Et introduxit eum in hospitiũ,

a ¶ Herbam seruuti hominum. b ¶ Officium implet hospitalitatis ,ne non recepto verbo exercitiatur puluis in testamentum castati laboris.

ac destrauit camelos, deditq; pâleas & fœnũ,& aquam ad lauandos 4

pedes camelorũ, & virorũ qui venerant cum eo. Et appositus est in 5

a ¶ Non quæritur quæ sua sunt, non vult metere carnalia nisi primitus seminauerit spiritualia.

conspectu eius panis. Qui ait:Non cõmedã donec loquar sermones 6

a ¶ Commendatio personæ, sicut illud: Paulus seruus Iesu Christi. Ro.j.a.

meos.Respõdit ei:Loquere. At ille seruus inquit Abrahã sum:Et dñs

a ¶Commendatio mittentis,vt propter mittentem missus audiatur. b ¶ Fidei eius subiecit cuiusque generis homines. c ¶ simplices.

Bẽedixit domino meo valde,magnificatusque est, & dedit ei oues 7

a ¶ prudentes. b ¶eloquentes. c ¶¶sapientes. d ¶ seruiliter pro temporalibus seruientes. e ¶ In tribulatione patientes. f ¶ Gratia quia filius bonę voluntatis,qui factus est ei ex semine Abrahę,

& bỏues,argẽtũ & aurũ,seruos & ancillas, cãmelos & asinos:Et peperit Sara vxor domini mei filiũ domino meo in senectute sua , dedit-

a ¶ Invitima ætate mundi. b ¶ Vnde:Pater omnia quæ tua sunt dedisti mihi. Ioan 16 b.

que illi omnia quæ habuerat, Et adiurauit me dominus meus dicens: Nõ accipies vxorẽ filio meo de filiabus Chananæorũ, in quorũ 8

terra habito , sed ad domũ patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo. Ego verò respondi domino meo: Quid si noluerit venire mecũ mulier? Dñs,ait, in cuius conspectu ambulo, mittet angelũ suũ tecũ, & diriget viã tuã,accipiesq; vxorẽ filio meo de cognatione mea,&de domo patris mei,Innocẽs eris à maledictione mea,cũ veneris ad ppinquos meos, & nõ dederint tibi. Veni ergo hodie ad fontẽ,& dixi:Domine Deusdomini mei Abrahã,si direxisti viã meam in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta fontem aquæ, &

a ¶ Frequenter proximos.

Innocẽs eris à maledictione mea soluetis eris à iuramento.

vbi suprà.

C

Pulcherrim° lo

d

cus ad instruendũ eos quibus aliquid iniungitur , quod non prius manducauit puer Abrahę appositum sibi panem , quàm domini mandatum exequeretur.

Allegoricè.

c *Et adiuraui,&c.* AVGVST. Sententia est eadem verba non omnia vel ipsa, vel ita dicta sunt, quod propter eos dicendum qui euangelistis calumniantur quòd in aliquibus verbis non omninò conueniunt,cum res & sententia eadẽ, hunc enim librum vnus scripsit, qui ea quæ suprà dixit cum mandaret Abraham, vel

In quæstionibus Hebraicis.

* Nachor.

* Ipsi.

Allegoricè.

d *Paleaրu quoq;.* GREG. quia ecclesia recipiẽs spiritualia,reddit prædicatoribus terrena stipendia. vnde j.Cor.9.b. *Si vobis spiritualia seminauimus ma.est si.n.&c.*

Allegoricè.

e *Locus spatiosus.* GREG.à priore populo naturę legẽ se ecclesia nouisse mõstrauit, & prædicationem amplo charitatis gremio suscepit.doctori em spatiosa mãsio est in corde auditoris latitudo charitatis.vnde secundæ Corinth.sexto c.*Nõ angustiamini in nobis sed in visceribus vestris* ; quasi suscipiendæ doctrinæ locum

Rebecca verbo dei dedita.

Sermo de eleem.

Allegoricè.

Ille accepit hauriendi aquam, non autem camelis bibendi.

Nachor.

Inaures.

Allegoricè.

Ipsi.

Allegoricè.

Nachor.

Allegoricè.

Ipsi.

Allegoricè.

Ipsi.

Allegoricè.

Ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ham prophetam nouerant,& propheticè à domino dictũ,quod per illum dictum, fuerat agnoscebant, aut signum, vt quod seruus narrauit locutionem domini appellauerunt, hoc enim magis de Rebecca dictum est. Abraham enim non de Rebecca sed de aliqua ex tribu vel cognatione sua dixerat, & hoc adutrunque, vt immunis esset seruꝰ à iuramento, si nõ impetrasset, quod nõ dicitur cum aliquid prophetatur,certam enim esse decet prophetiam.

✻ Avgvst. Iste patriarcha (Iacob) nec vxorē aliā habuit, nec aliquam cōcubinā. Nec ideo eum patri præferre debemus. Erant em̄ paternę fidei merita potiora, intantū vt dicat Deus ꝓpter illū huic se facere bona. *Ego sum Deus Abrahā patris tui noli timere, multiplicabo semē tuū propter Abrahā patrē tuū.* Vt intelligamus quā castè Abrahā fecerit, q̄ hominib. impudicis, & neq; ę fuæ de scripturis sanctis patrociniis reqrētib. vī feciſſe libidinem.

In singulis quoque hoc dici potest. *Duæ gēes & duo populi intra nos sunt*, scilicet vitiorum & virtutū, iste minor, ille maior: plures enim sunt mali quā boni, & vitia plura virtutib. Sed tī popul' populū superat. *& maior seruiet minori*, caro. i. spūi, & vitia virtutib. præcedit Esau. rufus & totus vt pellis hisp̄id'. Deinde exit Iacob tenēs plātā fratris, prior em̄ populus prophetarū & Christi sanguine pollutus, peccati & nequitiæ squalore circūdatus, cui' minor plātā tenuit, quia maiorē populū minor supauit.

e *Factus est Esau.* Greg. eorū vitā significat, qui exterioribus voluptatib. fusi carnē sequūtur. Agricola quoq; dr̄, q̄a amatores sæculi tāto colūt exteriora, quāto interiora sua inculta relinquūt

f *Vir simplex.* Rvpert. Ecce in studiis eorū tanta diuersitas, quātā in Cain & Abel. Nā Iacob, vt Abel simplex, & pastor fuit ouiū. Esau autē sicut Caim homo agricola, & quod sequētia iu-

☞ dicabunt

NICOLAVS DE LYRA.

1 Perre. &c. *Dicūt Hebræi q. iuit ad Melchisedech, qui erat sacerdos Dei excelsi: & ad Heber qui habebat spiritum prophetiæ. vterque enim adhuc viuebat: quod patet si cōputentur anni eorū. De Melchisedech enim supra dictū est q. erat Sem filius Noe: de quo scribitur supra. xj. b. q. biēnio post diluuiū genuit Arphaxat, & postquam genuit Arphaxat vixit quingentis annis. Si autē cōputentur anni à diluuio vsque ad nati-*
Anni à diluuio ad nati- *uitatē Iacob & Esau non inueniūtur tot anni, à diluuio enim vsque ad*
uitatem Iacob. *natiuitatem Arphaxat fluxerunt duo anni: vt iā dictū est. Arphaxat aūt cū esset xxxv. annorū genuit Sale, Salevero cū esset. xxx. annorū genuit Heber. Et Heber. xxxiiij. annorū genuit Phalech. Et Phalech. xxx. annorū genuit Rau, & Rau. xxxij. annorū genuit Saruch. & Saruch. xxx. annorū genuit Nachore & Nachor. xxix. annorum genuit Thare: & Thare lxx. annorū genuit Abrahā. Et ista habetur supra. xj. c. Abrahā aūt cū esset. c. annorū genuit Isaac: Isaac autem vt habetur supra ca. xxj. erat xl. annorū quando nati sunt Esau & Iacob: vt habetur infra. eo. c. Si autē prædicti anni à diluuio vsque ad natiuitatem Iacob similiter cōputāntur faciūt annos. cccclv. Ex quo patet q. Melchisedech vixit vltra. l. annos. Quod autē Heber similiter viuerit: potest similiter probari, accipiendo ex vna parte omnes annos vitæ eius: & ex altera computando annos à natiuitate Heber vsque ad natiuitatem Iacob & Esau.*

2 Duæ gen. &c. *id est capita duarū gentium, Iudæorū & Idumæorū,*

3 Et ma. ser. *hoc impletū est tempore Dauid qui fecit Idumæos sibi tributarios: vt habetur. ij. Reg. viij. Et perfectius impletum est in Christo cui colla gentium & principum terræ subdita sunt & maxime imperiū Romanum quod Iudei dicunt significari per Esau*

4 Qui pri &c. *ideo vocatus est Edom.*

5 Et to. in mo. pel. his. *i. pilosus. ideo dictus est seyr. i. pilosus.*

6 Protinus, &c. *in signum quod foret eum supplantaturus.*

7 Et idcirco, &c. *id est supplantatorem.*

8 Sexage. &c. *Ex quo patet q. fuit cum Rebecca vxore sua xx. annis antequam pareret: quia erat xl. annorū quando accepit eā vt prædictū est: ideo quæritur hic quare non accepit aliā sicut pater eius Abraham accepit Agar postquā decē annis probauerat Sarę sterilitatē: quia hoc erat tēpus determinatū vt dictū est supra. xvj. c. Dicūt Hebræi q. Isaac ex quo voluntariè accessit vt immolaretur: vt prædictū est. xxij. ca. ex tunc fuit cōsecratus domino: & nō fuit ei licitū habere nisi vnicā vxorē. & hoc consonat dicto Apostoli prima Timo. iij. a. dicentis: de episcopo qui est Deo consecratus quod oportet esse vnius vxoris virum.*

9 Quib. adultis, &c. *hic describitur natorū conuersatio. ett dicitur.*

10 Factus est &c. *Ex quo patet et sua occupatio erat circa terrena.*

11 Iacob autem vir simplex. *id est sine plica dolositatis: non autem dicitur simplex propter perfectum industriæ.*

12 Habitabat in, &c. *Dicunt Hebræi q. ista tabernacula fuerunt in-*

11 *Iacob autem vir, &c.* id est. studiosus in bonis moribus.

† Isaac

✻ MORALITER.

10 *Factus est, &c.* id est carnalis & cupidus.

☞ dicabunt, inuidendo fratri, licet non actu voluntate tamen fuit
A fratricida. Dixit enim, *venient dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrem meum*, quod Græcè, dicitur, *ἁπλαχες*, hoc latiui simplicem interpretati sunt. Propriè autem *ἁπλαχες*, non fictus. Vnde quidā, *sine dolo* interpretati sunt dicētes. *Erat Iacob sine dolo habitans in domo*, vt magna sit quæstio an per dolum acceperit benedictionem, qui erat sine dolo? sed ad figurandum aliquid magnum hæc scriptura præmisit, hinc enim maximè cogimur intelligere ibi spiritualia, quia sine dolo erat qui dolum fecit.

Simplex. Gregor. Quia curis exterioribus spargi refugiūt simplices, in cogitatione & cōscientiæ habitatione consistunt: Habitat enim in tabernaculis, qui se intra mentis secreta constringit: ne dum ad multa foris inhiat: à seipso cogitatione alienatus recedat.

a ✻ *Isaac amabat Esau, &c.* Chrysost. Vide quomodo pueros distribuit, & mater quidem erga Iacob maiorē declarabat beneuolentiam, eo quod
B simplicem videbat, & domi versantem, pater autem diligebat
*Hodie. Esau. tum quod primogenitus, naturalem delectionem sequēs esset, tum quod venatione eius vescebatur.

†Heb. 12. d. 22. q. 2. c. quæritur. §. erat ergo. b *Coxit autem Ia. &c.* Hiero. Rubeū vel fuluū: Hebraicè Edō: dicitur ab eo autem q̄d rubeo cibo Esau primogenita vendidit, fului. i. Edom nomen accepit.

Edom. Allegoricè. c *Cui dix. Ia. &c.* Isid. Quòd Esau primogenita propter escā fratri minori vendit & postea paterna benedictione sibi promissa priuatus est, Iudaicū populum significat: qui in Exo. primogenitus Dei filius appellatur, & propter sæculi luora non solum primatus sui honorē amisit sed & cœlestis regni præmium præparatum adipisci non meruit: vnde per exprobrationem dicitur Mat. xij. d. *Auferetur à vo. re. Deus & da gen. fr. &c.* Primogenitura autem vestis erat sacerdotalis qua induti maiores natu cum benedictione patris victimas Deo velut pōtifices offerebant: hoc dono: terreni amoris desiderio: carueruntque Iudæi cum

Primogenitura quę dignitas fuit. gloria futuri regni.

d *Iurauit Esau. &c.* Greg. Sciēdū aūt q̄d nos quinq; modis gu
D læ vitium tentat. Aliquando enim indigētiæ tēpora præuenit, alt quādò tēpus nō præuenit, sed cibos lautiores querit. Aliqū que sumenda sunt parari accuratius appetit. Aliquando qualitati ciborum & tempori congruit: sed in quantitate sumendi mēsuram excedit. Aliquando vero abiectum est quod desiderat: sed tamen ipso desiderij æstu deterius peccat. j. Reg. xiiij. d. Ionathas mortis sententiam meruit: quia in gustu mellis: constitutum emendi tēpus antecessit. Populus ex Aegypto ductus in eremo occubuit: quia despecto mana carnes petiuit: quis lautiores putauit. Nu. xj. b. &. j Reg. ij. c. Filiorū Heli prima culpa est quod ex voto eorum sacerdotis puer non de more vellet coctas carnes de sacrificio accipere: sed coquēdas quærebat, quas accuratius exhiberet. Et cum dicitur Ezechie. xvj. f. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia & saturitas panis & abundantia.* ostēditur inde periſſe: quia cum vitio superbiæ mensuram refectionis excessit.

Moraliter Gulæ vitiū nos tentat quinque modis.

Edom.

E Hinc Esau primogenita amisit: quia magno æstu despicabilem cibum, id est, lenticulā concupiuit: neque cibus sed appetitus in vitio est. Vnde lautiores cibos plerūque sine culpa sumimus: & abiectiores cum reatu cōcupiscentię deguſtamus. Esau enim primatum pro lenticula perdidit. Helias in eremo virtutē carnes edendo seruauit. Hinc diabolus, quia nō cibū sed concupiscentiā causam esse damnationis intelligit: primū sibi hominē nō carne, sed pomo subdidit: & secundū pane tētauit. Hinc est q̄ plerūq; † pro culpa cōmittitur, etiā cū vilia sumūtur. Neq; enim Adā solus vt à pomo abstineret prohibitionē accepit. Cū enim alimēta saluti nostræ cōtraria Deus indicat, ab his etiā quasi per sententiā vetat: & cū cupientes noxia tāgimus, vetita guſtamus. Ea verò sumēda sunt: quæ naturę necessitas quærit, & nō quæ † edēdi libido suggerit.

Aliis † culpa Adæ.

Aliis † edenda.

ADD

NICOLAVS DE LYRA.

bernacula Melchisedech vbi vigebat cultus Dei cum esset sacerdos Dei excelsi: & tabernaculū Heber qui fuit propheta: & decebat venientes ad se de diuinis. Ex quo patet, q. occupatio Iacob erat principaliter circa diuina. Vnde dicūt Hebræi q. ipse habitauit in tabernaculo Heber. 14. ann.

1 Et Rebecca di. ia. *Causa autem erat: quia per reuelationem diuinam habuerat quod ipse debebat fratri suo præferri: vt dictum est.*

2 Coxit autem Ia. &c. *Hic consequenter describitur primogenituræ translatio: cuius occasio fuit concupiscentia pulmēti quod coxerat Iacob.*

C 3 Da mihi &c. *quia erat de lentibus rufis.*

4 Quia op. &c. *id est valde.*

5 Quam ob causam &c. *Ista non fuit tota causa, sed pars causæ, quia cum hoc fuit alia causa quæ prædicta est.*

Iacob emit primogenituram. 6 Vende mi. pri. &c. *Ad intellectum literæ sequentis hic primò quæritur quomodo Iacob qui erat sanctæ vitæ (vt prædictum est) petijt sibi vendi primogenituram: quia tempore legis naturæ quæ tunc currebat: primogeniti erant sacerdotes, & sacerdotium semper fuit reputandum sacrum: & ideo videtur simoniam commisisse. Item de iure primogenituræ erat quòd haberet duplicē partem in bonis paternis respectu aliorum, propter quod Ioseph cui Iacob dedit primogenituram, inter alios fratres habuit duas sortes: & duas tribus inter alios filios Israel, tribum Ephraim, & s. tribum Manasse. Cum igitur Isaac pater eorum haberet multa bona: sequitur etiam quòd primogenitura in bonis temporalibus multum valebat: & sic videtur Iacob fecisse magnam fraudem & deceptionem in hoc quòd pro re tam modica. s. esu pulmentj acquisierit ab Esau ius primogenituræ. Ad primum dicendū q. ius primogenituræ erat ipsius Iacob de iure: quia ex determinatione diuina vt prædictum est qua minor fuit præpositus maiori: propter quod Malac. j. a. dixit dominus: Iacob dilexi: Esau autē odio habui. & Apostolus ad Rom. ix. f. dixit quòd hoc dictum est de ipsis antequam nati fuissent ex diuina electione: & sic patet quod ex diuina sententia debebatur ipsi Iacob ius primo-*

genituræ & istud fuit sibi reuelatum a matre. Esau verò de facto ius primogenituræ possidebat: & ideo licitum erat Iacob prædictū ius ad se retrahere: cauto, quod facit quādo vidit ipsum Esau ita lassum venientem de agro quod iam erat mori: propter quod tunc minus appreciabatur ius primogenituræ: sicut dixit: En morior: quid mihi proderunt primogenita? Vidit etiam concupiscentem & petentem pulmentum quod præparauerat: & per consequens tunc vidit tēpus conueniens in quo ius primogenituræ sibi debitum per modum emptionis retrahere ad se poterat, quod & fecit: nec in hoc peccauit, quia non intendebat emere rem sacrā: sed redimere vexationem suam. Esau autem peccauit, non solum peccato F *gulæ inordinate cibum appetēdo: sed etiam peccato simoniæ rem sacram vendere intendendo: & sic patet ad primū. Ad secundum patet ex dictis: quia ex quo fuit erat de iure: poterat pro nihilo accipere: & ideo in modico precio nulla fuit deceptio à parte eius: Verumtamē quia non est verisimile quod homo prudens rem tāti valoris pro tam modico precio vēdiderit nisi alius vellet vendere: ideo dicūt hic Hebræi, quod cibus iste de quo hic agitur non fuit precium emptionis primogenituræ, sed vltra precium datum fuit a Iacob per modū curialis consuetudinis: quia in translatione rei notabilis recipiens vltra precium: soluit virum: per quod aliquando intelligitur prandium vnū & hoc videtur ex littera cum dicitur.*

7 Iurauit, &c. *Sed quantum fuit precium scriptura non determinat: sicut nec in multis aliis.*

8 Et sic, &c. *pro auantagio vltra precium secundum consuetudinem vendētium. Si autem contra hoc arguatur per illud quod dicit Apostolus ad Heb. xij. d. Ne quis fornicator aut prophan' vt Esau, qui ꝓpter vnā escā vēdidit primogenita sua. Potest dici secūdū istam opinionē quod ly, propter, nō notat precij quātitatē sed solū causam motiuā: quia illa esca fuit causa motiua ad tractandum de venditione, vt dictum est.*

9 Patui. &c. *Erat enim fortior viribus ipse Iacob: & intētus cautelis mundanis per quæ cogitabat retinere ius primogenituræ, non obstante venditione & iuramento.*

CAP.

✻ MORALITER.

* † *Isaac amauit.* Per quod designatur quòd prælatus bonus cautelis & donis subditorum malorū aliquando decipitur, propter quod infra Isaac caligans oculis, dicitur.

1 *Et Rebec. &c.* i ecclesia vel religio: Nā cōmunitas ecclesiæ secularis & etiam religionis magis diligit simplices & bonos quàm astutos & malos.

2 *Coxit autem ia. pul.* Cuius appetitu vēdidit Esau primogenita: & sic quę per cibum patrem decepit per cibū primogenita perdidit secūdū illud Sa. xi. c. *per quæ peccat quis per hæc & torquetur. i.*

9 *Et abiit, &c.* secundum illud Pro. xviij. a. *Peccator cum in profundum peccatorum venerit contemnit, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIO I.

A *In ca.xxv.vbi dicitur in postil.Unde in bibliis Hebraicis cor.&c.*
Pr hoc autem quod hoc nomen concubinarum in hoc loco scribatur diminuté, & non designatur quod non fuit nisi una concubina:vocabulum enim quod hic in Hebraico ponitur semper significat concubinas in plurali, sicut scribatur diminuté sive integre:vt patet scienti linguam.

ADDITIO II.

In eo.ca.xxv. vbi dicitur in po. Congregatúsque est ad populum suum.
Non modicum attendendum esse videtur quòd de nonnullis sanctis antiqui testamenti cum de hac vita migrauerunt, scriptura dicit ipsos congregari ad populum suum,vt hic de Abraham. & infra.xxxv. c.de Isaac:& Gen. penu. a. de Iacob,similiter de Mose & Aaron in suis locis,nunquam tamen de aliquo eorum dicitur quod obdormiuit in Domino,sicut de quibusdam sanctis no.testa.vt Act.vij.g.de Stephano dicitur: Et cum hoc dixisset,obdormivit in domino. *& sic de quibusdam aliis, quod catholicæ veritati valde consonat: de iniustis verò dicitur:* Peribit anima eius.*&c.vt suprà ca.xvj.& infr. in multis locis, quia tali congregatione sanctorũ carebant. De iustis verò post passionẽ Christi decedentibus propriè dicitur:* Dormierunt in domino, &c. *quia post hanc vitam in domino per beatam fruitionem requiescunt.*

ADDITIO III.

*In eodem capitulo xxv. vbi dicitur in postill. In Hebræo autem non dicitur,*mortuus est,*sed* transiit,&c.
In Hebræo in hoc loco non dicitur transiit, *sed* deficiens mortuus
B est.Et congregatus est ad populum suum. *& ex hac secunda particula datur intelligi, quòd in gratia decessit, prout dictum fuit in additione immediatè præcedenti.*

ADDITIO IIII.

In cod. *ca.xxv. vbi dicitur in postill.* Perrexitque vt consuleret dominum,&c.
*Quidam expositores Hebræorum dicunt,& est magis consonum litera.q non iuit ad aliquẽ prophetam ,sed aliquem locũ deuotũ & secretum, in quo quietius oraret Deum cui consonat quedã glo. nostra.& etiam verbum quod hic ponitur in Hebræo:vbi dicitur.*Vt cõsuleret dominum, *&c.quod non significat consultationem tantum,sed etiam orationem. vnde sequitur:* Qui respondens ait: duæ gentes, &c. *Ipse enim Deus quem exquisiuerat per orationẽ , respondit ei per angelum vel occultam inspirationem,nec mirum cum Agar Ægyptia & ancilla Saræ prophetias reuelationes habuit per angelos,vt supra cap.xvj.& xxj.*

ADDITIO V.

In eo.c.xxv.vbi dicitur in postil Duę gentes in vtero tuo sunt,&c.
Romanum imperium Iudæi asserũt esse vnum & idem cũ regno Christi sue ecclesie: quod tamen manifestè est falsum , & ab eis malitiosè fictum,vt ex hoc credatur , & quarta bestia in reuelatione Danielis contenta, accipiatur pro regno Christi & sic expectetur destructio eius fieda per Messiam suũ, quem maniter expectant.Falsitas autem huius fictionis patet in additione super D.m.cap.suprà dicto.Secundũ tamen catholicam veritatem tempore legis ante aduentũ Christi per Esau intelligitur gens,quam propagauit Esau,prout gl.in hoc loco testatur:sicut per Iacob intelligitur gens ab ipso Iacob secundum carnem descendens. Sed post Christi passionem populus ecclesie per Iacob intelligitur,& plebs Iudæorum per Esau:vnde maior tẽpore.s.plebs synagogæ seruit minori.s.populo
C *Christianorum,prout in alia gl.in hoc loco habetur. Quod autem plebs Christianorum nũcupetur nomine Iacob vel Israel satis est cõsonum rationi,cum ipsi Iacob seu Israel succedãt in fide, quæ eadem est antiquorum & modernorũ Sed quæ sit ratio quare plebs Iudæorum intelligatur per Esau,cum ab ipso non descendant secundum carnem,nec ei succedãt in fide,in libro Abdiæ prophetæ,qui de Idumæis principaliter tractat dominio concedente ostenditur.*

ADDITIO VI.

In.e.c.xxv.vbi dicitur in postil. Ad intellectum literæ sequentis.
Dubia hic mota à postillatore aliter possunt solui , & forte magis ad
Duob. modis figuratiuè scriptura loquitur. *propositum.Ad quod sciendum,quòd cum historiæ vet. testa. figuratiuæ fuerint , omnia enim in figura contingebant illis : vt* j. *Cor. x. b. fiebat tamen hoc duobus modis. Primò.s. quòd cum illud quod secundum historiã contingebat, trahebatur in scriptura iuxta literam ad aliquam doctrinam exemplarẽ inde sumendã , licet vlterius aliquid aliud præfiguraretur in melius , sicut patet de immolatione Isaac suprà xxij. c.quæ quidem immolatio secundum literã fuit virtuosa & valdè exemplaris, cum per eam ad literã insinuatur excellentia obedientiæ & timoris Dei in ipso Abraham, quæ cedit in exẽplũ salutiferũ aliorũ , licet passio Christi per eã figurata esset lõgè melior,& in talibus historijs præter rationẽ figuralem requirenda est ratio literalis. Secundo verò modo* D *illa quæ secundũ historiã contingebãt,traduntur in scriptura solũ ad figurandũ futura,sicut cũ Esa.xx.a. legitur de Esaia,q incedebat tribus annis nudus & discalceatus,vt præfiguraret ruinam Aegyptiorum & Æthiopũ futuram. Similiter Osee j.a. legitur, quod propheta accepit vxorem fornicariam , & fecit filios fornicationum.vt præfiguraret quod terra fornicatura esset à domino. Et in talibus historijs tota ratio historie accipitur à re figurata, nec oportet quærere aliã rationẽ literalẽ. Finis enim totalis talium historiarũ est non id quod sunt , sed id quod figurant. Ratio autẽ eorũ quæ sunt ad finẽ secundũ philosophũ assumenda est ab ipso fine, non enim quærendũ est an honestè se habuerit Esaias nudus lõgis tẽporibus incedendo, aut si licitè se habuerit Oseas filios fornicationum faciendo,quia illa iussa à diuino fuerunt facta solum ad figurandũ.Vnde in proposito, si gesta Iacob cũ Esau in suis primordijs attendentur , manifestum est quod fuerunt instinctu diuine facta solum ad figurandum. Quod enim colluctabantur in vtero matris paruuli,non fuit secundum naturam intentum , nec in scriptura narratum ad hoc vt inde de aliqua doctrina exemplaris sumeretur,sed solum diuino instinctu factũ fuit, & in scriptura traditum , ad figurandũ q̃ duæ gentes seu duo populi diuiderentur,vt patet per diuinã declarationẽ ibi factã.Similiter quod minor frater egrediens ex vtero plantam fratris maioris teneret in manu, solũ fuit factũ & in scriptura narratum, vt figuraret quod Iacob supplantaturus erat fratris primatũ.vnde gesta istorũ fratrum adinuicẽ sicut cũ essent in vtero, & cũ ex vtero egrederentur fuerunt facta, & in scripturis tradita , vt figuratiua tantum. non autem vt exẽplaria, vt iã dictũ est . Similiter tenendum est,de quibusdam quæ contigerunt in eorũ conuersatione ad inuicem , tam in emptione primogenituræ,quàm in receptione benedictionis,s. quod ad figurandum tamen domino disponente contigerant & scripta fuerant, & imo non est in istis quærenda alia ratio literalis,vt puta quomodo Iacob perebat sibi vẽdi primogenituram,cum reputaretur quid sacrum , & huiusmodi quæ in postilla querunter. nam ipse historie habent rationes figurales solũ non autem literales,vt dictum est de predictis historijs Esaiæ & Oseæ.vnde ex hoc ipso, quod facta Iacob secundum se considerata in hoc loco videntur esse dolosa & iniusta, sumitur ratio quod fuerunt facta non propter se, sed ad figurandum ; & hoc est quod dicit gl.in hoc c.super illud verbum:* Erat Iacob vir simplex.*&c* Erat *Iacob sine dolo habitans in domo , vt magna sit quæstio,* E *quomodo per dolum accepit benedictionem qui erat sine dolo,sed ad figurãdum aliquid magnum hec scriptura permisit.hoc in Glo. Quæ autem ipse historie figurassent:traduntur doctores,spiritualiter Isaac.xxv. vbi dicitur* Esau primogenita *sua propter escam fratri suo minori vendidit, ac postmodũ paterna benedictione sibi promissa priuatus est:signat eandẽ populũ Israeliticũ , qui à Deo(vt liber Exodus narrat)primogenitus filius nuncupatus est.quia etiam propter presentis seculi lucra non solum primatus sui honorem amisit,verumetiã & regni cœlestis premium præparatum adipisci non meruerit,dominoquodammodo exprobrante , cum dicit Matth.xxj.d.* Auferetur à vobis regnũ Dei , & dabitur gẽti facienti voluntatem eius, &c. *hec Isi. Si autem contra hoc dicatur, quod hec expositio Isi. & alia similes quæ in hoc loco traduntur à doctoribus,sint allegoricæ,non autem literales,& ideo non faciunt ad propositum,nam in hac postilla principaliter agitur de sensu literali.Dicendum quod verũ est,quod sensus literalis presentis historie est,cum litera simpliciter exponitur , qui propriè dicitur sensus historicus.Expositio autem Isi. s. prædicta est reddituia causæ ipsius sensus literalis , & sic pertinet manifestè ad sensum literalẽ qui per eam elucidatur secundũ Aug.in lib. de vti.cre.prout largius fuit ostensum suprà in additione super prologum art.iij.& quia ea quæ hic traduntur in historia solũ fuerunt facta ad figurãdum,vt dictũ est ,idcirco non est ibi alia ratio præter figuralem querenda, vnde secundum sanctum Tho.in prima secunda.q.ci.ar.ij.in responsione ad.ij.a.g.dicit, q̃ si cerimonialia præcepta ve.le.essent data solũ ad figurandum futura , non haberent aliam causam seu rationem præter figuralem. Sed forte diceret quis prædicta esse contra sentẽtiam Apostoli , qui prophanum Esau vocat ex hoc quòd* propter vnam escam vendidit primogenita: *Heb. xij. d. Ex quo patet quod Esau viituperandus fuit propter illam venditionẽ , quòd non videtur rationabile secundũ hãc expositionẽ. Nã sicut Iacob excusatur à dolo & huiusmodi, ex hoc quòd ita faciebat instinctu diuino ad figurandum , eodem modo videtur excusandus Esau de venditione stulta seu prophana quam fecit, eo quòd venditio sua etiam erat figurativa. Ad hoc dicendum,quòd venditio Esau etiam si fuerit figurativa, processit tamen ex prava intentione.s. ex contemptu doni spiritualis diuini.s. primogenituræ. quod donum habuit à Deo in sua nativitate,& hoc insinuatur in litera cum sequitur,* Abiit paruipendens.s. *contemnens quod primogenita vendidisset, ex quo actus eius redditur vituosus & vituperandus. Emptionem autem primogenituræ ab ipso Iacob,præsumendum est non esse factam ex prava intentione,sed potius instinctu diuino, Deus enim ipsum præelegerat adhuc in vtero existentem:vt patet ex hoc quod suprà dicitur:* Maior seruiet minori *similiter ex hoc quod dicitur Malach.j.a.* Iacob dilexi, Esau verò odio habui. *vnde in emendo primogenituram etiam excusabatur eo quod vexationem suam redimebat.*

ADDI-

A ADDITIO VII.

In cod.cap.xv.vbi dicitur in postilla:Si autem contra hoc,&c.
Si illa esca non fuit in precij quantitatem,sed solum causa motiua ad tractandum de venditione ,& fuit inter illos alia quantitas conueniens in precium , vt postillator videtur dicere,tunc non est dicendus prophanus Esau propter illam escam quam accepit , cum sæpe contingit etiam inter viros prudentes , quòd ex aliqua modica causa introductiua ineAlias † inpiunt † tractare magnos tractatus : vnde verba Apostoli intelligenda trare. sunt prout sonant,& dicit sanctorum in hoc loco censonant.

REPLICA. *Correctorij contra Burg. In c.25.*
Burg.multa tangit.quædã consona,quædã dissona:non tamen per omnia ponderosa nec pertractatione digna vsq, ad locũ illum vbi postillator dissuat de emptione & cõtractibus inter Iacob & Esau:vbi Burg.reprehẽdit postillatorẽ,volens melius soluere dubia mota,dicens finaliter quòd in proposito non est querenda ratio literalis,quia rationes omnia dubiorũ hic motorũ tantum figurales sunt & ponit exemplũ de Esaia & Osea, vide quia digressio est longa : sed pensatis hijs quæ Burgen. ponit in responsione ad septimum argumentum sui prologi , apparebit eum frustrà laborasse in proposito.Ibi enim exponens dictum beati Gregorii in moralibus videlicet : Cum ordo historie deficit , sese nobis intellectus mysticus quasi apertis iam foribus ostenditur. Dicit Burgen. quòd historiam deficere secundum significationem vocum contingit multipliciter in parabolicis locutionibus , sicut cum dicitur de Dei digito , brachio & cæteris, quæ in Deo non sunt,prout termini communiter significant. Item quando significatio vocum non inducit in fide & moribus aliquam vtilitatem,neq, honestatem conuersationis humane,sed speciem mali,sic inquit: Deficiente historia recurrendum est ad sensum spiritualem , quia tunc pro literali accipi debet.Ad idem est beatus Augustinus super Gene.in principio dicens : Si in verbis Dei vel cuiuscunq, personæ in officium propheticum assumptæ dicitur aliquid,quod non nisi absurdè ad literam potest intelligi proculdubio figuratiuè esse dictum ob aliã significationem accipi debet.hoc Augustinus dans intelligere,quòd vbi non est irrationabile:nec absurdum : primum omnium intendum est literæ ante recursum ad allegorias : vt dicit idem beatus Augustinus suprà super Genesim in principio. Nunc autem in sancto Iacob de quo est sermo , nihil est absurdum , nec irrationabile:imò si alicui posset videri quid illiciti commissum in facto, postillator per dubiorum motorum solutionem ad intentionem sanctorum doctorum elucidat & absoluit.Non igitur hic passus est solum figuralis, vt vult Burgen. sed etiam doctrinalis. Docemus enim donum Dei dispositione collatum nobis vel promissum negligere non debere:sed omni
C *vt patet Malachi.j.a.& ad Rom.9.c.Similiter & de benedictione patris eadem ratione sibi debita dicendum est,& mirum quòd Burgen.dicit ea figuralia tantum:cum etiam in eadem sua digressione dicat supplantationem quæ Iacob Esau supplantauit esse figuratam:in eo quod in vtero egrediens plantam Esau manu tenebat:non igitur hæc facta Iacob sunt tantum,vt dicit figuralia:sed etiam figurata:vt ipse subdit sibi ipsi contradicens : quod etiam ex suis exemplis patere potest. Adducit enim factum Abrahæ in immolatione Isaac : dicens illud literaliter esse intelligendum de commendatione eius obedientiæ : & doctrinaliter de imitatione eiusdẽ. Adducit deinde factum Esaiæ:quomodo nudus incessit:quod*
Quare Esaias nudus incessit. *dicit tantum esse figurale : cum tamen sit factum obedientiæ : vt dicit beatus Hierony.& ponitur in Glo.ordina. Mira,inquit, obedientia prophetæ solo cilicio induebatur vir nobilissimus : cuius filiam (vt tradunt Hebræi)Manasses rex accepit vxorem : non tamen erubuit nudus incedere:nil honestius iudicans quàm præceptis diuinis obedire. Ex quibus patet quòd vbi facta procedunt ex diuinis præceptis & instinctibus non esse solum figuralia.sed etiam commendabilia & doctrinalia.Et sicut ex medio Burgen. ostenditur factum Abrahæ non solùm figurale. sed etiam doctrinale : ita ex authoritate beati Hierony. idem medium ponentis in*
Osee filij fornicationum. *facto Esaiæ : ratio deducitur contra Burgens. Similiter potest dici de secundo exemplo per Burgens. adducto de Osee faciente filios fornicationum:*

num:quòd quia præceptum Dei fuit obedientiæ debita bonum : excusat D *si quid absurde sonare videtur:sicut & in facto Abrahe. Quid enim absurdius & magis horrendum, quàm occidere proprium filium? sed sicut eius obedientia factũ reddit laudabile & doctrinale:ita & aliorum per Burgen.adductorum. Patet igitur,quomodo se declarando sententias inducit.Reuera sicut Burgen.dicit facta Iacob de quibus est sermo,secundum se considerata videri dolosa & iniusta : ita debuit dicere de facto Abrahæ secundum se considerato:videlicet occisione filij.sed vbi accessit Dei mandatum horrendum secundum se & naturaliter factum est, nedum licitum. sed commendabile : ita in factis Iacob vbi accessit diuinus instinctus factus & ipse Iacob & Rebeccæ matri suæ secundum doctorum sanctorum sententiam, imò & Isaac sensit instinctum eundem : vt dicit beatus Augustinus.lib.de ciuit.Dei, cap.37. cum inquit, Isaac vnum pro alio benedixisse : non se fore deceptum conquestus est:sed confestim reuelato sibi magno mysterio in corde deuitat indignationem & benedictionem confirmat.Hæc Augustinus. Quibus instinctibus & reuelationibus diuinis id quod secundum se videtur dolosum efficitur laudabile. nec Burgen. probat suum propositum per Glo. illa enim mouendo quæstionem soluit per figurationem , sed non addit, tantum : quasi excludere velit sensum verum literalem,prout Burg.facit : sed quod adducit ibi.est verũ quòd est allegoria.sed non excludens literalem sensum primum. Quòd autem addit expositionem ibi. esse causæ redditiuam,non videtur verum:nam si rectè pensentur verba ibi.non exponit vt reddat causam,sed per allegoriam ostendit præsentem literam allegoriæ suæ fore figuram,& sic eius expositio est potius declaratiua effectus quàm redditiua causæ , per consequens non pertinet ad sensum literalem , sed allegoricum. Nec potest* E *Burgen.probare intentum per sanctum Tho. pro se allegatum:quia procedit per hypothesim, quæ non conceditur. Ex hypothesi enim falsa non est inconueniens multa sequi inconuenientia:vt si cælum caderet vel asinus haberet pennas.Ita supponit sanctus Thom.vt patet.vnde post totam digressionem Burgen. veritate compellente arguit contra se:& bene,sed non soluit sufficienter argumentum suum : quia sicut in his per Iacob & Esau gestis : Esau ad literam propter contemptum est reprehensibilis, vt arguit Burg.ita Iacob propter obedientiam ad diuinos instinctus laudabilis est.prout etiam Burg.ratione & veritate compulsus fatetur : quando in fine digressionis etiam verbis veritur postillatoris , quæ prius improbauit,& beatus Augustinus, 2. de doctrina Christiana dicit ad propositum in præceptis Dei:quæ bonum iubent, & malum vetant,nulla figuratiua locutio est , sed vbi præcipitur quod malum videtur figura necessaria est. cum igitur occisio filij Abrahæ mandata mala videatur : imò sit secundum se considerata : igitur figuratiua locutio est , intellige hic sicut alibi , quòd sit figuratiua per allegoriam , literali tamen sensu de præceptorum materia & obedientia semper saluo , vt commendabili & imitabili intercedente diuino præcepto & excusante : & non alias, vt vult beatus Augustinus vbi suprà.* F

Item in eodem cap. vbi postillator dicit Esau iuxta dictum Apostoli prophanum propter vnam escam, *vt ly* propter *non notat precium vel precij quantitatem , sed solum causam motiuam. Cuius contrarium dicit Burgen.asserens , quòd ex causa motiua non debuit dici prophanus: excludens quòd dictum Apostoli intelligi debeat prout sonat ex dictis sanctorum. Respondeo ergo.quòd magister in Glos. super illo verbo Apostoli sanctorum dicta recolligens dicit : Quòd Esau prophanus dicitur à procul & phano , quia propter escam vilem se fecit procul à Dei cultu, qui principaliter ad sacerdotium pertinet, quod vsq, ad tempora Aaron fuit annexum primogenituræ , quam ipse Esau paruipendebat vendens primogenita sua : non pro vna esca tanquam pro precio , sed* propter vnam escam, *quæ causa motiua fuit ad contractum faciendum. Et sic videtur postillator iuxta verba Apostoli & dicta sanctorum multum proprie loqui.quia per ly* propter, *non exprimitur propriè precium vel venalis , sed per ly* pro , *inter contrahentes enim propriè dicitur pro quanto dabis : & respondetur pro tanto precio. Sed cum dicitur propter quid vis emere vel vendere , respondetur propriè propter vtilitatem vel necessitatem : quæ est propriè causa motiua,& non precij vel eius quantitatis expressiua.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XXVI.

Erit autem fa. AVGVST. Quæritur: quando hoc factum fuerit, quod Isaac abiit in Gerara, vtrum posteaquam Esau primogenita vendidit? hæc enim continuè narrantur. an vt fieri solet per recapitulationem narrator reuersus ad ea. cũ progressus de filiis eius ad eũ locũ peruenisset qui de lẽticula memoratus est. Inuenitur quippe Abimelech, qui etiam Saram cõcupiuerat. Ipsius enim paranymphus & princeps militiæ, qui ibi memorati sunt etiã hic memorantur. Mouet tẽ vtrũ viuere aupotuerint? quãdo enim factus fuit amicꝰ Abrahæ nõdũ natus est Isaac, sed promissus. Ponamus autem antequã nasceretur Isaac illud fuisse factũ. deinde Isaac suscepit filios cũ esset annorum 60. Illi autem iuuenes erant, quando Esau vendidit primogenita. ponamus etiam circa 20. annos fuisse: & fiant anni Isaac vsque ad illud factum filiorum eius circa 80. adolescentem quoque accipiamus fuisse Abimelech, quando matrem eius concupiuit & Abrahæ amicus factus est: potuit ergo esse quasi centenarius, si post illud factum filiorum perrexit in Gerara. Ex hoc ergo non cogit necessitas putare per recapitulationem narratam esse Isaac profectionem. Sed quia ibi scribitur diu fuisse, puteos fodisse, & de his contendisse, ditatum esse pecunia, nimirum si recapitulando dictum est, quod ideò fuerat prætermissum, vt primum de filiis vsque ad lenticulam narratio peruenireꝰ, ideò quod scriptum est de Isaac: *benedixit eum Deus & exaltatus est homo, &c.* secundum terrenam felicitatem dictum esse sequentia docent. quanquam ergo aliquid spirituale ista significent, secundùm id tamen secundùm quod contigerunt præmissum est, *benedixit eum Deus*: vt intelligamus temporalia: nec dari posse nec prosperari debere nisi ab vno Deo.

CAPVT XXVI.

a ¶Refutante Iudæa verbum euangelij: panem verbi Dei sicut ante prophetica oracula.

ORTA autem fame super terram post eam 1
a ¶Christus ad gentes, quæ per naturalem rationem credebant verum conditorem, quem significat Abimelech, qui interpretatur pater meus rex.
sterilitatẽ, quæ acciderat in diebus Abrahã, abiit Isaac ad Abimelech regem 1 Palæstino- † 1
a ¶Quæ interpretatur paries vel maceria, vt destrueret parietẽ inimicitiarum.
rum in Gerara. Apparuitq; ei dominus & † 2
a ¶Væ qui descendunt in Aegyptum propter auxilium.
ait: Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi, & peregrinare in ea, eroq; tecũ & benedicã tibi. Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has: complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo: & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. Daboq; posteris tuis vniuersas regiones has: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ eo quòd 2 3
a ¶Quasi in loco isto peregrinus esto: quem in successoribus possessurus es vt dominus.
a ¶Vno quod est Christus. b ¶Aliqui de omnibus gentibus.
obedierit Abraham voci meæ: & custodierit præcepta & man- 4
a ¶Adhuc destruit Christus parietem inimicitiarum per prædicatores. 5 6
ta mea: & 2 cerimonias legesque seruauerit. Mansit itaque Isaac 7
in Geraris. Qui cum interrogaretur à viris loci illius super 8 †
b ✻ *Ne descendas in Ægyptum, &c.* THEODORETVS. Deus Isaac in Aegyptum proficisci prohibet, vt propriam sapientiam & curam vbique declararet. Nam & Patriarcham Abraham in Aegyptum descendere permisit, non quia illum alere non posset, sed vt viri illius pietatem Aegyptiis notam faceret, vtque illos ad tam eximiam virtutis æmulationem prouocaret. Isaac verò filium eius domi manere voluit, cui etiam omnia abundè suppeditauit, cæteris magna inopia laborantibus.

a ✻ *Soror mea est.* AVGVST. Quod Isaac Rebeccã, quæ vxor erat, sororem dixerit, non fuit mendacium. Genus enim Rebeccæ non tacitum est, & eam per notissimam propinquitatem sororem eius fuisse manifestum est. Propinqua enim erat ei paterno & materno sanguine. Vt autem taceret vxorem, quid mirum aut quid prauũ, si imitatus est patrem, cum eadem iustitia defendatur, qua pater eius de simili obiecto inculpatus inuentus est?

b *Cumq; pertransissent, &c.* ISIDO. A tempore Christi vsque ad Constantini tempora nó in conuentu populorum, sed tãquam per latebras prædicabatur fides. in secreto cõgregabãtur Christiani. tandẽ videntes Christiani principes seculi per miracula, Christi maiestatẽ contemperatã humanæ infirmitati, vt possint sociari, *& esse duo in carne vna*, iam in manifesto Christi & ecclesiæ sacramentum prædicare permiserunt, & diu fuisse absconditum doluerunt.

c *Vidit eũ iocan. &c.* AVGV. Quid sibi velit in sacramẽto Christi & ecclesiæ, quòd tantus patriarcha cum coniuge luserit, vnde cõiugium sit cognitum, videat profecto quisquis ne aliquid in ecclesia narrando peccet, si secretũ viri eius in scripturis intueatur, & inuenit eum maiestatem qua æqualis est patri paulisper abscõndisse in forma seruuli, vt eius capax esse posset humana infirmitas, cõque modo se coniugi congruum aptaret. quid enim absurdum, imò quid pronunciationi futurorum incongruum? si propheta carnale aliquid lusit, vt eum caperet affectus vxoris, cum *verbum Dei caro factum sit, vt habitaret in nobis.*

Vbi suprà. ✻ IDEM. Rex alienigena Rebeccam viri sui coniugem tunc esse cognouit, quando eum cum illa ludentem vidit, quod non cognouisset, nisi cum coniuge illa sic luderet, quomodo cum ea quæ coniux non esset ludere non diceret.

✻ PROCOPIVS. Hebræi tradunt, honesto illo vocabulo reuerentiæ gratia ipsum significare concubitum.

d ✻ *Qui tetigerit huius hominis vxorem, &c.* CHRYS. Hinc est quod rex ille tantam habet rẽ iusti quasi prædicans eum omnibus terræ suæ habitatoribus. Sic & Nabuchodonosor postquã pueros in fornacem iniecerat, & reipsa cõprobauerat captiuorum adolescẽtum virtutem, tunc prædicare eos cœpit, & vbique lingua sua fecit illustres.

Hom. 51.

Maxima Dei cura de Isaac & eius vxore.

e *Seminauit autem Isaac in terra illa, &c.* HIERONYMVS. Licet in aliena terra seminauerit Isaac, non puto quod tanta ei hordei fertilitas fuerit. Vnde melius arbitror quod habetur in Hebræo, & quod Aquila transtulit. *Inuenis in illo anno cẽtuplum æstimatum,* Tacens autem scriptura genus frugum quòd centuplicauerit, videtur cunctarum in illo ostendisse virtutum multiplicationem.

Benedicit Deus ipli Isaac & profamę diuitias dat ingentes.

✻ AVGVSTINVS. Secundum terrenam fœlicitatem dictum sequentia docent. Exequitur enim narrator easdem eius diuitias, quibus magnus factus est, & hinc motus Abimelech, timuit illum ibi esse, ne potentia eius sibi esset infesta. Quanquam ergo. spiritale aliquid ista significent, tamen secundum id quod ita contigerunt, ideò præmissum, benedixit eum dominus. Vt sana fide intelligamus etiam ista temporalia dona, nec dare posse, nec sperare debere, etiam cùm ab infirmioribus appetuntur, nisi à solo Deo.

a Ob

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XXVI.

Diuisio. 1 RTA autem fame. *Descripta generatione prolis. Hic consequenter describitur probatio patris & primo respectu gentis alienæ, secundo respectu familiæ propriæ in fine huius capituli* Esau verò. *Adhuc primo probatur in aduersis. Secundò in prosperis ibi*, Seminauit autem Isaac. *Adhuc primo probatur in exortu famis, secundo ex metu propriæ vxoris ibi* qui cum interrogaretur. *Circa primum considerandum, quòd Isaac habebat magnam familiam & pecora: & ideò ex fame orta imminebat sibi periculum, nisi transferret se ad regionem abundantem, cuiusmodi tunc erat terra Aegypti, & ideò voluit se transferre ibi, verumtamen, quia Deus sibi inhibuit confidens de Deo, & volens sibi obedire in terra intermedia remansit. Et patet litera vsque ibi.*

2 Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. *Quod exponunt Hebræi sic: quamuis aliquis imprecabitur bonum alicui dicet: Faciat tibi Deus, sicut fecit Isaac. Catholici autem melius exponunt de Christo, qui descendit de Isaac secundum carnem, in quo omnes gentes terræ consequuntur benedictionem, sicut suprà expositum est.*

3 Eo quòd obedierit Abraham voci meæ, *Hoc additur, ne crederetur Isaac simpliciter perfectior ipso Abraham: ideò in promissione sibi facta fit memoria de iustitia ipsius Abrahæ.*

4 Et custodierit præcepta & man. &c. *ista sunt quæ sunt de dictaminе rationis rectæ & seruanda etiam si nulla lex esset de hoc posita, sicut reddere depositum ipsi deponenti, & similia.*

5 Et cerimonias. *Ista sunt, quæ pertinent ad modum colendi Deum.*

6 Legésque seruauerit. *Ista sunt quæ non obligant, nisi quia sunt à Deo vel homine instituta vel præcepta. Et ex istis patet, quòd ante legem Mosi datam plura fuerunt obseruata de illis quæ tempore Mosi fuerunt scripta.*

7 Mansit itaque Isaac in Geraris. *Ex præcepto diuino, noluit enim quod descenderet in Aegyptum. Causam autem huius dicunt Hebræi, quia Isaac vt suprà dictum est 22. c. fuerat domino consecratus quando fuerat oblatus in monte, & ideo non erat decens, quòd exiret terram promissionis & ideò remansit in Geraris, quia tota Palæstina continetur infrà terminos terræ promissionis.*

8 Qui cum interrogaretur. *Hic consequenter ponitur probatio Isaac in meta ratione vxoris: celans prudenter veritatem absque tamen*

✻ *falsitate*

NICOLAVS DE LYRA.

falsitate dicens eam sororem suam esse, & eodem modo exponatur sicut dictum patris sui de Sara: vt suprà dictum est 20. cap.

1 Cúmq; pertransissent dies, &c. *Ex hoc videtur, quod se habuit ad vxorẽ sicut ad sororem continendo ab ea, quousq;, expertus fuit, quòd propter eius pulchritudinem non molestabant eam, & tunc redijt ad exercendum actum coniugalem. Ideò sequitur.*

2 Prospiciens Abi. &c. *ad est, reddentem debitum vxori. Dictio enim Hebraica quæ hic ponitur: aquinaca est ad ludum & ad coitum: vt suprà dictum est. 21. c. Et quòd hic debeat accipi in secundo sensu, videtur per illud quod subditur.*

3 Perspicuum est, quòd vxor tua sit. *Alij verò dicunt, quòd vidit eum amplexantem vel osculantem Rebeccam, quod non faciebant viri, nisi cum vxoribus proprijs.*

4 Cur mentitus, &c. *Non est mentitus, quia de cognatione sua erat:*

5 Quare impositi sti nobis. *Imponere in vna significatione idem est quod decipere, & tunc construitur cum dativo, & sic accipitur hic, & eius supinum est impositum: sed aliquando syncopatur & dicitur impostum, & inde dicitur impostor, id est deceptor, cætera patent.*

6 Seminauit autem Isaac. *Hic probatur tempore prosperitatis, quia ex hoc inuidiam insurgentem contra eum, & iniuriam patienter toleraui. Et patet litera exceptis paucis verbis.*

7 Et inuenit, &c. *ad ostendendum quòd fuit ex speciali dono Dei, quia ille annus non fuit fertilis. Ad quod denotandum signanter dicitur in ipso anno.* Recede à nobis: quoniam potentior nobis factus es. *acsi diceret: si tu rebellares tu posses à nobis auferre ciuitatem, vel si venirent aduersarij posses te illis coniungere, & tradere eis ciuitatem & terram. Hoc tamen dicebat motus inuidiæ spiritu, quo non poterat eius prosperitatem tam celerem videre.*

✻ 1 Et

MORALITER.

1 *Orta autem fa.* In hoc capitulo agitur de peregrinatione Isaac in Geraris. Circa quam sciendum quòd licet multi prælati curati & clerici sæculares & religiosi possessiones habentes sint bene literati & ad prædicandum apti: quia tamen sunt negociis aliis multipliciter occupati ideò non possunt hoc facere quantum expedit fidelium saluti dicente domino Luc. 10. a. *Messis quidem multa, operarij autem pauci: rogate igitur dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.* Propter quod dominus misit pauperes religiosos à terrenis expeditos & per consequens quantum ad hoc ad discurrendum pro prædicatione magis aptos, & isti significantur per Isaac, de quo dicitur. *Orta autem fam.* non panis materialis, sed spiritualis, videlicet audiendi verbum domini, vt dicitur Amos. 8. d.

† *Abijt Isaac*, id est, pauper prædicator ad prædicandum.

† *Apparuitq; ei Dominus, &c. in Aegyptum, &c.* id est, ad populum in infidelitate obstinatum. Matth. 7. a. *Nolite sanctum dare canibus, &c.* Sequitur.

7 *Mansit itaque Isaac in Geraris.* Qui interpretatur aduenæ appropinquantes, per quod significantur populi deuoti, qui licet nunc sint aduenæ à patria cœlesti, tamen libenter volunt audire de ea per prædicationem verbi diuini sicut quilibet aduena libenter audit bonos rumores de patria sua.

8 *Qui cũ interroga. à viris loci illius super vxo. sua.* † *Respõdit: for. &c.* Per quam intelligitur sapientia, sicut dicitur Sapien. 8. a. *Hanc quæsiui mihi sponsam assumere.* Quia nullus debet se iactare sapiẽtiã

† habere

MORALITER.

habere. Propter quod Pythagoras non dixit se esse sapientem, sed philosophum, id est, sapientiæ amatorem, φίλος quod est amor, & σοφὸς, sapiens quod significatur nomine sororis, quæ amabilis est, non tamen sponsa.

4 *Prospiciens Abimelech Palæstinorum rex, &c.* Per quem intelligi potest summus pontifex habens regimen vniuersalis ecclesiæ. propter quod dictos religiosos considerauit vacare studio sapientiæ, ideò dixit verbo mentis & oris.

5 *Perspicuum est quod vxor tua sit.* Per euidentiam enim doctrinæ apperuit sapientiam sponsam eorum esse. vnde Papa Gregorius tertius beatum Antonium de ordine minorum qui diu sapientiam suam celauerat, arcam testamenti vocabat.

† *Potuit*

† *Potuit coire quiẽpiam, &c.* id est, sapientiam in te latentem fœdare in suis derisionibus propter exteriorem simplicitatem in victu & habitu.

† *Et induxeras, &c.* Magnum enim esset peccatum si permitteretur contemni sapientia pauperum. ideò sequitur.

† *Qui tetigerit, &c.* id est, suis derisionibus & detractionibus fœdauerit pauperis sapientiam.

† *Morte morietur*, scilicet, culpæ.

7 *Semina autem Isaac*, id est, pauper prædicator semen verbi diuini.

7 *Et inuenit in ipso anno centuplum.* id est, fructum multiplicem animarum.

† *Benedixitque ei dominus.* Multiplicando numerum fratrum, & merita, & famam eorum.

† † Ob

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Ob hæc inuidentes, &c.* ISIDO. Isaac Christus, qui primũ vult A fodere puteos, quos foderant pueri patris sui. Moses enim puteum legis fodit, Dauid, Salomon, & prophetæ libros scripserunt ve testa. quos terrena & sordida impleuerat Iudæorum intelligentia: quorum os cum vellet purgare, vt ostenderet quæcunque lex & prophetæ dixerunt de se dicta esse, rixati sunt Palesthini. i. Iudæi à regno Dei alieni, & discessit ab eis. Nõ enim potest esse cum eis, qui in puteis nolũt habere aquã. sed terram. Et dicit eis. Matt. 23. d. *Ecce relinquetur vobis. d. v. d.* Fodit ergo Isaac, imò pueri eius puteũ nouum. s. apostoli & euangelistæ: qui fodientes puteũ nouũ test. inuenerũt aquam salientem in vitã æternã. pro his quoque certãt qui terrena sapiunt, nec patiuntur noua condi, nec vetera purgari. Dicitur ergo ad eos Act. 13. g. *Quoniam indignos vos exhibuistis gratia Dei, ex hoc ia ad gẽtes ibimus.*

Alios puteos fodit pro quibus rixatur contra ipsum.

B

Hom. 52.

✠ CHRYSO. Ita agere solet inuidentia, non potest benigniter videre aliorũ fœlicitatẽ, sed fœlicitatẽ proximi, suam putant infœlicitatẽ, & tabescit bonis proximi, vt hic factum est.

b *Puteos, &c. obstruxerũt, &c.* GREGO. MORALITER.

* autem. Sæpe cum verbis diuinis intendimus: dæmonũ insidias grauius toleramus quæ mẽti nostræ terrenarũ cogitationum puluerẽ aspergunt, vt intentionis oculos à luce intimæ visionis obscurent. Nos enim puteos fodimus, cum scripturæ alta penetramus, quos occultè allophili replent: quia terrenas cogitationes ingerunt & diuinæ scientiæ aquam tollunt, vnde Psal 128. a. *Declinate a me ma. & scru. man. d.*

Gratiarum actio.

lib 7. ca. 11.

✠ RVPERTVS. Postquam magnificentia nominis Christiani Romanum quoque cœpit imperiũ, & idola contempta sunt, inuidia suborta est hæreticorum, qui vt Philistiim repleuerunt sacræ scripturę puteos. Vt non facilè inuenire posset vbi est doctrina veritatis. Intantum vt diceret ipse Abimelech, *Recede à nobis quoniam potentior nobis factus es.* Adeò nanque aucta est hæreticorum vis, vt regum quoque & imperatorum corda obtineret, eorumq; gladiis vtens, penè atrocius quàm gentilis error in Christianos desæuiret. Rursum, inquit, *fodit alios puteos, quos foderant serui patris illius Abraham, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philistiim.* Semper enim quæcunque hæresis exurgat, semper Christus præsto adest, & de suis aliquos præparat Scientia, qui stare valeant aduersus hæreticos, & mera scripturarum veritate potare sitientes paruulos. *Appellauit q; eos ijsdem nominibus quibus pater.* id est, eadem veritate, eodem spiritu veritatis fecit eos intelligere scripturas.

D

✠ ORIGENES. Vide etiã quia fortè in vniuscuiusq; nostrum anima est puteus aquę viuæ, est quidã cælestis sensus, & imago Dei latens, & hunc puteum Philistini. i. aduersæ potestates repleuerunt terra, id est, carnalibus sensibus & terrenis cogitationibus.

Hom. 34

† Hoc. Puteos Isaac obturãt Philistiæ in uidi & eum expellunt.

c *Et ille discedẽs, &c.* HIER. Et abiit inde Isaac & venit in Geraram vallem, & habitauit ibi. pro *valle, torrentem* habent in Hebræo. Nunquã enim Isaac postquã magnus factus est habitare potuit in valle: sed in torrẽte. de quo scriptum est Psal. 109. a. *De torrente in via bi.* de quo Helias in tempore famis bibit, sed quia non erat perfectus, vt Christus, torrens ei aruit. Christus verò etiam in torrente traditus est, dedicans regenerationẽ nostram, & baptismi sacramentum.

1 2

Torrens

E

d *Fodit alios puteos, &c.* MORALITER. ISIDO. Isaac apud alienigenam gentem puteos fodit, in quo monemur, vt in hac peregrinatione cogitationum profunda penetremus & quousq; verę intelligẽtiæ aqua redeat: inquisitionis manu ad exhaurienda cordis terrena nõ torpescat. Allophili insidiantes puteos replent, quia immũdi spiritus cũ nos studiosè fodere conspiciunt, molestias tentationum cogitationibus ingerunt.

* qui serui Isaac.

e ✠ *Nostra est aqua, &c.* RVPERTVS. Sic profectò hæretici sacras scripturas, non quidem obstruxerunt, sed pro illis contenderunt, dicentes, *nostra est aqua.* quod est dicere, nostra sacramenta vera sunt sacramenta, nos quod damus sanctum est, vitale & viuificum, apud nos sola ecclesia est.

Hac verba Rebeccæ aliter exponuntur iuxta literam, vt sit sensus, si maledictio contingat in me erit, eo quòd induco te ad hoc: & hoc dicebat confidens de Deo, vt postil. dicit.

In cod. cap. 27. vbi dicitur, In pos. Quantum ad primum scilicet formam benedictionis.

ADDITIO III.

Quidam exponunt hanc benedictionem sic: vt tria præmissa intelligātur merè tēporalia, s. abundantia victualium, per hoc quod dicitur: Det tibi Deus de rore cæli. *Excellentia potētiæ, per hoc quòd dicitur:* Seruiant tibi populi, &c. *Præeminentia primogenituræ: per hoc quod dicitur:* Esto dominus fratrum tuorum. *Secundum verò intelligatur de bonis spiritualibus: & hoc cum dicitur:* Qui maledixerit tibi sit ille

Maledicere maledictꝰ. *Cuius ratio est, nam cū maledicere aliquē cōmuniter importat optare ei malum, optare autem malum semper est peccatum, nisi proximus sit peccator: & optetur ei aliquod malum pœnæ: vt ex hoc sequatur sibi aliquod bonum, prout in secunda secundæ. q. 66. Ex quo sequitur quòd boni & iusti nunquā sunt maledicendi. vnde Num. 23.* Quomodo maledicā, &c. *& sic tanto grauius peccat, quāto persona cui maledicit, magis est amada seu reuerenda: vnde Leui. 20.* Qui maledixerit patri suo, morte moriatur, &c. *Exod. 22.* Principi populi tui non maledices. *Ex hoc igitur quod Isaac prophetice maledicebat maledictibus Iacob intelligitur quòd posteritas Iacob præsertim spiritualis, cui hæc benedictio principaliter dirigebatur, futura erat iusta & virtuosa, sic vt ei maledicentes essent digni maledictione. & sic in ista particula includitur, quòd posteritas Iacob debebat esse benedicta in spiritualibus, quæ in virtutibus principaliter consistunt. Infra autem cap. vigesimo octauo, expressit quædā ad benedictionē gratia pertinēta: & hoc cū dicit:* Et det tibi benedictiones Abrahæ & semini tuo post te, &c. *Et predicto modo intelligenda sunt verba quæ sup. 12. c. fuerūt dicta à Deo ipsi Abrahæ. s.* Maledicam, &c.

F

In eo. c. 27. vbi dicitur in postil. Hebræi dicunt: Prouidenter &c.

ADDITIO IIII.

Dictio Hebraica in hoc loco posita nō est equiuoca. Nihil enim significat, nisi dolum vel fraudē. vnde translatio bene se habet, cū dicit: Fraudulenter, *sed quia dolus vel fraus, licet præcipiantur in malo, abusiuè tamen quandoq; accipiuntur in bono, iuxta illud. 2. Cor. 12. c.* Cū esset astutus dolo vos cepi, *ideo hac dictio,* fraudulenter, *accipitur hic hoc modo. s. abusiuè, vel Isaac forte volens se excusare ab Esau, vocauit Iacob fraudulentum quasi in propria significatione.*

REPLICA.

Correctorij contra Bur. In ca. 27. vbi postil. dispositionem, benedictionem, & ordinationē voluntatis vltimæ ipsius Isaac exponit ad literam: Bur. insistat sicut sup. c. 25. volens q. totum sit tantū figurale: sed hoc satis improbatū est ibidem. Cum enim in litera hac nihil narretur de virtute sermonis falsum, nec absurdū, mirandū est q. Bur. cōtra B. Aug. & alios sanctos Doct. hic vitiuit sensum literalem obiicere: sufficeret dicere quòd sensui allegorico huius passus sit potior & magis à spiritu sancto auctore scripturæ intentus: ex hoc tamē literalis sensus nō est abiiciendus, nisi esset in eo de virtute sermonis absurditas, quod nō est ita. supra. In eo. ca. diuersitas surgit inter postil. & Bur. de litera Hebraica: vbi nostra translatio habet fraudulenter, *postil. dicit dictionem Hebraicā fore æquiuocā ad fraudē & cautelam: & ita debere hic sumi pro cautela, quia Isaac instructus vt etiam nollet eam retractare, sed potius confirmare eādem, vt dicit B. Aug. de hac materia diuinitus q. ipse Iacob debebat benedictio à Deo supra allegatus: & Glo. Non potuit rectè imponere ipse Iacob fraudem in propria significatione, sed cautelam ne videretur contradicere Deo inspirāti. Bur. autē dicit dictionē Hebraicam hic non esse æquiuocā, sed solum significare fraudem: cōcordat tamen in conclusione & re cum Postil. quòd fraus hic non debet accipi propriè, sed abusiuè pro cautela. de Hebraicis literis non iudico, sed hoc scio quòd Postil. dicit se in huiusmodi locis vsum fuisse consilio peritissimorum in Hebraica lingua: vt patet in fine tractatus sui de differē. in nostra translationis & Hebraicæ veritatis, an debeamus credere soli Bur. in huiusmodi: hoc remitto ad sapientes, sufficit enim in proposito quod vtrorūq; eadem est conclusio in re.*

CAP.

CAP. XXVII.

A *Vocauit itaq; Isaac. &c.* AVGVST. Quod habent latini codices. *vade in Mesopotamiam in domū Bathuel. &c.* Græci habent: *Fuge in Mesopotamiam, &c.* vt intelligatur etiam Isaac intellexisse, quòd Esau de morte fratris cogitauit.

In quæst. super Gen.

✠ RVPERTVS. Quem iam nesciens, imò quem Deus benedixerat per ipsum nescientem, cum nūc vocat ex nomine, & scienter benedicit, id est datum in illa cōformat surreptæ benedictionis.

† 34. q. 1. c. cū igitur. §. hac itaque.

b ✠ *Vt possideas terram. &c.*

Lib. 16. de ciuita. c. 38.

AVGVST. Hinc iam intelligimus, segregatum semen Iacob ab alio semine Isaac, qđ factum est per Esau, Quando enim dictum est, *in Isaac vocabitur tibi semen*, pertinens vsq; ad ciuitatem Dei, separatum est inde aliud semen, quod erat in ancillę filio, & filiis Ceturæ. Sed adhuc erat ambiguū de duob⁹ filiis Isaac, ad vtrūq;, an ad vnum eorum illa benedictio pertineret, & si ad vnū quisnam illorum esset. Quod nunc declaratū est, cum propheticè à patre benedicitur Iacob, & dicitur ei, *Sis in turbas populorum.*

B

C

c *Profectus ve.* ISIDO. Iacob fugiens dolos fratris, relicta domo patria & parētibus vadit, in regionem longinquam, vt accipiat vxorem. Similiter Christus relictis parētibus secundum carnē, id est Iudæis, & patria. i. Hierosolima, & omnibus Iudeæ regionibus abiit in gētes, vt acciperet sibi ecclesiam, secundum illud Oseæ 2. d. *Vocabo non plebem meam, &c.*

Esau contra volūtatem patris accipit vxorem de filiabus Ismael.

1 Iis.
2 Malech.
3 Haran. lib. 5. mora. cap. 11. al. † Tharā. Moraliter.

d *Igitur egressus, &c.* GREG. In itinere dormire est in præsentis vitæ transitu à rerum temporalium amore quiescere, & in dierum labētium cursu ab appetitu visibiliū mētis oculos claudere, quod primis parētibus seductor aperuit. Culpa enim oculos concupiscentiæ aperuit: quos innocentia clausos tenebat Ange-

D

Angelos descendentes & ascendentes cernere, est ciues superne patriæ contemplari, quanto amore authori suo inhæreant, vel quāta cōpassione charitatis nostris infirmitatibus condescēdāt.

Notandum autē, quòd ille dormiens Angelos conspicit, qui in lapide caput ponit. In lapide enim ab exterioribus cessans interne penetrat. qui intēta mēte imitationem redemptoris obseruat, quia caput ponit in lapide, qui Christo inhæret in mente. Qui enim à præsentis vitæ actione remoti sunt, & ad superna non intēdunt, dormire possunt: sed videre Angelos nequeunt, quia caput in lapide tenere contemnunt, & corpore nō studio dormiunt, quia caput non in lapide, sed in terra posuerunt. Qui plerumq; quantò securius ab externis cessant, tantò latius immundæ sibi cogitationis stre-pitum cumulant. Vnde Threnorum 1. c. *Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius.* Præcepto enim legis ab exteriori opere in sabbato cessatur. Hostes ergo irridēt, cū ipsas vacationes ad illicita pertrahunt. Sancti ergo laboriosius dormiunt quando vigilant, quia in eo quòd actiones sęculi deserēres superant, quotidie cōtra semetipsos pugnant, ne mens per negligentiam torpeat, ne ad subacta otio ad superna desideria frigescat, ne ipsis plus iusto deseruiat, ne sub discretionis specie sibi parcēdo à perfectione lāguescat, & cum ab huius mundi inquisitione se pœnitus subtrahit, per quietis studiū virtutibus intenta vigilans dormit. vnde Luc. 16. c. *Nemo potest duobus dominis seruire.* Et 2. Timoth. 2. a. *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Et Psalm 33. b. *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.*

Præcipit Isaac ipsi Iacob ne ducat vxorem de filiabus Chanaā cui obedit Iacob.

E

Pollicitus est auo tuo, dedit Deus ipsi Abrahā

F

* suis.

Probans, videns.

Non libenter aspiceret filias, malę essent in oculis eius filię Heth. pro displicerent.

✠ THEODORETVS. Longè manifestius in calamitatibus cura Dei erga nos cognoscitur, quàm in fœlicitate, in qua bona à Deo nobis concessa, non ita grato animo cognoscuntur,

idcircò

CAP. XXVIII.

1 VOCAVIT itaq; Isaac Iacob, & benedixit, præcepitq; ei dicens: † Noli accipere coniugē de genere Chanaan, sed vade, proficiscere in Mesopotamiā Syriæ ad domum Bathuel, patrem matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Deus autē omnipotēs benedicat tibi, & crescere te faciat, atq; multiplicet, vt sis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te, vt possideas terram peregrinationis tuæ, quā pollicitus est auo tuo. Cúmque dimisisset eum 2 Isaac, profectus venit in Mesopotamiam Syrię ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccę matris suæ. Videns autem Esau quòd benedi-3 xisset pater suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiā Syriæ, vt inde vxorē duceret, & quòd post benedictionē præcepisset ei dicēs: Non accipies coniugem de filiab⁹ Chanaā: quodq; obediens Iacob parentibus * isset in Syriam: probās quoq;, quòd non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus, iuit ad Ismaelem, & duxit vxorem absq; ¹his quas prius habebat, ²Melech filiā Ismaël, filij Abrahā, fororem Nabaioth: Igitur 4 egressus Iacob de Bersabee pergebat ³in Arā. Cūq; 5

a ¶ Deus. b ¶ Christum. c ¶ In Apostolis. d ¶ Gentes prius superbæ ac sublimes.

¶ Ecclesiam.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVIII.

1 VOcauit itaq;, &c. *Hic consequenter describitur electio populi Dei per alium stipitem. s. Iacob. & primo describitur vt incipiens. secundo vt proficiens. 31. c. tertio vt perfectus. 35. c. Primus autem status ipsius in tribus ostenditur primo in patris obauditione: secundo in prolis multiplicatione. 29. c. tertio in possessionum acquisitione. ibi:* Nato autē Ioseph in medio 30. *Circa primum considerandum, quòd obedire patri in bonis & licitis est principium totius boni. ideo primo ostenditur qualiter adimpleuit patris præceptum. Secundo quomodo ex hoc recepit diuinum oraculum. ibi:* Igitur egressus Iacob, &c. *Tertio quomodo ex hoc reddidit Deo gratum obsequium. ibi:* Surgens ergo Iacob mane. *Prima in duas: in partem principalem & incidentalem, ibi:* Videns autem Esau. *Circa primum exprimitur præceptū patris de itinere Iacob: vt patet, & vlterius ipsius Iacob obedientia, cum subditur:*

2 Cum

2 Cumq; dimisisset, &c. *Nō ita ctiō sed per magnos labores & diuinas consolationes, quas in via habuit, vt patebit infrā.*

3 Videns autem Esau. *Hic incidenter describitur quomodo Esau cū duabus vxoribus quas habebat, accepit aliam de genere Ismaelis auunculi sui, credens per hoc satisfacere patri & matri, quod non fecit, quia malam super malas adduxit. & patet litera.*

4 Igitur egressus Iacob. *Hic ostenditur qualiter Iacob ex obedientia patris pergens ad suum auunculum in via recepit diuinum oraculū, cum subditur:*

5 Cumq; ve. &c. *Iosephus dicit quòd in nocte hospitabatur in campis habens suspectos habitatores ciuitatum propter eorum malitiam, ideo remansit extra ciuitatem. Alij Hebræi dicunt, quòd licet non sit expressum nomen loci illius, dicunt tamen doctores Hebræi & catholici, quòd iste locus fuit mons Moria. ibi enim Abraham auus suus obtulerat Isaac patrem suum: & propter hoc reputabat locum illum sacrum, propter quod ibi declinauit, vt ibi vigilaret in oratione per partem noctis sperans ibi diuinam reuelationem habere, quod & factum est.*

Moria mōs

✠ Tulit

MORALITER.

1 *Vocauit ita. &c.* Sicut dictum est, supra 22. c. per Isaac figuratus fuit Christus, cuius filius est per adoptionis gratiam quilibet bonus Christianus qui bene per Iacob figuratur: eo quòd Iacob supplātator interpretatur. bonus autem Catholicus supplantare vitia conatur, & tali aliquando Christus inspirat continentiæ propositum. & sic vocat eum di.

† *Noli acci. &c.* qui interpretatur possessio. i. ne contrahas carnale matrimonium quod habet annexam curam possessionum.

† *Sed va. &c.* ad domum Bathuel. i. continentiæ: quia בתולה bathuel interpretatur virgo: cōtinentia verò securius seruatur in religiōe, ideo talis aliquādo disponit ipsam intrare, ideo suditur.

4 *Igitur egressus Iacob de Bersabee.* id est, de domo parentum.

† *Pergebat Haran.* Quæ interpretatur vigilia populi, propter qđ significat religionē: quam intrantes vigilant in obsequio Dei.

5 *Cumq; venisset ad quendam locum.* s. religiosum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idcircò Iacob preregrè proficiscitur, & fratris iram fugit, vt dilectior reuertatur, & quanta sit Dei prouidentia liquidò cognoscat, eamq; alios doceat. ob id apparuit ei Dominus, & scalam ad cælos pertingentem ostendit.

a *Tulit de lapi. &c.* ISIDO. Dormitio Iacob in itinere, mors Christi in cruce. Lapis capiti suppositus Christus est secundum humanitatem, quem Iacob vnxit: vt Christus signaretur. χριστὸς enim Græcè vnctus Latinè. Caput autem Christi deus, Lapis ergo capiti Iacob suppositus, signat humanitatē Christi coniunctam Deo assumenti. *Caput enim viri Christus, caput Christi Deus.* 1.Cor.11.a.

Mysticè.

Iacob prædicatores in Haran videt scalam in somnis.

Ex Cathena Græca.

✻ DIODORVS. Fuit hic lapis Mosaici tabernaculi typus, quod vbi constructum fuit & erectum, ille perunxit.

Allegoricè.

b *Viduq; in som. &c.* GREG. Iacob prædicatores signat, q̃ non solum caput Ecclesiæ. i. Christum contemplando appetuat, sed ad membra illius miserando descendunt, quod Angeli ascendentes, descendentesq; demonstrant. Hinc Moses crebrò tabernaculum intrat & exit, & qui intus ad cõtemplationem rapitur, foris infirmantium negotiis vrgetur. Intùs arcana cõsiderat, foris onera carnalium portat. Qui de dubiis semper ad tabernaculum recurrit, coram testamẽti arca Dominũ consulit, exemplum ductoribus præbens. vt cũ foris ambigũt quid disponant ad mentẽ quasi ad tabernaculũ redeant, & velut corã testamẽti arca dominum consulant, de quibus dubitant: apud se intus sacri eloquij paginas requirentes.

Ex Cathena Græca.

✻ EVTSACHIVS. Dormiens Iacob primò vidit in spiritu corporeã Christi speciem, quæ pateret oculis, & loco circumscriberetur. Secundò crucis illi trophæum scala præsignauit, cui suspensus fuit & affixus ad se cuncta Dominus trahens. Nam & eodem nomine genus tormenti significatur. Quales scalę gemoniæ vnde fontes præcipitabantur. Lapidem verò ceu colu

a venisset ad quendã locũ, & vellet in eo requiescere post solis occubitũ, tulit de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in

a ¶ Terrenitatem. b ¶ Ipse est sursum in capite suo, qui deorsum in corpore suo.

b eodem loco. Viditq́ue in somnis scalam stantem

a ¶ Christum, qui est vita.

super terram, & cacumen illius tangens cœlum,

a ¶ Euangelistas prædicatores ¶ Vt inueniant eum cui omnes tribuunt.
b ¶ Vitra omnem creaturam apud Deum, per quem omnia facta sunt. c ¶ Vt inueniant eum factum ex muliere.

† Angelos quoque Dei ascendẽtes & descendẽtes per eã, & dominũ innixũ scalæ, dicentem

a ¶ Ecclesiam. ¶ Homine.

sibi: Ego sum dominus Deus Abrahã patris tui,

a ¶ Christiano populo. ¶ Vel germen. b ¶ Innumerabile.

& Deus Isaac. Terram in qua dormis, tibi dabo

a ¶ Lucem fidei vel totius boni operis. b ¶ Occasum vitiorum.

& semini tuo, eritque semen tuum sicut pulvis terræ. Dilataberis ad orientem & occidẽtem &

a ¶ Contractionem voluptatis & mortificationem desiderij. b ¶ Claritatem sapientiæ & feruorem dilectionis.

septentrionem & meridiem, & benedicẽtur in

a ¶ Christo. b ¶ Imitatoribus. c ¶ Aliqui de omnibus.

te & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Et ✻ ero

a ¶ Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum Psal 120.
b ¶ In prædicatoribus. c ¶ Circa finem mundi.

cũstos tuus, quocũque perrexeris, & reducã

a ¶ Sudorem creditum.

te in terram hanc, nec dimittam nisi cõpleuero

d vniuersa, quę dixi: ✻ Cumq; euigilasset Iacob

impedimẽto actionũ sæculariũ quiescere. Iacob dormiẽs Angelos vidit: quia illi diuina conspiciũt: q̃ ab appetitu tẽporalium rerum oculos claudunt, quos benè clausos diabolus aperuit dicens, *supra 2 c. In quacunque die comederitis aperientur oculi, &c.*

Scala Iacob. Quid in ea.

ISID. *Vidit in som. &c.* Angeli per scalam ascendẽtes & descendentes, euãgelistæ sunt & prædicatores Christi, ascẽdentes ad intelligẽdam diuinitatem, omnem creaturã excedẽtes: vt inueniant in principio verbũ apud Deum: per quẽ omnia facta sunt: descendentes vt inueniant eum, *factum ex muliere, factum sub, &c.* In illa enim scala à terra vsq; ad cælũ, à carne vsque ad spiritum: quia in illa carnales proficiendo, quasi ascendendo spirituales fiunt. Ad quos lacte nutriendos spirituales descendunt: quia non possunt eis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Ipse est sursum in capite. Ipse deorsum in corpore suo. i. ecclesia. Ipse scala, qui ait Ioan. 14. a. *Ego sum via, &c.* Ad ipsum ascenditur, vt in excelsis intelligatur, & descenditur, vt in membris parvulis nutriatur: per illum se erigũt, vt sublimem expectẽt & humilitãt, vt eũ sublimiter & tẽperanter annũcient.

Mystice.

c *Ego sum Dominus Deus Abraham, &c.* Mystícè designat mandatum diuinitatis ad humanitatem Christi directum, cui terra id est, ecclesia promittitur & semini illius, id est, Christiano populo. vnde Psalm. 2. b. *Postula à me: & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ.*

d *Cumq; euigilasset, &c.* Quisquis post torporem inertiæ euigilauerit, & per exercitium boni operis verè exurrexerit, in eccle-

☞ sia su-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tulit de lapidibus, &c. *Dicunt Hebræi quòd accepit tres lapides, & sathe videtur ex textu, q̃ accepit plures, ex eo quod dicitur:* De lapidibus. *& quando euigilauit, inuenit quod illi tres lapides facti erant vnus lapis, & hoc videtur per literam sequentem infra.* Tulit lapidem quem supposuerat capiti suo. *& dicunt quòd fuit in signum q̃ Dominus vuiuerat cum eo, associãdo eum. Nos autem melius possumus exponere, q̃ fuit in signum vnitatis essentiæ in Deo, & trinitatis personarum. de cuius apparitione hic agitur. vel in signum trium naturarum in Christo. scilicet corporis & animæ, & deitatis in vnitate personæ, quia de benedicta incarnatione fuit hæc reuelatio facta ipsi Iacob.*

2 Dormiuit in eodem loco. *Post longam & deuotam orationem.*

3 Viditq́; in somnis scalam stantem. &c. *Ista autem scala quæ ex multis gradibus constituitur, significabat gradus generationum, per quos Christus secundũ carnẽ descẽdit ab Abrahã vsque ad virginẽ Mariam quæ ipsum peperit. Et gradus huius scalæ numerat Matthæus in principio euangelij sui dicens:* Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, &c. *Duo latera scalæ sunt iusti, & peccatores, quia ex vtrisq; descendit*

descendit secundum carnem, & pro vtrisque natus est & passus. Quod autem Dominus dicitur innixus ipsi scalæ, designat q̃ ipsa deitas est vnita carni a patribus descendenti in Christo. Quod autem pes scalæ terrã tangebat: & cacumen eius cælum: designatur per hoc quòd ipse Christus secundum humanitatem conuenit cũ omnibus terrenis in natura absque peccato, sed per deitatem conuenit cum Deo patre. vt sic verus mediator Dei & hominum dicatur. Per Angelos Dei descendentes intelligendum est, quòd mysterium incarnationis de volumate Dei fuit hominibus reuelatum. Primò Patriarchis, & postea Prophetis clarius, & tertio ministris nostre clarissimè. Per Angelos ascendentes intelligitur fides & deuotio sanctorum, in quolibet statu predicto Deo præsentata per Angelos, secundum quod Angelus Raphael dixit Tob. 12. c. Quando orabas cum lachrymis & sepeliebas mortuos, ego obtuli memoriam orationis tuæ coram Domino, *& ista cognouit Iacob futura licet non sint hic expressa, quia mysterium incarnationis non erat adhuc sic publicandum. Exprimuntur tamen hic qualiter Deus promisit ipsi Iacob promissiones factas Abrahæ & Isaac, in quibus continetur implicitè mysterium Christi: & quod Iacob habuerit notitiam de prædictis patet per hoc quod dixit:*

☞ Verè

MORALITER.

† *Et vellet in eo requiescere.* sumendo habitum.

1 *Tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, &c.* Per lapides intelliguntur religionis austeritates, quæ sibi debent exponi, & si fit paratus ad eas sustinendum, quod significatur per suppositionem lapidum suo capiti, tunc debet recipi.

3 *Viditq́, in somnis:* quietæ contemplationis.

3 *Scalam stantem super terram.* i. religionis altitudinem. Huius autem scalæ latera sunt lectio & oratio deuota. gradus autem, pœnit

pœnitentiæ opera per quæ ascenditur in cælum: Matth. 3. a. *Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum.*

† *Angelos quoque Dei ascen.* Religiosorum merita domino offerendo.

† *Et descen.* ad eorum custodiam reuertendo, & post alium meditatiõe religiosus magis approbat sui statꝰ mutatiõe dicẽs:

† *Et dominũ innixum scalæ, &c.* i. Christũ qui vixit in austeritate pœnitentiæ, & finaliter fuit positus in scala crucis sanctæ. Ita enim religiosus videre debet in sancta meditatione.

☞ sia supereminentem gratiam Dei & introitum regni cœlestis intelligeret.

A in quæst. super Gen.

a *Surgens ergo, &c.* AVG. Quòd *erexit* Iacob, *lapidem quem capiti supposuerat* in titulum & superfudit oleum, nihil fecit idololatriæ simile: quia non vel tunc, vel postea frequẽtauit lapidem adorãdo, aut ei sacrificando, sed signum fuit & prophetia pertinens ad vnctionem. vnde Christus dicitur.

quæst. 83.

✻ THEODORETVS. Iacob lapidem illum in Dei honorem inunxit. quia etiã nunc fœminæ Deo dicatæ ac religiosæ delubrorum valuas, & martyrum monumenta oleo perfundere consueuerũt, Dominus verò etiã modica piarum mentium munera non spernit.

Bethel.

✻ GLOSSA GRAECA. Sacerdotes etiam nũc mensas & columnas oleo inungunt.

Bethel. Luza.

B

✻ PROCOP. Quare oleo perfundit lapidem? scilicet vt eum oleo quasi quadam nota à reliquis distingueret, vt eũ reuersus ex Mesopotamia reperire posset. Sed ad id sufficiebat lapidis erectio, & lapidem notasse cultro, rediẽs verò si iterum se videndum obtulisset Deus, lapidem erigere & Deo imbuere potuisset. Cæterùm vt mihi videtur, existimo id omne contigisse propter futuram vnctionem, qua tabernaculum & sacerdotes erant consecrandi.

* Ego. in cap. 28.

✻ BERNARDVS. Sed mysticè, nostra ecclesiarum particularium illa Iacob aspersio, nostra illa benedictio, nostra consecratio fuit, quæ per manus sanctorũ celebrata, pontificum etiã hodie anniuersario reditu votiuis laudibus ad memoriam reuocatur. Nunquid de lapidibus cura est Deo? Non parietes dicũt, sed homines, ipsi enim cura est de nobis. Vnus erat homo Iacob, & dormiens vidit descendentes Angelos & ascendentes.

Sermo. 6. de Dedicatione Eccles.

C

de somno, ait: Verè dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensq́, quàm terribilis est, inquit, locus iste: Nõ est hic aliud nisi domus Dei,

a ¶ Quia ibi futurum erat tabernaculum. b ¶ Templum & cultum Dei futurum significat. ¶ Quia ibi natus est Christus in Bethleem, quod spiritu præuidebat.

a & porta cæli. Surgens ergo mane, tulit lapidem

a ¶ Quia ibi in terram descendit, ibi in cælum ascendit. ¶ Quia inde aditus credentibus ad capiendum regnum cælorum.

a ¶ Christi resurrectionem significat.

quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulũ

a ¶ Secundum illud, Psal. 44. b. Vnxit te Deus oleo lætitiæ.

b fundens oleum desuper. Appellauitq́; nomẽ vr-

a ¶ Domum Dei. b ¶ Nux vel amygdalum. ¶ Alij Luzam, erat nomen ciuitatis illius.

bis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Vouit etiam votum, dicẽs: Si fuerit † Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ✻ ambulo, &

a ¶ Vel vestimentum.

dederit mihi panem ad vescendum, & vestem ad induẽdum, reuersusq́; fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi dominus in Deum,

Non Deus.

c & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cũctorumq́; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

Votum

Domus dei vbi Deus habitat.

E

† al. Deus votum Iacob. De locis Hebraicis.

Vestitũ & vestirũ petit. Deus Iacob Decimæ leuitis nihil fructus veniũt.

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Verè dominus est in loco isto. *Quia beneficia & mysteria diuina erant ibi complenda.*

2 Et ego nescie. *quia per istam reuelationẽ de mysterio Christi habuit plenioremcognitionem quam ante.*

3 Pauensq́; *: id est admirans de Dei benignitate.*

4 Quàm terribilis, &c. *id est venerabilis.*

5 Non est hic aliud nisi domus Dei. *Vidit enim futurum esse, q̃ ibi fundaretur templum, vt habetur. 2. Paral. 3. a. vbi viguit diuinus cultus, & quòd ibidem postea offerendus esset dominus noster Iesus Christus, vt habetur Luc. 2. d.*

a. vestimentum.

6 Et porta cæli. *quia in quodam loco propinquo passus est Christus, cuius passio cælum aperuit: propter quod dicitur porta cæli. sequitur:*

7 Surgens ergo mane. *Hic consequenter describitur ipsius Iacob deuotum obsequium, cum dicitur,* Tulit lapi. &c.

8 Et erexit in titulũ. *i. signum rei præteritæ. scilicet diuinæ reuelationis sibi factæ ibidem, & in signum rei futuræ. s. fundationis templi & passionis Christi.*

9 Appellauitq́; nomẽ vr. Bethel. *&c. Locus enim ille vbi dormierat Iacob tunc erat extra vrbem, sed postea inclusus est, & sic vocauit vrbem Bethel, quod interpretatur domus Dei, ex eo quod dixerat:* Non est his aliud nisi domus Dei, *&c. Ad pleniorem autem intellectum huius passus considerandum, quod ista ciuitas de qua sit hic mentio secundum omnes doctores communiter exponentes passum istum, est Hierusalem, quæ legitur plura nomina habuisse, & continentur in his versibus subscriptis: Solyma, Luza, Bethel, Hierosolyma, Hiebus, Helia: Vrbs sacra Hierusalem dicitur atque Salem. Melchisedech enim primo fundauit eam, & vocauit eam Salem, id est, pacificam: quia rex iustitiæ & pacis fuit, vt supra dictum est 14. c. postea Hiebuzei habitauerunt ibi, & sic vocata est Hiebus, vt habetur Iudic. 19. c. & postea factũ est vnũ nomen compositum ex duobus, & vocata est Hierusalem. b. mutata in r. Hebræi autem aliam rationem assignant huius nominis, dicentes quòd primò appellata est Salem à Melchisedech, vt dictum est postea dicta est*

Porta cæli.

Hiero. i. videbit: eo quòd Abraham oblato Isaac, appellauit nomen illius loci: dominus videt, vt sup. dictum est. 22. c. postea sequitur ibidẽ: Vnde vsque nunc dicitur in monte dominus videbit. *& ex istis factum est vnum nomen s. Hierusalem. c. mutata in u. Dicta est etiam Luza. i. amygdalus: eo quòd tales arbores abundant ibi. postea vocata est Bethel ab ipso Iacob, vt dictum est. postea tempore Salomonis qui eã multum ampliauit & fortificauit, dicta est Solyma, quasi Salomonia diminute: & ratione præcedentis nominis. s. Hierusalem per quandam compositionem nominum dicta est Hierosolyma. sed post passionẽ Christi, cum destructa esset funditus per Titum & Vespasianũ, Helius Adrianus eam reædificauit, & in ista reædificatione factũ est vt loca vbi Christus passus & sepultus fuit, quæ olim erant extra ciuitatem, vt habetur Ioan. 20. inclusa sint intra ciuitatem secundum visionem Iacob prædictam. s. q̃ in vrbe Bethel fundãdum esset templum & mysterium passionis Christi implendum. & iste Helius vocauit eam Heliam ex nomine suo. Vouit etiam votum dicens, &c. subditur.*

10 Erit mihi dominus in Deum: *sed videtur istud ridiculũ, quia votum non est de his quæ sunt de necessitate salutis. ridiculum enim esset promittere alicui illudin quo sibi tenetur de necessitate, & ideo votũ propriè est promissio facta Deo de bonis quæ supererogationis sunt sine quibus potest esse saluus. Quòd autem Iacob dominum recognosceret esse Deum, erat de necessariis ad salutem. ergo &c. Dicendum quòd non vouit q̃ dominus esset sibi Deus, quia hoc non cadit sub voto, sed vouit quod recognosceret eum Deum, exhibendo ei specialem cultum & colendi modum, quod erat supererogationis, sicut religiosus astringit se seruire Deo in obedientia, sine proprio, & in castitate, ad quæ non tenebatur de necessitate salutis.*

11 Et lapis iste. *Tum quia postea ibi fundatum est templum, vt prædictum est: quod vocatum est domus Dei. Tum quia Iacob in suo reditu intendebat ibi offerre sacrificia & oblationes tãquam in loco diuino cultui deputato. qui communiter vocatur domus Dei, ideò subditur:*

12 Cunctorumq́; quæ dederis mi. &c. *quod & postea fecit, vt habetur infra 35. cap.*

☞ Cap.

In cap. 28. vbi dicitur in postil. Per Angelos descendentes.

ADDITIO.

Secundum hanc considerationem postillatoris prius debuissent nominari Angeli descendentes quàm ascendentes: cui oppositum est in litera, vnde

vnde aliter exponitur à Greg. in 1. pastorali: vbi sic dicit. Iacob ascẽdentes & descẽdentes Angelos vidit: quia. s. prædicatores recti non solum sursum caput ecclesiæ, videlicet Christum contemplando appetunt, sed deorsum quoque ad membrum illius miserando descendunt, hæc ille: q̃ videtur pertinere ad allegoriam. Sũt autem alię expositiones sancto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum in hoc loco, vt in Glo. quæ causa breuitatis sunt omittenda, & etiam quia magis pertinent ad sensum mysticum secundum S. Tho. secunda secundæ, q. 81. per hoc quod Iacob vidit Angelos in scala ascendentes, intelliguntur Angeli beati continuè ascendentes secundum Dei contemplationem: qui etiam sunt descendentes, eo quod quam liu mundus durat, a diuina administratione inferioris creaturæ intendunt: nunquam tamen desistentes à internam contemplationem.

REPLICA.

Correctorij contra Burgen. Inoc. 28. postillator habet pulchram considerationem de Angelorum ascensu & descensu, sic quod dicit descensum præcedere ascensum: sed Burg. dicit contrarium: & mouetur per ordinē literæ: quæ prius narrat ascensum non attendens sæpe per anticipationem literam ordinari: sicut Ioan. 12. a. dicitur: Maria vnxit pedes domini: & extersit capillis: & lauit lachrymis, quod per oppositum factū est. Igitur per anticipationem dicitur nec Burgen. aliquam aliam ponit literalem expositionem: sanctorū autem doctorum & Glo. ex expositionē dicit ad mysticum sensum pertinere. similiter adducit sanctum Tho. exponentem ascensum de contemplatione in Deo, descensum de administratione ad inferiora. sed nec illa literalis esse potest, quod si esset, necesse est descensum præcedere: sicut actio contemplationem: secundum sanctos doctores exemplificantes. Iacob prius Liā quam Rachel nupsisse, nec oportuit Iacob de his instrui, sed solum de mysterio incarnationis significata per innixionem scalæ, quia eidem Deus innitebatur, exigebat hæc reuelatio primum omnium fidem, ad quam quærendam oportuit angelos descendere nunciando mysteria: & exigendo fidem à sanctis patribus: ita descendit missus Gabriel Angelus ad Mariam virginem salutando, nunciando, exigendo: quia tunc exacta fide & habita regressus ascendit. Hanc considerationem confirmat beatus Aug. in sermone de nati. virginis, in quo post descensum Angeli & virginis datam fidem atque consensum dicit nec mora reuertitur nuncius, & virgo ad thalamum ingreditur Christus.

CAP. XXIX.

PROFECTVS ergo Iacob venit in terrā oriē-
a ¶Baptismum. ¶ Scientiam scripturarum. ¶ Gratiam spiritus sancti. per prædicationem Christi venturam ad ecclesiam de gentibus quæ tecta erat, nondum aduesciente, & incarnato Dei verbo. b ¶ mundi. c ¶ propter fidem trinitatis.
talem: & vidit puteum in agro: tresque greges
a ¶ Simplicium. ¶ Statues oues a dexetis. b ¶ Gratiam baptismi petentes. c ¶ humiliter. c ¶ Quia scripturæ mysterijs sartari desiderant.
ouium accubātes iuxta eū. Nam ex illo adaqua-
a ¶ Simplices. ¶ Tegumento literæ.
bātur pecora: & os eius grādi lapide claudebatur.
a ¶ Prophetæ.
Morisq; erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerēt lapidem, &
refectis gregibus rursum super os putei ponerent. Dixitq; ad pāstores. Fratres vnde estis? Qui respōderunt, de Haran. Quos interrogās: nunquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerūt: Nouimus. Sanus ne est, inquit? Valet inquiūt. Et ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. Dixitq; Iacob: adhuc multum diei supereſt, nec est tempus vt reducantur ad caulas greges: Date ante potum ouibus, & sic ad pastum eas reducite. Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges. Adhuc loquebatur, & ecce Rachel veniebat cū ouibus patris sui. Nam gregem ipsa pascebat. Quam cum vidisset Iacob
¶ Hæc a pastoribus didicerat.
& sciret consobrinam suam, ouesq; Laban auunculi sui: amouit lapidem, quo puteus claudebatur, & adaquato grege osculatus est eam:

a Vidit. Aqua putei scientia veteſtamenti, quam lapis claudebat, quia litera legis spiritualē sensum in eo celabat: sed veniēte Christo lapis remotus est, cum per prædicationē noui testamēti vmbra legis exclusa: & veritas euangelij patefacta est.

ALLEG. Per puteū baptismū, per agrū mundus exprimitur: per tres greges iuxta puteum accubantes, signantur illi qui ad fidem trinitatis capiēdam pertinent, in humilitate expetentes baptismi gratiā. *Lapide.* duritia infidelitatis: qua abiecta percipitur baptismus vitę. Pastores autem sunt prælati ecclesiæ, q. amoto lapide, per Iacob adaquare greges cupiunt, quia Christo auferēte infidelitatem ab eorum cordibus quos prædestinauit ad sacramentum baptismi, abluuntur vnda purificationis.

Osculatus est eam. AVGVST. Consuetudinis fuit maximè in illa simplicitate antiquorum, vt propinqui propinquos osculārentur, & hodie fit in multis locis. Sed quæri potest, quomodo illa ab ignoto osculū acceperit, si posteà indicauit Iacob propinquitatē? ergo intelligendū est: aut illum qui propinquitatē nouerat, fidenter in osculū irruisse, aut postea scripturā narrasse per recapitulationem, cū primū Iacob indicauerit quis esset.

✠ RVPERT. Cū Rebecca, Rachel & Sephora ad puteum inueniātur, sine dubio aliqua in his sacramēta debem' agnoscere. Et qa tori tres patriarchæ (earū mariti) typū domini præferebāt, ideò ad fōtes vel ad puteos inueniūt matrimonia, quia Christus ad baptismū inuenturus erat ecclesiam.

a Nomen maioris, &c. VICTORINVS MARTYR. Rachel & Liam in similitudinem ecclesiæ & synagogæ interprētatus est. Liam maiorem natu synagogam significare existimat, quia prior populum Dei genuit, quæ oculis lippa dicitur, quia lex per Mosen data cooperata est & signata. Rachel minor & pulchra prius sterilis post fœcunda ecclesiam signat, quę tempore posterior, sed sancta corpore & spiritu. Oculi eius decori, quia euangelium videre meruerunt. Sed diu sterilis dū synagoga populum generauit. Pro Rachel Iacob seruiuit, & supponitur ei Lia: quia Christus vt ecclesiam sibi assumeret, prius sibi synagogam coniunxit.

b Septem annis. Seruitus Iacob septem annorū pro duabus vxoribus præsentis vitæ tempus signat, quod septem diebus voluitur, in quo Dominus formam serui accepit, obediens patri vsque ad mortem. Iacob seruiuit quia *filius hominis non venit ministrari, sed ministrare*: Matth. 20. b. Illeoues pauit, & Christus dixit, Ioan 10. c. *Ego sum pastor bonus.* Ille pro mercede varium pecus sibi abstulit, Christus diuersarum gentium varietatem sibi congregauit. Ille tres virgas amputatis corticibus in alueis aquarum posuit, vt earum contemplatione multiplicarentur oues. & Dominus noster in aqua baptismatis trium personarum nomina patris, & filij, & spiritus sancti populo fideli proposuit, vt qui hoc pleno corde prospexerit efficiatur ouis Dei.

& eleuata voce fleuit, & indicauit ei quòd frater esset patris eius, & filius Rebeccæ. At illa festinans, nūciauit patri suo. Qui cum audisset venisse Iacob filium sororis suæ, † cucurrit obuiam ei, complexusq; eum & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris respondit: *Os meū es & caro mea. Et postquàm † expleti sunt dies mensis vnius, dixit ei: Nū quia frater meus es, gratis seruies mihi? Dic q.d mercedis accipias. Habebat verò *duas filias. Nomē maioris Lia, minor * appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie, & venusto aspectu. Quā diligēs Iacob ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septē annis. Respōdit Labā: Melius est, vt tibi eam dem, quàm viro alteri: Mane apud me. Seruiuit igitur Iacob pro Rachel septem annis, & videbātur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Dixitq; ad Laban: Da mihi vxorē meā, quia iam tempus † impleui, vt ingrediar ad eam.

¶ Laborem leuiabat amor.

c Et videbantur illi pauci, &c. Quomodo hoc dictū sit, quærēdum est, cū & breue tēpus longum videatur amantibus? Dictum est ergo propter laborem seruitutis: quem faciebat amor.

✠ *d Da mihi vxorem, &cet.* HIERON. CHRYSOSTOMVS. Hic multa consideranda sunt. Primum simplicitas Iacob, quomodo ab omni malitia alienus deceptus sit. Secundum quod tanta facilitate omnia fiunt, & nusquam lampades, choreæ, faces præter vsus necessitatem. Possumus autē & hic videre quomodo Laban iste magna affectione dilexerit Iacob. Hoc enim commētatus est, vt iustū apud se diutius retineret. Sciebat equidē quod alterius amore flagraret.

AVGVST. Pro ingenti crimine obiiciuntur Iacob quatuor vxores. Sed quoniam tunc mos erat crimen non erat, nunc autem crimen est,

✠ quia

Rachel & Lia quibus comparantur.
* profecto.
Seruitus Iacob.
* Laban.
* verò Lippis erat oculis, habebat oculos teneros. i. Infirmos, & imbecilles.
venit Iacob ad Laban.
Rachel parit omnes. Iacob Rachel sanctè osculatur: eaque flet.
Spoliatio Iacob.
Lia lippis oculis.
Iacob seruit septem annis pro pulchra Rachel.
Lib. 22. cōtra Faustū.

NICOLAVS DE LYRA.

esset cognatus suus germanus, & tunc osculatus est eam secundum morem consanguineorum, qui erat apud antiquos, & adhuc est modo in pluribus locis, & tunc fleuit ex pietate, quia in talibus solent viscera cōmoueri, sed cum mulieres sint magis pronæ ad lachrymas quàm viri: videretur quòd debuisset plus dixisse de Rachel, quòd fleuisset. Sed potest dici, quòd forsitan sic fuit. licet non sit scriptum, quia non omnia scripta sunt, & maximè quia expresso fletu Iacob satis datur intelligi fletus Rachelis propter maiorem pronitatem, vt dictum est. Aliam verò causam huius fletus assignant Hebræi, & satis est versimile, dicentes, quòd quando Iacob recessit à patre, recessit cum bona comitiua: & cum copia argenti & auri. Cum enim Abraham misisset seruum suum illuc ad quærendum vxorem filio suo Isaac, misit eum honorificè & cum multis bonis, vt habetur supra 24. ca. cuius rei Isaac non erat immemor: & ideò cum esset valde potēs, & dies, vt dictum est supra 26. non est verisimile: quod minus honorificè mitteret filium proprium quàm Abrahā miserat seruum. Dicunt igitur quòd Eliphas primogenitus Esau, qui iam erat adultus, de præcepto patris sui insecutus est Iacob cum multitudine armatorum & comprehendit eum, tamen non occidit, eo quod Iacob esset auunculus eius: & quia Iacob tenuerat eum in sinu suo cum esset puerulus, sed dimisit eum solum & omnibus bonis spoliatum. Iacob autem cum esset iam à longe noluit redire, ne in via occideretur: & ne pater ex cuentu nimium turbaretur, sed processit vltra solus confidens de Dei adiutorio, quod posset sibi maiora reddere. vnde & infra 32. c. dicit Iacob: In baculo meo transiui Iordanem istum. *i. solus & pauper, & nūc cum duabus turmis regredior, Cum igitur vidit consobrinam suam, & non habuit aurum & argentum seu iocalia ad dādum sibi, sicut seruus Abrahæ dederat Rebeccæ, vt supra dictum est 24. cap. Memor huius rei rei cœpit lachrymari. Sequitur.*

1 Auditis autem cau.iti. *s. propter odium fratris sui Esau contra ipsum: & quod acciderat sibi in via.*

2 Respondit: os meum & ca. mea. *Acsi diceret, licet ex aduētu tuo non videam magnam vtilitatem mihi prouenire, quia venisti vacuus, tamen recipiam te, quia es nepos meus. Et ista expositio procedit secundùm ea quæ dicta sunt de expoliatione Iacob. Secundum alios verò qui non tenent istam expoliationem, aliter exponendum est.* Auditis autem causis, &c. *s. quod venerat ad vitandum iram fratris sui, & ad accipiendum vxorē de filiabus Laban, vt supra dictum est 27. cap. Respondit: os meum & caro mea, acsi diceret: ex quo tu es de genere meo, melius est quod detur tibi filia mea vxor quàm alteri, quia tunc temporis non contrahebant libenter matrimonium cum extraneis, vt satis patet ex supra dictis.*

3 Et postquam expleti sunt. &c. *Hic consequenter describitur ipsius Iacob seruitium pro Rachele habenda vxorē quia nō habebat diuitias ad dandum pro dote. Et patet litera vsque ibi.*

4 Et videbantur illi pauci dies. *Videtur enim quod deberet dici contrarium, quia scribitur Proverb. 13. b.* Spes quæ differtur affligit animam. *Et quia desiderabat & sperabat habere Rachelem, dies expectationis debuissent sibi videri multi. Ad quod respondet Hieron. quod ibi accipitur dies pro labore dierum qui alleuiabatur & videbatur parvus propter amorem. Aliter etiam potest dici, quòd videbantur ei dies pauci, in comparatione ad rem tam amabilem, quia pluribus annis seruisset pro ea si fuisset requisitus. Aduerendum tamen quod ipse amor non erat libidinosus, nec excedens limites rationis, & ideò non erat inordinatus nec malus.*

5 Dixitq; ad Laban. *Hic consequenter describitur ipsius Iacob coniugium: quia iam compleuerat seruitium septem annorum pro ea, & ideò iustum erat vt sibi daretur, & hoc est quod subditur.*

6 Quia iam tempus impletum est, &c. *Affectu maritali. Aliam etiam causam dicti huius assignant Hebræi dicentes. Et verū est, quod*

✠ *Iacob*

Coniugium Iacob.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXIX.

Diuisio.

ROFECTVS ergo Iacob. *Hic consequuntur describitur Iacob, quantum ad multiplicationem prolis, & quia prolem consecutus est per coniugium: & coniugium per obsequium, & itinerationem in terram alienam. Ideo scriptura primò exprimit itineris sui terminum. Secundò, in terminum sui laboris obsequium ibi:* Et postquam. *Tertiò prolabore coniugium, ibi:* Dixitq; ad Laban. *Quarto coniugij fructū. ibi:* Videns autem Dominus. *Circa primum dicit sic.*

2 Venit in terram orientalem. *Haran erat terminus itineris eius in parte orientali respectu terræ promissionis, vnde recesserat, & patet litera. Sequitur:*

3 Nostis Laban filium Nachor. *id est, nepotem eius, quia erat filius filij sui. Scilicet Bathuelis: nominauit tamen Nachor, & non Bathuelem, quia erat caput generis in illo loco sicut Abraham frater eius in alio latere. & patet litera vsque ibi:*

4 Quam cum vidisset, &c. *Quia omnia diligenter inquisierat à pastoribus.*

5 Amouit lapidem. *Cum pastoribus, quia iam greges erant congregati.*

6 Osculatus est eam, &c. *id est, nepos. Considerādum, quod ista non fuerunt facta eo ordine quo scripta sunt, sed primò indicauit ei, quòd*

✠ *esset*

MORALITER.

Profectus ergo Iacob. Professione vera facta cōceditur studium sacræ scripturæ, quod notatur cum dicitur.

† *Vidit puteum.* id est, sacram scripturam, quæ Ioan. 4. b. *puteus altus* dicitur.

† *In agro.* s. militantis ecclesię, de quo dicitur Matth. 13. d. *Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo?*

† *Et os eius gran.* &c. Lapis ille Christus est: de quo dicitur 1. Pet. 2. 1. Pet. 2. a. *Ad quem accedentes lapidem viuum,* & ipse claudit & aperit sacræ scripturæ intellectum: Apoc. 3. b. *Qui claudit & nemo aperit: aperit & nemo claudit.*

5 *Amouit lapidem,* &c. quia religiosus deuotus per orationē & studium impetrat à Christo reuelari sibi sacræ scripturæ intellectum, & adaquat gregem fidelium per sanum documentum. Sed quoniam secūdum Gregor. Homil. 37. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. ideò accipit vxores Liam & Rachelem, quæ significant actiuæ vitæ & con-

† templatiuæ

MORALITER.

templatiuæ perfectionem, & primo Liæ copulatur: quia dicit Gregor. lib. 6. Mora. Qui contemplationis arcem tenere desiderant: prius necesse est vt in campo actionis per exercitium se probent. Seruiuit autem Iacob pro qualibet septem annis. & per hoc seruitium significantur septem opera misericordiæ corporalia, & septem spiritualia. Corporalia verò in hoc continentur versu: *Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.* Visito infirmum, poto sitientem, cibo famelicum: redimo captiuum,

ego tego, id est, vestio nudum, colligo hospitem, condo. i. sepelio mortuum. Spiritualia verò similiter continentur in hoc versu: *Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora.* Qui sic intelligitur. Consule dirigendo dubitantem & ignorantem docendo, & sic sub vno verbo duo opera misericordiæ continentur. Castiga delinquentem: remitte offensam tibi illatam, fer, id est, supporta fratris infirmitatem, ora pro omnibus. Et prædicator sic perfectus pascit verbo & exemplo greges Laban. id est, episcopi vel curati, quia Laban interpretatur candidus, & vterque debet esse candidus honestate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia mos non est: Alia sunt peccata contra naturam, alia contra mores: alia contra præcepta. Sed Iacob non contra naturam hoc fecit, qui non lasciuiendi, sed gignendi causa illis mulieribus vtebatur. Nec contra morem: quia illo tempore in illis terris hoc facti tabatur. Nec cõtra præceptũ quia nulla lege prohibebatur. Nunc verò legibus & moribus hoc non licet. Quæ duo si quis cõtemserit, etiam si tantummodo causa generandi vtatur pluribus fœminis, peccat tamen & humanam violat societatem, cui necessaria est propagatio filiorum. Sed quia homines aliter se habentibus moribus, nõ possunt delectari vxorum multitudine nisi libidinis magnitudine, errãtes non putant haberi potuisse vxores multas, nisi concupiscentiæ carnalis flagrantia.

A Triplex distinctio peccatorum.

Qui vera coniugia eorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias, & cõgregauit Laban oẽs viros loci & fecit conuiuium.

ISIDO. Duæ sunt ergo vxores Iacob liberæ, ambæ enim filiæ remissionis peccatorum. i. dealbationis quod est Laban, vna amatur, altera toleratur. Sed quæ toleratur prius & vberius fœcundatur, vt si non propter se, propter filios diligatur. Labor enim iustorum maximum fructum in eis habet quos Deo generauit, inter multas tribulationes prædicãdo: propter quos sunt in laboribus, & in plagis, & in mortibus, frequẽter propter quos habent foris pugnas, intus timores ipsos gaudiũ & coronã suam vocant. Nascuntur autem facilius & copiosius sermone fidei quo prædicant Christum crucifixum, & quicquid humana cogitatione citius percipitur, & infirmos Liæ oculos non perturbat. Rachel autem clara facie mente excedit Deo: & vidit in principio verbum apud Deum, & vult parere, & non potest. quia *generationem eius quis enarrabit?* Act. 8.

ISID. Duæ liberæ vxores Iacob, quia duæ vitæ nobis in corpore Iesu Christi prædicantur. Vna temporalis, in qua laboramus, altera æterna, in qua dilectionem Dei cõtemplabimur. Istam dominus passione illam resurrectione declarauit. Vnde Lia interpretatur ouis laborans. Rachel visum principium, vel verbum ex quo videtur principium. Actio humanæ vitæ in qua viuimus ex fide, multum laboriosa est in operibus & incerta, quo exitu perueniat ad vtilitatem eorum quibus consulere volumus. Hæc est Lia prior vxor Iacob & lippa oculis. Cogitationes enim mortalium timidæ: & incertæ prouidentiæ sunt. Spes vero æternæ contemplationis certam habens intelligẽtiam veritatis. Ipsa est Rachel bona facie & pulchra specie. hanc amat
C omnis piè studiosus, & propter hanc seruit gratiæ Dei, in qua peccata nostra *si fuerint sicut coccinum, quasi nix dealbabuntur:* Esa.

pletum est vt ingrediar ad illam. Qui vocatus multis amicorũ turbis ad conuiuium, fecit nu-
a ¶ Actiuam vitam quæ filios parit per prædicationem & exemplum bonorũ operũ.
ptias, & vespere Liã filiam suã introduxit ad eum: dans ancillam filiæ Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuisset ingressus: fa- 1
a ¶ Quis vel visum principium. ¶ Contemplatiua.
cto mane vidit Liam, & dixit ad socerũ suum: Quid est quod facere noluisti? Nonne pro Rachel seruiui tibi? †Quare imposuisti mihi? 2
a Respondit Labã: Non est in loco nostro cõsuetudinis vt minores ante tradamus ad nuptias.

Esa. 1. c. Laban dealbatio, cui seruiuit Iacob pro Rachel. Nega enim quisque conuertitur sub gratia remissionis peccatorum seruire iustitiæ: nisi vt quietè viuat in verbo ex quo videtur principium, quod est Deus. Ergo propter Rachel non propter Liam seruitur. Nemo enim amat in operibus iustitiæ laborem actionis vel passionis, nec eã vitã propter ipsam expetit, si cut nec Iacob Liam, sed tamẽ nocte suppositam in vsum generandi amplexus, fœcunditatẽ eius expertus est. Et quia per se non poterat diligi Dominus vt ad Rachel perueniretur, fecit eam tolerari, deinde per filios commendauit. Ita quisquis Dei seruus sub dealbationis peccatorum gratia est constitutus, hoc solum amans in sua meditatur cõuersatione, vt doctrinam sapientiæ percipiat: quam plerique se cito percepturos putant: cum se in septem præceptis exercuerint: quæ sunt de dilectione proximi, ne cuiquã nocentur. i. patrem tuum honora & matrem, non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices. non concupisces vxorem proximi tui, nec rem proximi tui, quibus pro posse obseruatis, cum homini pro cõcupita & sperara pulcherrima delectatione doctrinæ, per tentationes varias quasi per huius sæculi noctem tolerantia laboris adhærerit, velut pro Rachel Lia inopinata coniungitur, & hanc sustinet vt ad illam perueniat, si perseueranter amat, acceptis aliis septem præceptis: ac si dicatur ei: Serui alios septem annos pro Rachel: vt sis pauper spiritu, mitis, lugens, esuriens & sitiẽs iustitiam, misericors, mundi cordis, pacificus. Vellet enim si posset sine vlla tollerantia laboris, quæ in agendo patiendoq; amplectenda est, ad pulchrę contemplationis delicias peruenire. Sed hoc non potest in terra morientium, quod his verbis significatur:

a *Non est in loco nostro consuetudo, &c.* Maior appellatur quæ tempore prior est. Prior est enim in hominis eruditione labor operandi quæ iusta sunt. vnde: *Concupisti sapientiam, serua mandata quæ ad iustitiã pertinent.* Iustitia autem quæ ex fide est, quæ inter tentationum pericula est, vt piè credendo quod nondum intelligitur, etiam intelligentiæ meritum cõsequatur. vnde Esa. 7. b. *Nisi credideritis, non intelligetis.* secundum Lxx. Iustitia enim ad fidem, ad sapientiam intelligentiamq; pertinere monstratur. Non est tamen improbandum desiderium perspiciendæ veritatis, sed ad ordinem reuocandum, vt à fide incipiat, & bonis operibus nitatur peruenire quo tendit. In quo enim versatur F
virtus laboriosa est, in eo quod appetit luminosa sapiẽtia. Quid

☞ opus est

quid habemus residui quicquā in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri?Nonne quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditq; preciū nostrum?Sed Deus tulit * opes patris nostri, & nobis eas tradidit,ac filiis nostris. Vnde omnia,quæ præcepit tibi [1] dominus, fac.Surrexit itaq; Iacob,& impositis liberis, & coniugibus suis super camelos,abiit:Tulitq; omnē substantiā,& greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat, pergēs ad Isaac patrē suū in terrā Chanaā.Eo tēpore Laban ierat ad tondendas oues,& Rachel furata est idola patris sui.* Noluitq; Iacob cōsiteri socero suo,quòd fugeret.Cūque abiisset tā ipse quàm omnia, quæ iuris [2] eius erāt,& amne transmisso cō-

¶ Per anticipationem.

[a] tra montem Galaad, nūtiatum est Laban die tertio,quod fugeret Iacob.Qui assumptis fratribus suis,persecutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad. Viditque in somnis dicentem sibi [3] Deum:Cāue ne quicquā asperè loquaris cōtra Iacob. Iámque Iacob extenderat in monte tabernāculum.† Cumq; ille cōsecutus eum fuisset cū fratribus suis in eodem monte Galaad,fixit tentorium eum fratribus suis in eodem monte Galaad,

2 ¶ Non est timeandus,qui nihil potest nisi permissus.

a ¶ Dilatauerat. b ¶ Eminentia præceptorum. c ¶ Transitorum habitaculum.

d ¶ Diabolus persequitur Christum,qui ait:Ponam sedem meam in monte testamenti,&c.Esa.14.c.

Alias citharis.

a ¶ Quasi,quid tibi nobis Iesu fili Dei vini &c.Marci.1.c. b ¶ Animas de seruitute ereptas.

a ¶ Captiuam duxit captiuitatem. b ¶ Verbi Dei. c ¶ Quasi cur tuum adnentum me celasti,&te cognouissem,non crucifixissem,sed cum insignibus regalis triumphi gloriam tuam celebrassem.

a ¶ Quasi possum perfequi membra tua. b ¶ Hoc est,non possum,nisi quantum permissus fum.

a ¶ Redire in fudzam.

4 ¶ Alias cum. ¶ Concedatur alias esto.

Iacob

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXI.

1 Nunquid habemus residui quicquam. *Quasi diceret non,totum dedit fratribus nostris.*

2 Nonne quasi,&c. *Quia vendidit nos,tibi tradendo pro precio seruitutis tuæ:sicut & traduntur ancillæ.*

3 Comeditq; precium,&c. *Quia de seruitio tuo : quod fuit precium nostrum:consecutus est diuitias de quibus vixit.*

4 Sed Deus tulit,&c. *iustè transferendo in nos pro magna parte.*

5 Surrexit ita. Ia. *Hic consequenter Iacob captat sui recessus tempus opportunum,quia Laban recesserat ab eo ad tondendas oues: quas filij sui custodiebant,qua distabant ab eo itinere trīū dierū:vt prædictū est:quia præcedentibus fraudibus timebat:ne auferret ei omnia,si sciret eū recedere.*

6 Et Rachel fu. &c. *Non ad colendum , sed ad retrahendum patrem suum ab idololatria,& ideo non fuit furtum proprie loquendo. Considerandum q; vbi translatio nostra habet idola:in Hebræo habetur* תרפים *theraphim.Et dicunt aliqui,q; sint imagines factæ,parum per astronomiam,& partim per necromantiam, quæ dant responsa. Hebræi dicunt: quod est caput alicuius pueri primogeniti interfecti , & sacrificati dæmoni:& istud caput præsumi salsatur,& aromatibus conditur,vt possit diu stare:& super linguam eius in lamina aurea ponitur nomen dæmonis:& sic dat ibi responsa.hoc autem interposui, quia alibi in scriptura sacra fit mentio de theraphim.Certum est tamen q; talia non habent virtutem responsa dandi,nisi inquantum Deus permittit,& frequenter propter peccata hominum credentium talibus.Et quia demerentur vt in deceptionibus capiantur Deus talia permittit.*

7 Cumque a. *Hic consequenter describitur ipsius Laban insecutio,vbi primò describitur ipsius Iacob captio. Secundo mutua obiurgatio, ibi.*Et dixit ad Iacob:*Tertio tamen confœderatio,*ibi Respondit ei Laban. *Circa primum patet litera,exceptis paucis verbis exponendis.*

8 Contra montem Ga. *Hoc dicitur per anticipationem, quia hoc nomen postea impositum est vt patebit infra eo.c.*

9 Nunciatum est, &c. *Quia distabat ab eo itinere dierum trium , vt prædictum est ca.29.*

10 Qui assumptis fratribus suis persecutus est eū diebus septem, & comprehendit,&c. *illis de cognatione sua propinqua.*

11 Et comprehendit eum: *felices die ociaua.*

12 Caue ne quicquam asperè loquaris contra Iacob. *non solum prohibuit actionem duram contra Iacob,sed etiam loquelam.*

13 Et dixit ad Iacob.Quare ita. *Hic cōsequenter describitur mutua obiurgatio.Et primò ipsius Laban cōtra Iacob. Secundo econuerso ipsius Iacob contra Labanibi.*

14 Quasi captiuas gla. *falsum dicit,quia sua erant iure contra se,sicut patet de Balaam matrimonij.*

15 Vt prosequerer te cum. *mentitur corruptus timore Dei apparētis.*

16 Sed Deus &c. *mali homines coguntur Dei virtute aliquando dicere veritatem.Num.24.a.*

Cur

MORALITER.

11 *Qui assumptis fratribus suis : persecutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad.* Id est,Iacob. Per quem fratres paupe

pauperes designantur. Sedquoniam multi prælati receperunt eos ad gratiam, & adhuc in posterum plus facient domino concedente.Ideò subditur confœderatio vtriusque.

* Omnes

Præcepit, dixit. 1 Deus.

Iacob reuertitur in terram suā in filio Laban. Rachel furata patris Idola.

3 Dominū alias † tum

2 Sui.

E

Laban insequitur Iacob

* Laban Cura Dei pro Iacob ne quis ma li inferat Labā. Obiurgat Labā ipsum Iacob. Voluisti. voluisti & furari me i. me inscio fa cere. alias:nō habet contra.

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ Iacob suos appellat, quæ filios vel fratres cognatos appellat, vnde in sequentibus, *Dixitq; Iacob fratribus suis, & Afferte lapides.* In euangelio quoque filij Mariæ materterę domini fratres eius vocantur Matthæi 12.a.

Hom. 17.

a ✠ *Furatus es Deos meos &c.*

CHRISO. O excellentē insipientiam. Tales sunt dij tui, vt quis eos furare queat? Non erubescis dicens, *Quare furatus es Deos meos.* Vide quanta fuit

B erroris grauitas, hi qui ratione prædiți, colūt lapides & ligna. Et

Rachel abscondis idolis patris de ludit ipsum.

c sunt hi dij tui O Labā, qui neque cum furaturi se quidam erant, iuuare se potuerunt? Vel quomodo, qui lapidei? Deus autem iusti & ignoratę iusto, impetū tuum coercuit, & non cogitas erroris magnitudinem.

Iacob fidē, diligētiam, & laborem suum declarat ipsi Laban.

b *Timui ne violenter auferres filias tuas, & autem furti me arguis, &c.*

C Quasi ideò non tibi manifestaui, ne acerbitate persecutionis superares animas infirmas, nouiter tibi ereptas.

Lib. 2. de Iacob. c. 5.

c ✠ *Ne insidiatur Dominus, &c.*

AMBROS. Nemo credat paternę pietatis iesam esse reuerētiam, quod stante patre sedit Rachel, quoniam scriptū

Timor Isaac. 1. Deū quem colit Isaac.

est, *qui plus diligit patrem aut matrem, quam me, nō est me dignus.* Vbi causa agebatur religionis, fides debuit habere sedem iudicij, & quasi rea stare perfidia.

Tui, mei. Filius & nepotibus meis, filiabus meis quid faciam istis hodie vel filiis earum quos peperunt.

D ✠ AVGVST. Reuertentem Iacob ad patriam suam Labā persecutus est, & scrutatur omnem substātiam eius de suo nihil inuenit, Laban Typus est diaboli, Cōcedat ergo Deus nobis, vt nihil in nobis de suis operibus recognoscat.

d *Vrebar & gelu. Fugiebat somnus ab oculis meis.* Vt effectus est caloris & frigoris.

✠ CHRISO. Vidisti pastoris vigilantiam, vidisti intentū studium. Qualem habebunt excusationem, quibus rationales greges crediti sunt, & magnam præ se ferunt negligentiam, & quotidie iuxta Prophetam oues alias mactant, & alias à bestiis captas contemnūt, alias verò ab aliis raptas reducere non curant.

e ✠ *Decem vicibus &c.* AVGVS. Decepisti mercedem meā decem agnabus. Intelligitur per singula tempora partus ouium, cum Laban videret tales fœtus esse natos, quales placuerat vt ad Iacob pertinerent, pactum fraude mutasse, & dixisse, vt sutu ro fœtu alios pecudum colores haberet in mercede Iacob. Tūc autem ille varias virgas nō supponebat, & nō nascebātur varij, sed vnius coloris, quæ Iacob nouo pacto auferebat.

☞ *Afferte*

☞ a *Afferte lapides. &c.* HIERONYMVS. Aceruus lingua Hebræa גל gal dicitur, עד aad verò testimonium. Lingua Syra

De locis Hebraicis.

aceruus גלער iegar dicitur & testimonium שהדותא sahadutha. Iacob ergo aceruū testimonij. Galaad Hebraicè vocauit. Labā aceruū testimonij, iegar sahadutha gētis suæ sermone. Erat enim Syrus, & parentum linguam prouinciæ in qua habitabat sermone mutauerat.

*Iacob.

Galaad. Id est, tumulus testis.

Intueatur & iudicet. Tumulus testis & specula. i. siue visiones, quia dixit Intueatur, (vel speculetur) Lapis, statua. Vbi suprà.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quid est *tumulus iste testis erit inter me & te hodie*, id est, verba quæ fiunt in hoc colle, memoria ppetua erunt.

B Malū mihi cogitans, illum venię ad me.

✠ GLOSSA GRAECA. Vt ait Ecclesiastes *Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi.* Colligūtur lapides iussu Iacob, qui figurā Christi gestit, vt ædificium consummaretur super fundamentum Apostolorum & prophetarū, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.

D Mystice.

ISIDORVS. MYSTICE, inter fideles tam Iudæos quēm gentiles: testis est lapis eminēs in similitudinem Christi: & aceruus lapidum qui est multitudo credentium.

Vterque iuxta proprietatē linguæ suæ.

b *Iurauit Ia. &c.* Per timorē, scilicet, quo timebat Deum quem commēdauit suprà dicens, *Et timor.*

Recessimus à vobis, Abscondetur alter ab altero. i. quādo alter ab altero recesserit.

c *Laban verò de noc. &c.* Quia Labā & Iacob trās fluuium perrexerunt, significare potest duos populos, per baptismum ad ecclesiam venientes. Sed Iacob vltra progredi

† 22. q. 1. c. monet.

E te, Laban reuersus est: quia filiis lucis in profectu virtutū post baptismū & meantibus, reprobi de percepta dignitate post Satha-

* Ergo

nam in apostasiam redeunt.

☞ CAP.

a ¶ Sicut gentilis loquitur. Et notandum quòd hic primo inuenimus Deos gentium. In superioribus enim scriptura Deum nominauit. ¶ Cur apud te latet auaritia, quæ est idolorum seruitus. Col. 3. a.

a tui, cūr furatus es Deos meos? Respondit Iacob: Quia inscio te pro- 1
b fectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas: quod autem fur- 2
a ¶ Auaritiæ. b Idololatriam. c ¶ Communi iudicio de nostra societate proscribatur.

ti me arguis, apud quemcunque inueneris Deos tuos, nēcetur coram
a ¶ Quæ enim societas Christi ad Belial: quæ communicatio templi cū idolis. 2. Corin. 6. c.

fratribus nostris: Scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris, au-
a ¶ Non amabat vendentes & ementes in templo, vnde eiiciebat. b ¶ Tanquam leo rugiens circuiuit, quærēs q. de. j. P. V. c.

fer. Hæc dicens ignorābat, quòd Rachel furata esset idola. Ingressus 4
a ¶ Mundi.

itaque Laban tabernaculum Iacob, & Liæ, & vtriusque famulæ, non
a ¶ Vnde Ioan. 14. d. Venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquam. b ¶ Quod non inuenit apud maiores, inuenire molitur apud minores, sed Rachel, id est, ecclesia, quæ Laban reputat lucra contemnit, vt stultorum onera. c ¶ Auaritiam humilitate pœnitentiæ tegens.

inuenit. Cūmque intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscon- 5
a ¶ Alias super. b ¶ Intentanti omnimodo laqueos tentationum.

dit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper. Scrutantiq; omne
a ¶ Id est non prævalenti.

tentorium, & nihil inuenienti, ait: Ne irascatur dominus meus, quòd
a ¶ Naturalis consuetudo est assurgere maioribus, sed tibi non assurgo, quia sectatorem auaritiæ non honoro.
b ¶ Qui immunditiam auaritiæ sequitur, quasi muliebria patitur.

coram te assurgere nequeo, quia iuxta consuetudinem fœminarum 6
a ¶ Frustrata. b ¶ Tentantis.

nunc accidit mihi. Sic delusa sollicitudo quærentis est. Tumensque
a ¶ Callidus exactor arguitur qui omni genere tentationum aduersus Christum se erexit, sed quod in eo reprehenderet, non inuenit.

Iacob cum iurgio, ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum
sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem meam?
Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ? Pone hic coram 7
a ¶ Filius. b ¶ Per gratiam. c ¶ Per naturam. d ¶ Iudicabunt sancti nationes.
¶ In obseruantia decem mandatorum gemina charitate.

fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me & te. Idcirco vi-
a ¶ Innocentes. b ¶ Pœnitentes. c ¶ Vacui bono operi. d ¶ Fortes.

ginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt, arietes
a ¶ Confregi. b ¶ Quasi: Ab incursibus inuisibilium luporum greges mihi commissos defendi.
c ¶ Oues perditas restituebam.

gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi. Ego damnū 8
a ¶ Quicquid per ignorantiam delinquebatur, mihi imputabas, quod non fit pastoribus ecclesiæ.
b ¶ Instantia quotidiana officiebat.

omne reddebā. Quicquid furto perierat, à me exigebas. Die noctuq;
a ¶ Scandalis fratrum. b ¶ Vel vrgebar. c ¶ Non dormitat qui custodit Israel.

d æstu vrebar, & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis meis. † Sic per vi- 9
a ¶ Obseruaui septem præcepta de dilectione proximi, & septem euangelica de dilectione Dei.

ginti annos in domo tua seruiui tibi, quātuordecim pro filiabus, &
a ¶ Opera admiranda. b ¶ Populis in fide tuendis. c ¶ Ingratus beneficiis cōtraria decē præceptis meo labori obiecisti.

sex pro gregibus tuis. Immutasti quoq; mercedem meam decem vi- 10
¶ a Deus qui omnibus timēdus. b ¶ subueniisset.

cibus. Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac adfuisset mihi,
a ¶ Nullo mihi adhærente. b ¶ Quam passus sum in mundo.

forsitan modo nudum me dimisisses. Afflictionem meam, & laborē
a ¶ Cooperatorum. b ¶ Qui non reliquit me solum. c ¶ Repressit antequam nocere posset.
d ¶ Quod non fecit Dei timore compressus, dicit se dimisisse causa carnalis affectus.

manuum mearū respexit Deus, & arguit te heri. Respondit ei Laban. 11
Filiæ meæ, & greges tui, & omnia quę cernis, mea sunt: Quid possum 12
a ¶ Hic Laban gentilis populi ad fidem venientis, typum gerit. Iacob verò iudaici fidelis.

facere filiis, & nepotibus meis? Veni ergo, & ineamus fœdus, vt sit
a ¶ Non vt pro Deo coleret, sed vt in eo aliquid significaret.

testimonium inter me & te. Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit 13

☞ *Afferte*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cur furatus es Deos meos? *in hoc ostenditur confestim, quòd non erant dij, cum furto possent amoueri.*

2 Respondit Iacob. *Hic consequenter describitur obiurgatio rationabilis ipsius Iacob contra Laban, & primo reddit rationem quare non significauit sibi recessum suum. Et patet littera.*

3 Quòd autem furti me arguis. *quia ipso ignorante factum fuerat istud furtum, quod tamen furtum non debet dici vt predictum est.*

4 Hæc dicens ignorabat, &c. *quia pro furto simplici de rigore non debebat mors infligi; tamen sicut dictum est: non erat furtum.*

5 Subter stramenta cameli: *id est, subter sellam cameli.*

6 Iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi, &c. *scilicet fluxus menstruorum.*

7 Pone hic coram fratribus &c. *id est, coram filiis tuis, & meis, & illis qui sunt de cognatione nostra.*

8 Nec captum à bestia ostendi tibi, Ego damnum. *Licet possem facere de iure.*

9 Et timor Isaac. *i. Deus quem timuit.*

10 Omnia quæ cer. mea sunt. *i. à me descenderunt.*

11 Quid pos. &c. *q. d. facerem contra meipsum, necessitatem à Deo sibi impositam excusat prout potest.*

12 Veni ergo. *Hic consequenter describitur vtriusque confœderatio, quia Laban videns quòd Deus erat pro Iacob: quæsiuit confœderari cum eo.*

13 Et erexit illum in titulum. *i. signum confœderatio.*

✠ Dixi

a ¶ Angularem qui fecit vtraque vnum. b ¶ Cognatis. c ¶ Congregatio lapidum, conuentus fidelium.

a illūm in titulum. Dixitque *fratribus suis: Afferte lapides. Qui cōgre-
a ¶ Significantes communionem sacramentorum.

gantes fecerunt tumulum, comederūntque super eum. Quem voca-
a ¶ legar Sahadutha. b Gal. ¶ Aad. ¶ Non est de textu.

uit Labā tumulum testis: & Iacob aceruum testimonij, vterque iuxta
a ¶ Conuentus fidelium testis est inter gentilem credentem & Iudæum.

proprietatem linguæ suæ. Dixitque Laban: Tumulus iste testis erit
inter me & te hodie, & idcirco appellatū est nomen eius Galaad, id
est, tumulus testis. Et adiecit Labā: Intueatur dominus, & iudicet in-
a ¶ Si initum pactum violauerimus, etiam absentes corpore. ¶ Deos alienos suadendo.

ter nos: quando recessserimus à vobis, si afflixeris filias meas, & si in-
a ¶ Sectas hæreticas. b ¶ Extraneorum, aut propter testificationem Dei quam ita habere debent, tanquam nemo cum eis esset qui testis esset.

troduxeris vxores alias super eas, †Nullus sermonis nostri testis est
a ¶ Quasi, ipse erit iudex, qui conscius. b ¶ Repetendo confirmat.

absque Deo, qui præsens respicit. Dixitq; rursus ad Iacob: En tumulus
hic, & lapis quem erexi, inter me & te testis erit. Tumulus inquā iste,
& lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te,
a ¶ Non recans.

aut tu præterieris, malum mihi cogitās. Deus Abrāham & Deus Na-
¶ Domini.

chor iudicet inter nos Deus patris eorum. Iurauit *Iacob per timo-
a ¶ Communicatis sacramentis. ¶ Auditus spiritualis intelligentiæ.

rem patris sui Isaac, immolatisque victimis in monte vocauit fratres
a ¶ Comestio panis, significatio vnitatis est. b ¶ Qui suprà credentes, nunc apostatas significat.

c suos, vt ederent pānem. Qui cum comedissent, mansérunt ibi. Laban
verò de nocte consurgens, osculatus est filios, & filias suas, & benedi-
xit illis, reuersúsque est in locum suum.

De nocte mane.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixitq; fratribus suis, *id est, illis de cognatione sua, qui venerant cum Laban.*

2 Comederūntque super eum. *In signum amicitiæ reformatæ.*

3 Quem, &c. *Nomen impositum à Iacob & nomen impositum à Laban idem significant, scilicet, aceruum testimonij, sed Laban qui erat Syrus expressit in lingua Sira. & Iacob in Hebræa: & si aliquis curiosus velit scire differentiam: hæc est, Habetur in Hebræo, vocatum est Galaad. Gal enim idē est quod aceruus, Aad testimonium. In idiomate Syro vocatum est: Iegar, Sahadutha & sic est in textu quem vocauit Laban Iegar Sahadutha. & idem significat: quod autem additur, vterque iuxta proprietatem linguæ suæ: non est de textu, sed translator apposuit. Et si dixisset. Et vocauerunt eum aceruum testimonij: sed vnus in idiomate Syro: alius in idiomate Hebræo, clarior esset translatio: sicut ἅγιος, & sanctus, Penitus idem significant, sed vnum nomen est Græcum, aliud Latinum.*

4 Deus Abraham, &c. *id est, pœnam infligat illi qui transgredietur iuramentum.*

5 Per timorem pa. sui Isaac, *id est: per illum Deum quem timebat.*

6 Osculatus est filios, *id est, nepotes.*

7 Et benedixit illis, reuers. &c. *imprecatus est illis bona. Cætera patent.*

☞ CAP.

C

In cap. 31. vbi dicitur in postilla. Considerandum quod vbi translatio nostra habet idola, in Hebræo dicitur Teraphim.

ADDITIO I.

Teraphim. *Teraphim in Hebræo imagines significat semper, vel simulacra, prout Hiero. dicit super Esa. 2. Sed attendendum quòd non semper significat simulacra facta ad quærendum responsa dæmonum vel ad idololatrandum, quia 1. Reg. 19. vbi dicit quòd accepit Michol statuam, scilicet, ad ponendum in lecto loco Dauid. In Hebræo habetur:* Accepit Michol theraphim, *quod non est dicendum, quòd in domo Dauid & vxoris essent simulacra vel statua aliqua idolatrica, seu facta ad quærendas responsiones dæmonum, sed erant ibi solum ad aliquas licitas representationes. Iudicum verò 27. & 28. repetitur sæpe hæc dictio* theraphim, *vbi significat aliquid idolatricè factum vt ibidem patet. Similiter vbi dicitur Osee 3. b.* Et sine Ephot & theraphim, *theraphim ibi est eiusdem significationis, & sic in multis aliis.*

In eo cap. 31. vbi dicitur in pos. & timor Isaac, *id est* Deus quem timuit, *&c.*

ADDITIO II.

Quærendum videtur, quare non fecit mentionem de Abraham & Isaac, eodem modo dicendum Deus patris mei Abrahæ, & Deus patris mei Isaac, vel timor patris mei Abrahā, & timor patris mei Isaac, quia non minus potest dici de Abraham, quòd timuerit Deum: quam de Isaac. Ad hoc dicitur à quibusdam Hebræis quod Deus non nominatur Deus alicuius singularis personæ, nisi postquam est extra fluxibilitatem huius vitæ, eò quod homines dum in hac vita sunt possunt mutari de statu gratiæ, in quo sunt filij Dei, ad lapsum in quo ponit filij ire secundum Apostolum dicuntur. Et quia quandò hæc verba dixit Iacob, Abraham iam diu antè decesserat, sed Isaac adhuc viuebat, quia duravit vsque ad decennium post venditionem Ioseph, vt habetur postea. Idcirco de Abraham, qui iam erat in securo dixit Deus Abraham, *sed de Isaac qui adhuc erat in vita dixit,* Timor Isaac, *id est, quem timet Isaac: quod potest dici de quolibet iusto timente Deum secundum præsentem statum. Quidam verò dicunt, quòd timor Isaac, hic dictus intelligitur de timore quem passus est tempore immolationis, ad quod inducunt illud quod infrà sequitur eodem cap.* Iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac, &c. *Solent enim homines iurare per aliqua terribilia: sicut per horam mortis & huiusmodi.*

m

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XXXII. A *Iacob autē abijt.* a *Castra Dei sunt, &c.* Vbi castra posita sunt, in Hebreo מחנים mahanaim : vt sciamus, si quādo interpretatū in alio loco ponitur, quem locum significet. Et pulchrè ad fratrem inimicū iturus, angelorū comitātium eū choris excipit.

b *Timuit Iacob, &c.* AVGV. Quæri potest: quomodo fidē habuit promissis Dei, quòd hoc dixit. Sed fieri potuit vt euerteret castra eius Esau, & tūc post illam afflictionē adesset & quæ promisit, impleret. Et admonemur hoc exemplo : vt quamuis credamus in Deū, faciamus tamen quæ facienda sunt in salutis præsidium.

Verba

CAPVT XXXII.

¶Non aspiciens retro.

IACOB autem abiit itinere quo cœperat, fueruntq; ei obuiam angeli Dei. Quos cum vidisset, a ¶Multitudo angelorum, quæ militia cœli nominatur, quibus confortatus non meruerit fratrem, securus eorum auxilio. ¶ Superatis præteritis tentationibus tanquam hostibus à tergo sequentibus, imminent futuræ tanquam hostes obuiam venientes: quos oportet præuenire orando, & bene operando ad quod perficiendum, prosunt aliquando persuasibilia humanæ sapientiæ verba.

ait. Castra Dei sunt hæc. Et appellauit nomen loci illius [1] Manaim, id est, castra. Misit autem & nuncios ante se ad Esau fratrem suum in terram

a ¶Alias in regione.

Seir regionis Edom, præcepitque eis, dicens: Sic loquimini domino a ¶Consors naturæ, non gratiæ. b ¶Omnis qui patriæ cœlestis ciuis est, peregrinus est mundi toto tempore vitæ præsentis. meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Labā peregrinatus sum, a ¶Sapientes. b ¶Fatuos. c ¶Simplices. d ¶Qui timore seruiunt, non amore.

& fui vsque in præsentem diē. Habeo boues, & asinos, oues, & seruos, atque ancillas, mittóque nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. Reuersi * sunt nuntij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tibi cum quadringentis viris. Timuit Iacob, valde, & pertérritus a ¶Imminente periculo quod humana ratio habet, faciamus ne totum Deo committentes, tentare videamur.

diuisit populum, qui secum erat, greges quoque, & oues, & boues, & camelos in duas turmas, dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam, & a ¶Ne iterum totum humano consilio tribuat, adiungit orationem, quia prædestinatio Dei precibus adiuuatur. percusserit eam, alia turma quæ reliqua est, saluabitur. Dixitq; Iacob: †Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, domine qui dixisti mihi, Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, &

a ¶Indignus. b ¶Mihi impensis.

benefaciam tibi, minor sum cunctis miserationibus tuis, & * veritate quam explesti seruo tuo : In bāculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior: Erue me de manu

Verba quoque Iacob considerāda sunt, dicētis. *Deus patris mei Abrahā, &c.* qa in his verbis & humana infirmitas & fides pietatis apparet.

c *Transiui Iord.* Per baptismum coniunctus est paries de gentibus, ei qui ex Iudæis, primitiuæ tamen ecclesiæ non deest timor Iudæorū, quos significat Esau.

✠ AVGV. Baculo crucis Christus apprehēdit mūdū, & cū duabus turmis. i. cū duobus populis, ad patrē rediit cū triūpho.

d *Erue me de ma. &c.* Sic orat vt spem timore moderetur: & timorem spe consoletur, significans, vt vitæ nostræ & domesticorum ratione consulamus, & tamē Dei auxiliū inuocemus.

☞ a *Placabo*

☞ a *Placabo illum, &c.* Hæc interposita sunt à scriptore. Non est enim prudentis artem suam detegere, & sic eis cum quibus agitur suspectum se facere.

In cap. 32. b ✠ *Mansi solus, &c.* PROCOPIVS. Nam cum his qui traiecerunt fluuium non luctatur Christus suorum in numero ipsos reputans, & vt mundi victores ipsos coronans. Nomen autē torrenti est lucta. Quia regnum cœlorum violenter rapitur. Et arcta nimis est porta, quæ ducit ad vitam.

Iacob mittit munera ad Esau fratrem suum. Præsagia autem hæc erant, qui ex Iacob descendentes repudiarent baptismi gratiam, hostem forent habituri Christum Emmanuelem. *Qui enim non est mecum contra me est.*

Quæst. 32. c ✠ *Et ecce vir, &c.* THEODORETVS. Angelus cum Iacob luctari voluit, vt timēti fratrem fiduciam iniiceret. Quinetiam se superari ab illo passus est, ac si diceret me vicisti, & hominē times? Ne verò hac de victoria superbiret, putans se Deum vicisse, fœmoris contactu spontaneam de se victoriam præbuisse declarauit, fœmur autē patriarchæ contractum est, ne quod re vera gestū erat, phantasiam fuisse existimaret.

Hom. 14. in Euang. GREGORIVS. MYSTICE. Iacob cum ad parentes proprios redit, in via angelum inuenit: cum quo magnum certamen in luctamine habuit. Qui autem luctatur aliquando se superiorem aliquando inferiorem inuenit. Significat ergo angelus Deum, & Iacob qui cum eo contendit contemplatiui viri animam exprimit, quæ cum Deum cōtemplari nititur: velut in certamine modo quasi superat: quia intelligendo & sentiendo de incircunspecto lumine aliquid gustat: modò verò succumbit, quia degustando iterum deficit. Quasi ergo vincitur angelus, quando humano intellectu intimo apprehenditur Deus. Sed notandum, quòd idem victus neruum tetigit: & marcescere fecit, & extunc Iacob vno pede claudicauit: quia

fratris mei Esau, quia valdè eū timeo, ne fortè veniens percutiat † matres cum filiis. Tu locutus es, †Φ benè mihi faceres & dilatares semē meū, sicut arenā maris, quę præ multitudine numerari nō potest.

Cumq; dormisset ibi nocte illa, separāuit de his, quę habebat, munera Esau fratri suo, capras dūcentas, hircos viginti, oues ducentas, arietes viginti, camelos fœtas cū pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earū decem. Et misit per manus seruorū suorum singulos seorsum, greges, dixitq; pueris suis: Antecedite me, & sit spaciū inter gregē & gregē. Et præcepit priori, dicens: Si obuiū habueris Esau fratrē meum, & interrogauerit te, cuius es, & quo vadis [1] & cuius sunt ista quæ sequeris? Respondebis: Serui tui Iacob. Mūnera misit domino suo Esau, ipse quoque post nos venit. Similiter mandata dedit secundo ac tertio, & cunctis qui sequebantur greges, dicēs: iisdem verbis loquimini ad Esau, cum inueneritis eum, & addetis: Ipse quoque seruus tuus Iacob, iter nostrū

a Hæc interposita sunt à scriptore. Ordo verborum Iacob: Placabo eum, & post hoc videbo faciem eius.

a insequitur. Dixit enim: Placabō illum muneribus quæ præcedūt, & posteà videbo eum, forsitan propitiabitur mihi. Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse verò mansit nocte illa in castris. Cúmque [2] maturè surrexisset, tulit duas vxores suas, & totidem famulas cum vndecim filiis, & trāsiuit vadum Iaboc. Traductisq; omnibus quæ ad se pertinebant, manſit ſolus. † Et ecce vir luctabatur cum eo vsque mane. Qui cùm videret, quòd eū superare nō posset, tetigit neruū femoris eius, & statim emarcuit. Dixitq; ad eum: Dimittē me: Iam enim ascendit aurora. Respondit: Nō dimittam te, nisi benedi-

Fortsitā propitiabitur mihi. Si fortè suscipiat faciē meam Heb.

Vsque mane, vsque ad exortū auroræ.

Neruum femoris, vox Hebræa significat coxendicem. i. cōcauum in quo volui-tur femur.

a ¶Parat eum placare muneribus cui displicebat in moribus.

a ¶Binarius princeps alteritatis placet Esau.

a ¶Placet ei vicesimus propter dualitatem denarij.

a ¶Vt placerent munera multitudine sicut magnitudine.

a ¶Vt ante esset muneribus reconciliatus, quim à fratre visus.

¶Hoc prudenter fecit, vt per nuntios voluntatem fratris agnosceret.

a ¶Post aquam salutis ecclesiæ, vt Deum contemplari valeat aptus est locus solitudinis. b ¶Quia in contemplatione quasi in luctamine, modo Dei sunnitas vtcumque comprehenditur, modo superat vt non sentiatur.

a ¶Quasi tempus est, vt ab imaginibus ad temporalia tractanda descendat.

a ¶Quia anima quæ internam dulcedinem degustat in ea semper morari desiderat.

quia omnipotens Deus, cùm per intellectum & desiderium cognoscitur: voluptatem carnis arefacit: & qui prius quasi duobus pedibus nitentes, eum videbamur quærere & sęculum tenere, post agnitionem suauitatis Dei, vnus in nobis pes sanus permanet, alter claudicat: quia debilitato amore sæculi, solus amor Dei cōualescit. Si ergo tenem[e] angelū, vno claudicamus pede: quia dū crescit fortitudo in nobis amoris intimi, infirmatur fortitudo carnis. Qui enim claudicat, tantum sano pede initur. Cui enim desideriū terrenum arrefactum est, in solo pede amoris Dei tota virtute se sustinet, & in ipso stat: quia pedem amoris sæculi, quem in terra ponebat, iam suspensum portat. Nos ergo si ad spirituales patres redimus, angelum in via teneamus, vt suauitate intima Deum apprehendamus.

ISIDOR. *Et ecce vir, &c.* In hoc principaliter sacramenti dominici imago figurata est. Vir enim iste Christum significat, cui volenti præualuit Iacob, vt mysterium significaret passionis: in qua visus est in corporis sui sobole præualuisse Deo, & quasi cū infirmo: ita cum carne eius luctamen inire & inualescere cū diceret: *Crucifige, crucifige.* Et tamen Iacob ab angelo quē vicerat, benedictionē impetrauit. Nominis enim impositio, benedictio fuit. Interpretatur autem Israel vidēs Deū: quod erit in fine præmium omnium sanctorum. *Tetigit angelus latitudinē femoris eius,* & claudū fecit. Sicque erat benedictus & claudus, in fidelibus benedictus, in infidelibus claudus. Femoris enim neruus vel latitudo, generis humani multitudo est. Plures quippe à fide patrum degenerantes : & à præceptis sui authoris deuiantes : in erroris sui semitis claudicant. vnde Psalm. 17.g. *Et claudicauerunt à semitis suis.* Qui tamen populus tactis viribus non solum claudicat, sed torpescit, ne vltrà iam generare possit.

☞ a *Nequa*

Diuisio. [1] IAcob autem abiit. *Hic cōsequenter describitur qualiter passus est ab Esau, & primo qualiter timuit eū ex auditu. Secūdo ex aduen. cap. 33. Circa primum describitur primo diuina cōsolatio præueniens : Secundo humana trepidatio superueniens, ibi.* Misit autem nuntios. *Tertiò Dei confortatio contra periculum imminens, ibi,* Et ecce vir luctabatur. *Circa primum dicitur sic.* Iacob autem abiit, &c. *expeditus à persecutione Laban.*

2 Fueruntq; ei ob. an. Dei. *Dicunt Hebræi, quòd angeli qui custodiebant prouinciam Syriæ, conduxerunt eum vsque ad locum illum, qui erat in fine prouinciæ illius, & tunc alij angeli, qui præerant prouinciæ alteri sibi coniunctæ, obuiauerunt sibi ad conducendum eum. Doctores autem Catholici dicunt, quod fuerunt angeli ad confortandum eum contra timorem fratris sui. nec ista expositiones dissonant multum.*

3 Et appellauit, &c. *ad protegendum eum : & consonat hoc vtrique expositioni.*

4 Misit autem & nuntios. *Hic consequenter describitur humana trepidatio. Licet enim esset cōfortatus ab angelo in recessu, vt prædictum est, & in processu ab angelis sibi occurrentibus : tamen sicut homo timuit de fratre suo per cuius terram habebat transire. tum quia sciebat se eum offendisse propter primogenita & propter benedictiones : tum quia habitauerat cum Laban idololatra diu, ex cuius cohabitatione poterat aliquam offensam incurrisse, & ideò timebat. quia tales diuinæ promissiones communiter intelligenda sunt sub conditione, scilicet, si ille cui fiunt, faciat debitum suum erga Deum, de quo formidabat Iacob : & ideò quia non poterat transire terram sine scitu fratris sui, misit nuntios ad placandum eum, & captandum eius beniuolentiam. Et patet littera vsq; ibi.*

5 Properat in occursum, &c. *Tot enim secum ducebat, vt fratrem suum captiuum duceret, si sibi expedire videretur, si autem contrarium videretur, saltem ostenderet potentiam suam.*

6 Diuisit po. *duplici de causa. Vna quia si Esau percuteret turmam vnam, cum esset spoliis illis intentus, altera fugeret, vt saluaretur. Alia causa, quia de occisione & spoliatione prima satiatus : alteri forsitan parceret.*

7 Dixitq; Iacob, &c. *Sciebat enim quòd quamuis Deus aliquid ordinauerit facere : tamen vult super hoc rogari.*

8 In baculo, &c. *id est, solus & pauper innitens baculo meo, non alijs temporalibus : vt supra dictum est. 29. ca. Sed quomodo dicit* Iordanem istum, *cum adhuc esset longè à Iordane? Dicunt aliqui quòd torrens Iabeth iuxta quem erat est idem cum Iordane, & debet dici vadum Iacob, sed hoc patet falsum, quia postea venit Iacob in Phanuel & Sechot, quæ non sunt in terra Israel citra Iordanem, sed vltrà : vt patet per Hieronymum de distantijs locorum, & per descriptionem terræ promissionis. & ideò aliter dicendum, quod licet esset adhuc longè à Iordane, tamen inde poterat videri Iordanis. Et quia torrens Iabeth cadit in Iordanem fluuium.*

✠ 1 Sepa

1 *Iacob autem abijt, &c.* Hic agitur de timore Iacob ab Esau, per quem significatur timor boni viri à malo, propter quod remedia quærere debet prout potest, Et primò erga Deū per emendationem vitæ, quod notatur cum dicitur. *Iacob autem abijt, &c.* proficiens de bono in melius in via morum.

2 *Fueruntque ei ibi an. 9. Dei.* ad eius custodiam, sicut scribitur. Psal. 90. *Angelis suis mandauit de te, vt cu. te in om. vijs tuis.*

4 *Misit autem & nun. ante se ad. e.* Sequitur.

† *Sic loquimini domino meo Esau:* scilicet verbis pacificis & humilibus, vt patet in textu. Scribitur enim Eccles. 6. a. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Et in hoc Iacob significat quęmlibet bonum hominem, qui quærit quantum potest omnium pacem, secundum illud Rom. 12. *Quantum ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes.*

† *Timuit Iacob, &c.* quia nequitia peruersorum semper est timenda, & cautela contra eam adhibenda. Ideo subditur.

6 *Diuisit populum qui secum erat, &c.* in duas turmas. Possunt autem per duas turmas intelligi bona spiritualia & temporalia: vt si persecutor auferat temporalia, spiritualia per patientiam maneant salua, exemplo beati Iacob. Et quoniam humana cautela non sufficit sine protectione, diuina ideo subditur oratio Iacob.

7 *Deus patris mei, &c.* Sequitur.

† *Erue me de ma. fratris mei Esau, &c.* quia pax cum aduersariis salua veritate iustitiæ quærenda est, non solum verbis dulcibus, sed etiam muneribus, ideo sequitur.

† 1 *Separauit*

1 Separauit, &c. *vt eum placaret, vt patet infrà.*

2 Singulos seorsum greges, &c. *vt magis apparerent.*

3 Traductisq;, &c. *Duplici de causa. Vna vt videret ne aliquid de rebus suis ex oblitione remansisset. Secunda, vt solitarius melius orationi vacaret, vt eum dominus eriperet de periculo, quod timebat.*

4 Et ecce vir. *Hic consequenter ponitur diuina confortatio contra timorem periculi imminentis:* Ecce vir luctabatur cum eo. *Dicit Hebræi quod fuit angelus Esau, vt specie viri qui volebat eum impedire à transitu, ne obtineret benedictiones : & primogenita ipsius Esau. sed dominus*

Angelus Iacob colluctatus.

† 1 *Separauit de his, &c.* Et quoniam oratio deuotè facta : exaudibilis est, Iacob sequitur.

4 *Et ecce vir luctabatur cum eo.* Per hanc enim luctam significatur ad literā, quòd Iacob finaliter ipsi Esau præualeret, quod fuit impletum tempore Dauid, qui terram Idumææ sibi subiecit. & per hoc moraliter significatur, quòd boni malis finaliter præualebunt. Sap. 5. *Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, &c.* Et tunc mutabitur nomen Iacob in Israel, sicut subditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Historice.

a *Nequaquam inquit Iacob appellabit nomen tuum, sed &c.* HIERO. Iosephus in libro primo antiquitatum, Israel ideò dictum putat, quod aduersus angelum steterit. Ego autem hoc in Hebræo non inuenire nō potui: sed etymologiam nominis ipse angelus posuit, dicens: *Quoniam si contra Deum fortis fuisti, &c.* שר Sar, à quo

Fortis fuisti, præualuisti.

Israel vocabulū deriuatur, principem sonat. Quasi dicat, Non vocabitur nomen tuum supplantator, Id est, Iacob sed princeps cū Deo, id est, Israel. Quo modo enim princeps ego sum, sic & tu qui mecum luctari potuisti, princeps vocaberis. Si autem mecum: qui Deus sum, vel angelus, quia plerique variè interpretantur, pugnare potuisti: quātò magis cum hominibus: id est, cum Esau, quem formidare non debes. Quod autē in libro Hebræorum nominū interpretatur Israel vir videns Deum, vel mens videns Deum, non tam verè quàm violenter interpretatū videtur. Hic enim ישר אל Israel phas literas scribitur: Ioth, Schin, Res, Aleph, Lamech,

Interpretatio nominis Israel.

B quod interpretatur, princeps Deus vel directus Dei. Vir verò videns Deum, his literis scribitur, vt איש vir tribus literis scribat. Aleph, Ioth, Schin: ראה Videś ex tribus. Res, Aleph, He: אלהים verò ex duabus: Aleph, & Lamech, & interpretatur Deus vel fortis. Quāuis igitur grādis authoritatis sint, & eloquentiæ ipsorū vmbra nos opprimat: qui Israel virum vel mentē videntem Deum trāstulerūt, nos magis scripturæ & angeli, vel Dei, qui Israel ipsum vocauit authoritate ducimur, quàm cuiuslibet eloquētię secularis.

Indeæ non comedunt nervos femoris.

d

Eius, & obstupuerit, la cōb nerui, qui contracti sunt.

Ex Cathena Græca.

b ✠ *Cur quæris nomen meum. Quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.* Neque enim angeli nomen admirandum est, sed qui filius est Dei, seruator orbis, & is denique qui nequit explicari.

Ibidem.

✠ CYRILLVS. Quærenti Iacob nomen eius, nullum sibi proprium nomen refert, quia Deus multiplici nomine nuncupatur, nullúmque ei proprium nomen assignari potest.

c *Vocauitq; Ia. &c.* Illud quoq; quod sequitur, *& benedixit eū*, ibi: *Vocauitq. Iacob nomē loci illius Phanuel, &c.* In Hebræo dicitur *Phanuel*, vt sciamus ipsum esse locum qui in ceteris scripturæ voluminibus secundum Hebræos Phanuel legitur.

Li. 4. moral. cap. 6.

C GREGOR. Quæritur: Cum veritas dicat: *Nemo videbit faciem meam.* Et: *Deum nemo vidit vnquam*: quomodo testatur Iacob *Vidi dominum facie ad faciem.* Humanæ enim mentes oculo interiori purgato, cum vitiorum erugo tribulationis igne fuerit cremata, lætitiam patriæ cœlestis aspiciunt: vt purgemus lugendo

Videre dominum ad faciem.

gendo prius quæ fecimus: & post contemplemur gaudia quæ quærimus. Prius enim exurente tristitia caligo detergitur: & sic respledente raptim in circumscripto lumine mens illustratur. Quo in gaudio cuiusdam securitatis absorbetur, & quasi post defectum presentis vitæ vltra se rapta in quadā nouitate recreatur. Ibi mēs ex immēso fonte visionis, superno rore aspergitur. Ibi nō se sufficere ad id ad quod rapta est, cōtēplatur, & veritatē sentiendo videt, quia quāta est vēritas ipsa non videt: & cui tantò se lōgè ęstimat, quantò appropinquat: quia nisi illam vtcunq; conspiceret, non eam cōspicere se posse sentiret. Visus ergo animæ dum intenditur, immēsitate coruscationis reuerberatur. Ipsa enim cuncta implens, cuncta circunstat, & idcirco mens nō se ad comprehendēdā incircunscriptā substantiam dilatat, quam inopia suæ circunscriptionis angustat. Vnde ad se citius relabitur: & prospectis quibusdam varietatis vestigiis, ad sua intima reuocatur. Hæc ipsa cum per contemplationem facta nō solida & permanens visio, sed quasi quędam visionis imitatio, Dei facies dicitur.

Quia enim per faciē quemlibet agnoscimus, cognitionem Dei faciem vocamus. Iacob ergo postquam cum angelo luctatus est, ait: *Vidi dominum facie ad faciem.* Quasi: Cognoui Deum, quia ipse me cognoscere dignatus est. Hæc cognitio in fine plenissimè fiet, Vnde 1. Corinth. 13. d. *Tunc cognoscam sicut & cognitus sum.*

d ✠ *Non comedunt filij Israel, &c.* CYRILLVS. Atverò neque ante puto comedebant. Pensitanda igitur est huius verbi significatio apud Hebræos. Nā comedere pro destruere & destruendo in aliam formam quæ vsui sit, transfundere accipiunt, inde pro commutare in aliquam vilitatem ac denique vsurpare: sic & paulò superiùs dicebant de patre vxores Iacob pretium, vel argentum nostrum comedit.

✠ CHRYSOSTOMVS. Sciens eorum magnam ingratitudinem & quod obliuiscuntur Dei beneficia, perpetuò arctibus quibusdam inducit eos, vt habeant memoriam eorum, quæ à se facta sunt, taliáque excogitat monumenta per illas obseruationes, id quod per totam scripturam inuenies. Hæc enim maxima causa est plurimarum obseruationum, & quod vult perpetuò futuras generationes meditari beneficia Dei, & non obliuione vnquam obliterantes, ad suos errores recurrere: quamos fuit Iudæorum genti peculiaris.

☞ CAP.

1 Ait ergo: *necessitate compulsus.*

2 Nequaquam, inquit Iacob appellabitur, &c. *id est, non dicetur quod ex supplantatione & fraude obtinea benedictiones.*

3 Sed Israel, &c. *quod interpretatur directus cum Deo, vel princeps cum Deo, quia iustè & ex Dei sententia obtinebis.*

4 Si contra Deum fortis fuisti, &c. *id est, contra angelum. Hoc nomen Deus, hic accipitur participatiuè vel repræsentatiuè.*

5 Quantò magis contra homines prævalebis, *id est, contra Esau & filios eius.*

6 Cur quæris nomen meum? &c. *ac si di. frustra queris, quia ego & alij angeli in ministerium missi, non habemus nomina fixa & stabilia, sed diuersa sortimur nomina secundum legationes ad quas mittimur, exemplum de angelo Esa. 6. b. quod magis declaratur infrà eod. cap.*

7 Et benedixit, &c. *id est, confessus est ei benedictiones esse suas. Et hoc confessus est se superatum.*

8 Vidi dominum facie, &c. *id est, angelum in corpore assumpto.*

9 Et salua facta est anima mea. *Quia non præualuit mihi sed reuerso. Hæc est igitur expositio Hebræorum, & secundum hoc exponunt illud quod scribitur Osee 12. a. de* Iacob Inualuit, ad angelum, & confortatus est: fleuit & rogauit eum: *vita quòd li* fleuit *refertur ad angelū. eo quod Esau, cuius erat angelus, perdebat benedictiones, secundum illud Esa. 33. b.* Angeli pacis amarè flebūt, & rogauit eū, scilicet, vt eum dimitteret. *Ista expositio Hebræorum duo supponit. Primū est, quod Deus ad horam dedit tantam virtutem ipsi Iacob, quod posset resistere angelo & præualere: vel virtutem angeli ad horam debilitauit, vel suspendit, sicut virtutem ignis suspendit in camino ignis trium puerorum. Secundum est, quòd angelus Esau secundum Hebræos licet bonus fuerit,*

✠ *MORALITER.*

✠ 2 *Nequaquam inquit Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel.* quia tunc luctæ vitæ præsentis contra vitia quæ per Iacob significatur, cessabit, & clara Dei visio, quæ significatur per Israel succedet. *Aliter* exponi potest de appetitu intellectiuo & sensitiuo, qui dicuntur fratres eo, quod sunt ab eadē essentia animæ procedentes. Et quamuis ex ordinatione diuina intellectiuus debeat dominari, tamen frequenter sensitiuus est potētior, & trahit ad se intellectiuum, vt patet in incontinentibus: ideo homo semper debet timere, ne ratio per sensualitatem superetur in ipso, & super hoc Deum deprecari, & munera mittere Esau, concedendo carni, id quod secundum Deum conuenit illi, & quando debita concordia est ibi, tunc Iacob vocatur Israel, quia sedatis passionibus sensitiuæ partis, homo per intellectum est cognitor. 7. Physicorum. sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens.

A *nescibit tamen dicturam sententiam diffinitiuam: quòd ius primogenitura & benedictiones essent ipsius Iacob de iure, vsque quo vidit, per hoc, scilicet, quod Deus tantam virtutem contulit ipsi Iacob, & tamen antè fuerat hoc reuelatum ipsi Rebeccæ & Isaac posito in extasi: vt suprà dictum est. 27. cap. Et sic tertium quod hic supponitur: est, quòd aliquæ reuelationes factæ sint hominibus, etiam aliquibus angelis ignorantibus, quæ tria quæsti ex hypothesi vel suppositione, dicta sunt satis dubia. Catholici verò doctores aliter exponunt hanc literam de angelo & de Iacob, sed dicunt aliqui, quòd sint tantum spiritualis luctæ, quia Iacob per efficaciam suæ orationis retinebat eum, ne elongaret se ab eo, sed eum defenderet in via. & videtur sententia Hiero. super Esa. 49. Vbi dicit sic: Cum angelo Iacob oratione, non manibus luctabatur. Sed contrarium videtur ex textu, vbi dicitur, quòd in illa luctā angelus tetigit neruum femoris Iacob, & quod ex tactu emarcuit, intantum quòd Iacob posteà claudicabat. & ideò dicunt alij, quòd fuit luctæ spiritualis & corporalis. Ad cuius intellectum considerandum, quòd licet Iacob non fuerit diffisus totaliter de Dei adiutorio, tamen parum confidit, & nimis timuit Esau: maximè cū prius dixisset sibi angelus, quòd securè reuerteretur ad terram suam, & quòd esset cū eo ad eum protegendum: vt suprà dictum est cap. 31. In via enim fuerunt ei obuiā angeli, quasi castra ipsum defendentia, vt dictum est in principio huius capituli. Et ideo orante Iacob solo in ripa fluminis, & nimis timente propter prædicta, & minus debito de Deo confidente, apparuit ei angelus, qui fuerat ei protector in via: & finxit quòd vellet eum dimittere propter prauitatem suæ confidentiæ: sicut dominus post resurrectionem suam apparens duobus discipulis in via finxit se longius ire, vt habetur, Luc. 24. d. propter prauitatem & tarditatem fidei ipsorum: tamen nec ibi nec hic fuit mendacium vel falsitas, quia tales apparitiones fiunt communiter secundum dispositionem*

B *mentis illorum quibus fiunt, vt suprà dictum est. 18. b. Iacob autem instantia orationis feruida rogabat eum, ne ab eo recederet, sed ad eius protectionem secundum suum promissum maneret: & in hoc fuit luctæ spiritualis: & posteà cum videret angelum quasi volentem recedere, ex familiaritate accepit eum cum manibus ad retinendum: quia frequenter cum eo loquebatur, sicut & Maria Magdalena post resurrectionē Christum sibi apparentem voluit tangere: Ioan. 20. d. & sic fuit luctæ corporalis, quia Iacob volebat eum detinere in illa apparitione, ita quòd non dis-*

C *cessit donec haberet benedictionem eius quam & habuit. In illa etiam luctæ corporali significabatur ei, quòd non debebat timere Esau cum inuasisset ad angelum. Et secundum istam expositionem illud quòd suprà inductum est de Iacob Osee. 12.* Inualuit ad angelum & confortatus est, fleuit & rogauit eum, *aliter est exponendum quàm suprà, scilicet referendo* fleuit & rogauit *ad Iacob, qui fleuit quando vidit angelum quasi volentem cum deserere, & rogauit eum ne recederet donec dedisset ei benedictionem. & licet hic non sit scriptum quòd fleuit, sed tantum quod rogauerit, tamen tenendum est de vtroque, eo quòd exprimitur in Osee, quod est hic omissum. Huic autem sensui potest de facili litera applicari ab illo loco: Et ecce vir. id est, angelus ipsius Iacob apparens in specie viri.* Luctabatur cum eo, *spiritualiter & corporaliter, vt iam expositum est.* Qui cum videret quòd eum superare non posset, *id est, nollet eo modo loquendi quo dicitur de Christo Matth. 13. g. Et non poterat ibi virtutem aliquam facere, id est, nolebat propter incredulitatem illorum, & angelus hic nolebat superare Iacob, quia per illam luctam volebat eis ostendere quòd præualeret ipsi Esau, vt sequens litera ostendit:* Quoniam si fuisti fortis contra Deum, &c. Tetigit neruum femoris eius, *ad puniendum eum de sua diffidentia irrationabili. & propter hoc sequitur quòd Iacob claudicabat, vt per hoc ostenderetur quomodo claudicauerat in mente confidendo parum de Deo.* Iam ascendit aurora, *id est, dies incipit claresc ere. & alij non sunt digni, vt me videāt in ista effigie.* Nequaquam inquit Iacob vocabitur, &c. *tunc nō fuit nomen eius mutatum, sed angelus prædixit sibi mutandum à domino, infr. à 35. b.* Cur quæris nomen meum? *ac si diceret: nomen meum & aliorum angelorum quo mittuntur in ministerium mutantur secundum diuersas legationes ad quas missi sunt. Vnde Esa. 6. b. Ille angelus qui missus fuit ad purgandum labia Esaiæ per calculum ardentem, vocatus est Seraph pro officio incendendi, licet non esset de ordine seraphico.* Et benedixit ei. *Hic propriè accipienda est benedictio prout maior benedixit minori: vt habetur Heb. 7. b.* Vocauitq; Iacob, &c. 1. *facies Dei. Cuius causa subditur:* Vidi dominū facie ad faciem, *id est, angelū in specie corporali.* Et salua facta est anima mea, *quia consolatus est me, et benedixit mihi contra timorem de fratre meo Esau.* Non comedunt neruum, *non vitant omnem neruum, sed solum neruum femoris ad quod designandum subditur:* Qui emarcuit.

☞ CAP.

In cap. 32. vbi dicitur in postilla: Tetigit neruum.

ADDITIO.

Quidam Hebræorum dicunt, quòd angelus tetigit neruum Iacob ex quo tactu ipse Iacob claudicauit, non fuit ad punendum Iacob de sua diffidentia: quia in hoc actu non videtur quòd Iacob aliquid demeruisset: sed potius contrà. Vnde in hoc Iacob fuit benedictus ab angelo. vt statim sequitur: Et benedixit ei. *Sed dicunt, quòd ratio huius tactus & claudicationis est figuralis tantum. In hoc enim figurabatur quòd licet Iacob haberet primogeniturā & dominium super Esau ex ordinatione diuina: vt suprà 27. cap. tamen in posteram aliquando aliqui descendentes de Iacob, qui dicitur egredi de femore eius, essent læsi ab ipso Esau. Vnde prædicto cap. dicitur:* Tempúsque veniet, cum excutias, soluéisque iugum eius de ceruicibus tuis, &c. *quod impletum est, quando Idumæi rebellauerunt contra Iudam. 4. Reg. 8. d. & sic videbatur dominium Iacob super Esau læsi in femore Iacob, scilicet in posteritate, quæ de femore eius egrediebatur: & ideò sequitur,* ob hanc causam non comedunt filij Israel neruum, qui emarcuit in femore Iacob. *Si enim hæc claudicatio ipsius Iacob fuisset propter punitionem eius in pœnam diffidentiæ, prout alij dicunt, non haberent filij Israel abstinere à comestione huius nerui, cum illa pœna solum respiceret personam Iacob: quæ quidem pœna iam transierat in præterium.*

REPLICA.

Correctorij contra Bur. In cap. 32. vbi postillator tactum nerui Iacob, & claudicationem exponit de pœna pro diffidentia: etiam Bur. imitat, quòd non sit factum in pœnam: quia Iacob in proposito non demeruit sed angelus eū benedixit. Infert igitur, quòd factum, sicut etiam suprà dixit de aliis, sit tantum figuraliter, mysticam habens significationem. Sed videtur quòd sicut Burg. inconuenienter se habet: vt suprà dictum est in aliis locis: ita & hic. Primo quia contradicit beato Augustino suprà allegato, ubi cum sensum literalem, nullam absurditatem continentem: & recurrit pro literali ad mysticum: quod fieri non debet, nisi historia deficiat secundum beatum Gregorium. Secundo quòd benedictio Iacob. Esto dominus fratrum tuorum, &c. *principalem effectum habeat in regno Christi, quod dicitur domus Iacob: Luc. 1. Iste Burg. arctat eum ad tempora regum, quando Edom seruiuit regibus Iuda solum pro tempore septem regum, vt ex libris ipsorum regum colligitur, & terminabatur in rebellione Edom: de qua 4. Reg. 8. d. Et propter illam rebellionem dicit Iacob claudicasse in figuram, quod Esau à se excuteret onus illius benedictionis Iacob: de qua dicitur suprà 27. cap. Ad paruam positionem benedictionis respiciens principale paruipendit: in quo Iacob non claudicauit: non igitur Burg. debuit hoc sic applicare mysticando sine authoritate, cum non sit in fauorem fidei, sed potius vt Apostolus ad Rom. 11. b. vbi dicit cæcitatem contigisse in Israel, quæ figurata est per claudicationem Iacob: tunc enim claudicauit, & continuò claudicat, quousque plenitudo gentium intrarit: & reliquiæ Israel salvæ fient. Tertiò quia ratio Burg. quare filij Israel nervum non comedunt propter illam rebellionem figuratam per claudicationem non est sufficiens, quia à contrario sensu tempore obedientiæ & tributi Edom debuerunt nervum comedere. tamen non fecerunt. Quartò, quia ratio quam facit contra postillatorem & eius expositionem non valet. Arguit enim sic: Si claudicatio Iacob fuit propter punitionem. & in pœnam diffidentiæ, cum illa sit personalis: non haberent filij Israel à comestione nervi abstinere, propter ea, quæ solam personam Iacob respiciunt. Reducitur hæc ratio sic contra facientem: Tactus nervi, qui emarcuit, & claudicatio ad personam Iacob literaliter pertinebant: idcirco filij Israel non habent à nervi comestione abstinere: cuius oppositum hodie facium. Restat igitur, quod illa abstinentia non est tantum figuralis: sed ceremonialis in illius dimicationis tactus, & claudicationis memoriam, sicut multa alia festa Iudæorum. Quod autem Burg. dicit Iacob non peccasse in proposito, hoc est contra glo. interl. quæ redarguit ipsum Iacob dicens.* Si contra Deum fortis fuisti, *quia perseuerasti pulsans multo magis contra homines prævalebis, id est, Esau quem times promissorum tibi factorum oblitus. Si enim Iacob plenam habuisset confidentiam: & memor fuisset promissorum Dei sibi factorum, prout ponitur, suprà cap. 28. vtique Esau non timuisset, nec quemcunque hominem. Quod autem dicit, quòd meruit benedictionem qua angelus eum benedixit, non habetur de benedictione in litera, nisi quòd Iacob benedictionem postulauit: & pro benedictione nomen eius mutauit: vt dicit glo. interlinearis: Quod autem subditur:* Et benedixit ei: *in eodem loco, Glo. priorem benedictionem confirmauit. post redarguitionem tamen & pœnam inflictam per tactum nervi, qui emarcuit, hoc autem nominis mutatio fuit ab euentu: quia Deum vel angelum recedere volentem vicit precibus, &c. quæ luctatio hic dicitur prout postillator exponit. Et glos. vocat illam luctationem perseueramtem pul-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XXXIII.

A LEVANS autē Iacob oculos suos, vidit venientem
a ¶Quas fecit turmas, non tres, vt plerique æstimant.
Esau, & cum eo quadringentos viros. Diuisitq; filios
a ¶Naturalem virtutum ordinem sequitur, quia iustus à minoribus incipit, & gradatim ad maiora progreditur.
Liæ & Rachel, ambarumque famularum, & posuit
vtramque ancillam & liberos earum in principio,
a ¶Quia prius timor seruilis, deinde amicabilis, quem significat Lia libera. Inde sequitur amor purgati amici, quem significat Rachel, quæ interpretatur videns principium.
Liam verò, & † liberos eius in secundo loco: Rachel autem, & Ioseph
a ¶Fictens genua.
nouissimos. Et ipse progrediens, adorauit pronus in terram septies,
donec appropinquaret frater eius. Currēs itaque Esau obuiam fratri
suo, amplexatus est eum. Stringensq; collum eus, & osculans fleuit.
Leuatisq; oculis vidit mulieres, & paruulos earū, & ait: Quid sibi vo-
lunt isti, & si ad te pertinent? Respondit paruuli sunt, quos donauit
mihi Deus seruo tuo. Et appropinquantes ancillæ, & filij earū, incur-
uati sunt. Acceſitq; †Lia cum liberis suis, & cum similiter adorasset,
extremi Ioseph & Rachel adorauerunt. Et ait Esau: Quænā sunt istæ
turmæ, quas obuiam habui? Respondit: Vt inuenirem gratiam coram
domino meo. Et ille ait: Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi. Dixit
Iacob: Noli ita, obsecro, sed si inueni gratiā in oculis tuis, accipe mu-
a ¶Timore perturbatus hic loquitur. ¶Hic loquitur vt Iacob, non vt Israel: non tamen fratrem Deo comparat, sed humano more hyperbolicis verbis benevolentiam captat.
nusculum de manibus meis. †Sic ēnim vidi faciem tuā, quasi viderem
vultū Dei. Esto mihi propitius, & suscipe benedictionē, quam attuli
tibi, & quā donauit mihi Deus, tribuens omnia. Vix fratre cōpellen-
te suscipiēs, ait: Gradiamur simul, eroq; socius itineris tui. Dixitq; Ia-
cob: Nosti dñe mi, q paruulos habeā teneros, & oues, ac boues fœtas †
mecū, quas si plus in ambulādo fecero laborare, morietur vna die cū-
a ¶Forte ad horam secutus est.
cti greges. Præcedat *dñs meus ante seruū suū, & ego sequar paulatim
vestigia ei⁹, sicut videro paruulos meos posse, donec veniā ad domi-
nū meū in Seir. Respōdit Esau: Oro te, vt de populo, q mecū est, saltē
socij remaneāt viæ tuæ. Nō est, inquit, necesse: hoc vno *indigeo, vt
inueniā gratiā in cōspectu tuo †dñe mi. Reuersus est itaq; illo die Esau,
itinere, quo venerat in Seir, & Iacob venit in Socoth, vbi ædificata
domō & fixis tentoriis *appellauit nomen loci illius Socoth, id est,

Historice.
a Aquila *diuisa-buit*, vt vnum cuneū faceret ancillarum cū paruulis suis, & alterū liberarum cum filiis suis.
Progredies, præcedens. Frater eius ad fratrem suum.
Primásque mitteret ancillas, secundas liberas, Ipse ante omnes fratrē, adoraturus occurreret.
In quæst. super Genes.
b *Sic enim vidi, &c.* AVGVST. Vtrum pauentis & perturbati animi verba vsq; in hanc adulationē proruperunt, an sine peccato potuerūt dici? fortassis enim, quia dicti sunt & gentiū dij, qui sunt dæmonia, non præiudicatur ex
b his verbis nomini Dei: quia etsi benigno animo sunt dicta hæc verba, fraterna sunt: quia post bonā susceptionem metus transierat: potuit sic dici, quēadmodum Moses Pharaoni Deus dictus est: secundū illud Apostoli. 1. Cor. 8. b. *Et si sūt qui dicuntur dij siue in cælo, siue in terra, &c.* maximè, quia sine articulo dictū est in Græco, qua euidētissimè solet veri Dei significatio fieri. Nō enim dixit. θεὸς σωτηρός μου ἐστὶ, vultū illius Dei, sed πρόσωπον θεὸς, vultū Dei, quod facilè intelligūt, qui Græcum audire & intelligere solent.
Stringensque, lactauit se super. Osculās fleuit, osculat⁹ est eum & fleuerunt.
Benedictio pro munere & dono.
Esau suscipit munus Iacob.
c alias † tātū. Cor. 8. b. *Et si sūt qui dicuntur dij siue in cælo, siue in terra, &c.*
alias † domini mei.
d Esau vocabatur Idumæa.
Esau obtinuit montem Seir.
Iacob autem habitauit in terra promissionis.
Quæ in libro Iosue scripsimus.
Genes. 36.

✠ ALBINVS. Hoc si sic accipiamus, Dei nomine angelorū aliquem vel sanctorum intelligere debemus.
c *Et ego seq. &c.* AVGVS. Quæritur si mendaciū fratri promiserit. Hoc enim sicut scriptura narrat, nō fecit, sed eo perrexit itinere quod dirigebat ad suos. An fortè veraci ausu promisit, sed aliud postea cogitādo delegit.
d *Socoth.* HIERONYM. Vbi nos *tabernacula* habemus: in Hebræo legitur סכות Socoth. Est autē vsq; hodie ciuitas trās Iordanē hoc vocabulo i parte Scythopoleos, de qua in libro Iosue scripsimus.
Esau venit obuiam fratri.
Iacob autem in terra habitauit quæ postea accepit.
Genes. 33.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XXXIII.

1 EVAN's autem. *Hic consequenter describitur qualiter Iacob se habuit in fratris aduentu, & quia in agibilibus non debet homo omittere de his quæ agenda sunt secundum humanam prouidentiam, ideò in aduentu Esau ostenditur prudentia Iacob: quamuis dictum esset sibi quod angelus custodiret eum. Et primò in diuisione propriæ facultatis ante fratris aduentum, & in recognitione fraternitatis in aduentu, ibi.* Et ipse progrediens. *Tertiò in declinatione societatis post eius aduentum, ibi:* Dixitq; Iacob: nosti. *& in recognitione diuinæ bonitatis, ibi:* Et Iacob venit. *Et patet litera prima partis: paucis exceptis.*

2 Vidit venientē Esau: & cū eo quadringētos, *adhuc lōgè existēs.*

3 Diuisitq; si. *vt nihil omitteret de prouidētia humana, quia esset quēdā ignorātio diuina, & vt honestius irent: et ordinat⁹ appareret corā Esau.*

4 Rachel autem & Ioseph nouissimos, *id est, tanquam prædilectos & principales, in processione enim maiores sequuntur.*

5 Et ipse progrediens adorauit pronus, &c. *Hic ostenditur eius prudentia in recognitione fraternitatis.*

6 Adorauit pronus: *inclinando caput, & hæc est adoratio duliæ: quia erat primogenitus frater eius ætate, licet ex diuina ordinatione primogenita essent translata.*

7 Currens itaque Esau: obuiam fratri suo, *quia ex Dei ordinatione, eius indignatio mutata est in pietatem.*

8 Quasi, &c. *Quæsita pacificatum & mitem eum vidit, sicut angelus loquens ex persona Dei, eum consolando signauerat. Cætera patent.*

9 Suscipe: *id est, incensum voluntarie oblatum.*

10 Dixitq; Iacob. *Hic consequenter ostenditur eius prudentia in declinatione societatis Esau. Quamuis enim amicabiliter eum recepisset: poterat tamen timere ne eius animus mutaretur: vel ne aliquis ac eius familia cœlans inordinatè pro eo noceret ipsi Iacob & suis. & tamen quando promisit ire post eum in Seir, sicut facere cogitabat, mutauit tamen propositum ex causa certa & ideò non est mentitus. sicut & Paulus cogitabat ire Corinthum antequam iret in Macedoniam: vt habetur 2. Corin. 1. c. tamen ex causa mutauit propositum. tamen sicut dixi superius non videtur magna necessitas excusare patres ve. te. de omni mendacio officioso maximè.*

11 Et Iacob venit. *Hic ostenditur Iacob prudentia in recognitione*
✠ *diuinæ*

MORALITER.

1 *Leuans autem Iacob oculos suos, &c.* In hoc capitulo scribitur concordia Esau cum Iacob, per quam designatur concordia superbi cum humili. Nā ex parte Esau ponitur elatio, cū dicitur: *Leuans autem Iacob oculos, &c. quadringentos vi.* Ex parte verò Iacob humiliatio, cum dicitur.

5 *Et ipse progrediens, &c.* Et sequitur vtriusque concors susceptio, cum dicitur:

7 *Currens itaq; Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum.* & in hoc significatur quòd verè humilis cum superbo pacificè conuersatur, & hoc est speciale in humilitatis virtute. In aliis enim virtutibus non est sic. Castus enim non potest pacificè morari cum lubrico: nec iustus cū iniusto, sed humilis pacificè moratur cum superbo. Nam humilis seruire semper vult & subiici, superbus autem præcipere & dominari, & sic vterq; habet suā volūtatem & per consequens pacem. Et de tali humili dicitur. Psal. 119. a. *Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus.* Veruntamen quando humilis habet in cura sua aliquos imperfectos, qui peiorari possent ex societate superbi, debet declinare ab eius societate. Et hoc est quod dicitur.

† *Paruul. hab. tene. &c.* Per quod designātur imperfecti. Sequit.

11 *Et Iacob venit in Socoth.* Quod interpretatur tabernacula. Nā
✠ *declinando*

A a *Transiuitq; in Salem, &c.* HIERONYM. Quæstio oboritur, quomodo Salem Sichen ciuitas appelletur: cum Hierusalem in qua regnauit Melchisedech, Salem antè dicta fit. Aut igitur vnius vtraque vrbs nominis est,
Salem.
quod de pluribus Iudeæ locis inuenimus, vt idem vrbs & loci nomen in alia & alia tribu sit. Aut ista Salem quę pro Sichem nunc nominatur, dicemus interpretari consummatam atque perfectam: & illam quæ postea Hierusalem dicta est pacificam. Vtrunq; accentu paululum declinato hoc vocabulum sonat. Tradunt Hebræi, quòd fœmur claudicantis Iacob ibi sanatum sit. Ideóque ciuitatem curati atque perfecti vocabulum consecutam.

Altare Deo ædificat.
tabernacula: Transiuitque in Salem vrbem Sichimorū, quæ est in terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & habitauit iuxta opidum, emitq; partem agri, in qua fixerat tabernacula à filiis Hemor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel.

Epistol. ad Marcellam. In Salē vrbem Sichimorum, vel incolumis. ineffitatem Sichem. Diuitio.
b ✠ *Fortissimū Deum Israel.* HIERONYM. Duo pounturhic Dei nomina coniuncta, videlicet El & Elohe. Primum quod septuaginta θεὸν, id est, Deum, Aquila etymologiam eius exprimens ἰσχυρὸν, id est, fortem interpretatur. Secundum autem, Elohe seu Elohin, quod & ipsum Deus dicitur.

Agnis, vel obolis, sine denariis.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *diuinæ bonitatis, gratias agens Deo de hoc quod eum in peregrinatione augmentauerat, & in via custodierat: promittitur tamen modus deueniendi ad locum vbi gratias egit Deo. cum dicitur:* Et Iacob, &c. *Dicunt enim Hebræi, quod ibi habitauit per annum & dimidium, & ideò non solum fixit ibi tentoria, sed cum hoc ædificauit domum.*

1 Transiuitq;, &c. *Secundum expositores catholicos ista est ciuitas, quę vocatur Salim. Ioan. 3. c. Non enim potest dici, quòd sit illa Salem quæ alio nomine dicitur Hierusalem: vt suprà dictum est. 28. cap. quia illa ciuitas vocata est Bethel: vt ibidem dicitur. Postquam autem Iacob recessit de loco isto, ascendit in Bethel, vbi apparuerat sibi dominus quando iuerat versus Mesopotamiam propter iram fratris sui, vt habetur in principio huius capituli. Et certum est quod illa Bethel eadem est cum Salem, quæ alio nomine dicitur Hierusalem. & ideo Salem quæ hic nominatur, non potest esse illa Salem quæ est Hierusalē. Secundum autem Hebræos doctores Salē non est hic nomē ciuitatis nec est nomen proprium, sed est nomen commune, & significat integritatem & pacem: & dicunt quod hic est sensus. & litera Hebraica.* Transiuitq;: *scilicet Iacob.* Salē, *id est, integer vel pacificus.* In vrbem Sichem, *quia in via nihil peredit de familia vel de rebus suis, nec aliquid aduersum occurrit sibi. & istud videtur verius, quia illa ciuitas infrà cap. seq. vocatur Sichem.*

2 Et habitauit iuxta opidum. *Id est, vrbem prædictam. Non enim voluit intra habitare, quia erant idololatræ.*

3 Emitque partem agri. Centum agnis, *Hebræi dicunt,* centum obolis. *& ideò translatio nostra hic deficit, vel dictio quæ in Hebræo ponitur, est aquinoca. Quantū autem valet obolus dictum est suprà 23. cap.*

4 Et erecto ibi altari. *Ad immolandum Deo sacrificium.*

5 Inuocauit super illud fortissimum, &c. *Id est, recognoscens Dei potentiam, per quam conseruauerit eum a Laban ipsum persequente. & ab Esau sibi occurrente.*

✠ CAP.

MORALITER.

† declinando societatem superborum, venit humilis ad tabernacula iustorum.

1 *Transiuitque in Salem, &c.* Quæ interpretatur pax. Nam de tabernaculis iustorum vitæ præsentis est transitus ad pacem supernæ ciuitatis.

CAPVT XXXIIII.

In pastorali cap. 40. 2 EGressa est autem Dina GREGOR. Dina, vt mulieres extraneæ regionis videat, egreditur, cum mens sua studia negligens, actiones alienas curans, extra ordinem proprium euagatur, quam Sichem princeps terræ opprimit: quia inuentam in curis exterioribus diabolus corrumpit, & conglutinata est a anima eius cum ea: quia vnitam sibi per iniquitatem respicit. Et quia mens à culpa resipiscens afficitur: & admissum flere conatur: corruptor spem, ac securitatem vacuā ante oculos vocat, quatenus vtilitatem tristitię subtrahat. Vnde additur: *Tristémque blandicus deliniut.* Modò enim aliorū facta grauiora, modò nihil esse quod factum est: modò misericordem Deum loqui tur, & tempus ad pœnitentiam pollicetur, vt dum per hæc decepta mēs ducitur, pœnitentia differatur, vt tūc bona nulla percipiat, quam nunc mala contristantur: & tunc plenius absorbeatur suppliciis, quæ nunc gaudet in delitiis.

CAPVT XXXIIII.

a ¶Infirma anima, quæ post positis propriis, aliena negotia curat.
EGRESSA est autē Dinā filia Liæ, *vt videret mulieres regionis illius. Quā cum vidisset Sichem filius
a ¶Negligenter se habentem.
¶Diabolus vel hæreticus.
Hemorrheuæi, princeps terræ illius, adamauit eā, & rapuit, & dormiuit
a ¶ reducere. b ¶ vt tentationis & pœnæ persuasionis ad studia sua secundum illud 1. Cor. 15. Corrumpunt mores bonos colloquia mala.
negligens vagatur, mox à diabolo corrumpatur.
c *Dormiuit, &c.* AVGV. Et intendit animæ Dinæ filiæ Iacob,
☞ & adama

Lib. 8. c. 11. ✠ RVPERTVS. Hanc Dinam vxorem fuisse Iob Philo asserit, & hanc esse ex qua quatuordecim filios & filias genuerit.

In cap. 34. ✠ PROCOPIVS. Dina vitiata est vbi primum exiuit paterno tabernaculo. Quapropter
1 fidelis anima diligenter caueat,
2 ne egrediatur domo Dei. Alioqui polluetur & contamina-
3 bitur peregrinis religionibus, quæ corrūpunt animas nostras. *Rem enim vnam* (inquit) *Dauid expetiui à Deo meo, vt inhabitem in domo Domini.*
b *Dina filia, &c.* Quæ interpretatur iudicium istud. Hoc est
4 enim iudicium, vt qui sponte
5 negligens vagatur, mox à diabolo corrumpatur.

In q. supe. Genes.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XXXIIII.

1 EGressa est autem Dina filia Liæ, &c. *Hic cōsequenter describitur, quid passus sit Iacob à Sichimitis. Vbi primò describitur scelus pro Dina violatione. Secundò dolus ex mutua collocutione ibi:* Locutus est itaque Hemor. *Tertiò scelus ex circuncisorum interfectione, ibi:* Et ecce die tertio. *Quarto metus ex vicinorum congregatione, ibi:* Quibus perpetratis. *Circa primum describitur ipsius Dinæ vaga curiositas, cum dicitur:*

Egressa

Egressa est autem, &c. *De domo paterna, vbi tanquam verecunda iuuencula deberet stare clausa.*

2 Vt videret mu. &c. *Dicit enim Iosephus, quod in ciuitate erat solemnitas: ideò videre volebat illa die mulieres ornatas, & emere similia ornamenta.*

3 Quam cum vidisset Si. &c. *Qui erat princeps ciuitatis, & erat primogenitus: propter quòd debebatur ei hereditarie principatus.*

4 Et rapuit, *per potentiam suam.*

5 Et dormiuit cum illa vi opprimens, &c. *eam carnaliter cognoscendo.*

✠ Vi

MORALITER.

1 *Egressa est autem Dina filia Liæ, &c.* Per Dinam quæ egressa est domum patris, significatur anima vaga, quæ egreditur claustrum rationis.

3 *Quam cum vidisset, &c.* Qui interpretatur ebrius, ideò per ipsum significatur diabolus, qui ebrietate superbiæ cecidit de cœlo in hunc aërem caliginosum.

† *Filius Hemor:* id est, subiectus alteri dæmoni superiori. Nam in dæmonibus remansērūt naturalia integra secundum Dionys. & per consequens ordines secundum gradus naturæ.

5 *Et rapuit:* trahens eam ad consensum mortalis culpæ.

6 *Et dormuit, &c.* inducendo ad effectum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Consuetudine.

cum illa, vi opprimens virginem. Et cõglutinata est anima eius cum
¶Factus est vnus in prauitate consensus. ¶Impositarem promittendo.
ea, tristémque blanditiis deliniuit. Et pergens ad Hemor patrẽ suum,
accipe (inquit) mihi puellam hanc coniugem. Quod cum audisset Ia-
cob *absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec re-
dirent. Egresso autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob,
¶Immunes Germanę corruptionis.
Ecce filij eius veniebant de agro, auditoq; quod acciderat, irati sunt
valdè, eò quòd fœdam rem operatus esset in Israel, & violata filia Ia-
a ¶Sic maligni spiritus vel praui dogmatis autores, per vnius animæ corruptionem multas corrumpere moliuntur.
cob, rem illicitam perpetrâsset. Locutus est itaque Hemor ad eos: Si-
chem filij mei adhæsit anima filiæ vestræ: date *eam illi vxorem, &
a ¶Mutua filiarum cum discholis copulatio seductarum & seducentium animarum, ad diuersa schismata prostitutio est.
iungamus vicissim connubia. Filias vestras tradite nobis, & filias no-
stras accipite, & habitate nobiscũ. Terra in potestate vestra est, exer-
cete, negociamini, & possidete eam. Sed & Sichem ad patrem, & ad
fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis, & quæcunq; statue-
a ¶Carnalibus commercijs carnalia munera promittuntur, quibus delectata corrupta anima parcius correptioni instatur.
ritis, dabo. Aũgete *dotem, munera postulate: & libẽs tribuam quod
petieritis, tantum date mihi puellam hanc vxorem. Respõderunt fi-
lij Iacob Sichem, & patri eius in dolo, sæuientes ob stupum sororis:
a ¶Quasi quæ societas Christi ad Belial, quit consensus templo Dei cum idolis. 2 Corint. 6. cap.
Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostrã homi-
a ¶Non aliter alienigenæ in societate ecclesiæ admittuntur, nisi diabolo renuntient, & sacramentis ecclesię cõmunicent.
ni incircunciso, quod illicitum, & nefarium est apud nos. Sed in hoc
valebimus fœderari, si esse volueritis nostri similes, & circuncidatur
in vobis omne masculini sexus, tunc dabimus, & accipiemus mutuo
filias nostras, ac vestras, & habitabimus vobiscum, erimusq; vnus po-
pulus: Sin autem circuncidi volueritis, tollemus filiã nostram, & re-
a Ministri Sathanæ sicut princeps eorum transfigurant se in ministros iustitiæ, vt decipiant animas superstitione sua.
cedemus. Placuit oblatio eorum *Hemor & Sichem filio eius, nec di-
stulit adolescẽs, quin statim quod petebatur, expleret. Amabat enim
puellã valdè, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui. Ingressiq;
a ¶Vel ad populum. b ¶In Hebræo Selemim. Vnde patet verum quod suprà de Salem diximus.
*portam vrbis locuti sunt pópulo: Viri isti pacifici sunt, & volunt ha-
bitare nobiscum, negotientur in terra & exerceant eam, quæ spacio-
sa & lata cultoribus indiget. Filias eorum accipiemus vxores, & no-
stras illis dabimus. Vnum est quo differtur tantum bonum, si cir-
cuncidamus masculos nostros, ritũ gentis imitãtes: & substãtia eorũ,
& pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt. Tantum in hoc ac-
quiescamus, & habitantes simul, vnum efficiemus populum. As-

filios suos infames
res esse significat. Quæri ergo
potest: quomo-
do potuerũt tan
tam stragem face-
re: quamuis il-
lis in circũcisio-
nis dolore cõstitutis? Sed intel-
ligẽdum est diu
hic habitasse Ia-
cob, donec filia
eius grãdior vir-
go fieret: & filij
iuuenes Scriptũ
est enim: *Et ha-
bitauit iuxta oppi-
dum, emitq; partẽ
agri, in qua fixe-
rat tabernaculũ: à
filijs Hemor patris
Sichem centum a-
gnis, & erecto ibi
altari, inuocauit
super illud fortissi-
mum Deũ Israel.
Egressa est autem
Dina filia Lie, vt
videret mulieres
regionis
istius, &c.* Apparet
ergo his verbis
non trãseuntem
ibi mansisse Ia-
cob, sed agrum
emisse, taberna-
culum, & Aram
cõstituisse: & sic
diutius habitas-
se. Filia verò eius
cùm iam amicas
habere posset,
condiscere vo-
luisse filias ciuitatis
loci: & ita facta
esse pro illa cæ-
dẽ & depræda-
tionem. Multi-
tudo enim non
parua erat, cũ Ia-
cob plurimum
ditato

ditato, sed filij eius in hoc facto nominantur quasi principes
A & autores.

✻ Cyril. Quid mirum si circuncisio nihil illis profuit?
ex cathena græca. Nulla siquidem pietate mouebantur in Deũ, sed principes quidem voluptatis & commodi causa. Quanquam typus quidam fuit illius, qua deinde Palæstini omnes perierunt.

a *Arreptis duo, &c.* a Strab. Sic pastores ecclesiæ peccatum carnis vel animæ vlcisci, debent gladio spiritus, qui est verbum Dei, parati vlcisci omnem inobedientiam.

✻ Procopius. Si euenerit alicui fideli, vt seduceretur peruersa religione vbi deseruisset domum Dei, non decet nos occidere illos, qui deceperunt etiamsi fuerimus sacerdotes, vt Leui, vel subditi, vt Simeon. Meminisse nos oportet eius quæ dixit ad Petrum, *Conuerte gladium tuum, &c.*
Opera quoque danda est, ne Christus ad nos loquatur, sicut Iacob ad filios, *Iniquum me fecistis, &c.* forti animo in tribulationibus perdurandum est, benedicendum maledicentibus. Causam nostram D
referamus in Deum: illi vindictam rei ribuet iustè vindicando.

Cæterum hoc enormius flagitium & piaculum est, si pœnitẽtes odio infectemur exemplo Leui, qui debacchatus est in Sichimitas, qui iam susceperant tesseram, vt essent sub iisdem sacris & religione cum Israëliticis, scilicet circuncisionem.

b *Nos pau. &c.* Augvst. Hoc dicit quia plurimum bella poterant surgere, non quòd multò minus haberet, quàm possent expugnationi ciuitatis sufficere.

c *Nunquid vt scorto, &c.* Augv. Zelus filiorũ Iacob in vltionem sororis moraliter commonet pastores fidelium curam habere animarum sibi commissarum ne violenter corporali delicto, aut fornicatione spirituali succumbant. *Paratique sunt vlcisci omnem inobedientiam*, & excommunicationis gladio feriant stupratorem, ne impunitus euadat.

in q. supe Genesin.

In vltionẽ stupri, quia violauerant sororẽ suã. Vastantes accipientes.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ Nostra erunt, *quia sicut communicabimus cum eis in matrimoniis coniungendis: ita & in bonis. Bona enim amicorum nostrorum dicuntur nostra secundum Philosophum lib. Ethic. Hebræi autem aliter exponunt communiter istã partem, dicentes quòd filij Iacob nullam dolositatem fecerunt. Et quod suprà dictum est. Respondent in dolo, dicunt cautè vel prudenter, quia dictio Hebraica quæ ibi ponitur, est æquiuoca, & accipitur aliquando pro dolo: & aliquando pro cautela bona. Volebant enim populum ciuitatis inducere ad ritum circuncisio-*
C *nis, non cogitantes tunc eos interficere, sed societatem cum eis inire: sed Hemor & Sichem dolum fecerant, quia prædixerunt populo ciuitatis, quòd omnia bona Iacob & filiorum eius essent ipsorum. simpliciter. & sic exponunt*: Cuncta quæ possident, nostra erunt, *non per amicitiæ communicationem, sed per eorum subiectionem in seruitutem & per hoc volebant eos facere seruilis conditionis. quod intelligentes filij Iacob, moti sunt ad tractandum de interfectione eorum: quia non seruãti fidem, non est fides obseruanda. Sed contra hoc videtur, quia Iacob infrà xlix. a. increpat Symeon & Leui, vocans eos vasa iniquitatis bellantia, quod communiter exponitur à doctoribus nostris de interfectione Sichimorum, & sic notantur in hoc facto de dolo propter quem increpantur à patre. Dicendum, quòd aliqui Hebræi contradicentes communiter dictæ expositioni istius passus, exponunt illud de dolo eorum contra Ioseph, vt videbitur quando eximus in illo loco. Alij autem Hebræi exponunt illud partim de Ioseph, & partim de Sichimitis, sed dicunt quòd pater non increpat eos de dolo erga Sichimitas, sed de nimia crudelitate. Vnde dixit infrà xlix. a. Maledictus furor eorum, &c. sed illa expositio non videtur consonare fini huius cap. Vbi cum Iacob increparet filios de interfectione Sichimitarum, non excusauerunt se per hoc quòd Hemor & Sichem mutassent pactum, & vellent eos redigere in seruitutem, sed solum per violentiam factam suæ sorori, & tamen non est verisimile quod ipsi tacuissent si fuisset verum.*

1 Et ecce, &c. *Hic consequenter describitur scelus de interfectione circuncisorum: ex quo enim receperant circuncisionem, nec fecerant fraudem, vt suprà dictum est, secundum expositionem doctorum catholicorum, pessimè fecerunt interficiendo illos. Secundum autem* E
Hebræos non fecerunt malum: quia excusant eos modo suprà dicto. Quantum tamen ad factum occisionis litera vniformiter exponitur secundum vtramque opinionem, cum dicitur: Et ecce die tertio. *Circumcisi enim grauius afflìguntur ex circuncisione tertia die quàm prima die: & ideo vsque ad illam diem distulerunt eos inuadere.*

2 Arreptis duo, &c. *Licet enim ipsa haberet alios fratres, non solum ex parte patris, sed etiam matris, tamen isti vocantur hic fratres Dinæ, quia magis ostenderunt se dolere de eius violatione, quam alij. Nec est intelligendum, quòd fuerint soli in occisione Sichimitarum, imo cum eis fuerunt famuli & alij fratres eorum eis assistentes, sicut patet infra.*

3 Quibus egressis: *scilicet de domo Sichem.*

4 Irruerunt super occisos cæteri, &c. *Ad accipiendam prædam & patet litera.*

5 Quibus patratis. *Hic describitur metus ex congregatione vicinorum. Timebat enim Iacob ne populi circunstantes, qui erant amici Sichimitarum, congregarentur, & ipsum cum filijs & familia persequerentur, & delerent, sed perterriti à Deo, non fecerunt, vt habetur ca. 35. Et patet litera. Sciendum tamen quòd hoc scilicet Quibus patratis audacter: non est in Hebræo: sed est additum à translatore. sed incipit versus: Et dixit Iacob.*

✻ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vi opprimens virginem, *propter quod non fuit ibi simplex fornicatio. sed raptus & stuprum.*

2 Et conglutinata est anima eius cum, &c. *eam nimis ardenter & inordinatè diligendo.*

3 Tristémq; blanditiis deliniuit, *id est, verbis ipsam pacificãtibus. Quæ autem fuerint illa verba, non exprimitur: sed Hebræi dicunt, quòd referebat ei magnitudinem potentiæ suæ, promittens se eam accipere in vxorem, & quòd sic faceret eam maiorem dominam, quàm pater eius, & fratres facere potuissent.*

4 Quod cum audisset Iacob. *scilicet filiam suam raptam, & violatam.*

5 Siluit, donec redirent. *Dissimulando prudenter: quod non poterat emendare. Cætera patent.*

6 Locutus est itaque. *Hic describitur dolus ex mutua collocutione, quia ipsis, scilicet Hemor & Sichem petentibus veraciter Dinam pro matrimonio, respondent filij Iacob dolosè quòd consentirent matrimonio, si omnes masculi ciuitatis circunciderentur: cogitantes tunc inuadere ciuitatem, quando viri non possent se defendere. & consenserunt in hoc Hemor & Sichem filius eius, & confidentes de veritate verborum filiorum Iacob: & sic induxerunt populum ciuitatis ad circuncisionem. Et patet litera vsque ibi:*

7 Et substantia, &c. *Istud non erat in pacto: sed hoc dixerũt, vt facilius inclinarent populi ad circuncisionem. Vel aliter potest sic intelligi:* ✻ Nostra

---

MORALITER.

1 *Vi opprimens*, non accipitur hic vi propriè: quia diabolus non potest aliquem ad peccatum violenter inducere, sed accipitur hic impropriè, sicut de Christo dicitur Luc. 24. d. *Et coegerunt eum, &c.*

3 *Tristémque, &c.* Aliquando enim post peccatum perpetratum peccator incipit dolere, sed ne ad debitam pœnitentiam perueniat, diabolus ei blanditur, promittendo sibi diuinæ misericordiæ magnitudinem, & sanctorum grauiora peccata reducendo ad memoriam, vt Dauid & beati Petri & consimilium.

† *Accipe, inquit, mihi pu. hanc con.* Quærit enim diabolus, vt cum animam traxit ad culpã, ipsam vlterius trahat ad peccandi consuetudinem, vt sic ei inseparabiliter cõiungatur, & ad hoc quærit aliquando superioris dæmonis adiutorium, sicut in angelis sanctis inferior adiuuatur à superiori, sicut patet Dan. 10. d. Dixit enim angelus loquens Danieli: *Nemo adiutor est mihi nisi Michael princeps vester.* Sed duo fratres Dinæ, per quos significãtur prædi-

---

MORALITER.

prædicatores euangelij, qui ad prædicandum Luc. 10. a. mittuntur combinati, arreptis duobus gladiis, scilicet, oratione & prædicatione, inuadunt ciuitatem diaboli, & sic tollunt sororem suam de domo Sichem, id est, diaboli per veram pœnitentiam, eam ad statum gratiæ reducendo.

† 1 *Interea*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIO I.

A *In capit. xxxiij. vbi dicitur in postilla Et quod supra dictum est. respondetur an dolo dicunt cauté vel prudenter.*

Dictio Hebraica quæ hic ponitur: scilicet מרמה *mirma nullo modo significat prudentiam vel cautelam: sed solum fraudem vel dolum, vt super veritatem idiomatis scienti: & ideo alia expositio est magis literæ & forsan potest tamen sustineri. optimo dicentium: quod filij Iacob in hoc casu nullam dolositatem fecerunt. Nam dolus aliquando impropriè accipitur pro bona cautela. sicut cum Apostolus 2 Corin. xij. c. ait* Cum essem astutus dolo vos cepi. *vt supra in additione. xxvij. c. Et ideo quia Sichimita nullam peterant veniam de tanta iniuria illata Iacob & filiis suis, ideò nec ipsi pacem concesserunt: sed solum permiserunt quod possent cum eis fœderari si circumciderentur: non autem promiserunt confœderationem, sed Sichimitæ retulerunt dicta filiorum Iacob, addendo quod iam erant pacificati cum eis dicentes:* Viri isti pacificati sunt nobiscum, &c. *& ideo filij Iacob ex hoc quod abscondérit propositum suum inimicis suis: non videntur peccasse, quia licitum est vti insidiis contra inimicos: vt vult sanctus Thomas in secunda secundæ, præsertim æstimando factum ex dictis Iacob. Nam non redarguit Symeon & Leui de dolositate, nec iniustitia, sed solum ex hoc quod posuerant Iacob cum familia sua in periculo, cum essent pauci respectu habitatorum terræ. Vnde dicit infra:* Turbastis me & odiosum me fecistis Chananæis, nos pauci sumus: illi congregati percutient me: & delebor ego & tota domus mea. *Ex quo si patet quòd si familia Iacob esset in tanto numero, vt verisimiliter posset aduersarijs resistere. quod Iacob approbasset facta filiorum: quod non feciſſet, si dolum propriè loquendo fecissent siue iniustitiam.*

B

CAP. XXXV.

☞ in q. super Genesim. Iacob auxiliū iubet Deus ascēdere in Bethel & altare ædificare. Iubet auferri idola.

a *Dederunt ergo ei, &c.* RVPERT. plane hoc ordine & his profectibus, ascendēdū est in Bethel, id est, in domū Dei, quæ est ecclesia Christi. Primū est, pristinos abdicare errores, & vnius veri Dei profiteri fidem, quod est auferre Deos alienos, deinde baptizari, quod est, mundari: ac deinceps in nouitate vitæ ambulare, quod est, vestimenta mutare. Significant autem inaures, falsæ doctrinæ phaleras, sermone nitidas, sed sensu veritatis vacuas.

vbi supra c. 12. Therebinthum, vel quercum. Post, iuxta.

B

al. † illius. Delbora moritur.

INTEREA locutus est dominus ad Iacob: Surge & ascende Bethel, & habita ibi, facq; * altare 2
¶ Deleta domo diaboli, redeundum est ad domum Dei.
¶ Non dicit mihi, qui apparuit tibi, quia forte ibi filius apparuit, & pater hoc dicit: aut in aliquo genere locutionis numerandum est.
Deo, qui apparuit tibi, quādo fugiebas Esau fratrē tuū. Iacob verò conuocata omni domo sua, 3
2 ¶ In domo Dei idola esse non debent. ¶ Iarus.
* ait: Abiicite deos alienos, qui in medio vestri
¶ Fotis. ¶ Aedificamini in domos spirituales.
sunt, & mūdamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite, & ascenda- 4
¶ Cor nostrum.
mus in Bethel, vt faciamus ibi altare dño, qui exaudiuit me in die tri- a
bulationis meæ, & fuit socius itineris mei. Dederūt ergo ei oēs deos
a ¶ Phylateria idolorum.
b alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorū. At ille 5 6
2 ¶ Quia aurenis quæ est idolorum seruitus, later in cordibus terrenorum.
infodit eas subter terebinthū, quæ est post vrbē Sichē. Cūq; profecti 7 8
a ¶ Missus à Deo qui promissa suæ in Iacob & filiis eius euebatur. b ¶ Vel Dei.
essent, terror domini inuasit omnes per circuitū ciuitates, & nō sunt- b
ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzan, quæ est in terra 9 c
Chanaan cognomēto Bethel, ipse & omnis populus cum eo. Aedifi- 10
cauitque ibi altare, & appellauit nomen loci † domus Dei, ibi enim 11
apparuit ei Deus cū fugeret fratrē suum. Eodem tempore mortua est 12 ius ciuitatis el-

c *Venit igitur Iacob, &c.* AVGV.

Notandum est tria nomina huius

☞ se commemorata, Vlam, Mays, quod prius vocatum est cum illuc veniſſet Iacob pergens in Mesopotamiam & Bethel quod ipse Iacob imposuit: & Luza nec mirum, multis enim ciuitatibus & fluminibus sicut & ipsis, hominibus multis de causis adduntur nomina vel mutantur. HIERONYMVS. *Veni igitur Iacob Luzan quæ est in terra Chanaan. &c.* Ecce manifestissimè comprobatur Bethel, non Vlā, vt suprà dictum est, sed Luzan. id est, amygdalum antea esse vocatam.

in q. Hebr. al. † illius.

a *Non voca. vltra, &c.* AVGV. Quæritur cum semel dictum sit, *non vocaberis vltrà Ia. &c.* Cur legatur postea Iacob vocatus? Sed hoc nomen ad illam pertinet promissionē, in qua videtur Deus quomodo non est antea patribus visus vbi non erit nomen vetus: quia nihil remanebit hic in ipso corpore vetustatis & visio Dei summum præmium erit. HIERONYM. *Non vocaberis vltra Iacob, &c.*

* Illius. vbi suprà. Quæstio.

a † Nō vocaberis vltrà Iacob: sed Israël erit nomen tuum. Et appellauit eum Israël. Dixitq; 2
a ¶ Successione tua vsque ad excellentiam regni. b ¶ Numero.
ei: Ego Deus omnipotens. Cresce & multipli- b 3 4
a ¶ Secundum carnem populi. ¶ secundum fidem.
care, gentes & populi nationum ex te erunt.
a ¶ sanctis & subditos bene regentes.
Reges de lumbis tuis egredientur, terramque
a ¶ In spe. b ¶ In re.
quā dedi Abrahā & Isaac, dabo tibi & semini c 5
a ¶ In typum figuræ ecclesiæ. ¶ Immemoratum est hic quod antè fuerat factum.
tuo post te, & recessit ab eo. * Ille verò erexit 6
a ¶ Non illi sicut idololatræ.
titulum lapideum in loco quo locutus fuerat
ei Deus, libans super eum libamina, & effun- 7
¶ Futura ecclesiæ sacramenta præsignans.
dens oleū, vocánsq; nomen loci illius Bethel.
a ¶ Qui factus est mundus & nouitatem vitæ significans
Egressus autem inde venit vērno tempore ad 8
a ¶ Quæ interpretatur frugifera, quia ibi panis virę natus est hæc est Bethleem.
terram, quæ ducit Ephratam. In qua cū par- d 9 10
turiret Rachel, ob difficultatem partus peri- 11
clitari cœpit. Dixitque ei obstetrix: Noli time- 12
re, quia & hunc habebis filium. Egrediente 13
autem anima præ dolore, & imminente iam
a ¶ significans Paulum de tribu eius nasciturum, qui se dicit abortiuum, id est, violenter in Ecclesia natum.
morte, vocauit nomen filij sui Bēnoni, id
est, filius doloris mei. Pater verò appellauit 14

Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum, vocatumq; est nomen loci, * quercus fletus. Apparuit autem iterum Deus Iacob, postquàm reuersus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei dicens:

d *Ephratam.* HIERONYM. Ephrata & Bethleem vnius vrbis vocabulum est sub interpretatione consimili. Interpretatur enim frugifera, & domus panis, propter panem qui de cœlo descendit.

e *Egredientes autem, &c.* ISID. Quid sibi vult quòd eundem Bennoni Rachel cum pareret vocauit filium doloris mei? Nisi futurum ex ea tribu Paulum, qui affligeret filios ecclesiæ tēpore persecutionis suæ? Aliter per Beniamin terrestris Hierusalem figuratur: quæ est in tribu Beniamin: cuius populus graui dolore matrem afflicit fundendo sanguinem propheta rum, & in necem Christi clamando, Matth. xxvij. c. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* HIERONYMVS. *Et factum est cum dimitteret animam.* Siquidem moriebatur. *vocauit nomen eius filius doloris mei. Pater verò eius vocauit nomen eius Beniamin.* In Hebræo similitudo nominis resonat, filius enim doloris mei, quod nomen moriens mater imposuit, dicitur Bennoni. *Filius verò dextræ.* id est, virtutis, quod Iacob mutauit. dicitur Beniamin. Vnde errant qui putant Beniamin filium dierum interpretari. Dexteta enim dicitur iamin. & finitur in n. Dies quidem appellatur iamim: & terminatur in m.

† Debor. 35. † Deus nuncupat nomine Iacob Israelem.

E

Iterum ipsi promittitur terra Chanaan.

vbi suprà.

Bethel.

Iacob pertransit ad Isaac

F

a *Egressus.*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXV.

Nterea locutus est Deus ad Ia. *Postquam Moses descripsit statum Iacob vt incipientis & proficientis: hic consequenter describit statum ipsius vt perfecti, & primo describit statum perfectionis eius in terra Chanaan remanendo. Secundo ab Esau in Ægyptum transeundo xxxvij. ca. Adhuc primò status eius perfectionis describitur. Secundo ab Esau discernitur xxxvj. ca. Circa primum sic proceditur. quia eius perfectio primò ostenditur ex eminentia contemplationis. Secundo ex patientia in aduersis, ibi:* Egressus autem inde. *Tertiò ex reuerentia in obsequio patris, ibi:* Venit etiam. *Primum describitur ex tribus. Primo ex diuina allocutione, cum dicitur.*

1 Interea, &c. *Ad consolandum eum contra timorem populorum circumstantium: sicut dictum est in fine capituli præc.*

C 2 Surge & ascende Bethel. *id est, ad montem Moria, qui locus vocatus est Bethel ab ipso Iacob, vt supra dictum est. xxvij. ca.*

3 Faceque altare domino: *id est, reddas sibi gratias de hoc quod te conseruauit in tua peregrinatione: & multiplicauit te in bonis spiritualibus & temporalibus. Secundo ostenditur eius perfectio in suæ familiæ purgatione, cum dicitur:*

4 Iacob verò con. &c. *Hoc autem dixit: quia Rachel vxor sua secum apportauerat idola patris sui, vt supra dictum est cap. xxxj. Alij etiam qui erant in societate sua, quia conuersati fuerant inter idololatras, plura secum habebant ad idololatriam pertinentia. & quia in præda Sichem idola acceperant, ideo Iacob ad statum perfectionis ascendēs. omnia omnia talia voluit abicere: vt Deo purus & mundus posset gratias agere de præteritis & beneficia impetrare de futuris.*

5 Ac mutate vestimenta vestra. *Per mutationem vestis exterioris intelligitur mutatio vitę interioris ad statum vitæ melioris. Sequitur.*

6 Dederunt ergo, &c. *Vt essent mundi ab idololatria.*

7 Et inaures. *id est, ornamenta idolorum.*

8 At ille infodit ea. *Tanquam res detestabiles. & ideo noluit fundere illa & aurum & argentum de idolis in vsus suos conuertere. Tertiò ostenditur eius perfectio ex nominis mutatione, cui tamen præponitur eius oratio cum dicitur.*

9 Venit igitur Ia. Lu. &c. *Eadem est ciuitas quæ suprà vocata est Bethel: vt prædictum est. c. xxviij.*

10 Aedificauitque ibi altare. *Ad immolandum Deo sacrificium.*

11 Et appellauit, &c. *Iam enim appellauerat sic locum istum cap. xxviij. quia* בית אל *bethel in Hebræo idem est quod domus Dei in Latino. sed hic nomen prædictum confirmauit. Secundo interponitur Deboræ sepelitio. cum dicitur.*

12 Eodem tempore mor. &c. *Sed quæritur hic quomodo ista Debora erat cum Iacob quæ remanserat cum matre ipsius ipso pergente in Mesopotamiam Syriæ. Ad quod dicendum. quòd mater sua sibi proficiscenti dixerat, quòd mitteret nuntios ad reducendum eum de Mesopotamia, vt suprà habetur in fine. xxvij. ca. & in ipsa sic fecit, licet non sit scriptum, quia non omnia scribuntur, & cum illis nuntiis misit Deboram nutricem suam quæ erat de terra Syriæ oriunda, & inde cum Iacob reuertebatur, & sic in eius societate mortua est & sepulta: vt hic describitur. cum dicitur.*

☞ 1 Et sepul

MORALITER.

1 *Interea locutus est, &c.* Hic agitur de recessu Iacob cum filiis suis: per quem designatur recessus boni prælati cum suis subditis a peccatoribus, ne per malos corrumpantur. Sic fecit Paulus vt habetur Act. xix. b. *Cum quidā indurarentur & non crederent. maledicentes viam domini coram multitudine, discedens ab eis segregauit discipulos,* & quoniā in bonis recedentib. à societate malorū, aliqui sunt aliqñ qui ex societate malorū cōtraxerūt aliquas malas reliquias, quæ cōpetēter idola nominātur: Ideo subdit.

4 *Iacob verò conuocata, &c.* Bonus enim prælatus debet esse valdè sollicitus, vt malæ reliquiæ prędictæ à suis subditis auferantur. ideo subditur. *At ille infodit ea.* Nam in bonis nihil debet apparere quod contractum fuerit ex malorum societate.

9 *Venit igitur Iacob Luzam quæ est, &c.* Quæ alio nomine vocatur Bethel. id est domus Dei, & ideo significat locum deputatum diuino cultui: ad quem locum prælatus debet venire, & ibidē hostias diuinæ laudis pro se & suo populo offerre. Heb. *Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad deum, vt offerat dona pro peccatis &c.*

† 1 Id

NICOLAVS DE LYRA.

C 1 Et sepulta ad radices Bethel. *id est, ad pedem montis Moria. Consequenter describitur nomnis mutatio in diuina apparitione, cum dicitur:* Apparuit autem iterum Deus Iacob. *Et sequitur.*

2 Non vocaberis vltra Iacob. *Quod interpretatur luctator. quod conuenit proficienti in vita actiua.*

3 Sed Israël erit nomen tuum. *quod interpretatur princeps cum Deo: vel directus ad Deum: quod competit perfectioni vitæ contemplatiuæ. Sed potest quæri, quomodo dicitur hic.* Non vocaberis vltra Iacob. *cum postea in eodem ca. vocatus sit pluries Iacob. Ad quod dicendum, quòd intelligendum est quòd non vocabitur vltra Iacob tanquam nomine principali, non tamen excluditur quia sic vocetur tanquam secundario: cuius ratio est, quia sicut dictum est: illa nominis mutatio facta est, ad designandum transitum ipsius Iacob de vita actiua ad contemplatiuam: quæ scilicet actiua est imperfectior prout præcedit & disponit ad contemplatiuam, secundum quòd dicit Greg. in mora. Qui contemplationis arcem tenere desiderant, necesse est vt prius in campo actionis se probent scilicet pugnando contra passiones rationem perturbantes: & sic transit homo ad vitam contemplatiuam qua perfectior est tali actione sicut finis respectu eius quòd est ad finem: homo autem quando ex actiua vita transit prædicto modo ad contemplatiuam, non deserit simpliciter ipse vitam actiuam, sed necessarium est ipsum per actiuam vitam exerceri, ne per cessationes ab actiua iterum insurgant passiones rationem perturbantes & ad hoc designandum postquam vocatus est Israel, nihilominus cum hoc vocatus est aliquando Iacob.*

4 Cresce

MORALITER.

2 *In qua cum per. &c.* Per Beniamin quem Rachel peperit allegoricè significatur Paulus apostolus qui fuit de tribu Beniamin: sicut ipse dicit Phil. iij. a. & ipse primò fuit filius doloris ecclesiam acriter persequendo, vt habetur Act. viij. a. & ix. a. postea verò filius dexteræ, ecclesiam ædificando verbis & doctrinis, & ipsam multipliciter consolando.

† Abiit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ex caldæa Græa.

a ✠ *Direxit Iacob, &c.* CYRILLVS. Non temerè putent huius monumenti scripturam meminisse. Nam cum plures sanctorum patrum mulieres dormierint, soli Rachelis cippus erectus est. Ea enim typum gessit ecclesiæ, quæ sola victrix trophæum mortis sustulit in Christo.

vbi supra. Ecclesia.

b *Egressus inde, &c.* HIERO. Hunc locum volunt esse Hebræi vbi posteà templum ædificatum est, & turrim Ader turrim gregis significare i. congregationis & cœtus. Vñ Mich. iiij. c. *Et tu turris gregis nebulosi filia Sion. &c.* Illo quoque tempore Iacob trans locum vbi posteà templū ædificatum est habuisse tentoria dicitur. Sed si sequimur ordinem viæ pastorum iuxta Bethleem locus est: vbi vel angelorum grex in ortu domini cecinit: vel Iacob pecora sua pauit: loco nomen imponēs: vel quod verius est quodam vaticinio futurum iam tunc mysterium monstrabatur.

Ephratam quæ & Bethleem. Sepulchrū Rachel.

* Israel.

Concubuit Ruben cum concubina patris.

Allegorice.

c *Abiit Ruben, &c.* ISIDOR. Hoc crimen non scriberetur nisi futura populi peruersitas pronuntiaretur. quamuis in illo esset flagitium, in scripturis est B prophetia futurorum, quia per Ruben primogenitus populus Israël figuratur: qui thorum concubinæ polluit. i. legem veteris testamenti præuaricando maculauit. Quòd autem concubina vetus testamentum significauerit, Paulus ostendit dicens Gal. iiij. c. *Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla & alterum de libera. &c.*

* Filij Iacob.

Mambre.

Ibi assentēdit. 33. art. 3. q. 3.

✠ THOMAS. Vbicunque legitur in veteri testamento aliquos quos sanctos viros concubinas habuisse, oportet dicere eas ipsis matrimonio iunctas fuisse, & tamen aliquo modo concubinas dici, eo quod aliquid habeant de ratione vxoris & aliquid de ratione concubinæ. Nam secundum quod matrimonium ordinatur ad principalem finem suum qui est prolis procreatio, sic erant vxores. Sed secundum quod ordinatur ad secundarium finem, qui est dispensatio familiæ, mutua communicatio operum viri & vxoris, & simul cohabitatio, sic vxores non erant, sed concubinæ appellabantur.

a ¶ Quis de sinistra in dexteram erat transferendus, id est de persecutore futurus Apostolus

a ¶ Domus panis.

cum Beniamin, id est filius dextræ. † Mortua 1
est ergo Rachel, & sepulta in via quæ ducit 2
a Ephratā, hæc est Bethleem. Erexitq; Iacob ti- 3 4
tulū super sepulchrū eius. Hic est titulus mo- 5
numenti Rachel vsque in præsentem diem.

a ¶ Præsentem ecclesiam significans, vbi angeli nato domino cecinerunt Gloria in excelsis Deo.

b ¶ Id est Ader.

b Egressus * inde fixit tabernaculum trans turrē 6
gregis. Cúmque habitaret in illa regione, abiit
a ¶ In hoc subducit populi malitia significatur, qui legem quę in scripturis generaliter, quasi concubinam adulteram exmaliter abutendo.
c Ruben: & dormiuit cum Bala concubina pa- 7
tris sui. Quod illū minime latuit. Erant autem 8
a ¶ Apostolicum significantes numerum.
filij Iacob duodecim. Filij Liæ: primogenitus 9
Ruben, & Symeon, & Leui, & Iudas, & Issachar, & Zabulon. Filij Rachel, Ioseph, & Beniamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali. Filij Zelphæ ancillæ Liæ, Gad, & Aser. Hi filij * Iacob, qui nati sunt ei in Meso- 10
potamia Syriæ. Venit etiam ad * Isaac patrem 11
suū in Mambre ciuitatem Arbee: hæc est He- 12
bron, in qua peregrinatus est Abrahā & Isaac.
Et completi sunt dies Isaac, centum octogin-
a ¶ Id est perfectus ætate.
ta annorum, cōsumptusque ætate mortuus 13
a ¶ Angelorum vel sanctarum animarum.
est, & appositus pōpulo suo senex & plenus 14
dierum, & sepelierūt eū Esau & Iacob filij sui. 15

☞ a *Abiit*

A *In cap. xxxv. vbi dicitur in postilla, Sed quæritur quomodo ista Debora erat cum Iacob. &c.*

ADDITIO. I.

Quæst. de sepultura Rebeccę.

tio Ioseph fuit facta matre sua adhuc viuente. cuius mors descripta est supra 35. c. quia sicut frequenter dictum est, prius facta aliquãdo posterius scribuntur & econuerso. Ad probationem autem dicti sui dicunt, & verum est, quòd Ioseph venditus fuit 13. annis ante mortem Isaac: quia Ioseph in vniuerso vixit 180. annis, vt supra dictũ est. 35. ca. Itẽ Isaac 60. erat annorum: quãdo natus fuit Iacob, vt supra dictũ est. 25. cap. quibus subtractis de annis Isaac, remanent 130. anni de vita Isaac post nativitatem Iacob. Item Iacob erat 130. annorũ, quando descẽdit in Ægyptum, vt habetur infra 47. c. Ex quo patet, q Iacob descendit in Aegyptũ post mortẽ Isaac. x. annis tantum: sed venditio Ioseph præcessit descensum Iacob in Aegyptũ 23. annis, quod patet sic, quia Ioseph 16. erat annorum, quando fuit venditus, vt habetur in prin. huius cap. & 30. erat annorum, quando fuit factus præpositus terræ Aegypti: vt habetur infra 41. c. a quibus si subtrahantur anni 16. qui præcesserunt eius venditionẽ, remanent 14. vsque ad tẽpus quo factus est præpositus. & inde vsque ad descensum Iacob in Aegyptum fuerunt 9. anni, septẽ fertilitatis, & duo fames: vt habetur infra 45. cap. & sic patet, q venditio Ioseph præcessit descensum Iacob in Aegyptũ 23 annis, sed mors Isaac præcessit dictum descensum x. annis tantum. Ex quo concluditur, q Ioseph fuit venditus ante mortem Isaac 13. annis, & ex hoc volunt isti concludere, quòd venditus sit viuente adhuc matre sua, quãdo Iacob veniebat de Mesopotamia, & antequam venisset ad patrẽ suũ Isaac. Sed istud videtur contradicere textui: quia infra ca. isto dicitur, quòd Ioseph missus fuit de Hebron a patre ad visitandũ fratres suos. Ex quo patet, q ibidẽ manebat Iacob, quando Ioseph fuit vẽditus, & certũ est, q ibidẽ manebat Isaac, quando Iacob venit ad eũ rediẽs de Mesopotamia, vt habetur supra 35. c. Ex quo patet, q Ioseph fuit vẽditus, postquã Iacob venerat ad Isaac patrẽ suũ, & aliquo tẽpore mansérat iuxta eũ, sed mater Ioseph mortua fuit, antequam Iacob veniret ad patrem: vt habetur supra 35. c. Ex quo patet, q Ioseph venditus est post mortẽ matris suæ. Itẽ hic dicitur, q Ioseph vidit in somnis solem, & lunã, & stellas vndecim adorantes eum, & per vndecim stellas intelligebantur vndecim fratres eius. Ex quo patet quòd Beniamin, qui erat vndecimus frater suus, iam erat natus, et certum est, quòd mater Ioseph mortua erat in partu Beniamin, vt habetur supra 35. cap. & sic patet, quod vẽditio Ioseph fuit post mortem matris suæ. Nec valet pro dicto contra

1 Pater verò rem tacitus considerabat. *Licet enim loquẽdo coram filijs videretur annihilare somnium, tamen intra se cogitabat, quod vere esset præsagiũ dominationis ipsius Ioseph futura, quia per solem bene pater figuratur, cũ sit principium caloris & vitæ, propter quod is, de Anima Sol dicitur pater virorũ, deorumque. Et per lunam, quæ habet dominium super humida, intelligitur mater, quæ est principium passiuũ in generatione, & eadem ratione per stellas intelliguntur filij, quia recipiunt lumen à sole. Sed quæritur, quomodo verũ sit, quòd mater cũ adorauerit, cũ secundum expositionem istam iam mortua esset. Ad quod dicendũ est, quòd ipsa in se non adorauerit: sed in prole sua, s. in ipso Beniamin, nec secũdum aliam expositionem, quam improbaui, potest dici, quòd ipsa adorauerit in persona propria, quia certum est, quòd non descendit in Aegyptum cũ Iacob, sed mortua fuit diu ante. Hebræi autem dicunt, quòd mater Ioseph vocatur hic ipsa Bala, qua nutriuit eũ in sinu suo, quæ etiam mortua Rachele vocata est mater ipsius Ioseph.*

2 Cúmque fratres illius. *Hic consequenter describitur venditi conditio. Et primò quantum ad eius pr̃optam obedientiam ad obsequendũ patri, cum dicitur.* Præsto sum. *Secundo quantum ad magnã diligentiam fratres suos quærendo, cùm dicitur:* Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges. *Cætera patent.*

3 Quicum vidissent eum procul. *&c. Hic consequenter describitur venditionis ordo, vbi præmittitur tractatus de ipsius morte. Secũdo de venditione, ibi:* Et sedentes. *Circa primũ sciendũ quòd ex odio, quod fratres Ioseph contra eũ conceperant, statim cùm viderunt eũ à longe venientem, deliberauerunt eum interficere, ne de cætero posset habere dominium super eos.*

4 Ruben niteba. *&c. Ostendendo fratribus horrorem fratricidij, &*

✠ offensam Dei.

MYSTICE.

† *Vade & vide si. cum. &c.* Per quod signatur, quòd Christus à patre specialiter fuit missus ad Iudæos, qui fratres eius erant secundum carnem. Propter quod dicit Math. 15. c. *Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.*

Ecce somniator venit. Scribæ namque & sacerdotes Christi doctrinam reputauerunt sicut vana somnia falsa.

Nudauerunt

penitùs deterrere non audent, sed agunt de commutanda iniuria propterea quod nouerant Simeonem & Leui cædibus assuetos & immites aliter odium non remissurum.

a *Nudauerunt eum, &c.* ISID. Et Iudęi Christum per mortem expoliauerunt tunica corporali & polimyta, id est, decorata omniũ virtutum diuersitate. Resperserunt autem tunicã sanguine hœdi, quia falsis testimoniis eum accusantes in iuuidiam peccati deduxerunt. Ioseph mittitur in cisternam, id est, in lacum, & Christus expoliatus carne humana descẽdit ad infernum.

b *Viderunt viatores Ism.* AVGVSTINVS. Quæritur quare Ismaelitas scriptura quibus vẽditus est Ioseph etiam Madianitas vocat, cum Ismael sit de Agar filius Abrahę, de Cetura verò Madianitæ. An quia scriptura dixerat de Abraham, quòd munera. s. dederat filiis concubinarum suarũ. Agar, s. & Cetura: diuisitq; eos ab Isaac filio suo in terrã orientis, & ideò vnam gentem fecisse intelligendi sunt? An vera est opinio Hebræorũ, qui dicunt Agar, & Ceturarum vnam fuisse.

c *Extrahentes.* ISIDORVS. Ioseph de cisterna leuatus Ismaelitis vendi-

My sticè.

† Non habet hanc. † ne mittatis in eum.

Ioseph fratrũ inuidia mittitur in cisternam.

In quæst. super Genes.

† Iuda. Iudæ consilio venditur Ismaelitis. Sap. 10. c. Psal. 40. b.

tis venditur, & Christus ab inferno regressus ab omnibus gentibus fidei commertio comparatur. Ille per Iudæ consilium triginta argenteis distrahitur, & hic per consiliũ Iudæ Scarioth numero eodem venundatur.

d *Vendiderunt.* HIERONY. Hebraïca veritas habet argenteis, neque enim viliori metallo dominus vendi debuit, quàm Ioseph.

e *Scissisq; vestib. &c.* ISID. Iacob posteritatis suę plorans dispendia quasi pater filium lugebat amissũ, & quasi propheta interitũ Iudæorum Matt. 26. f. Scidit vestimentũ, quod in passione dominifecit princeps sacerdotũ. Luc. 23. f. Sed & velũ tẽpli scissum est: vt propheta & nudatũ populũ suum, & diuisum ostenderet regnum.

✠ SEVERIANVS GABAL. Considerãdum est quod quem admodum Ioseph in domo paterna tanquã mortuus lugebatur, at verò in Aegypto viuebat & regnabat: ita & Christus apud Iudæos tanquã mortuus existimatur, apud gẽtes verò tam viuẽs quã in æternũ permanens.

f *Descendã ad, &c.* Quæritur

¶ Christus. ¶ Iudęos. a ¶ Carne assumpta, quæ omni virtute perfecta.
¶ In infernum. ¶ Refrigerium.
a ¶ Mundi contemptores, qui de gentibus ad fidem venientes testimoniis legis & prophetarum odorifera & salutifera mundo languenti supposuerunt malagmata.
a ¶ Gutta est myrrhę arboris & ipsa myrrha vocatur. ¶ Qui credentes Iudæos significat qui nec morti Christi vult consentire, nec tacendo supponere. sed gentibus communionem fidei patenter exponere.
¶ Quia Iudęi Christum reliquerunt, & à se repulerunt.
a ¶ Felix negociator, vbi salus emitur, & vita à morte redimitur. Tanquam vile mancipium.
a ¶ Quia doctores fidei prędicauerunt eum in mundo. ¶ Et nos cùm reuertimur ad propheticum sermonem videmus, quia sic oportebat Christum pati & resurgere.
a ¶ Apertis sacramentis legis, dicitur Iudęis, quia Christus surrexit.
a ¶ quasi, quia indignos vos fecistis, vel exhibuistis verbo Dei, transibo ad gentes. Act. 13. g
a ¶ In suspicionem peccati vitam eius blasphemantes quantum in se erat duxerunt.
a ¶ Quia apud homines eum infamabant. apud patrem quoque infamare volebant, dicentes non esse filium Dei.
a ¶ Testimonium filio perhibet pater: Hic est filius meus dilectus. Mat. 3. d. b ¶ Innocentia.
a ¶ Sęuitia Iudaica. b ¶ zelus domus tuę com. m. Psal. 1x b. c ¶ Bestialis populus.
a ¶ Apertis sacramentis. b ¶ Singulis annis ex paterna traditione recordatur ecclesia tristitiam apostolorũ de morte Christi.
c ¶ Planctus Iacob propheticus de morte Christi filij plus luget Iudæorum perditionem quam filij sui passionem.
a ¶ Quia potestas paterna per filium debellauit infernum.

Iacob luget filiũ Ioseph

† filiis & cunctis filiabus.

Allegoricè.

NICOLAVS DE LYRA.

offensam Dei, & anxietatem patris sui, vt dicit Iosephus, sed cùm videret, quòd eos flectere non posset, cœpit eos inducere, vt in foueam penetrarent: ibidem fame morituros, dicens hoc esse minus horrendum, quam si propriis manibus interficeretur. Hoc tamen dicebat cogitans, vt posteà occulte eum de fouea extraheret: cuius dicto consenserunt.

1 Nudauerunt eum tu. ta. *Quia peringebat vsque ad talos, secundũ quod dicit Hieron. In Hebræo tamen non habetur talari, sed sic habetur.* Et expoliauerunt eum tunica sua, & tunica serica. *Ex quo videtur quòd habebat tunicam duplicem, vnam simplicem, & aliam sericam: & vtranque sibi abstulerunt. Hebræi autem per simplicem tunicam intelligunt camisiam.*

2 Et sedentes *Hic describitur tractatus venditionis, cùm enim propè eos transierat societas mercatorum pergentium in Aegyptum, Iudas qui erat principalior, suasit fratribus, vt Ioseph mercatoribus venderetur, & sic absque eius morte euaderent dominium eius, ex quo esset tantũ ab eis elongatus, & cum hoc de precio venditionis reportarent emolumentum, & in hoc consenserunt alij: vnde subditur.*

3 Extrahentes, &c. *Aliqui autem libri habent 30. sed falsa est litera. Scribitur Prou. 21. d.* Nõ est sapientia, nõ est cõsilium contra domi

MYSTICE.

1 *Nudauerunt eum tunica.* non secundum rem, quia non abstulerunt ab eo vestem virtutum, sed secundum apparentiam tantum imponentes ei falsò crimina multa ante Pilatum.

3 *Extrahentes eum, &c.* Ismaelitis, Qui erant Gentiles, illa verò venditio fuit quædam occisio. Nam seruitus est mors ciuilis, & hæc fuit figura mortis Christi, quem per Gentiles occiderunt Iudæi.

✠ Catholici

n 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

filium suum dicit se lugentem descendere velle? Non enim in A pœnis inferni credibile est eum esse. An perturbati & dolentis verba sunt mala sua, etiam hic exaggerãtis, an credibile est apud infernum quædam loca secreta, & minus pœnalia ante passionem domini fuisse, ad quæ etiam sancti descendebant, quia nullus paradisum ingredi poterat, donec Christus rompheam ignea[m] amoueret.

Vel putat seruo † Laniorum id est, qui regiis sicariis carui ficibus ac mactatoribus erat præfectus, quique dãnatorũ pectendotum curam habebat.

✠ Albinvs. An etiam infernum nomine sepulchrum significauit, quasi diceret in lacte manebo, donec me terra suscipiat, sicut illum sepulchrum.?

Hieronym. Madianei autem vendiderunt Ioseph in Aegyptõ Phutiphari eunucho Pharaonis archimagyro. Plerunque ἀρχιμαγείρους, id est, cocorum principes pro magistris exercitus scriptura ponit, μάγειρος enim Græcè est coquus, & dicitur μαγειρεύειν, quod est occidere: eò quòd coqui occidant coquendas pecudes. Venditus est igitur Ioseph principi Laniorum, non Petefrie, vt in Latino scriptum est, sed Phutiphari eunucho. Vbi quæritur, quomodo postea vxorem habere dicatur. Tradunt Hebræi emptũ ab hoc Ioseph ob nimiam pulchritudinem in turpe ministerium, & a domino virilibus eius arefactis, postea creptum esse iuxta morem gerophantarum. id est, fera loquentium in pontificatu Heliopoleos, & huius filiam ef se Asenec, quàm postea Ioseph accepit vxorem.

1 ¶ De cæcitate Iudæorum.
b ¶ Indurata perfidia Iudæorum. c ¶ Doctores ex gentibus accepto fidei pretio Christum in vniuerso mundo prædicauerunt.
¶ Alias Madianitæ.
2 ¶ Quia cæcit eum in disciplinis ecclesiasticis castas populus, qui sub malis principibus Christianam nouit exercere militiam.

fernum. Et illo perseuerãte in fletu, Mãdianitæ vendiderunt Ioseph in Aegyptõ † Puriphari † eunucho Pharaonis magistro militum.

Madianitæ qui alibi ex Ioseph dicuntur Phutiphari.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Catholici autem melius exponunt, dicentes in infernum.i. ad limbum sanctorum patrum, qui est superior pars inferni.*

1 Et illo, &c. *Et sic iste fletus refertur ad Iacob. In Hebræo habetur sic.* Et fleuit eum pater suus, *Et secundum Hebræos refertur ad Isaac, qui adhuc viuebat, vt prædictum est. Et ideo quando vidit filium suum Iacob in tanta anxietate, fleuit cum eo.*

B 2 Madianitæ, &c. *Ex hoc dicunt Iudæi, quòd Ioseph ter fuit venditus, quia primo fratres sui vendiderunt eum Ismaelitis 20. argenteis, vt prædictum est. Secundo Ismaelitæ vendiderunt eum Madianitis, qui erant in eadem societate cum eis. Et tertiò vendiderunt Madianitæ Phutiphari in Aegypto: precium tamen secundæ venditionis & tertiæ non exprimitur: tamen credendum est, quòd fuit maius quàm prima, quia huiusmodi venditiones factæ sunt pro lucro. Sed verius videtur quòd non fuit venditus nisi bis tantùm semel a fratribus Ismaelitis, vt dictum est, & secundo ab Ismaelitis Phutiphari Aegyptio: Vnde infrà 39. cap. dicitur, quòd Phutiphar emit eũ de manu Ismaelitarum. Ex quo patet, quòd idem homines Ismaelitæ & Madianitæ vocantur: & hoc concordat ei, quod supra dictum est cap. 25. quòd Cetura, quæ fuit mater Madian, à quo dicti sunt Madianitæ: & Agar mater Ismael, a quo dicti sunt Ismaelitæ fuit eadem mulier numero.*

3 Eunucho Pharaonis. *Eunuchus aliquando accipitur pro castrato aliquando verò pro Ministro vel seruo alicuius principis: & vocatur talis eunuchus, eò quòd debet esse castus & honestus, & hoc modo accipitur hic. Vnde infra 40. cap. pincerna regis & pistor vocatur eunuchi.*

4 Magistro militum. *Hebræi dicunt, magistro carnificum. In Hebræo enim scribitur* טבחים *thabhaim, & significat proprie mactantium vel laniantium: & hoc potest cõpetere militibus, qui homines interficiunt in bello, & hunc sensum sequitur nostra translatio. Competit etiam carnificibus, qui mactant animalia, & hunc sensum sequũtur Hebræi, & quasi in idem redit dictum Iosephi, qui in hoc loco dicit, principi cocorum.*

CAP.

ADDITIO. I.

In cap. xxxvij. vbi dicitur in postilla: Cùm Hebraica lingua non habet crimine pessimo.

In Hebraica lingua in hoc loco non est dictio significans crimen pessimum: nec vixam, sed solùm est ibi dictio significans detractionem, eadem enim dictio ponitur hic & infrà Num. xiij. d. vbi dicitur: Detraxerunt tertæ, quòd esset mala, *quæ quidem detractio in hoc loco non est intelligenda sic, quòd Ioseph imponeret aliquid falsum fratribus, nec etiam quòd in hoc malo, quòd de fratribus patri denunciabat, intenderet denigrare famam eorum: sed solùm hoc faciebat propter bonum fratrum, vt scilicet à patre corrigerentur, quod non est peccatum: nec etiam detra-*
C *ctio proprie dicitur, sed largè, vt in secunda secundæ qu. lxxij. Vnde ex hac causa principaliter Iacob diligebat Ioseph, eò quòd videbat eum cæteris meliorem boni erga fratres, & ideò sequitur statim:* Et Israel diligebat Ioseph, &c. *Ad intelligentiam autem huius quod sequitur:* Quoniam in senectute genuisset eum. *Sciendum quod in litera Hebraica in hoc loco non dicitur:* In senectute genuisset, *sed dicit*, eò quòd filius senectutis esset sibi: *quod exponens translatio Chaldaica sic dicit:* Israel autẽ diligebat Ioseph, eò quòd esset filius sapiens sibi: *vnde translator intendit sibi senectutem in hoc significare sensum senilem, iuxta illud Sapientiæ 4. a.* Senectus ætas venerabilis est, &c. *Quod videtur rationabiliter dictum. Nam non videtur esse causa sufficiens ad hoc, quòd Israel dilexisset Iacob plus cæteris, eò quòd genuisset eum in senectute: nam Beniamin fuit genitus in maiori senectute. Isachar autem & Zabulon non excedebant in ætate ipsum Ioseph, nisi per annum vel modicum vltrà, vt potest haberi ex litera: & ideò causa huius dilectionis potius videtur attribuenda sapientiæ seu moribus senilibus, quæ iam quodammodo videbantur vigere in ipso Ioseph, ex hoc quod licet esset iunior cæteris iam tamen intendebat circa correctionem fratrum maiorum. Vnde dicit,* eò quòd filius senectutis esset, *id est, sapiens, vt dictum est. Quòd autem subdit:* sibi, *intelligendum est ex hoc, quòd ista aliis non publicabat, nisi solùm patri ad quem correctio pertinebat, & ideò solùm patri principaliter constabat de sapientia ipsius Ioseph.*

ADDITIO. II.

In eod. cap. xxvij. vbi dicitur in postilla. Nudauerunt eum tunica talari, &c.

In Hebræo habetur Expoliauerunt eum sua tunica serica, *quod idem est ac si dicat, tunica sua. s. tunica serica. Vnde ex hoc non habetur, quòd haberet duplicem tunicam, nec quòd sibi abstraheret tantum vnam tunicam. s. illam sericam, quam iam fecerat ei pater in signum maioris dilectionis: & ideò de illa solùm fit mentio, quia erat magis preciosa & magis nota. Vnde & infra eodem cap. dixit pater:* Tunica filij mei est.

F

REPLICA *Correctorij contra Burg. In ca. 36. vbi dicitur:* Accusauitq; fratres crimine pessimo: *quod Bur. volens exponere, dicit q; in Hebræo non habetur* crimine pessimo, *sed loco eius habetur dictio significans detractionem, & exponit de Ioseph, qui propriè non detraxit fratribus. Sed videtur Burgen. præ senecta delirare, cum illud quod dicit pon. loco illius vbi nos habemus:* Crimine pessimo, *se tenet ex parte fratrum accusatorum per Ioseph, non ex parte Ioseph accusantis. Si igitur ponitur dictio significans detractionem, vt dicit Burg. tunc sensus est: Accusauit Ioseph detractione, quæ sibi inuicem detraxerunt: & cum detractio inter fratres procedat ex odio fraterno, quod & pessimum genus vitij est: generaliter igitur loquendo non debuit Burg. translationem nostram notare, nec postillatorem qui exponit de rixa, quæ fuit occasio detractionis. Vnde sententia literæ secundum expositionem Burg. est, quòd Ioseph accusauit eos detractione, quæ non est intelligibilis, & habet modum deliramenti. Quòd autem subdit de dilectione, qua Iacob Ioseph dilexit, quasi causa huius dilectionis esset, quia in senectute eum genuisset, & hoc videtur imponere postillatori, qui tamen ita non exponit. Sed dicit senectutem Iacob esse occasionem illius dilectionis, non causam: quia senes communiter fragiles & defectuosos gignunt. Ioseph autem in senectute genitus non apparuit fragilis, sed potiùs alijs corpore, moribus, & sensu: ita quod videbatur aliquid diuinitatis in eo relucere. Hanc q; ob causam dixit postillator, quòd Iacob eum præ cæteris dilexit, & videtur postillator hunc modum loquendi ex glos. ordina. sumpsisse, quæ hunc passum de Deo patre & filio in mundi senectute generato. Allegoricè exponit: à quo modo exponendi, & causam dilectionis assignandi, Burg. non longè recedit, vt patet intuenti suam digressionem.*

In eod. cap. vbi dicitur, & expoliauerunt Ioseph tunica serica: *datur intelligi secundum postillatorem, quòd habuit plures tunicas: vbi obijcit Burg. nescio quid: clarè enim potest videri Ioseph plures tunicas habuisse, vnam quam tinctam in sanguine Hœdi miserũt ad patrem: aliam cum qua vendiderunt eum. Non est enim verisimile nudum eum venditum fuisse. sic q; patet Burg. sæpe facere vim de lana caprina.*

CAP. XXXVIII.

A In quæst. super Genes.

Eodem tempore. Avgvst. Quæritur quomodo ista fieri potuerũt Si enim posteaquàm Ioseph venit in Aegyptũ, quomodo intra 20. & duos annos (Nam post tantũ temporis colligitur in Aegyptum ad Ioseph eos venisse cum patre suo) fieri potuit, vt filij Iudæ eius ætatis possent omnes ducere vxores? Nam Thamar nurum suam, mortuo primogenito altero filio dedit quo etiam mortuo, expectauit vt cresceret tertius, & cum creuisset, nec illi dedit, timens ne & ipse moreretur. Vnde factũ est, vt eidem socero se supponeret.

2. Par. 2. a. Quomodo hęc omnia infra tam paucos annos fieri potuerunt? meritò quæritur, nisi fortè (vt solet) scriptura per recapitulationem aliquot annos ante venditum Ioseph hoc fieri cœpisse intelligi velit, quia sic positum est vt diceretur: *Factum est autem in illo tempore.* Vbi tamen quæritur d si sedecim annorũ erat Ioseph, quando venditus est, quot annorũ potuerit esse Iudas quartus filius Iacob, quãdo ipse primogenitus Ruben vt plurimum fratrem suum Ioseph 5 aut 6. annis potuit præcedere? Euidenter autem scriptura dicit 30. annorum fuisse Ioseph, quãdo innotuit Pharaoni. Cùm ergo ipse anno septimodecimo venditus credatur. 13. annos in Aegypto peregerat ignotus Pharaoni. Ad hos autem 13. accesserunt. 7. anni vbertatis, & facti sunt viginti. His adduntur duo anni famis. quia secundo anno famis intrauit Iacob in Aegyptum cum filiis suis decẽ, & sunt 22. quibus abfuit Ioseph à patre & fratribus suis. Quo medio tempore quomodo fieri potuerunt de vxore, & filiis, & nuru Iudæ, omnia quæ narrantur, inuenire difficile est. nisi fortè credamus, mox vt adolescere cœpit Iudas, incidisse eum in amorem eius, quam duxit vxorem, nondum vendito Ioseph.

Allegoricè. b *Iudas à fra.* Hic sicut cæteri patriarchæ Christum significat, qui descendit ad baptismum Ioannis. Hiras enim interpretatur

Ioan. 1. d. videns Deum. Odollamites testimonium in aqua, quia Ioannes videns Christum venientem ad baptismũ, ait. *Ecce agnus Dei*, &c. Ad hoc testimonium adhæsit Christo synagoga, quam significat Sue filia Chananæi, quia ei dãda erat terra humilis professionis, quod interpretatur Chanaan. Hæc ergo synagoga primò adhæsit Christo, quando Petrus, & Andræas, & cæteri Ioannis discipuli facti sunt discipuli Christi, quo ordine completa sunt, sequens significat historia, narrans quomodo Iuda intrauit ad Thamar, quæ idem significat quod Sue.

Mysticè. c *Quæ concr.* Genuit synagoga principes, qui ei tanquam mariti præfuerunt: quorum alij fuerunt nocentes, quos significat Her, qui interpretatur pelliceus, (pellis enim mortem significat) quia primi parẽtes pellibus induti addicti sunt morti. Alij inutiles, quos significat Onan, qui interpretatur mœror eorũ: ideò quibus. s. non profunt.

d *Tertium.* Isid. Tertius filius qui Thamar non iungitur, significat tempus, ex quo reges de tribu Iudę illi populo defecerunt. Erat quidẽ filius Iudæ, sed eum Thamar non accepit, quia erat tribus Iudæ, sed de ea nemo regnabat. Vnde Sela interpretatur dimissio eius. Non pertinent ad hãc significationem viri sancti, qui licet illo tempore fuerunt, ad nouum pertinent testamentum: qui prophetãdo vtiles fuerunt, sicut Dauid. Eo sanè tempore, quo Iudæa cœperat ex Iuda reges nõ habere, non est coinpurandus maior Herodes in regibus eius: tanquam maritus Thamar qui alienigena. Hæc ei sacramento illo mysticè vnctionis, tã quã cõiugali fœdere coherebat. Sed extraneus potestatẽ à Romanis acceperat, sicut filij eius tetrarchę, quorũ vnus Hærodes, qui cũ Pilato in passione dñi cõcordauit, Hi ergo alienigenę à Deo nõ deputabantur in regno mystico Iudeorũ, vt ipsi Iudęi publicè clamarent: *Nõ habemus regẽ nisi Cæsarem.* Ioa. 19. c. Cũ enim de tribu Iuda regnum defecerat, venturũ erat regnum Christi, qui non obesset & multũ prodesset: vnde infrà 49. b. *Non deficiet princeps ex Iuda, donec veniat qui mittendus est.* Illo enim tempore omne magisterium Iudæorum & mystica vnctio, vnde Christi vocabatur, defecerat, quando secundum prophetiam Danielis venit cui repositum est: *Et vnctus est sanctus sanctorum oleo exultationis præ participibus suis:* Hebræorum. 1. c. Natus enim Herodis maioris tempore, passus in tempore Herodis tetrarchæ. Huius *verentis ad oues quæ pepererant domus Israel*, figuram gessit Iudas, cum iret ad tondendas oues in Thãnas, quod interpretatur deficiens. Iam enim defecerat princeps ex Iuda, & omne magisterium & vnctio Iudæorum. Venit autem cum Hyra Odollamite. Odollamites interpretatur testimonium in aqua. Cùm hoc testimonio dominus venit, habens testimonium quidẽ maius Ioanne. Sed propter infirmas oues hoc testimonio vsus est in aqua. Hyras enim interpretatur fratris mei visio, vidit fratrẽ suũ Ioannes, cognatæ enim erãt Maria & Elizabeth. Vidit quoq; dominũ, & Deum suum, quia sicut ait: *Ex plenitudine eius accepit*: vnde Matth. 11. b. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* quia ex omnibus prænũtiantibus Christum ipse vidit, quæ multi iusti & prophetæ voluerũt videre, & non viderunt. Matt. 13. c. Salutauit ex vtero, agnouit perfectius in columba: & ideò tanquam Odollamites perhibuit testimonium in aqua.

e *Iudas, &c.* De Iuda regia tribus processit, quæ diu præfuit Iudaicæ plebi, quam significat Thamar, quæ interpretatur amaritudo, quia amaram se in passione exhibuit Christo.

f ✠ *Thamar.* Avgvst. Thamar quæ socerũ fefellit nõ carnis concupiscentia, lib. 22. contra Faustũ. *stirpe Cham, & hunc sensum sequitur translatio nostra & ad significandum mercatorem, & hunc sensum sequũtur Hebræi. Vnde Pro. 31. d. vbi trãslatio nostra habet:* Cingulum tradidi Chananæo, *Hebræi dicunt* mercatori.

3 Vocabulo Sue. *Non est nomen vxoris Iudæ, vt aliqui credunt & male, sicut melius patet in Hebræo: sed est nomẽ patris illius vxoris: vt magis infrà patebit, & patet litera vsque ibi:*

4 Fuit quoque Her. &c. *Quæ autem fuerit eius nequitia, in textu non exprimitur, sed dicunt Hebræi, quòd fuit similis cum nequitia fratris sui Onan, qui in coitu cum sua vxore studebat fundere semen in terram, id est, extra vas muliebre. sed hoc faciebat alio motiuo, quia iste Her libidinosè afficiebatur ad suam vxorem Thamar, & ideò cauebat ne impregnaret eam,*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXVIII.

1 Eodem tẽpore. *Istud cap. ponitur incidenter iuxta venditionẽ Ioseph, quia vt dicunt Hebræi, filij Iacob videntes patrẽ inconsolabiliter afflictum eò quòd credebat Ioseph esse mortuũ, cœperũt esse molesti Iudæ, eò quòd dedisset consilium de eius venditione, dicentes ei: Si consuluisses eum totaliter dimittendũ, acquieuissemus tibi tanquã principaliori, maximè quia sedata passione iræ in nobis fuissemus ei cõpassi, & sic redditus fuisset patri, propter quod Iuda declinans a fratribus suis contraxit eum alijs amicitiam, & vide accepit vxorẽ, & ideo primo describitur Sue vxoris acceptio: & secundò Sue nurus impregnatio. ibi:* Euolutis autem multis diebus, *Circa primum dicitur sic.*

Diuisio. 2 Viditque. *Hebræi dicit hominis mercatoris. Dictio enim Hebraica quæ hic ponitur aquiuoca est ad significandum aliquem descendentem de*

MORALITER.

1 *Eodẽ.* Descendẽs Iudas à fratrib. suis per quẽ significatur clericus secularis vel religiosus descendens à culmine virtutis.

2 *Viditq; ibi.* Talis enim recedens à virtute, quia parum curat de Deo vult inter homines apparere. Et ideò accipit vxorẽ. i. ecclesiã, vel officij dignitatẽ simoniacè, qđ notatur per hoc q ipsa filia dicitur Chananæi. i. mercatoris. Chananæ enim in vna significatione significat mercatorẽ, & sic accipitur Pro. 31. d. *Smdonẽ fecit, & vẽdidit, & cingulum tradidit Chananæo. Et hoc modo accipitur hic.*

3 *Vocabulo Sue.* Quæ interpretatur locutio, per quod designatur, quòd ecclesia simoniacè acquisita, non est illius, qui eam sic acquisiuit sponsa re, sed tantum nomine.

† *Quæ con.* Ex hac enim vxore Iuda genuit tres filios: quorũ primus fuit nequam, vt dicitur in textu. Secundus faciebat rem detestabilem: per quod patet quòd fuerunt pessimi. De tertio nihil dicitur, p hoc designatur, q fuit inutilis. Sic promotus ad ecclesiam simoniacè in illa facit pessimos filios vel inutiles, promouendo clericos simoniacè, sicut est promotus, secundum enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

concupiscētia, nec meretriciæ mercedis cupiditate peccauit, sed ex ipso sanguine prolem requirēs, ex quo iam duobus fratribus nupta, tertio quoque denegato, habere non potuit, patri eorum socero suo fœtandum corpus fraude subiecit, pignore mercedis accepto, quod nō ad ornamentū sed ad testimonium reseruauit.

Ab eo, a domino.

Meliùs quidem sine filiis temanere, quā sine iure matrimonij mater fieret. Lōgè tamen alia intentione peccauit, quòd filiis suis patrem prouidit socerū suū, quàm si eū sibi concupiisset adulterum.

Nōsibi nasci filios Lxx. semen non suum futurum (i. non suos futuros filios qui nascere ntur.)

aliàs † frater

1. Sua.

ISID. Plebs Iudaica cui de tribu Iuda reges tā quam mariti dabātur, quæ ānaritudo interpretatur, quia domino fellis poculū dedit. Duo genera principum non rectè operātiū in plebe. Vnū quod obest, alterum quod non prodest significātur in filiis Iudæ: quorū vnus malignus ante dominum, alter fundebat semen in terram ne fœcundaret Thamar. Necsūt amplius, quā duo genera hominū inutilia. Nocentes. s. & prodesse nolentes, & si quid boni habent in hac vita, perdunt tanquam in terra fundentes, & quia in malo peior est qui nocet, quam qui nō prodest, ideo maior dicitur malignus, non minor qui semen fundebat. Her quoque interpretatur pelliceus, qualibus tunicis induti sunt primi homines, in pœnā dānationis. Onā interpretatur mœror eorum quibus scilicet non prodest cùm habeat vnde prosit. Maius vero malum est ablatę vitæ, quam significat pellis, quàm nō adiutæ, quod significat mœror eorum: Deus tamen vtrosque occidit, quia regnum à talibus tollit.

Opilio gregis, socius (vel amicus) eius. Thamnas. * suus.

Theristrū i. velum æstuale, dictio Hebræa significat peplum amictumque lineum.

Dimitte me. eia, quæso.

* Et dedit ei.

Incestus Iudæ cū Thamar nurusua.

In Quæst. Hebraic.

a *Consolatione sua.* HIERON. *Et consolatus Iuda ascendit ad eos qui tondebant oues, ipse & Hyras pastor eius Odollamites.* Pro pastore C in Hebræo amicus legitur: sed verbū ambiguū est quia iisdem literis

Iudæ nequā in cōspectu Domini, & ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onan filium suū: *Ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt*

a ¶ Per hunc significantur qui prodesse nolunt.

suscites semen fratri tuo. Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad v-

a ¶ Sic Iudæi terreno intellectu verba legis adulterantur, ne adiutores eorum Christiani fiant.

xorem fratris sui semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eū dominus, quòd rem detestabilem faceret. Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui suæ: *Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus.* Timebat enim, ne & ipse moreretur, sicut † fratres eius. Quæ abiit, & habitauit in domo patris sui. Euolutis autem multis diebus, mortua est [1] Sue vxor Iudę. Qui post [1] [2]

a luctum consolatione † susceptā, ascendebat ad tonsores ouiū suarum,

a ¶ Christus. b ¶ Fratris mei visio, id est, Ioan. bapt. c ¶ Testimonium in aqua.

ipse & Hyras opilio gregis [2] Odollamita in Thamnas. Nuntiatūq; est [3]

b Thamar, quòd socer illius ascenderet in Thānas, ad tondendas oues. [3] [4]

a ¶ Velamen est quo vtebantur Palestinæ mulieres. b ¶ De synagoga sit ecclesia.

* Quæ [3] depositis viduitatis vestibus, assumpsit [3] theristrum, & mutato [5] [6]

d habitu sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnan, eò quòd creuisset Sela: & non eū accepisset maritum. Quam cùm vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem. Operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur. Ingredienſq; ad eam, ait: Dimitte me, vt coeam tecum: Nesciebat

a ¶ Iam enim propter prænaricationes post dorsum posuerat synagogam.

enim quòd nurus sua esset. Qua respondente. Quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo? Dixit: Mittam tibi hœdum de gregibus: Rursumq;

a ¶ Exprobratiōē peccati, quæ pœnitenti animæ obiicitur, dū dicitur. Quē fructū habuistis tunc in quibus nunc erubescitis.

illa dicente: patiar quod vis, si dederis mihi arabonem, donec mittas [7]

quod polliceris. Ait Iudas: Quid vis tibi pro arabone dari? Respōdit:

a ¶ Signiculum secretorum. b ¶ Fidei sponsionem, c ¶ Iustitiam fidei.

Annulum tuum, & armillam, & bāculum quē manu tenes. * Ad vnum [8]

a ¶ Quæ sub antiquis infœcunda manserat: nunc Christo sociata filios diuersi generat meriti.

ig itur cōitum concepit mulier, & surgens abiit, depositoque habitu

b ¶ Quia tempore primitiuæ ecclesiæ multi ex Iudæis ad Iudaicas reuersi sunt obseruantias.

peruenire ad semen Abrahæ, Illo non cognoscente fœcundatur, secundum illud Psam. 17 g. *Populus quem non cognoui, seruit mihi.* Accepit in occulto annulū, monile, & virgā: qa vocatione signatur. iustificatione decoratur, glorificatione exaltatur. Ro. viij. f. *Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit:* sed in occulto, vbi conceptio sanctæ vbertatis fit.

c *Quæ deposi. &c.* Notādum etiā in temporibus patriarcharum certa fuisse vestimenta viduarum, nec qualia coniugatarum.

d *Sedit in biuio.* HIERON. Et sedit ad portam Enaim quæ est in transitu Thamna. Sermo Hebraicus Enaim transfertur in oculos. Non est igitur nomen loci, & est sensus. *Sedit in biuio,* siue in compito. vbi diligentius debet viator aspicere quo gradiatur.

Peccatum filiorum.

Thamar vidua nurus patrem.

Pœnitentia fœcundetur in omnibus gentibus ecclesia cōstituta. Oportebat enim pari Christum & resurgere: & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionē peccatorū per omnes gētes. Habitus quoque meretricis, cōfessio peccatorum est. Thamar quippe ecclesiam de gentibus vocatam significat, sedēs cum hoc habitu ad portam Enaim, quodinterpretatur fōs: quia currebat, velut ceruus ad fontes aquarū, nouam vitā accepturi, quam peruenire ad semen Abrahæ, Illo non cognoscente fœcundatur, secundum illud Psam. 17 g. *Populus quem non cognoui, seruit mihi.* Accepit in occulto annulū, monile, & virgā: qa vocatione signatur. iustificatione decoratur, glorificatione exaltatur. Ro. viij. f. *Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit:* sed in occulto, vbi conceptio sanctæ vbertatis fit.

Videamus

a *Misit autem Iudas.* Mittitur promissus hœdus tanquam meretrici. i. exprobratio peccati, per Odollamitē tanquā increpātem *genimina vipe arum, &c.* Sed eam non inuenit peccati exprobratio, quam mutauit confessionis amaritudo. In hoc facto Iudę nō iustitiæ cernitur syncerita, sed promissionis fidelitas. Si enim seruaret iustitiam seruando castitatem, nō introisset vt opinabatur ad meretricem, sed quod promisit, fideliter per pastorem transmisit.

Ex Cathena Græca.

✻ CYRIL. Iudas cum Caldæus esset, ornamenta manuū & colli, Thamar in arrabonem dedit. Caldæorum enim mos est auro caput, colla & manus insignire.

b *Quæ cum duceretur.* ISID. Postea verò publicis signis annuli, monilis & virgæ vicit temerè iudicantes Iudæos, quos iam Iudas significabat, qui hodie quoque dicūt non hunc esse populū Christi, nec Abrahæ semē: sed prolatis documentis nostræ vocationis, iustificationis, & glorificationis, cōfundun tur & nos magis quā c se iustificatos esse confitētur. Pignora enim se habere refert ecclesia, quæ accusatur à Iudæis quasi adultera legis, sed ostēdit virgam signū passionis. & monile legitima legis: & annulum pignus immortalitatis.

† 56. dist. c. dominus.

Iudas nurū suam stupri accusatam comburi iubet.

Iudas agnoscit culpam suam & innocentiam Thamar.

Parit Thamar geminos Matth. 1. a.

In quæstio. Hebraicis.

c *Qui agnitis, &c.* HIERON. Cognouit antē Iudas. &c. In Hebræo habetur: iustificata est ex me, non q iusta fuerit, sed q cōparatione illius minus malè fecerit. non vaga turpitudine, sed requirendo filios.

✻ CHRYSOT. Attēde quomodo silens fide dignos testes affert, qui loquantur & satis eam innoxiam demonstrent. Quia enim tribus testibus egebat, quæ in tali causa arguebatur, idcirco & hæc quasi claro testimonio dato, tres arrabonum species mittit, annulum, armillam & baculum.

✻ AVGVST. Post verò publicatis signis annuli monilis & virgæ, vicit temerè iudicantes Iudæos, quorū iam personam ipse Iudas gestabat, qui hodie dicunt non hunc esse populum Christi, nec habere nos semē Abrahæ, sed prolatis certissimis documentis nostrę vocationis, iustificationis & glorificati onis, sine dubio confundentur, & nos magis quàm se iustificatos esse fatebuntur.

Lib. 22. contra Faustū

a ¶ Vt plebs Iudaica veteri vitæ renuntiaret. b ¶ Christus.

a quem assumpserat induta est viduitatis vestibus. Misit autē Iu-

a ¶ Exprobrati onem peccati Matth xxiij d. b ¶ Dicentem: Genimina vipe. &c.

c ¶ Vt sacramenta commissa non perderet.

das hœdum per pastorem suum Odollamiten, vt rēciperet pignus, quod dederat mulieri. Qui cum nō inuenisset eā, interrogauit homines loci illius: Vbi est mulier quæ sedebat in bi

a ¶ Quia Iudæa postquam firmiter adhæsit Christo, non sedit in biuio, nec sit mentio præteritorū delictorum.

uio? Respondentibus cūctis, non fuit in loco isto meretrix: reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquā ibi sedisse scortū. Ait Iu-

a ¶ Quasi habeat pignora quæ accepit, quum confessio peccati immunem fecit ab exprobratione delicti.

das: Hābeat sibi. Certè mendacij nos arguere non poterit. Ego [1]

misi hœdum quem promiseram: & tu nō inueniſti eā. † Ecce [2]

a ¶ Post confessionem trinitatis accusantur Iudæi conuersi à non conuersis: tanquam post Deos alienos abierint, & semen Abrahæ se non fuisse monstrauerint.

autem post tres menses nuntiauerunt Iudæ, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitq; Iudas: Producite eam, vt comburatur.

a ¶ Qui hic Iudæum populum significat, ininste condemnantem Christianorum fidem.

b [3]

a ¶ Accusata à Iudæis ecclesia ostendit in se esse completa legis & prophetarum sacramenta: quibus comprobatis liberatur ab infamia.

ceretur ad pœnam, misit ad socerū suum, dicens: De uiro, cuius hæc sunt, cōcepi. Cognosce cuius sit annulus, & armilla, &

a ¶ Laudatur fides ecclesiæ: cognoscitur enim regnum Iudæorum defecisse.

c [4]

bāculus. Qui agnitis muneribus, ait: Iustior me est, quia nō tradidi eam Selæ filio meo. Attamē vltrà non cognouit eā. Instā-

a ¶ Id est, carnales non approbauit obseruantias.

te autem partu, apparuerunt gemini in vtero, atque in ipsa effu-

a ¶ Figura duorum populorum.

sione infantium, vnus protulit manū, in qua obstetrix ligauit [5]

a ¶ Iudaicus qui manum in exterioribus exercuit pollutam sanguine sanctorum & ipsius Christi.

b ¶ Figuram sanguinis effundendi.

coccinum dicēs: Iste egredietur prior. Illo verò retrahente ma-

a ¶ Qui gentilem populum significat.

nū, egressus est alter. Dixitq; mulier: Quare diuisa est propter [6]

a ¶ Secundinarum membranula, quam rupit cum manum emisit, vt alter nasceretur. Miratur ergo mater de hac contentione, quòd primus sit nouissimus, & nouissimus primus.

te maceria? † Et ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. [7]

Postea egressus est frater eius: in cuius manu erat coccinum,

f quem appellauit Zaram. [8]

Phares. 1. Para. 2. a. Sacerdotis filia fornicans comburitur Zara.

Hom. 62.

f *Zara interpretatur oriens.* Quia primus apparuit, vel quia plurimi iusti ex eo nati sunt, sicut dicitur in Paralypome.

Macetia.

† Diuisa est propter te maceriā ruptā (vel diuisionem. i. s. Iudas. hoc est quare prior egressus es? Heb.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Habeat sibi, certè mendacij arguere nos non poterit. *In Hebræo habetur,* Habeat sibi, vt nō simus despectui. *Quod expoñit Hebræi sic: Sit suum quod habet de meo. & non requiras amplius eam, ne factum istud diuulgetur ad confusionem meam.*

2 Ecce autem post tres menses nuntiauerunt Iudæ dicentes. *Hic describitur ipsius Thamar condemnatio, cum dicitur.*

3 Dixitq; Iudas. Producite. *Ex hoc dicunt Hebræi, q fuit filia Melchisedech sacerdotis: quia filia sacerdotis fornicans debebat comburi, vt habetur Leuit. 21. Sed istud videtur falsum: quia supra dixit ei Iudas:* Esto vidua in domo patris tui. *Melchisedech autē iam diu ante erat* C *defunctus, quia post natiuitatem Iacob non vixit ad plus nisi quinquaginta annis, vt supra dictum est 25. cap. Iacob autem tempore venditionis Ioseph erat cvij. annorum, vt patet ex prædictis, cap. 37. Quia Iacob quādo descendit in Aegyptum erat 130. annorum, & venditio Ioseph præcessit illum descensum 23. annis: & ideo dicendum, quòd Thamar non commisit fornicationem simplicem, sed adulterium, quia erat ligata ipsi Sela, nec poterat alteri copulari, vt patet Deuter. 25. b. Adulterium autem morte puniebatur, & sic fuisset Thamar punita, nisi propter iniustitiam sibi factam excusata fuisset a tanto, & si non à toto. vnde subditur.*

4 Iustior me est. *Id est, minus punienda quā ego, qui sibi iniustitiam feci subtrahendo sibi copulam filij mei tempore debito completo. Iudas autem cùm Thamar simplicem fornicationem commisit, eò quòd meretricem illam credidit nulli alligatam, quod peccatum non erat morte puniendum, nec per consequens factum Thamar. Sequitur.*

5 In qua obstetrix, &c. *Id est, filum rubeum: vt per hoc distingueret primogenitum ab alio.*

6 Quare diuisa est propter te maceria, *Id est, pellicula, in qua involuitur puer in vtero matris, quam ruperat alius manum protendendo.* F

7 Et ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. *Quod sonat diuisionem.*

8 Quem appellauit Zaram. *Quod resonat refulgentiam, ex fulgentia coccini in manu eius ligati.*

CAP.

Diuisio.

1 Euolutis autem. *Hic consequenter describitur sua nurus impregnatio, & secūda eiusdem condemnatio, ibi:* Ecce autem post menses tres. *Circa primum patet sententia exceptis aliquibus verbis exponendis.*

2 Mortua est Sue. v. Iudæ, &c. *In Hebræo habetur,* Mortua est filia Suæ. *ex quo patet q supra dictū est. s. q Sue est nomē patris vxoris Iudæ.*

3 Ascenderet in Thamnas. *Iud. c. 14. a. dicitur de Samsone:* Descendit in Thamnata, *non est contradictio. quia illa villa sita est in pendulo montis, & ideo ex vna parte accedituradeam descendendo, sicut fuit de Samsone, ex altera ascendendo, & sic fuit de Iuda.*

4 Ad tondendas oues. *Non manu propria, sed vt præesset tonsoribus, quia tunc domini ouium faciebant magnum conuiuium suis pastoribus, vt habetur. 3. Reg. 25. de Nabal.*

5 Assumpsit theristrum. *Vestis est linea qua mulieres vtebantur in æstate, & dicitur Græcè ἀέρινεον: vestimentum messoris æstiuum.* F

6 Eò quòd creuisset Sela, *ex quo patet, quòd monebatur amore prolis habendæ.*

7 Si dederis mihi ar. *id est, vadium.*

8 Annulum tuum. *In Hebræo habetur* figillum tuum, *& in idem redit: quia antiquitus annulo literas signabant, vt habetur Hester. 8. b.*

1 Habeat

MORALITER.

✝ Philos. 4. Methap. Vnumquodque generat sibi simile: & ad eius punitionem aliquando contingit, quod eius promotio simoniaca declaratur, & ecclesia sua iustè priuatur, quod significatur cùm dicitur:

1 *Euolutis autem multis, &c.* Ecclesia nanque simoniaci moritur quando ea priuatur. & ideò conuertit se ad tondendas oues. i. ad rapiendum bona simplicium per exquisitas malitias & fraudes. Sed quoniam *abyssus abyssum inuocat.* Psal. 61. b. sequitur.

† *Dimitte me vt co. &c.* Per hoc enim quòd vadens ad tonsionem ouium commisit incestum, designatur quòd declinans ad rapinam incidit frequēter in luxuriam vel peccatum aliud ita graue.

ADDITIO I.

In cap. xxxviij. vbi dicitur in postilla: Dixit Iudas producite eam vt comburatur.

Ex hoc autem quod dicit: esto vidua, *non sequitur quòd Thamar non fuisset filia Melchisedech iamdiu ante defuncti: nā etiam postquam homo moritur: præsertim si est magnus sicut Melchisedech, adhuc domus eius seu familia nominatur nomine suo, sicut domus Dauid pluries nominatur post mortem ipsius Dauid. Sed reuera non est verisimile, q si Thamar fuisset filia tanti viri, sicut Melchisedech, quod de hoc non fieret mentio: & tamen fuit facta mentio de nomine patris vxoris Iudæ, scilicet Sue: supra in hoc capite, sed quicquid sit de hoc, non videtur quòd*

n 4

Universidad de Navarra
Biblioteca

tur, quòd Thamar commisit adulterium propriè dictum. ad hoc quòd morte debuisset puniri. mulieres enim quæ erant ligatæ fratribus seu cognatis coniugis sui defuncti, si alteri copularentur, licet illicitè fecissent, non tamen morte puniebantur secundum legem, alioquin Noemi nō consuleret Ruth nurui suæ, vt remaneret in terra Moab. & ibidem cum alio contraheret, vt habetur Ruth. 4. Erat enim ligata ipsi Booz, vel alteri de cognatione, nec etiam fuisset excusata Thamar ab occisione si adultera fuisset, propter hoc quòd non fuerat data Sele. nō enim excusatur mulier de adulterio propter hoc quòd vir suus non vult ei reddere debitum: dato etiam quòd esset adultera, adhuc non mereretur comburi, sed alia morte leniori puniri. solæ enim filiæ sacerdotum fornicantes seu adulterantes igne debebant comburi, vt patet Leuit. 21. c. vnde quidam Hebræorum dicunt, & videtur rationabiliter, quòd Iudas erat in loco quasi princeps, & ex ore suo fiebant iudicia, & quòd non sequebatur aliquas leges iam factas, cum adhuc non essent saltem diuinæ, sed iudicabat vt princeps secundū iudicium arbitrij sui, quod patet ex hoc, nam ipse quasi propria authoritate dicit: Producite eam vt comburatur. & consequenter liberauit eam suo proprio arbitrio iudiciali dicens: Iustior me est, &c. quæ quidem excusatio nulla esset secundum legem diuinam posita data.

REPLICA. *Correctorij cōtra Burg. In ca. 38. vbi postillator improbat opinionē Hebræorum dicētium Thamar fuisse filiam Melchisedech. Burg. concordat cum eo in conclusione, sed rationes non obligant ad id sentiendum, sed sunt quædā persuasiones. cum autē postillator dicit Thamar adulterium cōmisisse, per consequens morte plectenda: sed non comburendam. Burgen. nititur eam excusare de adulterio, quia fuit tuncta alteri quam propinquiori prioris mariti, quod quāuis fuit illicitum, non tamen fuit adulterium. Totum quod Burgen. hic dicit staret, si coniunctio & commixtio fuisset in specie matrimonali, quod non fuit, sed in specie scorti: ideò fuit nota adultery propriè dicti, sed fuit excusata de tanto non de toto, &c.*

CAP. XXXIX.

A in quæst. super Genes. lib. 6. Mor. cap. 11. 12. &c.

IGITVR *Ioseph.* AVGVST. Ad ordinem tendit scriptura vñ recesserat vt illa narret quæ suprà gesta sunt.
b *Fuit q, &c.* GREGOR. Multi humana sapiētia inflati, dū desideriis suis diuina iudicia cōtrarie aspiciunt, aſtutèreluctare conātur, vt ad votum suum supernæ dispositionis vim introqueāt. sed inde **voluntatē** Dei peragunt, vnde mutare cōtendunt, & cōfilio Dei resistentes obsequūtur, quia hoc eius dispositioni militat: quod per humanū ſtudium resultat: vnde: Qui comprehendit sapientes in astutia eorū Ioseph somniumviderat, quòd manipuli fratrum manipulum suū adorarēt, & seipsum sol & luna cum cæteris ſtellis. Cumq; fratres subiici se eius dominio metuerent, in puteū deponūt, & Ismaelitis vendūt. Qui in Aegyptū ductus, seruituti subditus, luxuriæ accusatione damnatus, castitatis merito adiutus, prophetię iudicio ereptus, omni Aegypto prælatus est. Per supernam verò sapientiam prouidus frumenta congessit, & futuro periculo necessitatis obuiauit. Cūq; in orbe fames inhorruit, Iacob filios in Aegyptum misit, qui frumentorū dispensationi Ioseph præpositum inueniunt, quem vt alimenta mererentur, compulsi sunt adorare, Ioseph ab eis venditus fuerat, ne adoraretur, & adorat[a] est quia vēditus: & coacti sunt Dei voluntatem peragere: quia moti sunt cōmutare. Iustus quoq; & misericors Deus, mortalium facta disponens, alia concedit propitius: alia permittit iratus: & quæ permittit iratus, sic tolerat vt in consilij vſum vertatur. Vnde fit, vt quòd sine voluntate Dei agitur, voluntati Dei contrarium non fit, quia dum in bonum vſum mala facta vertuntur, eius cōsilio militant ea quę repugnāt: vnde Psalm. cx. a. *Magna opera domini, exquisita in oēs voluntates eius.* Sic enim opera magna sunt: vt per omne q agitur ab hominibus eius volūtas exquiratur. Nam sępe inde perficitur vnde repelli putatur. vnde Psal. 134. *Omnia quæcūq; voluit Deus fecit in cœlo & in terra.* Salomon ait Prou. 21. *Non est sapientia, non est prudētia, non est consilium contra dominū.* In cunctis ergo quæ agimus, vim supernæ voluntatis inquiramus, cui cognitæ debemus famulari, & quasi ducē itineris sequi, ne etiam nolētes seruiamus ei. Vitari enim vis superni cōsilij non potest, sed magna sibi virtute hanc temperat, qui se sub eius nutibus refrenat, eiusq; pondera leuiat, q volēs portat.
c *Post multos itaq; dies. iniecit domina* GREG. Qui mundi successibus eleuatus, luxuria se tētati sensit, Ioseph ad memoriā reuocet, & se in arce castitatis seruet, q ait: *Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, &c.*
Vbi patet, quia bona quæ assecutus fuerat repētè ad memoriam retulit, & malū quod pulsabat euicit. Cùm enim voluptas tentat in ꝓsperis, ipsa sunt opponenda tentationi, vt eo erubescam⁹ praua cōmittere, qui nos à Deo meminimus gratuita bona percepisse: quia enim voluptas ex prosperitate nascitur, eiusdem consideratione feriatur.

CAP. XXXIX.

a ¶ Redit ad ordinem superiorum.
a ¶ 1. Christus prædicatus per mundum.
a ¶ Precio fidei.

IGITVR Ioseph ductus est in Ægyptum, ēmitq; eū Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægypti[a] de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. Fuitque dominus cum eo, & erat vir in cūctis prosperè agēs. †Habitabatq; in domo dñi sui, q optimè nouerat dominū esse cum eo, & omnia quę gereret ab eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei. A quo præpositus oībus gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa quæ † tradita ei fuerant. Benedixitq; Dominus domui Ægyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris cunctam eius substantiam. Nec quicquam aliud nouerat, nisi panem quo vescebatur. † Erat autem Ioseph pulchrā facie, & decorus aspectu. Post multos itaque dies,

a ¶ Christus speciosus forma præ filijs hominum. Psal. 44. 3. in cuius manu omnia diriguntur.
a ¶ Pater. b ¶ Filio c ¶ Factis vel dictis.
a ¶ Ecclesia. b ¶ Dei, cuius Christus seruus secūdū carnem.
¶ Quæcunque faciet prosperabuntur.

1. Cor. 3. d. Eunuchus vel præpositus seruus. * sui. Exercitus sui, Iamorū vide finem cap. 37.

Eo, Ioseph. Qui, & dominus eius, Dirigi prosperam. Benedixitque, ex tūc benedixit. Multiplicauit, benedixit (interpres exposuit quid benedicere significet) Aliud cum eo.

a ¶ Quis gentes gentibus Christum annuntiauerunt.

Deus est cū Ioseph. †habitauit huc. Deus benedixit Ioseph propter Ioseph. Lib. 39. Moral. cap. 10.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXIX.

IGITVR Ioseph ductus. *Posito incidenti reuertitur scriptura ad historiam Ioseph, describendo eius promotionem, & primo in domo Phutipharis, secundò in domo regis. 41. c. a. Adhuc primo describitur Ioseph promotio digna. Secundò eius incarceratio iniusta, ibi:* Cumq; vidisset mulier. *Circa primum ostenditur ipsius Ioseph fidelitas, & secundò castitas, ibi:* Erat autem Ioseph. *Et hæc duo faciebant eū dignū. Circa primum dicitur.*

2 Fuitq;, &c. *Largiendo sibi gratiam suam, & erat acceptus Deo & hominibus, quod per effectum & exteriora signa cognouit dominus suus, propter quod omnia quæ erant in domo sua dispensanda simpliciter commisit gubernationi ipsius.*

3 Benedixitq;, &c. *in bonis temporalibus notabiliter multiplicando.*

4 Nec quicquam, &c. *Scilicet dominus Ioseph de omnibus quæ habebat dimittens curam eorum ipsi Ioseph.*

5 Nisi panem, &c. *id est, Cibum suum qui nomine panis intelligitur. omni enim sero petebat Ioseph a domino suo, quid in crastino vellet comedere: & de hoc solo dominus Ioseph disponebat.*

6 Erat autem Ioseph. *Hic describitur eius castitas: quia cum esset corpore gratiosus, & a domina sua instanter pulsaretur, & quasi continuè de fractione castitatis, nullo tamen modo acquieuit, sed magis mulieri suasit vt suam passionem refrenet: & patet litera vsque ibi.*

¶ 1 Accidit

MORALITER.

1 *Igitur Ioseph ductus est in Ægyptum, emitq;, &c.* Ioseph autem venditus in seruum, est exemplum morale cuilibet innocenti, quem aliquando Deus permittit capi ad probationem suæ patientię, & in seruum vendi propter quod debet exemplo Ioseph domino suo seruire fideliter & castè. 1. Pet. 2. c. *Serui subditi estote timore dominis, nō tantum bonis & modestis, sed etiam asperis, hæc est enim gratia, &c.* Et pro fidelitate & castitate seruanda debet si necessitas occurrat, exemplo Ioseph carcerem & aduersa omnia sustinere. Veruntamen quia Deus facit cum tentatione prouentum, vt fideles sui possint in aduersitate cōsolari, ideo dominus dedit gratiam ipsi Ioseph: primò in conspectu dominī ✝sui ad con

a ¶ Synagoga. b ¶ Luxuria quæ pudicitiam infestare tentat, sed vt castus bona sibi collata ad memoriam reduxit, & tentationem qua pulsatur, euincit.

THEODO. *sua. A Ioseph timēs Deum & proximi damnū detegat dominæ suæ stupri.

1. Deum. al. non habet †loquebatur.

2. Eius. al. † malū Ioseph falsò accusat[a] stupri à domina sua in carcerē tur.

B Succlamassem. Clamassem voce magna. Quod tenebat, suum apud me. Et infra. Diuisio.

His auditis dominus & nimium credulus verbis cōiugis, Cum audisset domin[a] eius verba vxoris suæ dicētis, hæc fecit mihi seruus tuus. Misereturipsius Ioseph Deus. Psal. 104. b.

C

iniecit dōmina[a] oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. Qui nequaquā acquiescens operi nefario, dixit ad eā: Ecce dñs meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquā est, quod non in mea sit potestate, vel nō tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es. Quomodo ergo possum malum hoc[a] facere, & peccare in dominum[1] meum? Hūiusmodi verbis per singulos dies †loquebatur, [2]& mulier molesta erat adolescēti, & ille recusabat stuprum. Accidit autē quadā die vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absq; arbitris faceret, & illa apprehensa lacinia vestimenti eius, dicebat: Dormi mecū. Qui relicto in manu[a] illius pallio, fugit: & egressus est foras. Cumq; vidisset mulier vestē in manibus suis, & se esse contemptā, vocauit [3]homines domꝰ suæ, & ait ad eos: En introduxit virū Hebręum, vt illuderet nobis: Ingressus est ad me, vt coiret mecū. Cūq; ego succlamassem, & audisset vocē meā, reliquit pallium quod [4]tenebam, & fugit foras. In argumentum ergo fidei retētum palliū ostēdit marito reuertenti domū, [5]& ait: Ingressus est ad me seruus Hebræus, quē adduxisti, vt illuderet mihi. Cumq; [6]vidisset me clamare, reliquit pallium, & fugit [7]foras. His auditis dñs, & †nimium credulus verbis coniugis, iratus est valdè: [8]rādiditq; Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebātur: & erat ibi clausus. Fuit autē dominus cum Ioseph & misertus est illius, deditq; ei gratiā in cōspectu principis carceris. Qui [9]tradidit in manu ipsius vniuersos vinctos q in custodia tenebātur, & quicqd fiebat sub ipso erat, nec nouerat aliquid cunctis ei creditis. Dominus enim erat cum illo, & omnia eius opera dirigebat.

a ¶ Sic incentiua libidinum frequenter impetunt castitatem.
a ¶ Quia solitudo sceleri oportuna videbatur.
a ¶ Velamen literæ.
a ¶ Quem non potuit contaminare veritimilibus coniecturis nititur infamare.
a ¶ Ad gentes.
a ¶ Descendit Christus in infernum. b ¶ Innocentem ad pœnam nocentium.
a ¶ Quia Christus inter mortuos liber. b ¶ Sui, sine cuius nutu nec puniuntur mali, nec coronātur boni. Quia tradita est Christo potestas supernorum & infernorum.

non potuit dicens, quòd templum Dei blasphemaret: & legis transgressor esset. Illum autē carcer non terruit, non inferna terruerunt. Vbi enim veluti puniendus descendebat: inde alios liberauit.

b *Qui relicto, &c.* Sic nos tentant carnis illecebræ, & succutiunt vestē carneam: Sed vir castus mauult omnia vincula dirumpere, quā se turpitudini subiugare.

GREG. ALLEGORICE. *Qui relicto in ma. &c.* Quia dum synagoga Christum purum hominē credens adulterino complexu cōstringere voluit, ipse tegmē literæ oculis ei obiecit, & ad cognoscēdam diuinitatis potentiam conspicuū se gentibus præbuit. Vnde vsq; hodie dum legitur Moses, velamen est super oculos cordis eorum. quia scilicet adultera pallium retinuit, & quem malè tenebat nudum amisit.

CAP.

D Ignorat nō nouit mecū Nec quicquā est qđ non in mea positum sit potestate vel non tradiderit mihi. Noū est maior me ī domo hac, nec prohibuit mihi quicquam. *grande. *Ipsa ad Ioseph. Et mulier molesta erat adolescenti. *Ad se. E Operis quæ pia absque arbitris faceret, vt faceret opus suū nec etiam quisquā ex viris domus ibi in domo. *suam. Et se esse contēptam. ²quod tenebat. Ipsius Ioseph. *principes carceris. Sub ipso, Ibi ipse faciebat. Nouerat aliquid eūctis ei creditis, principes carceris videbat quicquam ex iis quæ erāt in manu eius. Dirigebat, fecūdabat. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Accidit &c. *Dicit Ioseph⁹, quod illa dies erat valde solennis Aegyptiis, & in ea congregabantur omnes ad phanum idoli, præter Ioseph qui erat Dei cultor, & ideo prædicta mulier tunc finxit se infirmam, vt remaneret domi, & haberet maiorem oportunitatem inducendi Ioseph ad concubitum suum: quod & fecit. Primo verbis deprecatoriis, postea comminatoriis dicens, quòd illum accusaret, sicut & postea fecit, nisi sibi acquieſceret: & tandem nimio libidinis ardore ducta, accepit eum per vestimenta, vt cum importunitate nimia eum induceret ad opus nefarium. sed ipse Dei timore, ac castitatis amore prædicta contempsit, & relicto pallio suo in manibus mulieris foras exiuit.*

2 Cumq; vidisset. *Hic consequenter describitur eius incarceratio iniusta, vt probaretur eius patientia & quia secūdum Apostolum.* Deus facit cum tentatione prouentum. *ideò primo describitur eius incarceratio. Secundò diuina cōsolatio, ibi:* Fuit autem dominus cum Ioseph *Circa primum præmittitur accusatio eius falsa, primò erga homines de domo domini sui, vt patet in litera. secundò erga dominum, cum subditur.*

3 Ingressus est ad me, &c. *Acsi diceret: licet sit seruilis conditionis & alienæ gentis tamen ingratus tuis beneficiis voluit tibi tantum vituperium facere.*

4 His auditis, &c. *Quia absque examinatione debita innocentem condemnauit ad carcerem.*

5 Fuit autem. *Hic subditur diuina consolatio erga Ioseph, ne nimia tristitia absorberetur. & primò describitur eius consolatio in pœna mitigatione, secundò in mentis ipsius illuminatione. 40. c. a. Circa primum dicitur:* Fuit autem dominus cum Ioseph, *eius firmando patientiam.*

6 Et misertus est illius. *Ad pœnæ mitigationem.*

Deditq; &c. *Quia amouit sibi ferramenta, & dedit sibi meliorem dietam, vt posset alios clausos in carcere visitare & custodire.*

MORALITER.

✝ sui ad consolandū ipsum in labore seruitutis, secūdò in conspectu custodis carceris, ad consolandum ipsum in afflictione reclusionis: & de tali consolatione sperare debet, qui pro veritate affligitur.

Aliter potest dici quòd per Ioseph qui interpretatur accrescens, significatur iuuenis secularis humiliter & deuotè seruiēs parentibus sicut dominis suis, meliorem tamen desiderat vitam per ingressum religionis, sed amor carnalis parētum & petulantia carnis ipsum ab hoc ingressu retrahunt, & ad contrahendum carnale matrimonium inducunt, quod notatur per hoc quod de muliere Aegyptiaca dicitur.

† *Et ait. Ipsi* Ioseph.

† *Dormi me, &c.* Et aliquando inualescit tentatio, quod notatur cum subditur.

† *Et illa apprehen. &c.* Et tunc debet relinquere pallium. i. secularem habitum, & fugere ad locum religiosum, secundum illud Psalm. 54. b. *Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine.*

Universidad de Murcia Biblioteca

CAP. XL.

Cap. XL.

A His itaq; &c. Ha *Duo eunuchi.* Isid. Inuenit Ioseph duos eunuchos in carcere. i. duos populos fidelium & infidelium, qui sub peccato Adę transgressioni obnoxij tenebãtur. Eunuchi dicti quia castam acceperãt regulam disciplinæ. Psal. 11. *Eloquia Domini, eloquia casta.* Sed post trinam lucẽ domino ab inferis resurgente: & legis obscura, tanquã Ioseph somnia reuelãte, solutus est à peccatis, & carcere inferni credentium populi & ministerio diuinæ legis reddit[a]. Incredulus autẽ Iudæorũ populus, quia in conuersione ligno nõ credidit, trãsgressionis ligno suspenditur.

Eos, ambos principes suos.

Custos carceris, princeps lanionum.

*Eos.

*Ipsi Ioseph & dixit.

de quæstio. Hebraicis.

HIS itaque gestis accidit vt peccãrent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti & Pistor, dño suo. Iratusq; Pharao cõtra eos: (Nam ãlter pincernis præerat, ãlter pistoribus) misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinct[o] & Ioseph. At cũstos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrãbat eis. Aliquãtulum temporis fluxerat, & illi in cũstodia tenebantur. Viderunt[q]; ambo somnium nocte vna, iuxta interpretationem congruam sibi. Ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, scisciatus est* dicens: Cur tristior est hodie solito facies vestra? Qui responderunt: Somnium vidimus, & nõ est qui interpretetur nobis. Dixit[q]; ad eos Ioseph: Nũquid non Dei est interpretatio? Referte mihi quid videritis. Narrauit prior præpositus pincernarũ somniũ suũ: * Videbam coram me vitẽm, in qua erat tres propagines, crescere pãulatim in gemmas, & post flores vuas matuescere, calicemq; Pharaonis in manu mea. Tulit ergo vas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij: Tres propagines, tres adhuc dies sunt post quos

a ¶ Cuius motu omnia fiunt. b ¶ Eruditos. c ¶ Christo. d ¶ Verbo salutis.

a ¶ Iudæi sub lege, gentiles sub tutoribus & actoribus vsque ad præfinitum tempus à patre.

a ¶ Non pro meritis suis videtur somnium, sed vt Ioseph qui latebat manifestaretur & magnificaretur.

a ¶ Quia elausa fuit prophetia donec venit Christus, qui aperuit librum, & solvit signacula eius.

a ¶ Quæ dicit, Ego sum vitis vera in qua radicata est ecclesia, de qua dicitur, & vos palmites. b ¶ Coniugati, cõtinentes, rectores. c ¶ Ecclesia producit paulatim germen fidei, florida in neophitis, matura in perfectis, de qua etiam vinum exprimitur cũ prelo passionis calcatur. quod Pharaoni. i. mundi potestatibus propinatur: cũ Christi passio eis inimicida aut credenda prædicatur.

a ¶ Quamuis ad Christiana tempora pertinet prophetia, interpretatur tamen secundum euentum rerum mox futurarum.

Abrahę dudũ legim[a], quodnos posuimus more vulgivocare pincernam: & vsq; hodie apud barbaros maximæ dignitatis est regi poculũ porrexisse.

a ¶ Gentilis qui multum dilectionis propinauit dilecto.

a ¶ Iudæus, qui apud Hiere. lignum mittit in panem vitæ. Hiere. 10. d.

a ¶ Innocens cum nocentibus.

de quæst. Hebraicis.

Pincerna & pistor Pharaonis in carcere ministrant Ioseph.

Videbant somnia.

Somnium interpretatio Dei.

Pincernæ somnium.

lib. 8. ca. 9.

Ioseph repræsentat somnium.

b *Pincerna regis Ægypti & Pistor domino suo, &c.* Hieronymus. Vbi nos posuimus principem vinariorum in Heb. habetur משקה malqueh illud verbum quod in nomine serui Abrahæ qui inuidebant fratres, quia multum somnia sua prosunt illi. Et quàm pulchrè Ioseph duorum medius vinctorum in carcere, & vtrique somnij sui dedit interpretationem congruam,

c *Videbam corã me vitem, & cæt.* Hiero. Et ecce vitis in conspectu meo, & in vite tres fundi, & ipsa germinans tres fundos tria flagella, tres ramos siue ppagines. Hebræo sermone significat, quæ ab illis vocẽtur שריגים Sarigim.

d *Tres ppagines tres dies sunt.* Rupertvs. Ecce q somniator fuerat, & nihil de somnia sua profuerãt, ille somniorum aliorum interpres fieri incipit, vtvidẽat

☞ vmbra

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. XL.

His itaque. *Hic consequenter ponitur diuina cõsolatio erga Ioseph in illustratione mentis in cognitione occultorũ: vbi primo describitur incarceratorũ visio: secundo visionis narratio & interpretatio. ibi:* Ad quos cum introisset Ioseph. *& tertio interpretationis impletio, ibi:* Exinde dies tertius. *Circa primum dicitur.* 2 Accidit, &c. *ministri regis.*

3 Pincerna, &c. *Quid autem fecerint non dicitur in litera, sed Hebræi dicunt quod pincerna non fuit diligens in custodia potus regis, quia inuenta est ibi musca. Pistor autem in hoc, q. in pane regis inuẽtus est lapis parvus, sed ista causa est insufficiens ad mortem hominis: quia pistor suspensus est vt dicitur infrà. & ideo ista causa videntur esse fictitiæ. & ideo magis credibile est q. fuerint regi accusati de infidelitate in officiis suis, quod frequenter accidit in regum curiis.*

4 Misit eos in carcerem principis militum, &c. *Donec diligentius examinarentur accusationes eorum.*

5 In quo, &c. *Iam erat sine vinculis. vt prædictum est: dicitur tamen vinctus, quia ibi tenebatur reclusus.*

6 Viderunt[q];, &c. *Hoc à Deo factum est, vt per somniorum interpretationẽ sapiẽtia Ioseph ostenderetur, & per hoc vlterius exaltaretur.*

7 Iuxta interpret. &c. *quia sicut Ioseph exposuit, ita accidit. vt patebit infra.* 8 Ad quos cum introisset Ioseph. *Hic ponitur visionis narratio, præmittitur tamen interrogatio Ioseph, cum dicitur.*

9 Cur tristior est, &c. *quia timebant, ne somnia sua essent signa maioris mali eis futuri, quia incarcerati vt communiter formidant pœnas eis accidere.*

10 Et non est qui interpret. *Ægyptij enim auguriis, & diuinationibus insistebant. & erant ibi augures & malefici, qui per artes magicas talia exponebãt, ad quos non poterãt recurrere. q. erãt in carcere reclusi.*

11 Dixit[q]; ad eos Ioseph, &c. *Improbando talem superstitionem.*

12 Nunquid non Dei est interpretatio. *q.d. sic, & non dæmonum.*

13 Referte mihi. *Talis enim notitia pertinet ad spiritum prophetiæ, qui est gratia gratis data, & ideo cognita est ipsi habenti. & ideo Ioseph sciebat se cõsecutum hoc donum à Domino, sicut & de Daniele dicitur Dan. 1. b.*

14 Narrauit præpositus, &c. *Hic consequenter ponitur narratio somniorum cum interpretatione, & primò quantũ ad somnium pincernæ. Secundo quãtum ad somnium pistoris, ibi:* Vidẽs pistorum magister. *Primum patet exceptis quibusdam vocabulis.*

15 Tres propagines paulatim in gemmas. &c. *id est, in botros. Est enim botrus illud quod primò exit ae palmite.*

16 Et post flores vũas matur. &c. *Sensus est: Videbam ex botris vuas fore mari, & flores productos post floritionem ad maturitatem præcedere. Sequitur.*

☞ Recorda

MORALITER.

1 *His itaq;, &c.* Per regẽ Aegypti, ratione regię dignitatis potest Deus intelligi. per duos autẽ eunuchos, duo populi. s. gẽtiles & Iudæi, qui ambo peccauerũt omnium regi. Ro. 3. c. *Omnes enim peccauerũ, & egent gratia Dei.* Et per pincernã qui ponitur prim[o] intelligitur populus gẽtilis: & per pistorẽ qui ponitur secundò populus Iudaicus. Gentilitas enim incepit ab initio mundi, Iudæa verò à tempore Abrahæ, quando circuncisionem accepit, quæ est signum distinguens Israel à gentibus.

4 *Misit, &c.* Per carcerẽ istũ intelligitur pœnalitas vitæ presẽtis in qua fuerũt gentiles & Iudæi. Per Ioseph autem, qui fuit cũ eis ,ppter eius innocentiã, intelligitur Christus, de quo dicitur Ioan. 1. c. *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Ipse verò, quantũ homo fuit, in carcere pœnalitatis prædictæ, quam assumpsit, vo luntariè, ad satisfaciendũ p peccatis humanæ creaturæ: & ipse prædixit vocationẽ gentium ad fidẽ, quæ per pincernã significãtur: & reprobationẽ Iudæorum qui significãtur per pistorẽ, vt prædictũ est, De vtrisq; verò dicitur Matth. 8. b. *Multi venient ab oriente & occidẽte, & recũbent cũ Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorũ: filij autẽ regni eiciẽtur in tenebras exteriores.* Et ista vocatio gentium per Apostolorũ prædicationem, & obstinatio Iudæorũ factæ sunt post tres dies, per quos tria tempora designãtur. s. tẽpus naturæ: & tempus legis Mosaicæ, & tempus gratiæ, quod incepit à Christi incarnatione. Moraliter, potest dici, quod per eunuchos regem offendẽtes intelligiuntur peccatores, qui sunt in duplici differẽtia. Nam aliquos pœnitet & reuertuntur ad gratiã. & isti significantur per pincernam. de quo dicitur in litera, q. vidit vitem tres propagines habentem: & significat ipsum Christum dicentem Ioann. 15. *Ego sum vitis vera.* Tres, verò propagines tres naturas significant in Christo

† existẽtes

☞ vmbra est Saluatoris nostri, qui duorum medius latronũ in cruce vtriq; iuxta fidẽ vel meritum suũ dignã dedit sententiam.

*quæso.

1 furtim.

In quæst. super Genes. *Putabam. *Pharaonis

a *Tria canistra.* Augvst. Vbi in Latinis codicibus tria *canistra fuisse* scriptum est, Græci a habent *codrithon:* quod interpretatur panes cibarios. Sed illud mouet, quomodo panem cibariũ potuerit Pharao habere in effectis. Dicit ẽm in superiore canistro omnia opera

B Conuiuium Pharaonis natali suo

Succedentibus prosperis. Interpretis sui. Ipsius Ioseph.

recordabitur Pharao† ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum, dabisq; ei calicẽ iuxta officium tuũ, sicut facere antè consueueras. Tantum memento mei, cũ bene tibi fuerit, & facias *mecum misericordiã, vt suggeras Pharaoni, & educat me de isto carcere: quia 1 furto sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocẽs in lacũ missus sum. Vidẽs pistorũ magister, quòd prudenter somniũ dissoluisset, ait: Et ego vidi somnium, quòd haberem triã canistra farinæ sup caput meũ, & in vno canistro, quod erat excelsius, portare me *omnes cibos *qui fiũt arte pistoria, aueq; comedere ex eo. Respõdit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij. Tria canistra tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius †natalitius Pharaonis erat. Qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarũ & pistarum principis: Restituitq; alterũ in locum suum, vt porrigeret regi poculum, ãlterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

a ¶ Quia calicem domini accepit liberari meruit.

a ¶ Etiam per vasa iræ ministratur poculũ vitæ vasis misericordiæ. b ¶ Qui in panẽ domini lignũ misit, per lignũ periit.

a ¶ Prosperitas stultorum perdet illos.

ra fuisse pistoria è quibus Pharao edebat. Sed intelligendum est etiam primum canistrũ habuisse panes cibarios, quia dictũ erat tria canistra codrithon, & desuper fuisse illa, & ex omni genere pistorij operis in eodem. scilicet canistro superiore.

b *Natalitius Pharaonis.* Pharao & Herodes diẽ natiuitatis celebrauerunt, quia ex hora natiuitatis se reges fuisse putauerunt.

☞ Cap

al. † magisterij.

Somnium pistoris.

Somniũ pistoris exponit.

E

al. † natalis.

Cõiectoris * veritas probaretur, quẽadmodum interpretat[a] fuerat ei Ioseph,

F

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 Recordabitur Pharao ministerij, & restituet te in gradum pristinum, &c. *In Hebræo habetur:* Numerabit Pharao caput tuũ. *Et eodem modo infra de pistore vbi dicitur,* Auferet Pharao caput tuum. *In Hebræo habetur:* Numerabit caput tuum, *quia in solemnitate natalis sui ordinauit de ministris: & sic in numero pincernarum fuit recordatum nomen magistri eorum in carcere detenti: & eodem modo de magistro pistorum, inter illos qui seruiebant de pane. sed primus restitutus est in officio: quia forsitan post examinationem suæ accusationis inuentus est dignus liberatione, vel quia rex voluit sibi gratiam facere. Alter autem fuit condemnatus ex causis contrariis: sicut vtriusq; somnium prætendebat.*

2 Videns pistorum magister quòd prudenter somnium dissoluisset, ait. *Hic ponitur narratio magistri pistorum cum sua interpretatione. Et patet litera vsque ibi.*

3 Tria canistra farinæ, &c. *Hebrai dicunt: Tria canistra foraminibus plena. videbantur enim quasi facta de virgulis, & ideo inter complicationem virgarum videbantur quasi quædam foramina. Sequitur:*

4 Recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis, &c. *Secundum literam Hebraicam supra positam vbi dicitur:* Numerabit caput tuum, *non est intelligendum quòd Pharao tunc esset in epulis ipsis vtendo, sed magis ordinando de eis & ministris.*

5 Vt coniectoris, &c. *Ad hoc enim immissa sunt prædicta somnia ex ordinatione diuina, vt per eorũ expositionem prædicta sapiẽtia Ioseph regi manifestaretur, & sic exaltaretur sicut & factum est vt patet ea. se.*

Somniorũ interpretatio.

6 Oblitus est interpretis sui. *Dicunt Hebrai, quod hoc fuit quia nimis confisus fuerat Ioseph de auxilio humano. Ad maiorem intellectum eorum quæ dicta sunt in hoc c. & eorum quæ dicentur in seq. Hic quæritur, vtrum interpretatio somniorum per ea indicando de futuris sit licita, & videtur quod non, quia dicitur Deut. 18. b.* Non inueniatur in te qui obseruet somnia. *Et similes authoritates inueniuntur in pluribus locis in sacra scriptura. In contrarium est, quod Ioseph hic interpretatus est somnia modo prædicto, & Daniel interpretatus est somnia Nabuchodonosor: vt habetur Dan. 2. & 4. Dicendum ad hoc, quod causæ rerum sunt latentes, & effectus earum magis noti. & ideo ducunt in cognitionẽ causarum, sicut signa naturaliter eas representãtia. videmus enim quòd fumus exterius prorumpens est effectus ignis intra caminum latentis. & ducit in cognitionem eius, sicut signum ipsum naturaliter representans. contingit enim aliquando quòd vna causa producit duos effectus. ordinatè tamen vnum post alium, sicut in febricitante vigoratio naturæ est causa digestionis vrinæ primo, & consequenter, postea sanitas. & tunc primus effectus non solum est signum vigorationis naturæ, sed etiam sanitatis futuræ. Quando igitur vna & eadem est causa somnij & effectus, alterius consequentis, tunc illud somnium est signum naturaliter representans effectum futurum, & ideo per tale somnium licitè potest prænosticari de effectu futuro, sicut medicus licitè prænosticat per conditionem vrinæ de sanitate vel morte futura. Propter quod vlterius videndum est de causa somniorum, quorum duplex est causa in generali. s. intrinseca & extrinseca: intrinseca verò duplex est. vna est moi[a] casualis. s. antasmatũ in dormiẽdo. & talis causa non est causa alicuius effectus alterius sequẽtis, & inde per talia somnia nihil potest prænosticari de futuris: & quia somnia vt in plurimum hoc modo contingunt, ideo dicitur Ecclesiastici. 5. c.* Vbi multa sunt somnia, ibi plurimæ vanitates. *Et Cato dicit: Somnia ne cures. Alia causa somniorum intrinseca est dispositio corporis, sicut homines frigidi frequenter somniant, quòd sint in glacie vel in nive: quia fantasmata formantur cõformia tali dispositioni, propter quod dicit Phil. li. de som. & vi. quòd medicorum gratiosi dicunt valde attendendum ad somnia: & commentator Alb. super librum illum dicit, q. quidã somniauit, quòd pix nigra fundebatur super pectus suum: & postea in vigilia sequenti euomuit choleram nigram in magna quantitate. & ideo ex talibus somniis potest prænosticari de futura sanitate vel infirmitate ipsius somniantis. Causa autem extrinseca somniorum duplex est. vna corporalis alia spiritualis: corporalis est corpus cœleste, & aer continens. sicut enim per eorum influentiam producuntur formæ diuersæ in materia corporali: vt plantarum & mineralium & huiusmodi, ita vt per eorum influentiam in virtute fantastica quæ est organica causantur formæ siue fantasmata cõformia dispositioni cœlesti ad cui. s. modum effectus aliquem futurum. & per cõsequens per talia somnia potest de futuris prænosticari. Aduertendum etiam, quod ista causa somniorum, scilicet dispositiones corporis somniantis & influentiæ corporis cœlestis & continentis, magis habent effectum in virtute fantastica dormientis quàm vigilantis. quia in vigilia propter occupationem circa exteriora non percipiuntur: sed magis effectus eorum impediuntur. quia motus maiores expellit minores. Causa autem spiritualis extrinseca somniorum duplex est: vna bona. s. Deus per se vel per ministerium angelorum immittit aliqui imaginarias dispositiones ad significandum aliqua futura. Et hoc fit dupliciter, Vno modo sic. quod vni soli fit imaginaria visio, alteri autẽ datur intellectus talis visionis, quod fuit in proposito: quia Pharao & ministri eius habuerunt solam visionem imaginariam. sed Ioseph de his habuit cognitionem intellectualẽ & ideo*

☞ ipse habuit

MORALITER.

existentes, scilicet diuinitas, anima, & corpus. Verè enim pœnitẽs ista tria per fidem videt in Christo, quia credit ipsum verum Deum & verum hominem ex anima rationali & corpore existentem. Vuarum autem expressio, Christi passionem significat, ex cuius virtute pœnitens consequitur remissionem. Hebræorum 9. f. *Sine sanguinis effusione non fit remissio.* Et hæc remissio plenaria fit post tres dies, per quos significantur contritio, confessio, & satisfactio. Aliqui verò peccatores in peccatis suis remanent obstinati: & isti per pistorem significantur, qui describitur oneratus tribus canistris, id est, pressus grauibus peccatis: secundum quod dicitur Prouerbiorum 18. a. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.* Et tali prædicitur sua damnatio post tres dies, per quos designantur peccati perpetratio, assuefactio, desperatio. Prædicta verò denuntiantur peccatoribus, per prædicatorem, significatum per Ioseph visionũ expositorem. nam prædicator est visionum prophetalium expositor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse habuit in hoc donū prophetiæ.nō autem illi: quia illustratio intellectiua requiritur ad prophetiam: secundum quod dicitur Dan.10.a. Intelligentia opus est in visione. Aliquando autem eisdem sit imaginaria visio & cognitio intellectiua eiusdem visionis, sicut Danieli factū est: Dan.10.& hoc etiam pertinet ad prophetiam. Alia est causa spiritualis extrinseca somniorum mala.s.quando à dæmonibus immittuntur visiones aliquæ imaginariæ in dormiendo, & talibus vtuntur artes magicæ, sicut dicitur 4.Physic. de illis qui dormiebant in Sardis, & in historia Britonum de sacrificantibus idolis. His dictis dicendum est ad quæstionem, quòd præsagire de futuris per somnia quæ sunt signa alicuius futuri euentus, inquantum causantur ex dispositione corporis somniantis, vel impressione corporis celestis, nō est illicitum: cum istud possit fieri via naturali, nisi aliquis in talibus excedat limites virtutis naturæ magis asserendo, quam natura recipiatur: quia tales effectus futuri designati per somnium possunt impediri: sicut sanitas ægrotantis præsagita per vrinam aliquando impeditur. Per somnia verò à Deo prædictis modis immissa ad significationem alicuius futuri potest aliquid futurum certitudinaliter prædici. Ab eo tamen qui illustratur a Deo ad talia cognoscendum, & ei licitum est talia expenere & prædicere: per somnia verò à dæmonibus immissa aliquid futurum prædicere superstitiosum est & illicitum. & sic patet quod dictum est de quæstione. Patent etiam argumēta facta ad vtranque partē, quia procedunt vtis suis.

CAP. XLI.

Somnium Pharaonis de septem bobus.

CAP. XLI.

POST duos annos vidit Pharao somnium. Putabat se stare super flúuium, de quo ascendebāt septem bŏues pulchræ, & crassæ nimis, & pascebantur in locis pălustribus. Alię quoque septē emergebāt de flumine, fœdę cōfectęq; macie, †& pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virēntibus, deuoraueruntq; eas quarum mira species, & habitudo corporū erat. Expergefactus Pharao rursum †dormiuit, & ŭidit alterum somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo vno, plenæ atque formosæ, aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vredine oriebantur, deuorantes omnem †priorem pulchritudinem. Euigilās Pharao post quietē, & facto mane pauore perterritus, misit ad coniectores Ægypti, cunctosq; sapientes. Et accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpreraretur. Tunc dēmum reminiscens pincernarū magister, ait: Confiteor peccatum meū. Iratus rex seruis suis, me, & magistrū pistorū retrudi iussit in carcerē principis †militū, vbi vna nocte vterq; vidim⁹ somniū, †prœsagiū futurorū. Erat ibi puer Hebrœus, eiusdē ducis militū famul⁹,

a ¶ Significabat cursum labilium, super quem stat, qui amorem temporalium calcat.
a ¶ Gratiæ spirituales quæ præcesserunt ad nutriendam infantiam primitiuæ ecclesiæ.
a ¶ Humilibus Vnde Esa 11.a. Super quem requiescet, spiritus meus, nisi super humilem & quietum. b ¶ Spirituales nequitiæ.
a ¶ Nulli nutrimento aptæ.
b ¶ Consumpserunt omnem decorem virtutum in animabus quæ specie tenus habebant cultum virtutum.
a ¶ Tenellis mentibus.
a ¶ Spicarum macie, verbi Dei fames cum refrigesce. charitate in fine seculi abundabit iniquitas.
c ¶ Quia mysterium quod abscondit in Deo à seculis, in Deo apparente mediatore, & prædicante manifestum est.
a ¶ Geminatio somnij confirmatio est præsagij.

Somnium Pharaonis de septem bobus.

In quæst. super Genes.

*Vaccæ fœdę & tenues carne.

†al. obdormiuit.

*est spiritus eius, &

*ad Pharaonem.

†laniorum. De quæst. Hebraicis.

†Singuli secundum interpretationem somnij somniauimus.

a Putabat, etc. AVGVST. Sicut seruus Abrahæ dixit Gene. 24.b. *Ecce ego sto super fontē aquæ*: hęc locutio si intelligaē in Psal. vbi scriptum est Psal.135.a. *Qui firmauit terrā super aquas*, nō cogūtur homines putare sicut nauem natare terram sup aquas. Intelligitur enim q altius sit terra quā aqua. Altius quippe aqs sustollitur, vbi habitāt terrena animalia.

b *De quo, &c.* HIER. Ecce de fluuio ascendebant septem boues.

c Tunc dēmum reminiscens pincernarū magister, ait: Confiteor peccatum meū. Iratus rex seruis suis, me, & magistrū pistorū retrudi iussit in carcerē principis militū, vbi vna nocte vterq; vidim⁹ somniū, prœsagiū futurorū. Erat ibi puer Hebrœus, eiusdē ducis militū famul⁹, † Pincernarum magister apud Pharaonem.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XLI.

POST duos annos. *Hic consequenter describitur promotio ipsius Ioseph in domo regis, quæ facta est per hoc q̄ sapiētia eius fuit declarata: ideo primò describitur sapientiæ eius declaratio. Secūdo ipsius promotio, ibi:* Placuit Pharaoni. *Tertiò dictorum suorum impletio, ibi:* Venitq; fertilitas. *Declaratur autem eius sapientia ex duobus, s. primo ex cognitione occultorum, & secundo ex prouisione agendorum ibi:* Nunc igitur. *Circa primum sic proceditur, quia primo describitur somny visio. Secundò expositoris introductio, ibi:* Tunc demum. *Tertiò somny narratio, ibi:* Narrauit ergo. *Quartò eius interpretatio, ibi:* Respondit Ioseph. *Circa primum dicitur sic.*

1 Post duos annos. &c. *s. à restitutione magistri pincernarum in officio suo. Dicunt enim Hebræi quòd quia Ioseph nimis confisus fuit in auxilio magistri pincernarum, ideo eius liberatio de carcere fuit dilata per duos annos.*

2 Putabat se sta, &c. *Id est, Nilum qui irrigat totā terrā Ægypti.*

3 Septem boues. *Bos est generis communis, & accipitur pro masculo & fœmella illius speciei: sed hic accipiūr pro genere fœminino, vnde in Hebræo habetur:* Septem vaccæ. *& patet litera vsque ibi:*

4 In culmo vno. *id est, in calamo vno.*

5 Percussæ vredine. *id est, vento vrente.*

6 Pauore perterritus. *quia timuit, ne somnium suum esset futuri mali præsagium.*

7 Misit ad coniectores. *quia sicut dictum est suprà, Ægypti in huiusmodi superstitionibus vtebantur.*

8 Nec erat, qui interpretaretur. *Dicunt Hebræi, quòd illi coniectores dabant aliquas expositiones, vtpotè, quòd rex de propinquo septē de filiabus suis sepeliret, & septem alias generaret: s. d non quietabant animum regis: & ideò dicitur hic:* Nec erat qui interpretaretur. *s. regi satisfaciendo, quod à Deo factum est, vt Ioseph vocaretur.*

9 Tunc demum. *Hic describitur interpretis introductio, & hoc per magistrum pincernarum dicentem regi.*

10 Confiteor peccatum meum. *Tum quia oblitus fuerat sicut ingratus beneficij ipsius Ioseph. Tum quia nō poterat eum introducere, nisi faciendo mentionem de hoc, quòd regem prius offenderat, propter quod incarceratus fuit, vbi Ioseph somnium suum exposuit.*

Eductum

MORALITER.

1 *Post duos annos, &c.* Per septem boues primas intelliguntur septem virtutes, tres theologicæ, & quatuor cardinales quę per boues significantur. eò quod sunt principia bonorum operum: sicut boues per culturam fructificationis agrorū. Prouer. 14.a. *Vbi verò multa segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.* Quæ dicuntur pulchræ, eo quòd animam decorant & crassæ nimis, quia pinguedine gratiæ animam impinguant. Psal. 62.b. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* per septem verò boues deformes intelliguntur septem vitia mortalia, & dicuntur fœdæ: quia pulchritudinem imaginis deformant.

† *Confectæq; ma* Quia gratiæ pinguedinem euacuant.

† *Puer Hebræus* Puer propter innocentiam vitæ, & Hebræus, 5† qui inter

A

† singuli secundum interpretationē somnij somniauimus.

Quia Gentilis populus tādem per exhibitionē præteritorum se iactulit in spem futurorum.

a *Putabam me stare, &c.* Septē anni qui septem spicis plenis, vel septem vaccis pinguibus ostēduntur, spiritualia dona significant, quibus vbertas fidei largā pietate redūdat. Septem verò steriles & ieiuni, veritatis & iustitiæ famem in nouissimo tēpore.

† tā turpes. * tota

Alterum somnium de spicis

B b *Nunc & c.* Hoc tempore gratiæ videmus implerum, quia abundante doctrina apostolica septiformi spiritu ministrata, diuina dispositione per singulas vrbes episcopi & doctores ordinati sunt qui abundantia doctrinæ diuinitus sibi collatæ, libros sāctos scripserunt, quibus abundante fame verbi, & deficiētibus doctoribus, indigentiam

† Et pauebant ita pauebant vaccæ. In locis & corporibus.

†hoc est, qđ locutus sū ad Pharaonem, quod Deus facturus est, videre fecit Pharaonē.

Alterum somnium de spiritu

† firmæ rei indiciū est à Deo, & festinat Deus facere eam.

*omnem

† comprehendunt.

C

† Singuli secundum interpretationem somniauimus.

cui narrātes sōnia, †audiuimus quicqd posteà rei ꝓbauit euētus. Ego enim redditus sum officio meo, & ille suspēsus est in cruce. Protinus

a ¶ Christus resurgeus à morte tondetur, quia passibilitate & mortalitate, quasi capillorum superfluitate exuitur: & veste immortalitatis induitur.

ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac veste mutata obtulerunt †ei. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui edisserat:

a ¶ Vel sapientissimè

quæ audiui te prūdentissimè coniicere. Respondit Ioseph: Absq; me

¶ Alias ille.

Deus respondebit prospera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quod viderat. Putabam me stare super ripam fluminis, & septem boues de

a ¶ Rotundis & plenis pinguedine.

amne conscendere pulchras nimis & obesis carnibus, quæ in pastu paludis vireta carpebant, Et ecce has sequebātur aliæ septem boues, intantum deformes & macilentæ, vt nunquam †tales in *terra Ægypti viderim. †Quæ deuoratis & consumptis prioribus, nullum saturitatis dedēre vestigium, sed simili macie & squalore torpebant. Euigilans rursum sopore depressus, vidi somniū. Septem spicæ pullulabāt † in culmo vno plenæ atque pulcherrimę. Aliæ quoq; septem* tenues & percussæ vredine, oriebātur è stipula, quæ priorem pulchritudinē deuorarunt. Narraui coniectoribus† somniū, & nemo est qui edisserat. Respondit Ioseph: Somniū regis vnū est, Quæ facturus est Deus, oſtendit Pharaoni. Septē boues pulchræ, & septem spicę plenę, septē

¶ Sic somnium interpretatur, vt temporum euentui & mystico intellectui seruiat.

vbertatis anni sunt, eādemq; vim somnij † comprehendunt. Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas, & septem spicæ tenues & vento vrente percussæ, septē anni sunt venturæ famis: † qui hoc ordine cōplebuntur. Ecce septem anni venient fertilitatis magnæ in vniuersa terra Ægypti, quos sequentur septem anni alij tantę sterilitatis, vt obliuioni tradatur cūcta retrò abundantia * Cōsumptura est enim fames omnē terram, & vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. *Quod aūt vidisti secundò, ad eadem rem pertinens somnium † firmitatis indicium est, eò

b quòd fiat sermo Dei, & velocius impleatur. Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industrium, & præficiat eum terræ Ægy-

¶ Vel cunctis.

c pti, qui constituat præpositos per singulas regiones, & quintam

gētiam nostram reficerēmus. D †interpretatus est

c *Et quintā partem.* Notandum quòd Aegyptij quintampartem frugum in horrea regis cōgregant, quia filij tenebrarū quinque sensibus deditī, cęlestia non curant: sed veri Israēlitæ decimas dant, quia cęlestē patriam, cui⁹ decima pars corruit, reforma re laborant. †Pharaoni. Ioseph educto è carcere. Pharao narrat somnia sua. Psa. 104.b. †Vaccæ tur pes & tenues.

ISID. Cōgregauit Ioseph p septē annos omnem frugum abundantiam. id est, frumenta fidei sanctorum horreis condens per septem charismata, quasi p septē annos: vt cum septem anni inopię cœperint. i. cū iniquitas occurrerit, septem capitalium criminum sub Antichristo, quādo fames fidei fuerit & saluris, tunc sancti habeant copiosam iustitię frugem, ne fides eorum inopia sermonis deficiat. E † somniorum vbertatis *in terra Aegypti *Quia gratuis erit valde.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Eductum de carcere Ioseph totonderunt. *Quia diu fuerat reclusus, & per consequens in capillis & barba incompositus, & indecēs erat, vt sic coram rege compareret.*

2 Ac veste mutata. *Quia in sordido & vili habitu non erat licitum aulam regiam introire, vt habetur, Hester. 4.a.*

3 Absque me Deus respondebit prospera, &c. *Quasi dicat, non est mirum si coniectores Ægypti non potuerunt interpretari: quia hoc non est humanum, sed potius diuinum, nec per me possem hoc facere, nisi Deus mihi ostenderet, & in hoc tribuit gloriam Deo.*

4 Narrauit ergo Pharao quod viderat. Putabam &c. *Hic consequenter describitur somny narratio, & patet litera excepto vno vocabulo scilicet.*

5 Obesis carnibus. *id est, ad esum aptis.*

6 Respondit Ioseph, &c. *Hic consequenter describitur somnij interpretatio.*

7 Somnium regis vnum est. *quantum ad significationem, licet sit duplex, quantum ad imaginariam visionem,*

8 Quæ facturus est Deus, &c. *Prouidentia enim diuina quodam speciali modo respicit principes, quia præsunt communitati: & ideo aliqua futura diuinitus eis panduntur præ ceteris, sicut patet hic de Pharaone, & de Nabuchodonosor. Dan. 2.a. Intellectus tamen visionum reuelatus est eis per Ioseph & Danielem: vt apud eos exaltarētur ad Dei laudem & gloriam. Aduertendum tamen, quòd Pharao non fuit oblitus somnium suum, sed integrum retulit ipsi Ioseph. Nabuchodonosor autem oblitus fuit, vt patet Dan. 2.a. Cuius ratio est, quia visio Nabuchodonosor erat respectu futurorum de longè, quæ impleta sunt post eius mortem, & ideo quia si non vidisset huiusmodi implerionem, non fuisset motus ad exaltandum Danielem, nisi retulisset sibi somnium oblitum. Visio autem Pharaonis erat de futuris in proximo, quorum impletio statim debebat incipere: & ideo sufficiebat ꝓ ipsius Ioseph exaltatione interpretatio somny.*

9 Septem boues, &c. *Fertilitas enim contingit, & impeditur ex duobus. s. ex bona cultura ipsius terræ, & defectu cultura. Item ex bona & conuenienti messione segetum & inepta: & ideo conuenienter per boues crassas & macras, quarum labore terra colitur, designantur septem anni fertilitatis, & septem anni sterilitatis, inquantum sterilitas & ferulitas prouenium ex bona & mala cultura terræ. spicæ autem colliguntur tempore messis, & ideo per septem spicas plenas, & per septē tenues conuenienter designantur septē anni fertilitatis, & septem sterilitatis. inquantum fertilitas & sterilitas proueniunt ex bona & mala collectione messium.* Fertilitas vnde.

10 Nunc ergo. *Hic ostenditur sapientia Ioseph ex prouida dispositione agendorum: & patet litera vsque ibi:*

11 Quintam partem. *Quæritur quare non dicit mediętatem, cùm tempus fertilitatis æquale fuerit tempori fertilitatis, & in tempore fertilitatis nihil creuit, vt videtur, quia dicitur infrà 45. cap. Adhuc restant anni 5. quibus nec arari poterit nec meti. Ad quod dici potest quòd tempore sterilitatis fuit aliqua aratio & messio sed modica, & ideo quasi nulla reputatur. Vnde 2. Physic. dicitur: Quod modicum est, quasi nihil reputatur. veruntamen cùm illa modica messione sufficiebat illa reseruatio quintæ partis de annis præteritis, maxime quia tempore famis homines strictius viuunt, & quia aliqui diuites ꝓ suis domibus de tempore fertilitatis sibi victum reseruauerunt.*

Qui spir

MORALITER.

qui interpretatur transiens scilicet ad contemplationem sacræ scripturæ. tales enim debent reges & potentes quærere, & ipsis in agibilibus credere, & non deceptoribus fraudulētis: & ipsos honorare exemplo regis Aegypti. Per hoc autem quod subditur, posteà:

† *Septem spicę pullulabāt in culmo vno plenæ atque pulcherrimæ, &c.* per spicas idem significatur, quod per boues, vt in litera dicitur. Per Ioseph autem, qui requiritur ad expositionem visionū, significatur vir literatus & bonus, ideò dicitur in litera:

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Qui spiritu, &c.* AVGVST. Tertiò nisi fallor insinuatur nobis in hoc libro spiritus sanctus. Primò vbi dictum est suprà 1.a. *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Secundò vbi dicit Deus. suprà 6.a. *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, &c.* Tertiò cum dicit Pharao in Ioseph esse spiritum Dei : nondum tamen legimus spiritum sanctum.

in quæst. super Genes. Sanctus spiritus.

Allegoria. b *Dixitq;.* ISID. Ioseph qui typũ Christi gerebat, currũ meruit, & præco præconauit ante eum, & cõstituit eũ Pharao super vniuersam terrã Aegypti: & dominus noster postquam distractꝰ est à Iuda, sicut Ioseph à fratribus, & de inferni carcere surrexit, ascendit currum cælestis regni, de quo dicitur Psal. 67.d. *Currus Dei decem milibus multiplex.* & accepit potestatẽ prædicandi & iudicandi à patre. vnde Phil. 2. b. *Dedit ei nomen quod est super omne nomen, &c.* Accepit quoq; annulum, id est, põtificatũ fidei, quo credentium animæ salutis signo signãtur, frontibusq; & cordibꝰ nostris per signũ crucis figura æterni regis imprimitur. Induitur stola byssina, id est, carne sancta bysso splendidiore, & stola immortalitatis. Accepit quoque torquem auream, id est, intellectum bonum. Præco antecedit eum, id est, Ioannes Baptista, qui ait Matth. 3.a *Parate viam domini.* Habebit & alium præconem, quia veniet in tuba angeli.

†oppressura

†armabitur vel nutriet se,

Psal. 104.b. f. Mar. 2. 1. Act. 7.b.

†vestibus byssinis.

Psal. 80.a. Ioseph ducit vxorem. *est

c *Ecce constitui te super vni. &c.* Ioseph de carcere eductus, super Aegyptum constituitur, & Christus resurgens accepit *nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur.* Philip. 2. b.

lib. 8. c. 40. ✻ RVPERTVS. Pro pedibus in quibus humiliauerunt pedes eius partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, *congreget in horrea, & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, seruetur; in vrbibus*, & præparetur futuræ septem annorum fami, quæ †pressura est Aegyptum, & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consilium & cũctis ministris eius, locutusq; est ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostẽdit tibi Deus omnia, quæ locutus es, nunquid †sapientiorem & similem tui inuenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cũctus populus †obediet: Vno tantùm regni solio te præcedam. † Dixitq; rursum Pharao ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terram

a ¶ Quod pontificatum fidei significat quod est in potestate Christi.

Aegypti, tũlitq; annulum de manu sua, & dedit in manu eius, vestiuitq; eum †stola byssinâ, & collo torquem auream circumposuit. Fe-

a ¶ Quæ significat carnem Christi de terra virgine assumptam, & ad decorem immortalitatis diuersis passionibus ductam. b ¶ Cælestem sapientiam, quæ sicut circulus nec initio nec fine clauditur.

a ¶ Sic Christus muneribus decoratus diuinis cælos ascendit.

b ¶ Quia transcendit omnem volubilitatem temporalium rerum.

d cítque eum ascẽdere super currũm suum secundum, † clamante præcõne, vt omnes coram eo genu flecterent, & prępositum esse scirent vniuersæ terræ Aegypti. Dixit quoque rex ad Ioseph: Ego sum Pharao: Absque tuo imperio non mouebit quisquã manum aut pedem in omni terra Aegypti. Vertitq; nomẽ † illius, & vocauit eũ lingua Aegyptiaca, saluatorem mũdi. Deditq; illi vxorem Aseneth filiã Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus *itaq; Ioseph ad terrã

a ¶ Ioanne Baptista, qui ait: Parate viã Domini. Matth. 3.a. Tuba angelica quæ venientem ad iudicium præuenit.

¶ Aegypti.

a ¶ Vt rectius gereret Christi similitudinem: qui saluator non modo Aegypti: sed totius mundi.

¶ Ioseph sublimatus ducit vxorem, & Christus ascendit ad cælos subleuatus. sociat sibi ecclesiam de gentibus, quam bene significat filia sacerdotis Eleopoleos qui sacerdos erat gẽtium. Eleopolis quoque interpretatur ciuitas solis, de qua sociat sibi sponsam, qui in sole posuit tabernaculum suum.

e

f

C

D

Ibidem.

E

F

pahaneah, & dedit ei Assenec filiã Phu. sa. Heli. Licet hoc nomẽ Hebraicè absconditorũ repertorẽ sonet, tamen quia ab Aegyptio ponitur, ipsius linguæ debet habere rationem. Interpretatur ergo zaphnath Pahaneha: siue vt Lxx. transferre voluerunt, psontũ Phanec saluator mundi, eo ꝙ orbem terræ à fame liberauit. Notãdum autem ꝙ domini quondam emptoris sui filiam vxorem acceperit, qui ad id locorũ põtifex Heliopoleos erat. Neq; enim fas erat absq; Eunuchis idoli illius esse antistites, vt vera illa Hebræorũ sup eo qđ añ diximus suspicio cõprobetur.

f *Deditq; illi vxorem &c.* AVGVSTINVS. Quæri solet cuius ☞Phutipharis

Vbi supra.

d *Clamante, &c.* HIER. *Et clamauit ante eum præco, & constituit eũ super omnẽ terrã Aegypti,* ꝙ quo Aquila trãstulit: *Et clamauit in conspectu eius ad geniculationem.* Symmachus ipsũ Hebræum posuit: *Et clamauit ante eum* אברך *abrech*, id est genu flectite. Sed mihi videtur non tam præcatio, vel adgeniculatio, quæ in salutando vel adorando Ioseph accipi potest intelligenda, quã quod Hebręi alij tradũt, dicentes patrem tenerum ex hoc sermone transferri, seu patrem teneri regis. אב ab quipe dicitur pater, & רך rech delicatus vel tenerrimꝰ significante scriptura, quod iuxta prudentiam omnium pater fuit, sed iuxta ætatem tenerrimus adolescens & puer. *Et vocauit, &c.* HIER. Et vocauit Pharao nomẽ Ioseph Zaphnath

in quæst. Hebr.

* soluere debet vero Aegypti, &

* in cibum.

† Intelligem & sapientem vel dicens quoq;

† Et clamauit ante eũ Abrech. pater vel fecit vt

† Ioseph sublimatus est vt Christus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et omne frumentum. *quod reseruabatur.*

2 Sub Pharaonis potestate condatur. *ita quod non possit vendi & deferri ad alias prouincias, non tamen accipiebatur ab hominibus violenter vel gratis, sed pro pretio, quod tunc erat modicũ propter magnam fertilitatem, aliter Ioseph postea tempore famis non vendidisset licite Aegyptijs.*

3 Placuit Pharaoni. *Hic consequenter describitur ipsius Ioseph promotio, & patet littera vsque ibi:*

4 Nunquid sapientiorem. *&c. quasi diceret, nõ posset inueniri aliquis te sapientior, nec etiam æqualis in sapientia?*

5 Vno tantum. *& quid sit illud vnum ostendit dicens: Regni solio. id est, dignitate regia.*

6 Tulit annulum, &c. *quo sigillabantur literæ regis, vt dictum est, suprà 38. cap. & ideo tradidit illum Ioseph in signum potestatis sibi concessæ.*

7 Vestiuitque eum stola byssina. *Byssus est genus lini candidissimi, ex quo fiebant vestes nobilium.*

8 Fecitque eum, &c. *Habebat enim rex duplicem currum, vnum super quem ipse solus ascendebat, alium quem ascendebat quando placebat sibi: ad illum tamen aliquando admittebatur ille, qui secundus erat à rege.*

9 Clamante præcone, &c. *In Hebræo habetur:* Et clamauerunt coram eo Abrech. אברך *Abrech enim dictio est Hebraica & secundũ doctores Hebræorum & beatum Hiero. lib. de Hebr. quæstioni. significat idem quod pater teneri, & est sensus, quòd clamauerunt ad commendationem Ioseph, quia ipse erat pater aliorum ratione sapientiæ: licet tener esset ætate.*

10 Ego sum Pharao. *qui possum tibi dare autoritatem.*

11 Absque tuo imperio. *Hyperbole est, & per hoc designatur quòd nihil notabile fieret, absque eius dispositione.*

12 Vertitq; no. illius. &c. *Loco huius literæ in Hebræo sic dicitur:* Et vocauit Pharao nomen Ioseph Zaphnath pahaneah: *quod in Hebraica lingua significat occultum revelans, secundum quod dicunt Hebræi. & Hiero. in li. de Hebraicis. quæstio. & est conueniens ipsi Ioseph, qui reuelauit ea, quæ erant aliis occulta, vt patet per prædicta. Verum autem idem nomen in lingua Aegyptiaca significet saluatorem mundi nescio, nisi quatenus dicit translatio nostra, quia linguam Aegyptiacam penitùs ignoro, scio tamen quòd contingit ꝙ vna dictio in diuersis idiomatibus diuersa significat, sicut hæc dictio Iam, in Hebræo significat mare, in Latino est aduerbium temporis.*

Nomen Ioseph.

13 Deditq; illi vxorem. &c. *nomẽ est tractum de Græco, & dicitur ab ἥλιος quod est sol, & πόλις quod est ciuitas: quasi ciuitas solis: de qua dicitur Esa. 19.* Ciuitas solis vocabitur vna: *In Hebræo habetur:* Sacerdotis. אוֹן On. *Dicunt Hebræi & etiam Hieroni. quòd iste Phutiphar cuius filiam accepit Ioseph, erat ille de quo dictum est supra trigesimonono ca. quòd emit Ioseph, & quia propter pulchritudinem eius intendebat*

☞ Phutipharis alias Petefre, vt A pleriq; habent & corruptè: vt suprà dictum est: vtrum illius cuius seruus fuit an alterius? Sed credibilius alterius. nã de illo quomodo credatur, multa sunt, quæ moueant. Primum, quia scriptura non memorauit cum videatur hoc non posse præterire, quod ad Ioseph gloriam pertinebat, vt eius filiã duceret cuius seruus fuit. Deinde quomodo spado filiũ habere potuit? Sed * respõdetur, quomodo vxorẽ? Posteà enim creditur abscisus vel casu vel sponte. Et ꝙ honor eius qui solet non memoratur. i. ꝙ ἀρχιμαγείρος fuit, quem principem cocorũ Latini interpretati sunt principẽ militiæ quidã intelligunt. Sed etiam hic respõdetur duos illum honores habuisse, sacerdotiũ solis & militiæ principatum. Cõgruè autẽ alibi ille honor memoratur, qui tali congruat actibus. Hic verò postquàm in Ioseph apparuit non parua diuinitas, honor soceri eius debuit nominari, q pertinet ad diuinitatem non paruam secundũ opinionem Aegyptiorũ in sacerdotio. s. solis. Sed in omnibus his quibus præpositus fuit custodiarũ carceris, incredibile est esse præpositũ in officio sacerdotũ. Deinde non simpliciter dictum est, quòd sacerdos solus esset, sed ciuitatis solis quæ vocatur Heliopolis, Abesse autem dicitur plusquam xx. milibus à ciuitate Mẽphi, vbi Pharaones. i. reges maximè commanebãt. Quomodo deserto officio sacerdotij potuit strenuè regi seruire militiæ principatui? Accedit etiã ꝙ Aegyptij sacerdotes perhibentur non seruire nisi templis deorum, nec aliud officij gerere. Sed fortè tunc aliter fuit. Credat quisque quod placet, non est mihi quæstio cuius exitus sit clausus, siue vnus fuerit Petefres siue duo: quodlibet enim horũ quisque existimet. nõ est fidei periculosum, nec contrarium veritati scripturarum.

* in cibum.

† habitatores terræ. * à Ioseph.

Memphis.

a ¶ Nunc ætate Christus prædicare cœpit euangelium, ante quam nemo debet assumi ad sacerdotium, vel prædicationis officium.

a Aegypti, Trigintà autem annorum erat quãdo ſtetit in cõſpectu regis Pharaonis, & circumiuit omnes regiones Aegyti. Venitq; fertilitas septẽ annorũ, & in manipulos redactæ segetes cõgregatæ sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abũdantia in singulis vrbibus condita est:

a ¶ In mundo se præsentando per prædicationem & miracula.

a ¶ Innumerabilis scilicet sicut arena.

*Tantaq; fuit multitudo tritici, vt arẽnæ maris, coæquaretur, & copia mẽsurã excederet. Natiq; sunt Ioseph filij duo antequã veniret fames quos ei peperit Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Vocauitq; nomen primogeniti Manasses, dicens: Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorũ, & †domũ patris mei. Nomen quoq; secũdi appellauit Ephraim, dicens: Creſcere me fecit Deus in terra †paupertatis meæ. Igitur transactis septẽm annis vbertatis, qui fuerant in Aegypto, cœperunt venire septem anni inopiæ, quos prędixerat Ioseph, & in vniuerſo orbe fames præualuit. In cuncta autem terra Aegypti erat †fames: Qua esuriente, clamauit populus ad Pharaonẽ, aliméta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph, & quicqd *vobis dixerit, facite. Creſcebat autem fames quotidie in vniuersa terra, aperuitq; Ioseph vniuersa horrea, & vẽdebat Aegyptiis: Nam & illos oppresserat fames: Omnesq; †prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerẽt escas † & malum inopiæ temperarent.

a ¶ Vsitatam.

a ¶ Christo. b ¶ Discessio à fide quam facit antichristus.

a ¶ Tempore pacis ecclesiasticæ finito.

¶ Alias non erat panis.

a ¶ Verbi Dei. b ¶ Quia non erat qui faceret bonum.

¶ Alias omni.

a ¶ In angustia spiritualis famis consilium voicum est, vt recurramus ad horrea Ioseph, id est sanctas scripturas à sanctis patribus nobis id consolationem inopiæ reseruatas.

a ¶ Venduntur frumenta verbi Dei Aegyptijs cum se mancipant diuinis obsequijs.

¶ Verbum Dei.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

† Aperuitq; vniuersa horrea.

† Et vendebat Aegyptijs.

† Panis

† Quia inualuerat fames in omni terra.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *imẽdebat illo abuti ad turpe vitium. ideo dominus eum infrigidauit, propter quod à principatu militiæ postea translatus est ad aliam dignitatem sibi competentem. s. ad pontificatum Heliopoleos, ad quem nullus promouebatur nisi castratus vel simpliciter infrigidatus: tamẽ ante genuerat Hasenet. sed contra hoc videtur, quia in Heb. iste Phutiphar habet vnam literam plusquã precedens in suo nomine, quia habet literam Ayn in fine quam non habet precedens: & ideo videtur esse alius homo à prædicto. Si quis tamen velit sequi dictam opinionem, potest dicere ad hoc ꝙ idem nomen proprium bene aliquãdo variatur in Hebræo & Latino, maximè in fine ex aliqua additione vel subtractione, sicut suprà dictum est cap. 36.*

1 Triginta autem. *Hoc dicitur ad videndũ quanto tempore Ioseph fuit in seruitute & carcere, & antequam exaltaretur. s. 13. annis & parum plus, vt patet ex suprà dictis. 33. cap.*

2 Et circumiuit, &c. *Ad videndũ terram cui erat præpositus: & ad considerandum loca in quibus deberent seruari frumenta.*

3 Venitq; fertilitas, &c. *Hic consequenter describitur interpretationis Ioseph adimpletio, & primò quantũ ad fertilitatem. secundo quantum tum ad sterilitatem, ibi:* Igitur transactis. *Adhuc primo describitur dicta impletio. secundò subditur ipsius Ioseph generatio, ibi:* Natiq; sunt. *Circa primum dicitur:* Venitq; fertilitas, *vt sapientia Ioseph per experientiam videretur.*

4 Et in manipulos redac. *&c. Melius enim conseruatur granum illo modo, quàm postquam excussum est de palea, quia quælibet res conseruatur melius in loco proprio, vt habe. 4. Physic.*

5 Vt arenæ maris coæqua. &c. *Hyperbolica est locutio. ad exprimendum magnam quantitatem tritici.*

6 Natiq; sunt. *Hic interponitur generatio ipsius Ioseph antequam veniret fames. hoc dicitur quia apud Hebræos tempore communis tribulationis, cuiusmodi est tempus famis, homines continebant ab vxoribus propriis, vt suprà dictum est. 7. cap.*

7 Vocauitq; nomen primogeniti Manasses. *Quod interpretatur obliuio. Sequitur.*

8 Nomen quoque secundi, &c. *Quod interpretatur crescens vel fructificans, & ratio vtriusque impositionis ponitur in litera. & patet.*

9 Vt malum inopiæ tempe. *Ex quo patet verum quod suprà dictũ est, quòd tempore illius famis strictius vixerunt homines quàm alias.*

Nota.

Continẽtia tempore famis.

MORALITER.

Nota contra doctos. † *Aperuitque Ioseph vniuersa horrea.* Designatur quòd homo literatus, cui dedit Dominus gratiam docendi, nulli debet claudere horreum doctrinæ suæ seu consilij, sed omnibus liberaliter aperire, quia dicit dominus Matth. 10. a. *Gratis accepistis: gratis date.* Sed contra hoc videtur quod subditur.

† *Et vendebat Aegyptijs.* Propter quod sciendum, quòd huius venditionis pretium non est aliud, quàm labor discipulorum in addiscẽdo addiscendo, & reuerentia ad magistrum, & sustentatio eius si indigeat quantùm ad victum & vestitum. Vnde legitur in chronicis, quòd tempore Caroli magni duo monachi venerunt Parisios in philosophis eruditi, valde clamãtes si quis cupidus est sapientiæ veniat ad nos: nam apud nos venalis est, quos ad se vocatos Carolus interrogauit, quid pro ea peterent, responderunt, loca tantùm oportuna. animas ingeniosas, & alimenta, quę ipse libẽtissimè exhibuit: & sic sapientiæ studiũ Parisijs incepit.

Monachi gratis docentes.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XLII.

A a Dixit filiis, &c. Isto. Est frumẽtum in Aegypto. Dicit & De⁹ pater Oze. 11. a *Ex Aegypto vocaui fi. meu.* Descendunt decem, pueriores. i. Iudæi sub decalogo constituti, quos ipse cognoscẽs, nõ est agnit⁹ ab eis. Cognoscuntur Hebræi à Christo, & ipsi non agnoscũt eũ. B dederunt illi pecuniam, sed Ioseph. i. Christus triticũ dedit, & c argentum reddidit, quia non pecunia emit Christus sed gratia.

lib. 9. cap. 5. ✻b *Beniamin domi retento.* Rvpertvs. In Bẽiamin qui erat vterinus frater Ioseph, patern⁹ refocillabatur animus, crebris exhaustus singultibus propter Ioseph, de quo patri suspitio non leuis esse poterat D qđ fratrũ periisset malitia, pinde Bẽiamin domi retentus est.

✻ c *Cumq; adorassent, & cætera.* Graecvs. Notandũ quod Beniamin neque Esau, neq; Ioseph quemadmodum reliq; fratres adorarunt, ideo quod in partem tribus Beniamin cesit templum. †modestè

✻ d *Exploratores estis, &c.* Theodoretvs. Quã- E obrem ad primũ conspectũ fratribus durũ se præbuit? Nempe memor quã malè de se meruissent. Sed & Beniamin cùm non videret, de salute illius sollicitari cœpit, ne quid de illo grauius, quẽadmodũ de se, decreuissent. Nam simulac illum vidit, & venia cẽsuit illos & officio dignos. ☞ *Duodecim* F

a ¶ Iudaicus populus. b ¶ Euangelica doctrina prædicaretur in mundo.

AVDIENS autem Iacob, quòd alimenta vẽderentur in Ægypto, dixit † filiis suis: † Quare negligitis? Audiui quòd triticũ venundetur in Ægypto. Descẽdite & emite nobis necessaria vt possimus viuere, & non consumamur inopia. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Ægypto: Beniamin domi retẽto à Iacob, qui dixerat fratribus eius, ne fortè in itinere † quicquã patiatur mali, ingressi sunt terrã Ægypti, † cũ aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaãn, & Ioseph ✻ princeps Ægyti atq; ad illius nutum frumenta populis vendebãtur. Cumq; adorassent eũ fratres sui, & agnouissent eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogãs eos: Vnde venistis? qui responderũt: De terra Chanaan, vt emam⁹ victui necessaria. Et tamẽ fratres ipse cognoscens: non est agnitus ab eis: Recordatusq; somniorũ, quæ aliquãdo videret ait ad eos: Exploratores estis: vt videatis infirmiora terrę venistis. Qui dixerunt: Nõ est ita domine, sed serui tui venerunt, vt emerent cibos: Omnes filij vnius viri sumus. † Pacifici venimus, nec † quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit: Aliter est. Immunita terræ huius cõsiderare venistis. Et illi: Duodecim, inquiunt, serui tui † fratres sumus, filij vnius viri in terra Chanaan: Minimus cum patre nostro est, alius non est super. Hoc est, ait, quod locutus sum: Exploratores estis. Iam nunc experimẽtum vestri capiam. † Per salutem Pharaonis non egredimini hinc, dõnec veniat frater vester minimus: Mittitẽ ex vobis vnũ, & adducat eum. Vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis, vtrũ falsa an vera sint. Alioquin per salutẽ Pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo eos custodiæ, tribus diebus. Die aũt tertio eductis è carcere, ait: Facite † qđ dixi, & viuecis, Deũ enim timeo. Si † pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere, vos autẽ abite & ferte frumẽta, † quæ emistis in domos vestras, & fratrem vestrũ minimũ ad me adducite, vt † posim vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, & locuti sunt adinuicẽ: † Meritò hæc patimur,

1 ¶ Iam de famelica litera minime gloriantur Iudæi sub decalogo constituti.
2 ¶ Paulo adhuc paternis traditionibus occupato.
3 ¶ Humiliauerunt se ad intellectum eorum de quibus dictum est: vt qui non vident videant.
4 ¶ Panis in terra vel intelligentiæ. b ¶ Iudæa. c ¶ Christus. d ¶ Mundi. e ¶ Alij sermo scientiæ, alij sermo sapientiæ, alij interpretatio sermonum. 1. Cor. 12. b.
5 ¶ Christum adorat omnis cœtus sanctorum.
6 ¶ Cognoscebantur Iudæi à Christo. Ipsi autem non cognoscebant eum.
7 ¶ Quib⁹ us vidit, quod sol & luna & stellæ adorarent eum.
8 ¶ Somniauerunt se adorare fratres.
9 ¶ Quia ipsi exploratores erant.

in medio veniẽtium.

Aa ✻ *Duodecim inquiunt, &c.* Chrys. O verborum deceptionẽm, etiam eum quem negociatoribus vendiderant, in numero suo recensent, & non dicunt, *duodecim fuimus*, sed *duodecim sumus, & ecce iunior cum patre nostro.*

Hom. 64. in Gen.

† Veraces vel recti & synceri.

b *Per salu. &c.* Avgvst. Quid est quod Ioseph vir sapiens: nec solùm inter homines, sed etiam scriptura teste laudatus, iurauit per salutem Pharaonis, non exituros de Aegypto fratres suos, nisi frater iunior veniret? An etiam bono & fideli vilis fuerat salus Pharaonis? quanto enim magis ipsi qui eum in tanto honore locauerat, fidem seruabat, si illi seruabat, qui eum seruum emptiçium possidebat. Quod si non curauit Pharaonis salutem, nunquid periurium pro cuiuslibet hominis salute vitare non debuit? an non est periurium? Tenuit enim vnum eorum, donec veniret Beniamin, & verum factum est quod dixit: *non exhibitis donec veniat frater vester.* Ad oẽs enim potuit pertinere quod dictum est. Nam quomodo ille venturus esset, nisi ad eum deducendum aliqui rediissent? Sed quod sequitur magis vrget quæstione, vbi iterum iurauit dicens: *Mittite ex vobis vnum, & adducite fratrem vestrum, &c.* vsque *per salutem Pharaonis exploratores estis.* Huic sententię interposuit iurationem, quia si vera non dixissent, c explo- B

in q. super Genesim.

† Veraces, vel synceri, recti.

† quibus ex pestilatis famem.

a ¶ Credat Paulus apostolorum minimus tanquam abortiuus. ¶ de angustia literæ.
b ¶ subaudi omnes.
a ¶ Hoc impletum est quando missus est Ananias ad baptizandum eum.
¶ Multa erat in verbis seueritas, multa in corde tranquillitas, vt hinc doceatur quanta his beniuolentia debeatur, quos forte plus ęquo corripimus.
a ¶ Id est exploratorum pœna digni.
a ¶ Hęc est quorundam Iudęorum confessio, amisso loco & gente, & apertis sacramentis quę prius clausa erant in velamine literę.

† Vllas moliuntur insidias.
† nõ habet. fratres.
† 22. q. 1. c. mouet. §. sicut etiam.
† quæ
Hom. 64.
† veri proferentur sermones vestri.
† verę.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XLII.

1 AVDIENS autem. *Postquam Moses descripsit descensum vt Ægyptum, quantum ad Ioseph, qui ante alios Dei ordinatione missus est, hic consequenter describit eundem descensum quantum ad fratres suos, & primò quantum ad decem fratres Ioseph primogenitos. secundo quantum ad iuniorem scilicet Beniamin 43. ca. Adhuc primò describitur descẽsus eorum in Ægyptum, secundò afflictio descendẽtium, ibi:* Cumque adorassent eum, & tertiò regressus ad patrem suum, *ibi:* At illi portantes. *Circa primum dicitur sic.*

2 Audiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in Aegypto. *In Hebræo habetur:* Vidit Iacob, &c. *& certum est, quòd nõ vidit oculis corporeis, cum non descenderit tunc in Ægyptum, & ideò dicunt Hebræi, quod vidit hoc per reuelationem spiritus sancti. Aliter tamen potest dici iuxta translationem nostram, quòd ibi accipitur videre pro audire: sicut Exod. 20. ca.* Ductus autem populus videbat voces, &c. *Sequitur.*

3 Descendentes igitur fratres, &c. *Dicunt Hebræi, quòd hic nominantur fratres Ioseph signanter, quia pœnitebat eos quòd ipsum vendiderant, & descenderunt in Ægyptum eo animo, vt ipsum redimerent, si possent inuenire, & secum ducerent ad patrem.*

4 Beniamin domi retento. *ad consolationem patris, & quia erat iuuenis nõ poterat ita sustinere laborem itineris sicut alij, cætera patent.*

5 Cumque adorassent. *Hic consequenter describitur ipsorum tribulatio, vbi primo in Ioseph erga ipsos describitur simulatio austeritatis, secundo veritas fraterna charitatis, ibi:* Auertitq; se parumper & fleuit. *Adhuc primò describitur ipsius Ioseph simulata duritia. secundo à fratribus eius recognoscitur diuina iustitia, ibi:* Et locuti sunt adinuicem. *Adhuc primò describitur austeritas Ioseph in verbis. secundò in factis, ibi:* Tradidit ergo, &c. *Circa primum considerandum. q. cum Ioseph vidisset decem fratres suos, & quòd Beniamin frater suus vterinus non esset cum eis, timuit ne machinati fuissent contra eum in malo sicut fecerant contra eum: ideo vt scire posset veritatem, durè locutus est eum eis imponendo eis crimen explorationis terræ, & interrogans de patre suo & fratre & aliis circumstantiis, vt dicitur sc. c.* Interrogauit nos homo per ordinem *&c. seq. 44. ca.* Interrogasti prius seruos tuos, habetis patrem aut fratrem, &c. *& alia plura quæ hic subticentur.*

6 Et tamen fratres ipse cognoscens. *Quia dimiserat eos in statu virili & barbatos, & ideo non erant notabiliter immutati.*

7 Non est agnitus ab eis. *quia recessit ab eis puer, & postea barbam sibi creuerat, propter quod eius facies erat notabiliter immutata.*

8 Recordatusq; somniorum, *&c. quia iam videbat ea in parte adimpleta, quia fratres sui eum adorauerant.*

9 Exploratores estis. *Aliqui excusant Ioseph à mendacio, dicunt enim quòd intelligebat, quòd in veniendo exploratuerunt viam meliorem & securiorem, per quam possent transire: sed ista expositio videtur omnino extorta, nec per hoc excusaretur Ioseph à mendacio, quia quacunq; arte verborum aliquis fallat alium, mendacium incurrit secundum Augustinum, nec est aliqua necessitas excusandi Ioseph hic & in sequentibus à mendacio, maximè officioso: cùm per hoc intenderet deuenire ad cognitionem veritatis de affectu fratrum suorum erga Beniamin fratrem suum vterinum: & vtrum pœniteret eos, quòd vendiderant ipsum. tale autem mendacium peccatum veniale est, de quo non oportet excusari Ioseph: quia Apostoli multò perfectiores fuerunt, quam patres vet. test. & tamen non excusantur omnino à peccato veniali secũdum quod dicit Ioan. prima canonica 1. cap.* Si dixerimus quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c.

✻ Omnes

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnes filij vnius, &c. *Ioseph enim, vt dicunt Hebræi, imponens illis culpam explorationis, inducebat pro argumento, quòd videbantur esse congregati de diuersis locis adinuicem confœderatis, vt sic infirma terra denuntiarentur pluribus gentibus, & sic contra Aegyptios conueniret magnus exercitus. Indutebat etiam ad idem se intellexisse, quòd duo de ipsis vnum castrum destruxerant in terra Chanaã, scilicet.* Sic Chem. *vt supra dictum est. xxxiiij. d. Ad quod respondent dicentes:* Filij vnius viri sumus, *& sic non sumus congregatiex diuersis locis, sicut imponitur nobis. Contra quod arguit Ioseph dicens.*

2 Aliter est: Immunita, &c. *quia illi qui veniunt pacificè ad emendum bladum, intendunt solum negotio pro quo veniunt, sed vos discurritis per vicos & plateas, ciuitatis portas & muros considerando, & secundum veritatem per ciuitatem discurrerunt ad videndum, si possent inuenire Ioseph fratrem suum, vt eum redimerent & secum reducerent ad patrem, quia ista intentione descenderant in Aegyptum, vt suprà dictum est, & ideo ad excusandum se de illo circumitu dixerunt.*

3 Duodecim inqui. &c. *acsi dicant, si velis illuc mittere inuenies hoc verum esse.*

4 Minimus cum, &c. *ad eius consolationem.*

5 Alius non, &c. *id est nescimus si viuit, quia perditus est iam diu, & non comparuit, & credimus quòd ductus fuit in Aegyptum, & ideò circumuimus ciuitatem, non ad explorandum, sed ad quærendum fratrem nostrum & redimendum ipsum, si inuenissemus. Contra quod Ioseph dixit:*

6 Hoc est ait, &c. *exploratores estis. imposuit enim eis quòd ista assent ab eis conficta, vt occultarent veritatem eis impositam de exploratione terræ, & ideò subditur:*

7 Iam nunc, &c. *si vera vel ficta sint dicta vestra.*

8 Per sa. &c. *Dicunt aliqui, quòd Ioseph iurauit hic per creaturam, quasi per iuramentum friuolum, eò quod sciebat illud quod iurabat esse falsum, non enim intendebat fratres suos omnes retinere. Dicunt alij & melius vt videtur, quòd iurauit per Deum qui erat salus Pharaonis effectiuè, nec illi iuramento suberat falsum, quia intendebat sic.* Non egredietis hinc, *scilicet, omnes ita liberi sicut venistis, quia finaliter retinuit vnum.*

9 Donec veniat frater, &c. *vt per hoc esset certificatus quòd machinati non fuissent contra eum aliquid mali.*

10 Alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. *Acsi diceret si non vultis recipere illud quod vobis offero, manifestè patet, quòd excusationes vestræ prædictæ ficititiæ sunt & falsæ, & per hoc concluditur, & estis exploratores verè. Non debet aliquis mirari, si in prædictis sint aliqua interposita, quasi dicta à Ioseph, quæ non sunt expressa in litera, quia multa verba dixit fratribus suis, & ecouerso, quæ non sunt scripta per singula, vt patet ex prædictis. dantur tamen aliqualiter intelligi per ea quæ sunt scripta vt visum est.*

11 Tradidit ergo eos custodiæ. *Hic consequenter ostenditur austeritas Ioseph in factis, cum dicitur:* Tradidit ergo eos custodiæ. *i.* carceri.

12 Tribus diebus, &c. *Contra tria quæ in eum commiserant, scilicet, de morte eius tractando, in foueam ipsum deponendo, & ipsum vendendo, vt patet ex prædictis xxxvij. cap. Sequitur.*

13 Frater vester vnus ligetur in carcere, vos autem abite & ferte, &c. *In hoc temperauit pœnam prædictam.*

14 Fecerunt vt dixerat. *id est, facere promiserunt. Queritur hæ.*

✻ *quomodo*

MORALITER.

1 *Audiens autem Iacob quod alimenta venderentur in Ægypto.* Per Ioseph qui in litera plenus spiritu Dei & sapientia dicitur, doctor bonus intelligitur. Per filios autem Iacob, qui de longè venerunt ad eum pro frumentis emendis, intelliguntur diligentes discipuli ad bonum doctorem venientes de partibus longinquis, vt inde reportent alimenta bonæ doctrinæ. Vnde dicit Hieron. in epistola ad Paulinum, de omnibus sacræ scripturæ libris: Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hispaniæ Galliarumq; finibus quosdam nobiles venisse legimus, & quos ad sui contemplationem Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Et bene per filios Iacob, qui supplantator interpretatur, boni discipuli intelliguntur, quia debent esse supplantatores vitiorum. Dicit enim.

1. Ethi. c. 1. quòd sapientiæ non est auditor iuuenis secutor passionum. Dicuntur etiam filij Iacob esse decem, qui venerunt ad significandum perfectionem discipulorum, quia denarius est perfectus, & in signum huius retinetur Beniamin domi tanquã paruulus & imperfectus. Dicit autem commentator super librum Boetij de consolatione, quòd Athenis antiquitùs primò probabantur discipuli de virtute patientiæ: ita quòd in porta per quam intrabant iuuenes ad locũ studij, sedebat vnus senex, qui sciebat optimè iuuenes ad impatientiã prouocare, & quando veniebat aliquis qui verba vituperij, & derisionis patienter non audiebat, ipsum tanquam ineptum repellebat. Et in signũ huius filij Iacob, per quos designantur apti discipuli, primò examinantur de patientia verbo cum dicitur eis.

2 *Exploratores estis.* Secundò, facto: cùm subditur.

✻ *Tradidit*

MORALITER.

✻ 2 *Tradidit ergo eos custodiæ*: Id est carceri. Et eadem ratione Symeon aliis dimissis retinetur in carcere, cum dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ a *Nesciebant autem.* AVGVST. Quid est quòd cum inter se pœnitentes loquerentur de Ioseph, quòd cum illo male egerant, & hoc eis diuino iudicio redderetur, quòd se periclitari videbant, adtingit scriptura: Ipsi ignorabant quòd audiebat Ioseph. Interpres enim inter illos erat. hoc scilicet intelligẽdum est, ideo putasse eos, q̃ illẽ non audiret, quia videbant interpretem qui inter illos erat, nihil ei dicere eorum quæ loquebantur, quẽ adhibitum putabant, quia eorum nesciret linguam. Nec cura erat interpretis, ea dicere illi à quo positus fuerat, quæ non ad illum, sed inter se loquebantur. Quæritur, cur Ioseph vir mitissimus fratres taliter afficere voluit in protelatione aguirionis suæ, cum posset eis se innotescendo citò subuenire? Sed hoc non vltionis causa fecit, vt vindicaret malum quod sibi factum fuerat, sed vt cognosceret, vtrum eodem stimulo fratrem vterinum peremerint, sicut ipsum in exteras prouincias vendiderant.

b ✲ *Tollénsque Symeon. &c.* THEODORETVS. Symeonem in custodiam tradi iussit, propterea quod Ruben fratrem suum ad salutem Ioseph sollicitum & propensum minimè iuuerat.

✲ GENNADIVS. vel ideo Symeonem in vincula coniecit, vtpotè post Ruben cæteris fratribus honoratiorem, vt hac ratione fratres sui, Beniamin adducere cogerentur.

✲ PROSPER *De promiss. vnbus.*

quia peccauimus in fratrẽ nostrũ, vidẽtes † angustiã animę illius, cũ deprecaretur nos, & nõ audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus Ruben ait: Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me. En sanguis eius exquiritur.

a ¶ Hic significat Nicodemum & Ioseph, qui non consenserunt consilio & actibus Iudeorum in morte Iesu.

a ¶ Id est vindicta fusi sanguinis sumitur.

a ¶ Quasi non intelligens linguam eorum.

a Nesciebãt autem quòd intelligeret Ioseph: eo quòd per interprẽtem loqueretur ad eos. Auertitq; se parumper, & fleuit, & reuersus locutus est ad eos. Tollénsque Symeon, & ligans illis præsentibus, iussit b ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in via. Qui fecerunt c ita. At illi portantes frumenta in asinis profecti sunt. Apertoque vnus sacco, vt daret † iumento pabulum in diuersorio, contempla tus pecuniam in ore † sacculi, dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia: En habetur in sacco. Et † obstupefacti turbatique mutuò dixerunt: Quidnam est hoc, quod fecit nobis Deus? Venerunt ad Iacob patrem suum in terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes: Locutus est nobis dominus terræ durè: & putauit nos exploratores prouinciæ. Cui respondimus: † Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias. Duodecim fratres vno patre geniti sumus, vnus non est super. minimus cum patre † versatur in terra Chanaan. Qui ait nobis: Sic probabo, quòd † pacifici sitis, Fratrem

Quæstio.

B

1 Quia peccauimus in, &c. *Quoniam afflictio dat intellectum, ideo hic consequenter post afflictionem fratres Ioseph confitentur diuinam iustitiam dicentes:* Meritò hæc patimur, &c. *Vnde & subditur.*

2 En sanguis eius exquiritur. *i. vindicta de sanguine ipsius. nam probabiliter credebant, quòd esset mortuus morte corporali, sciebant enim certitudinaliter ipsum fuisse mortuum. morte ciuili, quia vendiderant eum in seruum. seruitus autem mors ciuilis est. Patet etiam per hoc pœnitentia eorũ de venditione Ioseph, quã ille intendebat requirere.*

3 Eo quòd per interpretem loqueretur. *Dicunt Hebræi: quòd iste interpres fuit Manasses primogenitus Ioseph, quia à nutrice didicerat linguam Aegyptiacam, & à patre suo Hebraicam. Sed hic occurrit difficultas, quia Manasses tunc vix compleuerat octauum annum, quia à tempore quo Ioseph factus est præpositus Aegypti, quo tempore accepit vxorem, vsque ad descensum patris sui in Aegyptum fluxerunt tantum nouem anni, vt supra declaratum est ca. xxxvj. Ioseph autem cum vxore sua fuit per nouem menses ad minus antequam Manasses nasceretur. Item ista interpretatio facta fuit inter Ioseph & fratres suos antequam Iacob descenderet in Aegyptum per aliquod tempus, licet non magnum: & sic patet quòd Manasses vix compleuerat octauum annum. Potest tamen ad hoc dici, quòd ex bonitate ingenij pueri, & ex sollicitudine patris erga eum potuit in tanto tempore vtramque linguam addiscere, quantum sufficiebat ad intelligendum verba communia inter homines. loquebatur autem Ioseph cum fratribus suis per interpretem, ne cognosceretur ab eis si Hebraicè loqueretur, & sui cognitionem adhuc rationabiliter differebat, vt patet ex prædictis.*

4 Auertitque se. *Postquam descripta est ipsius Ioseph simulata austeritas, hic consequenter describitur ipsius vera pietas, cum dicitur:*

5 Et fleuit. *Ex compassione, quia videbat eos in anxietate.*

6 Tollénsque Symeon. *Ipse enim fuit, vt dicunt Hebræi, qui de Ioseph veniente ad eos dixit:* Ecce somniator, &c. *& qui eum in foueam proiecit, & quia grauius ceteris fratribus deliquit, plus debuit puniri, & diligentius custodiri.*

7 Et ligans illis præsentibus. *Sed in absentia eorum iussit eum à vinculis absolui, & de cibo conuenienti sibi prouideri, in loco tamẽ clauso, vt sic pietas fraterna seruaretur, & tamen adhiberetur cautela ne fugeret, donec veniret Beniamin, propter quem ista fiebant: vt prædictum est.*

8 Iussit ministris &c. *Ad prouidendum patri suo & eius familiæ.*

9 Et repo. pecu. singu. *duplici de causa, scilicet vt patri pecunia reportaretur, & vt fratres anxiarentur timentes ex hoc haberi suspectos de furto, sicut & postea accidit.*

10 At illi portantes. *Hic consequenter describitur regressus fratrum Ioseph ad patrem suum.*

11 Apertoque vnus sacco. *Iste fuit Leui, vt dicunt Hebræi, quia decem filij Iacob descenderant in Aegyptum combinati. Symeon autem erat combinatus cum ipso Leui, & quia ille remanserat in Aegypto, Leui redyt sine compari suo. Andreas dicit, quòd sicut iste aperuit saccum suum & inuenit pecuniam, ita omnes alij exeuntę eius occasione ita fecerunt: & hoc concordat cum eo quod dicitur infra sequenti cap. cum*

Quæstio.

C

D

E

F

† illum.

* & † mors ei.

* nobis.

† asinus. † sacci.

† operuit eum eius Hebr.

† vocauit Iudeus vel dimisit.

† nesciũ hodie quid vocat.

† pacificus.

NICOLAVS DE LYRA.

quomodo Ioseph qui erat iam dulcis & mansuetus verbis & factis, vt hic patet & ex sequentibus, afflixit fratres: ita diu antequam se eis notificaret cum staret in posset eis remittere iniuriam sibi factam? Dicendũ, quòd licet persona singularis posset hoc licite facere. ille tamen qui est superior & iudex, cum sit custos iustitiæ, non debet hoc facere, maximè quando iniuria sibi facta redundat in alterum, iniuria autem facta ipsi Ioseph redundauit in patrem suum, qui ex hoc inconsolabiliter fuit afflictus, vt supra dictum est xxxvij. cap. Ioseph autem ex ordinatione diuina factus erat superior & iudex fratrum suorum, vt patet per visiones eius suprà positas xxxvij. cap. & erant ei iam subiecti actu, quia ipsum adorauerant vt dominum: & ideo non debuit eos dimittere sine punitione, ne dedecus culpæ omnino transirent sine dedecore iustitiæ, tamen in punitione sua plus fuit de misericordia, quam de iustitia, vt patet infra per benignum affectum ad fratres, & multiplicem effectum bonum.

1 *Cum* cunia in saccis suis reponitur, ad significandum quod sapientiæ precium non est pecunia, sed labor & diligentia, & gratuitus discipulorum sicut dictum est suprà, & sic post acquisitam sapientiam ad cælestem patriam reuertuntur.

MORALITER.

11 *Tollensq; Symeon & ligans illis, &c.* Sacci eorum replentur frumento, per quod designatur quod animi discipulorum per bonum doctorem replentur sapientiæ documento. Eorum pe-

☞ a *Singuli reperierunt.* Fratres Ioseph dederũt pecuniã in emptione frumenti, sed eam accepto frumento receperunt, quia noster Ioseph non quærit nostra, sed nos. Gratis enim dat sua munera, & in nostra emptione nos ditiores facit.

b *Cui respõdit.* STRA. Ruben ait: *duos filios meos interfice si non r. &c.* Nec tamen obtinuit. At Iudas dicens, *reus ero peccati in patrem omni tempore,* impetrauit, quia ei commissus est Bẽiamin: Plus est ergo reum esse peccati quàm corporaliter occidi

c *Non descendet.* THEODO. Iacob filiũ suũ Beniamin Rubẽ committere recusabat, memor sceleris atque incesti, tum etiã inscius quàm studiosè atque piè sese pro salute Ioseph gessisset.

d *Deducetis, &c.* AVGVS. Quæritur vtrum ideo ad infernũ, quia cum tristitia, an etiam si abesset tristitia, tanquã ad infernum moriendo descensurus hęc loquatur? De inferno eũ magna quæstio est, & quid inde scriptura sentiat, vbicunque hoc memoratum fuerit. obseruandum est.

☞ a *Modi-*

vestrum vnum dimittite apud me: & cibaria domibus vestris necessaria sumite & abite: Fratrẽque vestrũ minimum adducite ad me, vt sciã quòd non sitis exploratores, * & istũ qui tenetur in vinculis † recipere possitis, ac deinceps quæ vultis emendi habeatis licentiã. His dictis, cum frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorũ, a ligatas pecunias, Exterritisq; simul omnibus dixit pater Iacob: Absque liberis me esse fecistis. Ioseph non est super, Symeon † tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis. In me hæc mala omnia reciderunt. b Cui respondit Rubẽ: Duos filios meos interfice, si non reduxero illũ tibi. Trade † eum in manu mea, & ego eum tibi restituam. At ille: c Non descendet, inquit, filius meus vobiscum. Frater eius mortuus est, * ipse solus remansit: Si † quid ei aduersi acciderit in terra, ad quam

¶ Alias dolores.

d pergitis, deducetis canos meos cum mœrore ad † inferos.

1 2 3

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum frumen. effunderent, &c. *Ex hoc videtur, quòd alij filij Iacob præter vnum, non inuenerunt pecunias suas donec venissent ad patrem suum. & secundum hoc dicendum esset, quòd illud quod est allegatum ad contrarium de se. ca. dicitur hic per anticipationem. Si autem aliquis velit sequi sententiam Andreæ prædictam, oportet dicere, quòd illud quod hic dicitur de inuentione pecuniæ in ore saccorum, postquam venerant ad patrem suum Iacob, dicitur per recapitulationem, quia iam alias inuenerant in diuersorio. Sequitur:*

2 Duos filios meos. *Irrationabiliter locutus est iste Ruben hoc dicendo: quia alij fuit etiam erant filij patris sui, quia sicut supra dictum est, frequenter nepotes nominantur filij. Quod autem interficeret eos Iacob, erat inconueniens oblatio, & ideo non acquieuit sibi Iacob.*

3 In terra ad quam pergitis. *id est, pergere vultis, seu disponitis.*

ADDITIO.

In cap. xliv. vbi dicitur in postilla, Omnes filij vnius viri sumus. *Quidam Hebræorum expositores dicunt, quòd filij Iacob circumibant per ciuitatem dispersi, vt forte inuenirent fratrem suum Ioseph. & postea fuerant congregati in domo ipsius Ioseph, pro emptione panis, & ex hoc imponebat eis Ioseph crimen explorationis, quia exploratores solent circuire per singula loca, vt omnia videant, & consequenter congregari in vnum, vt sibimutuo consentiant de inuentis: quod concordat huic quod dicitur infra in postilla, scilicet quòd reddebant rationem de hoc, quod circuierunt ciuitatem, non causa explorationis, sed vi fratrem quærerent.*

CAP. XLIII.

CEnterim fames omnem terram vehemẽter præmebat, consumptisque cibis quos ex Aegypto detulerat, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini & emite * pauxillũ escarum. Respondit Iudas: Denuntiauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Si ergo vis mittere eum nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria. Sin autem non vis, non ibimus. Vir enim, vt sæpè diximus, denuntiauit nobis, dicens: Non videbitis faciem meam, absque fratre vestro † minimo. Dixit eis Israël: † In meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei, & alium habere vos fratrem. At illi responderunt: Interrogauit nos homo per ordinem, nostram progeniem, si pater viueret, si haberemus fratrem. Et nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat scisciatus: nunquid scire poteramus, quòd dicturus esset: adducite vobiscum fratrem vestrum? Iudas quoque dixit patri suo: Mitte puerum mecum, vt proficiscamur & possimus viuere, ne moriamur

Quæstio. q. 103.

D

* sed veraces.

† dem vobis.

† non est.

† sepulcrũ ca. 37.

1 2 3

* nobis.

E

F

† vobiscum † vt quid malefecistis

NICOLAVS DE LYRA.

Interim fames omnem, &c. Hic describitur descensus in Aegyptum, quantum ad ipsum Beniamin cum fratribus suis. vbi primo notatur descensus prosperitas, secundo occurrens aduersitas xliij. c. tertio manifestata fraternitas. ca. xlv. Circa primum describitur itineris ordinatio secundo pauoris occasio, ibi: Quos cum vidisset. *tertiò sequens consolatio, ibi:* At ille respondit, &c. *Circa primum describitur de itinere discceptatio secundo patris concessio, ibi:* Igitur Israël, &c. *Discceptatio autem fuit de eorum itinere, quia Iacob nolebat, quod Beniamin cum eis iret, & ipsi volebant: nec poterant ire sine eo propter pactum, quod habuerant cum Ioseph, vt prædictum est: & hoc est quod dicitur,*

1 Interim fames omnem terram vehementer, &c. *scilicet cum regressus eorum in Aegyptum retardaretur propter Beniamin.*

2 Reuertimini & emite pauxillum escarum: *id est, medicum, quantum sufficit ad necessitatem, & nõ ad abundantiam. sperabat enim Iacob quòd dominus respiceret populum suum, concedendo quod terra daret fructum.*

3 Respondit Iudas. *quia pater repulerat preces ipsius Ruben primogeniti, Iudas qui inter ceteros erat principalior, & audacior, & rationabilior in loquendo, accepit verbum, vt Beniamin sibi in custodiam traderetur, vt patet litera vsque ibi:*

☞ *Nemoriamur,*

MORALITER.

1 *Interim fames omnem terram vehementer premebat.* Eccl. xxiiij. cap. dicitur in persona sapientię. *Qui edunt me adhuc esurient.* Et ideò discipuli iam edocti desiderant ad doctorem reuerti, vt plenius instruantur. & hoc significatur in reditu filiorum Iacob ad Ioseph. per quẽ doctor significatur. pro quęrendis alimentis id est, sapientiæ documentis: sed reuerti nolunt nisi cum Beniamin minimo, per quem humilitas designatur, aliter non proficerent. sicut dicit saluator Matth. xj. d. *Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, s. in oculis suis, & reuelasti ea parvulis.*

Universidad de Navarra Biblioteca

a *Aliquicum resinæ & mellis & stora. &c.* HIER. Aliquid resinæ, & mellis, & Thymiama, & stacten, & therebinthum, & nuces, siue vt Aquila & Symmachꝰ trāstulerūt, Amigdala, vbi in nostris codicibus habetur *thymiama*: in Hebræo est נכאת *nechot* quod Aquila *storacem* trāstulit: ex quo domus Hechot, quæ in Esaia legitur, manifestè cella thymiamatis siue storacis intelligitur, eò q̄ in illo sunt aromata diuersa condita.

credo fuisse sine causa quod dominus noluit ostendere Iacob quod Ioseph viueret, sed permisit eum longa afflictione consumi. Imo nec filius Ioseph in tam proximo positus (distabant enim ab inuicem ccc. miliaribus) permissus fit ad patrem suum mittere, quem nouerat pro se amaritudinem sustinere intolerabilē, & quasi paruum esset quod ante pertulerat, adhuc & Beniamin fecit ei auferri. Quare hoc sit factum attendite. Quamuis seruí & amici Dei capitalia crimina vitauerint, & † multa bona fecerint, tamen sine minutis peccatis eos fuisse non credimus. Quia ergo sine * illis minutis Ioseph peccatis Iacob esse non potuit, volens Deus ipsa peccata parua in hoc seculo tribulationis igne consumere, implet in eo illud, *vasa figuli probat fornax.*

D

mur nos* & paruuli nostri: Ego suscipio puerū: de manu mea require illum. Nisi reduxero & † reddidero eum tibi, ero † peccati in te reus omni tempore. Si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus. Igitur Israël pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse est, facite quod vultis. Sumite de optimis terræ frūgib. in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, & stactes, & † terebinthi & amygdalarum. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscū, & illam quā inuenistis in sacculis, reportate, ne fortè errore factum sit. Sed & fratrem vestrū tollite, & ite ad virum. Deus autem meus omnipotens † faciat vobis eum placabilē, & remittat vobiscū fratrem vestrū quē tenet in vinculis, & hunc Beniamin. Ego autem quasi orbatus absque liberis ero. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniā duplicem & Beniamin: descenderunt in Aegyptum, & steterunt coram Ioseph. Quos cum ille vidisset, & Beniamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicēs: Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium: quoniā mecū sunt comesturi meridie. Fecit ille sicut * fuerat imperatum, & introduxit viros domum. Ibiq; exterriti * dixerunt mutuò: Propter pecuniam, † quā retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus, vt † deuoluat in nos calumniam, & violenter subiiciat seruituti & nos & asinos nostros. Quamobrē in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem * locuti sunt: Oramus domine, vt audias nos. Iam antè descendimus, vt emeremus escas. Quibus emptis, cùm venissemus ad diuersorium, aperuimus † saculos nostros, & inuenimus* pecuniam in ore saccorum, quam nunc eodem pondere reportauimus. Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus, quæ * necessaria sunt. Non est in nostra conscientia quis eam posuerit in † marsupiis nostris. At ille respondit: Pax vobiscum, b nolite timere. Deus vester, & Deꝰ patris vestri dedit vobis thesauros † in sacculis vestris. Nam † pecuniam, quam dedistis mihi, probatā

1 suml. 2 filius Ioseph 3 tam proximo † vel patri obuiare tibi. 4 positus (distabant 5 inuicem ccc. miliaribus) 6 missus sit ad 7 patrem suum mittere, 8 quem nouerat 9 pro se amaritudinem su † pinere 10 stinere intolerabilē, & quasi paruum esset 11 quod ante pertulerat, adhuc † der vobis misericordiam suam 12 & Beniamin fecit ei auferri. 13 Quare hoc sit factum attendite. 14 Quamuis seruí & amici Dei capitalia crimina vitauerint, & † multa bona fecerint, tamen sine minutis peccatis eos fuisse non credimus. 15 Quia ergo sine * illis minutis Ioseph. 16 peccatis Iacob esse non potuit, volens Deus ipsa peccata parua in hoc seculo tribulationis igne consumere, implet in eo 15 illud, *vasa figuli* † facere * nobis 16 *probat fornax.* * fratres † pecuniā vestrā vt ad nos

a ¶ Vel fructibus. ¶ Species resinæ. ¶ Vel styracis. a Terebinthus arbor est cuius resina similiter vocatur.

a ¶ Non mentitur sapiens dispensator, quia de pecunia verba Dei dicit.

17 a *Vidit*

a *Vidit Beniamin, &c.* ISID. Act. ix. 2. Paulum quasi lux circumfulsit, qui paruulus, quia nondum maturam fidei ætatem gerebat. Vnde etiam adolescens legitur, dum lapidantium Stephanum vestimenta seruabat fleuit Ioseph, cęcitas Pauli, fletus est Christi. Iauit faciē Christus, cū baptizatur Paulus, per quem ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, dedit que pabulum asinis eorum. Illi verò parabant munera, donec ingrederetur *Ioseph* meridie. Audierant enim quòd ibi comesturi essent panem. Igitur ingressus est Ioseph domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus *, & adorauerunt * proni in terram, At ille clementer resalutatis † eis interrogauit * dicens: † Sanúsne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? Qui respondērūt, Sospes est seruus tuus, pater noster adhuc viuit. Et incuruati adorauerunt eum. Attollens a autem Ioseph oculos, vidit Beniamin fratrem suum vterinum, & ait: *Iste* est frater vester paruulus de quo dixeratis mihi? Et rursum: Deus, inquit, misereatur tui fili mi. Festinauitq;, quia † commota fuerant viscera eius super fratre suo, † & erumpebant lachrymæ, & introiens cubiculum fleuit. Rursusq; lota facie, egressus continuit se, & ait: ponite panes. Quibus appositis seorsum *Ioseph*, & seorsum fratribus. b Aegyptiis quoque, qui vescebantur similiter seorsum: *Illicitum* est enim Aegyptiis comedere cum Hebræis: & prophanum putant huiuscemodi conuiuium. Sederunt * coram eo primogenitus iuxta primogenita sua: & minimus iuxta ætatem suam. Et mirabantur † nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant: Maiórque pars venit d Beniamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberúntque & inebriāti sunt cum eo.

qui putabant prophanum esse cum peregrinis conuiuium. c ✠ *Sederunt corā eo, &c.* RVPERT. Addidit *primogenitus iuxta primogenita sua*, vt insinuaret iam ex tūc ipso vsu cessasse ipsi Ioseph primogenita. Sic enim & in Paralipomenon libro legitur. *Quia cum violasset Ruben thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph.*

D

1 d *Biberunt, & inebriati sunt, &c.* 2 AVG. Solent ebrioſi hoc testimonium adhibere sibi in patrocinium propter Ioseph, qui valde sapiens cō mendatur. Sed hoc verbum pro saturitate ponitur in scripturis. vnde Psal. lxiiij. b. *Visitasti terram & inebriasti eam.* quia in laude benedictionis hoc positū est & donum Dei commemoratur, apparet hāc ebrietatem saturitatē significare. Nam ita inebriari, vt inebriātur ebrioſi, nec ipſi terræ vtile est, quoniā maiore humore, quàm sufficit corrumpitur, sicut vita ebrioſi, qui non satietate se replet sed mergit diluuio.

* suis * eum. * eos. † supra 29.

† incaluerant miserationes † & quę fuit locum vbi fleret.

E

a *Scyphus*

1 Ne moriamur nos & paruuli nostri. *acsi diceret, si non vis nobiscū mittere Beniamin, vt non possimus, & per consequens moriemur fame, qui a aliunde alimenta habere non possumus, & sic ipsemet Beniamin nobiscum fame moreretur, propter quod melius est, quod mittas cum nobiscum, etiam cum aliquo periculo infirmitatis vel mortis, quàm quod hic fame moriatur nobiscum.*

C 2 Ego suscipio puerum. *in fide mea seruandum.*

3 De manu mea require illum. *quia spondeo pro eo reducendo.*

4 Si non intercessisset dilatio. *in retinendo Beniamin.*

5 Igitur Israel pater eorum dixit ad eos. *Hic describitur patris concessio. vidit enim quòd Iudas rationabiliter loquebatur, ideo assensit ordinans de eorum via.*

6 Sumite de optimis terræ frugib. &c. *i. de illis quæ rarò inueniuntur in Aegypto, quia talia magis acceptantur.*

7 Et deferte viro munera. *ad placandum ipsum, sic enim fecerat ipse Iacob ad placandum Esau fratrem suum, vt supra habetur xxxij. b.*

8 Modicum resinæ, &c. *secundum Isidor. & Papiam resina generaliter dicitur quia fluens de arboribus aromaticis, quæ indurata valet ad vnguenta & medicinas.*

9 Et storacis & stactes, & terebinthi & amigda. &c. *Nomina sunt arborum aromaticarum, quæ inueniuntur in terra Chanaan, quarum lachryme fluentes & fructus sunt pretiosi: & nomine arborum hic intelliguntur lachryme dictæ, vel fructus earum. Sciendum tamen, quòd loco huius quod in translatione nostra dicitur: modicum resinæ & storacis, & stactes. & terebinthi. Hebræi dicunt,* Modicum tyriacæ, & ceræ & balsami & passicarum.

10 Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum. *&c. quia probabiliter existimabat, quod procedente fame & increscente, bladum carius venderetur, quam prima vice, vel vt pecunia reportata restitueretur.*

11 Ego autem quasi orbatus absque libe. &c. *Quod dupliciter intelligitur. Vno modo, quòd esset quasi orbatus vsque ad eorum reditum, quia nullus de filijs remanserat cum eo. Alio modo, quòd reputaret se quasi orbatum, si Beniamin moreretur, quia illum solum credebat habere de vxore principali & predilecta, scilicet Rachel.*

12 Quos cum ille vidisset & Beniamin simul, præce. *Hic describitur pauoris occasio, ne furtum eis imponeretur.* F

13 Mecum sunt comesturi meridie. *Illa enim hora reuertebatur Ioseph de negotijs regalibus ad prandendum.*

14 Et introduxit viros domum: ibique exterriti. &c. *Non enim erat consuetudo, quòd illi qui veniebant ad emendum bladum, introducerentur in domum, sed dimittebantur extrà in curia vel portico domus: & idèo timuerunt, ne introducerentur propter pecuniam, quam reportauerant. Cetera patent.*

15 At ille respondit. *Hic consequenter ponitur eorum consolatio. & primò ab ijs dispensatore dicente:*

16 Pax vobiscum. *quia nihil habeo contra vos.*

17 Deus vester & Deus patris vestri dedit vobis. *acsi diceret, ex meritò vestro & patris vestri data est vobis illa pecunia, quam inuenistis in saccis vestris.*

1 Eduxit

1 Eduxitque ad eos Simeon. *ad maiorem eorum consolationem.*

2 Attulit aquam. *cogitando de eorum corporibus.*

3 Deditque pabulum asinis. *Curam gerens similiter de eorum animalibus, vt perfectam impenderet eis humanitatem.*

4 Igitur. *Hic secundo describitur eorum consolatio ab ipso Ioseph eos dulciter alloquendo, & patet litera vsque ibi:*

5 Commota fuerant viscera, &c. *Tum quia ipse solus erat sibi frater vterinus. Tum quia non fuerat cum alijs fratribus, quando vendiderant Ioseph. propter quod magis afficiebatur ad eum. Secundo consolatur eos Ioseph in amicabili recreatione, cum subditur:*

6 Et ait: Ponite panes. *Nomine panis in sacra scriptura intelligitur omnis cibus. vnde iij. Reg. vj. c. vbi dicitur:* Appone eis panem Panes. C & aquam, &c. *Subditur:* Et apposita est eis ciborum magna præparatio.

7 Seorsum Ioseph, &c. *Cuius causa subditur cum dicitur:*

8 Illicitum est enim Aegyptiis, &c. *Causa huius est vt dicunt Hebræi, quia maclant & comedunt aliqua animalia quæ ab Aegyptiis coluntur.*

9 Sederunt coram eo. *Vt honoraret eos sua præsentia.*

10 Primogenitus, &c. *Fecit enim eos sedere ordinate secundum ætates suas incipiens a primogenito.*

11 Et mirabantur nimis. *De hoc quòd homo, quem credebant extraneum, & eos ignorantem fecisset eos ita sedere, sicut sedebant in domo patris sui. Si autem quæratur quomodo non habuerunt per hoc aliquam suspitionem, quòd ipse esset Ioseph, qui prædictum ordinem sciebat. Dicunt Hebræi, quòd hoc fuit, quia Ioseph fingebat se hoc scire per artem diuinandi: percutiebat enim coram eis Cyphum suum argenteum, & post primam percussionem dicebat, talis qui est primogenitus primo sedeat, & sic consequenter de alijs. hoc videtur concordare cum eo quod dicitur se. cap.* Cyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus & in quo augurari solet. *ac si diceretur, sicut vidistis heri in mensa.* F

12 Maiorq; pars venit. *Voluit enim eum honorare in hoc præ aliis, vt videret si per hoc alij fratres ipsi Beniamin inuiderent sicut ei inuiderant, eo quod a patre plus amaretur, vt prædictum est supra xxxvij. c.*

13 Biberuntque & inebriati sunt cum eo. *Hic accipitur ebrietas pro satietate, eo modo loquendi quo dicitur Can. v. a.* Comedite & bibite & inebriamini charissimi. *& talis ebrietas non est vitiosa.*

CAP.

* 7 *Et deferte viro munera.* Id est, doctori reuerentiam debitam & honorem, & cum hoc, si indigeat, subsidium temporale. sic enim scribitur. j. Corinth ix. b. *Si nos vobis seminamus spiritualia, non est magnum, si vestra carnalia metamus.*

12 *Præcepit dispensatori domus suæ dicens, introduc viros domum.* nam venientes debitè pro studio sapientiæ sunt benignè recipiendi.

13 *Quoniam mecum sunt comesturi me.* cibum sapientiæ, quæ reficit animas.

† *Meridie:* id est, cum feruore charitatis, aliter scientia non valeret. j. Corint. viij. a. *Scientia inflat, charitas autem ædificat, &c.* Iacob. iiij. b. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

7 *Seorsum fratribus: Aegyptijs, &c.* quia secundum diuersam dispositionem auditorum formandus est sermo doctorum.

12 *Maiorq; pars ve. Beniamin.* Per quod designatur quòd humiles sunt doctrinæ sapientiæ magis capaces, vnde Augu. exponēs illud *Maria sedebat secus pedes domini.* dicit Quantò humilius sedebat, tanto amplius capiebat: & Prouer. xxj. a. *Vbi humilitas ibi & sapientia.*

13 *Biberúntque.* scilicet potum sapientiæ salutaris.

Et inebriati sunt. Ebrietate. bona, de qua dicitur Cant. v. a. *Comedite & inebriamini.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ a *Scyphus quem furatus es*tis', &c Isid. Quid sibi vult, quòd inuētus est scyphus Ioseph in sacculo Beniamin, nisi quia in corde Pauli cælestis doctrinæ iam præfulgebat eloquium, dū esset eruditus in lege. Sed quia subiectus non erat Deo, intra saccum erat scyphus, doctrina intra legem, lucerna intra modiū. Missus tū Ananias manum imposuit, mar supium solvit, & argentum resplēduit, & decidētib. squamis, quasi vinculis soluto sacco. i. deposito legis velamine, adeptus est gratiæ libertatē, & reuelata facie sermonis euangeliū pdicat.

✲ Graecvs. a *In quo augurari solet Dominus me*? Nō in poculo Ioseph vaticinabatur, sed ait, si poculū hoc acceperit, haud in bonū omen accipiet.

-feci ille vt iusserat.

b ✲ Chrysost. B Cōfunderūt hæc Ioseph, & satis ei demonstrarunt quod & patrem dignè colerent, & fratrem multū amarent.

Hom. 64.

✲ Rvpert. Quid hoc ordine iustitię pulchri⁹? Nempe c sic agere voluistis? An ignoratis q, nō† sit similis mei in augurādi scia?

vbi supra ca. 9.

† talis vir qualis ego sum scit diuinare?

CAP. XLIIII.

Præcepit aūt Ioseph dispēsatori domus suę dicēs: Imple sac- 1
cos eorū frumēto, quātū potest capere, & pone pecuniam
¶ Splendorem diuini eloquij.
singulorū in summitate sacci. Scyphū aūt meū argenteū, & 2
¶ Paulus qui minimus est Apostolorum.
pretiū qđ dedit tritici, pone in ore sacci iunioris, Factumq; est ita. Et
orto mane dimissi sunt cū asinis suis. Iámq; vrbē exierāt, & processerāt paululū, † tūc Ioseph accersito dispensatore domus, ait: Surge, in-
quit, & persequere viros, & apprehēsis dicito: Quare reddidistis ma- 3 4
a ¶ Toties fratribus obiecta accusatio, fraternę venditionis expiatio est.
lū pro bonō? Scyphus quē furati estis, ipse est in quo bibit dñs meus, 5
& in quo augurari solet: Pessimā rem fecistis. Fecit ille, vt iusserat, & 6
apprehēsis per ordinē locut⁹ est. Qui respōderūt: Quare sic loquitur 7
dñs noster* vt serui tui tātū flagitij cōmiserint? Pecuniā quā inuenim⁹ 8
in summitate saccorū reportauimus ad te de terra Chanaan: & quo-
modo cōsequés est, vt furati simus de domo dñi tui aurū vel argentū?
Apud quēcunq; fuerit inuentū seruorū tuorū quod quęris, moriatur: 9
& nos serui erimus dñi nostri. Qui dixit* Fiat iuxta vestrā sententiā.
Apud † quē fuerit inuentū, ipse sit seruus meus, vos aūt eritis innoxij. 10
Itaq; festinatò deponētes in terrā saccos, aperuerūt singuli. Quos scru- 11
tatus, incipiēs à maiore vsq; ad minimū, inuenit scyphū in sacco Bēia- 12
min. At illi scissis vestib. oneratis rursū asinis, reuersi sunt in oppidū. 13
Primusq; Iudas cū fratrib⁹, ingressus est ad Ioseph. (Necdū eīm de loco 14
a ¶ Verba pro verberibus irrogar fratribus, ne remaneat impunitum fraternum scelus.
abierat) omneſq; ante eū pariter in terrā corruerūt: Quib⁹ ille ait: Cur 15
b abierat) omneſq; ante eū pariter in terrā corruerūt: Quib⁹ ille ait: Cur 16
c sic agere voluistis? An ignoratis q, nō† sit similis mei in augurādi scia? 17 18

† quo iustificabimus nos.

† in pace.

† sicut Pharao.

† minister.

† talis vir qualis ego sum scit diuinare?

† ne forte videam malū quod inueniet patrem meū.

CAP. XLIIII.

NICOLAVS DE LYRA.

Præcepit autem Ioseph dispensatori. *Hic consequēter circa descensum secundum filiorum Iacob in Aegyptum describitur occasio aduersitatis, quia de furto apparenti fuerunt conuicti in Beniamin. Circa quod considerandum, quòd Ioseph, qui erat sagax & astutus, postquā probauerat, quod fratres sui de eius venditione pœnitebant. Item quòd contra Beniamin fratrem suum nihil mali machinati fuerant, & quòd ei præ ipsis honorato inuidiam non pretendebant, vt patet ex prædictis, nihilominus tentare voluit, vtrum ipsi Beniamin in periculo constituto quantum possent succurrerent: & ideo sic ordinauit, vt in furto apparenti deprehenderetur Bemamin, vt videret qualiter fratres sui in hoc se haberent nec mirandū si taliter eos probabat, quia malicię eorū in ipsō expertus fuerat: & ideo in hoc ca. primò describitur eorū cōprehensio. secūdo confusibilis reductio, ibi*: At illi scissis vestibus. *Circa primū Scyphus Ioseph in sacco Beniamin absc̄ditur, requiritur, denegatur, & tādē inuenitur. Et patet litera exceptis paucis vocabulis quæ exponentur.*

C 2 Scyphū autem, &c. *vt cicò posset inueniri, dicit pretium, ne dispensator crederet quòd scyphus deberet poni in sacco iunioris loco prety, & ideo de vtroque facit mentionem.* 3 Persequere viros & apprehensis, &c. *cum multitudine armatorū, ita quod non audeant resistere.*

4 Quare reddidistis ma. pro bono. *committendo furtum pro dulci allocutione domini mei, & honore, quem vobis exhibuit in domo sua.*

5 Scyphus quem furati, &c. *bibit si vidistis heri in mensa sua.*

6 Est in quo auguri, &c *sicut experti estis ordinando vos in mensa.*

7 Pessimam rem fecistis. *quia magnitudo est pessimum vitium.*

8 Pecuniam quam inue. &c. *Argumentum est à maiori parte, quasi dicāt, nō retinuimus nec calauimus illud, quod erat extra Aegyptū & in terra Chanaan, de quo magis videretur, ergo nec hoc cōmisimus.*

9 Fiat iuxtà vestram sententiam. *Confidentes enim de sua innocentia nimis obtuleraut, quia pro furto simplici secundum leges scriptas nullus debet mori, ideò dispensator temperauit negotium dicens:* Fiat iuxta vestram sententiam. *i. aliquo modo ab ipsa declinando.*

10 Apud quem fuerit inuen. ipse sit seruus meus. *loquitur in persona domini sui. quarebat enim solum Beniamin, vt per hoc videretur qualiter alij qui dimitterētur liberi ei succurrerēt in tali necessitate.*

11 Quos scruta. in.à. ma. *ne si seruatus statim fuisset saccum Beniamin appareret probabiliter, quod ibi absondisset scyphum.*

12 Inuenit scyphum in sac. *quare non facit mentionē de pecunia ibi inuētā? quia iā eis suprà dixerat, q, alia pecunia in saccis inuēta, erat à Deo eis data, & quia eadē ratione, qua accusaret Beniamin de pecunia, accusasset omnes alios: cū pecunia cuiuslibet reperta fuisset in ore sacci sui, ipse autē volebat secundū ordinationē Ioseph cal'umiari Beniamin solum, vt per hoc probaretur aliorum affectio ad ipsum, vt prædictum est.*

13 At illi. Hic *consequenter describitur eorum confusibilis reductio tanquam conniuentium de apparenti furto. & secundò misericordiæ imploratio, ibi.* Cui Iudas. *Circa primū dicitur sic*: At illi, &c. *in signū tristitiæ. hic enim erat mod' antiquorū occurrēte casu magnæ aduersitatis.*

14 Primúsque Iudas. *quia inter fratres erat principalior & constantior, & quia apud patrem erat pro Beniamin fideiussor, vt prædictum est ca. præcedenti, & ideo causa erat magis sua, quam aliorum.*

15 Necdum enim de loc. ab. s. Ioseph. *qui expectabat fratrum suorum reditum vt perfectè probaret eorum animum.*

16 Omneſq; ante, &c. *vt eius animum ad misericordiā prouocarēt.*

17 Cur sic agere vo. *acsi diceret illud quod feciſtis est de se pessimū, & ideò nullo modo debuissetis hoc velle facere.*

18 An ignoratis, &c. *acsi diceret, date quòd habeatis pessimam voluntatem, tamen debuistis retrahere à tali facto, cum scieritis me habere augurandi scientiam, per quam poteram vos deprehendere.*

MORALITER.

1 *Prece. autem Ioseph, &c.* Sequitur

2 *Scyphum autem meum argent. &c.* Secūdū sensum literalem ad hoc Ioseph fecit absc̄di Scyphū in sacco Beniamin fratris sui vterini, & ipsum cōuinci de furto apparēti, vt per hoc probaret si fratres alij verè diligerēt ipsum: quia si retento Beniamin ipsi statim abiissent, signū fuisset inuidię & odij ad ipsum, eo q pater pl⁹ aliis ipsum diligebat, sicut Ioseph expertus fuerat de ipso. per hoc autē q omninò conati sunt eū liberare apparuit veritas dilectionis ad ipsum. Per hoc autē moraliter habetur q bonus doctor, qui p Ioseph significatur, vt prædictū est, nō solū debet esse solicitus de discipulis suis promouēdis in sciētia: sed etiam de nutriendis ipsis & cōseruandis in charitate mutua, exemplo Christi dicētis Ioa. xiij. d. *Mandatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē.* Et iterū ibidē: *In hoc cognoscēt omnes, q, discipuli mei estis, si dilectionē adinuicē habueritis.* Et ideò si vnus eorū accusetur de crimine sicut fuit Bēiamin, alij tenētur eū liberare inquātū possunt salua tamē consciētiæ puritate. Allegoricè verò per Scyphū argēteū in sacco Beniamin positum, præfiguratus fuit Paulus Apostolus ex tribu Beniamin nasciturus, qui fuit vas electionis sapientia Dei plenū, & eloquentia bona, quæ per sonoritatē argenti designatur: prædictum ad portandū nomen dñi nostri Iesu Christi coram gentib⁹ & regib⁹ & filiis Israël, vt habetur Act. ix. e. Per liberationem verò Beniamin figurata fuit liberatio Pauli in Damasco, de qua fratres fuerūt valdè soliciti, vt ibidē habetur.

ADDIT

☞ A phetandorum intentio furtorum. Non negligenter ergo cōsiderādū puto tātam miseriam in perturbatione fratrum suorum, quam modò Ioseph quandiu voluit tenuit & quanta voluit mora, produxit, & tātò eos faciens calamitosos, quantò ipsorū futuram lætitiā cogitabat, & quod agebat vt eorum gaudium differretur, ad hoc agebat, vt dilatione cumularetur, tanquam non essent condignæ passiones tantilli tēporis ad futurā gloriā exultationis futuræ cognito fratre, quem à se perditum existimabant.

B

a *Cui Iudas, &c.* Avgvst. Multa in narratione Iudæ aliter dicta sunt, quā cum illis egerat Ioseph, quamquamuis apud eum loqueretur, vt omninò de simulatione exploratorum nihil diceretur, quòd vtrum cōsultò tacitum sit, an id fecerit perturbationis obliuio non apparet. Nam & illud quod dixerunt se à Ioseph interrogatos de patre & fratre suo, se autem illi interroganti indicasse, mirum est, si vel ad sententiam potest ipsa peruenire narratio, vt eam constet esse veracem, quanquam & si aliqua falsa in ea sunt, falli potius per obliuio nem potuit, quàm auderet mentiri. Apud eum præsertim, cui non sicut nescienti, sed qui nouerat eū scire, vt eum flecterent ad misericordiam narrationi insetebat.

☞ CAP

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

† quo iustificabimus nos.

† in pace.

† sicut Pharao.

† minister.

† malo.

† ministerio.

† ne forte videam malū quod inueniet patrem meū.

a Cui Iudas: Quid respōdebimus inquit dño meo, vel quid loquemur, aut† iustè poterimus obtēperare? Deus inuenit iniquitatē seruorum tuorū. Ecce omnes serui sumus dñi mei, & nos & apud quē inuentus est scyphus. Respōdit Ioseph: Absit à me vt sic agā. Qui furatus est scyphū, ipse sit seruus meus, vos autē abite + liberi ad patrem vestrū. Accedens aūt propius Iudas, confidenter ait: Oro domine mi, loquatur seruus tuus verbū in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo. Tu es eīm † post Pharaonem dominus meus. Interrogasti prius seruos tuos, habetis patrem aut fratrē? Et nos respondimus tibi dño meo: est nobis pater senex, & puer paruulus qui in senectute illi⁹ natus est, cuius vterinus frater mortuus est, & ipsum sōlū habet mater sua, pater verò tenerè diligit eum. Dixistíque seruis tuis: adducite eum ad me, & ponā oculos meos super illū. Suggessimus tibi domino meo nō potest puer relinquere patrem suū. Si enim illum dimiserit, morietur, & dixisti seruis, tuis: Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, nō videbitis amplius faciem meam. Cùm ergo ascendissemus ad famulū tuum patrē nostrū, narrauimus ei omnia, quę locutus est dñs meus. Et dixit pater noster: Reuertimini, & emite nobis parū † tritici. Cui diximus: Ire non possumus. Si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul, alioquin illo absente non † audemus videre faciem viri. † Ad quę ille respōdit: Vos scitis, quòd duos filios genuerit mihi vxor mea. Egressus est vnus, & † dixistis, bestia deuorauit eū, & huc vsque non comparet. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum † mœrore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruū tuū patrē nostrū, & puer defuerit: (cū anima illius ex huius anima pendeat) videritq; eū nō esse nobiscū, morietur, & deducent famuli tui canos eius cū dolore ad inferos. Ego propriè seruus tuus sim, qui in meā hunc recepi fidē, & spopōdi dicens: Nisi reduxero eū*, peccati reus ero in patrē meū omni tēpore. Manebo itaque seruus tuus pro puero in † ministerium dñi mei, & puer ascēdat cū fratrib. suis. Nō enim possum redire ad patrem absente puero, ne calamitatis, quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

† possumus.

† Et dixit seruus tuus pater meus nobis

† dixistis profecto raptus est.

† esce.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cui Iudas. *Hic describitur misericordiæ imploratio, vbi Iudas vt facilius impetret illud, quod est dulcoris, primo confitetur illud quod est rigoris dicens.*

C 2 Quid respōde. inquit &c. *q.d. nihil possumus, quia inuentio scyphi erat notoria, nec fraudem audebant imponere familiæ Ioseph, quia si id facerent, negotium suum peiorarent.*

3 Deus inuenit iniquita. seruorum. *i. peccata nostra aliàs occulta Deus fecit inueniri, i. ad punitionem deduci per illud infortunium, quod nobis accidit.*

4 En omnes ser. sumus domini mei. *de rigore enim iustitiæ non solum pro furto punitur ille apud quem res furatæ inuenitur, sed etiam illi qui sunt in eius societate, & maximè quando sunt fratres.*

5 Absit à me. *q.d. nolo vobiscum agere cum tanto rigore.*

6 Qui fu. est scy. &c. *Hoc autem dicebat vt probaret, si Beniamin dimitterent solum in seruitute.*

7 Acced. autem prop. *Hic secundo Iudas procedit ad impetrandū, quod erat misericordiæ & dulcoris, & primo captat ipsius Ioseph benevolentiam dicens,* Oro domine mi, &c. *secundo ad suum propositum obtinendum inducit quadruplicem rationem, dicens:*

Prima ratio Iudæ.

8 Interrogasti prius, &c. *Intendebat enim impetrare, quòd ipse maneret in seruitute pro Beniamin, ita quòd Beniamin cū aliis fratribus rediret ad patrem, & ad hoc obtinendum primo inducit rationē ex parte patris sui, qui de furto huius scyphi nullo modo debebat inculpari, cū ipse esset absens & etiam iustus, quia pecuniā à filijs reportatā remiserat in Aegyptū, & ideo nullo modo debebat haberi suī spectus de furto illo, quod factum non fuisset de suo mandato. & tamen si Beniamin remaneret in seruitute, in tantum diligebat eū q, credebatur probabiliter mori præ dolore, quod videbatur valdè durum & rationi absonum. hanc autem rationem dedacit Iudas diffusè, vt magis moueat animum Ioseph ad compatiendum patri & patet. litera vsque ibi.*

D

E

F

Secūda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

9 Vos scitis quòd duos, &c. *Ista est Rachel quæ fuit primogenita & prima vxor eius, & etiam sola, quantum fuit ex petitione Iacob: quia Lia fuit sibi coniuncta per deceptionem Laban, & duæ ancillæ ad petitionem Rachelis & Liæ, vt habetur suprà. xxix. cap. & xxx.*

10 Egressus est vnus de societate mea.

11 Et dixistis, bestia deuorauit eum. *Videtur quòd Ioseph hic poterat arguere Iudam de contradictione secundū reprehensionē supra positam xlij. ca. vbi excusauerunt se de circumuentionis ciuitatis, dicentes quòd hoc fecerat ad quarendū fratrē suū perditum: & hic dicitur, quòd dixerant patri ipsum esse deuoratum à bestia. Ad quod dicendum, quòd licet non oporteat Iudam & fratres suos excusari de mendacio, tamen hic nō sequitur dictorum suorum contradictio, quia statim posset Iudas respondere, quòd prædixerant patri ipsum esse deuoratum à bestia, postquam redierant ad ipsum ex Aegypto, concludentes quòd ex quo non inuenerāt eum, reputabant eum à bestia deuoratum, & eodem modo poterant respondere de hoc, quod dixerunt hic: Cuius vterinus frater mortuus est, quia hoc dixerunt postquā ipsum quæsierant per ciuitatem, & ex quo nō inuenerant eum, probabiliter æstimabant eum esse mortuum.*

12 Ego propriè. *Hic inducit secundam rationem ex parte sui, quia fideiussor tenetur pro illo pro quo spondet. Iudas autem fideiussor erat pro Beniamin vt prædictum est, ex quo concludit, quòd debebat remanere in seruitute pro Beniamin, & patet litera.*

13 Manebo itaque seruus tuus. *Hic ponitur tertia ratio ad idem ex aptitudine Iudæ. erat enim homo perfectior & aptior ad seruiendum in omnibus operibus laboriosis & bellicis quam Beniamin, propter quod non debebat refutari ista petitio.*

14 Non enim possum redire, &c. *Hic inducitur quarta ratio ad idē, quia iste Iudas nullo modo posset videre anxietatem patris sui, si rediret sine Beniamin. & ideo sibi erat condescendendum, vt rem aneret in seruitute pro ipso, & maximè cum esset aptior illo in omnibus operibus.*

CAP.

ADDITIO I.

In ca. xliij. vbi dicitur in postilla. An ignoratis, &c.

In Hebraica litera non dicitur: An ignoratis, &c. *sed ponuntur quædam verba quorum sententia est: An ignoratis, quòd homo similis mei posset per augurią talia scire? quod videtur magis consonum rationi: ipsi enim non habebant vnde debuissent scire, quod Ioseph esset maxi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rius augurator: sed bene poterant præsumere, quòd Ioseph cùm esset tam
A *potes, posset habere augures quoscunque voluisset: præsertim cù in Aegy-*
pto essent multi coniectores, & talibus utentes artibus: prout ex multis
locis sacræ scripturæ potest hoc haberi: vnde posset scire taliũ veritatẽ.
Secundum Augu. verò pront sanctus Thom. in secunda secundæ. q. xcv.
Ioseph verò hoc diceba: non seriosè sed refrænans se ad illud, quod vul-
gus de eo opinabatur, quia scilicet credebant ipsum Ioseph esse eruditis-
simum in omnibus: vnde suprà xlj. c. Pharao dicebat: Nunquid sa-
pientiorem & similem tui inuenire potero?

REPLICA. Correctorij contra Burge. D
In cap. xliij. vbi Burgen. monet difficultatem de arte augurandi ipsum Ioseph, non multum recedit a postillatore, nec re-
fert multum in sensu literali an per se vel per alios se diceret augu-
randi habere peritiam, cum sint verba curialia, sicut multa alia in ista
historia contenta: vel quòd illud dictum: An ignoratis, secundũ beatum Augustinum referatur ad famam de Ioseph præsumptam, &c.

---

a *Missi me Deus. &c.* AVGVSTIN. Quid est, quòd iuxta alia e-
in q. super Geneſin. xemplaria ita legitur: *Misit enim me Deus ante vos, remanere reliquias vestras super terram, & enutrire semen reliquiarum vestrarum magnum?* hoc enim non vsquequaq; cõsonat, vt reliquias Iacob accipiamus etiam filios eius, cum oẽs sint incolumes. an fortè illud significat secreto mysterio, quod Apostol' B ait Rom. ix. f. *Reliquiæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt*, ad hoc enim occisus est Christus à Iudæis, & traditus est Gentibus, tanquam Ioseph Aegyptiis à fratribꝰ: vñ ij. Cor. xj. c. *Nam & ego Israelita*

CAP. XLV.

NOn se poterat vltrà cohibere Ioseph multis corã astantibus. vnde † præcepit vt egrederentur cuncti foras, & † nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitq; vocem cum fletu, quã audierunt Aegyptij, omnisq; domus Pharaonis, & dixit fratribus suis. Ego sum Ioseph. Adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio † terrore perteriti. Ad quos ille clementer, accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent propè, Ego sum ait Ioseph, frater vester, quem vẽdidistis in Aegyptum. Nolite † pauere, nec † vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus. Prõ † salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum. Biennium enim est, quòd fames esse cœpit in terra, & adhuc quinque anni restãt, quib. nec arari poterit, nec meti. Præmisitq; me Deus, vt † reseruemini super terrã, & escas ad viuendũ habere possitis. Nõ vestro cõsilio, sed Dei huc volũtate missus sum,

a ¶ Nisi enim à Iudæis traditus fuisset Christus, salutis non esset mundus.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

† clamauit. † non remãsit quisquã sæcũ vt odiõse deret se Ioseph fratribus suis.

-clementer * quæso.

† dolore affici. † sit ira in oculis vestris, ne molestet hæc res cor vestrum

† vicissim vos cuasione magna. † nutriã vos in hac magna fame.

† vitæ

† Mutatonas vestes.

infr. 50. c

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XLV.

NOn se poterat vltra cohibere Ioseph. *Hic consequenter describitur manifestatio fraternitatis, vbi primò describitur huius manifestationis modus, & secundo fructus, ibi:* Auditúmque est, &c. *Circa primum ostenditur vehementia dilectionis, & secundo clementia remissionis, ibi.* Ad quos ille: *tertio gratia promissionis. ibi.* Festinatè, *quarto instantia cõsolationis, ibi:* En oculi vestri *Circa primũ dicitur:*

1 Non se poterat vltrà, &c. *s. quin se manifestaret: Tum quia ratio eũ inducebat ad hoc: cõ quod per præterita certificatus erat de pœnitẽtia fratrum s. oris de eo quòd vendiderant ipsum, & de bona & fideli affectione eorum ad Bẽiamin fratrem suum vterinum. Tum quia pietas* C *fraterna nõ permittebat eũ amplius continere pietatis interioris signa.*

2 Et nullus interesset, &c. *Non quia Ioseph vellet celare, quòd essent fratres sui, vt patet infrà, sed quia in sui manifestatione volebat aliquid dicere, quod latere volebat Aegyptios, ne fratres sui coram eis confunderentur, vt patebit.*

3 Eleuauitq; vo. cũ fletu. *ex magno affectu pietatis, quam audierunt Aegyptij, qui erant de domo Ioseph, licet enim exclusi à loco, non tamen ita lõgè recesserant, quin illa vocẽ possent audire, & bene volebat Ioseph, q. audirẽt illud q. tũc dixit. s.* Ego sum Ioseph, *& subditur.*

4 Omnisq; do. Pharaonis. *non quod audirent vocem Ioseph immediate, sed per relationem Aegyptiorum, qui erant propè Ioseph.*

5 Non poterant respon. &c. *Erant enim memores de malo, quod ei fecerant, & eum dominum terræ videbant, & ideo non fuit mirum, si fuerant valde territi.*

6 Ad quos, &c. *Hic describitur clementia remissionis. vidit enim eos territos propter malum, quod ei fecerant, ideò voluit eos certificare de plena remissione dicens:*

7 Accedite inquit ad me, *&c. confidenter & securè. Et cum accessissent prope:*

8 Ego sum ait Ioseph, fra. *istud volebat eis dicere submissè: & ideo fecit eos propè venire, ne Aegyptij audirent proditionem quam fecerant. & sic eos desciscerent.*

9 Nolite pauere, &c. *acsi diceret expresè, totum remitto vobis ex corde, quia certitudinaliter probaui vestram pœnitentiam de me, & certam amicitiam vestram erga Beniamin fratrem meum.*

10 Nec vo. durũ esse vid. *Hoc addit ad maiorẽ eorũ certificationem.*

11 Pro salute enim vestra. *quia secundũ Aug. Deus adeo omnipotens est & bonus, q. nõ permitteret mala fieri, nisi inde maiora bona eliceret, & sic permisit Ioseph vendi propter salutẽ populi tẽpore famis futuræ.*

12 Quibus nec arari, &c. *nisi modicũ, quod quasi nihil reputandũ est. Illius autem sterilitatis aliqui dicunt causam esse nimiam inundantiam Nili, qui cooperiebat terram Aegypti, intantum quòd non poterat conuenienter coli. Sed istud non videtur verum, quia ista causa non fecisset sterilitatem in terra Chanaan, & in alijs regionibus vbi non fuit Nilus: & tamen in illis fuit sterilitas & fames. vnde dicitur supr. xlj. g.* Omnésque prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & malũ inopię temperarent. *Et ideo alij dicunt & verius, vt videtur, quòd dicta sterilitas processit ex nimia siccitate, propter quam nec in Aegypto, nec alibi terra poterat bene coli sufficienter.*

13 Non vestro consi. &c. *scilicet solum, quia inualidum esset, nisi Deus permisisset, & ad bonum ordinasset.*

14 Fecit

MORALITER.

1 *Non se poterat vltrà cohibere, &c.* Per hoc autẽ quòd Ioseph postquam probauerat fratres de patientia & fideli amicitia reuelauit eis veritatem occultam, designatur quòd bonus doctor & magnus, qui per Ioseph significatur, vt prædictum est, postquam probauit discipulos de istis non debet eis aliquid celare de speculabilium aut agibilium secretis. Vnde & ipse Deus, qui est doctor supremus, postquam patientiam Abrahę probauerat in Chaldæa, vbi pro fide vnius Dei fuit in ignem proiectus: & iterum in terra Chanaan de fidelitate, quando pro liberatione Lot cum paucis hominibus respectiuè pugnauit cõtra quatuor reges. Gen. xix. cap. dixit, *Num potero celare Abraham quæ gesturus sum. &c.* vt habetur Gen. xviij. cap. Et similiter ipse Ioseph, postquàm probauerat fratres suos de patientia & de fideli amicitia erga Beniamin fratrem suum vterinum: vt patet per prædicta, manifestauit se eis dicens:

8 *Ego sum Ioseph, &c.* & ne timerent quòd ipsum vendiderant, eos assecurauit dicens:

9 *Nolite pauere.* & ad maiorem consolatio nem eorum excusauit crimen eorum di.

10 *Nec vobis durum videatur, quod, &c.* & sic bonus doctor discipulis probatis non solum debet occultam veritatem reuelare, sed etiam defectus præteritos propter emendationem sequentem indulgere. Et quoniam homo quantumcunque fuerit exaltatus tenetur honorare parentes: ideò subdit.

† 2 Festinate

a *Habita in terra Geſ. &c.* Ad-
A In q. Hebr. ditum est. HIERONYMVS. In Hebræo habetur גשן *Gosen*: Vnde error increuit, quòd terra Gessen in Arabia sit. Porrò sicut in nostris cõ dicibus est, per extremum, m, scribitur Gessem, quod mihi nequaquam placet terram significare compluram. Gessem enim in ymbrem vertitur, vbi & B in plerisq; Gessem reperitur.

Causa sterilitatis Ioseph.

† bonũ vsũ est inoẽ his Pharaonis Hebr.

b *Et gauisus est Pharao, &c.* Hęc verba Pharaonis quæ ab Ioseph de Iacob & filiis eius locutus est, significant gaudia Gentilis populi de conuersione Iudæorum. Magna enim deuotio est ecclesię Gentiũ, quòd Israeliticus populus ad fidẽ veniat, quibus si cõuertantur & fidei participes extiterint, promittit spirituales opes virtutum & gra- C tiã spiritussancti, quam qui accipit, indigentia boni non laborabit.

b

qui fecit me quasi patrẽ Pharaonis, & dominũ vniuersæ domus eius, 1
ac principem in omni terra Aegypti. Festinate & ascẽdite ad patrem 2
meum, & dicetis ei: Hæc † mandat filius tuus Ioseph. Deus me fecit 3
dominum vniuersæ terræ Aegypti: Descẽde ad me ne † moreris: † ha- †
bita in terra Gẽssen: Erisq; iuxta me, tu & filij tui, & filij filiorum tuo- a
rum, oues tuæ & armenta tua, & vniuersa quę possides, ibiq́ue te pas-
cam. (Adhuc enim quinque anni residui sunt famis) ne & tu † pereas
& domus tua, & omnia quæ possides. En oculi vestri & oculi fratris
mei Beniamin vident, quod os meum loquatur ad vos. Nuntiate pa-
tri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta quæ vidistis in Aegy-
pto. Festinate & adducite eum ad me. Cumq; amplexatus cecidisset
in collum Beniamin fratris sui, fleuit: illo quoque flente similiter su-
per collum eius. Osculatusq; est Ioseph omnes fratres suos, & plora-
uit per singulos. Post quæ ausi sunt loqui ad eum. Auditumq; est, & 7
celebri sermone vulgatum in aula regis: venerunt fratres Ioseph. Et 8
a ¶ Qui typum gentilis populi gerit, qui gauisurus est in fine de conuersione Iudæi populi.
† gauisus est Pharao atque omnis familia eius, Dixitq; ad Ioseph, vt 9
a ¶ Christus apostolis suis imperat. b ¶ Hæc figura fuit gentilis populi, qui ignobilis postea onus Christi sponte subiit.
imperaret fratribus suis, dicens: Onerantes iumenta ite in terram
a ¶ Inuitatæ ad fidem Iudæorum perfidiam.
Chanaan, & tollite inde patrem vestrum & cognationem, & venite
a ¶ Copiam diuinarum scripturarum quibus gentes abundant.
ad me, & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis me-
a ¶ Suauitatem spiritalis intelligentiæ.
dullam terræ. Præcipe etiam, vt tollant plaustra de terra Aegypti, ad
subuectionem paruulorum † suorum & coniugum, ac dicito: Tollite
patrem vestrum, & properate, quantocyus venientes, nec dimittatis
a ¶ Veteri testamento.
quicquã de supellectili vestra, quia omnes opes Aegypti vestræ erũt. 10
¶ Fratres Ioseph. ¶ Apostoli sunt fratres Christi.
Fecerunt filij Israel, vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph 11
a ¶ Quia Christus ordinauit his qui euangelium enuntiant, de euangelio viuere. ¶ Apostolis.
plaustra secundùm Pharaonis imperium, & cibaria in itinere. Singu-
a ¶ Sententiam diuinitatis Christi, & humanitatis prædicandam, & dilectionem Dei & proximi.
lariter quoque proferri iussit † binas stolas: Beniamin verò dedit

† Mutatonas vestes.

Ioseph dat dona fratribus suis.

c *Beniamin, &c.* D
Trecenti argentei dantur Beniamin, quos à
Christo accepit, qui prædicat trinitatem, † moriatis
vel Christi cru- † & habita
cem. Vnde Pau- bis.
lus ait. 1. Corin.
2. a. *Non iudicavi me aliquid scire inter vos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixũ.* † de pauperis (i. pertate percreas.)
Quig; stolas accepit. i. sapientiã omnium sen
suum. Præcellit
ergo Paul' abũ- E
dantia meritorũ, sed & fratres.
i. alij prędicatores habent gratiam suam. i. binas stolas, vt cõ
fiteantur Christum Deũ & ho
minem. Vnde
Prou. 31. c. *Omnes domestici eius vestiti duplicibus.* F
i. mystica & mo
rali intelligentia. Mittũtur & † vestrorũ.
patri munera, &
Christus pro-
missis muneribus inuitat populum suũ. Munera portãt asini, id est, Gentiles inutiles & la
borioſi: nunc autem portant vtiles in typo
Christi munera, in euangelio munerum largitore.

a ✠ *Qui*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fecit me, &c. *quia per sapientiam quam Deus dedit mihi Pharao credit mihi sicut patri.*

2 Festinate. *Hic consequenter describitur gratia promissionis, quia promisit eis prouidere de victualibus cum patre suo pro quo mandauit per eos dicens.*

3 Ascendite ad pa. meum, &c. *quia terra promissionis in qua erat Iacob, altior est respectu terræ Aegypti.*

4 Habita in terra Gessen. *Nolebat enim Ioseph quòd pater suus & fratres venirent ad præsentiam regis, donec informasset eos qualiter deberent se habere in conspectu eius, & ideo voluit quòd starent in terra Gessen, vbi occurreret eis ad eos informandum quod & fecit, vt habetur cap. sequent.*

5 En ocu. ve. *Hic describitur instantia consolationis, quia post prædicta iterum consolatur eos ad maiorem certificationem dicens:* En oculi vestri, &c. *acsi diceret: sicut certum est vobis quod me videtis, ita certa sunt omnia, quæ dixi vobis ad consolationem vestram.*

6 Quod os meum loquatur ad, &c. *Loquebatur enim eis Hebraicè, & non per interpretem, sicut antea fecerat.*

7 Post quæ ausi sunt loqui ad eum. *quia manifestè viderant, quòd verè, & non fictè loquebatur.*

8 Auditumq; est. *Hic consequenter describitur dictæ manifestationis fructus, vbi primo describitur serenitas imperij in rege. secundo sedulitas obsequij in Ioseph, ibi:* Quibus dedit Ioseph, *tertiò suauitas gaudij in patre, ibi:* Qui ascendentes. *Circa primum dicitur sic:* Auditumq; est,

9 Et gauisus est Phar. &c. *Licet diligerent Ioseph propter bona, quæ eis fecerat, tamen erat eis turpe, quòd homo, qui fuerat seruus emptitius & eductus de carcere, haberet tantum dominium in regno. & ideo quando sciuerant quòd haberet tot fratres, & taliter formatos, quòd bene videbantur nobiles, & de bono loco, fuerunt super hoc consolati. & ideò præcepit rex, vt pater & fratres & alij propinqui venirent in Aegyptũ, parati eos sustentare & honorare, vt patet in litera: Vnde subditur:*

10 Omnes opes, &c. *id est, de omnibus opibus habebitis ad sufficientiam. Hebrei tamen dicunt, quod hoc dicit prophetice quodam modo: licet hoc non intelligeret: quia per verbum eius significabatur, quòd futurum erat in filijs Israel, qui exules de Aegypto asportaturi erant secũ opes Aegypti: vt habetur Exod. 12. f. sicut & Cayphas loquens de morte Christi, dixit:* Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo. *Ioan. 11. f. Et per eius verbum significatur, quòd mors Christi esset pro redemptione generis humani: vt exponit euangelista ibidem dicens:* Hoc autem à semetipso non dixit, &c. *Verumtamen neuter sic loquendo potest propheta proprie dici, quia ad hoc requiritur intelligentia, vt supra dictum est. 41. c. Sic nec asina Balaam potuit dici animal rationale, licet verba rationabilia protulerit, quia illa verba non intellexit, quod tamen requiritur ad rationabilitatem, sed fuerunt formata illa verba per angelum mouentem linguam asinæ. Sequitur:*

11 Quibus de. &c. *Hic ostenditur sedulitas obsequij in Ioseph, quia solicitè fecit edictum Pharaonis, addens etiam super hoc specialia munera dando ea fratri suo Beniamin, & patri: & patet litera.*

1 Ne

MORALITER.

2 *Festinate & ascendite ad patrem meum & dicetis.* ad eius maximam consolationem.

† *Hæc mandat filius tuus Ioseph.* & quantũ ad eius promissionẽ subditur:

† *Descende*

† *Descende ad me, &c.* Similiter bonus doctor, qui docet alios de honore parentum, debet hoc facere, vt non solum ipsi Ioseph, sed etiam Christo conformetur, de quo scribitur Act. 1. a. *Cœpit Iesus facere & docere.*

o 5 † *Quo*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ✠ *Qui ascendentes* ORIGENES. Obseruandum nobis est, A scripturas sanctas legentibus, quia nunquam ferè in sanctum Rom.75. in Genes. quis locum dicitur descendisse, neque ad vituperabilem conscendisse memoratur. Quæ obseruationes ostendunt scripturam diuinam non inerudito & agresti sermone compositam, sed secundum disciplinã diuinæ eruditionis aptã tam, neque tantã historicis narrationibus, quãtum rebus & sensibus mysticis seruientẽ inuenies.

* & escas patri. Ad charitatem hortatur eos. Homil.65. b ✠ *Quo audito Iac. &c.* CHRISOSTOM. *Quid est reuixit spiritus eius?* Sicut ignis in ampulla quãdo deficit olei alimonia, & iam B extinguitur, si parum quis olei infuderit, repetẽ quod extingui putabatur, clariorem emittit lucem: Sic senex ille præ tristitia extingui videbatur. Noluit enim accipere consolationem, dicens, *Descendam in infernum lugens.* Vbi autem cognouit quod viueret, re accensus est, & iuuenis ex sene factus.

ISIDORVS. Expauit Iacob i. plebs incredula: sed postquam gesta Christi cognouit, reuixit spiritus eius, & qui mortuus videbatur, fide resurrectionis Christi viuificatur. Vocatur ergo à filiis suis, id est, à Petro, Paulo, & Ioanne populus Iudæorũ ad gratiã. Occurrit illi Iudas, qui interpretatur cõfessio, quia præcedit confessio, quos antè perfidia possidebat, & sic Ioseph, id est, Christus occurrit, qui senem iam ætate suscipiat, vltimo tempore populũ Iudæorum nõ secundũ merita, sed secundũ electionem gratiæ, & imponat manũ super oculos eius, & cæcitatem auferat, quod distulit, vt postremus crederet, qui ante non putauit esse credendum. Vnde Rom. 11. c. *Quia cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium subintraret, & sic omnis Israel saluus fieret.*

D

a ¶Paulo scientiam trinitatis & crucis, quæ per Tau literam reputatur. 300. significantem.
b ¶Id est, scientiam & moderationem quinque sensuum, quæ amplior in Paulo. c ¶Per apostolos mittitur Iudæis thesaurus fidei & honestas morum.

trecentos argenteos, cum b quinque † stolis optimis, † tantundem pe- †mutatoris vestis. †parti suæ mitt hæc.
a ¶Doctores ex gentibus decalogi mandatis instructos.
cuniæ, & vestium mittens patri suo, addens ei asinos decem, qui sub-
a ¶Omni plenitudine scientiæ Iudæos imbuerent. b ¶Quæ pseudoapostolos significare pos-
sunt, de quibus dicit Apostolus Philip. 1. c. Siue ex occasione, siue ex veritate annuntietur Christus.
ueherent ex omnibus diuitiis Aegypti: & totidem asinas triticum in
a ¶Nolite contendere de temporalibus. a ¶Apostoli.
itinere, panésque * portantes. Dimisit ergo fratres suos: & proficiscentibus ait: Nè irascamini in via. Qui ascendentes ex Aegypto, ve-
a ¶Christus incarnatus est. b ¶Dominus est orbis terrarum.
nerunt in terram Chanáan ad patrem suum Iacob, & nuntiauerunt
a ¶Aduentu Christi. b ¶Iudaicus populus. c ¶Torpore carnalis vitæ.
ei, dicentes: * Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra
a ¶Ad primam suasionem. ¶Alias contra.
Aegypti. Quo audito Iacob, † quasi de graui somnõ euigilans, tamen
a ¶Agnouisset euangelij plenitudinem, & charismatum distributionem. ¶Alias vniuersa.
b ¶Qui per longam cæcitatem quasi mortuus fuerat.
non credebat eis. Illi ecõtra referebant † omnem ordinem rei. Cumq;
vidisset plaustra † & munera, quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait: Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus viuit, vadam & videbo illum, antequam moriar.

Numerus Iacob, Ioseph filium vincre. * adhuc. † vacillauit (vel debilitata est) cum eius: quia (i. valde) grauitus eis. E †omnia verba quæ locutus fuerat ad eos Ioseph.

† & vniuersa.

a *Cuncteq;*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ne irascamini &c. *Hoc dixit Ioseph, quia timebat, ne cum fratres ab eo recessissent, litigarent adinuicem imponendo sibimet vnus alteri malitiam factam contra Ioseph.*

2 Qui ascen. &c. *Hic describitur suauitas gaudij in patre, ex auditu rumorum quòd Ioseph adhuc viueret.*

3 Referebant omnem &c. *scilicet quare & quomodo Ioseph venditi derant, & qualiter fuit promotus in Ægypto, extunc tot auditis & visis signis manifestis de vita Ioseph, Iacob credidit.*

✠ CAP.

F

MORALITER.

✠ † *Quo audi. &c.* Per patriarcham Iacob qui audita prosperitate Ioseph filij sui, fuit valde gauisus, significatur bonus prælatus secularis vel religiosus, qui audita bona fama filij sui spiritualis ritualis in scientia pariter & in vita, debet valde gaudere, sicut scriptum est. Prouerbio. x. a. *Filius sapiens lætificat patrem:* & cum hoc Deo gratias agere, & sacrificium laudis offerre pro tanto beneficio, Ideo subditur:

✠ *Profect.*

CAPVT LXVI.

A PRofectúsque Israel cũ omnibus, quę habebat, vênit ad puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui 1
¶Non recenti. a ¶Merito in loco pacis & cõcordiæ videtur Deus, quia illic mãdauit Deus benedictionẽ.
Isaac, audiuit eũ per visionem † 2
nocte vocantẽ se, & dicentem sibi: Iacob, Iacob. Cui respondit: Ecce adsum. Ait illi Deus: 3
a ¶Quia me habes adiutorem, 4
Ego sum fortissimus Deus patris tui: Nôli ti- 5
a ¶Securus contra spirituales nequitias pugnaturus.
† sed. †quia in gẽtem magnã faciã te ibi. Act. 7. v. mere † & descẽde in Aegyptum † faciamq; te †
a ¶Imitatricem fidei tuæ. b ¶Quia tecum erit gloria mea.
ibi in gẽtem magnam. Egõ descendã tecum 6
a ¶In potestate mea. b ¶Ad terram promissionis.
illuc, & ego inde adducãm te rẽuertẽtem. Ioseph quoque ponet † manum suã super ocu- 7 †man* suus. 8
los tuos. Surrexit Iacob à puteo iuramenti, tu- 9
B leruntq; eum filij cũ paruulis & vxoribus suis in plaustris, quæ miserat Pharao ad portandũ senẽ, & † omnia quæ possederat in terra Chanaan, venítque in Aegyptũ cum omni semi- 10
a ¶Pluralis pro singulari, sicut pro plurali singularis solet poni, vxam enim tantum habebat filiam nomine Dinam, vel neptes filias vocauit.
ne suo, filij eius & nepotes, filiæ & cuncta simul progenies. Hæc sunt autem nomina fi- 11
liorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum, ipse cũ liberis suis. Primogenitus Ruben. Filij 12
Ruben, Henoc & Phallu, & Hesron, & Charmi. Filij Simeon, Iamuel & Iamin & Ahod & 13
Iachin 14 Iachin & Sohar & Saul filius Chananitidis. Filij Leui: Gerson & Chaath & Merari. Filij Iu- 15
da, Her & Onan & Sela & Phares & Zara. Mortui sunt autẽ Her & Onan in terra Chanaan. Natíque sunt filij Phares: Hesrõ & Hamul. Filij Issachar: Thola & Phua & Iob & Simeron. Filij Zabulon Sared & Elon & † Iahe- 16 alias † Iahel.
¶Quia patres eorum ibi geniti.
lel. Hi filij Liæ, quos genuit * in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua. Omnes animę filio- 17 *Ipsi. Iacob.
rum eius & filiarũ triginta tres. Filij Gad: Sephon & † Aggi & Esebon: & Suni & Heri & 18 alias † Thaggim.
Arodi & Areli. Filij Aser: Iamna & Iesua & Iessui & Beria, Sara quoque soror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. Hi filij Zelphæ, quã E
dedit Labã Liæ filiæ suæ, & hos genuit * Iacob 19 * Ipsi.
sedecim animas. Filij Rachel vxoris Iacob, Ioseph & Beniamin. Natíq; sunt Ioseph filij in terra Aegypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos, Manasses et Ephraim. Filij Beniamin, Bela et Bechor et Asbel, Gera et Naaman et Echi et Ros et 20
¶Alias Iphi. ¶Alias Ros. ¶Aliam Osim.
Mophim et Ophim, et Ared. Hi filij Rachel, quos genuit Iacob, omnes animę quatuordecim. Filij Dã: † Husin. Filij Nephthali: Iasiel et 21 22 23 24 25 26 † Husim. F
Guni et Iesser et Sallem. Hi filij Bala quã dedit Laban Racheli filiæ suæ, et hos genuit Iacob. 27

Exod. 1. a. & 6. c. Num. 26. a. Numerus ingressorũ Aegyptum.

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT XLVI.

1 PRofectus. *Hic describitur descensus in Aegyptum quantum ad Iacob & familiam eius: vbi primò describitur descendendi modus. Secundo descendentium numerus, ibi:* Hæc sunt autem nomina. *Tertiò ipsius Ioseph occursus, ibi:* Misit autem Iudam. *Circa primum dicitur:*

2 Venit ad, &c. *id est, in Bersabee, qui locus interpretatur puteus iuramenti, & fuit vocatus ille locus sic ab illo puteo, qui est ibi, vbi iurauerunt fœdus inter se Abraham & Abimelech, vt dictum est suprà 21. ca. per locum autem illum voluit transire Iacob duplici de causa. Vna fuit, quia erat in via eundi in Aegyptum. Bersabee enim est vltima villa terræ Chanaan eundo versus Aegyptum. Secunda causa fuit: quia Abraham cuius ipse ibi inuocauit dominum, vt habetur suprà 21. c. Similiter Isaac pater suus suprà 26. c. & ideo voluit illuc ire ad deprecãdum dominum pro suo itinere, sicut & fecit, quando iuit ad Laban. transiuit enim per montem Moria, vt ibi oraret dominum, vt ipsum dirigeret in via, vt dictum est suprà 28. cap.*

3 Iacob, Iacob. *Duplicatio nominis signum est diuinæ dilectionis.*

4 Cui respon. &c. *Paratus ad imperium tuum.*

5 Noli timere, &c. *Licet enim desideraret videre Ioseph, formidebat tamen descendere in Aegyptum, quia erat senex & debilis, & quia timebat in aliena terra sepeliri extra sepulchra patrum suorum, & ideo dominus assecurauit eum de vtroque dicens:*

6 Ego descendam tecum illuc. *quantum ad primum.*

7 Et ego inde adducam te. *quantum ad secundum, quia fecit reportari corpus suum ad sepeliẽdum in spelunca duplici: vt habetur infra 50. cap. Potest autem & hoc aliter intelligi de Israel, quos eduxit de Aegypto in brachio extento & manu potenti, vt habetur in Exod.*

8 Ioseph quoque, &c. *Mos erat antiquorum, quòd persona predicta claudebat oculos defuncti: per hoc autem certificatus fuit Iacob, quòd Ioseph non moreretur antè ipsum, quod summè desiderabat.*

9 Surrexit Iacob à pu. *confortatus de diuina consolatione. Sequitur.*

10 Nepotes filiæ. *Licet haberet vnicam filiam, scilicet Dinam, dicitur tamen in plurali, quia filiæ filiorum eius filiæ dicebantur, & cum Dina hic intelliguntur.*

11 Hæc sunt autem nomina. *Hic cõsequenter describitur numerus descendentium, vbi considerandum, quòd aliqua personæ hic nominatæ, alibi in scriptura aliter nominantur, eisdem modis & rationibus, quæ suprà tactæ sunt de filijs Esau. 36. cap.*

12 Primogenitus Ruben. *Occasione eius enumerantur post eum omnes filij Liæ naturales & adoptiui antè alios filios. Et patet litera exceptis paucis vocabulis.*

13 Iamuel: *Numeri. 26. vocatur Namuhel.*

14 Sohar. *Hic in Paralipomenon non nominatur: quia nulla progenies processit de eo.*

15 Onan. Per n. *debet scribi in fine. Iob. 1. Paralipo. 7. vocatur Iasub.*

16 Hi filij Liæ quos, &c. *Hoc videtur falsum: quia filij Iudæ suprà nominati non fuerunt ibi geniti, vt patet suprà 38. cap. Dicendum, quòd pater eorum fuit genitus in Mesopotamia, scilicet Iudas.*

17 Omnes animæ, &c. *In hoc tamen numero non includitur Dina, vt patet si computentur mares.*

18 Filij Gad. *Hic enumerantur filij Zelphæ, qui erant filij Liæ adoptiui, & patet litera.*

19 Filij Rachel. *Hic enumerantur filij eius.*

20 Asbel. *1. Paralip. 8. vocatur Iadiel.*

21 Gera. *Paralip. 7. vocatur Ahara.*

22 Naaman. *Hic vocatur Nohaba ibidem.*

23 Echi. *Hic vocatur Rapha, ibidem.*

24 Ros. & Mophim. *Duo nomina sunt, & in aliquibus libris simul iunguntur pro vno, & male. & eodem modo defecit Remigius libro de interpretationibus ponens ambo pro vno nomine. Remigius enim qui fecit illum librum, videtur parum sciuisse de Hebraico, quia in pluribus interpretationibus, defecit: propter quod beatus Hiero. frequenter eum redarguit in libro de Hebraicis quæstionibus, & in alijs locis.*

25 Filij Dan. *Hic enumerantur filij Balæ.*

26 Husin. *Licet iste fuerit vnigenit' ipsi Dan, tamẽ hic dicitur filij, quia aliquãdo in sacra scriptura ponitur plurale pro singulari, sicut econuerso, vt habetur Exod. 8. f.* Venit musca grauissima, *i. multitudo muscarũ.*

27 Sallem. *Alias* Sillem. *Hic vocatur Selhoan. 1. Paralipo. 8. Si autem coniungantur simul filiæ Liæ. 33. & pueri Zelphæ 16. & Rachel. 14. & Balæ 7. faciunt 70.*

11 Hæc

MORALITER.

1 *Profectus Israel cum omnibus quæ habebat, &c.*

2 *Venit ad puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo.* Et quoniam gratitudo de beneficio accepto reddit hominem aptum ad aliud recipiendum. Ideo subditur.

† *Audiuit eum per visionem nocte vocan, &c.* Nam prælatus Deo gratus meretur à Deo nouam illuminationem, & etiam populi sui multiplicationem in bono. ideo subditur.

† *Faciamq; te ibi in gentem magnam, &c.* Et etiam vitæ præsentis quietam terminationem. Ideo subditur:

8 *Ioseph quoque ponet manum suam super oculos tuos.* Et etiã bonum successorẽ, qui significatur per Ioseph, cui dixit Iacob. j. eo. ca.

omnes

✠ 1 Cuncteq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

indo gentium, & sic omnis Israel saluus fieret.

A 2 *Cunctæq; animæ, &c.* AVGVST. Videndum est quid respondeatur eis, qui hoc testimonio confirmant à parentibus animas cum corporibus propagari. animas enim dictas pro hominibus à parte totum figurata locutione nullus ambigit. Sed quomodo ipsam partem, id est, animā, cuius nomine totus homo significatus est, alienamus ab eo quod dictum est? Exierunt de femoribus eius, vt carnes ex illo tātùm natas (quāuis solę animę nomine tur) accipiamus, quæ tēdi sunt modi locutionum in scripturis.

In q. Hebr. b *Filij autē Ioseph.* HIERO. Omnes animæ dom⁹ Iacob, quæ ingressę sunt in Aegyptū fuere 75. qa excepto Ioseph & filiis eius. 66. aīæ, quæ egressæ sunt de fœmorib⁹ Iacob, introierūt in Aegyptū nulla dubitatio est. Ita enim per singulos supputat⁹ numerus approbauit, vt ī Hebręis voluminib⁹ inuenitur. Quòd autē in 70. legimus, *filij Ioseph, qui nati sunt in Aegypto, animæ nouem.*

B Sciamus pro *nouem* in Hebræo esse *duas*. Ephraim quippe & Manasse, antequā Iacob intraret Aegyptum, & famis tempus ingrueret, nati sunt in Aegypto. Illud quoque quod suprà legimus: *Facti sunt filij Manasse, quos genuit ei concubina Machir. Et Machir genuit ei Galaad. Filij autem* d *Ephraim fratris Manasse, &c.* Quasi per anticipationem factū esse describitur. Neq; enim quādo ingressus est Iacob in Aegyptum eius ætatis erant, vt filios generarent. Vnde apparet omnes animas, quæ ingressę sunt in Aegyptum de femoribus Iacob fuisse 70. quia 66. post eum ingressæ sunt, & repererunt in Aegypto tres, Ioseph, scilicet, cum duobus filiis. Septuagesimus autem fuit Iacob ne videamur adC uersum autoritatem scripturæ loqui. Deuter. 10. d. etiā septuaginta interpretes in Deuteronomio transtulerunt, quòd ingressus est Israel. In 70. animabus Aegyptum. Si quis igitur nostræ scripturæ refragatur, scripturam intra se contrariam faciet.

Ipsi enim 70. interpretes, qui 75. animas per prolepsim cum Iacob & posteris eius ingressas esse dixerunt, in Deuteronomio 70. tantum introisse memorarūt. Quod si opponitur, quomodo in actibus apostolorum dicatur 75. animas ingressas esse in Aegyptum, facilis exculatio est. Non enim debuit Lucas ipsius scriptor historię in gĕres Actuū Apostolorum volumen emittĕs contrarium scribere ei scripturæ, quæ tam fuerat diuulgata in gentibus, & maioris opinionis in tempore erat 70. authoritas quàm Lucas, qui ignotus & vilis. hoc autē generaliter obseruandum, quòd vbicunque apostoli aut apostolici viri loquuntur ad populos, his testimoniis abuntuntur, quæ iam fuerant in gentibus diuulgata, licet plerique tradant Lucam, vt proselitū Hebręas literas ignorasse.

✠ CHRYSOSTO. Scriptura numerum tāta diligentia annotauit, vt sciamus quomodo Dei prędictio impleta sit, *fuciā te illic in gentem magnā.* Nā ex his paucis animabus in sexcenta milia genus Israel propagatum est.

c *Misit autē Ia. &c.* HIER. Iudā verò misit ante se ad Ioseph, vt occurreret ei ad vrbē Heroū in terra Rameſſes. In Hebræo nec habetur *vrbē Heroum*, nec *terrā Rameſſes*. sed tātùmodo *Gessen* vel *Gosen*. Nōnulli Iudęorū asserunt Gessen nūc Thebaiden vocari, & quod sequitur, *dedit ei vt possideret in Aegypto terā optimam in Rameſſe*, pagum Arsenoyten sic olim vocatum autumant.

d *Et sunt viri pa.* AVGVST. Cōmendatur in patriarchis, quòd pecorum nutritores erāt à pueritia sua, & à parēt̄ibus suis: quia hæc iusta est seruitus, iusta dominatio, cū pecora homini seruiunt, & ipse pecoribus dominatur. vnde Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram, & habebit potestātem piscium maris, & volatilium cæli, et omnis pecorum quæ sunt super terram,* vbi insinuatur rationem debere dominari irrationabili vitæ. Seruum autē hominē homini vel iniquitas vel aduersitas fecit.

Iniquitas

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cunctæq; animæ, quæ ingressæ sunt, &c. *Circa istos numeros sequentes vary doctores varie dicunt & multipliciter, accipiam autem duos modos dicendi, qui videntur mihi probabiliores.*

2 Sexaginta sex. *Iste numerus est personarū, quę egressæ sunt de Iacob, & cum hoc ingressæ sunt in Aegyptum cum eo, vt patet in litera. Et ideo ab hoc numero excluduntur Her & Onan, qui non intrauerunt Aegyptum, sed mortui sunt in terra Chanaan, vt prædictum est in isto cap. & supra 38. c. Similiter excluduntur Ioseph & duo filij eius, qui iam erant in Aegypto, antequam Iacob ingrederetur, & sic de numero 70. prædicto remanent cū quibus si ponatur Dina, quæ fuit exclusa a numero 33. puerorum Lia, vt supra dictum est, & quæ ingressa est cum Iacob in Aegyptum, sic habemus 66. personas hic numeratas, cum quibus si addantur Ioseph & duo filij eius, & Iochabeth filia Leui, quæ concepta erat ante ingressum Iacob in Aegyptum, nondū tamen nata, vt dicunt Hebræi, & sic intrauit in Aegyptum, licet in vtero matris. & sic habemus vltimum numerum cum dicitur.* Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt Aegyptum, fuerunt 70. *sed scriptura non exprimit, quòd Leui aliquā filiam habuerit, quæ vocata fuit Iocabeth: quia illa de qua fit mentio in Exod. nō fuit eius filia, vt ibi dicetur. ideò potest hic dimitti & loco eius poni ipse Iacob, qui cum prole sua ingressus est, & sic sunt 70. vnde & in hoc numero vlti. non dicitur:* Omnes animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob, *quia ipse non fuit egressus à seipso, sed dicitur:* Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum fuere 70. *Et hic modus dicēdi videtur conuenientior, tamen ingressus ipsius Ioseph fuit ante ingressum patris, & similiter ingressus filiorū Ioseph, qui dicuntur hic ingressi ratione patris sui, & sic in eo quodammodo ingressi sunt: Vnde & de persona hic aliter nominatis non accitur.* Quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptū, *sed* quæ ingressæ sunt, *absolute. Translatio verò 70. hic habet 75. Seu secundū Hiero. hic cum prædictis numerauerunt quinque filios filiorum Ioseph, qui tamen nondum erant nati: & hoc factum est per anticipationem propter honorē Ioseph propter quem alij fuerunt recepti honorificè in Aegypto. & hāc translationem secutus est Lucas Act. 7. Quòd autem aliqui dicunt nullā mulierem hic computari, patet falsum, quia Sara computatur inter filios Zelphe, aliter non essent 16. sed 15. tantū quod est contra textum vbi dicitur:* Sedecim animas, &c. *Considerandum etiam, quòd cum dicitur hic:* Animæ egressæ de femore Iacob, *nō est per hoc intelligendum, quòd anima intellectiua sit per generationem sed accipitur hic anima pro homine, eo modo quo totum denominatur a parte principaliori. licet autem generetur, anima tamē intellectiua non generatur sed creāda infunditur.*

3 Misit autem Iudam. *Hic describitur ipsius Ioseph occursus, & secundum quod mandauerat patri suo in terra Gessen, quousque Ioseph ei ibidem occurreret, significans ei suum aduentum. & hoc est quod dicitur:* Misit autem Iacob, &c. *quia Iudas inter alios filios qui erant cum Iacob, erat honorabilior & rationabilior.*

4 Ascēdit ob. patri. *tum vt debitā reuerentiam patri exhiberet, tum vt patrē & fratres instrueret, quomodo cū rege loqueretur. ideò sequitur:*

Cūq; vocauerit vos, scilicet, & dixerit: quod est opus vestrū? respōdebitis: Viri pastores sum⁹, &c. *Cuius causa subditur, cū dicitur:*

5 Hæc autem, &c. *quæ fertilis est & apta animalibus alendis.*

6 Qui detestantur, &c. *& sic volunt, quòd habitent seorsum ab eis. Causa autem quare detestantur est, quia percutiunt animalia aliqua, quæ tanquam dij ab Aegyptijs coluntur.*

CAP.

MORALITER.

† *Iam latus mo. quia vidi, &c.* Multum enim consolatur bonus prælatus, quando adhuc viuens scit se bonum successorem habiturum: & sic fuit de Mose & Iosue sibi succedente, & de beato Petro & Clemente, & de sancto Martino & Briccio, & multis aliis ex speciali diuina reuelatione.

A Iniquitas sicut dictum est. *Male dictus Chanaan, seruus erit fratribus suis.* Aduersitas, sicut Ioseph à fratribus venditus, alienigenæ factus est seruus. Primos ergo seruos, quibus hoc nomen lingua Latina dedit, bella fecerunt. Qui enim superatus iure belli posset occidi, quia seruatus est, seruus appellatus est. Inde & mancipia, quia & manu capta sunt. Est etiam ordo naturalis in hominib⁹, vt

Ioseph nūtiat Pharaoni aduētum patris, & fratres introducit.

seruiāt fœminæ viris, filij parēt̄ibus, quia & illic hæc iustitia est, vt infirmior ratione seruiat fortiori. Hæc igitur in dominationib⁹ & seruitutibus clara iustitia est, vt q

B excellunt ratione, excellāt dominatiōe, quod cùm in hoc seculo per iniquitatem hominū pertutbatur, vel per naturarum carnaliū diuersitatem, ferunt iusti tēporalem aduersitatem in fine habituri ordinatissimam & sempiternam fœlicitatem.

In q. super Genes. a *Dies peregrinationis, &c.* AVGVST. Quid est, quòd dicit Iacob Pharaoni: *Dies annorum vitæ meæ quos incolo, &c.* Sic enim habent Græci, quod Latini habent, *ago* vel *habeo*. Vtrum ergo ideò dixit *quos incolo* quia in terra natus est, quam nondum populus diuina promissione hæreditatem acceperat, & ibi vitam ducens, vtique in aliena terra erat, non solum quando peregrinabatur sicut in Mesopotamia, sed etiā quando ibi erat vbi natus est. An potius secundum illud Apostoli accipiendum est 2. Cor. 5. b. *Quandiu sumus in corpore peregrinamur à domino.* Et illud: *Inquilinus sum ego in terra, & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Iterū dicit de omnib⁹ diebus vitæ suæ, *non peruenerūt in dies annorum patrū meorū*: quos dies incoluerūt. Non enim hic aliud voluit intelligi, quàm q Latini codices habent, *vixerūt.* Et per hoc significauit hanc vitam esse incolatum, id est, peregrinationis habitationē. Sed hoc sanctis cōuenit, quibus æterna patria promittitur. Videndum est ergo quomodo de impiis dictum est: *Incolent & absconderunt, ipsi calcaneum meum obseruabunt.* De his enim conuenientius accipitur, qui vt abscondant, incolunt. Non manent in domo in æternum.

Peregrinatio Iacob.

a Sancti aduenæ & peregrini super terram.

annorū vitæ tuæ? Respondit: Diēs peregrinationis vitæ meæ, centum

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XLVII.

Diuiſio. 1 IN gressus ergo Ioseph. *Postquam Moses descripsit descensum Iacob in Aegyptum, hic consequenter describit ipsius moram & statum ibidem. Et primò quantum ad eius inhabitationem. Secundò quantum ad finem & consummationem ibi.* Factiq; sunt omnes dies. *Adhuc primò describitur ipsius Iacob receptio gratiosa, secundò eius sustentatio larga, ibi:* Ioseph verò. *Adhuc primò describitur ipsius receptio benigna in prole sua: secundò in persona propria, ibi:* Post hoc introduxit. *Circa primum dicitur:*

2 Pater meus & fratres, &c. *Hoc nuntiauit Ioseph Pharaoni, antequam adduceret fratres suos ad præsentiam ipsius, ad probandum si affectio bona regis erga eos perseueraret sicut a principio.*

3 Et ecce consistunt in ter. Gessen, &c. *Hoc addidit Ioseph, quia desiderabat, quòd illa terra eis assignaretur. vt patet in præcedenti ca. & ideò hoc dixit, ac si ei insinuaret, ex quo vxores & familia & omnia bona eorum mobilia sunt ibi, bonum esse, quòd remanerent illic, quia labor esset eos alò transferre.*

4 Extremos quoque fratrum suorum. *Extremitas alicuius rei accipitur dupliciter scilicet, a parte superiori, & a parte inferiori. & secundum hoc ista littera dupliciter exponitur, vno modo sic:* Extremos fratrum, *id est, minores & debiliores. & hanc expositionem sequuntur Iudæi dicentes, quòd hoc fecit Ioseph, ne si rex vidisset maiores & fortiores, posuisset eos cum viris bellatoribus. Alio modo sic:* Extremos fratrum, *id est, maiores & valentiores. vt ex hoc rex & consiliarij sui magis haberent acceptum dominium Ioseph, videntes cognationem eius esse tā gratiosam. & istud magis concordat cum prædictis cap præcedenti.*

5 Ad peregrinandum, &c. *id est, ad morandum ad tempus, cuius causa subditur:*

Quæstio. 6 Quoniam non est her. gre. &c. *sed si non erat in terra Chanaan herbas quomodo erat in Aegypto, vbi erat tanta sterilitas, sicut alibi. Et dicunt aliqui hic, quòd tempore siccitatis ex qua causabatur illa sterilitas, fuit bona pascua in Aegypto: quia magna inundatio Nili ex aqua remanente super terram plus impedit nascentiam herbarum, quàm siccitas. Vel aliter potest dici, quòd terra Gessen, quam petebat, erat sic disposita, quòd non erat ibi tanta siccitas, quin esset sufficienter pascualis. ex quo habebant colorem petendi eam, quia bona eorum consistebant principaliter in animalibus.*

7 Terra Aegypti in conspectu, &c. *Ac si diceret, vbicunque placuerit tibi, fac eos habitare.*

8 Post hæc: *Hic consequenter describitur receptio Iacob in persona propria, quia postquam Ioseph expertus fuerat, quòd rex fratres suos gratiose receperat, certificatus est de bona receptione patris sui. Ideò sequitur:*

9 Et statuit eum eo. &c. *Tum vt patrem suum honoraret de accessu ad præsentiam regis, tum vt pater suus gratias redderet ipse regi de bonis ab eo receptis pro se & familia sua.*

10 Qui benedicens illi, *scilicet regi, quem Iacob salutauit, & cui imprecatus fuit bona: & istud vocatur hic benedicere.*

11 Dies peregri. &c. *Quia primò peregrinatus fuerat in Mesopotamiam apud Laban: vt supra dictum est. Item peregrinatus erat in terra Ægypti, in terra vtiam Chanaan habitauerat, vt peregrinus pro maiori parte: quia non erat assecutus dominium in illa nisi in parua portione. Aliter etiam exponitur: quia tota vita humana in præsenti, non est nisi quædam peregrinatio respectu cœlestis patriæ, secundum quod dicit apostolus Heb. 13. c.* Nō habemus hic manē. ci. sed fu. inqui. &c.

✠ 1 Sunt

MORALITER.

1 *Ingressus ergo Ioseph, &c.* Per hoc autem, quòd Ioseph exaltatus à rege fratres suos statuit promouere, ostenditur quòd quilibet exaltatus à Deo maximè quantum ad regimen ecclesiæ debet esse sollicitus de promotione bonorum, qui dicuntur eius fratres, quia sunt in virtute similes. Frater enim dicitur quasi fere alter, ideò de talibus promotis subditur:

† *Pastores ouium sumus.* & sicut prælatus honoratur à subditis, ita debet prælatus superiorem honorare, propter hoc subditur:

8 *Post*

8 *Post hæc intro. &c.* regem, scilicet, cælestem qui per terrenum intelligitur propter regiam dignitatem. Dicitur autem prælatus viuens patrem suum ad regem introducere, quando pro prædecessore suo orat Deum deuotè, vt veniat ad conspectum regis gloriæ.

10 *Qui bene, & et benedicto rege, &c.* Veniens igitur ad conspectum Dei clarum benedicitur ab eo dono gloriæ, quod est summa benedictio, & econuerso ipse benedicit Deum benedictione laudis æternæ. Psalmo 83. a. *Beati qui habitant in domo tua, &c.* Per hoc autem quòd subditur.

✠ † *Egres*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Ioseph vero, &c.* Quærendum est, vtrum terra Rameſſes ipſa ſit
A Geſſen. hanc enim petierant, & Pharao præceperat dari.
Allegoricè. ISIDORVS. Tradidit Ioſeph patri & fratribus optimam terram Geſſen, præbens eis cibaria, quia fames terram oppreſſerat, ſic & dominus parētibus, id eſt, patriarchis, & prophetis, ex quibus eſt ſecūdum carnem, ſiue omnibus ſanctis de quibus in euāgelio dicit Matth. 2. d. *Hi ſunt fratres mei, qui faciunt voluntatem patris mei*, his dat terram optimam, de qua dicitur Pſal. 26. d. *Credo videre bona domini in terra viuentium.*

b *Præbēs cibaria ſing. &c.* Metiebatur triticū patri ſuo Ioſeph: nec tamen eum pater quādo vidit, nec quando triticum accepit, adorauit. quomodo ergo ſemnium impletum putamus, niſi maioris rei contineat prophetiam?

B c *Adducite pecora veſtra: & dabo vobis, &c.* Quæritur, cum Ioſeph frumēta colligeret, vnde homines viuerent, pecora vnde viuebant, cum tanta fames inualuiſſet, & fratres Ioſeph Pharaoni dixerunt: *Non ſunt paſcua pecoribus ſeruorum tuorum, &c.* Si ergo ea fame paſcua defecerāt in terra Chanaan, cur in Aegypto non defecerant, cum eadem fames eſſet vbique? An ſicut perhibetur ab eis, qui loca ſciunt: in multis Aegypti paludibus poterant paſcua non deeſſe, etiam cum fames eſſet frumentorum, quæ ſolent Nili inundatione prouenire: dicuntur illæ paludes feracius paſcua gignere, quando aqua Nili minus excreſcit.

Paludes Nili.

Quæſt. 106. ✠THEODORETVS. Id nō ex immiti ingenio Ioſeph, ſed ne in tanta penuria alere pecora cogerentur, quæ deinde à Pharaone gratis recepturi erant.

C † 23. q. 8 c. tributum. §. Quānis. De immu. eccle. c. nō minus.

d Quin

1 Sunt parui & mali. *Dicuntur autem parui eius dies reſpectiue. Vnde ſubditur.*

2 Et nō peruenerunt. &c. *quia Abraham annus ſuus vixit. 175. annis, vt habetur ſupra 25. c. & Iſaac pater ſuus 180. annis, vt habetur ſupra 35. c. & alij patres eius priores adhuc diutius vixerūt vt habetur ſupra 11. c. Dicuntur autem dies eius mali, propter malū pœnalitatis, quod ſuſtinuit in vita ſua. Primo ex perſecutione fratris ſui Eſau. Secundo ex longa ſeruitute apud Laban. Tertio ex violatione Dinæ filiæ ſuæ. Quarto ex tranſgreſſione Ruben primogeniti ſui, qui fœdauit ſtratū eius. Quinto ex venditione Ioſeph, de qua fuit inconſolabiliter afflictus. Sexto de ſterilitate terræ Chanaan, vt patet ex prædictis.*

Diuiſio. 3 Ioſeph verò. *Hic deſcribitur ipſius Iacob ſuſtentatio per ipſum Ioſeph reſpectu patris. & ſecundo reſpectu regis, ibi.* E quibus. *Circa primum dicitur.*

4 Dedit poſ. in Aegy. *prouidēs patri & fratribus de loco habitationis.*

5 In op. ter. &c. *Eſt enim Rameſſes in territorio Geſſen, quod ſupra petiuerant.*

6 Et ale. eos: *prouidens eis de victu.*

7 E quibus. *Hic oſtenditur prouidentia Ioſeph reſpectu regis augendo ſibi fideliter theſaurum. & ſecundo clementer ſe habens erga populum, ibi.* Dixit ergo Ioſeph. *Circa primum dicitur ſic.* E quibus, *id eſt, ex Aegypto & Chanaan & aliis terris circum adiacentibus.*

8 Omnem pe. cō. *Non per exactiones, ſed per venditionem bladi iuſtam,*

† *Egreſſus eſt ſo.* Nō eſt intelligendus receſſus à Deo, ſed ſicut dicit ſaluator Ioā. 10. b. *Per me ſi quis introierit ſal. & ingre. & egre. et paſ inue.* Nam beati reficiuntur interius in aſpectu diuinitatis Chriſti, & exterius in aſpectu ſuæ humanitatis. Et hoc vocatur hic ingredi & egredi, & non per aliquem receſſum à Chriſto.

† *Cúmque defeciſſet emp. pre. &c.* Per hoc autem quòd Aegyptij bona mobilia & immobilia dederunt pro alimentis, per quæ

ſapientiæ

triginta annorum ſunt parui & mali, & non peruenerunt vſq; ad dies * patrum meorum, quibus peregrinati ſunt. Et benedicto rege egreſſus eſt foras. Ioſeph verò patri & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Aegypto, in optimo terræ ſolō Rameſſes, vt præceperat Pharao, & alebat eos, omnemq; domū patris ſui, præbens cibaria † ſingulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppreſſerat fames terram, maximè Aegypti & Chanaan. E quibus omnē pecuniā congregauit prouenditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. Cumq; defeciſſet emptoribus pretium, venit cuncta Aegyptus ad Ioſeph, dicens: Da nobis panes. Quare morimur corā te deficiente pecunia?

a ¶Pecora pro frumento damus, cum beſtiales motus a nobis amputamus, vt verbo veritatis vberius vacemus.

Quibus ille reſpōdit: Adducite pecorā veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium nō habetis. Quę cùm adduxiſſent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & aſinis: ſuſtentauitque eos illo anno pro cōmutatione pecorū. Venerunt quoq; anno ſecundo, & dixerunt ei: *Nō* cęlamus dñm noſtrū, quòd deficiente pecunia, pecora ſimul defecerunt. Nec

¶Vel domino noſtro.

clā te eſt, q̄ abſq; pecoribus & terra nihil habeam⁹. Cur ergo morimur te vidēte? Et nos & terra noſtra tui erimus. Eme nos † in ſeruitutē regiā, & prębę ſemina, ne pereūte cultore redigatur terra in ſolitudinē. † Emit igitur Ioſeph

a ¶Aliàs corporibus.

A qui ſpernens meliora, elegit peiora, dimittit arbitrio ſuo, vt ca-
Allegoricè. dat. *Emit igitur, &c.* Emptio Ioſeph, qui frugibus emit terram Aegypti, ſignificat Chriſtum doctrina & ſanguinis pretio redimere mundum. Quòd autem dicit, *accipe ſemina & ſerite agros: vt fruges habere poſſitis, &c.* Semen eſt verbum Dei, agri corpora, quæ vomere euangelico exarata, & ſemine ſpirituali ſeminata fructū virtutū germinant. quinta pars quæ regi dabat: quinque ſenſuū cenſus, qui Chriſto regi ſoluendus. Quatuor reliquæ in ſemētem & cibos poſſeſſoribus permittūtur, quia actualis vitæ vſus vnicuique cōcedi-

¶Corpore.

omnem terram Aegypti*, vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis, ſubiecitq; eam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouiſſimis terminis Aegypti vſque ad extremos fines eius,

a ¶Hinc habemus exemplum, quod poſſeſſiones eccleſiæ diſtrahi non debent, cum à regibus Deo ſunt mancipatæ, & ideo in nullius bonis computandæ.

præter terrā ſacerdotum, † quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria * ex horreis publicis præbebantur: & idcirco non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Dixit ergo Ioſeph ad populos:

a ¶Serui facti, id eſt plenè Deo ſubditi frumenta ad ſemen accipimus: quia verbum Dei proximis prædicare liberè poſſumus.

En, vt cernitis, & vos & terram veſtram Pharao poſsidet: Accipite ſemina, & ſerite agros: vt fruges habere poſsitis. Quintàm partem

a ¶Quintam partem damus, cum pro moderatione quinque ſenſuum Deo famulamur.

a ¶Quatuor retinemus cum in hac vita ſecundum cuiuſque facultatem laudabiliter conuerſamur.

regi dabitis, quatūor reliquas permitto vobis in ſementem, & in ci-

a ¶Salus mundi in poteſtate Chriſti

bos familiis & liberis veſtris. Qui reſponderunt: † Salūs noſtra in manu tua eſt: † Reſpiciat nos tantum dominus noſter, & læti ſeruiemus regi. Ex eo tempore vſque in præſentem diem in vniuerſa terra Aegypti, regibus quinta pars ſoluitur. Et factum eſt quaſi in legem abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Iſrael in Aegypto, id eſt, in terra Geſſen, & poſſedit eam, auctuſq; eſt & multiplicatus nimis, & vixit in ea decē & ſeptem annis. Factiq;

b *Prater terram.* ſunt omnes dies vitæ illiūs centū quadraginta ſeptē annorū. Cumq;

1 Subiecitq; eam Phara. &c. *In Hebræo dicitur ſic:* Et fuit terra ipſius Pharaonis, & populum tranſtulit ad ciuitates de fine terræ Aegypti vſque ad finem eius. *Dicunt enim Hebræi ad oſtendendum, quod terra erat ipſius regis immediatè Ioſeph fecit transferre populum de vna parte terræ Aegypti ad aliam, & econuerſo: vt per talem tranſlationem quilibet oſtenderet, & profiteretur, quòd nihil iuris haberet in hereditate ſua priſtina. Cauſa autem huius diuerſitatis inter tranſlationem noſtram & literam Hebraicam in hoc loco potuit eſſe ex hoc, quod iſtæ duæ dictiones Hebraicæ, ſcilicet, עברי Hæbir, & עיר Hæbid: quarum prima ſignificat, & fecit tranſire, & ſecunda ſignificat, & ſubiecit ſeruituti, non differunt in Hebræo, niſi in vltima litera, quæ in prima dictione eſt litera Res, in ſecunda litera Daleth. Iſtæ autem duæ literæ Hebraicæ, licet in ſono habeant magnam diuerſitatem, tamen in ſcriptura habent conuenientiam, & ideo propter ſimilitudinem hanc tranſlator noſter accepit vltimam dictionem pro prima vel econuerſo. Scriptores Hebræorum qui fuerunt poſt tempus tranſlatoris ſcripſerunt primam pro ſecunda, tamen vtraque litera, vadit ad eandem intentionem. Hebraica tamen magis exprimit, vt patet ex prædictis.*

Sacerdotes Ægyptij Ioſephus.

2 Præter ter. ſacerdotum. *Erant enim deputati ad cultum Deorum illius populi, & etiam ad ſtudium ſcientiarum ſpeculatiuarum, ſecundum quod dicit Philoſo. 1. Metaphy. quòd gens ſacerdotum Aegypti ibi primo ſtudere conceſſa eſt. Et Ioſephus in libro antiquitatum dicit, quòd Abraham quando deſcendit in Aegyptum, vt habitum eſt ſupra 12. cap. docuit ſacerdotes Aegypti Aſtronomiam, & ex tunc in talibus ſcientijs ſtudere cœperunt, & ideò à rege habebant victum, vnde ſubditur:*

3 Et ſtatuta cibaria ex horreis publicis, &c. *Et ex hoc loco habetur, quòd illis qui ſunt deputati diuino cultui & ſtudio, debet de victu ab his qui habent curam regendę communitatis prouideri.* Nota.

4 Dixit ergo Ioſeph ad populum. *Hic conſequenter oſtenditur clemētia Ioſeph erga populum in hoc, quòd terram Aegypti quam iuſto titulo pro rege acquiſierat, reddidit his, qui eam vendiderant pro quinta parte fructuum. ex quo patet, quod fecit eis magnam gratiam, quia alibi vbi terra non eſt notabiliter fertilis, benè traditur colenda & ſeminanda pro media parte fructuum. terra autem Aegypti non ſolum eſt benè fertilis, vt referant illi, qui eam viderunt, ſed etiam cum paruo labore, propter irrigationem Nili qui fœcundat terram illam. Et patet litera ex prædictis.*

5 Habitauit ergo Iſrael in Aegypto, &c. *Hic deſcribitur ſtatus Iacob in Aegypto quantum ad finem ſeu conſummationem, & primò deſcribitur ſuę ſepultura ordinatio. ſecundo dictæ ordinationis executio. cap. 50. Adhuc primò deſcribitur dicta ordinatio. ſecundò ſubditur filiorum benedictio. 48. c. In prima parte dicit ſic.*

6 Auctuſq; eſt, & multiplicatus, *in bonis ſpiritualibus, & temporalibus, & prole filiorum ſuorum.*

7 Cumq; appropinquare, &c. *Ex quo patet, quod habuit ſpiritum prophetiæ.*

† ſapientiæ rediret ad terram ſuam, & videret ſuas poſſeſſiones diſſipatas

diſſipatas riſit. Ego non eſſem ſaluus, niſi iſtæ periiſſent.

1 *Cumque appropinquare cerneret, &c.* Per hoc autem, quòd

† Iacob

Universidad de Navarra
Biblioteca

2 *Quo iurante.* AVGVSTINVS. Quod habent Latini codices, *adorauit super caput virgæ eius*, nonnulli emendatius habent: *Adorauit super caput virgæ suæ*, vel *in capite virgæ suæ*, vel *in cacumine*, vel *super cacumen virgæ suæ*. Et ideò meritò quæritur, quid sit quod dictum est. Nam facilè intelligeretur senem, qui virgam, ferebat sicut solet illa ætas, ad Deum adorandum se inclinasse super caput virgæ suæ, quam sic ferebat, vt super eam caput inclinãdo adoraret Deũ. Quid est ergo *adorauit super caput* vel *cacumen virgæ eius*, id est, *quæso. Ioseph? An fortè tulerat ab eo virgam, quando ei iurabat, & dum eam tenet post verba iurantis nondum illa reddita adorauit Deum? Noñ enim pudebat eum ferre tantisper insigne potestatis filij sui, vbi figura rei futuræ præsignabatur.

Ex Cathena Græca. *supra 25.d. B ✻GENNADIVS. Iacob Deo gratias acturus, vt reuerenter quantum poterat Deum adoraret, summo baculi sui innixus ac requiescens, non virgam, sed Deum adorauit, quemadmodum de Dauid scriptum est, *Adorauit Dauid in lectulo suo.* Sed alia litera habet, *Iacob inclinato capite super summum virgæ, Deum adorauit.*

✻DIODORVS. Iacob vtpote senex baculum tenebat. An verò ipse Iacob iam senio confectus, & qui non se facilè mouere posset, baculi summitate tetigit Ioseph, eámque partem qua eum tetigerat, osculatus est, vel ipse Ioseph adorato patre tetigit baculi summum. D Ibidem.

✻PROCOPIVS. *Adorauit ad summitatem virgæ eius*, id est, adorauit insignia regni quod administrabat Iosephus. Alij dicunt Iacobum more senum tenuisse scipionem. Adeunte igitur Iosepho, caput inclinauit, & speciem præbuit adorantis. Capite itaq; inclinato peracta est Aegyptiaca adoratio. 1 In c.48. †dié mortis suæ. 2 †supr.24.b

HIERONYMVS. *Et adorauit Israel contra summitatem virgæ eius.* Hoc etiam in loco quidam frustra simulant adorasse Iacob summitatẽ sceptri Ioseph: quòd, scilicet, honorans filiũ potestatẽ illius adorauerit, cùm in Hebræo multò aliter legatur: *Et adorauit Israel ad caput lectuli,* quia postquam iurauit ei filius securus de petitione, adorauit Deum conuersus ad caput lectuli. Sanctus enim vir & Deo deditus, senectute oppressus, sic habebat lectulum positum, vt ipse iacentis habitus absque vlla difficultate ad orationem esset paratus. In quæst. Hebraic. 3 non habet. † meorum. 4 † inclinauit se Israel 5

✻DIODO

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vocauit filium suum Ioseph. *Per nuntium: quia distabat ab eo negotijs regni occupatus.*

2 Pone manum tuam sub femore meo, *scilicet, ad iurandum per Christum nasciturum de Iacob, sicut suprà expositum est.24.c.*

3 Condásque in sepulchro maiorum, *scilicet, in terra promissionis: in qua erant sepulti Abraham & Isaac, & non solum propter illos desiderabat ibi sepeliri, sed principaliter propter redemptionem generis humani, fiendam per Christum ibi, qui in illa terra natus: & conuersatus est, mortuus & sepultus: & ibidem resurrexit, & inde ad cœlum ascendit: de quibus Iacob habuit fidem & notitiam aliquam: & forsitan videbat in spiritu, quòd cum Christo resurgente resurgerent multi sancti iam defuncti: vt habetur Matthæi 27.f. Et sperabat eum eo resurgere.*

4 Adorauit Israel dominum, *pro beneficio sibi concesso.*

5 Conuersus ad lectuli caput. *Caput enim lectuli erat versus terram promissionis, & ad illam partem adorabant Iudæi deuoti, quando erant extra terram illam, sicut habetur 3.Reg.8.& Daniel.6.cap.*

✻CAP.

F

MORALITER.

†Iacob de loco sepulturæ suæ fuit ita sollicitus, instruuntur sapientes esse solliciti de sepultura sua in loco sacro, & vbi copia suffragiorum habetur.

C

ADDITIO.

In cap. 47. vbi dicitur in postil. Omnem pecuniam congregauit.

Quia in emptione & venditione æqualitas iustitiæ obseruanda est, vt in secunda secundæ quæst.77.artic.1. in cor.quæst. Idcirco non videtur dicendum, quòd tantum valet res, quantum posset vendi. potest enim quandoque res vendi in multo maiori pretio, quàm valeat secundum verum suum valorem, & hoc propter magnam indigentiam ementis, quam habet de illa re: & in tali casu non est æstimandus valor rei secundum quantitatem quæ ipsa res potest vendi, quia sic si quis rem suam superuendit in notabili quantitate vltra iustum pretium propter magnam necessitatem ementis, tunc venditor videtur quasi vendere quod non est suum, quia id quod accrescit super iustum pretium, non est ex conditione rei venditæ, sed ex conditione ementis, vt in prædicta quæstione. Ad excusationem autem Ioseph, qui vendit bladà pro maiori pretio quàm emerat, sufficit diuersitas temporis, quæ sicut & diuersitas loci magnam faciunt differentiam in vero valore rerum, vt in prædicta quæstione.

REPLICA. Correctorij contra Burg. In cap.47. vbi postillator dicit de contractibus Ioseph quomodo fuerunt iusti, instat Burg. auctoritate sancti Thomæ secunda secundæ quæstione 72. articulo primo, in cor. quæst. & responsione etiam ad vltimum argum. asserens, quòd in commutationibus æqualitas iustitiæ seruanda sit. Sed ego cum postillatore verius puto: quòd in commutatiua iustitia æqualitas secundum naturam seruari non possit, quicquid dicat sanctus Thomas, per Burg. allegatus: quia totum aurum mundi secundum naturam non valet vnum equum, cum tamen ordine ad humanos vsus modicum aurum valet magnum equum. Æqualitas igitur in commutatiua iustitia, quæ est in contractibus non seruatur: sed per rationem iustitiæ mensuratur. vt dicit sanctus Diony. de diui. no. cap. 8. Ratio autem iustitiæ mensuratis hanc æqualitatem, & terminantis inæqualitatem describitur a beato Augustin. in lib. 83. quæstionum, quæst. 44. dicente: Iustitia est habitus animi communi vtilitate seruata, suam cuique tribuens dignitatem. Nunc autem tempore fertilitatis modicum aurum valet multum bladum, ideo secundum mensuram iustitiæ tempore sterilitatis modicum bladum valet multum aurum: ideo videtur dicendum, quòd tantum valet res secundum illam æqualitatis mensuram, quantum vendi potest seruata vtilitate non priuata, maximè cessantibus dolo, metu & violenta compulsione: sic & in his factis Ioseph prout postillator dicit. Fateor quidem quòd resipiciens ad solam necessitatem ementis: & sic carius vendens, quig non respicit ad commune conferens, sed priuatum, iustitiæ cultor non est: sed hoc non est in factis Ioseph, nec apparet ex dictis postillatoris.

CAP. XLVIII.

HIS itaq;, &c. a *Qui assumptis, &c.* HIERO. Et tulit duos filios secum, Manassen & Ephraim. Ex hoc apparet, quod suprà diximus, quia Ioseph ad id locorũ duos tantũ filios habuit, Ephraim & Manassen. Si autem post multos annos moriente Iacob duos tantum duxit ad benedictionem, illo vtique tempore cum filij eius generare nequiuerant paruuli atque lactantes in ingressu patris & fratrum nepotes ex his habere non potuit. a

b *Qui confortatus se.* HIERO. Et confortatus Israel sedit super lectulum. Cur Lxx. idẽ verbum aliter atque aliter ediderint, nescio, sed audacter dicò, quòd idem verbum מטה mittha, quod hic lectulum transtulerunt suprà vbi dixit adorasse Iacob, virgam nominauerunt. b

✻RVPERTVS. Sancto spiritu super eum irruente, cõfortatus est. Vnde enim fiduciam habere poterat, vt diceret, iste erit in populos & multiplicabitur, *sed frater eius iunior maior erit illo*, nisi quia virtute spiritus prophetici inualuerat. lib.9.ca.21.

✻c *Deus omnipotẽs.* RVPERT. Non dixit pater Isaac benedixit, quamuis hoc factũ sit, quia benedictio nõ hominis est sed Dei, & tunc valet hominis benedictio cum à Deo procedit, vel confirmatur testimonio. Cæterùm Abraham non benedixit Isaac, quia ex quo in holocaustum Cap.22. c

CAP. XLVIII.

HIS itaq; transactis nuntiatum est Ioseph, quòd ęgroraret pater †eius. Qui assũptis duobus filiis: Manasse & Ephraim, ire prexit: Dictumq; est †seni: Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui †confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaan, benedixitq; mihi, & ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam in turbas populorũ: Daboq; tibi terram hãc, & semini tuo post te in possessionẽ sempiternã. Duo igitur filij tui, qui nati sunt tibi in terra Ægypti, antequã huc venirem ad te, mei erũt, Ephraim & Manasses, sicut Ruben & Symeon reputabuntur mihi. Reliquos autẽ quos genueris post eos, tui erũt, & nomine fratrũ suorum vocabuntur in possessionibus suis. Mihi enim, quãdo veniebam de Mesopotamia: mortua est Rachel in terra Chanaã †in ipso itinere. Eratq; vernũ tẽpus: Et ingrediebar Ephratham, & sepeliui eã †iuxta viã Ephrathę, quæ alio nomine appellabatur Bethleem. Videns autẽ filios eius dixit ad eũ: Qui sunt isti? Respondit: Filij mei locaustum Deo oblatus est, benedictionẽ hæreditate possedit. D

d *Duo igitur filij qui nati, &c.* HIERONYMVS. Patet quòd lxx. animæ ingressæ sunt in Aegyptum, & quòd Ioseph eo tempore non nouẽ, sed duos tantũ filios habuit, sicut ipse Iacob testatur. Quod autẽ dicit Ephraim & Manassen sicut Ruben & Simeon: duæ tribus erunt, & ex suis vocabulis appellabuntur, & duos populos procreabunt. & terram promissionis hæreditabunt. Cum autem dicit reliquos filios quos post mortem meam genueris, ostẽdit necdum esse procreatos. Quod verò addit: *Et in nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis*, hoc est nõ accipiant terram separatim nec funiculos proprios, sed in tribus Ephraim & Manasse quasi appendices miscebuntur. vbi supra. 1 habuit, 2 tur. 3 bunt. 4 mortem 5 fratrum 6 bus 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 † sumptis 1 virtibus vel collectis. 2 supra 28. c. E

✻CYRIL. Ephraim nominat ante Manasse, iterum primogenitorum ius infringẽdo, spiritum carni præfert. Et notãdum primogenitis minores natu à Deo in diuinis scripturis præferri. Nam Abel Caym prælat[a] est, & Sem ipsi Iapher, Isaac Ismaeli, Iacob Esau, Ioseph Ruben & Iudę, Ephraim Manasse. Moses Aaroni, Dauid fratribus suis. Ex Cathena Græca.

e *Et sepeliui eam.* Ioseph quasi nescienti indicat, vbi & quãdo matrem sepelierit, fortè prophetice commemorans ibi sepultam esse matrem eius, vbi erat Christus nasciturus. Allegoricè. † in via.

Cumque F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXIX.

HIS itaq;. *Hic consequenter ponitur filiorum Iacob benedictio: & primò ipsius Ioseph in filiis suis. secũdo ipsius Ioseph in propria persona cum aliis filiis Iacob: 49.c. Adhuc primò describitur filiorum Ioseph adoptio. Secundo eorum beneædictio, ibi:* Videns ait. *Tertiò ipsius Ioseph specialis præmiatio, ibi:* Et ait ad Ioseph. *Adhuc primò describitur dicta adoptio, secundò subditur ipsius Iacob excusatio, ibi:* Mihi enim. *Circa primum dicitur.*

2 Nuntiatum est Ioseph quòd ęgro, &c. *Quia nuntij frequenter currebant de ipso ad patrem & econtrario, ad sciendum statum mutuum.*

3 Ire perexit. *Hoc non est in Hebræo, sensus tamen est. i. ad eundum se disposuit.*

4 Qui confortatus. *de aduentu filij sui prædicti.*

5 Deus omnipotẽs apparuit mihi in Luza. *Ista ciuitas vocatur Bethel, & Hierusalem, & aliis nominibus, vt supra expositũ est ca.28.*

6 Daboq; tibi terram hanc. *Hoc dixit Iacob, vt ostenderet, quòd poterat dare partem in terra illa promissionis filiis Ioseph sicut & propriis filiis. ideo subditur.*

7 Duo igitur filij tui. *Scilicet Manasses & Ephraim.*

8 Mei erunt; *per adoptionem.*

9 Sicut Ruben & Symeon reputabũtur mihi. *Quilibet eorum ita accipiet portionem suam in terra promissionis quando diuidetur, sicut filij mei naturales, & ponit exemplum de Ruben & Symeon plus quam de aliis, quia erant primogeniti, & ideo æquiparauit filios Ioseph ipsis per consequens & aliis minoribus.*

10 Reliquos autem quos genueris, &c. *Id est, non adopto eos tali modo.*

11 Et nomen, &c. *i. ab eis non denominabitur aliqua tribus, sed nominabitur sub tribubus Manasse & Ephraim, & cum eis accipient hæreditatem.*

12 Mihi enim. *Hic subditur ipsius Iacob excusatio, perpẽderat enim per aliqua signa, quod Ioseph mirabatur de hoc, quòd Iacob cum tantis sumptibus volebat portare corpus suum ad speluncam duplicem in Hebron, & maximè quia Rachel mater sua quæ fuerat vxor Iacob prædilecta, non erat ibi sepulta, & ideo Iacob volens super hoc pacificare Ioseph dixit:*

13 Mortua est Rachel, &c. *q.d. necessitas me compulit ipsam sepelire extra speluncam duplicem, quia eram in itinere cum magna familia: quam non poteram deserere, & adhuc nimis distabam à loco sepulturæ prædictæ.*

14 Eratq; vernum tempus. *In quo pecora habent fœtus in vtero, propter quod non poteram iter accelerare ne morerentur.*

15 Et sepeliui eam iuxta viam. *Vbi trãseunt homines communiter, & ædificant sepulchrum, ita quòd transeuntes poterant videre sepulturam eius, & memoriam eius ad alios deferre. acsi diceret ipsi Ioseph: debes me excusatum habere de hoc, quod non portaui eam ad sepulchrũ maiorum, quia habui legitimum impedimentum, sed nihilominus construxi ei nobile sepulchrum. Sic exponunt doctores nostri. Hebræi autem aliter exponunt licet ad eundem finem, videlicet ad excusationem Iacob de hoc, quòd Rachel non erat sepulta in Hebron. & secundum eos Iacob se non excusat propter difficultatem portandi corpus Rachel ad locum prædictum, imò primò excludit causam istam dicens:* Mortua est Rachel in terra Chanaan, *in qua terra est Hebron. & ideo longitudo itineris non me impediuit, & maximè quia secũdum descriptionem terræ sanctæ Hebron nõ distat à Bethleem iuxta quam sepulta est Rachel, nisi per sex leucas vel circiter.* Eratq; vernum tempus, *quod est aptũ ad itinerandum, & ideo malitia temporis similiter me non impediuit. Quid igitur? voluntas Dei & eius ordinatio. Dicunt enim Hebræi, quod Iacob sciuit ex diuina reuelatione, quod tempore Nabuchodonosor destruenda erat Hierusalem: vt habetur 4 Reg.25.c. & quod Nabuzardã duceret populum eius captiuum in Babylonem, & quòd trãsirent iuxta sepulchrum Rachel, quòd est super viam illam. & transitu illorum ipsa Rachel de sepulchro miraculose clamaret ad Deum, quærens misericordiam eius super populum captiuatum, vt scribitur Hieremiæ 30.c.* Vox in excelsis audita est, lamentationis & fletus, & luctus Rachelis plorantis filios suos. *ideo subditur:* Et sepeliui eam iuxta viam *secundum diuinam ordinationem propter causam prædictam.*

16 Videns autem. *Hic subditur ipsius Ioseph benedictio specialis in filiis suis.*

17 Qui sunt isti? *Hoc quæsiuit Iacob, quia caligauerant oculi eius vt postea subditur: & ideo licet videre eos astantes ol[im] sure, non tamen clarè & distinctè.*

P ✻Adue

Universidad de Navarra
Biblioteca

☞ a *Cum autem tulisset, &c.* ISID. Sicut factum est in Esau & Iacob dicente domino: *Maior seruiet minori*, ita & in filiis Ioseph, maior enim Manasses, i. obliuio populum significat Iudæorum: minor verò Christianorum. Hic est Ephraim qui fœcunditatem significat quod conuenit populo iuniori, qui est corpus Christi, qui fœcundatus est in latitudine mũdi. Ioseph quidẽ Ephraim ad sinistrã, Manasse ad dexterã constituit. At ille cãcellatis manib* crucis mysteriũ præfigurãs trãslatam in maiorem dexteram, in minorẽ sinistrã, figuraliter super posuit, vt crucis similitudo super capita eorũ notata. 1. Cor. 1. d. *Iudæis scãndalum*, Christianis futuram gloriam præsignaret, & seniorem per crucis mysterium sinistrum futurum de dextro & iuniorem de sinistro dextrum.

✲ THEOD. In veteri testamẽto sancti angelos comites habebãt, in nouo autẽ omnis Christianus.

b *Inuocetur nomen meum.* AVGVST. Notandũ ex hoc loco, cnõ solum exauditio

† fœcundatus est
* eos.
* Ioseph ipsum.
† Et Israel.
† creſcet magis quã ille.
* Iacob. In locutionibus super Genes.

c *Do tibi partẽ vnam, &c.* HIERO. *Ego dedi tibi Sichimam præcipuam super fratres tuos, quam accepi de manibus Amorrhæorum in gladio meo & sagitta.* Sichima iuxta Græcã & Latinam cõsuetudinem declinata est. Hebraicè enim Sichen dicitur, Ioãnes Euangelista testatur, licet vitiosè Sichar legatur. Quia igitur Sichen trãsfertur ī humerũ pulchrè allusit ad nomẽ di. *Ego dedi tibi humerũ vnum*, pro præcipuo enim vnum scribitur in Hebræo. Quòd autẽ se dicit in arcu & gladio possedisse, arcum & gladium iustitiam vocat, per quã meruit peregrinus & aduena interfecto Sichen & Emor de periculo liberari. Timuit enim ne vicina

¶ Alias applicitósque.

clarè videre non poterat. Applicatosq; ad se osculatus, & circumplexus*, dixit ad filium: † Non sum fraudatus aspectu tuo, insuper ostendit mihi Deus semẽ tuum. Cumq; tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terram, & posuit* Ephraim ad dexteram suã, id est ad, sinistram Israel: Manassen verò in sinistra sua ad dexteram scilicet patris, applicuitq; ambos ad eum. † Qui extendens manum, dexteram posuit super caput Ephraim iunioris fratris: sinistrã autem super caput Manasse † qui maior natu erat, commutãs manus: Benedixitq; Ioseph, & ait: Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, Abrahã & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem, angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis & inuocetur super eos nomen meum: nomina quoq; patrum meorum, Abrahã & Isaac, & crescant in multitudinem super terrã. Videns autem Ioseph, quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauiter accepit. Et apprehensam patris manum leuare conatus est de capite Ephraim, & trãsferre sup caput Manasse. Dixitq; ad patrem: Non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus: pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens ait: Scio fili mi, scio. Et iste quidem erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius iunior, † maior illo erit, & semen illius crescet in gentes. Benedixitq; eis in ipso tempore dicens: † in te benedicetur Israël atq; dicetur, Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse. Cõstituitq; Ephraim ante Manassen. Et ait* ad Ioseph filium suum: En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetq; vos ad terram patrum vestrorum. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

* Non existimabam, vel sperabã futurum vt viderem faciem tuam.
† Intelligere fecit Iacobus Ioseph Manasses fore primogenitum vel sciens ac deliberans fecit ita nibus suis, quia Manasses erat primogenitus.
† In te benedicet Israel, id est, benedicus acquiescens, volet aliquis bona sibi contingere, dicens &c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Adduc inquit eos, &c. *Quia ante benedictionem volebat eos amplexari & deosculari, & subditur.* 2 Applicatosq; ad se osculatus &c. Cumq; tulisset eos Ioseph de gremio patris. *vbi amplexatus, & deosculatus eos fuerat:* 3 Adorauit pronus in terram. *i. disponens ſ ad benedictionem.* 4 Et posuit Ephraim, &c. *Vultus enim puerorum & ipsius Ioseph erant contra vultum ipsius Iacob & ideo ille qui erat ad sinistram Ioseph erat ad dexteram ipsius Iacob. Sic enim posuerat eos Ioseph, volens quòd Manasses qui erat primogenitus, esset sub manu dextera Iacob, tanquam principalis in illa benedictione. sed pater fecit contrarium ex causa quæ exprimitur infrà.*

5 Benedixitq; Ioseph, & ait: Deus, &c. *Quia propter eum benedicebat pueris eius. Sequitur.* 6 Et inuocetur, &c. *Quia vocati sunt filij adoptiui Iacob, & facti sunt capita duarum tribuum: sicut alij filij Iacob. Sequitur:* 7 Non ita conuenit pater. *Hoc dixit Ioseph, quia euentus puerorum non erat sibi reuelatus: sicut & patri, licet enim Ioseph habueret ſpiritũ prophetiæ, vt habitum est supra 40. c. & 41. tamen bene reuelatur aliquando aliquid vni prophetæ, quod celatur alteri. ſicut patet in multis locis veteris & noui testamenti.*

8 Scio fili mi, scio. *ſ. quòd est primogenitus.*

9 Sed frater eius iunior. *Alias minor.* maior illo erit. *In numerositate & dignitate, quia Iosue qui fuit dux populi post Mosen, & fecit tot mirabilia, & Hieroboam, qui fuit primus rex Israel: postquam diuisum fuit regnum Israel a regno Iuda fuerunt de tribu Ephraim.*

10 Constituitque Ephraim ante Manassen. *In oblatione primitiarũ, & in situatione tabernaculorũ, & motione eorũ et dignitatib. aliis.*

11 Et ait. *Hic describitur præmiatio Ioseph specialis cum dicitur.*

12 Do tibi partem vnam, &c. *Ac ſi diceret tu me & fratres tuos tempore famis saluasti, & me deferendum ad sepulchrum patrũ meo. tu promisisti, & ideo terram Sichen specialiter munere do tibi.*

13 Quam tuli, &c. *ipsius Emor, qui fuit de genere Amorrhæorum.*

14 In gladio & arcu meo. *i. iure belli. Dicunt enim Hebræi, quòd* ✲ depopulata

MORALITER.

† *Qui extendens manum, &c.* Ex hoc habetur duplex moralitas Vna est quòd propter maiorem ætatem nõ est aliquis ponẽdus in regimine seculari vel ecclesiastico, nisi conditiones aliæ ad regendum requisitæ cõcomitentur. Hoc etiã modo Dauid Salomonem regẽ instituit reprobata Adoniæ institutione. 3. Regum 1 eo q Salomon sapientior erat. Et similiter Petrus Apostolus ecclesiam regendam tradidit B. Clemẽti, quãuis haberet alios discipulos seniores. Alia moralitas est secundũ interpretationẽ nominũ. Manasses em̃ interpretatur obliuio, & significat excellentem in contemplatione, qui diuina cõtemplando obliuiscitur inferiorum. Ephraim autem interpretatur fertilitas, & significat bonum actiuum operibus cõuenientibus humanę vitæ fertilem. Propter quod dicitur 6. Ethic. Anaxagoras & consimiles sapientes dicebantur, quia cõsiderabant altissima, non tamen prudentes, quoniam non considerabãt cõferentia humanæ vitæ, de quibus est prudentia, quæ considerat humanæ vitæ cõferentia. & eadem ratione boni actiui propriè ptudentes dicuntur non sapientes. Regimen autem ecclesiasticum primò est circa Deum, qui est altissima & prima causa, secundariò verò & ex consequenti est circa temporalia, & ideò sapientes qui per Manassen significantur, sunt magis apti ad regimen ecclesiasticum, & in hoc præponendi: prudentes verò per Ephraim significati magis sunt apti ad regimen seculare, quod per se respicit cõferentia humanæ vitæ. Et hoc fecerunt Apostoli Act. 6. a. qui septem Diaconos ordinauerũt circa administrationem temporalium, vt ipsi liberius intenderent orationi & prædicationi, vt ibidem dicitur. Episcopus tamen debet habere vtramq; perfectionem: secũdum quod Gregor. in pastorali: Sit præsul actione præcipuus, sit præ cæteris contemplatione suspensus. Prima tamen perfectio magis est attendenda in promotione ad statum episcopalem quam secunda, vt satis patet ex prædictis.

ADDITIO.

✲ depopulata vrbe Sichen per filios Iacob, populi qui erant in circuitu A cõgregauerunt se, vt irruerẽt super Iacob & filios eius, sed ipse armauit se & familiã suam ad resistẽdum eis, confidens de diuino adiutorio, sicut sibi promissum fuerat a domino. vnde & timor Dei i. a Deo immissus ceciderit super illos & non sunt ausi inuadere eum: vt habitum est supra 35. & ideo locum istum obtinuit iure belli, tum quia dominus dederat sibi illam terram, tum quia propter violationem Dinæ digni erãt eam perdere Sichimita, & ideo quando Iacob fuit in possessione, videtur quòd licitè potuit eam vt suam retinere. vnam etiam partem emerat. vt habetur 34. sed de illa quia modica erat non facit hic mẽtionem. ex tunc autem locus ille fuit ipsius Iacob. propter quod dictum est supra 37. quòd filij Iacob omnes præter Ioseph & Beniamin pascebant oues in Sichimis, & quòd Iacob misit ipsum Ioseph illuc ad sciendum statum eorum. ex quo patet, quod ibi morabantur ad tempus: & ideò verisimile est quòd haberem ibi domos ad habitandum, & caulas pro pecoribus tanquam in loco, quod erat patris ipsorum.

ADDITIO I.

In cap. 48. vbi dicitur in postil. Eratq; vernum tempus.

In Hebræo autem non habetur hic aliquis dictio significans vernum, nec tempus: sed est ibi dictio significans mensuram paruam terræ, & est sensus, quòd mortua est Rachel in itinere in loco à quo restabat modicũ spatium itineris vsque ad Bethleem, sed tamen sepeliuit eam in via, ratione qua declaratur in postil.

ADDITIO II.

B *In eo. ca. 48. vbi dicitur in postil. Dicunt enim Hebræi, &c.*

Hæc expositio est falsa. non enim hoc quòd legitur Hiere. 31. c. Vox in excelsis audita est, *referendum est ad tempus captiuitatis filiorum Israel tẽpore Nabuchodonosor. sed potius ille clamor seu vlulatus Rachel referendus est ad occisionem Innocentium factam per Herodem, vt euangelista declarat Matth. 2 prout in cap. allegato Hiere, domino concedente plenè ostendetur.*

REPLICA. Correctorij contra Burg. In cap. 48.

Burg. dicit in Hebræo non habetur dictio significans vernum tempus, *&c. ita & postillator in tractatu suo de differentia translationis nostræ & Hebraicæ veritatis ibi exponit, vt hic Burg. in proposito autem se nostræ translationi coaptat, vt satis faciat vtrique.*

E

☞ oppida & castella ob euersionẽ fœderatæ vrbis aduersum se cõsurgerent. Vel sic: *dabo tibi Sichimam, quã emi in fortitudine mea. i.* pecunia quã multo labore acquisiui super fratres tuos. i. absq; sorte dedi eã tribui Ioseph. Ibi enim sepult* est Ioseph, & Mausoleũ eius ibi vsq; hodie cernitur. AVG. Quòd Sichimã dicit Iacob præcipuam se dare filio suo Ioseph, & addidit quòd possederit eam in gladio & arcu, quæ ritur quomodo ad literam conueniat Gen. 34. d. Emit em̃ centum agnis possessionem illam non cepit iure belli. An quia Salem ciuitatem Sichimorũ filij C eius expugnauerãt, & iure belli potuit eius fieri, vt iustum bellũ cum eis videatur, qui priores fecerunt iniuriam, contaminando eius filiam? Cur ergo non dedit eã maioribus filiis suis, qui hoc fecerunt: deinde si modo de victoria glorians dat eam Ioseph, cur ei tunc displicuerunt filij qui hoc commiserunt? Cur denique cũ eos benediceret, id exprobrãdo memorauit? Latet ergo hic propheticum sacramentũ, quia Ioseph quadam præcipua significatione Christum significauit, & ei datur illa terra vbi obruit Iacob deos alienos: Gen. 35. a. Vt Christus intelligatur possessurus gẽtes diis patrũ suorũ renuntiantes & in Christũ credẽtes.

In Quæst. super Gen.

CAP. XLIX.

VOcauit autem Iacob filios suos, & ait eis: Congregamini, 1
a ¶ Propheticè se loqui insinuat vel significat. Licet enim hoc ad diuisionem terræ Chanaan pertineat, spiritualiter tamen ad Christum qui in fine seculi venit referenda sunt.
vt annũtiem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. 3
Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum. 4
a ¶ Iudaicus populus cui dicitur: Israel primogenitus meus Exod. 4. f. b ¶ Iudaico populo iure primogenitura facerdotium & regnum debebatur. c ¶ Quæ ex Iudaico populo fundamentum fidei, & ipse Christus. d ¶ Quis Deo patri semper iniuriam irrogauit, vertens ad eum dorsum & non faciem.
a Rũben primogenitus meus: Tu fortitũdo mea, & principiũm dolo- 5 6 7
non cepit iure belli. An quia Salem ciuitatem Sichimorũ filij
C eius expugnauerãt, & iure belli potuit eius fieri, vt iustum bellũ cum eis videatur, qui priores fecerunt iniuriam, contaminando eius filiam? Cur ergo non dedit eã maioribus filiis suis, qui hoc fecerunt: deinde si modo de victoria glorians dat eam Ioseph, cur ei tunc displicuerunt filij qui hoc commiserunt? Cur denique cũ eos benediceret, id exprobrãdo memorauit? Latet ergo hic propheticum sacramentũ, quia Ioseph quadam præcipua significatione Christum significauit, & ei datur illa terra vbi obruit Iacob deos alienos: Gen. 35. a. Vt Christus intelligatur possessurus gẽtes diis patrũ suorũ renuntiantes & in Christũ credẽtes.

ALBINVS. In benedictionibus Iacob historia tenenda, & allegoria inuestiganda. historia de diuisione terræ promissionis, allegoria de Christo & ecclesia, quæ in nouissimis tẽporibus reuelanda, prius tamen historię fundamẽta sunt iacienda.

a *Ruben.* HIERONYMVS. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea & principiũ filiorum meorũ, durus ad ferendum, & durus procacitate & iniuria, sicut aqua nõ ebullias, ascendisti enim super lectũ patris tui: & tunc violasti stratum meum cum ascẽdisti. In Hebræo ita, *Ruben primogenitus meus fortitudo mea & capitulum in liberis meis. Maior ad portandum & maior robore. Effusus es quasi aqua, ne adiicias. Ascẽdisti enim cubile patris tui, & contaminasti stratum in ascensu.* Et est sensus, tu es primogenitus meus, maior in liberis, & sedebas iuxta ordinem natiuitatis tuæ, & hæreditatem quę primogenitis debebatur, id est, sacerdotium & regnum accipere. Hoc quippe in portando onere & præualido robore demõstratur. Sed quia peccasti, & quasi aqua, quæ vasculo non tenetur, voluptatis effusus es impetu. Idcirco præcipio, vt vltrà non pecces, fisq; in fratrum numero, pœnam ex peccato luens, primogeniti ordinem perdidisti.

In Quæst. super Gene.

☞ THEO

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XLIX.

MOcauit autem Iacob, &c. *Hic consequenter describitur benedictio filiorum Iacob generaliter. & primò instruit eos de statu vitæ mortali, secundò eos erigit ad spem vitæ immortalis, ibi:* Et benedixit eis. *Circa primum præmittur præfatio, in qua reddit eos attentos dicens.*

2 Congregamini, &c. *quilibet enim attẽtus est ad audiendum futura, maxime circa se & posteros suos.*

3 Diebus nouissimis. *i. postquam filij vestri reuersi fuerint ad terram promissionis. dixit etiam* in nouissimis, *quia aliqua dixit eis tunc de aduentu Christi, cuius tempora dicuntur nouissima. secundum quod dicit Ioan. prima canonica, 2. cap.* Nouissima hora est: *quia tempori ipsius Christi non est aliud tempus ſ cessurum, secundum quod dicit Apocal. 10. b.* Iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tempus amplius non erit. *sicut tempus nouæ legis succesſit tempori veteris. secundò reddit eos dociles dicens.*

4 Audite filij Iacob. *Quia filij debent esse subiecti disciplinæ. Tertiò reddit eos benevolos dicens,*

5 Audite Israel patrem vestrum. *i. eum qui tota mente desiderat bonum vestrum.*

6 Ruben. *Hic consequenter ponitur prosecutio benedictionis per singulos filios, incipiendo à filiis Liæ, & patent partes secundum numerum filiorum, & primò incipit à Ruben, qui erat primogenitus dicens,*

7 Tu fortitudo mea. *Aſi dicat, quia tu es primogenitus fortitudo mea, quantum ad bonum virtutis & gratiæ, quæ deberet relucere in te, sed econtrario factum est, quia tu es.*

8 Principium doloris. *q. d. licet multos dolores & labores senserim aliunde, tamen parui fuerunt respectiuè, & quaſi pro nihilo eos reputaui in comparatione ad illum dolorem quem concepi de enormitate sceleris tui, quod exponitur posteà.*

✲ Prior

MYSTICE.

1 *Vocauit autem Iacob filios suos, & ait eis: Congregamini vt annuntiem, &c.* In hoc capitulo ponitur prophetia Iacob de filiis suis. Et de Ruben dicitur.

6 *Ruben primogenitus, &c.* Per Iacob patriarcham Deus conuenienter poteſt intelligi. nam patriarcha dicitur à πάτηρ ἀρχὸς, quod est quaſi princeps patrum, propriissimè Deo conuenit. per Ruben autem primogenitum primus angelus qui est prima creaturę eius ideo subditur.

7 *Tu fortitudo mea, &c.* Nam Dei potentia magis apparuit in illo, quàm in aliis, & quia primus peccauit subditur.

8 *Et principium doloris mei.* De peccatis enim dicitur Deus dolere, Gen. 6. b. *Videns autem Deus quod multa malitia ho. esſet in ter, &c.* Sequitur. *Et tactus dolore cordis intrinſ cus, dele. inquit ho. &c.*

Prior

MORALITER.

6 *Primogenitus.* quia vult alios præcellere.

7 *Tu for. m. ſ.* secundum æstimationem propriam, quia se reputat aliis præualere.

8 *Et principium. d.* secundum veritatem: quia superbia principium est omnis peccati, de quo Deus dolere dicitur Gen. 6. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ ✲ THEODORETVS. Verba Iacob ad filios, tam imprecationes aut benedictiones, quàm prædictiones censenda sunt. Accusat ergo insolentiam & audaciam Ruben, eiq; ob perpetratum scelus paucitatem filiorum ac posterorum imprecatur.

a *Simeon & Leui,&c.* HIERO. Lxx. Simeon & Leui fratres cō-
summauerūt ini-
quitatem adinuentionis tuæ, in
cōsilium eorū
non veniat anima mea,& in cō
gregatione eo-
rum nō æmule-
tur iecur meū,
quia in furore
suo interfecerūt
hominem,& in
desiderio sub-
neruauerūt tau-
rum. In Hebræo
autem sic habe-
tur: *Simeō & Le-
ui fratres, vasa
iniquitatis arma
eorum. In arcanum eorum ne intret anima mea, & in conuentū eorū ne
dissoluatur gloria mea: quia in furore suo interfecerunt virum, & in li-
bidine sua suffoderunt murum.* Significat autem non fuisse sui con-
silij, quòd Sichen & Hemor fœderatos viros interfecerunt, &
contrarius pacis & amicitiarum sanguinem fuderunt innocen-
tem,& crudelitate quasi furore rapti muros hospites vrbis euer
terunt. Vnde: *Maledictus furor eorum: quia procax, & indignatio il-
lorum*

quæst. 119

vbi supra

† 24. q. 3. c. si igitur.

¶ Quia ei data eloquia Dei legislatio & testamentum. b ¶ Pro magnitudine virium: quia copiosus exteris regnauit.
c ¶ Peccando in Christum. ¶ Imperiu voluptatis. d ¶ Quæ vasculo non continentur.

ris mei. Prior in dōnis: maior imperio. † Effusus es sicut aqua: Non
a ¶ Quis in orbem dispersus, imminutus & abbreuiatus. b ¶ Causa qua hæc meruit. c ¶ Quando corpus domini in quo quiescebat plenitudo diuinitatis, in cruce suspendisti. ¶ Dicendo peccatorem Samaritanū & dæmonium habere.
creſcas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Si-
¶ Mortis Christi.
a meon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum
¶ Voluntas.
ne veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, quia in
a ¶ Lancea. b ¶ Corpus Christi quod 46. diebus ædificatum est in vtero virginis. ¶ Christum.
furore suo occiderunt virum: & in voluntate sua suffoderūt murum.
¶ Propugnaculum qui custodit Israel. a ¶ Quia furore accensi ad tantum scelus prorupuerunt vt Pilato Christum offerrent, dicentes: Crucifige, crucifige, & indignatio, si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris Ioan. 19. b.
¶ vt Barrabam peterent. Christum crucifigendum postularent. Matth. 27. b.
Maledictus furor eorum: quia pertinax, & indignatio illorum:
a ¶ Diuisi dicuntur, quia ab aliis separati ad fidem veniunt. b ¶ Dispersi qui vrbe templóque subuerso per orbem incredduli vagantur.
quia dura. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël.

B C

lorum quia dura. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. D
Leui hæreditatem propriam non accepit, sed in omnibus sceptris paucas vrbes ad habitandum habuit. Nec Simeon sicut in libro Iesu scribitur, sed de tribus Iuda quidā accepit. Quidam propheticè interfectos homines apostolos, & subnernatū taurum à Pharisæis Christum occisum interpretātur. Per hos Scribæ & Sacerdotes intelliguntur. de Simeone enim Scribę, de Leui Sacerdotes, qui consiliū fecerunt vt Iesum morti traderent. vnde addidit: In consilium eorum nō veniat aīa mea.

✲ THEODO. Accusat Simeō & Leui cædis, qua Sichimitæ deleti sunt immeritò, & exoptat nullum sibi esse commercium in ea iniustitia. Execratur autem nō filios, sed graues illorum perturbationes, iram & excandescentiam, quam voluntatem appellat. Voluntas enim vindictæ concitat irā. Sed ea quæ videtur imprecatio nihilominus vaticinium est. *Diuidam*, inquit, *ſ. eos in Iacob, & dispergam eos in Israel.* Nam tribus ipsa Leui honoris causa, inter alias disseminabitur, cui nullus

vbi supra.

E

F

☞ la propria

NICOLAVS DE LYRA.

1 Prior in donis. *ſ. debueres esse ratione primogenituræ: ratione cuius debebatur tibi duplex portio in hæreditate ac bonis paternis respectu fratrum tuorum.* 2 Maior imperio. *quia debebatur tibi regnum mihi promissum, vt habium est supra 32. cap.*

3 Effusus es sicut aqua. *Aqua enim de vase perfectilis effunditur quam aly liquores: quia de oleo effuso remanet in vase pinguedo & humor, & de vino effuso sapor, sed effusa aqua de vase cito vas desiccatur, & non remanet aliquod aquæ vestigium, & per hoc dat intelligere quòd Ruben prædicta bona totaliter perdiderat, quia primogenitura quantum ad duplicem portionem translata erat ad Ioseph, vt dictum est supra cap. præcedēti, & regia dignitas ad Iudam, vt expresè habetur. 1. Paral. 5. c. & sacerdotium ad Leui.* 4 Non creſcas *In Hebræo habetur*, Non credes. *acſi diceret: sufficiat tibi quòd tu scis sicut vnus de aliis fratribus minoribus abſq; dignitatibus & priuilegiis prædictis, cuius causa subditur cum dicitur.* 5 Quia ascendisti cubile patris tui, &c. *Quod fuit quando dormiuit cum Bala vxore fratris sui, vt dictum est supra 35. ca. Et his quæ dicuntur hic videtur esse falsum dictum Hebræorum, qui dicunt super locum prædictum, prout fuit ibi allegatum, quòd Ruben non concubuit cum Bala, sed solum amouit lectū eius de camera Lie matris suæ, quia non esset tantum malum: vt prima facie videtur, quòd propter hoc debuisset priuari tot bonis & dignitatibus prædictis.* 6 Simeon & Leui fratres. *licet enim essent ei alij fratres ex parte patris & matris, tamen hic vocat eos fratres specialiter, quia fuerunt coniuncti mente & opere in sequentibus malis.*

7 Vasa iniqui bell. *Hoc exponunt communiter doc. nostri de interfectione populi Sichem in dolo cum Sichimitæ recepissent circumcisionem in signum fœderis & amicitiæ cum Iacob & filiis eius vt supra dictum est 34. cap.* 8 In consilium eorum. *quod tractauerunt occultè de prædicta occasione.* 9 Ne veniat anima mea. *ſ. non approbo. ſed de-*

testor

MYSTICE.

1 *Prior* dignitate. *In donis*: naturalibus, & in supernaturalibus fuisset si stetisset.

2 *Maior imperio*, quia fuit supremus inter omnes.

3 *Effusus es sicut aqua*, per superbiam tuā. 4 *Non creſcas*, imò

MORALITER.

1 *Prior in do.* naturalibus & gratiis datis scdm æstimationē suā.

2 *Maior impe.* nam omnibus vult imperare: modus enim superbi est, vt quicquid dicit præcipere videatur. 2 *Effusus es ſi. aqua.* Eccle. 20. b. *Gratia fatuorum effundentur.* 3 *Non creſcas.* ì. descendes. Luc. 14. c. *Omnis qui se exaltat humiliabitur.*

4 *Quia ascen. cu. p. t.* gloriā de bonis à Deo datis attribuēdo tibi.

† *Et maculasti ſtra. eius.* i. mentem tuā peccato superbiæ maculasti, in qua sicut in strato Deus quiescere suauiter quærebat. Prouer. 8. d. *Delitiæ meæ, &c.* 6 *Simeon & Leui & fratres vasa*, &c. Per istos duos in malo cōbinatos intelliguntur duo vitia sese cōcomitantia, gula. ſ. & luxuria. Vnde dicit Hiero. Vēter & genitalia sunt membra propinqua, & ex vicinitate membrorū designatur vicinitas vitiorum. 7 *Bellantia*, nam ex ebrietate quæ pertinet

descendas de cælo in terram. 5 *Quia ascendisti, &c.* gloriā soli Deo debitam vsurpare voluisti. † *Et maculasti ſtra. eius.* cælum empyreum, inducēdo alios angelos ad peccatum. Et quoniam diabolus rex est super omnes filios superbiæ: Iob. 41. d. ideo per Ruben intelligi potest sicut & omnis superbus.

ptinet ad gulā surgūt lites & bella frequēter. vt patet ad sensū, & similiter ex luxuria: nā bellū Troianum quod fuit valdè graue, & tractū temporis habuit valde magnū. ex Helenæ raptu habuit ortū. Et sic fuit de multis aliis bellis quæ narrare nimis esset prolixū. 10 *Et in cœtu il.* i. nunquam cōtingat mihi gloriari de talibus: sicut faciunt gulosi & luxuriosi. 12 *In furore suo occiderunt virū.* Ista nāque vitia subuertunt rationem & intellectum, qui dicitur vir, secundū Aug. 13 *Et in voluntate sua suffoderunt murū.* Auferendo verecundiam, quæ est quædam clausura virtutum, & prohibet aditum vitiorum, propter quod dicitur Hiere. 3. b. *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* † *Maledictus furor eorum, quia per, &c.* Nam incentiuum vitiorum istorum est carni intrinsecum.

14 *Diuidam eos, &c.* id est, diuidi permittā. cætera namq; vitia

† aliquorum

☞ la propriæ

vbi supra.

A

B

C

D

E

F

sors eueniet.

a *Iuda te laudabunt,&c.* HIERO. Quia Iuda cōfessio vel laus interpretatur. Consequenter scribitur: *Iuda* tibi confitebuntur, vel *te laudabunt fratres tui, & adorabunt te filij tui. Catulus leonis Iuda, ex germine fili mi ascendisti procumbēs vt leo & quasi catulus leonis. Quis suscitabit eū?* Licet de Christo grāde mysteriū sit, tamen secundū literā significatur q̄ reges ex Iuda per Dauid stirpē generātur, & q̄ adorent eum omnes tribus. Nō enim ait: *Filij matris tuæ*, sed, *filij patris tui*, & quod sequitur. ex germine fili mi. In Hebræo habet, de captiuitate fili mi ascendisti, vt ostenderet eum captiuos populos esse ducturum, & iuxta intelligentiā sacratiorē ascendisse in altum, captiuam duxisse captiuitatē. Siue quod melius puto, captiuitas passionem, ascensus resurrectionē significat. *Alligans ad vitem pullum suum, & fumiculo pullum asinæ & in שורק sorech filii asinam suæ*: quòd. ſ. pullam asinæ cui supersedit Iesus, hoc est gentilium populum, vineæ Apostolorū: qui ex Iudæis sunt, copulauerit, & ad Sorech. i. ad electam vitem alligauerit asinam cui supersedit. i. ecclesiam ex gentibus congregatam. Quod autē dicit, *fili mi*, apostrophen facit ad ipsum Iudam, quòd Christus sit hæc vniuersa facturus. Quod autem legimus *ad vitē pullum suum*, in Hebræo potest legi *vrbem suam*. iuxta eundem sensum aliis verbis ecclesia monstratur: de qua dicitur

¶ Hic est Christus verus confessor, qui de tribu Iuda secundum carnem natus.
a ¶ Apostoli & alij qui per adoptionem filij Dei patris. b ¶ Trophea-
crucis & suos liberauit, & aduersarias potestates eruauit.
a Iuda te laudabunt frātres tui. Mānus † tuæ in
¶ Quia multi de filiis Iacob adorauerunt Christum.
ceruicibus inimicorum tuorum, ādorabunt te
¶ Salui per electionem gratiæ. a ¶ Paruulus natus est nobis.
¶ Vt captiuam ducetes captiuitatem, in crucem ascendisti.
filij patris tui. Catulus leonis Iuda. † Ad prædā
a ¶ In sepulchro, vel quando in passione inclinato capite tradidit spiritum, & velut quodam somno torporis requieuit.
b fili mi ascendisti, † requiescens accubuisti, vt
a ¶ Vincens acerbitatem mortis & impetum. b ¶ Nisi ipse qui ait: Soluite templum hoc, &c. Ioan. 2. d.
c leo, & quasi leena. Quis suscitabit eū? Nō aufe-
a ¶ Regnum. ¶ Generationibus.
d retur sceptrum de Iuda, & † dux de femore eius,

† tua.

† genua flexisti.

† è prædā.

Allegoricè.

† legislator de medio pedū. id est, è medio eius.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *quod ipsi assumpsissent principaliter tale negotium, sed fuerunt inducti per fratres suos vterinos, scilicet Simeon & Leui, qui erant seniores eis, & consequenter alij fratres consenserunt. His suppositis exponit literam sic:* Simeon & Leui fratres. *i. in malo concordes præ cæteris:* Vasa iniquitatis bellantia. *quia fratrem innocentem occidere voluerunt.* In consilio eorum *quod inter se tractauerāt primò occulte.* Et in cœtu illorum, *quia alios ad hoc induxerunt & congregauerunt.* Quia in furore suo occiderunt virum. *id est Ioseph: qui licet esset iuuenis ætate, erat tamen vir moribus & sapientia, occiderunt autem eū quantum in ipsis fuit.* Et in voluntate sua subneruauerunt taurum. *Hæc est litera Hebraica, & vocatur hic taurus ipse Ioseph: sicut etiam de eo dicitur Deut. 33. b.* Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius: *libenter enim neruos Ioseph præcidissent.* Maledictus furor eorū, quia pertinax, *quia ad monitionem Ruben noluerunt resilire a mala voluntate sua, vt supra dictum est 37. ca. propter quod subditur pœna cium dicitur:* diuidam eos, &c. *exponatur sicut supra: Sed addunt Hebræi de dispositione Simeonis dicentes: Non est pauper scriptor nec pædagogus, nisi de Simeon, hoc est dictum, quòd illi de tribu Simeon discurrebāt per sortes aliorum, ad quærendum victū scribendo vel pueros docendo, sicut clerici pauperes faciunt apud Christianos. Aliter etiam exponunt aliqui Hebræi passum istum partim de viris Sichem, & partim de Ioseph dicētes sic:* Simeon & Leui fratres, *exponendo sicut dictum est in alia expositione Hebræorum, vsq; ibi:* Quia in furore suo occi. vi. i. *viros Sichem, exponēdo singulare pro plurali.* Et in voluntate sua subneruauerunt taurum, *id est, Ioseph ratione prædicta.* Maledictus furor eorum, &c. *hoc dicit propter occisionem virorum Sichem, quia licet nō fecerint dolum vel iniustitiam, secundū opinionem Hebræorum, vt dictū est supra 34. cap. tamen nimis rigidè processerant, & ideo non dicitur hic,* Maledicta iniquitas eorū, *vel* iniustitia: *sed* furor *propter violationem sororis suæ Dinæ.* Et indignatio eorum quia dura, *hoc dicit: quia indignati fuerūt nimis cōtra Ioseph, propter visiones suas prætendentes eius dominium super fratres, & quia à patre plus amabatur, vt dictum est supra 37. cap. Cætera vt prius.*

1 Iuda te laud. fra. tui. *Iudas interpretatur cōfitens siue laudans. &*

ideo volens bona dicere de eo, incipit ab interpretatione sui nominis dicens: Iuda, *quasi dicat bene nominatus es, quia te laudabunt fratres tui. Tu quia tribus Iuda in exitu Israel de Ægypto prima post Mosen introiuit mare rubrū miraculose diuisum, alios imitabilis ibi sequi Mosen, vt dicitur in Exo. Tum quia post mortem Iosue principalis fuit ad expugnandū inimicos filiorū Israel qui remanserunt in terra promissionis secundum quod dicitur in principio libri Iudicum. Iudas ascēdit. ſ. primus contra aduersarios: & ex his meruit tribus Iuda laudem præ cæteris, & regiam dignitatem.* 2 Manus, &c. *Hoc impletum est in Dauid primo rege tribus Iuda qui inimicos Israel pro magna parte interfecit, & alios tributo subiecit, cuius processum describit dicens.*

3 Catulus leonis Iuda. *& dicit catulus leonis, quia cum Dauid esset minimus inter fratres suos. tamē cēſtanter iuit ad pugnandū contra Goliam giganteū, & ex tunc fuit positus ſuper viros belli per Saulem regem, vt habetur 1. Reg. 18. & inde mortuo Saule constituitus est rex, vt habetur 2. Reg. 5. a. vbi dicitur.* Cū esset rex Saul super nos tu eras educens & reducens Israel, *& sequitur ibidem:* Vnxeruntq; Dauid in regem, *& ex tunc debellauit potenter aduersarios Israel. propter quod subditur.* 4 Ad prædam fili mi ascendisti. *& intantum præualuit aduersariis Israel, quod circa finem regni sui nullus audebat insurgere contra eum, nec eius regnum perturbare, vt patet 1. Reg. 2. & in principio tertij ideo subditur.* 5 Requiescens ac. vt leo. *quem aliæ bestiæ non audent inuadere, & quia Deus promisit ei regnum & filiis eius in sempiternum, vt habetur 2. Reg. 7. b. ideo subditur:*

6 Quis suscitabit eum. *Auferendo sibi dignitatem regiam, quasi dicat nullus. Vnde subditur.* 7 Non auferetur sceptrum de Iuda. *i. dignitas regia.* 8 Et dux de fœmore eius. *Quia defecēte regno, interfecto rege Sedechia in captiuitate Babylonica, ex tunc gubernatus fuit populus Iudæorum per illos qui erant de tribu Iuda, quia in reditu ductæ captiuitatis Zorobabel fuit dux eorum, vt habetur Zacha. 4. & Aggæi 2. Et postea sacerdotes gubernabāt populū, vt patet tempore Machabæorum, qui etiam erāt de tribu Iuda, quia tribus sacerdotalis & tribus regia erant commixta, vt patet 4 Reg. 11. a. vbi dicitur quod Iosabath soror Ochozię regis Iuda tulit Ioas, & erat cum ea clam sex annis in domo Domini. quia ipse erat vxor Ioiadæ pontificis. Et istorum regi-*

✲ *men dura-*

MORALITER.

† aliquorum hominum sunt propria, sicut fraus & dolus mercatorum, simonia clericorū, rapina potentū, & sic de aliis, sed gula & luxuria diffusè sunt in omni statu vitæ præsentis.

1 *Iuda te laud. ſ. a. tui.* Per Iudā, ad cuius tribū translata fuit dignitas regia, designabatur bonus rex siue princeps. ideo dicitur: te laudabunt fratres tui. i. boni principes bonitatem tui regiminis audientes. 2 *Manus tuæ in cerui. inimic. suorū.* i. potestas tua destruat illos, qui iniquè turbant vel inuadunt regnum tuum.

† *Adorabunt te filij patris tui.* Boni namq;, qui sunt filij Dei patris omnium, debitā reuerētiam faciūt regiæ maiestati. 1. Pet. 2. ca. *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquā ab eo missis ad vindictam malorum laudē vero bonorum.* 4 *Catulus leonis Iuda.* Bonus enim rex vel princeps debet esse constans, sicut leo pro iustitia.

5 *Ad prædā fili mi ascend.* aduersariis iustitiæ destructis, eorum bona in vtilitatem reipublicæ conuertendo.

6 *Requiescens accubuisti vt leo, &c.* quia iustum regem & cōstantem nullus audet inuadere. Vnde S. Ludouicus longo tempore regnauit, & in pace.

7 *Quis suscitabit eum?* Turbans eius regnum, quasi dicat. nullus. Ideo subditur.

8 *Non auferetur sceptrum de Iuda, &c.* ſ. regimen bonum non auferetur de talis principis terra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in gente Iudæorũ, rex alienigena fuit Herodes quando iã Christus natus est. Qui ergo negat venisse Christum, ostendat regem de tribu Iuda in gente Iudæorum.

✠ ORIGENES. ALLEGOR. *Non deficiet princeps de Iuda*, id est, hic q̃ post resurrectionẽ eius, princeps ecclesiarũ ordinatur.

Et dux de femoribus eius, duces quoq; Christianorũ, de fœmoribus Christi hoc modo exponet. Membra Christi esse dicit Apostol⁹, fidelium populum, sine dubio intelligẽdo spiritaliter iudicare eos, qui pro firmitate & constantia fortitudinis omne corpus ecclesiæ sustentare videntur & ferre. Vel quia humani seminis iudiciũ, solet in fœmorum appellatione figuraliter dici, apud nos autem qui seminat, verbum seminat. poterũt ergo qui ministerium verbi fidelibus exhibent de Christi fœmoribus intelligi duces vsque quo veniant quæ reposita sunt, & ipse erit expectatio in die iudicij.

No. contra Iudæos.

† ad propaginem vitis optimæ filium asinæ.

a ¶ Christus. b ¶ A patre. c ¶ Salus expectata. d ¶ Quos in sanguine redemit. ¶ Non tantum Iudæorum.

donec veniat qui mittendus est, & † ipse erit expectatio gentium. 1

a ¶ Vinculo charitatis & disciplinæ, vt de illius imitatione efficiantur hæredes Dei & cohæredes Christi.
b ¶ Gentilem populum, cui non est onus legis impositum. c ¶ Qui dicit: Ego sum vitis vera: Ioan. 15. a.
d ¶ Cui superedit, ecclesiam de gentibus i congregatam. d ¶ Synagogam tardigradam & legis pondere pressam.

2

Ligans ad vineam pullum suum, & † ad vitem, ô fili mi, asinam suam. 3

¶ Carnem vel ecclesiam. a ¶ Sanguine passionis, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

† ad illum aggregationẽ tur populi, vel et inculcabunt populi.

a Lauabit in vino stolã suã, & in sanguine vuæ palliũ suũ. Pulchriores 4
b 5
oculi eius vino, & dentes lacte candidiores. Zabulon in littore maris 1
habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. Issa- 2 3
char asinus fortis, accubans inter terminos. Vidit requiẽ, quòd esset 4 5 6 7
bona, & terram quòd optima, & supposuit humerum suum ad portandum: factusq; est tributis seruiens. Dan iudicabit populum suum, 8 9
sicut & alia tribus Israël. † Fiat Dan coluber † in via, cerastes in semita, 10 11

a ¶ Ad literam zabulon maritima possedit.
a ¶ Populus gentium quem dominus sanguine redemit. ¶ Merces. ¶ Brutus luxuriosus nulla ratione domitus, fortis, quia redemptus, & redemptori subiectus. b ¶ Requiescens in spe. c ¶ Iuxta possessionem Nepthali. ¶ Huius vitæ. ¶ Alias in terminis. d ¶ Æternæ vitæ.
a ¶ Viuentium. b ¶ Quia ad promissam requiem pernenire desiderat, mandatorum onera libenter portat.
a ¶ Ideo. b ¶ Christo suæ fidei & operis munera offerens. ¶ Iudas dolo & malitia serpens cornutus.
a ¶ Antichristus. ¶ Veneno consumens eos quos ad vitæ latitudinem prouocat. b ¶ Cornibus potestatis armatus. c ¶ Eis scilicet qui per angustam viam ad patriam tendunt.

a *Pullum suum, &c.* Gentes quas sibi subiunxit. Vnde Ezech. 18. a. *Viuo ego dicit Dominus, nisi hoc homines induam sicut vestimẽtũ.* D Nos enim Christus in sanguine vuæ mundauit quãdo sicut botrus in ligno crucis pependit, & ex latere eius aqua in ablutionem, & sanguis exiuit in redemptionem.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo totum sacramẽtum insinuauit. Sciunt qui initiati sunt quod dictũ est, *Lauabit in vino stolã suã*: Stolam puto corp⁹ dici, quod propter dispẽsationem ferre dignatus est. Hom. 67.

† ad illum aggregationẽ tur populi, vel et inculcabunt populi.

✠ DIODOR. Vestimenta vino maculari solent. Sed quem admodum luto oculos sanauit atque aperuit, & morte sua non morti vim addidit, sed mortem extinxit, ita vino vestimenta lauabit. Si quis verò sanguinẽ vuæ ad Seruatoris mysticum sanguinem, & stolam ad dominicam carnem referret, illius sensus tanquam pius non aspernandus esset. Ex catena Græc.

b *Pulchriores oculi.* ISID. Quia doctrina eorum austeritatem veteris legis exuperat & euangelica præcepta clariora sunt quã legis mandata.

☞ *Lacte*

☞ a *Lacte.* i. doctrina legis, quæ carnalem populum velut partuA lum lacte alebat: sed candidiores, ecclesiæ doctores, qui fortem & validum verbi cibum manducant, & distribuunt. Vnde Hebr. 5. d. *Perfectorum est solidus cibus*, qui bene cãdidiores lacte dicuntur, quia candidi pueri, & ab omni macula liberi.

b *Zabulon in litore, &c.* Vt credentes refugiũ, & periclitantibus demõstret fidei portum. c Contra omnes terminos seculi solidata expectat naufragiũ Iudæorũ. & d cellas hereticorum: qui circũferuntur omni vẽto doctrinæ.

* duos.

† vna tribus vel e tribubus.

a Apostoli euangelistæ qui scientiæ lumen præstant ecclesiæ. b ¶ Austeritate legis. c Prædicatores qui ab errore præcidunt homines, quasi comedendo in Corpus Christi conferentes. d ¶ Habitaculum fortitudinis id, est ecclesia ad tolerandum fortissima.

* oculi eius vinõ, & dẽtes lacte cãdidiores. Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. Issachar asinus fortis, accubans inter * terminos. Vidit requiẽ, quòd esset bona, & terram quòd optima, & suppposuit humerum suum ad portandum: factusq; est tributis seruiens. Dan iudicabit populum suum, sicut & † alia trib⁹ * Israël. † Fiat Dan coluber † in via, cerastes in semita,

a ¶ Ideo. b ¶ Christo suæ fidei & operis munera offerens. ¶ Iudas dolo & malitia serpens cornutus.

prædici Antichristũ de tribu Dan futurũ, alij de Iuda proditore hæc pronuntiant. Equitem & equum dominũ cum carne susceptã intelligunt. Retrorsum autem cadere, quia in terram reuersus vnde sumptus. Sed quia die tertia resurrexit, ait: *Salutare tuum expectabo domine.* Vnde Psalm. 15. c. *Non derelinques animam meã in inferno, nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ.* Alij ad Antichristum hæc transferunt, quem de tribu Dan venturum asserũt, quia Dan & coluber & mordens dicitur. Vnde Nume. 2. d. *Dan ad Aquilonem castrametatus est*, illum significans qui ait: *Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, &c.* Et Hiere. 8. f. *A Dan auditus est fremitus equorum eius.* Qui non solùm coluber sed Cerastes vocatur. Cerasta enim Græcè cornua dicuntur, & hic serpẽs cornutus etiam perhibetur per quẽ dignè aduentus Antichristi asseritur, qui cõtra sanctos morsu pestiferę prædicationis & cornu potestatis armabitur. Semita autem angustior est quàm via. Est ergo coluber in via, quia eos per latitudinem vitæ ambulare prouocat, quibus quasi parcendo blãditur: sed in via mordet, quia tales erroris sui veneno consumit. Fit *Cerastes in semita*, quia

Esa. 14. d. Allegoricè.

In Quæst. Hebraicis.

b *Issachar.* HIERO. Bonum desiderauit requiescẽs inter medios cleros & *videns requiem, quia bona, & terram quia pinguis, supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola.* In Hebræo ita, *Issachar asinus osseus, recumbens in terminis, & videns requiem, quia bona, & terrã quia pulchra, inclinauit humerum suum ad portandum, & factus est in tributum seruiens.* Quia suprà de Zabulon dixerat, quòd maris magni littora posideret, Sidonemq; & reliquas Phœnicię vrbes cõtingeret, ad mediterraneam prouinciam redit. & Issachar qui iuxta Nephtali pulcherrimam in Galilæa regionẽ possessurus est, benedictione habitatorem facit: Asinum autem osseum vocat & humerum ad portandum deditum, quia in labore terræ & vehendis mercibus ad mare, quæ in suis finibus nascebantur, plurimùm laboraret. Regibus quoque tributa comportans. Aiunt Hebræi per metaphoram significari, quòd scripturas sanctas die ac nocte meditãs, studium suum dederit ad laborandum & ideo ei omnes tribus seruiant, quasi magistro dona portantes. D

c *Accubans inter terminos, &c.* Accubare est expectato mundi fine quiescere, nihilq; de mũdanis quærere. sed vltima desiderare. Fortis asinus requiem vidit, & terram optimam cum simplex gẽtilitas, ad robur operis se erexit, quia ad vitę patriam tendit. E

d *Dan iudicabit populũ suũ, &c.* Psal. 118. x.

Is ID. Alij per * in. hęc verba putãt † erit. † iuxta viã.

e *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, qui mordet ascendentes equum, & cadere facit retrorsum ascensorem eius.* Hoc de Antichristo dictum, qui de tribu Dan futurus creditur. Vnde & in Ecclesiastico dicitur: Mordens quos fideles

men duravit vsque ad tempus Herodis, qui fuit alienigena. F de genere Idumæorum, & ipso regnante natus est Christus, vt habetur Matt. 2. a. *Cuius regnum durabit in secula seculorum amen*, & ideo subditur.

1 Donec veniat, &c. i. *Christus qui missus est a Deo patre pro salute generis humani.*

2 Et ipse. &c. *Secundum quòd dicitur Aggei 2. b.* Ecce veniet desideratus cunctis gentibus, &c. *In Hebræo autem habetur sic.* Et erit ei aggregatio gentium. *& hoc impletum est in regno Christi, quia post resurrectionem & ascensionem Christi ad cælos Apostolis prædicantibus fidem Christi Iudæi pro maiori parte remanserunt obstinati in infidelitate sua, & gentes cum magna deuotione fidem Christi receperunt, & sic Christo aggregate sunt gentes, propter quod apostoli dixerunt Iudæis, vt habetur Act. 13.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gentes. *Sic enim præcepit nobis Deus, sed hanc propheiam, quæ satis clare exposita est de Christo Iudæs multipliciter niuntur subuertere.*

Ad cuius intellectum considerandum quod in Hebræo habetur, Donec veniat Silo. *hoc autem dictio Hebraica* Silo, *est proprium nomen loci. significat etiam in alio sensu missionem, & sic est nomen commune, prout igitur est nomen loci accipiunt eam hic aliqui Iudæi dicentes quòd hæc prophetia impleta est quando Saul qui erat de tribu Beniamin, vt habetur 1. Reg. 9. d. fuit electus in regem. & inunctus fuit in Silo, vbi erat tabernaculum Domini & arca, & per consequens vnctio, vnde reges debebantur iungi. & sic sceptrum quod accipitur pro quodam dominio & primatu, quod fuerat in tribu Iuda vsque tunc. fuit translatum ad tribum Beniamin. sed hoc dictum manifestè cõrariatur textui, quia ante electionem Saulis arca Dei iam erat remota de Silo, & erat in Cariathiarim, vt habetur 1. Reg. 7. Item post Saul immediate, imò ipso adhuc viuẽte & regnante fuit Dauid inunctus per Samuelem, qui Dauid fuit primus rex de tribu Iuda, & ex tũc reges de illa tribu successerunt. Quod autem sceptrum dicatur auferri de Iuda, ideò, quia tũc incepit esse in propinqua dispositione ad gradum perfectum, non est verisimile. Ideo alij dicũt, quòd ista prophetia impleta fuit in electione Hieroboam in regem, qui erat de tribu Ephraim, quia decem tribus ablatæ sunt à regno Iuda, & adhæserunt Hieroboam: quando Roboam die constituto dedit populo duram responsionem. & sic exponũt,* Donec veniat Silo. *i. donec veniat Hieroboam in tali loco cornandus, qui dicitur Silo. Sed ista expositio ostenditur falsa per textum, quia congregatio illæ non fuit in Silo, sed in Sichem, vt habetur 3. Reg 12. Item non fuit ablatum regnum a domo Iuda tunc, sed stetit vsque ad captiuitatem Babyloniam per successionem hæreditariam, & illi soli tunc dicebantur propriè reges*

MORALITER.

1 *Donec veniat qui mittendus est.* id est, ipse Christus, qui venit in morte boni principis sibi pro bono regimine regnum cæleste donaturus, dicente illud. Luc 19. c. *Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.*

2 *Et ipse erit expectatio gentium.* scilicet Christus, qui omnes gentes est in fine mundi iudicaturus.

3 *Ligans ad vineam pullum suum, &c.* Istud refertur ad Iudam, qui significat bonum regẽ, & per ea quæ dicuntur hic de abundantia lactis & vini in sorte Iudæ, significatur secundum sensum literalem, & talis abundantia reperitur in regno iusti regis & pacifici, quia tunc agri & vineæ possunt competenter coli: Prouer. 1. *Qui autem me audierit, absque terrore requiescet & abundantia perfruetur*, terrore malorum sublato.

✠ *Zabulon*

1 Et dentes lacte candidiores. *Per hoc designatur abundantia lactis futura in sorte Iudæ, quia albedo lactis apparet in dentibus comedentium ipsum.* 2 Zabulon. *Hic prædicit Iacob situm sortis ipsius Zabulon, cum dicit.* 3 In littore, &c. *quia sors sua in vna parte fuit super mare mediterraneum.* 4 Et in statione nauium, *quia in sorte illa fuerunt aliqui portus maris, in quibus naues stabant.*

5 Pertingens vsq; ad Sidonem. *Sidon nomen est ciuitatis, in qua habitauerunt Gentiles.* 6 Issachar asinus fortis. *Hic prædicit statum futurum ipsius Issachar, & exponunt aliqui catholici & Hebræi dicentes, quòd tribus Issachar præ cæteris tribubus fuit intenta studio legis, & hoc est quòd dicitur.* 7 Vidit requiem. *s. contemplationis & studij in lege.* 8 Et supposuit, &c. *s. pondus & laborem studij.*

9 Factusq; est tri. ser. *i. pro tributis. Dicunt enim. q. ad hoc, vt liberius possent vacare studio, alię tribus faciebant eis recompensationem sicut & sacerdotibus Ægypti, vt suprà dictum est 47 ca. Sed hæc expositio videtur mihi extranea. Tum quia quòd ratione studij vocetur asinus, quod est animal valde stolidũ & rude, videtur extraneũ. Tum quia non reperitur in scriptura. q. de Issachar fuerint homines excellẽtes in scientia super alios, sed magis de tribu Leui. Vnde & Deut. 17. b. præcipitur. q. si inter iudices cuiuscũq; ciuitatis aliquid difficile emerserit, in quo dubitent, veniãt ad sacerdotes Leuitici generis, & eorum teneant sentẽtiam. Tum quia dicta expositio non bene continuat literam, vt videtur. & ideo aliter potest dici. q. Iacob prædixit conditionẽ tribus Issachar quantum ad populum & terra situm di.* Issachar asinus fortis, *quia homines illius tribus* tributa

2 *Zabulon in lit. ma. &c.* Per littus maris quod est medium inter mare & terrã inde elõgatam, potest intelligi status clericalis inquantum medius est inter statũ laicorum huius mũdi fluctibus expositorũ, & statũ religionis à mari mũdi huius magis elõgatũ.

4 *Et in statione na. i.* in portu vbi stant naues. per quod significatur quòd laici currẽtes per mare huius mundi, vbi habent redire ad clericos tanquã ad portũ propter receptionem sacramentorum: quia tamen aliqui per malitias exquisitas extorquere quæ runt bona temporalia laicorum, ideo propter tales subditur.

5. *Pertingens vsque ad Si.* quæ venatio interpretatur.

6 *Issachar ass.* per quem potest intelligi religiosus, qui tãquam asinus super scapulas debet portare crucem mortificationis. Matth. 16. d. *Si quis vult post me ve. &c.*

† *Accubans inter ter.* s. vitæ præsentis in qua habet habitare corpore propter necessitatẽ vitæ corporalis, & vitæ cælestis in qua debet habitare mẽte. Phil. 3. d. *Nostra autem conuersatio in cœlis est.*

7 *Vidit requiẽ.* vitæ contemplatiuæ. *Quod esset bona.* Luc. 10. g. *Maria optimã partẽ elẽ. &c.* 8 *Et terra.* s. viuentiũ. *Quod optima:* nam ibi habetur summũ bonũ. 9 *Et supposuit humerum suum ad portandum.* s. religionis onera mente deuota. *Factusq; est tributis.* s. regi Christo sub obedientia, sine proprio & in castitate viuens. 10 *Dan.* Per Dan qui iudicium interpretatur. bonus iudex secularis vel ecclesiasticus designatur, ideo dicitur, *Iudicabit populũ suum. &c.* quia non debet iudicare nisi populũ sibi subditũ. 11 *Fiat Dan coluber. &c.* prudens procedendo per viam iustitiæ. Matth. 10. b. *Estote prudentes sicut serpentes.*

† *Cerastes in semita.* per semitam quæ rectior est via publica, intelligitur epikeya quæ dirigit legem cõmunem in casu particulari, & ipsa debet esse in bono iudice tam ecclesiastico quàm seculari, & est cerastes serpens cornutus, per quod designatur q.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos fideles repetit, & se ad cælestis itineris præcepta constrinA gentes non solum callida persuasione impetit, sed etiam terrore potestatis præmit, & post beneficia fictæ dulcedinis exercet cornua potestatis. HIERO. Dan iudicabit populum suũ, sicut vnum de sceptris Israel. *Fiat Dan coluber in via, regulus in semita,* vbi supra. *mordens vngulas equi, & cadat ascensor eius retrorsum. Saluatorem tuum expectabo domine.* Samson iudex Israel de tribu Dan fuit. a Hoc ergo dicit præuidẽs in spiritu omnia, comã nutrire Sãsonem Nazaræum tuum, & cæsis hostibus b triumphare, Samson. † tærma militum circũstabit ipsũ: ipse vero oppugnabit calcaneum (i. vertet eos in fugam) cædet calcaneum ipsorum.

a ¶ Quia extrema mihi seducere nititur. b ¶ Mundi qui per elationem in cursu labẽtium temporum spumat. c ¶ Ignorans ad quæ supplicia repente ducatur. d ¶ In terram vnde sumptus. e ¶ Repente in voce electorum conuertitur, quasi non vt infideles expectabo Antichristum, sed verum Christum redemptorem mundi.

mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius, retrò. Salutare tuum 1 Christus.
2
a ¶ Christus qui pro aduentu ante antichristum præliaturus occurrit. b ¶ Gladio verbi vnde Matth. 10. d. Non veni mittere pacem, sed gladium. ¶ Latruncul⁹. c ¶ Claritas secundi aduentus significatur, quia cum venerit antichristus occurret retrorsum id est, post eum vt interficiat gladio oris sui, & quasi latrunculus de improuiso, quia dies dominus quasi fur, &c. ¶ Quia tertia die resurrexit a mortuis. ¶ In aduentu. ¶ Populum Israel.

exepectabo Domine. Gad: † accinctus præliabitur ante eum, et ipse 3 4
a ¶ Reuersus ad liberos. b ¶ Christus cuius est altitudo diuitiarum sapientię & scientię, qui propter nos pauper factus est, cum dives esset. 2. Cor. 8. b. b ¶ Quia fertilis posse fio eius. c ¶ Caro esca, scilicet sanctorum, quam si quis manducauerit non morietur in æternum. e ¶ Sapientię. ¶ Verbi vel seipsum: quia Aser delitię interpretantur.

accingetur retrorsum. Aser: pinguis panis eius, & præbebit delitias 5 6
a ¶ Qui bene regunt se: vitia cõprimunt: corpora constringunt. b ¶ Dilatio: Hi sunt Apostoli & prædicatores, quorum doctrina in latitudine mundi diffusa est: ex hac enim tribu fuerunt apostoli. vnde Psalm 47. f Principes zabulon, principes Nephthali. c ¶ Quia ibi fructus velocius maturescunt. d ¶ Prædicationem Christi.

regibus. Nephthali ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. 7 8

a GAD. HIERO. Latrunculus latrocinabitur ante eum, & ipse latrocinabitur plãtam. Ixuta Hebręum interpretati sumus, sicut vbi nos latrunculum posuimus, ibi scriptum est גדוד Gedud, vt ad Gad nomen alluderet, quod significantius accinctusve expeditus exprimi potest. Totũ illud est quòd ante Ruben & dimidiam tribũ Manasse ad filios, quos trans Iordanem in possessionem dimiserat, post 13. annos reuertẽs, prælium aduersum eos gentiũ vicinarum reperit, & victis hostibus fortiter dimicauit.

D In Quæst. Hebraic.

ISIDO. *Gad accinctus præliabitur ante eum.* Christus antè & retrò præliabitur contra Antichristum, antè, occulto aduentu humilitatis, pòst, manifestata gloria maiestatis. Vnde Moses Deutero. 33. *Benedictus in latitudine Gad, quasi leo requieuit: cepit, brachium & verticem & vidit principatum suum.* Christus enim in sepulchro quieuit, verticem & superbiam excelsorũ humiliauit, & ei datus est principatus, & honor, & regnum.

E

b *Nephthali.* HIERON. Virgultum dissolutum, dans nationi pulchritudinem. In Hebræo ita scriptum est: *Nephthali ager irriguus*, significans quòd quæ in immortalitatis in eadẽ nascuntur tribu. Siue quòd super lacum Genesareth fluuio Iordanis irrigua sit. Hebræi autem volunt propter Tiberiadim, quæ legis videtur habere notitiam, agrum irriguum & eloquia pulchritudinis prophetari. Vbi autem nos *agrum irriguum.* & Lxx. *thelectas* id est, virgultum resolutum posuerunt. In Hebræo legitur, אילת שלוחה aialah seluha, quod potest & ceruus emissus interpretari propter temporaneas fruges velocitatem terræ vberioris ostẽdens. Sed melius, si ad doctrinam saluatoris cuncta referamus: quia ibi vel maximè docuit, vt in euangelio quoque scriptum est.

Allegat.

F

Isidor.

ISID. *Neptali ceruus emissus. &c.* Apostoli enim & prædicatores velociter exilientes sicut cerui, trascẽdũt impedimenta seculi, & excelsa meditantes, dant eloquia pulchritudinis. i. prædicant doctrinam saluatoris.

D

vbi supra. a *Filius accrescens, &c.* HIERONYMVS. *filius accrescens super fontem filiæ gradu composito incedentes super murũ, & exacerbauerunt se, & contenderunt & irascebantur aduersus eũ habentes sagittas. Sedit in forti arcus eius & dirupta sunt vincula manuum eius, à manib. fortis Iacob. Inde pastor egressus est lapis Israel à Deo patris tui.* quia in plerisque. lxx. dissonant: sicut in Hebræo habetur expressius. Et est sensus, ô Ioseph, qui ideo sic vocaris, quia adauxit te mihi dominus, vel inter fratres tuos maior futurus es & fortissimus. Tribus enim Ephraim fortissima fuit. vt in libro regnorum legitur. O inquam fili Ioseph, qui tam pulcher es, vt te tota de muris & turribus ac fenestris puellarum Aegypti turba prospectet. Inuiderunt tibi & te ad iracundiam prouocauerunt fratres tui habentes liuoris sagittas, & zeli iaculis vulnerati. Verùm tum arcum tuũ & arma pugnã di posuisti in Deo, qui fortis est pugnator, & vincula tua quibus te fratres ligauerunt, ab ipso soluta sunt & diruta, vt ex tuo semine nascatur tribus Ephraim, fortis & stabilis, & instar lapidis durioris inuicta, imperans

a ¶ Virtute & dignitate seculi.

b ¶ Speciosus forma præ filiis hominum. Psal. 44.

Filius accrescens Ioseph, filius accrescens † & decorus aspectu. 1 2
a ¶ Ecclesię. Pulchr itudine Christi accensę, vt sponsum accipiant, & et oculo charitatis adhæreant. aegyptiorum desiderantes videre pulchritudinem Ioseph, hic coniicitur quanta fuerit pulchritudo eius, quàm fœminę quarum est propriè pulchritudo, admirantur.
b ¶ Soliditatem fidei. c ¶ Falsis testimoniis. d ¶ Nunquid rex noster eris, &c.

† super oculum. i. pulcher aspectu, vel super fontem crescens ac perfluens plusquam fons.

Filiæ discurrerunt super murum, sed exasperauerunt eum, & iurga- 3 4 5 6
a ¶ Propter somnia. b ¶ Sauciati inuidia. c ¶ Inuidię. d ¶ Firmiter. e ¶ Patre cuius virtute omnia nequitia occiditur. f ¶ Spes pugnandi & vincendi. ¶ In Christo.

† Attamen arcus eius mansit validus & euasit victor: & robora ta sunt brachia manuum illius

ti sunt, inuid eruntque illi habentes iacula: † Sedit in forti arcus e- 7 8
a ¶ Quibus vinctum duxerunt ad Pilatum: vel suspensum crucifixerunt. b ¶ Potentiam.

ius, & dissoluta sunt vincula brachiorũ & manuũ illius per manus 9 10
a ¶ Dei patris in quem credidit Iacob. b ¶ Ex progenie Iacob. c ¶ Natus. ¶ à patre egressus. d ¶ Firmitas videntium Deum. Lapis angularis. e ¶ Pater.

potẽtis Iacob. Indè † pastor egressus est lapis Israel. Dè patris tui erit 11 12 13 14
¶ Iacob cui dixit, Iacob puer meus suscipiet eum anima mea. a ¶ In omnibus.
b ¶ Subiiciens omnia ex lestia & terrena, vt angelis & hominibus domineris.
c ¶ Temperie & prouentu aeris. d ¶ Fertilitate terrę.

† pascens lapides.

adiutor tu⁹ & oipotẽs bẽedicet tibi benedictiõib. cęli desup, b ne- 15 16

quoque decem tribubus Israel.

Benia

1 Mordens vn. &c. *Sicut enim Ceraستes mordens equi vngulam, facit cadere equitem, absque eo quod tangat eum, sic Samson amplexatus est columnas, & fecit cadere domum super Philisthæos, & sic plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat, sicut ibidem dicitur.*

2 Salutare tuum expectabo Domine. *Ac si dicat, quamuis futurus sit talis ac tantus, non tamen erit Messias, sed erit adhuc expectandus.*

3 Gad accinctus præliabitur, &c. *Hoc impletum fuit quando filij Gad accepta sorte circa Iordanem transierunt armati ante filios Israel, qui adhuc terram non acceperant, quousque esset eis hæreditas acquisita, sicut habetur in lib. Iosue.*

4 Et ipse accingetur retrorsum. *Quia redierunt ad sortem suam in eodem numero, quia nullus de eis cecidit in prælio.*

5 Aser pinguis panis eius. *Per hoc designatur fertilitas sortis Aser in victualibus, quia nomine panis omnis cibus designatur, vt supra dictum est 42. cap.*

6 Et præbebit delitias regi, &c. *quia in sorte sua crescebant aliqua rara & preciosa, & ideo pro delitijs regibus præbebantur.*

7 Nephthali ceruus emissus. *Per hoc designatur, quòd in sorte sua terra nascentia prius crescebant, quàm in aliis sortibus, sicut cerui velocior est ad currendum aliis animalibus.*

8 Dans eloquia pul. &c. *Propter hoc enim quòd terra nascentia ibi prius maturescebant, inde fiebant oblationes primitiuorum. Vnde sacerdotes & Leuitæ pulchras laudes Deo reddebãt. Aliter exponunt aliqui Hebræi, dicentes quòd Iacob hic prophetauit de bello contra Sisaram, in quo Barach accepit secũ. x. milia de filijs Nephthali, qui iuerũt prompte & expedite quasi ceruus emissus, & inde habita victoria, Delbora & Barach cecinerunt canticum Domino, vt habetur Iudic. 5. b. Ideo subditur*: Dans eloquia pulchritudinis, *id est, eloquia diuinæ laudis.*

Filius

bonus iudex cornu suæ potestatis debet malos impetere, vt à malis reprimantur, & alij terreantur.

1 *Mordens vn. equi, &c.* Per ascensorem equi vir potens intelligitur & superbus, contra quem bonus iudex debet constanter & cautè procedere, vt deiiciatur superbia eius, & quoniam debet in hoc de diuino auxilio confidere: Ideo subditur:

2 *Salutare tuum expectabo Domine.*

3 *Gad accinctu.* Per Gad qui dicitur accinctus, intelligitur homo castus, cingulo castitatis præcinct⁹: Luc. 12. e. *Sint lumbi vestri præcincti.* Quod exponens Grego. dicit: Lumbos enim præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam coerceamus.

† *Præliabitur ante eum.* Per hoc designatur, quòd bellum contra vitium luxuriæ occurrit in iuuentute.

4 *Et ipse accingetur retrorsum.* Nam deuicta cõcupiscentia carnis per castitatem, debet armari contra elationem, ne ex tali victoria surgat, quod aliquando peius est. Vnde dicit Bern. *super missus est.* Expedit magis virginem non esse, quàm de virginitate insolescere.

Aser

5 *Aser.* Per Aser qui interpretatur beatus, potest significari Dominus noster Iesus Christus, qui non solùm est beatus, sed etiam beatitudo sanctorum aliorum obiectiuè.

† *Pinguis panis eius.* i. sacramentum Eucharistiæ, in quo datur nobis Christus in nutrimentum spiritualis vitæ. Ioan. 6. e. *Ego sum panis viuus.*

6 *Et præbebit delitias regibus.* Per reges intelligunter cæli ciues cum Christo regnantes, qui delitiantur in aspectu Christi: nam interius reficiuntur in aspectu diuinitatis, & exterius in aspectu humanitatis.

7 *Nephthali ceruus emissus.* Per Nephthali qui dilatatio interpretatur, conuenienter prædicator diligens intelligitur, qui per spirituales filios dilatatur, qui dicitur ceruus propter promptitudinem ad discurrendum pro prædicatione verbi diuini, & emissus: nam ab illo debet mitti. Rom. 10. c. *Quomodo prædicabunt nisi mittantur.*

8 *Et dans eloquia pul. &c.* Nam prędicare non debet de fabulis & fictitijs, sed de sacris scripturis, de quibus dicitur Psal. 11. b. *Eloquia Domini eloquia, &c.*

Filius

1 Filius accrescens Io. *In prædicendo statum Ioseph incipit Iacob ab interpretatione nominis eius, Ioseph enim interpretatur accrescens, sicut suprà fecit de Iuda, & duplicatur hic accrescens, quia notabiliter præ cæteris fratribus creuit in bonis spiritualibus & temporalibus, vt satis patet ex dictis de eo.*

2 Filiæ discurrerunt super murum. *In Hebræo habetur*: filiæ discurrerunt propter aspectum, *& in eandem redit sententiã, quia dominæ Aegypti, quando audiebant aduentum Ioseph, currebant ad fenestras & super muros vnde possent eum videre transeuntem propter eius gratiositatem.*

3 Sed exasperauerunt eum. *in Heb. habetur*: Amaricauerũt eum *scilicet fratres sui, ac si dicat, quamuis esset ita gratiosus etiam alienis gentibus tamen fratres sui dure tractauerunt eum.*

4 Et iurgati sunt. *quia sicut suprædictum est 37. ca. non poterant ei quicquam pacifice loqui.*

5 Inuiderunt̃que illi. *Hoc enim processit ex inuidia fratrum contra ipsum, vt ibi dictum est.*

6 Habentes iacula. *id est, verba pungitiua, dicentes.* Ecce somniator venit, *&c. vel ad literam.* habentes iacula, *quia Simeon & Leui habuerunt iacula præparata ad iugulandum eum, vnde dicebat:* venite occidamus eum, *vt habetur ibidem.*

7 Sedit in forti. *id est, in Deo omnipotenti.*

8 Arcus eius. *i. defensio sua: quia à Deo protectus est contra insidias fratrum suorum.*

9 Et diss. sunt, &c. *quando eductus fuit de fouea, & iterum quando eductus fuit de carcere.*

10 Per ma. *&c. i. per virtutẽ illius, qui est potẽtia & virtus ipsius Iacob i. per Deum*

C

F

1 *Filius accrescens Ioseph.* &c. Per Ioseph qui à iuuẽtute tantũ zelum habuit castitatis, quòd propter eam sustinuit pœnã carceris, conuenienter intelligitur iuuenis religiosus vel secularis habens zelum castitatis, & dicitur bis accrescens propter castitatem mentis & corporis.

† *Et decorus aspectu.* Per honestatem conuersationis & etiam pulchritudinem corporis.

2 *Filiæ discurrerunt super murum.* Ad videdum eum. Dominus enim aliquando permittit mulieres talem iuuenem allicere aspectibus & verbis impudicis ad probationem suæ castitatis, sicut factum fuit de Ioseph.

3 *Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt.* Istud in sensu literali refertur ad fratres Ioseph, propter quod in sensu mystico referri debet ad alios iuuenes insolentes, qui talem iuuenem eis dissimilem verbis exasperant, dicentes eum mollem & nullius valoris.

5 *Inuiderunt̃q; illi.* propter famam suæ bonitatis.

6 *Habentes iacula.* id est, verba pungitiua, vocantes eum hypocritam poeritam falsum.

7 *Sedit in forti arcus eius,* id est, in Christo, propter quod talis non mouetur à sancto proposito.

9 *Et dissoluta sunt vincula brachij, &c.* id est, pronitates ad vina superflua: & venerea quæ vocantur Cyprigena corrigia dolosa. 7. Ethi. Cyprigena corrigea.

10 *Per manus potentis Iacob:* id est, per virtutes Dei quæ requiruntur ad obseruantiam perfectæ castitatis. Sap. 8. d. *Et cognoui quòd non possum esse continens, nisi Deus det.*

11 *Inde pastor egressus est.* Talis enim iuuenis aptus est vt suo tempore promoueatur ad officium pastorale.

12 *Lapis Israel.* i. firmus & stabilis in sancto proposito.

13 *Deus patris tui erit adiutor tuus.* Deus enim pater domini nostri Iesu Christi, qui Christus est pater talis iuuenis seu prælati, est eius adiutor in operibus suis, & per consequens tota trinitas, cuius opera sunt indiuisa.

14 *Et omnipotens benedicet tibi.* Multiplicando in spiritualibus bonis.

15 *Benedictionibus cæli desuper, &c. Abyss. id. deorsum.* Per abyssũ.

† intelligi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Beniamin lupus, &c.* HIERO. *Mane comedet prædã & ad vesperã diuidet escam.* Quanquã de Paulo manifestissimè prophetia sit, q̃ in adolescentia sua persecutus ecclesiã, in senectute prædicator euangelij fuerit, tamẽ in Hebræo sic legitur: *Beniamin lupus rapax* suę *capiens in matutino comedet prædã, & ad vesperam diuidet spolia.* Quod ita Hebręi exponũt: Altare in quo immolabantur hostiæ, & victimarũ sanguis ad basim illi⁹ fundebãtur, in parte tribus Beniamin fuit. Hoc ergo inquiũt, significat q̃ sacerdotes mane immolabant hostias, & ad vesperã diuidebãt ea, quæ sibi à populo ex lege collata sunt. lupũ voracẽ super altaris interpretatione ponentes, & spoliarũ diuisionem super sacerdotibus q̃ seruientes altari. viuant de altari j.Cor.9.

✻ THEOD. Hęc ego puto de tota potius tribu, quã de Paulo, prædici, quæ ob scelus in Galilæa, propter constupration em uxoris Leuitæ commissum, duobus prælijs cum cæteris tribubus bellum gessit, tertio demum succubuit.

† Fortiores fuerunt benedictionibus genitorũ meorum vsque ad terminũ colliũ perpetuorũ erũt vel vt Chal. habet benedictiones patris tui addantur super benedictiones quibus benedixerunt me patres mei quas o ptauerunt principes q̃ à seculo fuerunt, erant omnes istæ benedictiones.

Quæst. 109.

a ¶ Multiplicatione stirpis maximè propter Ephraim hoc dictum est, cuius magnitudo magna nimis.
b ¶ Duorum testamentorum: quia in altero nuntiatus, in altero demõstratus, vel vbera Mariæ benedicta potum lactis domino ministrantia. vnde Luc.xj d. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.

dictionib. abysi iacẽtis deorsũ, bẽdictionib. vberũ & vul 1 2

a ¶ Virginalis quę dominũ ędidit nobis, de qua dicitur Hiere.j.b. Antequã exires de vulua sanctificaui te.
b ¶ Omnibus meritis patriarcharum & prophetarum, vt nullus comparetur tibi.
¶ Cælestis.

a b
uæ. Benedictiones patris tui † cõfortatæ sũt, bẽdictionib. 3 4

a ¶ Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, &c. Luc.x d.
b ¶ Sanctorum qui magno desiderio incarnationem Christi expectauerunt: qui celles dicti sunt pro excellentia sanctitatis, & æterni, qui vitam consequentur æternam. c ¶ Omnes ha beatitudines.

patrum eius, dõnec veniret desideriũ cõlliũ ęternorũ. Fiãt 5 6

a ¶ Christi. b ¶ Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Psal. 132.a.

c ¶ Quia ipse est caput omnium sanctorum, quos fratres vocat, quoniam Nazaræus vocabitur.
d ¶ Paulus significatur qui de Beniamin, qui in primordio fideles persecutus vespere diuisit spolia, quia fidelis factus sacra eloquia dispensauit. ¶ Altare vbi hostiæ immolabantur.

a
in capite Ioseph & vertice Nazaræi inter fratres suos. 7 8
b
Bẽnia min lupus rapax, mãne comedet prædã, & vespere diuidet 9

a ¶ Ignis altaris hostiam deuorabat. b ¶ Quia sacerdotes partem suam diuidebant vespere.

Beniamin lupus ra. &c. ISID. Quidam doctorũ hoc ad Hierusalẽ retulit. Beniamin, inquit, filius doloris interpretatur. Hic sorte hęreditatis eũ locum accepit, in quo est terrena Hierusalem, quæ propter incredulitatẽ est repulsa. Hæc in filiis suis per Beniamin designatur, qui vltimus benedictionẽ cõsequitur, & ille populus vltimus saluãdus, *cũ plenitudo gẽtiũ intrauerit.* Dicitur em Beniamin lupus, quia ille popul⁹ sanguinẽ prophetarũ & iustorum fudit. *Rapax*, quia ex multa fame & auiditate, ad verbũ Dei cucurrit, & violenter diripuit regnũ Dei. Hic *mane comedit prædã*, quãdo solus accepit legẽ. Tũc em̃ mundo prima lux scientiæ illuxit. Comedit autem mane, quia legem quam mane accepit, comedit adhuc & meditatur. Sed sequens legem inscitiæ, in legem fidei non peruenit. *Ad vesperam diuidet spolia*, hoc est tempus nouissimum quo conuertetur. Tunc diuidet escam, intelligens à spiritu literam esse diuidendam, *quia litera occidit, spiritus autem viuificat.* 2.Cor.3.b.

Beniamin lupus dicitur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Benedictionibus vberum. *Quantum ad tertium modum.*
2 Et vuluæ *quantũ ad quartũ. Alio modo exponitur quãtum ad bona exteriora collata ipsi Ioseph à Deo sic:* Benedicet tibi omnipotens, *conferẽdo tibi terrenascentia in abũdãtia, & hoc designatur cum dicitur:* Benedictionibus cæli desuper, & benedictionibus Abysi iacentis deorsum, *quia ex bona influentia cæli & bona dispositione terræ talia multiplicantur. Similiter benedicet tibi conferendo bona animata, in multiplicando tibi filios & pecora, & hoc designatur cũm dicitur:* benedictionibus vberum & vuluæ, *quia vulua deseruit tã liũ generationi, et vbera nutritioni.* 3 Benedictiones pa. tui, &c. *Ista litera multipliciter exponitur, ponã tamẽ solũ duos modos, qui videntur mihi magis concordare litęræ. Ad cuius intellectũ sciendũ, q̃ vbi translatio nostra sic habet:* Donec veniret desideriũ colliũ æternorũ. *In Hebræo nõ est*, veniret. *Itẽ vbi habetur* desideriũ. *in Hebræo habetur* תאות taeuath, *& est dictio Hebraica habẽs duplicẽ significationẽ, vno enim modo significat desideriũ, & hãc significationẽ sequitur trãslatio nostra. significat etiã terminũ vel finẽ, & hãc significationẽ sequitur Ra.Sa. & alij Hebræi saltẽ moderni dicẽtes, q̃ hæc est litera Hebraica*, vsq; ad terminũ colliũ seculi, *ita q̃ habemus*, donec, *dicunt* vsq; ad: *Et vbi habemus*, æternorũ, *dicũt*, seculi: *quia dictio Hebraica quæ est ibi. f.* עולם olam, *significat seculũ, et frequẽter accipitur pro æterno in scriptura. Itẽ notãdũ, q̃ Deus apparẽs ipsi Iacob iuxta Luzan inter bona quæ ei ꝓmisit benedicẽs ei, dixit:* dilataberis ad oriẽtẽ & occidentẽ, septentrionẽ & meridiẽ, &c. *vt habetur sup. 28. cap. Et in hoc (vt dicũt Hebręi) promisit ei dominũ totius mũdi: quod expectant implendũ in Meßia: & nos dicimus q̃d impletũ est in Christo. Hãc autẽ promissionẽ nõ fecit Abrahæ nec Isaac: sed solùm de terra Chanaã. vnde sup.13.d.* dixit dominus Abrahæ, leua oculos tuos & vide à loco in quo nunc es ad aquilonẽ & meridiẽ, ad orientẽ & occidentem, *statim subdidit restringẽdo & determinãdo.* Omnẽ terrã quam cõspicis, tibi dabo: *per hoc designans, q̃ solùm sibi promittebat terrã Chanaã quã cõspiciebat, & nõ aliã. Simil. ter ca.26. dixit Isaac:* Dabo posteris tuis vniuersas regiones has. *f. terræ Chanaan. His dictis exponunt literam sic:* benedictiones patris tui. *scilicet Iacob.*
4 Confortatę sunt be. pat. eius. *i. meliores & ad se plus extendẽtes, quam benedictiones patrũ suorũ. f. Abrahã, & Isaac, & subditur causa.* vsque ad terminũ colliũ seculi, *quia benedictio Iacob siue promissio*

Omnes se extedit vsq; ad *fines terrã habitabilis, vt præactu est, & hoc designatur per* terminũ colliũ seculi, *nõ sic auce benedictiones patrũ suorũ. Aliter potest exponi & melius, vt videtur sequẽdo trãslationẽ nostram. Ad cuius intellectũ considerãdũ, q̃ sicut natura ꝓcedit de minus perfecto ad magis perfectũ, ita reuelationes factæ patribus veteru testamẽti de mysterio Christi & futura beatitudine clariores factæ sunt posterioribus quàm primis. Vnde dicit propheta Dauid Ps.118.n.* Super senes intellexi, *& ideo Iacob q̃ fuit posterior quàm Abrahã & Isaac, clariorẽ notitiã habuit de prædictis quàm ipsi: q̃a sibi reuelatũ est mysterium Christi futurũ, quãtum ad eius generationẽ & passionẽ per quam aperta est ianua cælestis: vt plenius sup. dictũ est 28.ca. Et secũdũ hoc exponitur litera.* benedictiones patris tui. *i. Iacob. Confortatæ sunt benedictionibus patrum suorum, quoniam sortiores & clariores reuelationes de mysterio Christi & futura beatitudine ei factæ sunt. ideo subditur.*
5 Donec ve. desi. col. *æ. q.d. ad hoc deuenit reuelatio sibi facta. quòd declarauit ei apertionẽ ianuæ cælestis fiẽdã per Christũ, ad q̃d deberet tendere omne desiderium nostrum.* 6 Fiãt in capite Ioseph. *id est, veniãt super eũ omnes benedictiones prædictæ.* 7 Et in vertice Nazaræi, &c. Replicatio est *ejusdẽ ad maiorẽ cõfirmationẽ, & est sensus:* in vertice Nazarẽi. *i. ipsius Ioseph. qui est Nazaræus. i. sanctus inter fratres suos.* 8 Beniamin lu. ra. *Hic prædixit Iacob statũ Beniamin futurũ, & exponitur vno modo sic ab aliquib. Hebræis & aliquib. Catholicis dicentibus, q̃ q̃a tẽplũ fuit in sorte Beniamin, & ibi erat altare holocausti, in quo erat ignis perpetuus, in quo quolibet mane ponebãt sacerdotes ligna ad cõtinuãdũ ignẽ, & postea desuper bestias: quæ erãt concremanda, quas deuorabat ignis: postea vesperę partes bestiarũ & oblationũ remanentes ꝓ sacerdotibus diuidebantur, & sic exponitur hæc litera:* Beniamin lupus rapax, &c. *quia in sorte sua fuit altare holocausti, quod deuorabat hostias, vt prædictũ est.* 9 Mane, &c. & vespere diuidet spolia. *eò q̃ remanentia diuidebantur sacerdotib. vt dictũ est. Sed ista expositio videtur multũ extranea, maximè quia rapacitas lupi vbiq; in scriptura alibi accipitur in malo, quod non potest dici hic, quia hostiæ incẽdebãtur in altari ad honorẽ diuinũ. ideò aliter exponitur de tribu Beniamin, quæ fuit valde bellicosa. Vnde & accepit bellum contra vndecim tribus alias, & bis debellauit eas in cãpo. vt habetur Iudic.20. Et multos ex eis occiderunt filij Beniamin: quorum spolia rapiebant, & postea cùm redissent de bello inter se diuidebant, & sic patet quomodo*

Beniamin

MORALITER.

C †intelligitur inferni pœna, & per cęlũ desuper gloria superna. Per hoc ergo quod dicitur. † *Benedictionibus, &c.* intelligitur euasio gehennæ & adeptio gloriæ, quæ sunt benedictiones magnæ. 1 *Benedictionibus vb. & vul.* Per hoc intelligitur generatio filiorũ spiritualiũ & nutritio eorũ in morib. & in fide, quæ sunt in prælato benedictiones magnæ. Prou.x a. *Gloria patris est filius sapiens.* 3 *Benedictiones pa. tui.* i. quas Christus pater tuus dedit tibi. 4 *Confortatæ sunt benedictionibus, &c.* i. maiores sunt & efficaciores, quàm benedictiones datæ patribus antiquis ex quib. descẽdit Christus secundũ carnẽ. Nã illi quãtumcunque iusti nõ admittebãtur ad regnũ, sed descẽdebãt ad limbũ: filij verò Christi per baptismũ admittuntur ad regnũ. Christus verò veniens ad mundũ per mortem suã sanctos patres de limbo eduxit: & ad cęlum empyreum transtulit. Ideo subditur. 5 *Donec ve. desi. col. æter.* i. donec veniret Christus: de quo dicitur Aggei 3.b. *Et veniet desideratus cunctis gentibus.* Et ideò dicitur, *desiderium colliũ æternorum.* i. sanctorũ patrum, qui desiderabant Christi aduẽtũ. & dicũtur colles æterni, ꝓpter eminẽtiã sanctitatis & durationẽ ppetuitatis à parte pòst. 6 *Fiãt in ca.10. & ver.N.a.in.fr.suos.* i. in capite iuuenis dicto modo descripti, q̃ est Nazarẽus. i. sanctus inter fratres suos, veniãt benedictiones prędictæ. 8 *Beniamin lu.ra.* Secũdũ q̃ dicit Aug. per Beniamin figuratus fuit Paulus apostolus q̃ fuit de tribu Beni. sicut ipse dicit Phil.3. & ideo de ipso subditur: 9 *Mane co.pr.* Nã in sua iuuẽtute valde grauiter persecutus fuit ecclesiã, vt habetur Act.8 & 9. Sed q̃a cõuersus fuit ad fidẽ, & ædificauit valde ecclesiã opere & doctrina, & sic factus fuit de lupo pastor & de prædone custos. i. deo subditur. *Et ve.di.spo.* Quia post suam conuersionem multos valde Gentilium conuertit ad Christi fidem, qui dicuntur ipsius spolia: nam eos de manu diaboli eripuit. & ecclesiæ Christi aggregauit.

Ego

a *Omnes hi in tribubus. &c.* Quæritur cur Iacob omnes quos A de liberis & ancillis genuit, æquali honore filios & hæredes cõstituerit, quia sicut Christus omniũ, qui per fidẽ corpori eius

† hæ tribus

cõciliãtur, pari honore & gloria cœlestia præmia largitur. Ro.x.c. *Nõ est enim ibi discretio un Iudæus sit an Græcus, Barbarus an Scytha seruus an liber: q̃a per omnia et in omnib.* Christus qui † 13.q.2. c. Hebron. De sepult. cap.1. formã serui induit & pro libero & pro seruo seruiuit, vt omnibus æquale domũ largiatur. Quicunque enim fidẽ domini promeretur, nullis maculis carnalis natiuitatis obfuscatur. Vnde Iohelis.2.g. *effundã de spiritu meo super omnẽ carnẽ.*

† non habet sua.

b *Appositusq;, &c.* STRAB. quærendũ de quo populo dicatur: Nam de patribus nulla quæstio est. Notũ est enim q̃ ad Abraham & Isaac appositus est. sed populus, multitudo est. Illi autẽ tam pauci non poterant populus dici. Intelligendum ergo hoc etiam de angelis dici, ad quorũ societatẽ de mundo transeũtes, apponuntur sancti. Vnde Hebr. 12.f. *Accessistis ad montem Sion, & ad Hierusalem cælestem & ad frequentiam angelorum, &c.*

B

a spolia Omnes† hi in tribub. Israel duodecim. 2
Hæc locutus est eis pater suus, benedixitq; sin 3
gulis benedictionib. ꝓpriis, & p̃cepit eis dicẽs 4
Ego congregor ad populũ meũ: † Sepelite me † cũ patribus meis in spelũca † duplici, quę est in agro Ephrõ Hethæi cõtra Mãbre in terra Chanaan, quã emit Abrahã cũ agro ab Ephrõ Hethæo in possesionem sepulchri. Ibi sepelierũt eũ & Sarã vxorẽ eius. Ibi sepultus est Isaac cũ Rebecca coniuge † sua. Ibi & † Lia condita iacet. Finitisque mãdatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & o- 5

a ¶ Frequentium angelorum.

biit, appositusque est ad ꝑpulum suum. 6

1 Spolia
2
3
4 † Sepelite me
† cũ patribus meis in spelũca † duplici
5
6

Quæst. 109 quæ est in agro duplici.

✻ THEOD. Quod dictũ est, *Et appositus est ad populũ suũ*, resurrectionis spẽ declarat. Si enim omninò interirẽt, nec ad alium populũ trãsirent, nũquã dixisset, *appositus est ad populum suum.* Quod etiam Abraham à domino dictum est. *Tu autem ibis ad patres tuos.* Hinc & dominus Sadducæorum incredulitatem arguit. *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob.*

† sepeliui Liam.

CAP. L.

Iacob moritur.

NICOLAVS DE LYRA.

Beniamin dicitur, lupus rapax. *Item alio modo exponit Aug. de Paulo apostolo, q̃ fuit de tribu Beniamin, vt habetur Phil.4.a. Qui ante cõuersionem suam grauiter persecutus est Christianos, tãquã lupus rapax,* B *vt habetur Act.9.a. sed post cõuersionẽ suã fidẽ Christi publicauit verbo et scripto per orbẽ vniuersũ, q̃d notatur cũ dicitur.* & vespere diuidet spolia. *i. sententias legis & ꝓphetarũ quas à Iudæis acceperat, exponendo de Christo ad instructionẽ fidelẽ.* 1 Omnes hi in tri. Is. duod. *Ista est cõclusio respectu præcedẽtiũ. Vnde subditur.* 2 Hæc lo. est e. *Quę ꝓdicta sunt prædicẽdo spiritu ꝓphetico quæ circa eos futura erãt.* 3 Benedixitq; sin. *Hic cõsequẽter Iacob erigit animos filiorũ suorũ ad spẽ vitæ immortalis, primò imprecando eis bona spiritualia & æterna: q̃d notatur cũ dicitur:* benedixitq; sing. &c. *Dicũt tamẽ hic aliqui q̃ illud refertur ad ea quæ dicta sunt. ita q̃ Iacob aliter nõ benedixit filios suos, nisi prædicẽdo eis futura, vt prædictũ est. Sed hoc nõ videtur verũ, q̃a in præcedẽtib. aliquib. eorũ nõ benedixit. sed magis maledixit. sicut patet de Simeõ & Leui & Rubẽ, & tamẽ dicitur hic q̃* benedixit sing. *& ideò melius videtur dicendũ, q̃ posquã prædixerat eis futura, imprecatus est eis bona, & sic benedixit eis. Sed forma benedictionis nõ exprimitur hic, q̃a nõ omnia scripta sunt: nõ enim verisimile est, quin Iacob moriens imprecatus sit bona spiritualia & æterna singulis filiorũ suorũ, ad q̃ debet dirigi finalis intẽtio oĩm actuũ humanorũ. Secũdò induxit eos ad fidẽ resurrectionis, cũ subditur.* 4 Et præcepit eis. *Cuius præceptũ subdit: cũ dicitur,* sepelite me, &c *fuit enim ꝓ hoc nõ poterat sine magno sumptib. & labore fieri: & nihilominus hoc præcepit, ostendẽs, q̃ corpus suũ erat resurrecturũ ad vitã immortalẽ per Iesum Christũ, vt sup. dictũ est. 47.ca. Cætera patẽt vsq; ibi:* 5 Collegit pe. su. &c. *Ex quo patet q̃ obijt pacifice & quiete.* 6 Appositúsq; est ad po. su. *i. ad limbũ sanctorũ patrũ: sicut sup. dictũ est de Abrahã & Isaac, tamẽ magister in scho. hist. exponit,* ad populũ suũ *i. ad angelos, allegãs ꝓ ratione. q̃a Abrahã & Isaac tã pauci erãt, q̃ nõ posset dici popu* F *lus, sed hoc nõ videtur bene dictũ. q̃a angeli sancti sunt in beatitudine, et ideò nullus potest dici appositus ad eos, nisi quando trãsfertur ad gloriã; quod nõ fuit de Iacob nec aliquo alio homine ante apertionẽ ianuæ cælestis per passionẽ Christi. Motiuũ eriã fuit, quia nõ valet. q̃a in limbo ante mortẽ Iacob nõ sola recepti erant Abrahã & Isaac, sed omnes iusti qui mortui fuerũt ab Ada. qui peccauit, vt habetur Sap.x.vsq. ad Iacob. qui fuerũt multi. f. Abel, Seth. & multi alij de filijs eius, qui fuerunt religiosi & iusti: & Noe, & Melchisedech, & multi de posteris eorũ, & mulieres sanctæ, ita q̃ bene potẽrat dici,* populus, *maximè cũ secũdũ leges, x. hominesfaciãt populũ: propter quod nõ valet dictũ sui: & ideò exponẽdũ est, vt prædictum est:* ad populũ suũ, *id est. ad iustos existẽtes in limbo.*

CAP. L.

MORALITER.

† *Ego cõgr. ad po. meum: sep. me cum pat. meis, &c.* Per hoc ostenditur quòd bonus homo debet esse valde sollicitus, vt in sacro loco sepeliatur: vbi suffragiorum copia habeatur.

ADDITIO I.

In cap. xlix. vbi dicitur in postilla. Dicit enim in nouissimis diebus.

Super illud verbũ, in nouissimis diebus. Ra. Mos. Gerunden. in sua gl. dicit. Nouissimi dies sunt dies Meßiæ, quoniã Iacob significabat illa tepora in verbis suis, cũ dixit: Donec veniat Silo, & ipsi cõgregabuntur populi, &c. *Secundum enim communem opinionem nouissimi* C *dies, dies Meßiæ sunt: hæc ille. Et sunt verba notanda, licet frequenter à Iudæis malitiose negentur.*

ADDITIO II.

In e.c.49. vbi dicitur in postil. quia tu es principiũ doloris mei, &c.

In Hebræo in hoc loco ponitur: Tu es principiũ ונ oni, *& est dictio, q̃ quãdoq; significat dolorẽ, quãdoq; verò fortitudinẽ seu robur, & vtroq; modo potest exponi ad cõmendationẽ ipsius Rubẽ antequã peccasset: cũ enim dicitur:* principiũ doloris mei. *f.* sollicitudinis meæ circa *filios meos, & sic exponit magister in histo. Si autẽ dicatur principium fortitudinis meæ potest sic intelligi, q̃a in eo primò apparuit virilitas ipsius Iacob in actu generãdi: & redit in idẽ q̃d prius. Vel secũdum Ra. Mos. in hoc cõmẽdatur castitas Iacob, quia vt tradit Heb. tũc nõ emisit de se semen ante conceptionem Rubẽ, & sic fuit principium fortitudinis suæ quo ad hoc: & est sententia planior. Dicit enim primò, omnia quæ faciebant ad commendationem Rubẽ scilicet, tu es fortitudo mea, vsque ibi:* Maior imperio, *Et postea subdit illa, quæ faciunt ad eius decrementum: & hoc cum dicit:* effusus es sicut aqua. &c.

ADDITIO III.

In e.ca.49. vbi dicitur in postilla. Non auferetur sceptrum de Iuda.

Hæc autoritas Patriarchæ. f. nõ auferetur sceptrũ de Iuda, donec veniat Silo, *est valde efficax ad vincendũ Iudæos, de hoc q̃ Christus ꝓmissus iam venit à tpe quo ablatũ est sceptrũ de Iuda, &c. Et ideò cõtra hoc multipliciter cauillãtur, quorũ cauillationib. ibi bene videtur* E *respondẽri in postilla. excepto vno. f. cũ dicitur. q̃ Machabæi. q̃ sacerdotes fuerunt & gubernauerunt populum, erant de tribu Iuda, quod ipsi negant, nec plane cõtra eos hoc probãt. Vnde inter alios, quos de hac materia vidi loquentes seu scribentes super Rab. Mar. in pugione suæ sectæ da parte ca.4.& 5. de hoc eleganter tractat, primò exponẽs hæc verba:* Non auferetur sceptrum, nec dux de fœmore, *de collegio seu consistorio Iudæorum, qui dicebantur Canhedrin, ad quos omnes difficultates sũ dubia legũ & fidei perueniebãt, et omnia summa iudicia & controuersiæ, qui quidem residebant principaliter sub regibus & ducibus Iudæ in Hierusalem, & postea in Babylonica captiuitate dum essent reges vel duces de Iuda, consequenter autem in reditu captiuitatis apud Hie* F *rusalem durabat etiam potestas illorum, prout potestas alicuius capituli vacante sede durat, quorum autoritas & potestas durauit etiam tempore Machabæorum. & vsq; ad certum tempus ante destructionem templi secundi, quod quidem tempus concurrit cum tempore passionis Christi, & tunc cessauit omninò eorũ potestas, quæ omnia sufficienter probat prædictus autor, & deducit per autoritates sumptas à doctoribus autenticis Hebræorum antiquis, quibus nullo modo possunt Iudæi rationabiliter dissentire, quas quidem ad euitandum prolixitatem omitto remittendo eas prædicto libro vbi plane tractantur.*

ADDITIO IIII.

In eod. cap. 49. Vbi dicitur in postilla. Ligans ad vineam, &c.

Expositio catholicorum in hoc loco non debet censeri mystica, sed potius literalis Iacob enim prophetãdo de filijs in hoc loco, sæpe loquitur methaphoricè, secundũ quã locutionẽ accipiẽda est sententia literalis, ex hoc q̃ res significatæ per voces vlterius aliud significant prout ostensum fuit in prologo huius libri. Quod aũt hic circa Iudam methaphoricè loquitur, satis videtur ex hoc q̃d dixerat: Catulus leonis, &c. *q̃d exponitur de Dauid, vt in postill. q̃ nõ fuit catulus leonis nisi methaphoricè. Et similiter in hoc loco, cũ dicit:* ligãs ad vineã, &c. *locutio methaphorica debet censeri, præsertim cum similitudines quas in hoc loco ponit, sint omninò conformes similitudinibus in aliis locis sacræ scripturæ contentis, vbi de*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tis, vbi q̃ similis materia tractatur. Pro quo attendẽdũ, q̃ vinea in sacra scriptura accipitur ad literã p̃ cõgregatione eorũ, qui sunt sub fide. Vn Vinea. de Esai. 5. b. Vinea dñi, &c. Similiter Christus se vocat Vitẽ. Ioan. 15. a. ego sum vitis vera, &c. similiter discipulos vocat palmites, vt ibidem. Per alĩa vero significat Christus populũ Iudæorũ, & p̃ fullũ populum Gentilẽ, vt Mat. 21. a. & Zach. 9. b. prophetice hoc idẽ signatur. Per hoc aũt q̃ dicit: Lauabit in vino stolã suã, &c. etiã metaphorice significatur ad literã passio Christi, de qua Esai. 63. a. cũ à Christo quæritur: Quare ergo rubrũ est indumentum tuũ, & vestimenta tua, &c. quæ omnia ad literã intelligũtur de Christo, & eius passione. vnde tenẽda est expositio nostrorũ doctorũ in hoc loco tãquã literalis, & cõtinuatur cũ præcedẽtib. conuenienter: cùm enim dixerat: Donec veniat qui mittẽdus est, s. Christus cui erat congregatio seu expectatio gentium: consequenter declarat coniunctionem harum gentium dicens, Ligans ad vineam, &c. similiter & passionem per quam spectabatur redemptio omnium gentium, & hoc cùm dicit. Lauabit in vino, &c. & exponantur ad literam: prout in glo. ord. &c.

ADDITIO V.

In cap. xlix. vbi dicitur in postill. Sed hæc expositio, &c.

Hæc expositio non videtur tãquã extranea repellenda, nõ obstãtibus obiectionib. postillatoris cõtra eã. Prima enim obiectio nõ videtur valere: nã ille qui nimis datur ad speculationẽ, sæpe negligit curã temporaliũ negotiorũ, intãtũ q̃ iudicio cõi hominũ rudis seu fatuus reputatur sicut Philosophus 6. Ethi. dicit de Anaxagora & similib. Philosophis, q̃ videbantur ignorãtes cõfrentia sibi ipsis. Secũdã verò obiectionẽ manifestũ est non valere, reperitur enim in sacra scriptura expreßũ, q̃ de filijs Issachar erãt homines excellẽtes in scientia super alios. vnde 1. Paral. 12. c. De filijs quoq; Issachar, viri eruditi, qui nouerãt singula tẽpora ad præcipiẽdũ quod facere deberet Israel, &c. Supra quod verbũ gl. doctores legis in tribu Issachar fuisse traduntur, q̃ singula tempora ceremoniarũ obseruãda docebant, & q̃ facere deberet Israel, præscribebãt. Hæc in Gl. Q̃d etiã ipsemet postillator in hoc loco testatur, vbi de filijs Issachar sic dicit. Erãt enim isti studiosi in lege, et sciebãt optime cõsulere qd & quomodo esset agẽdũ, & cætera trib. eorũ cõsilys acgescebãt: hæc postillator. Quod aũt de tribu Leui etiã esßet cõuter iudices & doctores populi, verũ est, & habetur Deut. pen. a. vbi de Leui dicitur: Perfectio tua & doctrina tua à viro sancto tuo, &c. Sed cum hoc stat, q̃ Issachar etiã habebat excellẽtiã in scientia, vt dictũ est, respectu aliorũ pter Leui. Cõtinuatur etiã litera secũdũ hãc expositionẽ sic: nã cũ Issachar esset auulus ad speculationẽ scientiæ, & haberet terrã fructiferã, erat ac cubãs inter terminos, abhorrẽs. s. labores corporales. vnde. Vidẽs requiẽ. s. speculationem, quòd esset bona, & terrã quod esset optima. s. fructiferã cum modico labore, prout in postilla. ex amore studij excusabat se. vt pluribum me iret in exercitum. quia diligebat quietem & dulcorem sapientiæ, & ideo præeligebat soluere tributum regibus, potius quàm dimittere requiem speculationis. & hoc est quod sequitur: & suppoſuit humerum suum ad portandum, scilicet, quia volebat magis esse tributarius, quàm bellicosus seu militaris ratione prædicta.

ADDITIO VI.

In eo. ca. xlix. vbi dicitur in postilla. Dan iudicabit populũ suũ, &c.

Dictio Hebraica in hoc loco posita significat vno modo iudicare, & alio modo vindicare, & vtrũq; posset intelligi de Sãsone, vt in postilla.

ADDITIO VII.

In eod. ca. xlix. vbi dicitur in postilla. Salutare tuũ expectabo dñe.

Licet Sãson fuisset fortißimus in corporali robore, nõ tamẽ ab aliquo posset dubitari an esset Meßias. fuit enim Samson modicæ prudentiæ & discretionis, nec fuit etiã propheta, nec de eo legũtur tales virtutes, quib. de hoc posset suspicari. Vnde q̃ patriarcha dixit in hoc loco, Salutare tuum, &c. Iacobus videtur referendũ ad tẽpus Antichristi, prout Greg. 3. moral. dicit, q̃ qdẽ Antichristus, q̃ut cõmuniter fertur, descensurus est de tribu Dan, qui circa tabernaculum ad aquilonem castrametatus est. & quia ipse Greg. ibidem ait: Iudæa erroris sui laqueis capta, pro Christo Antichristum sperat. Vnde Iacob in electorum voce in eodem loco repente conuersus est ad eum dicens: Salutare tuum expectabo, &c. id est, non sicut infideles Antichristum, qui scilicet venturus est de tribu Dan: sed eũ qui in redẽptionẽ nostrã venturus est, fideliter expectoverũ Christũ, de Christo enim vero supra dixerat. Donec veniat qui mittendus est, &c. & hanc sententiã expreßè tenet trãslatio Chaldaica.

ADDITIO VIII.

In eodem cap. xlix. vbi dicitur in postilla. Sedit in forti, &c.

Non videtur rõni cõsonũ, q̃ in hoc loco inter tot bona, quæ Iacob de ipso Ioseph prophetauit, interponatur tanquã bonũ descensus Ieroboam ex ipso Ioseph, cùm ipse Ieroboam fuerit peßimus idololatra, qui non solũ peccauit, sed etiam peccare fecit Israel, ꝓpter quod diuina sciẽtia fuit abscisus a regno cũ posteritate sua, excepto vno filio tantũ. vt in 4. Reg. 13. & 15. c. & etiã regnũ eius licet p̃ tẽpore à Deo fuerit promißũ, non tamẽ gratũ. de eo enim legitur Osee. 8. a. Ipsi regnauerunt, sed nõ ex me, & similiter 13. c. de eodẽ: Dabo eis regẽ in furore meo, nõ ergo de ipso rectè diceretur, Per manũ potẽtis Iacob. Vnde aliter circa hoc videtur dicendũ. Ad quod sciendũ est, q̃ Ioseph duas habuit principales persecutiones. vnã. s. a fratribus de qua intelligitur illud: Exasperauerũt eũ & iurgati sunt, &c. prout dicitur in postill. Aliã verò ab vxore domini sui. s. Pharaonis, vt sup. 30. à qua quidẽ persecutione fuit à Deo ꝓtectus intãtũ, q̃ nõ fuit inclinatus ad peccãdum, licet vehemẽter incitatus ad hoc fuisset, vt ibidẽ patet: & de hoc exponũt q̃dã Hebræorũ, quod sequitur. s. Sedit in forti arcus eius. s. appetitus eius carnalis, q̃ sæpe in hominibus modicæ virtutis tedit ad extra ad suũ cõcupiscibile, tãquã arcus proiectis sagittã ad signũ: q̃d nõ sic fecit Ioseph, sed tedit in forti. i. in fortitudine virtutis continẽtiæ, & q̃a quãdoq; aliqui, qui ex ductu rationis refrenãt suũ carnale appetitũ, cũ hoc tamẽ molestantur à prauis concupiscẽtijs, prout cõtingit cõtmetibus, Ioseph autẽ nõ sic, sed tanquã verè tẽperatus vires ꝓprias carnales subiectas habebat rationi, sic vt nullã morũ ad hoc sentiret molestiã sensualitatis: ideo dicit. Et dissoluta, &c. sic q̃ ly eius, referatur ad hoc q̃ dicit. Arcũ suũ, &c. Arcus enim habet duo brachia, quæ cũ corda fortiter sunt ligata, ad hoc vt possit sagittare, quorũ quidẽ brachiorũ arcus si vincula dissoluãtur, tũc ars cui penitus est indisposita ad sagittandũ: & isto modo vires sensuales Ioseph, cũ quibus arcus appetitus carnalis solet sagittare, erãt dissoluta à vinculis carnalibus: dicirco in hoc cõmendabatur nõ solũ vt cõtines, sed tanquã tẽperatus, & quia vitare peccatũ præsertim hoc modo in statu nature corruptæ nõ possumus, nisi gratia Dei auxiliãte secundũ Aug. in lib. de perfectione iustitiæ, ideo subiungitur: Per manũ potẽtis Iacob, q̃a per Virtutem gratiæ Dei illud peccatũ sic vitauit. Potest etiã hoc, q̃d dicitur: & dissoluta sunt vincula eius, aliter exponi. s. vt intelligatur de dissolutione vinculorũ Ioseph in carcere de mãdato regis, & prouidẽtia diuina. Vnde de eo legitur in Ps. 104. b. Humiliauerũt in cõpedib. pedes eius, & sequitur ibidẽ: Misit rex & soluit eũ, q̃d autẽ sequitur In l pastor egressus est lapis Israel, videtur aliter exponendũ. Ad cuius intellectũ attendendũ est, q̃ quia posteritas Ioseph per Ephraim descẽdẽs recesserat à diuino cultu: à tempore ipsius peßimi eroboã vt dictũ est, intãtũ q̃ non reputabatur ĩã de filijs Israel secũdũ fidẽ, sed quasi Gẽtiles & alienigenæ. Vnde de eis legitur Osee. 5. b. In dñm prodigiosè egerũt, quia filios alienos genuerũt, &c. deinceps Iacob videns in spiritu, q̃ filij Ioseph nisi quã esset Deo reconciliãti, nisi per Christũ, qui omnes tã Hebræos quã Gentiles vocauit ad gratiã, ideo dicit: Inde egressus est pastor, &c. q. d. ab ipso potente Iacob. s. à Deo, q̃ præseruauit Ioseph à peccato, vt dictũ est: Egressus est pastor. s. Christus, qui tanquã pastor bonus dixit: Alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Similiter & lapis Israel, supple inde egressurus est, qui q̃dẽ lapis Israel est ille. s. quẽ reprobauerunt ædificantes, q̃ fecit vtrãq; vn. Vnde ad cõsolationẽ posteritatis Ioseph, hoc introductum est, ne per hoc, q̃ apostatauerunt à lege diuina intelligerẽtur exclusi à finali salute per Christum fienda. Vnde & hoc notabiliter nominat Christum per nomen pastoris & lapidis, quorum vtrũq; nomen implicat reductionẽ Gentilũ seu apostatantiũ ad vnũ Deum & vnam fidem: nec obstat huic expositioni quod dicit, egressus est, quasi de præterito, quia hoc est propter certitudinẽ prophetiæ, & etiã secunda expositionem postillatoris de futuro habet intelligi: vt patet in postilla. Quidam autem exponẽs hoc quod dicitur inde egressus est pastor lapis Israel, &c. De esse filio Num, qui fuit de tribu Ephraim, & per consequens de Ioseph, & licet rationabilius posset de illo exponi qui fuit iustus rector Israel post Mosen: proprius tamen adaptantur hæc verba Christo, præsertim cùm dicitur: lapis Israel, nam etiam Ra. Mos. Gerunden. in hoc loco dicit expreßè: quod lapis hic dictus intelligitur ille, de quo in Psa. 117. Lapidem, quem reprobauerunt, &c. In quo loquitur quasi prophetando nesciens sicut legitur de Caypha.

ADDITIO IX.

In eod. ca. xlix. vbi dicitur in postilla. Benedictiones patris tui, &c.

Ista duæ expositiones videntur insufficientes, vtrãq; enim earũ præsupponit falsum vel inconueniens: nam prima expositio præsupponit, q̃ dominus promiserat ipsi Iacob dominiũ totius mũdi, cũ ei apparuerat iuxta Luz. an, de quo sup. 28. ca. sed hoc videtur falsum: nã in secũda appa ritione in qua Deus apparuit ipsi Iacob, in eodẽ loco. s. Luz. a. vbi iterum benedixit eĩ, & mutauit nomen eius in Israelẽ, ibi legitur: Terrã quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te, &c. Ex quo patet manifestè, q̃ non ampliauit sibi terminos plus quàm patribus suis. Consequenter etiam Iacob supra. 48. cap. repetens prædictam promißionẽ factã in Luz a sibi. ad Ioseph sic dicit: Deus omnipotẽs apparuit mihi in Luza, quę est in terra Chanaã, benedixitq; mihi, & ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciã te in turbas populorũ, daboq; tibi terrã hanc, & semini tuo post te in possessionem sempiternã. Ex quo patet manifestè, q̃ promißio facta Iacob in Luz a non se extendebat nisi ad terrã Chanaan. Quod autẽ in ca. 28. supradicto dicitur. Dilataberis ad orientẽ & occidẽtẽ, &c. intelligitur de orientali & occidẽtali plaga ipsius terræ sibi promißæ. s. Chanaã, quæ etiã potest diuidi in quatuor plagas, sicut tota terra habitabilis. Secunda verò expositio præsupponit, q̃ Iacob habuerit clariorẽ reuelationem de mysterio Christi & futura beatitudine, quã ipse Abrahã, quod est valde inconueniens. Tum quia Abraham dicitur esse pater fidei: in cuius sinu (prout habetur Luc. 17. c.) iusti ab angelis portabantur. Tum quia de eo legitur. sup. 18. c. Dixitque dominus: Nũ cælare potero Abrahæ, quæ gesturus sum, &c. Et eadẽ ratione & fortiori inconueniens videtur quod Deus celauerit Abrahã de his quæ pertinẽt ad salutẽ, maxime illa quæ reuelaturus erat ipsi Iacob. Tũ quia futura beatitudo re uelata fuit

D Persecutiones Ioseph.

E

F

An Iacob clariorẽ reuelationem habuerit quam Abra ham.

A uelata fuit ipsi Abrahæ, cũ lux sancta semmi sue fuerit promissa, vt exposuit fuit ca. 15. quæ quidẽ beatitudo apertione tanuæ cælestiu, & cætera quæ ad hoc requirũtur, præsupponit. Per illud autẽ quod dicit propheta: Super senes intellexi, nõ est intelligendũ, q̃ semper posteriores sancti habebant clariores reuelationes, quàm primi, aliquam sequitur q̃ sancti modernorũ tẽporũ essẽt magis illuminati de his quæ pertinẽt ad fidẽ, quã apostoli, qui sunt antiquiores & seniores, q̃d est falsum. Vltima etiã ratio ad hoc inducta per postillatorẽ nõ sufficit: nam licet natura (vt in pluribus) procedat de minus perfecto ad magis perfectũ: Natura tamẽ secũdũ Boetiũ semper sumit initiũ à perfectis, & ideo Abrahæ fuit dictũ sup. 17. c. Ambula corã me, & esto perfectus &c. prout fuit declaratũ. Assumit etiã hæc expositio benedictionẽ & reuelationẽ pro eodem, quæ tamẽ sunt diuersa, non enim omnes benedictiones sunt reuelationes: nec ecõuerso: vt est manifestũ. Vnde hæc litera videtur aliter exponenda & planius. Ad quod sciendũ, q̃ cũ Iacob beneciceretur à patre suo supra. 27. ca. eidẽ dixit sic: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, &c. in quo fuit benedictus ad literam de bona influentia cælesti & de bona dispositione terrestri: ex quibus immediatè multiplicãtur terræ nascẽtia, nõ tamẽ legitur q̃ Iacob fuisset benedictus expreßè à patre suo de multiplicatione propagatiõu hominũ et animaliũ, q̃d intelligitur de benedictionibus vulua: nec etiã de bona gubernatione, seu nutritione taliũ, q̃d intelligitur in benedictionibus vberũ: ista autẽ benedictio quæ pertinet ad propagationem animaliũ, consueuit in scriptura ab alijs distingui. Vnde Deut. 7. b. dicitur: Benedictus eris inter omnes popu-
B los, & non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tã in hominibus quàm in gregibus tuis, &c. Iacob ergo in hoc loco amplius benedixit ipsum Ioseph. quã ipse Iacob fuit benedictus à patre suo, quantũ ad prædicta, & hoc est q̃d dicit: Benedictiones patris tui. s. quib. te benedi-
C co: confortatæ sunt benedictionibus patrũ meorũ, &c. s. benedictionibus, quibus patres mei benedixerunt, vt dictũ est. Et sequitur in litera secũdũ Hebraicã veritatem: Vsque ad desideriũ collũ æterno rũ, seu collũ seculi, &c. In quo intelligitur Christus desideratus à cũctis gentibus, vt Aggæi. 2. b. de quo Luc. 2. d. Multi reges & prophetæ voluerũt videre quæ vos videtis, & nõ viderũt, &c. Et continuantur hæc verba cũ præcedẽtibus & sequẽtibus sic: Benedictiones patris tui quæ confortatæ sunt benedictionibus patrũ meorũ, &c. Et sensu est. quòd benedictiones temporales, quibus Iacob ipsum Ioseph benedixerat, fortiores seu ampliores sunt quàm benedictiones patrum meorum. scilicet ipsius Iacob, vt dictum est vnà cum summa benedictione spirituali desiderata à collibus æternis, scilicet à sanctis & initis, omnia ista fiant in capite Ioseph.

ADDITIO VLTIMA.

In cap. 40. vbi dicitur in postilla. Tamẽ magister in historia. s. hol. &c.

Hæc expositio magistri historiarũ est in glos. interl. vbi super hoc verbum, ad populũ suũ, supra posuit frequentiã angelorũ. Similiter & expositio Strabi quæ in glo. ponitur in margine, & non ponitur ibi quantũ ad hoc aliqua opinio apposita: vnde nõ videtur q̃ sit hæc expositio repellenda, præsertim cũ Aug. super Gen. illa ponit, dicet nõ totaliter assertiue: dixit enim sic: Videndũ quomodo dicant scripturæ, quæ absolue dicunt de
Apponi ad populum. mortuis. Et appositus est ad patres suos, vel, appositus est ad populũ suum, &c. Ecce enim de Iacob dicitur: Iã quidẽ mortuo. sed nondum sepulto: & ad quẽ populũ apponatur, nõ in prõptu habetur: ex illo enim populus prior nascitur, qui dictus est populus Israel: qui verò eum præcesserũt, tã pauci iusti nominãtur vt eos populũ nominare certemus. Nã si dictũ esset: Appositus est ad patres suos, nulla quæstio fieret: an forte est non solũ hominũ sanctorũ, sed etiã angelorũ populus ciuitatis illius, de qua dicitur ad Heb. 12. f. Accessistis ad montẽ & ad ciuitatẽ Dei Hierusalẽ, & ad milia angelorũ exultãtiũ. Huic populo apponũntur, q̃ post hãc vitã placẽtes Deo fiũt. Tũc enim dicũtur apponi quãdo iã nõ remanet sollicitudo tẽtationũ, & periculũ peccatorũ: q̃d intues scriptura ait: Ante mortẽ ne laudes hominẽ quẽquã. Hæc Aug. ex qua autoritate soluitur obiectio facta per postillatorẽ: Nã ad hoc quod dicit, q̃ nullus potest dici, appositus ad angelos: nisi quando transfertur ad gloriã. Respõdetur secũdũ Aug. q̃ qui post hãc vitã placẽtes Deo fiũt, dicũtur angelis apponi, inquantũ iã in eis cessat sollicitudo tẽtationum, & periculũ peccatorũ: sed sunt impeccabiles sicut angeli, licet adhuc ſta tum gloriæ nõ attingãt. Nec etiã videtur inconueniẽs dicere, q̃ cùm sancti in hac vita existẽtes sæpe habeãt angelorũ cõsortia, q̃ tales cum sint in limbo ad eorũ cõsolationẽ ab angelo frequẽter visitentur, & hoc videtur sonare glo. interl. prædicta, cũ dicit ad societatẽ angelorũ, q̃d sonat cõtinuũ consortiũ, sed dicit frequẽtiam angelorũ, quod magis sonat frequentiã visitationis: Quod autẽ postillator arguit cõtra motiuum huius expositionis, dicẽs: q̃ ante mortẽ Iacob fuerunt recepti in limbo Adã & Abel. Dicendũ, q̃ de nullo sancto qui ante Abrahã decessit, legitur q̃ fuisset appositus ad populũ suũ. Cuius ratio potest esse, quia illi licet decessissent in gratia, tamẽ forte habebãt aliqua venialia, pro quibus oportebat eos esse in purgatorio ad tẽpus, & sic propter tales nõ diceretur Iacob esse appositus ad populũ suum, cum nõ essent adhuc in limbo. Et notandũ, q̃ scriptura loquẽs de morte quorundã iustorũ, qui ante passionẽ Christi decesserunt frequẽter dicitur: Appositus est ad patres suos,
Obdormire cũ patribus suis, vt de Dauid. ij. Reg. 2. et de alijs q̃d idẽ sonat. sed post
in domino. passionem Christi aliter dicit. s. obdormiuit in domino: vt Act. vij. de Stephano

Contra Antiq. facit pro eo, quia Aristo. cõsueuit antiquis detrahere. Nõ enim pepercit eidem magistro suo Platoni, multò minus alijs, vt patet in multis locis librorũ beati August. Nec tamẽ Arist. dixit Anaxagorã & alios Philosophos fore asinos, si aliquãdo dixit eos ignaros, vel minus bene sentire, hoc tamen improperabat antiquis, nõ quia studiosis: sed quia ignorantibus: & sic illud allegatũ est contra propositũ Burg. Pro solutione secundæ rationis

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quã facit postillator, Burg. assumit, quod reperitur in scriptura homines de tribu Issachar fuisse aliis in scientia excellentiores, in loco tamen per eũ allegato nõ dicitur quod erant eruditi in scientia, sed in tẽporũ observatione pro ceremoniis, & ita fortasse erant familij sacerdotũ & leuitarum, ad denuntiandũ populo huiusmodi temporũ & ceremoniarũ observantias ad modũ præconũ quod est vilis conditionis officiũ, sicut & campanillarij. dicitur tamẽ quodlibet officiũ suos habere suo modo magistros. vilitas quoq; illius tribus innitur in litera allegata per Burg. in qua ceteræ tribus venientes in adiutoriũ Dauid, numerantur per milia valentiũ, hæc tribus Issachar numeratur per ducentos prædicto modo valentes. Nã reliquos omnes de illa tribu dicit potuisse equos, qui cõsilia sequebantur. q.d. sicut asinus stolidus directione egens, nõ ducẽtis deptus qui erant vt prædicitur eo modo studiosi. Vnde & glos. per Burgen. adducta non loquitur assertiue, sed secundũ aliorũ opinionẽ. Idcirco dicit glos. traduit doctores in illa tribu fuisse. sed eorũ studia modificat, sicut suprà dictũ est solum ad tẽpora cæremoniarum obseruanda, & populo intimãda verbo vel scripto. Et ad eundẽ effectũ postillatoris illũ locum allegatum exponit, manẽt igitur rationes eius in concussa. Bur. etiã hic contradicit propriæ regulæ, quam posuit in prosecutione sui prologi, videlicet quod expositiones sanctorum debeant magis reputari, quã insideliũ. Nũc autẽ expositio quã fouet, est Iudæorum: & illa quam imbrobat, est beati Hiero. vt patet in glo. ord. Item capitulo eod. vbi postillator ad intentionem magistri histor. illum pasũ: Inde pastor egressus est, &c. exponit de regno Ieroboam, qui fuit de tribu Ioseph. Burg. dicit illã expositionem rationi inconsonã, allegans motiua: quia Ieroboam fuit pessimus idololatra, regnũ quoq; fuit ei as tempus à Deo permissum: nunquã tamẽ fuit gratum. Cætera ibi ponit Burg. per longã digressionẽ, concludens quòd prophetia Iacob de eo nõ potest exponi conuenienter. Sed revera motiua Burg. sunt cõtra rotundũ textũ iij. Reg. xj. xij. & xiij. vbi dicitur, prophetam ex parte Dei regnũ decẽ tribuum ei promisisse, & signo ostendisse: dicitur enim ore Dei ad Ieroboam. Te assumã & regnabis super omnia quæ desiderat anima tua, eritq; rex super Israel: si seruaueris præcepta mea sicut Dauid, erõ tecum, & ædificabo tibi domum fidelẽ, quomodo ædificaui domũ Dauid, & regnũ Iudæ pugnare volens cõtra regnum Israel, prohibitum est à domino dicente. iij. Reg. xij. f. Non ascendetis neque bellabitis cõtra fratres vestros, à me enim factum est verbum hoc: quæ omnia non sonant in regnũ promissum, sed ordinatum: nec consanat Ieroboã fuisse idololatram, & si post susceptũ regnũ factus sit pessimus: ante enim susceptũ regnũ, vt dicitur iij. Reg. xj. e. Erat Ieroboã vir fortis & potens, videnſq; Salomõ adolescentẽ bonæ indolis & industriũ, cõstituit eũ præfectũ super omnia tributa vniuersæ domus Ioseph. Et cùm egrederetur Hierusalem: occurrit ei propheta Abias, voluntatẽ Dei prænũtians, vt patet in litera, quæ non sonant eũ fuisse idololatrã. sed bonũ, quamuis postea uersione male egerit. Burg. dicit illud Osee. xiij. a. Dabo ei regem in furore meo, De Ieroboam scriptum: sed neutrũ dz eo scriptũ est, vt patet intuenti literam, & glossam sanctorũ vtrobiq;. Et quia Iacob vidit tribũ Ioseph in persona Ieroboam per dominũ sic exaltandam in regnum Israel, vt dicitur. iij. Reg. xj., prophetauit, dicẽs: Inde pastor egressus est, præteritum pro futuro expressit. Et sicut preuidit circa Ieroboam & tribum Ioseph Dei beneficentiã: ita preuidit ipsius Ieroboã post susceptum regnũ scãdalum & militiam: ideo postquam de eo dixit, Per manus potentis Iacob egressus est pastor, continuò subiunxit: Lapis offensionis & petra scãdali, ipse enim fecit Israel peccare multipliciter, vt dicitur. iij. Reg. xiij. d. Stat igitur expositio postillatoris vt literalis: glo. autẽ & expositione sanctorũ mystica remanente. Item in eodem cap. postillator illum

C Reuelatio facta Abrahæ de maiori omnium. Passum: Benedictiones patris tui confortatæ sunt, dupliciter exponit, primam tamen expositionem non multùm ponderans, in secunda resident, quæ vult & consortatio benedictionum Iacob super benedictionibus patrũ suorũ est quædam excrescentia notitiæ de Deo ex mysterijs fidei posteriorum ad priores, quia in processu temporis per Deum aucta est claritas reuelationis, quæ more benedictionis, vel cum benedictionibus facta est. Sed Burg. dicit illud valdè inconuenienter dici, motus ad id rationibus modici valoris. Cùm enim primò dicit Abraham esse patrem fidei, ex hoc tamen non sequitur eũ habuisse clariorem de credendis reuelationem intẽsiuè extensiuè quàm posteriores, scilicet Iacob & cæteros prophetas, quamquam in materia obedientiæ, quæ ad fidẽ pertinet fuerit Heroicus præ aliis, quasi pater, alij tamen in aliis nõ minus ad fidẽ pertinentibus, eo fuerunt longè clariores: prout declarat beatus Gregorius in prefatione moralium post mediũ. In materia igitur obedientiæ omnes vere obedientes sunt filij Abrahæ: vt notatur ad Gal. iij. d. in textu & in glossata in materia patiẽtiæ verè patientes sunt filij Iob: & sic de aliis. Nec ex eo quod allegat Burg. quòd in sinum Abrahæ iusti deportabãtur, Sequitur igitur: Habuit credẽdorũ clariores reuelationes quàm posteri. Sinus enim limbus patrũ dicebatur propter requiẽ secundùm cõmuniter loquentes de hac materia: sed & dictus est sinus Abrahæ ex euentu narrationis Christi est. Luc. xvj. f. Et nusquã reperitur in scriptura alias. Inde ecclesia assumpsit, vt locum quietis animarũ sinum Abrahæ: non propter Abrahæ sinũ de quo Christus narrauit, quia ille erat limbus: quam requiem iam ecclesia nimirũ petit, sed propter requiem æternam, quam metaphoricè transsumit. Ex metaphora igitur Burg. nihil concludit, nec valet quod tertiò sumit, id videlicet: Num cælare potero Abrahæ quæ gesturus sum? Hoc enim solum est in materia destructionis Sodomæ, ex quo non sequitur, quod Burg. intẽdit nec quod quartò assumit, valet quod Abrahæ facta fuit reuelatio de luce æterna, & beatitudine: & de his quæ pertinent ad eam, quia non sequitur: igitur posterioribus intensiuè vel extensiuè facta nõ est de illis maior reuelatio & perfectior. in proposito enim omnem reuelationem factam Abrahæ constat fuisse per sensibilia & corporalia. Iacob autem spirituali visione, vidit dominum innixum scalæ, &c. Comparanti reuelationes factas Abrahæ & Iacob in hoc loco scriptas, manifestum est Iacob extensiuè & intensiuè supergressum in benedictionibus. Sed Burg. pertractans rationem postillatoris factam ex autoritate Dauid dicentis. Psa. 18. n. Super omnes docentes me intellexi, dicit id non debere intelligi, sic quòd posteriores abundarent in his: quæ sunt necessaria ad salutem super priores & antiquiores: quia alias sequeretur quod moderni sancti abundarent super cognatione apostolorum, quod falsum esse dicit Burgen. ipse tamen exponens illum locũ Psa. 18. n. dicit: Super senes intellexi, intelligendum est de persona fidelium, qui per temporum successionem plura explicitè cognoscunt de his quæ ad fidem pertinent quam antiqui, licet omnia implicitè continebantur in fide antiquorum. Vnde patet quod Burg. subpsit cõtradicit: nec Burg. debuit dicere sore falsum quod beatus Aug. dicit esse verum, loques de consilijs generalibus lib. 3. de vnico baptismo. Dicit enim priora posterioribus emendari, & experimento rerũ aperiri quod clausum fuerat, & cognosci quod latebat. Multa enim post apostolos quæ fidei sunt, explicata sunt per generalia concilia specialiter quatuor, quæ beatus Greg. venerandа dicit, vt quatuor euangelia, prout dicitur 15. distin. ca. sicut sancti, & in ca. canones. Cùm Burg. igitur sic sentiens, necessariò habet dicere illuminationes hierarchicas imo & thearchicas esse simpliciter exhaustas, & catholicũ dicere nõ decet. Burg. etiã pertractãs rationẽ vltimã postillatoris inuoluit se in cõtradictorius. Dicit enim q. natura, vt in pluribus procedit ex imperfectis. Et ide dicit secundum Boetium, quòd natura semper sumit initium à perfectis, quæ est manifesta contradictio, nisi tolleretur cum distractione, vt in principio Physicorum, s. de processu quo ad nos & quo ad naturam, & sic Burg. concidit cũ postillatore in ratione per eum facta, quam tamen Burg. dicit non sufficere. Sed quia Burg. putat crimen Læsæ maiestatis si quandoque postillator contradicit sancto Tho. non debuit contradicere beato Greg. ex debili ratione. Dicit enim beatus Greg. super Ezechielẽ parte ij. homil. iij. Per incrementa temporũ creuit scientia spiritualiũ patrũ. Plus nanq; Moses, sed plus apostoli quàm prophetæ in diuina scientia eruditi sunt. Vnde scriptũ est: Pertrahẽbũt plurimi, & erit multiplex sciẽtia. Dicit enim Deus ad Mosen, Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob: & nomen meum Adonai non indicaui eis. Ecce plus Mosi quàm Abrahæ innotuit. Item Dauid dicit: Super senes intellexi, per quod testatur diuinã scientiã se plus quã Mosen accepisse, & plus apostoli, & cætera quæ vide ibi. Ecce manifesta sanctí Greg. sententia, cui ausus est contradicere Burg. Nec mirũ, quia delirando proprie sententiæ contradixit, vt sup. patuit. Pro sententia beati Greg. & postillatoris est beatus Aug. in retractionum. cap. 12. Vbi ostendit fidem antiquorũ & modernorum esse vnã, & non differre nisi per minus & plus explicitũ. Explicatio igitur ad diuinã reuelationem pertinet, quæ benedictio supereroga ta, de qua hic sermo meritò dici potest. Item ca. eod. vbi postillator arguit cõtra scholasticã historiã, in eo q. dicit appositũ Iacob ad populũ. i. ad angelos: quia vt dicit, nullus alius populus potest asignari, pro eo q. in limbo patrũ nõ erat tot quot populus dicti poßet: postillator arguit q. Iacob ad angelos nõ est positus tãquã ad populũ suũ, quia angeli erãt in beatitudine. Iacob autẽ mansit in limbo vsque ad Christi resurrectionẽ, vel saltem mortẽ. Etiam dicit motiuũ eius non valere: quia ante Iacob in limbo fuerunt plus quã decem, qui secundum leges populus dici possunt. Burg. autẽ nititur saluare motiuum magistri historiarũ, volẽs quòd si multi decesserunt in gratia, venerũt tamẽ purgãdi, & sic in depositione Iacob nõ fuissent adhuc in limbo tot quot populus facere possent, sed ista via crudelis & impia videtur, quasi in his mille ducentis & amplius annis nullus fuerit ductus ad limbũ patrũ, nisi Abraham & Isaac quod est valde impiũ, cùm ex scriptura posset fieri cõputatio sanctorum & sanctarum illius tẽporis, vt merito populus dici posset, & si qui venerunt purgandi, crudele est dicere, quòd mille vel certe centũ annis quis remanserit in purgatorio ante translationem ad limbum: nec sufficit id quod Burg. de beato Augusti. opinatiuè loquente adducit pro conclusione quòd populus hic dicantur angeli. Nã angelorũ habitatio nõ fuit in limbo, quamuis aliquando ipsum frequẽtabant pro patrũ cõsolatione, vt dicit glo. interl. & sic angeli visitantes potius apponuntur ad patres quàm patres ad eos, quia ad eos angelos nemo apponitur, nisi trãslatus ad gloriam. Illi autem visitauerunt istos ob eorum consolationem, & sic propriè loquendo angeli, quo ad limbum fuerunt aduenæ, non incolæ, trãslati igitur ad limbum ad eos non possunt dici transferri quasi ad populum incolentem, sed aduenam, & si sufficeret impeccabilitas, vt vult Burgen. cùm dæmones sint extra statum peccandi, ita dicerentur trãsferri ad populum translati ad consortium dæmonum. Melior igitur & clarior est expositio postillatoris, quã dicuntur translati ad populum, transferri ad limbum patrum expectantium translationem ad æternam beatitudinem: Ad quam nos perducat Iesus Christus omnis populi liberator & redemptor.

CAP. L.

A 2 QVod cernens Ioseph, ruit super faciem patris, flens & deosculans eum. Præcepitq; seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus, trãsierunt quadraginta dies. Iste quippe mos erat cadauerum conditorũ. Fleuitq; eum Aegyptus septuaginta diebus. Et expleto plãctus tempore, locutus est Ioseph ad Pharaonis familiã: Si inueni gratiam in cõspectu vestro loquimini * in auribus Pharaonis, eò quòd pater meus adiurauerit me, dicẽs: En morior, in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaã, sepelies me. Ascendã igitur * & sepeliã patrẽ meũ, ac reuertar. Dixitq; ei Pharao: Ascende, & sepeli patrem tuũ sicut adiuratus es. Quo ascendente * ierunt cũ eo omnes senes domus Pharaonis, cunctiq; maiores natu terræ Aegypti: domus Ioseph cum fratribus suis * absq; paruulis, & gregibus, atque armentis, quæ dereliquerũt in terra Gessen. Habuit quoq; in comitatu currus & equites: & facta est turba non modica. Venerũtq; ad aream

† Azad quæ sita est trãs Iordanẽ, vbi † celebrantes exequias planctu magno atq; vehementi, impleuerunt septẽ dies. Quod cũ vidissent habitatores terræ Chanaan, dixerũt: Plãctus magnus est iste Aegyptiis. Et idcirco appellauerũt nomen loci illius, plãctus Aegypti. Fecerũt ergo filij Iacob sicut præceperat eis, & portantes eũ in terrã Chanaan, sepelierũt eũ in spelunca duplici quã emerat Abrahã cũ agro in possessionẽ sepulchri ab Ephrõ Ethæo cõtra faciem Mambræ. Reuersusq; est Ioseph in Aegyptum cũ fratrib. suis & omni comitatu, sepulto patre.

Quadraginta dies luctus

Ionæ 3. b.

* quæso.

* obsecro.

B Lxx. interpretes prophetæ. * obsecro.

* domus patris sui.

C

† plangẽtes

a ¶ Alias Achad.

b Septuaginta diebus. STRAB. Ethnici nouẽ diebus mortuos suos flebant. Vnde & nouendialis, nona dies vocabatur, quando sepeliebantur Dei cultores. Septem diebus exequias celebrabant. Vnde Eccle. 22. b: Luctus mortui septem dies: luctus autem fatui omne tempus vitæ eius. Septenarius enim requiem significat. Vnde septima dies sabbatum. i. requies dicitur. Celebrant ergo septimã diẽ mortuorũ, optantes illos cũ domino requiescere à laboribus præsentis vitæ. Hinc ergo dicitur: Fleuit eũ Aegyptus septuaginta diebus, qui est decuplat septenarius. Septies enim deni, septuaginta sunt. Potest etiam dici, quia sicut tertia dies mortui agitur à fidelibus, vt anima quæ est triplicis naturæ requiescat, ita septimus dies celebratur, vt anima corpori recõcilietur, quę carne illiciẽte peccauit. In septenario eñ tria sunt & quatuor: ternarius pertinet ad animã, quæ irascibilis & concupiscibilis & rationalis est. Quatenarius ad corpus qui quatuor cõstat elemẽtis. Et expleto planctus, &c. AVGVST. Quod mandauit Ioseph potentes Aegypti, vt diceret Pharaoni nomine eius, Pater meus adiurauit me, dicens. In monumento, quod ego feci mihi in terra Chanaan, ibi me sepelies. Quæritur, quomodo verũ sit, cùm hæc verba patris eius cùm de sepultura mandaret, non legantur. Sed ad sententiã verba sunt referenda, sicut suprà alia similiter iterata. Voluntati enim enuntiãdæ & in notitiã perferẽdæ oportet verba seruire. Fodisse autẽ sibi Iacob sepulchrũ nusquã superius legitur, sed fortè nisi fodisset, non modo diceretur.

Septimus dies exegatum.

* vt sepelire patrem suum.

† Atad. Historicè.

F

✠ CHRYSOST. Nondum fuerant portæ inferi confractæ, neq. inferni vincula dissoluta, neque mors dicebatur dominio. Et idcirco timuerũt mortẽ plangebant. Nunc autẽ propter gratiam Christi, quia mors facta est somnus, & consummatio, & quies, & certa multãq; sunt resurrectionis indicia, quasi de vita in vitã trãsferendi. Et sic exultemus & lætemur Et quid dico de vita in vitam? de deteriori ad meliorem, de temporali ad æternam, de terrena ad cœlestem.

suprà 23. d. Act. 7. b.

a ¶ Qui numerus pœnitentię & humilitati conuenit.

a ¶ Decuplato septenario: quia luctus mortui septem dies.

a ¶ Vbi murmurauit posteа populus, & domino igne consumptus est.

d Venerũntque ad aream Azad quæ, & cætera, Hic locus transferendus est ad illa dicta Hebraica quæ ibi ponitur, æquinoca est ad fodere & ad emere. & secundũ hoc dicẽdũ est, quod Iacob emit locũ sepulchri, nõ in se, sed in suo Abrahã, qui emit locũ illũ pro se & sua posteritate, vt habetur suprà xxiij. cap.

Iordanem aream Achad

Diuisio.

NICOL. DE LYRA CAP. L.

1 QVod cernens Ioseph. &c. Hic describitur executio sepulturæ ipsius Iacob. Vbi primò Ioseph sepulturã patris exequitur. Secũdo in Aegyptum reuertitur, ibi: Reuersusque est. Circa primũ describitur cõpassio Ioseph ad patrẽ defunctũ: cùm dicitur: Ruit super, &c. Secũdo honoris exhibitio in cõdimẽto corporis defuncti, cũ dicitur: Præcepitq; &c. Et in fletu solẽni super mortuũ suum, ibi. 2 Fleuitque, &c. Septuaginta dies scilicet 40. dies cõdimẽti, & 30. fletus. Ité in impetratione licẽtiæ deportãdi corpus patris sui ad locum sepulturæ valde remotum, & in honorabili deportatione cum comitiua valde solẽni. Et patet lit. excepiis paucis vocabulis, quæ sunt exponẽda. 3 In sepulchro, &c. hoc videtur falsum, quia spelunca duplex in qua sepultus est, iã erat facta à tempore Abrahæ. Dicẽdũ q. Iacob prose & Lia cõuge sua fecerat ibi speciale habitaculũ. Hebræi dicũt q. emit, quia

MORALITER.

1 Quod cernẽs Ioseph, &c. In hoc c. describitur magna sollicitudo Ioseph de sui patris implenda voluntate quantum ad eius sepulturam, quam adimpleuit cum magnis valde laboribus & expensis, & per hoc ostenditur quod bonus filius debet esse multùm sollicitus de vltima voluntate parentum adimplenda, contra illos, qui per fraudes & violentias ipsam nituntur multipliciter impedire.

Quibus

Universidad de Navarra
Biblioteca

Iordanem est, & distat ab Hebron septuaginta passuũ milibus. Prætergressi sunt ergo locum, in quo debebant sepelire eũ: & posteà transito Iordane redierunt ad locum duplicis spelunc æ. Vnde quæri potest, quare hoc fecerint. Si dicit aliquis, quia bella timebant sicut filij Israel circunducti per desertũ quadraginta annis, donec transmisso Iordane venerunt ad terrã promissionis. Sed maioris significatiẽ causa factum est hoc. In loco enim quæ area Arad dicitur: postea multitudo filiorũ Israel murmurans contra dominũ, diuino igne cõsumpta est. Tanto ergo luctu non tã mors Iacob, quã ruina populi futura lugebatur.

a *Vixitq; centum.* AVGVST. Cùm hos filios filiorũ vel nepotes filiorum dicat scriptura Ioseph viuẽdo vidisse, quomodo iungit eos sexagintaquinque animabus cum quibus Iacob Aegyptum dicit intrasse, cum Ioseph senescendo peruenit, vt eos natos videret? Cum autẽ Iacob ingressus est in Aegyptũ iuuenis erat Ioseph, & eum pater moriens 56. ferè annũ agentem reliquit, vnde constat mysterij causa illum numerum 1. septuagintaquinque scripturã cõmendare voluisse. Secundũ historiæ fidem Iacob cum septuagintaquinque animabus intrauit in Aegyptum, non illo vno die quo venit, sed quia in filiis suis plerunque appellatur Iacob, id est in posteris suis, & per Ioseph constat eũ intrasse in Aegyptum. Introitus eius accipiẽdus est quãdiu vixit Ioseph: per quẽ factũ est vt intraret. Toto enim illo tẽpore nasci & viuere potuerunt omnes illi, qui commemorantur, vt septuagintaquinque animæ compleantur vsque ad nepotes Beniamin. Sicut enim dicit *Iosephus Lia quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syriæ*, loquẽs etiam de his qui non erant nati, quia illic parentes eorum ex quibus nati sunt, pepererat, ibi eos perhibens natos, quia causa qua nascerentur ibi nata est, id est parentes eorum, quos Lia ibi peperit. Ita quoniam causam intrandi in Aegyptum Iacob in Ioseph, habuit totum tempus quo in Aegypto vixit Ioseph, ingressio erat Iacob in Aegyptum per suam progeniem quæ illo viuo propagabatur, per quem factum est, vt ingrederetur.

b *Asportate ossa, &c.* STRAB. Ioseph sicut pater eius terram promissionis tota mente desiderabat, & incolatum Aegypti detestabatur. Nos quoque moraliter instruit, vt quandiu sumus in hoc mundo, terram promissionis, id est, viuentium semper desideremus, & ibi requiescere optemus: quod bene fit, si numerum annorum Ioseph moribus imitemur. Centum enim & decem vitæ annis expletis mortuus est. Nos quoque studeamus per decalogi obseruantiã ad æternam beatitudinẽ quã centenarius significat peruenire.

c *Condirus aromatibus.* STRA. Felix est anima, quæ aromatib. virtutum condita in loculo corporis degens quotidie, profectiẽdo perenni vitæ referuatur. Siquidem in fide, spe, & charitate custodita fuerit: per gratiã Christi peruenire merebitur ad speciem diuinæ contemplationis. Cuius adoptiò perfecta est lætitia. Vnde Psa. 15. c. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.*

Quo mortuo timentes fratres eius, & mutuò colloquentes, ne fortè † memor sit iniuriæ, quam passus est, & reddat nobis malũ omne quod fecimus* mandauerunt ei dicentes. Pater tuus præcepit nobis antequã moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro, † vt obliuiscaris sceleris fratrũ tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerũt in te. Nos quoq; oramus † vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. Veneruntq; ad eum fratres sui, & proni in terrã adorauerunt, atque dixerũt: Serui tui sumus. Quibus ille respondit: † Nolite timere. Num † Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, † & Deus † vertit illud in bonum: vt exaltaret me, sicut impræsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite metuere: Ego pascam vos, & paruulos vestros. Consolatusq; est eos, &† blandè ac leniter est locutus, & habitauit in Aegypto, cum omni domo patris sui. Vixitq; cẽtum decem annis, & vidit *Ephraim filios vsque ad tertiã generationem. Filij quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus trãsactis locutus est fratribus suis: Post mortem meã Deus visitabit vos, & ascendere faciet de terra ista, ad terram quam intrauit Abraham, Isaac, & Iacob, † Cumq; adiurasset eos atque dixisset: Deus visitabit vos: asportate ossa mea vobiscum de loco isto, mortuus est expletis centum decem vitæ suę annis, & conditus aromatibus repositus est in loculo in Aegypto.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

† odio habuerit nos. Gen. 50.

† Per præuaricationẽ i. parce.

in qu. super Geneſis.

† sup 45. b.

† cogitauit

Num 32. g. * Ioseph ipsius.

Heb. 11. d. † Exo. 13 d Iosue. 24. g

† 11. q. 2. c. Hebron. Iosue. 24. g.

† vt seruili Dei patri tui.

† sed,

† Pro Deo vel vice aut loco Dei ego sum.

† vanitas rect i. peccatis ne mereantur.

† Locutus est ad eorum.

¶ Valle lachrymarum. a ¶ Promissionis viuentium. b ¶ Fides.

a ¶ Spes. b ¶ Charitas.

b ¶ Aegypto.

¶ Virtutum. ¶ In quo perennis vitæ referuatur. ¶ Huius vitæ.

c tæ suę annis, & conditus aromatibus repositus est in

Moraliter.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quo mortuo, &c. *Timebant enim propter magnitudinẽ sui criminis, ne Ioseph dissimulasset vindicare, dum pater adhuc viueret, ad vitandum anxietatem patris, & ideo patre mortuo & sepulto timebant ne vindicaret, propter quod quæsierunt veniam, cum subditur.*

2 Mandauerunt. *Per filios Balæ vt dicunt Hebræi, quos inter cæteros fratres magis diligebat.*

C 3 Pater tuus præ. &c. *Hoc finxerunt, vt amore patris Ioseph citius ad misericordiam flecteretur. Iacob etiam hoc non dixerat, quia non diffidebat de benignitate Ioseph. Aliter enim dixisset ei ore proprio ante mortem suam.*

4 Quibus auditis, &c. *Ex pietate fraterna. & in hoc ostendit quòd contra eos malum non cogitabat. Vnde subditur.*

5 Nolite timere. *Et ad eorum consolationem subdit.*

6 Num Dei possumus resistere voluntati. *Qu. di. non: & sic debetis esse consolati, quia Deus voluit illud fieri, vt inde maius bonum eliceret, per me multis populis prouidendo.*

7 Ego pascam vos. *Et sic concedit eis plus quam petebãt: quia petebant solũ remissionem. & ipse cũ hoc promisit eis victualiũ prouisionẽ.*

8 Filij quoque Machir. &c. *Id est, tanto tempore ante mortem Ioseph, quòd potuit eos tenere super genua sua, & blandiri eis, sicut senes solent facere pueris filiorum ac nepotum suorum.*

9 Quibus transactis, &c. *Hic describitur obitus & consummatio Ioseph, vbi prouidè ac deuotè ordinauit de sepultura sua.*

10 Post mortem meam Deus visitabit vos. *Secundum quod promissum fuit Abrahæ. supra 15. c.*

11 Et ascendere, &c. *in mirabilibus magnis, vt continetur in Exod.*

12 Ad terram, &c. *Quæ fluit lacte & melle.*

13 Cumque adiurasset eos atque, &c. *Et in ipsis posteros eorum de sepultura sua in terra promissionis. Vnde subditur.* Mystice.

14 Asportate, &c. *Non enim adiurauit eos, q. statim post mortẽ eius portarent illuc corpus suum, sicut portauerant corpus patris sui, & sicut portata sunt corpora fratrum suorum, vt dicit Ioseph: vt per hoc, quòd corpus Ioseph remanebat in Aegypto, memoria beneficiorũ eius diutius remaneret apud Aegyptios, & sic suauius tractarent filios Israel inter ipsos manentes.*

F 15 Repositus, &c. *Non dicit sepultus, sed ossa eius dicuntur sepulta in Sichem. Iosue. 24. vbi elegerat sepeliri. Ex quo patet, q. talis repositio funeris in aliquo loco vsque ad tempus quo alibi transferatur ad remanendum non dicitur nec est sepultura, & per consequens vt videtur, de tali repositione non est portio canonica persoluenda. Ratio autem quare Ioseph fuit ita sollicitus adiurare filios Israel de sepultura ossium suorum in terra promissionis, videtur fuisse, quia habuit spiritũ propheticũ, vt patet ex prædictis. & ideò pie creditur q. per spiritũ sanctũ præmdit Christũ moriturum & resurrecturũ in terra illa, & per cõsequens multa corpora sanctorum cũ eo resurrectura, vt habetur Mat. 27. f. & ideò verisimile est, quòd sperabat resurgere cum Christo resurgente. Cui est honor & gloria in secula seculorum Amen*

Repositio cadaueris ad certum tempus.

MORALITER.

4 *Quibus il. resp. no. ti, &c.* Hic ostẽditur clemẽtia Ioseph, quã debemus imitari. Non enim solũ eorũ nequitiam in se exercitatã dulciter remisit. sed etiã ipsã dulciter excusauit & amicabiliter. † *Vos cog. de me ma. & De. ver. sl. in bo. &c.* q. d. hoc prouenit ex diuina prouidentia, & non solùm eos excusauit, sed etiam ipsos cum suis familiis sustentauit. ideò subditur.

7 *Ego pas. vos & par. vest.* Itẽ notandum. quòd aliqui volentes diuinam impedire prouidentiam, per illam viam per quam impedire nituntur, eam implere cogũtur. Fratres enim Ioseph ipsum vendiderunt, vt eum non adorarent, sicut ostẽsa sibi visio prætendebat supra 37. cap. & per hoc coacti fuerunt ipsum adorare, vt patet ex supradictis, & etiam in hoc capitulo vbi dicitur: *Et proni in terra adorauerunt atque dixerunt: Serui tui sumus.*

FINIS GENESIS.

PROTHEMATA IN EXODVM.

A *Hæc sunt nomina, &c.* RAB. In penthateucho excellit Exodus, in quo penè omnia sacramenta, quibus ecclesia instruitur figuraliter exprimuntur. Per corporalem enim exitum filiorum Israël de Ægypto, corporalis noster exitus de Ægypto spirituali signatur. Per mare rubrum & Pharaonis submersionẽ, atq; Ægyptiorum, baptismi mysterium & spiritualiũ hostiũ interitus. Per typici igni immolationẽ & Hebræorum liberationẽ, veri agni passio & nostra redemptio. De cælo datur mãna, & aqua de petra. Io. vj. d. *Hic est panis, qui de cælo*

B *descend.* & doctrina Christi. In monte dãtur præcepta atque iudicia populo Dei, vt supernis subijciamur disciplinis. Tabernaculũ & vasa eius construuntur, cultus & sacrificia imperãtur, quibus ecclesiæ ornatus & spiritualia sacrificia significantur. mystica vnctio & thymiamata conficiuntur, quibus sanctificatio spiritus & orationis odoramenta cõmendãtur. Hinc Paulus ait: *Omnes eãdem escam spiritualẽ manducauerunt, & omnes eundem potũ spiritualem biberunt, &c.* 1. Cor. x. a. Hic quoq; Ioan. *Facta sunt hæc inquit vt scriptura impleretur.* Ioan. xvij. c. *Os nõ comminuetis ex eo.* Ibidem xix. g. Bed. ואלה שמות veelle semoth Hebraicè: ἔξοδος Græcè: exodus exitus vel egressus Latinè.

Allegorice. † familijs. vbi supra.

† qui ingressi.

GLO-

GLOSSA ORDINARIA.

CAP. I.

a *Ruben, Simeon, Leui, &c.* ✠ BEDA. Quatuor ordinib⁹ Patriarchæ in scripturis numerantur. Primò Natiuitatis, vt in Genesi vbi illorum Natiuitas narratur. Secundò benedictionis, vt in eodem, cap. quadragesimo nono. Tertiò libertatis, vt erga tabernaculũ fuerunt. Quartò narrãdo, vt hic in Exodo, qui tres supradictos non seruat. Vndecim filij Iacob: qui cũ eo in Ægyptum ingressi sunt, imò duodecim addito Ioseph Apostolos significãt, quibus verus Iacob ait: *Sicut misit me pater, & ego mitto vos in mundum.*

In Exodon

E

b *Erant igitur, &c. septua. animæ*, id est, septuaginta discipuli, cum Iacob, id est, Christo ingrediũtur in Ægyptum, id est, mundum missi, scilicet, ad prædicandum. Aliter, septuaginta animæ Ægyptum ingressę, mystice in numero remissionis accipiuntur, vt huic, s. sæculo, quod per Ægyptũ figuratur, post tanta peccata detur remissio peccatorũ.

Gene. 46. b.

c *Quo mortuo, &c.* ISID. Sic postquam vetus Ioseph pro omnibus gustauit mortem, & destruxit eũ qui mortis imperiũ habebat multiplicatus est populus fide-

F lium. Nisi enim in terra granum mortuũ fuisset solũ mansisset.

ORIGEN. Si moriatur in te Ioseph, id est, mortificationem Christi in te susc ipias, & mortifices membra tua peccato,

Hom. 1.

multi-





¶ Quæ nomina scripta sunt in cœlo. ¶ Deum videntium.

a ¶ Habitaculum fortitudinis. b ¶ Filius dexteræ. c ¶ Iudicium. d ¶ Confessio vel comparatio.

a ¶ Secundum illud Psal. xxv. a. In innocentia mea ingressus sum, &c. b ¶ Mundum. c Christo duce, qui in tenebris. Ægypti sanctos illuminat. Vnde Psal. xxvi. Dominus illuminatio mea, &c.

b ¶ Per duodecim filios Iacob, duodecim apostoli designantur.

a ¶ Imitatoribus vel familia actuum vel cogitationum vel virtutum. b ¶ Per duodecim filios Iacob, duodecim apostoli designantur.

a ¶ Visionis filius. b ¶ Auditio. c ¶ Additus. d ¶ Confessio. e ¶ Merces. f ¶ Beatus.

b ¶ Discipuli. b ¶ Christus. c ¶ In mundo. d ¶ In cruce.

LIBER EXODVS, HEBRAICE

ואלה שמות veelle semoth, id est, Hæc sunt nomina: Græcè Ἔξοδος, id est exitus.

CAP. I.

1 Æc † sunt nomina filiorum Israël, qui ingrẽssi sunt in Ægyptũ cum Iacob. Singũli cum † domibus suis introierunt:

2 Rũben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, & Benjamin, Dan, & Nephthali, Gad, & Aser. Erant igitur omnes animæ eorum † quæ egressæ sunt de femore

3 Iacob septuaginta. Ioseph autem in Ægypto erat. Quo mor-

4 tuo, & omni cognatione eius, & vniuerso populo illius,

Lex

Allegorice.

Moraliter.

NICOLAVS DE LYRA.

POST ILLA SVPER EXODVM. CAP. I.

Hæc sunt nomina filiorum Israël. *Secũdũ quod dicit Isid. vbi. etymo. Lex est nullo priuato cõmodo, sed pro cõmuni vtilitate omniũ conscripta. Ex quo patet, q. illud quod imponitur aliquibus personis singularibus, non habet propriè rationẽ legis: sed illud quod imponitur cõmunitati & pro bono cõmuni. ex quo patet quod datio legis præsupponit adunationem plebis, & ideo post quam Moses descripsit in Ge. electionem fidelis populi, fideles ab infidelibus separando, vt patuit in processu illius libri. hic consequenter describit adunationem legis diuinæ, isti populo sub fide vnius Dei adunato. Et quia ex illo populo Christus erat nasciturus secundum carnem, qui est sanctus sanctorum: vt dicitur Daniel. ix. ideo ille populus debuit speciali sanctitate pollere. & ideò data est ei lex diuina ad Christum dispositiua, secundum quod dicitur Psal. cxlvij. b. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Et ad Rom. iij. a. Quid ergo amplius Iudæo, aut quæ vtilitas circuncisionis? Multum quidem per omnem modum: primùm quia credita sunt eis eloquia Dei. Data est autem lex duplicater. Primò in quodam generali quantum ad præcepta ordinantia ad Deum & ad proximum: & sic data est in hoc libro. Secundò magis explicando in speciali, & sic data est in aliis duobus libris sequentibus. In hoc ergo libro sic procedit: quòd primò describitur fidelis populi liberatio de seruitute Ægypti. Secundò legis datio in monte Sinai. xix. c. Circa primum considerandum, quòd quia sicut dictum est in prima parte huius libri determinatur de exitu populi de Ægypto, ideo iste liber nominatur Græcè ἔξοδος & quod est exitus Lat. sicut & liber præcedens dicitur* γένεσις *Græ. quod est generatio, quia in principio tractatur de generatione creaturæ, accipiendo largè generationem pro creatione & formatione. Vnde ibidem 2. cap. quasi pro recapitulatione dicitur:* Istæ sunt generationes cæli & terræ, quando creaturæ sunt, &c. *Hic liber Hebraicè vocatur* ואלה שמות veelle semoth. *i. & hæc nomina quia quinque libri Mosi nominantur apud Hebræos per vocabula quæ sunt in principio librorum. Liber autem iste sic incipit.*

Diuisio.

1 Hæc sunt nomina, &c. *In prima igitur parte, vbi agitur de exitu filiorum Israel de Ægypto, Moses primo continuat dicta in præcedenti libro dicendis in isto secundo, exequitur propositum, sibi.* Surrexit interea: *Circa primum sciendum, quòd Gene. xlvi. a. vbi agitur de descensu Iacob in Ægyptum nomina eorum qui cum eo descendorunt, ibi sunt expressa in particulari sed hic per modum cuiusdam recapitulationis propter continuationem prædictam exprimuntur tamen in particulari nomina Iacob & filiorum eius & aliorum tamen in generali cum dicitur.*

2 Singuli cum domibus *id est cum familiis suis introierunt.*

3 Erant igitur, &c. *In Heb. habet septuaginta. Qualiter autem iste numerus varietur in pluribus scripturæ locis, & concordantia apparentis dissonantiæ dicta est supra cap. xlvi. Gene. d.*

4 Ioseph, &c. *Istud dicitur: quia quamdiu vixit, bene fuit filius Is-*

✠ rael,

MORALITER.

Allegorice. 1 ALLEGO. *Hæc sunt nomina filio. &c.* Per filios Israël existentes in Ægypto, allegoricè significãtur Christiani degentes sub imperio Romano. In primitiua verò Ecclesia per prædicationẽ Apostolorum aliorumque discipulorum miraculis euidentibus confirmatam, multiplicati valde fuerunt Christiani per orbem, quod notatur cum dicitur: filij Israël. MORALITER. *Hæc sunt nomina &c.* Per filios autem Israël manentes cum Ægyptiis, in-

Moraliter.

q ✠ telligi

multiplicantur in te filij Israël sensus, scilicet, boni & spirituales.
A Si enim sensus carnis mortificentur, sensus animæ crescunt, & morientibus in te vitijs, virtutes augentur & terra te multiplicat in operibus bonis, quę per officium corporis ministrantur. Paulum multiplicauerat terra, qui dicebat: *Permanere autem in carne magis necessarium est propter vos.* Dū enim manet in terra id est, in carne sua, multiplicatur credendo ecclesia acquirendo populum Deo, & ab Hierusalem vsque ad illirycum Euangelium prędicando.

a ¶ Martyribus primis. b ¶ Imitatoribus.

tuo & vniuersis frātribus eius, omniq; cōgnatione sua, filij Is-
a ¶ Quia mortuum granum frumenti multum fructum affert: Ioan. xii. d.
raël crēuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, ac ro-
a ¶ Latitudinem mundi. b ¶ Sapientia carnis. c ¶ Diabolus qui est rex super omnes fi. su. Io. xii. d.
borati nimis: † impleuerunt tērram. Sūrexit interea rex no-
a ¶ Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Psal. xiii. a b ¶ Christum. c ¶ Apostatas angelos.
uus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph. Et ait ad pōpulū
a ¶ Corporeas voluptates. b ¶ Sanctorum Deum videntium.
suū: † Ecce populus filiorum Israël multus, & fortior nobis
b ¶ Corporaliter vel spiritualiter.
est: † Venite, sapientēr † opprimāmus eum, ne fortè multi-
a ¶ Sapientia, scilicet carnis, quæ est inimica Deo. ¶ Numero vel merito.
plicetur: & si ingruerit contra nos bēllum, ādditur inimicis
a ¶ Christi & ministr eius. b ¶ Ne. ¶ Christo & angelis suis vel discipulis.
nostris, expugnatiq; nobis, ēgrediatur è terra. Prępositi itaq;
a ¶ Exiens imaginem terreni hominis, Vnde, Egredere de terra & de cognatione tua. Genes. xxxi. b.

† Implera. est eis terra.

a borati nimis: † impleuerunt tērram. Sūrexit interea rex no-

† Act. 7. c. Allegorice.

a *Surrexit interea.* Origen. Allegor. Hic est diabolus, qui *dixit ī corde suo nō est Deus*, qui gēti suæ, id est, apostatis Angelis dicit. *Ecce populus filiorum Israël*, eorū, s. q possunt mēte Deū videre, potentior est

† eya vel agite.

B nobis. *Venite, opprimamus eū sapienter.* Sētit diabolus, qa magnus sit populus Israël, & fortior ipso, quia sæpe cōgressus est, sæpe superatur. Scit Iacob luctatū esse, & adiutorio Angeli obtinuisse cōtra aduersariū, & invaluisse cum Deo. Aliorū quoq; sanctorū luctas sensit, spiritualia certamina pertulit, tenet ne q̄do eueniat bellū & consentiant aduersariis eius, & deuictis eis discedant de terra sua. Videtur mihi ex his quæ patriarchis & prophetis de aduentu Christi indicata fuerant, quia sentit venturū qui exuat principatus eius & potestates: cum fiducia triumphet eos, & affligat in ligno crucis.

Rabba. In chronicis Eusebij & Hieronymi legimus quòd post ingressum Ioseph in Ægyptum, primus Amosis regnauit ann. xxv. post eū Nebron annis tredecim. Dehinc Amenophis ann. xxj. post hunc Mephres annis duodecim, post quē Misphar Metusis annis triginta sex. Deinde Tithinosis octo: post eū Amenophis triginta vnum, sub quo Amram genuit Mosen, cum esset annorum septuaginta. Omnes reges Ægyptiorum, Pharaones prius appellabantur, sicut nūc Ptolemæi, & Arsacidæ reges Persarum, Cæsares Augusti Romanorum, habebant tamen propria vocabula, sicut illo sub quo Ioseph in Ægypto fuit, Mephres vocatus fuit, à quo vsque ad Cenchrē qui filios Israël afflixit, & in

C mari rubro periit, multi Pharaones fuerunt.

Origen. Mora. Primum requirere volo, quis est rex in Ægypto, qui scit Ioseph, & qui nescit. Dum enim ille regnaret qui sciebat Ioseph, non dicuntur afflicti filij Israël, neque in luto & latere consumpti, neque masculi eorum necati & fœminæ

D Hom. 1.

viuificatæ, sed cum cœpit regnare qui non nouerat Ioseph. Si dominus regit nos & sensus mentis vel animæ nostræ illuminatur à Deo, memorās Christum resurrexisse à mortuis in Ægypto, id est, in carne nostra, spiritus noster regnū cum iustitia tenet & filios Israël, id est, sensus rationabilos, vel virtutes in luto & latere non consumit, nec curis terrenis atterit. Si horū memoriam sensus noster perdiderit, Christū nescierit, tunc sapientia carnis, quæ est inimica Deo, succedit in regnum. Alloquitur gentem suam, id est, corpóreas voluptates, & vitiorum ducibus ad consilium vocatis, deliberat contra filios Israël quomodo circunueniantur, opprimantur luto & latere affligantur, mares exponant fœminas, alant, ædificent ciuitates Ægyptj & ciuites munitas. Nec putandum est diuinos libros Ægyptorum gesta narrare sine causa, sed quæ *scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt.* Rom. xv. a. vt qui hæc audis, si forsitā baptizatus es, & annumeratus inter filios Israël: & susceperis in te dominum regem, & post hæc volueris declinare & opera sæculj agere, actus terrę & lutea explere ministeria, scias quia surrexit in te rex alius qui nescit Ioseph, rex Ægypti, ipse te cogit ād opera sua: & laterem operari & lutum: ipse super appositis magistris & compulsoribus ad opera terrena flagellis agit, vt ædifices illi ciuitates, per seculū discurrere facit: maris & terræ elementa, pro cupiditate turbare, forū litibus pulsare, & pro exiguo terræ cespite propinquos iurgijs fatigare, castitati insidiari, decipere innocētiā, domi fœda, foris crudelia: intra conscientiam flagitiosa committere. in huiusmodi scito te regi Ægyptj militare, quod est mundi huius spiritu agi.

E

F

b *Præposuit itaque eis, &c.* Origen. Diabolus conuocata gente Allegorice.

fua, *Israël, in Ægypto: & post mortem eius quamdiu fuit memoria de beneficijs eius.*

1 Filij Israël, &c. *Dicunt Hebræi, quòd mulieres Hebræa in quolibet partu pariebant plures pueros, & aliquando vsque ad quatuor, aliquando vsque ad sex. ideo dicitur.*

2 Et quasi, &c. *Sicut per germinationem vnius grani nascuntur similiter multa grana.*

3 Ac roborati, &c. *Hoc dicitur hic ad continuandum respectu sequentium, quia talis multiplicatio fuit occasio affligendi populum, vt postea dicitur.*

4 Surrexit, *Hic Moses exequitur propositum de populi liberatione, & primò describitur afflictio Israel. Secundo prouisio ducis liberantis capit. y. Tertiò afflictio regis cap. v. Et quartò eductio plebis cap. xij. circa medium ca.* Vocatisq; Moyses & Aaron. *Adhuc præmittitur afflictionis causa. Secunda afflictio ipsa, ibi:* Præposuit itaq;. *Causa autem vna afflictionis populi Israel fuit mutatio regni: quod fuit translatum ad aliam domum, vt dicit Iosephus. Et hoc notatur cum dicitur:* Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, *& in talibus mutationibus frequenter contingit, quòd illi qui prius erant dilecti in regno fiunt odiosi.*

Diuisio

Nota notuus rex, nona lex.

5 Qui ignorabat opera Ioseph, *Propter dictam mutationem vel*

prælati, qui fauent bonis & iustis, contra voluntatem diaboli.

telligi possunt virtuosi manentes cū vitiosis, per regem autem Ægypti diabolus, qui dicitur princeps huius mundi. Ioan. xij. e. Hic autem rex excitat populum suum, id est, malorum collegiū ad persecutionem iustorum vt per impatientiam frangātur, sed frequenter auxiliante Deo, per hoc magis crescūt in virtute per meritum patientiæ. Nisi enim esset persecutio tyrannorum, non esset gloria martyrum. Per obstetrices quæ fauerunt populo Israël contra mādatum Pharaonis, intelligūtur boni principes &

Allegorice

1 *Creuerunt filij Israël, &c.* Sed per imperatores Romanos fuerunt multùm afflicti in fodiendo arenam & deportando pro thermis ædificandis, & hoc notatur cùm dicitur.

3 *Præposuit itaq; eis magistros operū qui eos affligerēt oneribus. &c.* Postea verò præceperunt Christianos in confessione Christi constanter perseuerantes occidi: pusillanimes autem Christum negantes in vita dimitti, quod notatur per hoc cùm dicitur.

✠ Præcepit

fua, opprimere cupit rationabilem sensum, qui nunc figuraliter
A dicitur Israël: præficit magistros operum qui cogant eos discere opera carnis, secundum illud Psal. cv. f. *Commisti sunt inter gentes & didicerunt opera eorum.* Docet ædificare ciuitates Pharaoni, quæ Phithon significat os defectionis vel Abyssi, & Rameses quę est commotio tinęæ, & on. i. heliopolis, quę dicitur ciuitas solis. deficit os cū mendaciū loquitur à veritate & probationibus. Ille ab initio mendax fuit, & ideo tales ciuitates vult sibi ædificari os abyssi, quia abyssus perditionis eius est locus. Alia eius ciuitas est cōmotio tinęæ. Qui enim eum sequitur, ibi thesaurizat, vbi ti nea demolitur, & fures effodiunt & furantur. Mat. vj. c. Ciuitatem quoque solis ædificat falso nomine, *transfigurat se in angelum lucis.* In his occupat mentes quę factę sunt vt videat Deum. Prospicit tamen imminere sibi bella, & maturum gentis suæ exitium. Ideo dicit gēs Israël valet super nos, vtinam & nos sentiat valere super se, vt scilicet cogitationes & concupiscētias malas quas immittit, non suscipiam sed iacula ignita scuto fidei repellam, & in omnibus quæ suggesserit, dicam. Matt. iiij. b. *Vade retro sathana: Scriptum est enim* Deuteron. vj. c. *Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruies.* Sed & hoc quod dicit, ne fortè accidat nobis bellum, & consentiant hi cum aduersarijs nostris ex propheticis vocibus prædidet sibi venturum bellum, & derelinquendum se à filijs Israël, & quòd consentiant aduersario eius, & adijciantur ad dominū: hoc est quod Hieremias ait, Hiere. xvij. b. *Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit: Fecit diuitias & non in iudicio: In dimidio dierum eius derelinquent eum, & in nouissimis suis erit stultus.* Intelligit ergo perdicem se quæ non peperit, congregasse, & quod hi
C quos sine iudicio congregauit, relinquent eum, & sequentur Christum, qui genuit. Ipse stultus remanebit cùm ad factorem suum & parentem vniuersa creatura confugerit: ideo indignatur, dicens: Ne expugnantes nos exeant de terra nostra. Non vult nos exire de terra sua, vt semper portemus imaginem terreni, ne eo relicto fugiamus ad eum, qui præparauit regnum cælorum, relinquentes imaginem terreni, & suscipientes imaginem cælestis. Ideo statuit magistros operum, qui artes suas doceant, & nos artifices malitiæ faciant. Et quia sunt multi magistri malitię, quos præfecit Pharao qui imperant, exigunt, extorquent terrena ope-

a ¶ Dæmones diuersorum vitiorum artifices. ¶ Terrenorum. b ¶ Vt principalia vitia. c ¶ Corporis vel animæ.

† tributorū

eis māgistros † operum, vt affligerent eos oneribus:

a ¶ In quibus seruiant diabolo. b ¶ Dissipatori vel malleo vniuersæ terræ. c ¶ Or defectionis vel abyssi.

† thesaurorum vel grauaria & munitiones quasdam.

Ædificaueruntq; vrbēs † tabernaculorū Pharaoni, Phithōm

a ¶ Commotionem tinęæ vel malitiam detinentem. b ¶ Cum diabolus Christum & Christianos occidit numerus fidelium creuit. Vnde. Cum enim infirmor, tunc fortior sum. Et virtus in infirmitate perficitur.

† Rameses

& † Rāmeses. Quantoq; opprimebant eos, tantò magis mul-

a ¶ Sanctos Deum videntes

† & angustiis afficiebantur propter filios Israel & seruire fecerūt Ægyptij filios Israel in fœuitia vel rigore.

tiplicabantur & crescebant. † Oderantq; filiōs Israël Ægy-

a ¶ Mundani.

ptij, & affligēbant illudentes eis & inuidentes, atque ad ama-

a ¶ Lutulentis, scilicet, & terrenis.

† opere.

ritudinem perducebant vitam eorum ōperibus duris luti, &

lateris, omniq; † famulatu, quo † in terræ operibus premebantur. Dixit autem rex Ægypti obstetricibus Hebræorum,

a ¶ Diabolus. b ¶ Legi & Euangelio.

a b

a ¶ Passer, id est, lex spiritualis. b ¶ Rubens vel verecunda, quia Christi sanguine Euangelia rubent.

quarum vna vocabatur Sephōra, altera Phuā, præcipiens eis:

¶ Primæ natiuitati insidiatur diabolus, & suis præcipit vt statim irruant, & fluctibus seculi obruant. ¶ Iesus vt ascendit de baptismo ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo, sed vicit ieiunando, vt ieiunijs & orationibus scias esse vincendum: obiata sibi mundi regna & gloriam contempsit, vt hic contemnendo superes tentantem.

Quando obstetricabitis Hebræas, & † partus tempus adue-

sed fœminas. In fœmina caro & affectus carnis designatur vir autem rationabilis est sensus, & intellectualis est spiritus, qui potest cælestia capere Deum intelligere, quæ sursum sunt, quærere. hunc odit princeps Ægypti, & necari cupit, cupit autem quæ carnis sunt viuere, & quæ ad materiam pertinent corporalem: hæc non solùm viuere, sed augeri & excoli. Vult enim vt omnes carnalia sapiant: temporalia, & quæ sunt super terram quærant: nemo leuet ad cœlum oculos, nemo requirat, vnde huc venerit, nemo patriam paradisum recordetur. Cùm ergo videris homines in voluptatibus vitam ducere, luxu fluitare, conuiuijs & impudicitijs operam dare, scito quia in his rex Ægypti masculos necat & viuificat fœminas. Si vero vnum de mille ad Deum conuerti, oculos sursum erigere, æterna quętere, odisse delitias & luxuriam, amare continentiam: istum quasi masculum necari cupit, Pharao persequitur, mille machinis oppugnat, odit tales, viuere in Ægypto nō sinit. Inde est quòd in hoc mundo serui Dei habētur contemptui, expositi contumelijs: inde in eos odia & persecutiones concitantur.

F

b *Obstetricibus Hebræorum quarum, &c.* Origen. Istæ etiam obstetrices corrumpere nititur, *quarum vna vocabatur Sephora.* id est, passer, *altera Phua*, scilicet rubens vel verecūda, per has nocari mares & viuificari fœminas quærit, sed & timebant obstetrices Deum: & non sicut præcepit eis, fecerunt. Obstetrices docuerunt antè nos quandam rationabilis eruditionis formam te-

Hom. 1.

nere. Ob-

Diuisio.

✠ *primò in occulto. Secundò in aperto, ibi:* Præcepit autē. *Circa primū dicit:* Præposuit eis magistros operum: *& isti erāt Ægyptij odientes eos.*

1 Vt affligerent eos oneribus: *id est, corporalibus laboribus, quæ licet essent ad vtilitatem regis, tamen principaliter intendebant debilitatem filiorum Israël, vt minus possent generare: & prolem debiliorem facerent.*

2 Ædificaueruntq; vrbes tabernaculorū Pharaoni, &c. *In Hebræo habetur* thesaurorū: *quia facta sunt ita fortes, ac si deberent ibi reponi thesauri: & ibi posuit rex Ægypti milites, ne aliquis filiorum Israël posset egredi regnum absque regis licentia, nec aliquis exterorū ingredi. Erant enim huiusmodi fortalitia in extremitatibus regni.*

3 Quanto quo opprimebant eos: tanto magis multiplicabātur. *Quia* non est consilium contra dominum: *Prouerbio. xxi. d.*

4 Oderantque filios Israël Ægyptij, *istud odium oriebatur ex inuidia prædicta.*

5 Et affligebant illudentes eis, *verbis duris & pungitiuis.*

6 Atque ad amaritudinem perducebāt vitam eorum, &c. *Tum propter grauitatem operum, tum propter eorum vilitatem. Dicit enim Iosephus, quòd compellebantur exportare feces & immunditias de vicis extra ciuitatem.*

7 Dixit

7 Dixit autem rex, &c. *Videns enim rex Ægypti, quod propter grauitatem operum non impediebantur, sed magis multiplicabantur. Deo hoc faciente, Hebræorum multiplicationem voluit impedire per obstetrices, eis præcipiendo, vt masculos interficerent in pariendo, & fingerent esse abortiua.*

8 Quarum vna voca. &c. *Dicunt Hebræi quòd prima istarum fuit Iochabeth filia Leui, & secūda Maria soror Mosi, & fuerunt binomiæ vt dicunt, & secundum hoc exponunt quod sequitur infra.* & quia timuerūt obstetrices. Deum ædificauit illis domos. *scilicet domum sacerdotalē & regiam, qua prædicta Iochabeth fuit mater Aaron, vt dicunt, cui & posteris eius datum est sacerdotium & Maria coniuncta est Caleph in matrimonio: quæ altero nomine dicta est Ephrata, & ab ea denominata est ciuitas Bethleem, vt suprà dictum est. Gen. xxxv. & xlviij. de qua ciuitate nata est Dauid primus rex de tribu Iuda. Sed istud dictum contrariatur textui prædicti & sequenti: quia dictum est prius. c. isto, quòd ia ante mortuus erat Ioseph, & omnes fratres eius & omnis cognatio eius, scilicet quantum ad illos qui ingressi fuerant Ægyptum cum Iacob, inter quos Iochabeth filia Leui cōnetur, vt dictum est, Gene. xxxvi. & sic iam ante erat mortua. Item in sequentibus capitibus obstetrices ad sui excusationem dixerunt:* Non sunt Hebrææ sicut Ægyptię mulieres. ipsę enim habēt obstetricandi scientiam & priusquam veniamus ad eas, pariunt, *quæ excusatio nulla esset ni*

✠ *si duæ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nere. Obstetrices enim mediæ sunt, & tam masculos nascentes quam fœminas fouent. Eruditio ergo communis est rationabilis scientia, & ad omnem penè peruenit sensum, omnes instruit & fouet. Si quis in ea virilis animi fuerit, qui velit cælestia quærere, diuina sectari, velut medicatus & fortis, per has eruditiones ad diuinorū intelligētiā paratior veniet. Est enim vna velut passer, q̄ celsiora docet, & ratiotionabilis doctrinæ pennis in altum prouocat. Altera rubens vel verecunda moralis est, mores cōponit, verecundiā docet & honestatē. Mihi tamē (quia dicit

B Scriptura de his, *q̄ timuerunt Deū, & nō fecerūt iuxta præceptū regis Ægypti*) videntur vtriusq; testamēti figurā seruare, & Sephora, q̄ passer interpretatur, legi q̄ spiritualis est, conuenire. Phua verò q̄ rubens vel verecūda indicare euangelia, quæ Christi sanguine rubent, & per vniuersum mundum passionis cruore rutilant. Ab his ergo animæ quæ nascuntur in ecclesia, velut obstetricibus medicātur, quia de scripturis cuncta eruditionis medicamina conferuntur. Tentat tamen Pharao per has necare masculos, cum studiosis in diuinis scripturis hæreses & praua dogmata suggerit. Sed stat immobile fundamētum Dei. Timent enim obstetrices Deum, id est, timorem Dei docēt, qui est initium sapientiæ. Sic competentius aptatur quod sequitur,

C quia timebant obstetrices Deum, fecerunt sibi domos. Quod secundum literam, nullam consequentiam habet. Non enim propterea domus fit, quia timetur Deus. Si autem videas quomodo scripturæ noui & ve. testamenti timorem Dei docentes domos ecclesiæ faciant, & totum orbem domibus orationis impleant, rationabiliter scriptum videbitur. Sic ergo istæ obstetrices quia timent Deum, id est, timorem Dei docent non faciunt præceptum regis Ægypti, sed viuicant masculos, nec tamen dicitur: quia paruerunt fœminas viuificantes. Ego autem considenter dico, non viuificant fœminas. Neque enim vitia aut luxuria in ecclesia docentur, aut peccata nutriuntur, quod vult Pharao, cùm viuificari fœminas iubet. Sed sola virtus excolitur & nutritur. Verum hæc ad vnum quemque referamus. Si times Deum, nō facias præceptum regis Ægypti: ille enim præcepit vt in delitijs viuas, præsentia concupiscas. Tu si times Deum & exhibes officium obstetricis, animæ tuæ si conferre cupis, viuificas masculos, id est, interiorem hominē qui in te est medicaris & foues, & per actus & intellectus bonos, vitam acquiris æternam.

Allegorice. a *Si masculus fuerit, &c.* ISID. Iubet Pharao masculos occidi, fœminas viuere, sic diabolus ne possit robur fidei prævalere, interfectis virtutibus vult vitia viuere forteſque & viriles animi sensus, quibus diuina sapimus, id est, rationem, prudentiam, constantiam, innocentiamque, & fidem nititur occidere, & quòd fœmineum, imbecillum, fragile, & pronum est ad vitia, cupit super esse, id est, ambitionem violentiam, libidinem, itacundiam, & his similia, quæ fœminarum figura sunt.

b *Quæ cū fecerunt, &c.* AVGVST. Quæritur, vtrum talia mendacia approbata sint autoritate diuina quia scriptum est, Deum benefeciſſe obstetricibus. Sed vtrum pro misericordia ignoscebat mendacia, an etiam mendacium dignum præmio iudicabat Deus, incertum est. Aliud enim faciebant obstetrices viuificando paruulos, aliud Pharaoni mentiendo: In viuificando opus misericordiæ fuit. Mendacio verò pro se vtebantur, ne Pharao noceret illis, qd potuit non ad laudem, sed ad veniam pertinere. Neque hinc autoritas mentiēdi data est eis, de quib⁹ dicitur: *Et non est in ore eorū inuentum mendaciū.* Quorundam enim vita longè inferior à professiōe sanctorū, si habeat ista mendaciorū peccata prouectu ipso & indole feruntur, præsertim si beneficia nondum norunt expectare cælestia, sed circa terrena occupantur. Quorum autem iam conuersatio in cœlis est, non eos æstimo linguæ modum circa veritatē falsitatemq̄ exemplo obstetricū debere informare.

c *Bene ergo fecit, &c.* ✠ DIODORVS. *Fecit illis domus,* & Simmachus & aquila vertebant, non vt septuaginta, *fecerunt sibi domus.* Quo loco domus nō ædificium aliquod significat, sed quomodo Dauid vsus est, *domus Isrāel benedicite Domino. fecit itaque illis domus*, hoc est adauxit earum genus atque familias ita, vt ex ea re celebrarentur. Domus enim frequenter pro consanguineis & familia vsurpatur. GREG. Summopere cauendū est mendaciū quamuis sit culpæ leuioris, si quisquam mentiatur præstando beneficiū. Sed quia scriptū est: *Os quod mētitur occidit ām: Et perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Hoc quoque perfecti refugiunt, vt nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne nocent animę suæ, dum nituntur prodesse carni alienę quanque hoc peccari genus facilè credimus relaxari. Nam si quælibet culpa sequenti pia operatione purgatur: quantò magis hæc facilè abstergitur, quam mater boni operis pietas comitatur. Multi verò obstetricum fallacia conātur asserere hoc genus mendacij non esse peccatum, quia ædificauit eis dominus domos: in qua magis compensatione noscitur quid culpa mendacij mereatur. Nam benignitatis earum merces quæ potuit in æterna vita retribui, pro culpa mendacij in terrenam compensationem declinata est: vt in vita sua quam mentiendo tueri voluerunt, quæ fecerunt bona perciperent, & vlterius quòd expectarent, mercedis præmium non haberent. Nam & si subtiliter perpendatur, amore præsentis vitę mentitæ sunt, non intentione mercedis. Parcendo enim eonatę sunt infantium vitam tegere mentiendo suam.

AVGVST. in lib. de locutionibus. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit illis domos: Nunquid antea domos non habebant, an ad diuitias hoc verbum pertinet vel potius ad aliquas rei familiaris idoneas facultates? Simile enim videtur quod ait Iacob socero suo. *Nunc ergo quando faciam & ego mihi domum.* Dixerat enim quòd creuerant pecora Labam sub illo, quod ipse Labam confessus est, dicens: *Benedixit mihi Deus in introitu tuo.* Subintelligitur ergo sicut & tu: hoc enim videtur valere quod ait *Et ego*, vt ad ipsam domum faciendam pertinere videatur, quod consequenter à Labam merces statuenda, proponit.

☞ *Præ-*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *si duæ obstetrices prædictæ essent Ægyptiæ, Itē non est verisimile, quòd volens occultè interficere masculos Hebræorum, hoc exequeretur per mulieres Hebræas, & ideò dicendum, quòd non fuerunt illæ duæ prænominatæ, de quibus certum est, quòd fuerunt Hebrææ sed fuerunt Ægyptiæ mulieres, quas rex præfecit dicto operi nephario, vt suum propositum assequeretur. Tenendum est etiam quòd sub istis duabus, quæ non sufficerent pro tanto populo, fuerunt plures aliæ ad istud ministerium, sed de duabus principalibus tantum fit hic mentio, in quibus rex idem præceptum dedit aliis sibi subiectis.*

1 Si fœmina, reseruate. *Tum quia multiplicatio fœminarum non poterat rebellionem contra regem facere, tum quia rex volebat eis vti ad luxuriam Ægyptiorum, & ab aliqua opera quæ mulieres Ægyptiæ facere nesciebant.*

2 Timuerunt autem, &c. *Tum quia informatæ fuerunt de contrario per Hebræas mulieres, ostendentes eis offensam Dei, tum quia horruerunt mortem fraudulentam innocentium.*

3 Et quia timuerunt, &c. *Parcendo masculis Dei timore & facti horrore.*

4 Ædificauit, &c. *Beatus Greg. dicit* domos *scilicet temporales multiplicando eis bona temporalia. Beatus autem Hier. super Esa. cap. 65. dicit,* domos *idest, virtutes pro quibus in cœlestibus requiescerent, propter quod dicendum, quod vtroque modo debet intelligi, quia propter pietatem erga innocentes & timorem Dei, dominus dedit eis gratiam, per quam conuersæ fuerunt ad fidem vnius Dei. Et tum Hebræorum. & sic Deus ædificauit eis domos spirituales. Nec hoc abstulit mendacium ipsarum, quia fuit officiosum & veniale peccatum, quod non aufert gratiam: sicut nec mendacium Iudith abstulit eius meritum exponendo se periculo pro liberatione populi sui, licet aliquo modo diminuerit. Fuerunt etiam illæ obstetrices in populo Iudæorum inter ma-*

✠ *iores*

Moraliter. Homil. 2.

a *Præcepit, &c.* ORIGE. Ægyptij quibus hìc præcepit Pharao fœminas tantum viuificant, oderant masculos. Oderūt enim virtutes, vitia nutriorunt. Nunc quoque insidiantur Ægyptij, si nascatur masculus Hebręis, vt statim interficiant, nisi caucāt, obseruent & occultent. Refert scriptura quod de tribu Leui, aliquis genuit masculum, & vidit infantem esse elegantem, & occultauit eum. Ne ergo iustitiam nostram faciamus coram hominibus, sed clauso ostio oremus patrem nostrum in occulto, & nesciat sinistra quid faciat dextra, ne diripiatur ab Ægyptijs, inuadatur, fluctibus submergatur, si facio eleemosynam quia est opus Dei, masculum genero, sed si laudem ab hominibus quæro, & non occulto, rapitur ab Ægyptijs, in flumen mergitur, & tanto labore, tantoque studio Ægyptijs masculum genui.

✠ IDEM.

✠ IDEM. videte quid princeps mūdi huius præcipit suis, vt infantes nostros rapiant, & in flumen proiiciāt, primæ statim matiuitati insidiantes, vt cum vbera ecclesiæ prima contigerint, irruant, diripiant, persequantur, vndis et fluctibus huius seculi absorbeant. Vide statim vt renatus fueris quid tibi imminet. Sic Iesus statim vt ascendit de baptismo, *doctus est in deserto a spiritu, vt tentaretur a diabolo.*

Idem.

a ¶ Dissipans vel apertio oris vel os abyssi. ¶ Ad literam vel filios dedit.
b ¶ Dæmonibus vel iniquis hominibus vel vitijs.
¶ Opus bonum. ¶ Virtutum. ¶ Fluctus seculi.

a illis domos. † Præcepit ergo Phārao omni populo suo, dicens: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen
¶ Vitiorum.
b proiicite: & quicquid fœminei, reseruate.

b *Quicquid fœminei.*
1 HIERON. Vbicunque in scripturis fœmina legitur & sexus fragilior, ad materiæ
2 intelligentiam transferamus. Vnde & Pharao non vult masculos nasci, sed fœminas, quæ materiæ sunt vicinæ, & contrario
3 nullus sanctorum nisi petraro fœminas genuisse narratur. Soluſque Salphaat, qui in peccatis mortuus est omnes filias genuit: Iacob vnius filiæ pater est, & ob ipsam periclitatur.

In Ecclesiast. capit. 3.

4

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *iores promotæ, & sic ædificauit eis domos tēporales, sicut in li. Iosue legitur factum de Raab, quæ suscepit exploratores, quòd conuersa ad fidem iuncta est in matrimonio. Salomon principi tribus Iudæ, & in lib. Iudith de Achior, quomodo conuersus est ad fidem Iudæorum & in illo populo promotus.*

1 Præcepit, &c. *Hìc describitur afflictio manifesta, videns enim rex Ægypti quòd per obstetrices masculi Hebræorum non occidebantur occulte, voluit hoc facere manifestè. Vnde dicitur:* Præcepit, &c, *idest, Ægyptijs inter quos manebant Hebræi.*

2 Quicquid masculi. &c. *Ipsis Hebræis.*

3 In flumen, &c. *Non enim dicit iugulate, quia proiectio intra flumen erat minus horrenda ad exequendum Ægyptijs, & citò poterat fieri, quia Nilus fluuius diuiditur in multis locis per terram Ægypti.*

4 Quicquid fœmi. &c. *Ex causa præcedenti.*

† 1 Præcepit ergo, &c. Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite: quicquid autem fœminei reseruate. *Per masculos enim Christiani constantes intelliguntur, per fœminas verò inconstantes.*

ADDITIO.

Exodi in cap. 1. vbi dicitur in postilla: Causa alia afflictionis populi fuit inuidia Ægyptiorum.

Tanta multiplicatio filiorum Israël non videtur attribuenda naturalibus causis tantum, vtputa, quia ordinatè viuebant, & huiusmodi, prout in postilla, sed principalius attribuenda est voluntati diuinæ hoc miraculosè agenti, vt promissionem adimpleret patribus factam. Vide Gen. xxv. dicitur Abrahæ: Multiplicabo semē tuū. *Similiter & alijs patribus. & hoc patet ex modo loquendi scripturæ cum dicit in hoc c.* Filij Israël creuerunt quasi germinantes. *Ex quo videtur, quòd multiplicatio eorum erat tanta, quòd assimilabatur germinationi terræ nascentium, quæ ex paucis granis multum fructum affert: & isto modo dicitur Ezech. xvi. a.* Multiplicatam quasi germē agri dedi te. *Idem patet ex hoc quod sequitur. infrà eo. ca.* Quanto opprimebant eos tantò magis multiplicabantur & crescebant, *quod non est secundum cursum communem naturalem vt manifestum est. Vnde Deuter. x. a. legitur:* Ipse est Deus tuus qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia quæ viderunt oculi tui. *Et sequitur:* In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Ægyptum, & ecce nunc multiplicauit te dominus Deus tuus sicut astra cœli.

REPLICA. *Correctory contra Burg. calumniatorem. Circa prim. Exodi postillator volens assignare causas odij Ægyptiorum ad filios Israël, dicit vnam fuisse, quia filij Israël ordinatè viuentes erant fortiores corpore, & abundantiores in prole, &c. Inde traxit Burg. amponens Postil. quòd per hoc voluit multiplicationis Israël causam assignare solum naturalem, quod tamen falsum est, quod Burg. patere potuit, si plenè postillatorem vidisset: sed moue tentantum eius dicta aruncatim videre voluit, & sic sæpe occasionem contradicendi sumpsit. Postillator enim infrà. e. c. reprobans malitiam Ægyptiorum impedire volentium multiplicationem filiorum Israël. Dicit:* Non est consilium contra dominum. *Vide patet eum sentire, quod opus dominī fuit tanta multiplicatio. Et infrà. e. c. dicit: Videns rex Ægypti, quòd propter grauitatem operum non impediebantur. sed magis multiplicabantur, Deo hoc faciente, quod nihil manifestius dici potest, quam quòd illa multiplicatio fuit per Deum naturam adimuante.*

Universidad de Sevilla
Biblioteca

GLOSSA ORDINARIA.

CAP. II.

EGressus est,&c. RABB. Hinc Iosephus ait. Metuens autem Amram ne captus regiæ iræ succumberet, & ipse cum puero deperiret,& Dei prouidentiá excluderet, deliberauit potius hoc modo pueri consulere saluti, prouidentiámque latenter hanc esse iudicauit. Vas rotundum ex vimine complicitū velut alueoli magnitudine præparauit, quod sufficeret vt infans ibi spatiosè iaceret. Deinde vnxerunt illud bitumine. Natura namque bituminis est, vt in viminalibus vasculis accessum possit aquæ coërcere. Illic ergo mittentes infantem, & circa fluuium ponentes, eius salutem Deo reliquerunt. Thermut igitur erat filia regis: hæc dum ludereret circa littus fluminis, portari à fluuio illud vas conspiciens, præcepit, vt ad se ille alueus portaretur, venientibus autem qui ad hoc fuerant destinati cum alueo, videns infantem, valde gauisa est propter magnitudinem & speciē eius. tanto enim Deus studio circa Mosen vsus est, vt ab ipsis, qui propter eius natiuitatem decreuerunt interimere omne genus Hebræorum, alimento & cura dignus haberetur: iussitque mulierem adduci Thermut regis filiæ quæ daret infanti mamillam. Quo nō accedente ad illius vbera, sed euitante, & hoc in multis mulieribus faciente, Maria assistēs his, quæ fiebant, vt quasi videretur ex operibus ei inter alias astare, ait: Frustra ô regina has mulieres ad nutrimentum infantis vocas, quæ nullam ad eum cognationem habent. Si verò quandam Hebraicarum mulierum adduci præceperis, puto tanquam contribulis suę poterit vbera excipere: cūque putaretur bene dixisse, iussit hanc ire vt aliquam, quæ eum lactare posset, adduceret. Illa verò accepta huiusmodi potestate, reuersa est agens matrē nulli cognitam. Infansque gratè quodammodo eius accessit ad vbera, & supplicanto regina, commissum est ei cū omni diligentia pueri nutrimentum. Cui secundum rerum euentum nomen Mosi est impositum, eò quòd de flumine sit extractus. Moses enim Hebraicè dicitur משה Mose, à verbo משה masa, quod extrahere significat siue educere, vt est Moses de flumine eductus.

ALLEG. Parentes Mosi, quorum fidem & opera lex naturalis decorabat, patriarchæ sunt, à quibus ipse Moses & illi, qui legē literę acceperunt, nati sunt. Tribus ergo mensibus Moses in domo parentum natus occultatur, cùm lex vetus tribus temporibus in Iudaica plebe ante aduentum Christi lateret, hoc est sub iudicibus, sub regibus, sub sacerdotibus, donec venit ipse, qui legem dedit, & per totā mundi latitudinē spiritualiter eam obseruādam gentibus tradidit. Filia autē Pharaonis, ecclesia est de gentibus congregata, quæ quamuis nunc vero gaudeat parente, hoc est Deo patre, tamen antè alium quando idolis seruiebāt, secuta est patrem. De qua per diuinam vocem in psalmo ad ipsam dictum est, Psal. xliiij.c. *Audi filia & vide, & inclina aurē tuam, & obliuiscere, &c.* Hæc ergo exiuit de domo patris, & venit ad aquas baptismi, vt lauaretur à peccatis quæ cōtraxerat in domo patris sui, veniensque ad baptismum, suscepit legem, quæ lex tūc intra fiscellam erat scirpeam ex multis virgultis, siue ex papyro cōtextam ac linitam pice & bitumine, quia vilibus vtique & terrestribus Iudæorum sordebat septa traditionibus, vsquequo ecclesia sumpsit illam de palustribus & luteis loculis carnalium sensuū, & intra sapientiæ veræ aulas & regalia tecta hîc infantiam suam apud suos transegit, apud illos. f. qui spiritualiter eam intelligere nesciebant puruula & lactantium cibus. cùm verò ad ecclesiam venit, & per eam ritè intellecta est, fortior efficitur. Quid igitur est, quòd mercedem accepit illa, quæ puerū nutriebat à filia Pharaonis, nisi quòd synagoga apud quam lex nata & nutrita erat ab ecclesia istam mercedē accepit, vt vltra idola non coleret, videns eos qui ex gentibus crediderant ita conuersos ad dominum, vt penitùs respuerent simulachra, & vltrà non colerent, ipsa quoq; docetur erubescere idola colere.

a *Vir de domo, &c.* DIODORVS. Non sine œconomia pater Moseos prætermittitur. Nam & Christus cuius typam gerebat Moses, sine patre est.

b *Et videns, &c.* ✠ CHRYSOSTOM. Mirabilo est quod nō per

CAP. II.

EGressus est, &c. *Hic consequenter ponitur ducis liberantis prouisio: Vbi primò eius conditio describitur. Secundò ad liberandum populum mittitur. 3.y.cap. Adhuc primò describitur conditio Mosi tempore prosperitatis. Secundò tempore aduersitatis, ibi:* Audiuitque Pha. *Circa primum describitur natiuitas Mosi. Secundò educatio nati, ibi:* Ecce autem descende. *Tertiò inclinatio adulti, ibi:* In diebus illis. *Natiuitas autem Mosi primò describitur ex tribu, cum dicitur.*

1 Egressus est post hæc vir de tri. Le. *Et iste fuit Amram filius Caath. Et accepit vxorē, ista acceptio nō potest intelligi de acceptione in matrimonio: quia dicitur hic: Postquam præcepium regis de masculis Hebræorum submergendis, & iam ante vxor Amra pepererat ei Aaron, qui natus fuit tribus annis ante Mosen, vt habetur infrà.vij.c. vbi dicitur:* Erat autem Moses octoginta annorum, & Aaron octogintatrium quando locuti sunt Pharaonem. *Similiter & Mariam filiam suam, quæ in natiuitate Mosi erat iam iuuencula ita magna quòd poterat intelligere & alloqui homines, vt consequenter dicetur, & ideo dicit Iosephus & doctores communiter, quòd ista acceptio intelligitur de copula carnali, quia propter edictum regis separauerat se ab vxore quantum ad carnalē copulam, magis eligens non generare, quam quòd filij sui statim submergerentur in flumine, & intentus erat orationibus erga Deum, vt vellet respicere populum suum tam crudeliter afflictum: & dominus in somnis eum admonuit, quòd securè ad vxorem suam accederet, & quòd ex illa generaret filium, qui populum liberaret, & sic eam accepit, id est, matrimonialiter eam cognouit.*

2 Stirpis suæ. *In Hebræo habetur:* Filiam Leui. *Ex hoc dicunt Hebræi, quòd ista fuit Iochabeth, quam Leui genuit. Item hoc videtur per quandam glo. quæ dicit quòd Amram accepit Amitam suam. scilicet, sororem patris sui Caath, & per consequens filiam Leui. Sed hoc videtur falsum, quia dictum est cap. precedenti. quòd personæ, quæ ingressæ sunt Ægyptum cum Iacob, mortuæ erant ante istam afflictionem populi inter quas computatur Iochabeth, etiā secundum opinionem Hebræorum, vt dictum fuit supra Ge. xlvi. Item dato quòd adhuc viueret, oportet dicere secundum dicta Hebræorum, quòd in natiuitate Mosi ipsa esset centū triginta annorū: Quod probatur sic: quia à natiuitate Isaac vsque ad exitum filiorum Israël de Ægypto fluxerunt anni quadringenti: vt dictum est Gen. xv. c. super illud verbum:* Et affligent eos annis quadringentis. *Item à natiuitate Isaac vsque ad natiuitatem Iacob fluxerunt sexaginta anni, vt dictum est, Gen. xv. c. vbi dicitur:* Sexagenarius erat Isaac, &c. *Item à natiuitate Iacob vsque ad descensum eius in Ægyptum fluxerunt anni centum triginta, prout ipse dicit Gen. xlvij. b.* Dies vitæ meæ centum triginta annorum sunt. *Et sic patet quòd à natiuitate Isaac vsque ad descensum in Ægyptum fluxerunt centum nonaginta anni: & sic de quadringētis annis prædictis remanent ducenti decem anni: à quibus si subtrahantur octoginta anni quos habebat Moses in exitu de Ægypto, vt prædictum est, remanent centum triginta anni, qui fluxerunt à descensu Iacob in Ægyptum vsque ad natiuitatē Mosi. Ex quo sequitur quòd Iochabeth filia Leui, quæ computatur inter descendentes in Ægyptum cum Iacob in natiuitate Mosis viuebat, erat centum triginta annorum, & sic transierat in ea tempus concipiendi, quod & concedunt Hebræi, sed dicunt quòd miraculosè factum est, quòd conciperet Mosen: sicut diuina reuelatione conceptus est, sed hoc non valet, quia non solum de Mose oportebat eos dicere miraculum esse factum. sed etiam de conceptu Aaron & Mariæ quia Aaron tribus annis tantum natus fuit ante Mosen, vt prædictum est, & sic Iochabeth mater eius, erat centum viginti septem annorum*

✠ *norum*

Allegor. 1 ALLEGOR. *Egressus est, &c.* Per virum qui dicitur à virtute potest intelligi spiritussanctus, qui Sap. vij. c. dicitur: *Omnium artifex omnem habens virtutem.*

2 *Et accepit, &c.* id est, virginē Mariā quā sibi despōsauit eandē.

3 *Quæ concepit & peperit filium,* scilicet, Iesum Christum autorem Euangelij, qui bene significatur per hunc filiū qui fuit lator veteris testamenti. Moral. Per quem intelligitur spiritussanctus ratione prædicta, cuius vxor dicitur mens bona, sibi per fidem & deuotionem coniuncta, quæ concepit filium, id est, boni operis propositum, & parit, deducendo ad effectum, sed in principio debet occultari, ne per inanem gloriam valeat frustrari.

Moral.

✠ 1 *Abscon-*

per ea quæ videntur securitatis esse, sed planè per contraria, omnia pro nobis fiunt. Iussit Pharao in flumen proiici pueros, nisi proiecti fuissent pueri, nō fuisset seruatus Moses. Quādo seruabatur, nō erat in honore, quādo expositus est, tūc factus in honore est. Minatus est illi Iudæus, dicens, *Nūquid me occidere tu vis:* & hoc illi profuit, vt philosopharetur in solitudine ac securè viueret.

Hom. 2. Allegorice. ORIGEN. Pharaonis filia est ecclesia de gentibus congregata, cui per prophetam dicitur. Psal. xliiij.c. *Obliuiscere populum tuum & domū patris tui, quia concupiuit rex speciem tuam.* Hæc est ergo, quæ exiuit de domo patris, & venit ad aquas vt lauaretur à peccatis, quę contraxerat in domo patris. & statim viscera misericordię suscepit, & misorta est infantis, hæc veniens in paludem, inuenit Mosem iacētem expositum à suis, & fecit eum nutriri. Nutritur apud suos, ibi agit infantiam, fortior factus ducitur ad eam, adoptatur in filium. Moses, legem significat. Veniens ergo ecclesia ad aquas baptismi suscepit legē intra tibin conclusam, & bitumine linitam. Tibin ergo est tegminis genus ex papyro contextum & virgis, vel ex cortice arborum formatum. Lacebat ergo lex clausa intra huiusmodi tegmina pice & bitumine linita, vilibus scilicet & tetris Iudæorum sensibus sordebat oblita vsquequo ecclesia veniret ex gentibus, & assumoret eā de luteis & palustribus locis, intra sapientiæ aulas & regalia tecta. Infantiam tamen àpud suos transigis, apud illos enim, qui eam spiritualiter non intelligunt, paruula est: & infans & lactantiū habēs cibos, cùm ad ecclesiam venit, fortior est Moses & validior, amoto enim velamine literæ, perfectus in lectione eius cibus inuenitur. Mercedem nutrimentorū accipit à filia Pharaonis, apud quam lex nascitur & nutritur. Sed quid est, quòd synagoga accipit ab ecclesia? puto illud quod Moses dicit: *Ego suscitabo eos in gentē insipientem, & in iracundiam vos inducam: in gentem insipientem, in iracundiam vestram abo.* Synagoga ergo de ecclesia, hanc mercedē accipit: vt vltra idola non colat. videns enim Gentiles ita ad Deum conuersos, vt vltra idola nesciant, erubescit vltrà idola colere. Nos quoque si Pharaonem habuimus patrem, si nos in operibus malis genuit, cùm venerimus ad aquas assumamus legē Dei: non nobis fordeant literæ velut tegmen obscurum, quæ parua eius sunt & lactātia comedamus, quę perfecta sumamus & intra cordis tecta regalia collocemus, grandem & validum habemus Mosen: nihil de eo paruum, nihil vile sentiamus, sed totum magnificū, totum egregium, totum elegans. Totum enim magnum est quod spirituale est, & sublimis intelligentiæ.

a *Cernensq; in ea paruulum, &c.* ✠ THEODORET. Hoc illi potissimum circuncisio prodere potuit, Nondum enim Ægyptij tale mysterium admiserant, licet succedente tempore ad Hebræo-

Mystice.

rū quando peperit Aaron. Maria etiam soror Mosi in natiuitate eius erat iuuencula, vt dicitur in textu, & sic ad plus habebat quindecim annos vel circiter: & sic Iochabeth mater eius erat centum quindecim annorū quando eam peperit secundum istos. Ex quo patet, quòd in omnibus istis transierat tempus concipiendi, maxime quia Gen. xvij. dicitur de Sara, quòd cum esset nonagenaria, desierant in ea fieri muliebria, nec poterat per naturam concipere in tali ætate, & multò fortius idem est dicendum de Iochabeth filia Leui, quæ fuit per magnum tempus post ea, & ideo complexio mulierum debilitata erat, & ætas breuiata erat. Propter prædicta dicendum est quod vxor Amram non erat Iochabeth de qua prædictum est, sed alia eiusdem nominis, dicitur tamen filia Leui in Hebræo, id est, de tribu eius, sicut Helisabet mater Iohannis baptistæ dicitur de filiabus Aaron. Luc. i. a. de qua tamen certum est, quòd eam Aaron non genuit. De glo. autem quæ inducta est ad contrarium, non est curandum, quia contrariatur textui manifeste. Dicitur enim infrà. vi. cap. quòd Amram accepit vxorem Iochabeth patruelem suam. Patruelis autem alicuius dicitur filius vel filia auunculi sui. Patruelis enim est communis generis, & sic patet, quòd non fuit filia Leui, sed filia vnius filiorum suorum, & cognata ipsius Amram, Item matrimonium cum Amita erat illicitum secundum quod dicitur Leuit. xx. cap. Turpitudinem Amittæ tuæ non discooperies. *& si dicatur quòd lex illa adhuc non erat data: Dicendum quòd ante legem multa quæ pertinent ad matrimonium, fuerunt obseruata, sicut Gen. xxxviij. b. dicitur, quòd Iudas coniunxit Onan vxoris fratris sui defuncti vt susciteret ei semen: & magis verisimile est quòd tempore Amram vitabatur matrimonium cum Amita, & per consequens Amram, qui sanctus homo erat, tale matrimonium non contraxit.*

1 Abscondit tribus mensibus. *Aliqua enim mulieres sunt, quarum impregnatio non multum apparet, nec partus earum per clamorem, maxime cum volunt celare sicut fuit in proposito: & ideò potuit puerum in abscondito seruare.*

2 Cumque iam celare non posset. *Contrarium videtur: quia ex quo seruauerat eum tribus mensibus, videtur quòd eadem ratione posset eum*

✠ *in for-*

Sapi. 18. b
Act. 7. ca.
Heb. 11. d.

Thermut filia Pharaonis.

Allegorice.

carthena gre ca.
Hom. 14. in acta Apo.

Infrà 6. cap. Nu. 25. g. 1. Para. 23. b.

Forma Mosy fi.

✠ 1 *Abscondit tribus mensibus.* Propter persecutionē Pharaonis. Et similiter Iesus Christus in Ægypto latuit propter persecutionem Herodis. Matth. ij. c.

bræorum imitationem circuncisionis legem obseruauerint. Vn
A de Hieremias, *Considerabo omnes preputium circuncisum cum Ægyptios & filios Edom.*
Hieremię. 9.

ISIDOR. Moses, id est, Christus ad flumen lauacri & aquâ baptismi à fidelibus inuenitur. Moses plorabat, & Christus vete
cundũ condictũ, ciuitatẽ ei tradidit & nupsit: Inde est q̃ Aaron & Maria iurgati sunt aduersus Mosen propter Æthiopissam vxorẽ. D

b *Cum q̃, circumspexisset huc atque illuc.* AVGVST. De hoc facto Quæst. 2. in Exod.
Mosi satis disputauimus in illo opere, quod de vita patriarcharũ aduersus Faustum scripsimus, vtrum indoles in eo laudabilis fuerit qua hoc peccatum admiserit, sicut vber terra ante vtilia semi na quadam herbarũ inutilium ferocitate laudatur: an ipsum factum iustificandũ sit? Quod ideo non videtur, quia nullâ adhuc legitimâ potestate gerebat, nec diuinitùs acceptã, nec humana societate ordinatã: & tamẽ sicut Stephanus ait, vt in Actibus Apostolorum, putabat intelligere fratres suos: quod per eũ Deus daret salutẽ illis, vt per hoc testimonium videatur Moses iam diuinitus admonitus (quod scriptura eo loco tacet) hoc audere potuisse.

lum? Respondit: Vade. Perrexit puella, & vocauit matrẽ † suã. † pueri
Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum, &
¶ Vt amplius idola non colas. ¶ Synagoga.
nutri mihi, ego tibi dabo mercedem tuam. Suscepit mulier,
a ¶ Iam perfecto sensu validos pascentem. in primitiua ecclesia b ¶ Expellendo à se. c ¶ Ecclesiæ præcepta.
& nutriuit puerum, ádultúmque trádidit filiæ Pharaonis.
a ¶ Susceptum in regalem aulam cordis.
Quẽm illa adoptauit in locum filij, vocauitq; nomen eius 1
a ¶ Baptismi. ¶ Ecclesia de gentibus Christum excipit ad fontem baptismi. 2
Moyses, dicẽs: quia de ãqua tuli eum. In diebus illis, postquã 3
a ¶ Christus. b ¶ A patre. ¶ Vel à Iudæis Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. 4
c ¶ In mundo.
creuerat Mõyses, egrẽssus ad fratres suos vidit † afflictionem 5
a ¶ Diabolum in hac peregrinatione nobis iniuriosum. b ¶ Qui festinanter transeunt viam huius seculi.
† onera. Act. 7. d
corũ, & vírum Ægyptium percutiẽtem quendã de Hebræis 6 7
a ¶ Omnes in Christo fratres sumus vnum patrem Deum habemus. ¶ Discrete omnia prospiciendo, quia in sapientia vicit superbum non potentia.
fratribus suis. † Cumq; circũspexisset huc atque illuc: & nul- 8
a ¶ Morte sua. b ¶ Diabolum.
lum adesse vidisset: pẽrcussum Ægyptium absc̃odit sabulo. † 9 10

✲ AMBROS. Non in viribus corporis & lacertis tantummodo fortitudinis gloria est, sed magis in virtute animi, neque in inferenda, sed in depellenda iniuria, lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriã si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit. Vnde Moses hinc prius orsus est tentamẽta bellicę fortitudinis. Nam cùm vidisset Hebræum ab Ægyptio iniuriam accipientem, defendit ita vt Ægyptium seruaret, atque in arena absconderet. Salomon quoq; ait, *Eripe eum qui ducitur ad mortẽ.* Prouerb. 24.

ISID. ALLEG. Moses, id est, Christus, Ægyptum, id est, diabolum nobis in hac peregrinatione iniuriosum nos defendendo occidit: & in arena obruit occisum. Latet enim in eos qui stabile non habent fundamẽtum. Ecclesiam verò in petram ædificat, & eos qui verbum eius audiunt & faciunt prudenti viro comparat, qui ædificauit domum suam supra firmam petram. Alios verò stulto comparat, qui suprà arenam ædificat. F

✲ *Et egres-*

NICOLAVS DE LYRA.

tis forma, imò vt dicit Iosephus, erat ita gratiosus, quòd omnis aspiciẽs eum afficiebatur ad ipsum, & ideò filia regis voluit eum nutrire, vt sibi eum in filium adoptaret: vt patet per sequentia: & ideò primò fecit sibi porrigi mammillas plurium mulierum Ægyptiarum, sed ipse renuebat, & tunc soror pueri, quæ astabat, dixit, quòd si mulier Hebræa mammillam sibi porrigeret, forsitan ipse acciperet, tanquam de muliere Hebræa natus, cui dicto tanquam rationabili filia regis assensit, & tunc soror pueri ad quærendum se obtulit, & vocauit matrem pueri tanquam extraneam. Cætera patent vsque ibi.

1 Quem illa adoptauit in locum filij. *Quia naturalẽ filium non habebat.*

2 Vocauitq; nomẽ eius Moysen. *In lingua enim Ægyptiaca Moys aquam significat, ys saluatũ. Ideo subditur ratio nominis cum dicitur.*

Mosse 3 Quia de aqua tuli eum. *In Hebræo habetur, vocatur Mosse, & significat extractum vel eductum & subintelligitur de aqua.*

4 In diebus illis. *Hic describitur inclinatio adulti. Sicut enim suprà dictum est, ex Dei prouidentia ordinatus erat ad liberandum populum Israël: & ideò erat inclinatus ad eos visitandum, & pro posse suo adiuuandum & hoc est quod dicitur.*

5 Vidit afflictionem eorum. *Non solum oculo corporis, sed etiam mentis per compassionem, quod patet per effectum. Vnde & subditur.*

6 Et virum Ægyptium. *Iste erat vnus de prepositis Ægyptijs super filios Israël, ad compellendum eos ad afflictionem laboris.*

7 Percutientem quendam de Hebræis. *Dicunt Hebræi, quòd iste fuit maritus Solomith, quæ erat pulchra valdè, de qua habetur infernus, & ideo iste Ægyptius in aurora fecerat surgere maritum eius occupando eum in labore, & tunc rediit ad vxorem eius, quæ recepit eũ credens esse maritum suum, & cum maritus postea cognouisset rem gestam, arguebat inde Ægyptium, propter quod Ægyptius percutiebat eum, & grauius affligebat.*

8 Cumque circumspexisset, &c. *in quo apparet prudentia Mosi.*

9 Percussum Ægyptium. *ad est inter fectum.*

10 Absconditq; sabulo. *quod de facili potest fieri in terra fabulosa.* Quæstio.
Sed quæritur hîc quomodo Moses hoc fecit, cùm non esset cõstitutus iudex eorum. Item dato quòd esset iudex, videtur pœnam ultra illam inuliisse, vtpote pro percussione simplici mortem, cùm tamen sola repercussio deberetur secundum legem talionis in qua dicitur, dentem pro dẽte, vulnus pro vulnere. Exod. 21. 22.
Ad primum dicendum, quòd Moses ex diuina electione ad liberationem Hebræorum habebat autoritatem vindicandi iniurias eis factas, & hoc scitebat per reuelationem diuinam. Et hoc est quod dicitur Act. vij. cap. Existimabat autem cognoscere fratres, quòd per manum ipsius Deus daret salutem illis. Ad secundũ dicendum quòd interfecit Ægyptium non solum propter recussionẽ Hebræi, sed etiam pro adulterio commisso fraudulenter, vt prædictum est, quod fuit votum Mosi per hoc quòd audiuit causam percutionis in contentione pro dicto adulterio. Notandum quòd Iosephus vj. lib. antiquitatum dicit, quòd Moses duxit exercitum Ægypti cõtra Æthiopes, & ibi accepit vxorem filiam regis, de quo plenius dicetur super librum Numer. xij.

✲ Conspe-

MORALITER.

Allegoriæ 4 *In diebus illis postquã creuerat Moses egressus est ad fratres suos.* Quia Christus anno triceſimo suæ ætatis exiuit ad prædicãdum Iudæis, qui dicuntur eius fratres, eõ q̃ secundum carnẽ de Iudęis fuit natus. Et in eius persona dicitur Psal. xxj. c. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Quod adimpleuit prædicando Iudæis.

5 *Vidit, &c. virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis.* Per Ægyptium, qui tenebrosus interpretatur, diabolus intelligitur, qui iaculo peccati mortalis percutere populum Christianum nititur.

9 *Percussum Ægyp. &c.* Christus enim diabolum percutit, virtutem eius reprimẽdo, & aliquãdo in inferno retrudẽdo. Vnde Luc. viij. c. dæmones rogabant eum ne mitteret eos in abyssum.

✝ *Egressus*

¶ In fluxis & aridis mentibus.

2 *Et egressus die altero, &c.* In hoc Moses figuram Christi gessit, qui duorum populorum discordiam in se angulari lapide pacificare studuit, qui iniuriam facit & reconciliatorem contempsit, Iudaicus est, qui prædicationem Christi reconciliantis repulit, & credentis populi hostis perstitit. Vnde Ioann. ix. f *Tu discipulus illius sis, nos discipuli Mosi.*

b *Timuit Moses, &c.* AVGVST. Si sic diuulgatum est verbum hoc. Duo sunt in hac locutione attendenda, quia pendet scilicet sententia, & sic dimissa est: Deinde quia verbum pro facto posuit.

c *Qui fugiẽs.* ✲ RABANVS. Fuga Mosis ab Ægypto in Madian, significat migrationem Apostolorum ad gentes, vbi contradictionẽ prius inuenerũt, postea deuotam obedientiam.

d *Erant autẽ.* ✲ EVSEBIVS. Nusquam scriptura Iethro sacerdotem idolorum fuisse tradit, sed gentis nonnulli dixere ex Abraham progenitum fuisse, ideoque religiosum ac pium extitisse, qua ex re Moses quoq; ad eũ cõfugit. Madiam nãque Abrahæ & Cethuræ filius fuit, vnde Madianitæ ortum traxerunt.

e *Vocute eum. &c.* ✲ GREG. NYSSENVS. Tanta fuit sacerdos ipse ad perscrutandam ingenia hominũ moresque cõprehendendos, prudentia præditus, vt vnica regesta, quam Moses aduersus pastorum vim, magno animo fecerat, adolescentis virtutẽ conspexerit, quod non proprio lucro aut laude commotus, pro iustitia pugnauerit, sed iustum ipsum per se ac natura sua honestum iudicans, pastores qui nihil in seipsum peccarunt, castigauit, eorumque iniuriam repulit.

f *Quæ peperit &c.* ALLEG. Christus ecclesiam de gentibus sibi copulauit, quæ munere spiritus septiformis vna est in fide catholica. Vnde: *Vna est columba mea*, quæ gignit filium qui vocatur aduena, & alterum qui Dei adiutorium. Aduenæ enim sunt sancti super terram, sed Dei adiuto-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Conspexit duos, &c. *Hebræi dicunt, quòd isti duo fuerunt Dathan & Abiron.*

2 Quis te constituit principem. *Pro bono pacis, ad quod illos inducebat, reddidit verbum pungitiuum.*

3 Num occidere me tu vis. *Ac si dicat: bene apparet, quòd tu es vnus homicida & malus homo.*

4 Audiitque Pharao. *Hic consequenter describitur cõditio Mosi tempore aduersitatis, vbi primò describitur eius persecutio. Secundo diuina consolatio, ibi:* Erant autem. *Circa primum dicitur.* Audiuitq; Pharao sermonẽ hunc. *videlicet quod Moses vnũ occiderat de prapositis regis, ad vindicandum vnum ex Hebræis quos exosos habebat.*

5 Et quærebat occidere Moysen. *Tu quia interfecerat præpositũ eius, quod redundabat in iniuriam regis. Tum quia secũdum quod dicit Iosephus circa tempus quo natus fuit Moses, quidam sacerdos Ægyptiorum diuinationibus intentus, dixerat regi quòd circa pueros Hebræorum attenderet, quòd vnus nasci debebat de Hebræis, qui populũ Israël de Ægypto educeret, & regnum Ægypti humiliaret, & ideo cum audiuit factum Mosi celantis tantum pro Hebræis etiam in iniuriam regis: existimauit quod esset ille de quo ille sacerdos dixerat.*

6 Qui fugiens, &c. *Dicunt Hebræi quòd Moses fuit captus & adductus coram rege vt decapitaretur, sed euasit miraculose, vt plenius dicetur infrà xxj. capitul.*

7 Erant autem. *Hic describitur Mosi fugientis consolatio, & primò ex susceptione eius curiali. Secundo ex morte sui aduersarij, ibi.* Post multum. *Circa primum dicitur:* Erant autem sacerdoti Madian. *secundum Hebræos, Sacerdos hîc accipitur pro maiore vel magnate sicut dicitur j. Reg. viij. Filij Dauid sacerdotes erant.*

8 Septem filiæ. *Nec mirãdum, si filia magnorum habebant curam de gregibus alẽdis, quia iste erant diuitiæ antiquorum.*

9 Et impletis cana. *Per adiutorium Mosi, vt infrà dicitur.*

10 Superue. pastores, &c. *Quia forsitan erat consuetudo, quòd prius congregarentur greges omnes antequam biberent, sicut dicitur Genes. xxix. c. sed per adiutorium Mosi præuenerant horam hauriendi aquam, & ideò eas defendit à pastoribus.*

11 Quæ cum reuertissent. &c. *Id est, autem, vt dicunt aliqui. Melius tamen videtur dicendum cum aliis, quòd fuerit pater qui vocatus fit pluribus nominibus scilicet Raguel & Iethro, Cyneus, & Obab. Et dicunt Hebræi, quòd vocatus est Iethro, quod significat adiiciens, quia addidit legi vnum capitulum scilicet de ordinatione populi per tribunos & centuriones, quinquagenarios & decanos, vt habetur infrà. xviij. Vocatur autem Obab vt dicunt, adest, diligens, quia dilexit legem, & conuersus fuit ad Iudaismum, vt habetur ibidem. xvij. cap. Et patet littera vsque ibi.*

12 Iurauit ergo Moses quòd. &c. *Post multa verba quæ fuerũt inter Iethro & Mosen fecit pactum cum Iethro de remanendo cum eo, & illud pactum iuramento firmauit.*

13 Accepitque Sephoram. *Videns enim eum Iethro virum valentem & industrium, dedit ei filiam.*

14 Quem vocauit Gersam. *Ger enim Hebraicè, idem est quod aduena vel peregrinus latinè. Et causa nominis subditur:* Aduena fui in terra &c.

15 Alterum vero peperit, Quem vocauit Elizer. *quod interpretatur dei mei adiutorium, in hoc recognoscens diuinum beneficium in liberatione ipsius de manu Pharaonis, & tu profectu ipsius in terra aliena.*

✲ Post

MORALITER.

1 *Egressus die, &c. faciebant iniuriam.* De mutuis enim iniurijs legitur Christus frequẽter Iudęos in suis sermonibus increpasse.

4 *Audiuitq; Pharao sermonem, &c.* Per quod designatur, quòd diabolus per Iudæos quæsiuit Christi mortem.

6 *Qui fugiens, &c.* Per fugam Mosi ad sacerdotem Madian intelligitur ascensio Christi ad patrem, qui nomine sacerdotis intelligitur: eò quòd sacra dans etymologizatur.

iutorio nunquam carent.

a *Post multum vero temporis, &c.* Postquam Moses in terra Madiam duxit vxorem, mortuus est rex Ægypti, quia cum Christus in orbe terrarum gentes ad fidem conuertit, destructus

¶ Pœnitentes.

a b Post multũ verò tẽporis mortuus est rex Ægypti. Et ingemi- 1 2
a ¶ Carnis. b ¶ Corde & ore.
¶ Oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorum. Psal. xxxiij. c.
scentes filij Israël, propter ŏpera vociferati sunt. Ascenditq; 3
a ¶ Id est pro operibus.
clamor eorum ad Deum ab ŏperibus, & audiuit gemitum
eorum, ac recordatus est fœderis, quod pepigerat cum Abra- 4
a ¶ Propter merita patrum, scilicet.
hã, Isaac & Iacob. Et respẽxit dñs filios Israël, & cognouit eos. 5 6

GLO-

structus est principatus diaboli.

1 2 3 b *Ingemiscentes.* Nisi moriatur in te rex Ægypti, nõ cognoscis te opprimi seruitute Ægypti, & operibus luti & lateris, nec corde ingemiscis nec vociferaris ad dominum vt liberet te.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Post mul. *Hic ponitur Mosi consolatio ex morte aduersarij, cum dicitur:*

2 Mortuus est. &c. *Qui persequebatur Mosen, & mors eius fuit renelata Mosi à deo in terra Madian, vt habetur. iij. c. ad eius consolationem.*

3 Et ingemiscentes fi. Israël. *Quia veniente rege illo, non audebant ostendere palam anxietatem animi, ne grauius tractarentur.* Et audiuit gemitum eorum: *loquitur scriptura de Deo, secundum modum humanum. Tunc enim dicitur aliquis clamorem alicuius audire, cum incipit eum adiuuare.*

4 Ac recor. est. *Non quia obliuio cadat in deo, sed quia ad modum recordantis se habuit, præbendo filijs Israël auxilium propter merita patrum.*

5 Et respe. do. fi. &c. *Oculo misericordiæ.*

6 Et cognouit eos. *Idest, ad modum cognoscentis se habuit ostendendo dilectionem circa eos.*

ADDITIO I.

In cap. ij. vbi dicitur in posti. Filiam Leui. *Secundum Hebraicæ literæ veritatem oportet dicere, quòd Iochabeth mater Mosi fuit filia Leui: Tum quia infra. vi. cap. vbi translatio nostra habet:* Amram accepit vxorem Iochabeth patruelem suam, *Hebraica lingua habet:* Accepit Amram Iochabeth auiam suam in vxorem. *Vnde gl. quam reprobat postillator verissima est, non obstantibus obiectionibus postillatoris. Nam quod primò obicit, ex eo quod Iochabeth fuit mortua ante afflictionem populi, nullam habet necessitatem ex litera. In vera enim computatione animarum, quæ ingressæ sunt cum Iacob in AEgyptum, quam approbat postillator super Gen. xlvi. non computabatur Iochabeth, licet quidam Hebræi hoc voluerint dicere sine fundamento, vt supra patet in postilla in dicto cap. Quod autem obicit secundò di. quòd dato. quòd adhuc viueret, oporteret dicere, quòd ipsa Iochabeth esset in natiuitate Mosi centum triginta annorum, prout large deducitur in postilla, non est verum, nisi præsupposito quòd Iochabeth computaretur inter personas quæ ingressæ sunt AEgyptum cum Iacob, quod quidem præsuppositum in litera nullum habet fundamentum, vt dictum est. Vnde ad hanc obiectionem postillatoris tollend. am. potest dici quòd Leui genuit Iochabeth, per magnum tempus post suum ingressum in AEgyptum, vt puta per sexaginta annos ferè, quibus subtractis a numero ducentorum decem annorum, quibus fuerunt in AEgypto, prout deducitur in postilla, remanent centum quinquaginta, à quibus si retrahantur octoginta anni, quos habebat Moses in exitu de AEgypto, prout infra. xvj. cap. remanent septuaginta anni, in qua ætate erat Iochabeth, cum genuisset Mosen, quod non esset ad miraculum cõputandum, cum Leui pater ipsius Iochabeth vixit centum triginta sexptè annis, & totidem ferè Chaath frater ipsius Iochabeth. Similiter & Amram vir eius, vt patet infra vi. cap. Cum igitur tunc temporis homines illius congregationis, scilicet, ipsius Leui attingebant communiter ætatem centum triginta septem annorum. Nimirum si fœmina illius cognationis comcepisset cum esset septuagenaria, & multò minus mirandum de conceptione Aaron & Mariæ, qui fuerant cõcepti antequam Moses, & per consequens in minori ætate. Sara autem erat nonagenaria, & defierãt ei fieri muliebria, vt supra Gen. xvij. & ideò non est accipienda in argumentum contra prædicta.*

Dicendum est igitur, quòd vxor Amram fuit Iochabeth soror Caath, prout ditur in gl. prædicta. Et idem dicitur in translatione Chaldaica: cui litera Hebraica (vt dictum est) omninò consonat, licet non idem dicat translatio nostra. Nec potest contra prædicta obiici, per hoc quòd Leui non esset in ætate generandi in anno sexagesimo post ingressum AEgypti. Nam Leui in ingressu AEgypti erat quadragintaquinque annorum ferè. Quòd sic pater. Nam Iacob stetit in domo Labam per spatium viginti annorum, vt supra Gen. xxxi. ca. a. quibus si subtrahantur septem anni quibus seruuit Iacob antequam acciperet Liam, & tres anni ferè, quibus nati sunt Ruben, Symeon, & Leui successiue, vt supra Gen. xxix. remanent decem anni ferè a natiuitate Leui vsque ad finem viginti annorum prædictorum, à quibus si subtrahantur sex anni quibus seruuit Iacob in domo Labam pro gregibus nato iam Ioseph, vt in prædicto cap. restat, quòd natiuitate à Leui vsque ad natiuitatem Ioseph fluxerunt quinque anni ferè, Ioseph autem cum Iacob & filij eius ingrederentur AEgyptum, erat. xxxix. an. Nam cum primò stetisset coram Pharaone erat. xxx. an. & postea fluxerunt septem anni fertilitatis: vt & duo sterilitatis, vt supra Gen. xlv. Sequitur ergo quòd Leui in illo ingressu erat quadraginta quinque annorum ferè, vt dictum est, quibus si addantur sexaginta anni vsque ad natiuitatem Iochabeth. Sequitur quòd Leui erat centumquinque annorum cum eam genuit, quòd non est contra cursum naturæ. Leui enim vixit centum triginta septem annis, vt infra. vi. ca. & sic tempore generationis Iochabeth adhuc remanebat quarta pars ferè ætatis suæ transeunda. Constat autem quòd modernis temporibus licet duratio communiter mensuretur in septuaginta annis iuxta postillam, adhuc homines tamen generant cum sint sexaginta annorum, & vltra, quamuis non remaneat nisi octaua seu septima pars ætatis ferè. Ad illud autem quod obicit dicens, quòd matrimonium cum auia illicitum erat secundum legem, & quòd multa quæ pertinent ad matrimonium, fuerant obseruata ante legem, quod intendit probare per hoc quòd Iudas coniunxit Onan filium suum vxori fratris sui defuncti, vt Gen. xxxviij. Ad hoc dicendum, quòd ante legem si aliqua obseruabantur de his quæ pertinent ad matrimonium, hoc erat casualiter, non autem ex obligatione. Obligatio enim legis non se extendit ad præterita. Vnde manifestum est quòd Iacob habuit duas sorores in vxores, quod tamen prohibitum est in lege: Leuiti. xviij. c. Thamar etiam secundum legem incestum commisit scienter cum socero suo Iuda, & tamen Iudas eam iustificauit, dicens: Iustior me est, supra Gen. xxxviij. Ex quibus patet quod matrimonia quæ erant illicita tempore legis, non erant illicita ante legem. Si autem contra hoc dicatur, quod Iacob illas habuit ex Iussu seu instinctu diuino, similiter & Thamar propter fructum, qui ex prædictis matrimonijs secutus est, similiter potest de Amram dici, notabilis enim fructus fuit secutus ex illo matrimonio: scilicet Moyses legislator & redemptor populi, & Aaron sanctus, à qua linea sacerdotalis in ista lege incepit.

ADDITIO II.

In eodem cap. ij. vbi dicitur in postilla: *Percussum AEgyptium id est interfectum. Non est necessarium dicere, quod Moyses interficiendo AEgyptium processerit, vt iudex. sed potius, vt pars. Ex debito enim charitatis quilibet tenetur repellere iniuriam à proximo, si potest. Hec Amb. Item qui non repellit iniuriam à socio si potest, iam ipse est in vitio, quàm ille qui facit. vt in. ij. q. xl. art. vlt. in responsione ad secundũ arg. Et quia hoc non poterat facere Moses per aliquã percussionẽ, nisi AEgyptius moreretur, imminebat enim sibi periculum, si AEgyptius de hoc quòd Moses percuteret eum reclamaret ad regem: idcirco oportuit, vt Moses AEgyptium occideret ad liberationem proximi. Vnde non oportet in hoc allegare adulterium AEgypti, de quo nulla fit mentio in sacra scriptura.*

ADDITIO III.

In eo. ij. cap. vbi dicitur in postil. Iurauit ergo Moses. *verbum quod hic ponitur in Hebræo frequentatur in sacra scriptura, & quandoque in translatione nostra interpretatur incipere, vt in libro Ge. Abraham alloquens deo dicebat.* Ecce nunc incepi loqui. *& Deu. i. a.* Incepit Moses explanare legem. *In aliis verò locis interpretatur quandoque iurare, vt in hoc loco, & iij. Re. v. f. vbi dicitur de Giezi:* Et iurauit, *sed secundum Hebraicam veritatem verbum illud vnuocum est, & nihil aliud significat vbicunque ponitur, nisi actum volendi: itaque est, cum dicitur:* Incepitque Moses explanare. *similiter iij. Re. v. f. Naamam dicebat Giezi, quòd vellet recipere duo talenta nulla mentione facta de iuramento. vnde in hoc loco nihil aliud dicitur nisi quòd Moses voluit habitare cũ viro, &c. sc. cum Ietro nullo interposito iuramẽto.*

REPLI

REPLICA correctorij contra Burg. Mẽdacem. *In cap. ij. vbi postillator improbat opinionem Hebræorum dicentium matrem Mosi fuisse Iochabet filiam Leui rationibus in Hebræorum opinionibus fundatis: ad quas Bur. non rectè respondet. Bur. tamen volens magnificare fimbrias certamen assumit pro suis Hebræis, sistens conclusionem quam postillator rationabiliter improbauit. Dicit namque*
Auia. *Burg. quòd vbi translatio nostra habet infra vi. c.* Accepit Amram vxorem Iochabet patruelem suam, *In Hebræo habetur vt dicit, auiam suam: sed per hoc non concludit propositum suum: quia auia secundum canonistas & legistas dicitur mater matris, quam auiam non duxit vxorem. Tum quia vetula, tum quia in linea ascendente propinqua, & si lex matrimony nondum esset posita, vt dicit Burg. naturæ tamen honestas docuit quædam in matrimonio vtenda, vbi necessitas non erat, imò videtur legi naturæ repugnare prolem nubere parenti vel econuerso, & sic quod allegat Bur. contra primum argumentum postillatoris de ætate, quòd videlicet per sexaginta annos post ingressum Iacob in AEgyptum, Leui genuit Iochabet, ex litera haberi non potest, nec probat per aliquam autoritatem, ea igitur facilitate continentur qua probatur secundum Hier. similiter & alia quæ Bur. adducit ad suum propositum persuadendum non sunt fundata: etiam dato sed non concesso quòd Iochabet fuisset auia Amram, adhuc non habetur quòd Burgen. intendit quòd fuerit filia Leui. Pro quo notandum quòd quidam libri habent* Amita, *vbi Bur. dicit haberi* auia, *quo dato quia amita & si secundum legistas sit soror patris, est tamen commune nomen significans non solum propinquam ex cognatione, sed etiam ex adoptione: quibus sic stantibus non habetur quòd ista Iochabet fuerit filia Leui soror Caath, nec ex litera trahi potest: sufficit enim quòd Iocha iochabet mater Mosi fuerit filia Leui, id est, de tribu Leui, & ut dicitur in postilla. Ité capit. eodẽ vbi postillator mittitur excusare Mosẽ occidẽtẽ AEgyptiũ à peccato, quasi autoritate instinctus diuini fecisset, prout sanctus Stephanus exponere videtur: Act. vij. c. vbi Burg. instat dicẽs, q; debeat excusari quasi fecerit ex debito charitatis & fortitudinis prout tenebatur, allegans ad hoc beatum Ambro. sanctum Tho. secunda secunda. q. lx. Sed huic sententiæ opponitur ex eo, quia idem sanctus Thomas dicit: Hoc dictum charitatis intelligi debere cum moderamine inculpatæ tutelæ. sed occidere pro percussione (prout in proposito) non fuit moderamen inculpabile igitur, &c. Quod excusatiue mittur Burgen. dicens, quòd Moses ideo potuit excedere moderamen: quia repercutiendo citra occisionem, ipse percussus accusasset Mosen & incurrisset periculum. Simile persuasum esset furibus, vt occiderent virum passos, ne per eos accusari valerent, quod horrerent pia aures. Item in eodem capitulo, vbi postillator dixit Mosen fecisse cautionem iuratoriam propter nostram translationem, quæ dicit.* Iurauit Moyses. *Burgen. sed arguit nostram translationem dicens, quòd in Hebraica litera non ponitur aliquid pertinens ad iurandum. sed quicquid sit de litera Hebraica de quo non iudico, nisi quòd puto sibi Burgen. contra beatum Hieron. & omnes alios non esse credendum, præsertim vbi ratio videtur militare in contrarium, rationabiliter enim æstimandum non est, hominem potentem sicut Ietro describitur, ad solam & nudam expressionem voluntatis sine alia adhibita cautione homini aduenæ, cuius modi fuit Moses tradere filiam in matrimonium, & eum facere diuitiarum suarum participem: sed nulla legitur hic apposita cautio nisi iuratoria, præsumendum est igitur pro beato Hieron. in translatione nostra & aliis, quòd verbum hic positum significet iuramentum allegatione Burgen. non obstante.*

GLOSSA ORDINARIA.

CAP. III.

A 2 Apparuitque ei. Isid. Alleg. Erat flamma in rubo & non cremabatur. Rubus spinæ peccatorum Iudæorum. flamma in rubo verbum dei, idest, lex data illi populo. Sed & flãma rubum non comburit, quia lex data peccata eorum non consumit. Alij in rubo flammante ecclesiam intelligunt, quæ persecutionibus inflammatur, quæ loquento se domino a non crematur. Quòd dominus Mosi in rubo apparuit, ostendit quia in ecclesia apparet fidelibus, nec alibi. Aiunt Hebræi ideò in rubo Deum apparuisse Mosi, ne possent sibi inde idolum sculpere Iudæi. Semper enim Deus idolatriæ occasionem recidit.

¶ verbo Dei. ¶ Iudaici peccatri

Gregor. Moses admissus Ægyptijs quasi vigilabat mundo, ideo vocem domini non audiebat. Sed extincto Ægyptio lib. 23. moralium cap. 20. postquàm in desertum fugit, dum illic. xl. annis degit à terrenis tumultibus obdormiuit, & ideo diuinam vocem percepit. Cùm enim mens ab exterioribus sopitur, verbum Dei penetrat vehemacius. Aurem quippe cordis turba terrenarum cogitationum perstrepens claudit. Non enim perfectè homo sufficit ad vtraque diuisus, quia si exterius † auditum aperit, interius obsurdescit.

† angelus domini.

C

CAP. III.

¶ Alias fecerit sui.

1 Moyses autẽ pascebat oues Iethro cognãti sui sacerdotis Madian. Cumq; minasset 2 gregem ad interiora deserti, venit ad mon- 3 tem Dei Horeb. Apparuitq; ei † dominus 4 in flamma ignis de medio rubi. & videbat quòd rubus ar-

a ¶ Quia per legem non sunt consumpta peccata populi. 5 6

* Theodoretus. Rubus qui ardebat nec comburebatur, Dei potentiam benignitatemque declarat, quod videlicet ignis

Quæst. 6. D

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

1 Moyses autẽ. *Hic cõsequenter describitur missio Mosi ad liberationẽ populi, & primò describitur sibi facta cõmissio secundò comissionis executio. infr. xiij. ca.* Abijt Moy. &c. *Adhuc primo describitur apparitio diuina. secundò commissio sibi facta, ibi:* Cui ait Dominus. *Tertiò instructio circa agenda, ibi:* Dixitq; Moses. *Circa primũ notatur apparationis locus, cũ dicitur.*

2 Cumque minasset, &c. *Tum quia ibi erant meliora pascua. Tum ad elongandum se à terra culta, ne greges pascerentur alienа blada.*

3 Venit ad, &c. *Ille est mons Sinai, qui prædicitur, hic mons Dei ratione euentus futuri, quia ibi Deus daturus erat legem. describitur etiam modus apparendi cùm dicitur.*

4 Apparuitque ei. *In Hebræo habetur:* Apparuit ei angelus Domini. *Angelus enim ille apparebat & loquebatur in persona dei, & ideo aliquãdo Angel⁹, aliquãdo Dominus nominatur. secundũ qđ dicit beatus. Gre. sicut. Esa. vi. b. Angelus q purgauit labia Esaiæ cũ calculo ardẽti vocatur Seraph, ratione inflamationis, licet nõ esset de ordine Serap.*

Oreb.

5 In flamma, &c. *Erat ei populus Israël ad idolatriam pronus, & ideo apparuit in flamma, quæ non potest imagine figurari, & in rubo siue vepre, vt in Hebræo dicitur: quia in talibus non potest imaginatio fingi, ne populus Israël qui venturus erat ad locum illuminatione dictæ apparitionis aliquid faceret ad idolatriam pertinens.*

6 Et videbat quòd, &c. *Quia flamma occupans rubum rubi viriditatem*

MORALITER.

1 Allegorice. *Moyses autem, &c.* Allegoricè, per Moysen significatur Iohannes Baptista pascens fideles Christi cognati sui. Nam mater eius cognata fuit Mariæ matris Christi: vt dicitur Luc. j. *Et ecce Elisabeth cognata tua, &c.* Iohannes enim prædicationis pabulo fideles Christi pauit, vt dicunt quattuor Euangelistæ.

2 *Cumque minasset gregem ad inte. deserti,* id est, ad asperitatem pœnitentiæ, quam prædicauit verbo & opere.

3 *Venit ad montem Dei.* Id est ad Christum, qui dicitur mons. Daniel. ij. g. *Lapis qui percusserat statuam factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram.* Ad hunc mõtem venit beatus Iohannes Christum personaliter cognoscendo ac etiam baptizando.

4 *Apparuitque ei dominus in flamma ignis:* Id est in plenitudine spiritus sancti, nam in baptismo Christi Iohãnes vidit super eum spiritum sanctum descendentem in columbę specie: ad denotandum in Christo plenitudinem spiritus sancti.

5 *De medio rubi.* Per rubum spinosum, intelligitur similitudo carnis peccati, quæ fuit in homine Christo.

6 *Et videbat, quòd rubus arderet & non comburetur.* Per quod signabatur, quòd mortalitas carnis non absorbebatur in Christo ex præsentia diuinitatis. Morali. *Moyses autem, &c.* Per Moysen oues pascentem intelligitur prædicator verbo & exemplo pascens domini gregem. *Cumq; minasset gregem ad interiora deserti,* id est, ad pleniorem cognitionem morum & fidei. *Venit ad montem,* id est, ad altitudinem contẽplationis & orationis exemplo Christi. de quo dicitur Matth. xiiij. c. *Dimissa turba ascendit in montem solus orare. Apparuitq; ei dominus in flamma ignis.* Illuminando plenius eius intellectum & inflammando affectum, eo tamen modo quo cõpetit animæ carni mortali vnitæ. Ideo subditur: † *De medio rubi.* Per quem mortalis infirmitas designatur. Et quia talis contemplatio excitat desiderium ad amplius cognoscendum: Ideo subditur.

† † *Videam*

Universidad de Navarra
Biblioteca

ignis rubum qui facilè cremari solet, non consumeret. Cæterùm aliud quoque significatur, Israëlem ab Ægyptiis inimicis non consumendum.

In præmotab. cap. 2.

a *Cernens autem, &c.* GREG. Angelus, qui Moſi apparuiſſe deſcribitur, modò dominus, modò angelus memoratur. Angelus, quia exterius loquendo ſcruit: Dominus, quia intrinſecus præſidens loquendi efficaciam tribuit. Cùm enim loquens ab interiore regitur, & per obſequium angelus, & per inſpirationem dominus memoratur.

Lib. 28. moral. cap. 5.

b *Vocauit eum de medio, &c.* GREG. Sæpe ſimul & terrenis & cæleſtibus ſubſtantiis per Angelos loquitur Deus, ſicut hîc cùm ignem rubumq; ſociauit, atque aliud ſuperius, aliud inferius iunxit. Quod tũc ſolùm agitur, cùm aliquod magnũ ex coniunctione ſignatur. Nã per ſuccẽſum rubum Moſen alloquẽs oſtendit, quia doctor populi fieret qui & legis flãmam perciperet, & peccati, ſpinam non vitaret, vt quod ex illo populo exiret, qui igne deitatis carnis noſtræ peccata quaſi rubi ſpinam acciperet, & in conſumptã humanitatis ſubſtãtiam in ipſa diuinitatis flamma ſeruaret.

† 32. q. 4. c. fecerat.

Quæſt. 7.

c *Solue calceamentum, &c.* ✠ THEODOR. Duas ob res iubet calceamenta ſoluere. Primò vt ipſum magis ac magis religioſum ac reuerentem reddat, vt cũ tremore mandata eius accipiat. Tum etiam eruditur, qua ratione ſacerdotes in tabernaculo Dei miniſtrent. Nudis enim pedibus ſacerdotale munus obibãt.

✠ HVGO A SANCTO VICTORE. *Terra ſancta eſt*, non propter aliud niſi propter diuinam præſentiam.

ISID. Quia nullus ſ. dignè conſiſtere vel Deum videre poteſt. niſi cuncta terrena & mortalia vitia deponat. Aliter veterũ conſuetudo erat, vt ſi ſponſus ſponſam repudiaret, in ſignum repudij diſcalcearetur. Ideo Moſes diſcalceari iubetur, ne ad eccleſiã quæ in rubo ſignificatur quaſi ſponſus accedat calceatus, hoc enim Chriſto ſeruandum qui verus eſt ſponſus. De quo Ioãnes ait: *Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti.* Iohannis. j. D

d *Ego ſum Deus.* ✠ HILARIVS. Non aliter loquendum de Deo eſt, quàm vt ipſe ad intelligentiã noſtram de ſe locutus eſt. Angelus Dei eſt, qui in igne de rubo apparuit, & de rubo in igne Deus loquitur, habes diſpenſationem in angelo, quia in angelo officium eſt non natura, habes in naturæ nomine Deum, quia Angelus Dei Deus eſt.

Lib. 4. de Trinitate.

e *Vidi afflictionẽ, &c.* GREG. MORAL. Sparſis foris mentibus ad ſeipſum redire cuique difficile eſt. Quia praua itinera ſemel captos tantò delectabiliter tenent, quantò quod libuerit non licet.

† de pe. di. c. ſunt quæ Deu. 24. 2. † Io. 5. d. Act. 7. d.

Quia cum diſciplinæ mun⁹ nõ obuiat, nulla retributionis proſpicitur pœna quæ terreat. Sed clauſis oculis cordis præcipitatur anima, & tantò ſecurius mala temporalia penetrat, quantò durius bona æterna deſperat. Sed iſta reproborum nequitia electorum vitam quaſi grana à paleis ſeparat, & dum affligit expedit: quia dum violenta ingerit, feſtinare ad ſuperna compellit, quod in Iſraelitico populo Moſe vocante, & Pharaone ſæuiente ſignatur. Moſes enim ad vocandum miſſus eſt, cùm Pharao duris operibus vrget, vt alius vocando traheret, alius ſæuiendo impelleret, vt plebs in ſeruitio turpiter fixa vel vocata vel impulſa moueretur, hoc quotidie agitur, dum prædicatis cæleſtibus præmiis ſæuire in electos reprobi permittuntur: vt quos Ægyptus, ideſt, vita præſens oppreſſit blandiens, adiuuet præmens, vt dum Deus prouocat, cruciatus impellat.

Hom. 11.

f *Et educam de terra, &c.* GREG. Rudi populo de præſenti vita aliquid promittendum fuit, vt poſſet in futuro robuſtius ſolidari. Si enim parua non acciperet, magna non crederet. Deus ergo largiendo terrena ſuadet & cæleſtia, vt percipiens quod videbat, ſperaret quod non videbat.

g *In terram bonã & ſpacioſam, in terra quæ fluit lacte, &c.* GREG. Præſens proſperitas aliquando datur, vt ad meliorem vitam

Ibidem.

☞ prouo-

deret & non combureretur. Dixit ergo Moyſes: Vadam & vi- †

¶ Vel tranſibo ſcundum. Exx. quod competitur tranſitori enim talis congruit viſio.

debo viſionem hãc magnam, quare non comburatur rubus.

a Cernens autem dominus, q̃ pergeret ad videndũ, vocauit eũ de medio rubi, & ait: Moyſes Moyſes. Qui reſpõdit. Adſum. 1

¶ Vel non. ¶ Opera mortua.

c At ille: Ne appropies, inquit huc. † Solue calceamentum de 2

a ¶ Affectibus. b ¶ Eccleſia ad quam nemo accedit calciatus. 3

pẽdibus tuis. Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Et ait: 4

¶ Merita parentum bonorum ſæpe filiis ſubueniunt.

d Ego ſum Deus patris tui, Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus

a ¶ Inclinando.

Iacob. † Abſcõdit Moyſes faciem ſuam: nõ enim audebat † 5

¶ Miſereus vt liberem.

reſpicere contra Deum. Cui ait dominus: Vidi afflictionem 6

e populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter † 7

a ¶ Compatiendo præſentialiter liberando.

duritiam eorum, qui præſunt operibus, & ſciens dolõrem eius, deſcendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & 8

a ¶ Terrena dat vt ſuadeat ad cæleſtia, & qui viſibilia percipit diſcat ſperare inuiſibilia.

f educam de terra illa in terram bonam & ſpatioſam, in ter- 9

ram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi & Hethæi & 10

g 11

† Facturus eius.

F

C

Quæſt. 7.

NICOLAVS DE LYRA.

tatem non minuebat, licet eſſet materia combuſtibilis. per hoc autẽ deſignabatur, quòd labor affligens qui per ignem deſignatur filios Iſrael in quibus erat humana infirmitas non conſumeret nec deleret: ſed magis mirificè liberarentur: ad quod exequendum per Moſen dominus apparebat Moſi: & ideo talis apparitio facta eſt ſecundum conueniẽtiam negotij ſicut & aliæ apparitiones huiuſmodi communiter fiunt.

1 Moyſes Moyſes. *Iſta duplicatio ſignificat dilectionem: & excitat vocati attentionem.*

2 Nẽ appropies inquit huc. *Ac ſi diceret humana fragilitas non præſumat arcana Dei inquirere curioſe: qua ſcriptum eſt Prouer. xxv. d.* Qui perſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria.

3 Solue calceamentum. *Quia modus erat antiquorum & ſpecialiter Hebræorum non ingredi ſancta loca pedibus calceatis: & inde eſt quòd Saraceni non audent intrare locum orationis niſi diſcalceati.*

4 Terra ſancta eſt: *Propter diuinam apparitionem ibidem.*

5 Abſcondit Moyſes fa. ſ. *Propter diuinam reuerentiam*

6 Cui ait dominus. *Hic conſequenter deſcribitur commiſſio facta Moſi ad liberationem populi, cum dicitur:*

7 Vidi afflictionem popu. mei. *Oculo compaſſionis ad ipſum liberandum: & in hoc dominus aperuit Moſi prædictæ viſionis mirabilis intellectum: quia licet diuina non ſint præſumptuoſè inquirenda: tamen per diuinam reuelationem ſunt humiliter ſuſcipienda: & ideo quando Moſes curioſè ſe non ingeſſit ſed humiliter faciem ſuam abſcondit, tunc dominus ei reuelauit: quia* abſcondit *talia à ſapientibus & prudẽtibus: & reuelat ea paruulis: vt habetur Matth. xi. d.*

8 Deſcendi, *Scilicet, per effectum: quia Deus in ſe deſcendere non poteſt.*

9 In terram bo. *Quod oſtenditur cum ſubditur:* Quæ fluit lacte & melle. q. *d. cum paruo labore facit magnum fructum.*

10 Et ſpatioſam. *Quod patet ex hoc quia habitant ibi multæ gentes: quæ exprimuntur cum ſubditur:*

11 Ad loca Chananæi & Hethæi. *Tacentur autem hîc Gergezæi: & in pluribus aliis locis vbi cæteri nominantur: quia vt dicunt Hebræi non reſtiterunt filijs Iſrael per bellum ſicut alij: ſed de terra receſſerunt ante ingreſſum filiorum Iſrael.*

✠ Clamor

MORALITER.

† † *Vadam & videbo viſionem hanc magnam: quare non cõburatur, &c.* Volebat enim plenius cognoſcere myſteriũ incarnatiõis.

2 *Ne appropies inquit, &c.* Quaſi dicat: talis cognitio quam tu quæris, in vita præſenti non habetur, ideo ſequitur:

3 *Solue calceamentum, &c.* Ac ſi diceret: prius oportet te carnem mortalem deponere: ſicut dicit Dominus Exo. xxxiij. d. *Non videbit me homo & viuet.*

* † *Vadam & videbo viſionem, &c.* Sed quoniam talis contẽplatio pro neceſſitate fraterna debet aliquãdo interrũpi: ideo ſubditur:

† *Vadam & videbo, &c.* Quia contemplatio viæ excitat deſiderium contemplationis patriæ, quæ aliquando retardatur propter neceſſitatem populi. Exemplum de beato Iohanne euangeliſta, qui dixit Chriſto ſibi apparenti prope ſuam mortem: Quotiens rogaui te vt venirem ad te, & dixiſti mihi: Expecta vt liberes populum mihi creditum. Et de beato Martino legitur: Scimus quidem deſiderare te Chriſtum, ſed ſalua ſunt tibi tua præmia, nec dilata minuentur, noſtri potius miſerere quos deſeris.

✠ Sed

☞ prouocet, aliquando vt in æternũ plenius damnet. hinc Iſraëlitici terra Chanaan promittitur, vt quandoq; ad æterna ſperãda prouocentur: quia tadis popul⁹ promiſſionibus nõ trederet niſi à promiſſore aliquid ĩ vicino percipo ret. Nõ ergo ſolũ ſpe ad res, ſed rebus quãdoque ad ſpem trahi tur, vnde Pſal. ciiij. d. a *Et dedit illis regiones gentium & labores populorum poſſederunt, vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem* B *eius requirant.*

a *Hoc habebis ſignum.* ✠ THEODORET. Cum præſentia numinis videbis cuncta tibi fœliciter ſuccedere, b nihil obſtare quo minus euadas, iam fuerit hoc tibi certius argumentum nõ temere ſuſcepiſſe hanc legationem.

b *Qui eſt miſit me ad vos, &c.* Mittitur Moſes ad Pharaonẽ. puniendum & tandem occidendũ. miſſa eſt lex ad diabolũ deſtruendum.

HIERONY. Scribens ad Marcellam de decem nominibus Dei, ſexto loco po-

Amorrhæi & Pherezæi & Heuæi & Iebuſæi. Clamor ergo fi- 1

a ¶ Corporalem & ſpiritualem.

liorum Iſraël venit ad me, vidiq; afflictionẽm eorum qua ab

a ¶ Dæmonibus vel iniquis hominibus. b ¶ Incarnatus propria voluntate. c ¶ Diabolus reprimendum.

* Nunc. Ægyptiis opprimũtur. Sed * vẽni, mittam te ad Pharaonẽ, 2

a ¶ Prædeſtinatione. b ¶ De tenebris peccati.

vt educas põpulum meum filios Iſraël de Ægyptõ. Dixitq; 3

a ¶ Quaſi Dei eſt, non hominis hoc facere. Vnde: Gloria mea non eſt mea ſed eius qui miſit me. Ioh. vj. b.

Moyſes ad Deum: Qũis ego ſum, vt vadam ad Pharaonẽm: 4

a ¶ Diuinitas cum huma nitate.

& educam filios Iſraël de Ægypto? Qui dixit ei: Egõ ero te- 5

cum: & hoc habebis ſignum, quòd miſerim te: Cùm eduxe- 6

Immolari facies.

ris populum meum de Ægypto, † immolabis Deo ſuper mõ- 7

a ¶ In eminentia virtutum debet eſſe qui vult Deo immolare.

tẽm iſtum. Ait Moyſes ad Deum: Ecce ego vadam ad filios

Iſraël, & dicam eis: Deus patrum veſtrorum miſit me ad vos. 8

Si dixerint mihi, quod eſt nomen eius, quid dicam eis? Dixit 9

¶ Vel deus. a ¶ Nemo alius. b ¶ Proprie immutabiliter.

dominus ad Moyſen: Egõ ſum qũi ſum. Ait: Sic dices ad fi- 10

a ¶ Vel filijs. b ¶ Sine omni mutatione, ſtabiliſque manens dat cuncta moueri. 11

liõs Iſraël: Qũi eſt, miſit me ad vos. Dixitq; iterum Deus ad 12

¶ Non recedens.

Moyſen: Hæc dices filijs Iſraël: Dominus De⁹ patrũ veſtrorũ

a ¶ Cui atteſtantur tres probati & examinati teſtes, quorum teſtimonium verum eſt.

Deũs Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos.

a ¶ Quia hi teſtes viuunt in æternum.

Hoc nomen mihi eſt in æternũm, & hoc memoriale meum

¶ Apoſtolos, primitiuam eccleſiam.

in generatione & generationem. Vade: congrega ſeniores 13

a ¶ Abſconditus à ſeculis & generationibus.

Iſraël: & dices ad eos: Dominus Deus pãtrum veſtrorum ap

paruit mihi, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, di

a ¶ Geminatio confirmatio.

¶ Peccator infirmos.

cens: Viſitans viſitãui vos: & vidi omnia quæ acciderunt 14

vobis in Ægypto, & dixi: vt educam vos de afflictione

nit nomẽ ſuũ ſicut D

quod in Exodo legitur: *Qui eſt, miſit me ad vos.* Deus enim ſolus, qui exordium nõ habet: veræ eſſentiæ nomen tenet, q̃ per angelũ dictũ eſt Moſi nomẽ eius quærenti, quia in ei⁹ cõparatione qui verè eſt: quia ĩ cõmutabilis eſt, quaſi non ſunt, quæ mutabilia ſunt, quod enim dicitur fuit, nõ eſt: & quod dicitur, erit, nondum eſt. Deus autem tãtùm eſt qui non nouit fuiſſe vel futurum eſſe. Solus autem pater cum filio & ſpirituſancto verè eſt. Cuius eſſentiæ comparatum noſtrum eſſe, non eſt. Vnde & dicimus: Vixit Deus, quia eſſentia diuina vita viuit, quã mors non habet.

† Facietis cultum Deo vel ſeruietis deo, ſicut dominis Deũ. E

✠ AMBROSIVS. Epiſtola. 93. Hoc eſt verum nomen Dei eſſe ſemper. Vnde & Apoſtolus de Chriſto, *Dei enim filius Chriſtus, qui in nobis eſt, qui per nos prædicatus eſt per me, & Syluanũ & Timotheũ, nõ fuit in illo*, inqt, *eſt & nõ* ſed eſt ĩ illo fuit. F

✠ HIERON. Nunquid

In epiſt. ad Epheſ. cap. 5.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Clamor ergo. *Propter occiſionem paruulorum innocentium & propter iniuſtam afflictionem laborantium: quia occiſio innocentiũ dicitur clamare ad Deũ, Gene. iiij. b.* Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. *Similiter afflictio vel defraudatio laborantium. Iaco. v. a.* Clamor eorum in aures domini Sabaoth, *&c.*

2 Sed veni, mittam te. *Licet enim eſſet præſentialiter coram eo: tamen dicit veni: per hoc ſignificans vt deberet eſſe promptus ad ſuſcipiendum mandatum Dei mente & voluntate, ſicut erat præſens corpore.*

3 Dixitque Moyſes. *Hîc conſequenter deſcribitur ipſius Moſi inſtructio & confortatio, qua requirebatur ad tantum officium ſuſcipiendum: & primò inſtruitur & confortatur verbis. ſecundò ex ſocijs aſſumptis. ibi:* Ingrediẽriſque tu & ſeniores Iſraël. *tertiò ex mirabilibus ſignis, in principio capituli. xiij. Circa primum ponitur Moſi ſtupefactio dicentis:*

4 Quis ego ſum? *Aſſi diceret, omnino ſum inſufficiens ad tantum negotium. Et ideo dominus conſolatur eum dicens:*

5 Ego ero tecum, *Qui ſum ſufficiens & potens ad te protegendum & dirigendum.*

6 Et hoc habebis ſignum, *Quòd miſerim te. Secundum Hebraos hoc refertur ad præcedentia, aſſi dicatur: viſio quam tibi oſtendi in rubo, eſt tibi pro ſigno, quòd ego mitto te. ſecundum catholicos refertur ad ſequentem literam, cùm dicitur:*

7 Cum eduxeris populum meum de Ægypto, *Immolabis Deo ſuper montem iſtum. Ait Moſes ad Deũ. Ecce ego va. Aſſi dicatur: Ego prædico tibi, quòd poſt eductionem populi mei immolabis Deo ſuper montem iſtum, & cum hoc tibi acciderit, erit tibi certum ſignum, quòd fui tecum in eductione populi de Ægypto. Eris etiam tibi ſignum de futuro, quia dominus dixerat Moſi duo, ſcilicet eductionem populi de Ægypto, & inductionem eius in terram lacte & melle fluentem. & ideo ſicut immolatio prædicta erat ſignum reſpectu præteriti, liberando eos mirabiliter de ſeruitute Ægypti, ita eſſet ſignum reſpectu futuri, ſcilicet quòd eos introduceret mirabiliter in terram promiſſam.*

8 Si dixerint mihi, quod eſt nomen eius: quid dicam eis. *Moſes enim in hoc expreſſe quæſiuit de nomine mittentis, & tacite de eius cõditione: & dominus reſpondet primò de ſecundo, ſcilicet de conditione mittentis ipſum dicens.*

9 Ego ſum qui ſum. Ait: *In Hebræo habetur:* chioh aſer, ehieh, *Ero qui ero, per vtramque tamen literam idem ſignificatur ſcilicet neceſſitas eſſendi & æternitas & immutabilitas per omnem modum. quæ eſt conditio propria & ſingularis ipſius Dei, omnia enim alia eo ipſo quòd ſunt, de nihilo habẽt principium ſui eſſe: & ſunt verè tibilia in nihil: quia ſubtracta manutenentia diuina, caderent in non eſſe & ideo non eſſe conuenit, eis quantùm eſt ex ſe, ſed eſſe habent à Deo. ſecundum quod dicitur Eſa. xli. f.* Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quòd non eſt.

10 Sic dices ad filios Iſrael. *Aſſi diceret: ſi quæratur à te: quis miſit te? Reſpondebis.*

11 Qui eſt miſit, me ad vos. *Id eſt ille qui habet ex ſe neceſſitatem eſſendi, & plenitudinem abſque reſtrictione & determinatione aliqua.*

12 Dixitque iterũ Deus ad Moyſen: Hæc dices filijs Iſrael. *Aſſi diceret ſi quærunt ſecundò de nomine mittentis te. Reſpondebis:* Dominus Deus patrũ veſtrorum: Deus Abraham & Deus Iſa. &c. hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum, &c. *& ſequitur.* Seniores.

13 Vade congrega ſeniores Iſraël. *Non intelligitur hoc de omnibus ſembus populi: quia cùm in populo illo eſſent ſexcenta milia peditum: vt habetur infrà xij. f. Omnes ſenes populi non poſſent de facili congregari. ſed per ſeniores hîc intelliguntur iudices, qui habent populum regere.*

14 Viſitans viſitaui vos. *Hoc modo loquendi vſus eſt: quia Ioſeph*

✠ moriens

MORALITER.

2 *Sed veni*, ideſt, Ad limbum patrum qui eſt in parte inferni, ad denuntiandum ſanctis patribus eorum liberationem propinquam. Greg. homil. ij. Quem enim præcurrens naſcendo mundo nuntiauerat hunc moriendo & ad inferos præcurrebat.

2 *Sed veni, & mittam te.* Ad liberandum populum meum de ſeruitute diaboli, qui per Pharaonem deſignatur, per tua conſilia & hortamenta. Aliter poteſt exponi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid solus Deus erat,& cætera non erant? Vtique erant angeli, cœlum,terra, & ipse Moses, & Aegyptij,sed commune nomẽ substantiæ proprium sibi vẽdicat,quia cætera vt sint Dei sumpsere beneficio.Deus verò qui semp̃ est,nec hẽt aliũde principiũ, & ipse sui origo est,suæq; causa substãtiæ,nõ põt intelligi aliũdè habere qđ subsistit.

Nam in igne aliud est calidum, aliud calefa cium.

Quæst. 4. in Exodon. a *Ad terram fluentem lacte & melle,&c.* AVGVST. Vtrum hoc spiritualiter acci pere debemus, quia secundum proprieta tem non hæc erat ter

† Occurrit nobis. ra, quæ data est Hebræis. An modus locutionis est, quam vbertas & suauitas terræ laudatur.

Quæst.12. b *Sed ego scio, &c.*

B ✠ THEODORET. Quare Deus à princi pio Pharaonem non vindicauit: Omnibus demõstrat iudicij sui equitatẽ.Multò enim equi⁹erat,vt Pharaonis detegeretur improbitas,quam Deus haberetur immitis. Nam si priusquam ar gueretur Pharao,pœ nas dedisset, videri poterat Deus acerb⁹ & iniquus, nunc verò tum patientiam Dei agnoscimus,tum regis impietatem sæuitiamque.

Quæst. 6. in Exodon. c *Non exibuis,&c.* AVG. Quod mandauit dominus Hebræis, vt acciperent ab Aegyptiis vasa argentea & aurea & vestem , atque addidit,*& prædabimini eos*,mandati huius non potest esse iniustum iudicium. Mandatum enim Dei est,de quo non iudicandum , sed obtemperãdum fuit.Ipse enim nouit quam iustè mandauerit,ad seruum pertinet obedienter facere quod mandauit.

d *Vasa argentea.* Argentum & aurum ab Aegyptiis petimus,vn D de tabernaculum Deo fabricemus , cum poëtas & philosophos legimus,vt diuinam scripturam sapientius & facũdius legãmus.

✠ NICETAS. Non inigui iudicij erat, né iuxta historiam quidem, imperare his qui diurnis laboribus fuerant afflicti, vt In orat.41. Nazianzen. Ægyptios spoliarent, sed admodum quidẽ integri ac incorrupti iudicis , æquum esse pronunciãtis,vt operarius alimento fruatur. Allegorico autẽ sensu , per Ægyptios dæmones intelligi possunt, per vasa autem aurea & argẽtea diuitiæ nostræ, quæ ex varijs materiis cõflantur, quarum ipsi domini sunt,nobis ĩposturæ earum dis pẽsatoribus vtentes, easque expendendas committẽtes,in quos vsus imperauerint. Ergo cum à flagitiosa vita excedis(id em Ægyptus significat) eas vtendas roga,alie nas quidẽ,vt pote secundũ dẽmonum cõsilium administratus: tuas autem,vt diuino munere tibi cõcessas, vt eas quemadmodum oportet dispenses.Comitabuntur te porrò pecuniæ , cum Deo per pauperũ manus offerentur.Exemplum Israëlitarũ sequere,& quemadmodũ illi cùm multos annos Ægyptiis seruiissent,nec seruitutis mercedem apertè flagitare possent,dolo petitionem suam profecuti sunt,Deo nimirum hoc suadente.Eodem modo tu quoque Phataoni spiritali seruiuisti,circa terram terrenarumque rerũ studiũ te occupans,ac propterea tibi merces debetur. Quocirca Ægyptios dæmones spolia,recte spargens quæ malè accumulasti.

☞ Glo-

a ¶ Mundi. b ¶ Quam scilicet possidebant vitia per has gentes, figurata.

Ægypti in terrã Chananæi,& Hethæi , & Amorrhæi , & Phe-

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Doctrina infantium. c ¶ Dulcedine suauitatis diuinæ.

a resæi,& Heuæi,& Iebusæi, & ad terrã fluentem lãcte & mẽl-

a ¶ Obedientes. b ¶ Principes ecclesiæ.

le,& aũdient vocem tuam. Ingredierisq; tu & seniores Israël 1

a ¶ Principem mundi. b ¶ Transitorum qui con habent hic manentem ciuitatem qui cupiant exire de Aegypto.

ad regem Ægypti:& dices ad eum:dominus Deus Hebræo-

a ¶ Tam interius quam exterius. b ¶ Christum qui die tertia resurrexit. ¶ Sacrificium laudis. c ¶ Remoti à strepitu mundi.

rum † vocauit nos.Ibimus viam trium dierum in solitudinẽ, 3

¶ Qui non ingreditur ciuitatem. ¶ Meum tamen est monere vt inexcusabilis sit.

b vt immolemus domino Deo nostro.Sed ego scio,quòd non 4

a ¶ Filios lucis. b ¶ Tenebrosorum recedentes à tenebris. c ¶ Potentiam apertam.

dimittet vos rex Ægypti , vt eãtis nisi per mãnum validam. 5

a ¶ Ad feriendum. Mundum & principem eius.

Extendã enim manum meam,& percutiam Ægyptum in

a ¶ Plagis. b ¶ Quæ nemo alius facit.

c ¶ Vt omnes videant ne possint excusari.

cunctis mirãbilibus meis, quæ facturus sum in mẽdio eorũ.

a ¶ Victus plagis. ¶ Gratis. ¶ Nouo scilicet.

pòst hæc dimittet vos, daboq; gratiam populo huic coram 6

c Ægyptiis. Et cum egrediemini , non exibitis vacui : sed

a ¶ Non est inhonestum,quod Deo præcipiente est factum. b ¶ Sollicita anima,vt ecclesia. c ¶ A concellanea sua. d ¶ Poëtæ & philosophi quodammodo sunt nobis vicini.

d põstulabit mulier à vicinã sua,& ab hõspita sua, vasa argen- 7

a ¶ Morum & operum honestates. b ¶ Ornandos erudiendo. c ¶ Maiores. Minores.

tea & aurea ac vẽstes , põnetisq; eas super filiõs & filias ve-

¶ Auferendo quæ tabernaculo Dei vtilia sunt.

stras, spoliabitis Ægyptum. 8

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *moriens sic prædixerat*:Post mortem meã Deus visitabit vos & ascendere faciet de terra ista,*vt habetur Gene.1.d.*

1 Et audient vocẽ tuam. *Erant enim homines prudentes,& scientes promissionem factam Abrahæ.Gene.xv.d.vbi dicitur*:Quarta generatione reuertentur huc. *Et ideo videbant, quòd tempus suæ liberationis instabat , & ideo verbis Mosi crediderunt antequam faceret signa,de quibus dicetur sequenti capitulo.*

2 Ingredierisque tu & seniores Israël ad regem Ægypti , & dices ad eum,dominus. *Hic ponitur instructio & consolatio Mosi ex societate sibi adiuncta ad loquendum regi Ægypti,cum dicitur* : Ingredierisque tu & seniores Israël,&c.

3 Ibimus viam trium dierum in solitudinem vt immolemus domino Deo nostro. *Non dicit vnius diei aut duorum,quia non essent sufficienter elongati ab Ægyptiis,qui lapidarent eos,si scirent eos immolare animalia quæ ipsi colebant tanquam Deos : nec dicit sex vel octo,quia videretur, quòd non quærerent Deo immolare,sed magis fugere,& ideo dicit trium dierum,non plus exprimendo , vt sic quanto petitio esset magis rationabilis, tanto rex Ægypti esset magis inexcusabilis de inobedientia ad Deum.Sciebat enim dominus quòd illam petitionem non exaudiret & sic mereretur à Deo flagellari , intantum quòd inuitus maiora concederet,scilicet totalem exitum, & non solùm concederet,imò ad exitum de terra compelleret,vt dicitur j.xij.ca. vnde subditur.*

4 Sed ego scio quòd non dimittet vos rex Ægypti,vt eatis. *Ad mandatum meum simplici verbo factum.Ideo subditur.*

5 Nisi per manum validam. *Id est per virtutem meam ipsum cum populo suo grauiter affligentem,sicut patebit in sequentibus.*

6 Daboque gratiam.*Dicunt Hebræi,quòd in exitu populi de Ægypto dominus dedit eis tantam gratiam , quòd liberaliter offerebant & dabant eis iocalia pretiosa , sed hoc non videtur concordare litera sequenti vbi dicitur.*

7 Postulabit mulier à vicina sua,&c.*Posteà etiam subditur.*

8 Et spoliabitis Ægyptum. *Quod non videretur verum,si Ægypti eis dedissent , & ideo dicendum quòd ab Ægyptiis receperunt per modum mutui,& sic secum portauerunt bona Ægyptiorum,qui erant intenti ad sepeliendum mortuos suos:quia nulla erat domus Ægyptiorum in qua non iaceret mortuus,vt habetur infrà xij.c. ideo oblti sunt repetere. Nec tamen Hebræi commiserunt furtum, quia voluntate & autoritate domini hoc fecerunt,vt patet hic,qui est dominus simpliciter omnium rerum : & sine iniuria & iniustitia quacunque potest vni auferre,& alteri dare pro sua voluntate. Considerandum etiam,quod ex consideratione personarum ista Dei ordinatio fuit rationabilis , quia Hebræi in multis valde & grauibus seruierant Ægyptiis,nec habuerant recompensationem laboris sui,nec violentiæ sibi factæ : nec pro submersione paruulorum suorum habuerant emendam vel recompensationem , & ideo Ægyptij eis in multis tenebantur. His dictis patet litera.*

4 Sed

ADDITIO.

In c.iij. vbi dicitur in postilla. Moyses autem. *In hoc c.i. Exo. iij. continetur exordium redemptionis populi Dei ab Aegyptiaca captiuitate,sicut in euang.*Missus est angelus Ga.*Lu.i.c. exordium humani generis continetur. vnde sic & in illo nomen proprium Christi redemptoris exprimitur. ita & hoc nomen proprium Dei principaliter liberantis ostenditur.Et quia postil.in hoc.c.nimis breuiter se expedisse videtur , cum tamen magna in ea contineantur ratione prædicta : ideo*

✠ certa

certa quædam in hoc ca. contenta , vlterius aliqua attendenda seu declaranda videntur specialiter : quorum primum est quod non videtur necessarium dicere in hoc loco , quod quia angelus quandoque loquebatur in persona Dei ideo Deus nominetur. Nam secundum seriem literæ,prout etiam verba planè sonant,potest dici,quòd ille qui apparet in forma ignis,erat angelus apparens ad excitandum mentem Mosi , vt cernens miraculum accederet ad audiendum vocem & verba diuina.

A

Sed cum sequitur:Cernens autem dominus.&c.*hæc verba & etiam verba sequentia immediatè possunt intelligi ab ipso Deo dicta prout sonant. Secundò posset quis admirari, quomodo Moses illam angelicam visionem videndo & verba Dei audiendo , non legitur adorasse? Mos enim sanctorum erat in huiusmodi visionibus seu apparitionibus adorare.vnde Gene.xviij.a.legitur de Abraham , quod tres vidit, & vnum adorauit: & de Iosue legitur Iosue.v.d. quod cum sibi dixisset angelus.* Ego sum princeps exercitus domini , &c. quod cocidit pronus in terram adorans : *quod intelligitur de adoratione dulię respectu angeli : sed hîc non videtur fieri mentio de aliqua adoratione. Ad quod videtur dicendum , quod hoc & quædam alia in hoc ca. contenta faciunt ad commendationem humilitatis ipsius Mosi : de quo legitur infra.Nu.xij.a.* Vir autem Moyses erat humilis valde.*Cuius ratio est , quia non æstimabat se dignum ad adorandum sed potius ad modum publicani , cuius humilitas à domino commendatur Lu. xviij. c. qui ex magna humilitate nolebat oculos ad cœlum leuare , sed pectus percutiendo:sic & Moyses in hoc loco: legitur enim:* Abscondit Moyses faciem suam,non audebat enim aspicere contra Deum , *quod maiorem ostendit humilitatem quam adoratio corporalis : nihilominus tamen Moses corporaliter adorauit,an hoc enim quod dicit* : Abscondit faciem suam,*etiam adoratio corporalis intelligitur, nam super hoc verbo* abscondit *gl. dicit inclinando tantum vultum humilitatis versus terram , vt faciei sua esset abscondita ne aspiceret contra Deum:& sic patet quod cũ interiori humilitate adorauit. Tertiò cum dicitur in litera* , Quis ego sum, ostenditur humilitas ipsius Mosi in verbo, quæ prius ostensa fuerat in actu interiori mentali, & etiã exterius in corporali, vt dictum est. *per hec enim verba habetur , quod ad neutrum eorum quæ sibi à domino iniungebantur æstimabat se dignũ, scilicet,nec ad hoc, vt iret ad Pharaonem , etiam pro modica re , cum Pharao esset magnus rex:& de hoc dicit:* Quis ego sum,vt vadam ad Pharaonem? *Pro secundo nec etiam æstimabat se dignum ad educendum populum Israël de Aegypto:licet non essent in potestate Pharaonis , cum ducatus tanti populi requirebat virum magna prudentiæ & virtutis.Et nota quod non dixit,non sum ego dignus ad hoc vt vadam, sed* quis sum ego?*quod denotat maiorem humilitatẽ : sentiebat enim se non inhabilem solum ad prædicta , sed etiam contemptibilem:quod sonant verba:* Quis ego sum?*q.d.vilissimũ.Consequenter quarto dicitur in litera:*qui dixit ei:Ego ero tecum.*Circa hec verba sunt multæ & variæ expositiones,quare duæ communores ponuntur in postilla,& tamen neutra eorũ videtur sufficere. Illa enim quæ dicit quòd hoc quod dicitur:*Et habebis signum:*refertur ad visionem factam Mosi in rubo, quæ quidem visio (vt dicunt) fuit data Mosi pro signo quòd Deus mittebat eum, est expositio quorundam Hebræorum , licet non omnino videatur continere veritatem:Tum quia Moses non petuit tale signũ, vt patet in litera.sed solum ostendit Deo fragilitatem suam di.* Quis sum ego?*vt dictum est : Tum quia ex hoc videretur , quòd Moses esset modicæ fidei,qui etiam videns signum miraculosum manifeste,& audiens diuina verba,dubitasset vtrum illa verba essent sibi diuinitus dicta:quòd si ita esset, reputaretur sibi ad culpam , sicut de Zacharia legitur Lu.s. b.*Eo quod non credidisti verbis meis , *quod tamen non legitur in hoc loco:nec aliquid simile. Secunda verò expositio quæ dicit quod cum dicitur* : Hoc habebis signum, *refertur ad immolationem futuram, qua facta fuit à populo Dei super mõtem Sinai:quæ quidem immolatio debebat esse signum certificans Mosen de duobus , quorum vnum erat præteritum , scilicet quòd Deus fuerat cũ Mose in eductione populi de Aegypto. Aliud erat futurum scilicet futura inductio populi in terram promissam,quæ quidem expositio videtur incõuenire, quò ad vtramque partem. De primo patet.nam quãdo immolatio facta fuit in monte,omnino superfluum erat signum ad certificandũ,quòd Deus mirabiliter liberasset populum de seruitute Aegypti , cum hoc esset cunctis manifestissimum per experientiam. De secundo verò patet.nam (vt constat ex litera) non fuerat Mosi commissa introductio populi de Aegypto ad terram promissam.sed eductio populi de Aegypto.dicit enim* : Mittam te ad Pharaonem , *non faciens mentionem de introductione ad aliam terram : vnde si duo meliori iudicio aliter iste locus videtur exponendus. Ad quod sciendum, quòd Moses in hoc loco non fuit locutus Deo aliqua verba incredulitatem sonantia, vt ex hoc requireretur aliquod signum certificans ipsum Mosen , sed solum exposuit Deo humilitatem suam ad tantum officium quod sibi committebat di.* Quis ogo sum vt vadam? *in quo intelligebatur tacite, quòd rationabilius debuisset mitti alius aptus ad hoc : vnde dominus respondet ad primum* : Ego ero tecum.*q.d.& si tu non es sufficiens ex te,meo auxilio eris sufficiens.Ad secundum dicit* : Et hoc habebis signum,*quòd miserim te,cum eduxeris populum do Ægypto. Pro quo sciendum , quòd sicut Deus in noua lege per pauperes & impotentes voluit inducere fidem suam per orbem,vt ex hoc magis luceret virtus & potentia diuina , iuxta illud. 1.Cor.d.* Infirma mundi elegit Deus,vt fortia quęque confundat: *pari ratione voluit in antiqua lege per Mosen (qui modica reputationis erat,in tantum quod in ætate.lxxv. annorum gregem pascebat,vt patet in litera) fieret liberatio populi, & eius eductio de Aegypto , vt sic tota virtus & potentia huius liberationis soli Deo attribueretur , & populus induceretur ad immolandum Deo in recognitionem sui beneficij & nulli alteri. & hoc sonat litera cum dicit.*Hoc habebis signũ,quòd miserim te,cum eduxeris populum de Aegypto:*vt id quod dicitur* : hoc habebis signum: *referatur ad inhabilitatem ipsius Mosi ad tantum officium:& est sensus propter hoc ego elegi te,non potentem nec fortẽ:quia hoc erit signũ quòd miserim te , scilicet quod non virtute propria hoc feci sses sed mea virtute & potentia : qua ratione tu & ipse populus immolabitis Deo super montem istum : & sic inhabilitas seu debilitas Mosi quam Deo ostendebant ad excusationem suam erat intenta à Deo , vt esset signum manifestum de hoc quòd ista eductio fuisset à solo Deo , & quod sibi soli erat immolandum in recognitionem sui beneficij. Quinto sequitur in litera:*Ecce ego vadam ñ dixerint mihi:quod est nomen eius? quid dicam? *In quo loco ad literam fiunt quadam obiectiones. Primo enim obijcitur sic:aut nomen Dei erat notum Mosi ante reuelationem huiusmodi,aut non erat ei notum ante:si sic, superfluè quærebat hoc iterum scire:si autem non, quare quærebat hoc in persona filiorũ Israël,& nõ potius in sua persona di.*Notũ fac mihi nomẽ tuum. *Si autẽ dicatur,quòd hoc nomen erat ei notũ ante huiusmodi reuelationẽ:nõ tamẽ erat notũ filiis Israel : & ideo quærebat à Deo , vt posset eis indicare nomen Dei vt ipsi crederent Mosi in dicendis.Contra hoc obijcit Ra. Mosi in prima parte de directione capite lxxv. vbi de hac materia prolixè tractat di. quòd aut filij Israel hoc nomen sciebant antequam à Mose audirent illud , aut non : si sic , superfluè eis istud nomen notificaret,cum iam ipsi scirent sicut & ipse , si autem ipsi non sciebant antea , sequeretur quod ex hoc quòd sibi notificaretur à Mose non magis crederent ei:cum ipsi nescirent vtrum hoc esset nomen Dei vel non. Item contra hanc interrogationem Mosi obijcitur à quibusdam. Nam filij Israel in Aegypto existentes antequam eis mitteretur Moses,aut erant fideles,scilicet habẽtes fidem vnius veri Dei, aut non habebant fidem de Deo vero. Non est dicendum filios Israël non habere fidem de Deo vero :quia tunc non esset populus Dei , nec de eis dixisset Deus* : Vidi afflictionem populi mei in Aegypto. *Nullus enim reputatur Dei populus seu de populo Dei , si sit extra veram fidem.Si autem erant fideles scilicet veram fidem habẽtes de vero Deo : non requirebatur alia nominatio Dei.Sufficiebat enim quòd Moses dixisset eis : Ille enim quem vos creditis esse Deum , ille misit me ad vos, præsertim cum eis insuper declarasset* : Deus Abraham, &c.*sicut dictum fuerat Mosi in prima allocutione. Omnes enim erãt de ritu circuncisionis , quæ fuerat data Abrahæ in signaculum fidei. Genes.xvij.b.quod patet infrà iiij. c.vbi propter incircuncisionem filij Mosi volebat Deus interficere eum.Ad quorum declarationem videtur vlterius aliquid dicendum. Circa quod attendendum est,quòd ex his quæ dixerat dominus Mosi super sua missione videntur oriri duo, quæ ab ipso Mose merito erant inquirenda: Quorum primum est, quòd licet dominus expresse dixisset Mosi , quòd descenderet vt liberaret populum Israël de manibus Aegyptiorum:ad quod volebat mittere Mosen ad Pharaonem , vt educeret populum,& c.non tamen eidẽ declarauit vtrum hoc volebat facere per aliquas vias occultas,an per aliquas plagas occultas,quæ etiam secundum cursum naturalem fieri possint sicut fecit in facto Sarai vxoris Abrahæ.Gen.xx.a. Similiter de Abimelech Gen. eodem. cap.qui etiam ipsam Saram dimisit propter reuelationem diuinam quam habuit in somnis. Similiter & Labam dimisit Iacob cum gregibus suis , propter monitionem diuinã eidem in somnis factam : quod indubiè potuisset etiam in hoc casu fieri per voluntatem diuinam,cui nemo potest resistere. Aut forte Deus voluit populum educere cum signis & prodigijs supra naturæ cursum communem publicè factis,prout in effectu fuit ostensum. hoc enim pertinebat ad Mosen scire , quia forte si Deus primo modo voluisset educere populum , Moses reputasset se aptum ad hoc, quia hoc fieret sine contentione & contradictione,prout in prædictis gestis patet.Secus autem si secundo modo : quia tunc requirebantur magna instantiæ & controuersiæ , sicut contingit in casu ad quod non reputabat se Moses dignum,vt iam dixerat.Sin hac inquisitio pertinebat ad eum ex parte filiorum Israël, eò quòd forte facilius & suauius venirẽt ad credendũ diuinis promissionibus & mandatis per internam inspirationem seu monitionem diuinam,quam per miracula vel suasionem Mosi.vnum propter hoc petebat Moses nomen domini sub quo debebat filiis Israël ista annuntiare : Nam nomina diuina communiter imponuntur Deo secũdum operationes,quæ ab eo procedunt.sicut cum dicitur.*Dominus quasi vir pugnator omnipotẽs nomen eius , *infrà.xv.a.& Esa.lv. d.* Et erit dominus nominatus in signum æternum.*& sic ex hoc quòd sibi reuelaretur nomen diuinum:sub quo ista liberatio debebat*

Hoc erit signum quomodo explicatur.

Nota de diuinis nominibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca
Deus.

behaberi. Moses haberet certificationem de hoc quæsito. In qua quidem interrogatione videtur Moses tenere modum quodammodo beatæ virginis interrogantis: Quomodo fiet istud, Lu.j.d. Non enim dubitabat de efficacia diuinæ voluntatis, sed quærebat modum. Secundum quòd ex dictis domini oriebatur, inquirendum ipsi Mosi est hoc. nam dominus dixerat ei, quòd ipse & populus immolarent deo super montem prædictum: unde volebat Moses scire nomen proprium diuinum, sub quo talis immolatio debebat fieri. Hoc enim nomē Deus vere intellectum, licet non sit communicabile alicui creaturæ secundum rem, est tamen communicabile secundum participationem, vt dicitur, qua participant aliquod diuinum per similitudinem. iuxta illud Psalm. lxxxj.a. Ego dixi dij estis, &c. Similiter est communicabile secundum opinionem. unde super illud ad Gal. iij.a. His qui natura non sunt dij, seruiebatis. Gl. non sunt dij natura: sed secundum opinionem hominum. Et quia sacrificare seu immolare est actus soli Deo vero debitus, unde infra. xxv. cap. Qui immolat diis occidetur, nisi soli domino. idcirco Moses quærebat aliquod proprium nomen diuinum, quod esset omnibus modis incommunicabile, vt sic populus ille qui pronus erat ad idololatriam, secundum quam leuiter vocabant creaturam nomine dei: vt infrà. xxxv. cap. de vitulo dicebant: Hi sunt dij tui Israël, vt in hac immolatione seu sacrificio non deuiaret à via recta. Qua quidem expositione sic posita cessant obiectiones prædictæ. Nam ad primam obiectionem dicendum, quòd hoc nomen diuinum, quod Moses quærebat, nec erat notum pro tunc Mosi nec etiam filiis Israël, prout infrà dicetur. quærebat autem hoc Moses in persona filiorum Israël, & non in sua persona ex quadam humilitate & reuerentia. videtur enim quodammodo temerarium seu præsumptuosum, præsertim viro tam humili dicere Deo: Quod est nomen tuum? non enim erat Moses ignarus, quòd Iacob petenti nomen angeli fuit responsum quasi increpatiue: Cur petis nomen meum? supra Gene. xxxv. g. & ideo Moses petebat in persona populi cui mittebatur, de quo præsumebatur, quòd saltem aliqui eorum hoc peterent. Ad secundum dicēdum, quòd Moses non petebat cognitionem huius nominis, vt per hoc filij Israël crederent ei, sed hoc quærebat propter rationes suprædictas. Ad tertium dicendum, quòd licet filij Israël & à fortiori Moses haberet fidem de Deo vero qui est Deus Abraham, &c. non tamē hæc notitia seu cognitio sufficiebat ad certificandum Mosen de aliis suprædictis. Consequenter sexto dicitur in litera secundum translationem nostram Dixit dominus ad Mosen: Ego sum qui sum, Ait: Sic dices filiis Israël: qui est misit me ad vos, &c. quam quidem trāslationem, doctores nostri sequentes communiter tenent quòd hoc nomen qui est, maximè est nomen proprium Dei, prout sanctus Tho. in prima parte. q. xij. ar. xj. in cor. q. vbi ad hoc assignat quasdam rationes: quarum vna est Hiero. ad Marcellam de decem Dei nominibus. & Aug. in v. de trin. quæ quidem ratio talis est, quia in hoc nomine significatur immutabilitas propria diuino esse, quod non nouit præteritum nec futurum. Cætera enim quæ mutabilia sunt, quasi non sunt. Quod enim dicitur, fuit, iam non est, & quòd dicitur erit, nondum est. & ideo de Deo maximè propriè dicitur qui est in præsenti. Quæ quidem expositio, licet secundum translationem nostram suprædictam & ex autoritate sanctorum locum habeat, non tamen videtur habere locum secundum Hebraicæ litera veritatem: vbi sic habetur. Dixit dominus ad Mosen: Ero qui ero. Ait: Sic dices filiis Israël, qui erit misit me ad vos, &c. Ponitur enim hic in quolibet loco vbi dicitur: Ero. hæc dictio Ehieh. אהיה quæ propriè est verbum substantiuum futuri temporis prima persone indicatiui modi, quæ quidem dictio frequentissimè ponitur in sacra scriptura, & nullam aliam significationē nec aequiuocationem habet: vnde secundū hanc literam nō est dicendum, quòd Deus in hoc loco respondit Mosi nomen proprium suum. nam per hoc quòd dicitur qui erit, non significatur æternitas, in qua nulla est successio, nec etiam immutabilitas, cum in hoc quòd dicitur qui erit, significatur à non esse in esse vel saltem ab esse præsenti vel præterito in futurum: Nec etiam necessitas essendi hic ostenditur, cum illa quæ erunt nondum sint, vt patet per autoritates sanctorum allegatas. Vnde valde mirandum videtur de postillatore, qui in hoc loco veritatē Hebraicam allegat modo prædicto, & tamen ex hoc quod dicit: Ero qui ero: intendit concludere æternitatem & immutabilitatem Dei & huiusmodi, quod est manifestè contra rationem, & etiam contra mentem sanctorum, qui ista non concluserunt, nisi ex verbo substantiuo præsentis temporis: non autem futuri vt dictum est. vnde locus iste secundum Hebraicæ litera veritatem aliter videtur exponendus. Ad quod sciendum, quòd in verbis prædictis scilicet cum dominus dixit ad Mosen: Ero qui ero, &c. Ero qui ero. non respondet dominus Mosi aliquod nomen diuinū de nouo, sed potius ostendit ei, quòd non erat interrogatio sua necessaria de hoc. Cuius ratio est. nam sufficiebat filiis Israël & etiā ipsi Mosi, quòd Deus patrum suorum scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, quem † verum. ipse per fidem cognoscebant esse † vnum Deum volebat esse cum eis ad educendum eos de seruitute, siue hoc fieret per miracula potentia siue aliter. & hoc est quod dicit: Ero qui ero. & est sensus: Ero cum eis, qui ero tecum. statim enim supra dixerat Mosi: Ego ero tecum, &c. acsi diceret: Ego dixi tibi, quòd ero tecum in hac liberatione. similiter dico, quòd ero cum eis. Et quia vtrum erat super eodem facto, idcirco tantum semel concludit: Qui erit misit me ad vos. q.d. Non debetis vos curare quomodo, sed sufficiat vobis quòd ero vobiscum scilicet cum Mose & cum populo ad implendum prædictā in quo Deus satisfaciebat Mosi etiam de secūdo motiuo suæ interrogationis, scilicet quòd ad immolandum Deo sufficiebat populo immolare vero Deo, quem patres coluerunt, qui etiam Deus redimebat eos à seruitute Ægyptica, etiamsi aliquod nomen diuinum eis non innotesceret: quia hoc quod est esse Deum Abraham, Isaac, & Iacob, qui educeret populum Israel de Ægypto, non est communicabile alicui creaturæ. Et nota quòd antiqui Hebræorum non exponebant hoc quod dicitur: Ero qui ero, de aliquo nomine diuino, sed dicunt quòd Deus in responsione offerebat se populo seu promittebat eis, quòd esset cum eis in hac tribulatione Ægyptiaca, & in alia quando contigisset. Et notandum quòd hac dictio, אהיה ehieh quæ in hoc loco ponitur, quæ significat ero, vt dictum est, nunquam in tota sacra scriptura ponitur pro nomine diuino: vnde si nomen diuinum esset, rationabile esset, vt alicubi Deus hoc nomine nominaretur. Sequi. an litera septimò, Dixitq; iterum Deus ad Moysen, hæc dices filiis Israël: Dominus Deus patrum vestrorū, &c. misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum: & hoc memoriale meum in generatione & generationem, &c. Hac in litera. Super quibus verbis, licet non modica attentionis sunt, nihil videtur scripsisse postillator, nisi quòd vbi dicitur. Dixitque iterum Deus †interrogi- ad Moysen, hi iterum exponit vt referatur ad † interrogationes ac- tes. sicut: si quærant secundo de nomine mittentis te. respondebis, Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, &c. quæ quidem expositio manifestè deuiat a veritate litera & historiæ. Primum patet, quia cū dicit: Dixitque iterum Deus ad Moysen, manifestè habetur, quòd hi iterum determinat id quod dicitur. Dixitque Deus. & est sensus, quòd Deus non solum semel dedit Mosi responsionem dicens: qui est seu qui erit misit me ad vos, sed etiam dedit sibi iterum aliam responsionem, scilicet, Dominus Deus patrū vestrorum, &c. quod sonat planè illud quod dicitur: Dixitque iterum. Secundum patet: quia vt historia testatur, nec Moyses nec filij Israël secundò quæsierunt de nomine mittentis: & sic Moses non debuisset sibi nomen a Deo reuelatum propalasse populo, cum Deus condicionaliter iussisset Mosi: si quærant secundum scilicet de nomine mittentis, respondebis secundum expositionem postillatoris. vnde aliter videtur dicendum scilicet & cum Deus in prima responsione, scilicet cum dixit: Ero qui ero. non reuelauerat Mosi aliquod nomen diuinum de nouo: sed potius ei ostenderat, quòd non erat sibi necessarium hoc petere, vt dictum est. modo quasi ex superabundanti voluit sibi notificare nomen diuinum in quo Moses certificaretur de prædictis de quibus certificari volebat. & de hoc dicit: Dixitque iterum Deus ad Moysen. q. d. licet prima responsio sufficisset, gratiosè tamen volo tibi dare iteratam responsionem. per quam nomen nouum mihi proprium notifices filijs Israel. vnde dicit: Dixitq; De nomine verum dominus ad Moysen. Circa quod nomen Mosi in hoc loco no- diuino. uiter reuelatum plura occurrunt consideranda ad sensum literalem pertinentia specialiter xij. Primum scilicet quomodo nomen diuinum hic reuelatum Mosi scribitur in Hebraica litera, & qualiter ab Hebræis pronuntiatur, & quomodo in alijs linguis transferatur. Secundū scilicet an prædictū nomen scilicet tetragrammaton significet verum Deum. Tertiū scilicet an prædictū nomē sit proprium vel appellatiuū. Quartū scilicet an prædictum nomen sit maximè propriū nomē Dei. Quintū scilicet an hoc nomē significet naturaliter vel ad placitum seu ex institutione. Sextū an sit aliqua ratio quærēda de huiusmodi institutione. Septimū an Deo secundū significationē huius nominis principaliter pertineat miracula facere. Octauū an Deo secundū significationē huius nominis propriè pertineat immolari seu sacrificari. Nonum an sub prædicto nomine propriè pertinebat populū sub lege à Deo data cultui diuino applicari. Decimū scilicet an hoc nomē habeat specialē efficaciam inter alia nomina diuina. Vndecimū scilicet de solennitate huius nominis apud Hebræos. Duodecimū scilicet quomodo sunt intelligenda hæc verba scilicet, Hoc nomen mihi est in æternū, & hoc memoriale meū in generatione & generationē. Circa primū dicendum, q̄ vbi in translatione nostra dicitur in hoc loco: Dominus Deus patrū † Cleiriu- vestrorū, &c. in Hebraica litera est vnum nomē ex quatuor literis cōpositum, quod communiter † dicunt nomē Dei tetragrāmaton: a tetra, quod est quatuor. & grāma quod est litera, id est nomen quatuor literarum: quæ quidem literæ in Hebraico sunt istæ יהוה prima scilicet, a. secunda. h. tertia. u. quarta. h. & sic hoc nomē scribitur apud eos sic: scilicet i h u h. Istud autē nomen sic scriptū cum prædictis quatuor literis nunquā pronuntiatur ab Hebræis cōter prout in litera iacet: proferri tamen potest Iehouah, vnde & Iouē dixere pagani: sed loco illius vbicunq; in sacra scriptura ponitur proferūt legēres adonai, quod est aliud nomen diuinū compositum ex quatuor literis: quarū prima est. a. secunda. d. tertia. n. quarta. a. & sic hoc nomen scribitur apud eos sic scilicet אדני quæ quidem quatuor literæ sic in Hebræo syllabizantur, quòd propria nominis ex eis cōpositi pronuntiatio est Adonai: quod quidem nomē adonai signat plane dominum cum additione mei vel nostri vel nostrū. Primum autē nomen scilicet tetragrāmaton non est transferibile in

bile in aliud nomē seu etiam planè expositile sicut Adonai & alia nomina diuina: & ideo translatores tam Chaldæi quam Latini & etiam Arabici posuerunt loco illius dominum: quæ est quasi translatio secundi nominis prædicti. scilicet Adonai. nō tamen est translatio primi nominis tetragrammaton suprædicti. Circa secundum. scilicet an prædictum nomē diuinum. scilicet tetragrammaton significet verum Deum: dicendum quòd sic. hoc enim testatur Deus dicens Mosi in hoc loco de hoc nomine: Hoc nomen mihi est in æternum: & Esa. xliij. b. Ego dominus, & hoc est nōmē meū. in quo loco vbi dicitur dominus, ponitur in Hebræo nomen prædictum: & sic in pluribus alijs locis. Circa tertium, scilicet an nomē prædictum sit proprium vel appellatiuum? dicendum quòd est proprium. quod patet ex hoc: nam huic nomini competunt omnes proprietates priorum nominum: quarū vna quæ principalis est & communis in omnibus linguis est, non habere pluralem numerum. Cuius ratio est: nam nomen proprium significat substantiam non cum qualitate communi sed propria, vt grammatici dicunt. vnde ex prædicti nominis natura non inuenitur plurale in lingua Hebraica, sicut reperitur de alijs diuinis nominib⁹, vt de hoc nomine Deus vel Dominus & huiusmodi: & adhuc amplius. quòd secundum formam istius nominis in Hebraico scriptam non posset ex eo fingi aliquod plurale: sicut verbi gratia de hoc nomine Simon, possumus fingere plurale, vt dicendo Simones pro multis: quorum quilibet appelletur Simon, talē enim fictionem pluralitatis nullo modo patitur prædictum nomen secūdum formam in qua forma ponitur in lingua Hebraica, vt patet in ea eruditis. Sunt autem alia proprietates nominum propriorum in lingua Hebraica, qua non facilitèr in lingua nostra exponerentur, quæ quidem proprietates omnes adaptantur prædicto nomini. scilicet tetragrammaton, prout Ra. Abenhazrat (qui maximus fuit grammaticus inter Hebræos) in hoc loco plenè exponit, vnde manifestum est hoc nomen esse proprium. Circa quartum. scilicet an prædictum nomen sit maximè proprium nomē Dei? dicendum quòd sic. nam inter omnia nomina quæ in sacra scriptura de Deo dicuntur, communiter tenetur quòd hoc nomen qui est, est maximè proprium nomen Dei: prout sanctus C Thom. prima parte. q. & art. allegatis deducit, quæ quidem opinio licet (vt dictum fuit) fundetur in translatione nostra quæ habet: Qui est misit me ad vos: quæ quidem translatio deuiat manifestè à veritate Hebraica, vt supra ostensum est. tamen supposito propter reuerentiam sanctorum, quòd hoc nomen qui est, sit proprium nomē Dei, adhuc vlterius videtur manifestè dicendum, quòd nomen tetragrammaton, est magis proprium quam hoc nomen, qui est. Ad quod sciendum quòd nomen tetragrammaton licet non sit in aliquo alio nomine seu per aliud nomen transferibile seu propriè expombile vt dictum est, ex literis tamen ex quibus componitur, potest intelligi tam esse quam essentia: nihil aliud connotando nec limitando, quod maximè competit essentiæ seu esse diuino. Forma etiam in qua ponitur secundum grammaticam Hebraicam considerata: nec est propriè concreta nec abstracta nec aliquod tempus in sui significatione includit, cum sit propriè proprium nomen: vnde omnes rationes ex quibus sanctis doctores dicunt, q̄ hoc nomen qui est, maximè est proprium nomen Dei: prout in q. & ar. allegatis habetur. per amplius competunt huic nomini tetragrammatō quā huic nomini, qui est: quòd sic patet: nam vna ratio sumitur ex hoc, q̄ qui est, non significat formā aliquā: sed ipsum esse, & dicitur esse maximè proprium nomē Dei, cuius solius esse est sua essentia: qua quidē ratio magis competit nomini tetragrammaton quod significat tam esse quam essentiam, nihil aliud cōnotando seu limitādo vt dictū est. quam huic nomini qui est. quod solum significat ipsum esse nō exprimēs aliquam essentiā quæ sit eadē cum sui esse. Manifestum est enim q̄ de quolibet ente (etiā si non sit idem cum sua essentia) est verū dicere, quod est: vnde dicendo qui est vel quod est: de aliquo ente nō intelligitur q̄ sua essentia sit suum esse. Alia verò ratio, qua assignatur ad hoc, quod hoc nomen qui est, est maximè propriū Dei, est talis, scilicet, q̄ quātò aliqua nomina sunt minus determinata & magis cōmuna & absoluta, tanto magis dicuntur de Deo: ex quo concluditur q̄ hoc nomē qui est: quod se habet indeterminatè ad omnes modos essendi nominat ipsum pelagus substantiæ infinitum dictum à Damasceno: quæ quidem ratio cōcludit, quod hoc nomen tetragrammaton est magis proprium quā hoc nomen, qui est, minus enim determinatē & communius & absolutius est nomen significans essentiam seu rē subsistentē absolutè & abstractè à qua cuque concretione seu limitatione: quod magis pertinet ad nomen tetragrammaton: quod vt dictū est significat esse seu essentiā, non concretiuè nec abstractiuè, nec cum tempore quā hoc nomē qui est: q̄ non solum significat cū tēpore quia est verbū præsentis tēporis, sed etiam cōcretiuè: nā hoc verbū est, in sua significatione includit est ens: sicut alia verba in sua significatione includunt sua participia. Cōstat autē q̄ ens significat cōcretiuè: & per consequens intelligitur cum compositione, quod non cōpetit Deo. Alia autem ratio sumitur ex consignificatione sic: nā hoc nomen qui est, significat esse in præsenti, quod maximè cōpetit Deo: cuius esse non nouit præterum nec futurum, qua quidem ratio manifestè concludit, quòd non solum nomē tetragrammaton sed etiā hoc nomē Deus magis propriè dicitur de deo quā hoc nomē qui est. nam sicut æternita- ti non competit præteritū nec futurum sic nec nunc temporis, quod est D medium inter præteritum & futurū. Constat autē quòd per hoc verbum est, communiter intelligunt loquentes nunc temporis seu tempus proprium quum tempori præsenti, præterito & futuro distinguēs a futuro, quorū neutrum cōpetit Deo, vt est manifestū. nomen autem tetragrammaton, absit significat cū tempore, sed solum esse seu essentiam abstractam à quacunque tēporis significatione. Si consideretur etiam nomen prædictum quantum ad illud à quo imponitur, manifestum est, quòd est magis proprium nomē Dei, quā hoc nomen qui est: nec hoc nomē Deus imposuit est ei ab ipso esse, non prout esse in creaturis seu per creaturas cognoscitur. sed prout est in mente diuina, prout declarabitur in articulo sequēti. Similiter est magis proprium quantum ad modum significandi: non enim habet modum significandi prout creaturis competit. talis enim modus significandi in nominibus semper est concretiuus vel abstractiuus. quod non competit huic nomini, vt tam dictū est. Significat enim hoc nomen qui est complexe, vt patet: nomen autem tetragrammaton incomplexe omninò. Si autem consideretur hoc nomen, quantum ad hoc †ad quod †quo imponitur ad significandum manifestum est, quòd nomen tetragrammaton est magis proprium quam nomen Deus: vel nomen qui E est. impositum enim est ad significandum ipsam de substantiam alterī incommunicabilem, & vt sic liceat loqui singulariter, vt in j. par. quæst. allegata. art. xj. in responsione ad primum arg. Ex quo patet, quod hoc nomen est omnibus modis incommunicabile alicui creaturæ, quia significat quasi vt singulare seu individuum. Nullum autem nomen significans individualiter est communicabile multis nisi metaphoricè tantum. licet autem in aliquibus locis scripturæ † dicatur hoc nomen ali- †videatur. quibus creaturis communicari, vt infrà. xvij. d. de altari edificato à Mose dicitur. Vocauit nomen eius: Dominus exultatio mea, vbi ponitur hoc nomen: hoc tamen est aliter intelligendum, vt sh. suis locis exponetur. Circa quintum scilicet an hoc nomen significet ad placitum, seu ex institutione seu naturaliter, dicendum quod hoc nomen sicut & cætera nomina vocalia ex institutione significat, non autem naturaliter. Differemer tamen, quia cætera nomina communiter & vt in plurimum ex institutione humana significant: hoc nomen verò ex institutione diuina tantum. Si enim ex institutione humana significaret, notum esset hoc nomen saltem illis, qui nouerant linguam Hebraicam: cuius oppositum patet ex hoc quòd Mosi quærenti de nomine Dei tanquam ipsum nomen ignoranti Deus dixit. Dic filijs Israël. Et sequitur: hoc est nomen meum. Ex quo patet, quòd nec Moses, nec ipsi filij Israël hoc nomen nouerant ante huiusmodi reuelationem: hoc etiam patet. infrà vj. cap. vbi dicitur: Nomen meū Adonai non indicaui eis: vt ibidem ostenditur. Dico autem, quòd cætera nomina, vt communiter & in plurimum ex institutione humana significant, propter hoc quòd quædam pauca nomina leguntur à Deo esse instituta ad significandum: sicut supra. Gen. j. Vocauit Deus lucem diem, & ibidem: Vocauit Deus firmamētum cælum & huiusmodi, & sic de aliquibus singularibus paucis in primordio rerum contentis: quæ quidem vocationes seu institutiones conformes sunt conceptionibus humanis, quæ de his rebus habentur, vt patet consideranti. De hoc verò nomine diuino aliter est sentiendum. scilicet quòd excedit omnem conceptum humanum. Ad cuius euidentiam attendendum est, quòd sicut apud nos voces significantes res sunt signa earum, quæ sunt in anima passionum nota, vt in i. Peri her. quæ quidem passiones animæ res significant naturaliter, cum sint eadem apud omnes: voces tamen quæ sunt earum signa non naturaliter sed ad placitū significant: vnde sunt diuersa apud diuersos. Sic suo modo considerare possumus apud Deū duplex nomē proprium. vnum sm̄ entale quæ significans naturaliter Deū, & hoc modo filius dicitur nomē patris: vnde super illud Esa. xxx. f. Ecce nomē domini veniet de longinquo. Glos. nomen domini, id est filius qui est nomen patris. Cuius ratio est: nam secundū sanctū Tho. in scripto supra primum. di. xxij. ar. 2. Deus qui seipsum comprehendit, ipse solus se ipsum nominat perfectè (vt ita dicam (verbum coæquale sibi gerendo hæc ille.

Aliud verò nomen proprium diuinum significans ad placitum scilicet ex institutione diuina Dei substantiam incommunicabiliter & adæquatè est nomen prædictum de quo agitur. Quod autem hoc nomen significet Dei substantiam incommunicabiliter patet ex prædictis: quòd autem adæquatè patet ex hoc: nam secundum sanctum Thom. vbi supra. cum voces sint signa intellectuum secundum Philosophum. idem iudicium est de cognitione rei, & nominatione eius. vnde sicut Deum imperfectè cognoscimus sic & imperfectè nominamus: & quasi balbutiendo, vt dicit Greg. Ex quo sequitur, quòd eū Deus perfectè se cognoscit, & ipse solus perfectè se nominat mentaliter, vt dictum est, sic & ipse solus perfectè seipsum nominat per voces ab eo institutas, quæ sunt signa sui intellectus ad placitum institutas. vnde de hoc nomine tetragrāmaton sic à Deo instituto verius dicitur, quod nominat pelagus substantiæ † infinitum à Damasceno dictum. nam cum cætera nomina † infinitæ diuina determinant seu significant quodammodo modum essendi diuinum, prout cognitio nostra quæ finita est, & à cognitione creaturarum accepta attingit: hoc tamen nomen nullum modum essendi diuinum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A determinat, nisi prout est in mente diuina hoc nomen instituente: & ad hoc tendit illud Rab. Mosis de directione perplexorum. quod allegatur a postilla infra vi. cap. Constat autem quòd illud esse absolutè consideratum est infinitum simpliciter, & sic pelagus substantiæ infinitæ dicendum. Nec mirandum si aliqua dictio vel nomen finitum' propriè significet substantiam infinitam, quia inter voces ad placitum significantes & res per eas significatas non est proportio assignanda secundum naturam, sed solum ad placitum. Hæc enim dictio mundus, quæ est quadam breuis dictio, significat totum vniuersum: & hoc nomen infinitum, licet sit finitum secundum vocem, significat tamen infinitum secundum rem.

6. quæstio. Circa sextum. scilicet an aliqua ratio sit quarenda de huiusmodi institutione? Dicendum, quòd cum hoc nomẽ sit ad placitum diuinum institutum, vt dictum est, non est ad hoc quarenda ratio quasi naturalis vel necessaria, cum etiam multa nomina ab hominibus ad significandum instituta, vt puta primitiua, quæ à nullo alio nomine deriuantur, non habent rationem sui institutionis, nisi † secundum beneplacitum instituentium: & à fortiori de beneplacito diuino, quod est maximè liberum non est causa quarenda: nihilominus tamen quædam rationes possunt assignari pertinentes ad congruentiam huius significationis sicut contingit in sacramentis, quia licet ex voluntate diuina habeant efficaciam, non ex natura rerum: tamen sunt aliquæ rationes, quibus consideratur aliqua congruentia inter sacramenta & res, quas significant seu efficiunt: vt puta cum per ablutionem exteriorem, quæ sit in baptismo, congruè significatur ablutio interior scilicet quam significat seu efficit. Quæ quidem rationes in hoc nomine à diuersis diuersa assignantur, & specialiter inter expositores Hebræorum est in hoc magna diuersitas. Quidam enim eorum assignant rationes ex natura literarum in hoc nomine contentarum, quæ quidem literæ omnes sunt vocales. Literæ autem vocales sunt magis abstractæ à materia, quàm cæteræ, & ideo aptiores ad significandum diuinam substantiam, quæ magis abstracta est à quacunque conditione materiali. Alij verò huiusmodi rationem assignant ex parte numerorum per has literas significatorum. Vtrique enim literæ assignatur certus numerus secundum Hebræos. numeri autem appropriati istis literis, habent perfectiones singulares inter alios. Sed hoc non videtur conuenienter dictum: quia literæ non significant numeros, nisi ex institutione humana, quòd hic non habet locum. Quidam verò eorum dicunt, quòd ratio institutionis huius nominis est ineffabilis: & penitus incomprehensibilis ab hominibus, & hoc videtur satis rationabiliter dictum: quia prout dictum est, hoc nomen significat diuinam substantiam, prout est in diuina mente: quod est incomprehensibile ab intellectu creato. nihilominus tamen rationes assignatæ supra in articulo quarto videntur congruere, prout fragiliati nostræ Intellectus videtur competere.

7. quæstio Circa septimum scilicet, an deo secundum significationem huius nominis propriè pertineat miracula facere? dicẽdum quòd licet ad Deũ, prout est omnipotens, pertineat miracula facere, ex hoc enim dicitur omnipotens, quia potest omnia possibilia absolutè. & sic eius potentia extendit se ad omne id quod habet vel potest habere rationem entis,
C cui nihil opponitur, nisi quod implicat in se esse & non esse simul: quia tamen ratio diuinæ omnipotentiæ fundatur in esse diuino, secundum quod est infinitum non limitatum ad aliquem modum entis: sed præhabens in se totius esse perfectionem, prout supra dicit in prima parte quæstione. xxv. art. 2. in cor. quæst. Constat autem ex supradictis, quòd nomen tetragrammaton significat substantiam diuinam, prout est pelagus substantiæ infinitæ, sequitur quòd ad Deum pertinet omnipotentia: & per consequens facere miracula, prout consideratur signari per dictum nomen.

8. quæstio. Circa octauum. scilicet an deo secundum significationem huius nominis propriè pertineat immolari seu sacrificari? Dicendum quòd sic. nam sacrificia seu immolationes communiter sunt Deo pro expiatione seu mundatione à peccatis, iuxta illud. j. Reg. xv. cap. Non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus: sed cum omnipotentia diuina parcendo maximè & miserando manifestetur. per hoc enim ostenditur deum habere summam † potentiam quòd liberè peccata dimittit. Eius enim qui superiori legi astringitur, non est liberè peccata condonare, prout in quæstione & art. supradictis. vnde eadẽ ratione dicendum est, quòd sacrificari & immolari soli deo pertinet, prout consideratur prædicti nominis significatio & inde est, quòd in Leutico, vbi de omnibus speciebus sacrificiorum singulariter agitur, nunquam aliud nomen imponitur, nisi solum nomen prædictum, similiter & xv. Reg. xvij. d. vbi agitur de Helia contra idololatras dicitur: Si dominus est deus, sequimini eum. vbi ex parte Heliæ super prædictum nomen nominatur, & sic de similibus.

9. quæstio. Circa nonum. scilicet an sub prædicto nomine propriè pertinebat ad populum sub lege à Deo data cultui diuino applicari? dicendum quòd sic: Cuius talis ratio assignatur a quibusdam expositoribus Hebræorũ: nam diuinæ promissiones in lege contentæ omnes sunt miraculosæ. scilicet supra facultatem naturæ factæ, scilicet quòd pluuia temporanea descendant populo existente iusto, & detineatur populo peccante, vt patet Deuter. xj. b. & in locis quamplurimis veteris testamenti. Constat enim quòd huiusmodi bona temporalia & mala secundum cursum cõmunem naturæ similiter se habent ad bonos & malos, secundum illud Eccle. ix. a. Vniuersa æque eueniunt iusto & impio, immolanti victimas & sacrificia contenenti. vnde quòd talia sequantur bonitatem vel malitiã populi, hoc non est ex cursu cõmuni naturæ, sed ex supernaturali potestate diuina. Ex quo sequuntur, quòd lex diuina debuit propriè dari sub illo nomine, secundum quòd ad Deum pertinet miracula facere. & inde est, quòd in principio decalogi hoc nomen fuit expressum cum additione eductionis de Ægypto, in qua miracula diuina fuerunt potissimè manifestata: & hoc cũ dicitur. infrà Exo. xx. a. Ego dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti &c. vbi enim dicit dominus, ponitur prædictum nomen: Similiter per totum decalogum in quo principalia legis traduntur, hoc nomen exprimitur, non autem in creatione mundi, in operibus enim sex dierum nunquam hoc nomen reperitur, sed solum Deus: licet enim creatio à solo Deo fuerit, tamen in creatione secundum Augustinum ordo naturæ principaliter quæritur.

10. quæstio. Circa decimum. scilicet an hoc nomen habeat specialem efficaciam inter alia diuina nomina? dicendum quòd licet diuina inuocatio efficax sit cum suis debitis circunstantiis, qua in oratione efficaci requirantur, iuxta illud Psalmi. cxliij. d. Prope est dominus omnibus inuocantibus eũ in veritate. Deisto tamen nomine legitur in speciali. Nũ. vi. d. Ponant nomen meũ super filios Israël, ego autẽ benedicam eis. Ex quo patet, quòd ad hoc quòd benedictio sacerdotalis in veteri lege contenta efficaciam haberet, requirebatur impositio prædicti nominis super populum, quod ibidem ter exprimitur. Vnde secundum Hebræos & est satis consonum literæ, ad efficaciam benedictionis
E spiritualis ibidem contentæ expressio prædicti nominis requirebatur dicitur enim ibi: Dic Aaron & filijs suis, Sic benedicetis filijs Israël. dicite eis: Benedicat te dominus.

11. quæstio. Circa vndecimum. scilicet de solennitate huius nominis apud Hebræos. dicendum, quòd hoc nomen. scilicet tetragrammaton nulli erat licitum pronuntiare, nisi solum sacerdotibus cum benedicebant solenniter populum in templo, vt infra Nume. vi. d. Sed loco illius vbicunque ponitur proferebant legentes hoc nomen Adonai, vt dictũ est suprà in. 1. arti. quod est nomen significans maiestatem seu summum dominium & potestatem. Quæ quidem mutatio videtur rationabiliter fieri propter duo. Primum, vt prædictum nomen à deo institutum in maiori reuerentia haberetur. Secundum, quia veritas prædicti nominis scilicet tetragrammaton non est nobis cognoscibilis, nisi per summam potestatem diuinam in effectibus suis relucentem: quod significatur per hoc nomen Adonai, vt dictum est. & ideo valde rationabiliter se habuit beatus Hieron in sua translatione circa hoc. nam vbicunque inuenit prædictum nomen, loco illius posuit hoc nomen dominus, quod est translatio huius nominis Adonai, non autem tetragrammaton. Additur autem in loco huius nominis Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, eo quòd hæc reuelatio facta Mosi, ad implementum promissorum prædictis patribus factorum fuerat ordinata.

12. quæstio. Hoc nomẽ mihi in æternum &c. Circa duodecimum, scilicet quomodo intelligenda sunt hæc verba. scilicet hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem? Dicendum quòd licet hæc verba
F præter mutantur in postilla quæ sint vnius & eiusdem replicatiua: vl terius tamen videtur dicendum, quòd referantur ad prædicta duo nomina, quorum vnum est, quod scribitur. scilicet tetragrammaton supra dictum: quod est proprium nomẽ Dei, vt dictum est: Et de hoc nomine s. tetragrammato dicit: hoc nomẽ est mihi in æternũ. quia antequã essent creaturæ, hoc nomẽ pertinebat Deo secundum suã essentiã absq; aliqua relatione ad creaturas, prout expositũ est. Secundũ verò nomen est, non quòd scribitur, sed quod legitur. scilicet Adonai: de quo intelligendum est quod dicitur: Et hoc est memoriale meũ in generatione & generationem. Ad inuenendum quòd primum nomen non erat communiter memoriale cum labijs, sed nomẽ secundum s. Adonai. nomina enim quæ proferuntur, dicuntur memorialia, iuxta illud Psal. xcv. b. Nec memor ero nominũ eorũ per labia mea, & quia hoc nomẽ. s. secũdum implicat habitudinẽ scilicet ad effectus, ideo nõ dicitur esse nomen Dei æternũ, sed in generatione & generationem. quòd denotat successionẽ creaturarũ quarũ respectu dicitur Adonai, vt dictum est. possunt etiam prædicta verba aliter expon.

Nota de nomine Iesus. Ad quod sciendum, quòd prædictum nomen tetragrammaton est cõforme huic nomini Iesus, in quo etiam sunt quatuor literæ, quarum prima & tertia sunt eadem cum prima, & tertia alterius nominis scilicet. & s. Secunda verò & quarta sunt etiam † cõsimiles in scribendo, quia vtrobiq; scribuntur eũ h. sed in legendo est differentia: quia in primo nomine, cum aspiratione leguntur. In secundo verò nomine loco aspirationis vtriusq; legitur. s. quòd potest esse duplici causa. Vna est, q. Latini nõ ita proferunt aspirationes nec literas gutturales sicut Hebræi. Alia causa est quia cum primum nomẽ ex literis significantibus esse seu essentiã coponitur, vt dictum est: quæ quidẽ literæ in Latino non significant essentiam, idcirco loco vtriusque positæ fuerant duæ literæ. s. s. quæ quidem litera, s, † dicit in proferendo esse, & vt sic reddit in eandem sententiam. vnde de hoc nomine dato ipsi Christo propriè po-

prièpotest intelligi illud ad Philip. ij. b. Dedit illi nomen, quòd est
A super omne nomen. Nam istud solum nomen diuinum inter cætera nomina diuina est incommunicabile omnibus modis, vt dictum est, & ideo propriè dicitur super omne nomen. Fuit autem hoc nomen datum Christo inquãtum est verus Deus, fuit etiam huic nomini Iesus ed ditum in Hebræo hæc litera ayn quæ est maximè gutturalis: & ideo non profertur à Latinis: quod quidem nomen proprium diuinum cum interpositione huius literæ superadditæ significat saluationem, vt sic non solum Deus sed etiam saluator nominetur. vnde Mat. j. d. Angelus dixit ad Ioseph. Et vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum &c. Et quia illud nomen proprium diuinum, scilicet primum absconditum erat. eò quod non legebatur à populo vt dictum est, propter populi imperfectionem: nomen verò secundũ. scilicet. Iesus, quod est primi nominis memoriale, propalandum erat omnibus tempore Christi, sicut & ipse Deus, qui in se inuisibilis est, per incarnationem erat visibiliter cognoscendus: ideo ille euangelicus propheta Esa. loquens de aduentu Christi. iij. b. dicit Propterea cognoscet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse, qui loquebar in die illa, ecce adsum. Cuius sensus est, scilicet propter hoc populus meus cognoscet nomen diuinum antea sibi absconditũ, & hoc in die illa, scilicet tempore Christi: Cuius rationem reddit dicens, quia
†non habet Principaliter. ipse Deus, qui loquebatur prius in prophetis, de quo dicit: quia ego
que loquebar, † principaliter, præsentialiter, ac visibiliter assisteret: de quo dicit, ecce adsum. Et quia notitia vtriusque nominis prædicti erat maximè desiderabilis iustis aduentum Christi spectantibus, ideo in persona talium ipse Esa. xxvj. b. dicit: Domine sustinuimus te,
B nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. q. d., desideramus notitiam, non solum nominis tui, scilicet primi nobis aliqualiter ignoti, sed etiam memorialis tui, scilicet memoriale primi nominis, quod est nomen Iesus vt dictum est: quod quidem desiderium Christus adimplens dicit, Ioha. xvij. a. Pater manifestaui nomen tuum. Et quia ad prædicti nominis veram notitiam præsertim, quo ad mysteria in eo inclusa, populus rudis non erat capax, idcirco cum dixisset: Hoc nomen mihi est in æternum. statim subdit: Vade congrega seniores Israël, & dices ad eos: Dominus deus patrum vestrorũ apparuit mihi &c. hoc est dicere: licet tota populo hoc nomen sit intimandum, tamen in speciali hoc habes annuntiare senioribus, qui de hoc melius possunt eruditi, vnde & de istis senioribus dicit in eodẽ contextu paucis interpositis: Et audient vocem tuam. quod intelligẽdum est non solum per obedientiam, sed etiam intelligendo. iuxta illud Lu. vij. a. Qui habet aures audiendi, audiat. Consequenter dicit. Dominus deus apparuit mihi, vt in hoc ostenderetur altitudo gradus prophetiæ ipsius Mosi. Altior enim gradus prophetiæ est. si ille qui loquitur videatur in specie Dei representatiua, secundum illud Esa. vj. a. Vidi Dominum sedentem &c. quam si videatur in specie angeli vel hominis, vt in secunda secundæ. q. clxxxiij. articulo. iij. in cor. Ar. Cætera autem exponantur sicut in postilla.

C REPLICA correctorij contra Bur. delyrantem. In. cap. iij. Bur. postillatorem redarguit de breui literæ expeditione, promittens multa addere, & implet totum vnum quinternum: sed quam vtilia, & vera, & ad expositionẽ literæ necessaria patebit infra. Primò enim contra postillatorem dicẽtem angelum fuisse locutum in persona Dei: ideo aliquãdo angelus, aliquãdo Deus est nominatus, inuehitur præter rationem: dicens Deum in propria persona fuisse locutum non per angelum. Hoc autem est contra beatum Greg. & Gl. interli. sumptam a beato Greg. dicentem, Angelusqui Mosi describitur apparuisse, modò Dominus modò angelus memoratur: Angelus, quia exterius loquendo seruit. Dominus, quia interius præsidens loquendi efficaciam tribuit: Cum enim loquens ab interiori regitur, & per obsequium angelus, & per inspirationem Dominus nuncupatur. Sed & dario legis fiebat per angelos in manu mediatoris, vt dicit Apostolus ad Gal. iij. vbi litera videtur clarius loqui quam in proposito: & sententia beati Aug. in diuersis locis est, quòd nunquam locutus sit sensibiliter creaturis, nisi in subiecta creatura: vnde patet quàm vtile sit Bur. ista mouisse.

Item secundum quod mouet Bur. in hoc. c. est quod miratur, quare Moses videns angelum & audiens dominum non legitur adorasse. Et respondet sua admirationi, quod Moses adeò humilis fuit, quod astimauit se ad adorandum indignum: & ponit exemplum de publicano, sed videtur delyramentum dicere tantam humilitatem alicuius esse vt se reputet indignum actiua adoratione. Non enim videtur humilitas sed fatuitas, quod quis non sit dignus bene facere, saltem optimo ge
Humilitas non impedit adorationem. nere virtutis, quæ est pietas & θεοσέβεια cuiusmodi est Dei adoratio. Humilitas enim promouet orationem, non distrahit nec impedit, quia oratio humiliantis se nubes penetrabit. Eccl. xxxv. c. Est enim Dei adoratio omnibus cõmunis & necessaria, iuxta illud Matth. iiij. b. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies, cui humilitas impedimentum præstare non potest. Philosophi enim virtutum posuerunt connexionem, & hic Burg. separat humilitatem a pietate, quæ ad omnia valet, vt dicitur. j. ad Tim. iij. ca. Nec valet exemplum de publicano quem & euangelium Lu. xviij. b. & Aug. non abstinuit humilitate ostendunt adorasse & dixisse: Deus propitius esto &c. Eius enim humilitas solum ad hoc tendebat, quod reputabat se indignũ leuare oculos in cælum, cum hoc tamen stat adoratio percutiendo pectus suum: Ita & Moses in proposito, & si ex humilitate absconderit faciem suam, non minus adoranit & corporaliter & mentaliter vt idẽ Bur. dixit, post prædictum delyramentum melius recollectus.

Ie tertiũ quod mouet Burg. an hoc. c. est de signo dato Mosi, quod cũ postillator dupliciter exposuisset Burg. vtramque expositionem reprobat & propriam ponit. Primo igitur respondendum est suis obiectionibus secundò sua expositio pertractanda. Improbat autem primam exposi- Deus aliquãdat signum perentibus: aliquando non petenti bus.
tionem ex duobus primo, quia Moses non petebat signum scilicet secundò, quia Moses fuisset modicæ fidei, si signum petiuisset. Pro solutione vtriusque notandum, quod Deus signum dedit sæpe non petentibus, imò aliquando petere nolenti. sicut patet de Achaz Esa. vij. b. Et
F in hora natiuitatis Christi pastoribus signum non petentibus dixit angelus. Et hoc erit vobis signum. Lu. ij. b. Mosi igitur non petenti nec dubitanti sed insufficientiam suam recognoscenti datur signum pro sui confortatione. Improbat etiam secundam expositionem ex duobus. Primò, quod immolatio super montem illum non potuit esse signum eductionis populi, quia tempore illius immolationis fuit præterita, quoniã frustra poneretur tale signum. Secundò quia non potuit Mosi esse signum futuræ introductionis in terram promissam, quia ipse eam non intrauit. Respondeo ad primum, quod argumentum fundatur super falsa imaginatione scilicet quod signum semper debeat præcedere signa- E
tum, quod falsum est: vt patet super illo Esa. vij. b. infra. Pete tibi signum &c. Etiam potest dici, prout catholici expositores, quod immolatio super montem fuit duplicis effectus duplex signum. Fuit enim signum rememoratiuum exitus de Ægypto, & pronosticum ingressus ad terram promissionis. vt sit sensus: Hoc habebis signum &c. quod sicut per immolationem erunt rememorando grati de exitu, sta per fidem erunt certi pronosticè de ingressu. Hunc sensũ innuat quod dicitur infra. xiij. b. Erit quasi signum in manu tua, & quasi quid appensum ante oculos tuos: eò quod eduxit te dominus in manu forti &c. vbi manifestè patet signum rememoratiuum & si non sit pronosticum. Sed quod secundò obiicit Burg. quod nõ fuit Mosi signum, quia non introduxit populum. Responsio quod illa immolatio fuit Mosi signum rememoratiuum solum sed populo vtroq; modo. Etiam fuit Mosi signum pronosticum, non ad introducendum sed ad disponendum & regendum populi ingressum: vt patet in Deuter.

Quod ad articulum principalem secundum videri potest, quantum valeat expositio Bur. quia ponit duo: Primum quod Moses erat modicæ reputationis, eo quòd pascebat gregem. Secundum quòd hoc fuit signum de quo sermo quod per eum qui modicus fuit Deus voluit magna facere, & non per potentes, vt alteri non imponeretur nisi soli Deo, non homini. Sed primũ dictum videtur falsum quia Moses fuit tam elegans in exordio nativitatis, vt per filiam Pharaonis adoptaretur, vt patet in principio Exodi. Fuit etiam tam fortis & animosus in progressu. vt Ægyptum occideret. & tam excellens vt Ietro vnus de potioribus sacerdotibus Madian ei fugitiuo F
filiam suam coniugio traderet. Nec probatio Bur. valet, quòd quia fuit pastor gregis, ideo fuit modicæ reputationis: Pascere enim gregem in veteri lege non fuit vile officium sed officium patriarcharum, iuxta illud Gene. xlvj. & xlvij. Pastores ouium fumus nos & patres nostri. Nec secundum dictum valet, quia cum opera sint supra humanam facultatem cuiusmodi fuit eductio filiorum Israël, nemo sic decipit quin Deo vero vel falso ascribantur: non igitur oportuit fidelibus ob id dare signum, vt Moses vel populus crederet Deum illorum mirabilium auctorem, qui facit mirabilia solus.

Item quartò mouet Burg. contra postillatorem exponentem nostram translationem quæ dicit, Sum qui sum. & Hebraicam literam quæ sonat: Ero qui ero, dicens vtramque literam idem importare, s. esse Dei necesse esse æternum, & immutabile. & dicit Bur. illam expositionem esse contra rationem & intentionem sanctorum. Sed in vtroque fallitur Burg. pensando verba postillatoris. vult enim dicere quòd per hoc modus essendi ipsius Dei est necessarius, æternus, & immutabilis: quia sine distinctione & differentia ex parte Dei de Deo verè dicitur verbum præteriti temporis sicut futuri vel præsentis, quia omnes differentiæ temporis æternitati immutabili & indiuisibili coexistunt: ideo beatus Hiero. in sua translatione posuit præsens verè, & Hebraica veritas futurum verè. Et diuinissimus Iohannes exprimere volens æternam & necessariam verbi diuini generationem, vitur verbo præterito dicens: In principio erat verbum: Et in Apo. vitur omnibus differentijs temporum dicens: Qui est qui erat, & qui venturus est: Secus est in creaturis & mutabilibus, in quibus nihil est nisi præsens & de his procedit ratio Bur. sumpta ex autoritate beati Hiero. & Aug. dicentium, quæ erunt nondum sunt, qui modus loquendi in Deo locum non habet: imò secundum veram & propriam rationem nec præsens tempus de Deo dicitur, vt per hoc possit Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

ternitas persuadens: nam sicut futurum nondum est, ita præsens
A aliquando non fuit: & citò non erit, quæ ad diuina non pertinent.
Ratio igitur postillatoris bona est, qua modum essendi Dei dixit æternum & immutabilem, quia indifferenter omne tempus de Deo dicitur, est, fuit, & erit, non ratione propria, sed ratione qua coexistunt æternitati: veritas æternitas immutabilis fluxui temporis & omnibus eius differentijs coexistit. Ait enim beatus Aug. per Burg. allegatus.
Esse verissimè competit Deo, quia immutabilis est, & illa quæ sunt mutabilia perfectè non seruant esse. Si igitur futurum in Deo distingueretur a præsenti, vere mutabilis esset. Ex opposito enim prædicati infertur oppositum subiecti, quia Deus est immutabilis: ideo in Deo non differt præsens a futuro. Et hæc fuit intentio postillatoris coniungentis præsens nostræ translationis, futuro Hebraicæ veritatis: Eiusdē sententiæ est beatus Augu. xj. de ci Dei. cap. xx. dicens: Deus præterita futura, & præsentia comprehendit, quamuis præterita iam non sint, futura nondum sint. Si igitur in Dei scientia ille differentiæ temporum non distinguuntur, igitur nec in eius essentia & modis essendi, cum Dei scientia sit eius essentia & econuerso. Et nota quod in hoc loco Bur. recedit a sancto Tho. cuius dicta omnia in suo prologo nisus est deficare.
Item in quinto mouetur Bur. contra postillatorem imponens ei cùm dicitur: Dixitque iterum Dominus, postillator exponit ly iterum de quærentibus, sed considerando ea quæ præmisit postillator, manifestum erit quod ei Burg. falsum imponit: prædixerat enim quod Moses hic duo fecit, quæsiuit enim de nomine mittentis expresse, secundò de conditione mittentis taciturè, & quod Dominus ad secundum primò respondersit secundum Hebraicam translationem, dicens: Ero qui ero secundum nostram translationem, Sum qui sum, per quæ ad quæstionem expressè de nomine quærentem non est responsum, quia per illam responsionem nullum nomen Dei significatur, vt etiam ipse Bur. fatetur contra sanctum Tho. significatur tamen conditio & modus essen-
B di, qui est æternitas & immutabilitas prout in præcedenti puncto exposita est. Sed ad expressam quæstionem quærentem de nomine respondetur secundò cum dicitur: Dixitque iterum Dominus: vt ly iterum referatur ad secundam responsionem, quæ respicit quæstionem expressam, prius factam, non repetitam, vt fingit Bur. contra postillatorem.
Item sextò mouetur Bur. contra posti. quasi diminutè se habuerit circa nomen diuinum, quod non est modica attentionis. Mouet igitur de illo nomine. xij. quæstiones: de quibus magnum facit tractatum, ad expositionem literæ modicum facientem, vt patet in earum pertractatione: postillator autem planæ expositioni literæ intendens, huiusmodi quæstiones & inquisitores earum ad librum beati Dio. de di. no. & alios remittit: est enim sui propositi non tractatus scribere, sed breuiter literæ immorari.
PRIMA igitur quæstio Burg. est: Supposito quod nomen, de quo hic sermo sit tetragramaton: quæritur quomodo hoc nomē scribatur & pronuntietur? Et respondendo dicit, quod scribitur quatuor literis, & ideo dicitur tetragrammaton a τέτρα quod est quatuor, γράμμα litera. Transeat hoc, quia satis vulgatum: sed ex hoc non habetur literalis sensus, quia non exponit illud nomen significatiuè, sed tantum materialiter, vt scriptum: & ita hoc nomen Deus, scribitur quatuor literis, & sic potest dici eadem ratione tetragrammaton. Et infra in eadem digressione, dicit hoc nomen tetragrammaton non esse transferibile nec exponibile: Sed manifestum est hoc falsum esse, si vniformiter accipitur sicut hic scilicet materialiter, quia Burgen. ipsemet expo
C nit dicens: tetragrammaton dicitur a τέτρα quod est quatuor, & γράμμα litera. ad est, nomē scriptum quatuor literis: & cum omnes literæ Hebraicæ sint significatiuæ, vt dicitur communiter, ipsum nomen secundum omnes partes suas potest exponi, nisi dicat quod quamuis componentia possint exponi non tamen compositum: & sic oportet eum concedere compositum dicere tertiam entitatem distinctam à suis partibus, quod quamuis verum sit, est tamen contra suum magistrum scilicet sanctum Tho mam.
SECVNDA quæstio est, vtrum tetragrammaton significet verum Deum? & respondetur quod sic. Sed mirum dictum videtur secundum ipsum Burg. illud nomen scribitur quatuor literis, quæ apud Latinos sunt i. h. v. h. quæ nullum sonum humana lingua formabilem faciunt, igitur ab homine proferri non possunt, & si sic homo non potest habere in animo vocis conceptum, quia vox non est formabilis, quid igitur potest apud Bur. significare? nisi materialiter, vt dixit in prima quæstione. Nec probat propositum suum per hoc quod allegat ex litera: hoc nomen est mihi inæternum, quia hoc dicitur Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac, & Iacob, vbi loquitur de hoc toto complexo, quod videtur satis exponibile & transferibile.
TERTIA quæstio: an illud nomen sit proprium vel appellatiuum? & respondetur quòd sit proprium, & prima ratio sui dicti & principalis vt dicit, omnibus linguis communis est, quia non habet pluralem numerum: imò vt dicit, non potest fingi pluralis numerus D
huius nominis, sicut fingimus de nomine Simon Simones. Sed quicquid sit de conclusione rationes modicū concludunt. Prima enim ratio reducitur contra facientē sic: Non habens pluralem, est nomen proprium non appellatiuum, sed sol, Deus &c. est huiusmodi, quod non habet pluralem numerum: igitur &c. Consequens est falsum, igitur aliqua præmissarum, nō minor, ergo maior, quæ est Bur. Et si quis dixerit per illud quod addit, quòd non potest fingi plurale sicut de cæteris communibus & proprijs, hoc videtur frustra dictum, quia possumus fingere tetragrammatones sicut Simones. Nec illæ sunt potissimæ rationes, quare ali quid est proprium, quas Burg. adducit. Est enim potissima ratio proprietatis & singularitatis secundum grammaticos vniuocè plura significare non posse, æquiuocè autem possunt æquiuocatione a casu vel consilio: nunc autem Deus ita est nomen proprium, quòd vniuocè non significat plura, nec potest vniuocè plura significare, quamuis æquiuocè. sicut vnum significare per essentiam plura per participationem: vel vt magis propriè dicam: vtrum substantialiter plura nuncupatiuè: cum hoc tamen stat, quòd Deus non sit nomen significans, ita propriè, quin sit tribus personis commune. Sed de tetragrammaton vocē significante non debet esse altercatio. cum res significata sit nota: nunc autem nulla res diuina significata, siue sit substantia siue secundum substantiam est propria, quin sit communicabilis tribus citra relationes originis, nec aliqua vox significans sic erit propria, quin sit tribus communis, nisi quis velit dicere, quòd tetragrammaton signi E
ficet proprietatem originis incommunicabilem: tunc qua ratione significat vnam proprietatem eadem ratione qualibet aliam, & sic significabit plura, & per consequens non ita proprium, vt fingit Bur. Ea quæ de rerum diuinarum communicabilitate & identitate: vbi non obuiat relationis oppositio dicta sunt. habentur ex dictis beati Diony. de di. no. & eius commentatoris Vercellensis, & August. de tri. Et si quis cultor ineptiarum Burg. refugere voluerit ad vltimam abstractionem, & dicere quòd tetragrammaton significat diuinam essentiam sine omni comparatione respectus ad personas. &c. Et tunc secundum scholam philosophorum & theologorum res quæcunque nec est propria nec communis. Hic enim est modus loquendi Auicennæ. v. suæ metaphy. equinitas & equineitas nec est singularis, nec vniuersalis: sed est equineitas tantum: etiam hanc fugam tollit idem Burg. infrà dicens, quòd significat essentiam diuinam, prout est secundum modum loquendi Damasceni pelagus substantiæ infinitum: sic enim non significatur cum tali abstractione, sed cum vnitiua continentia omnium perfectionum simpliciter.
QVARTA quæstio est: an tetragrammaton sit maximè proprium nomen Dei? & dicit quòd sic: in cuius conclusionis deductione, quia intricatus est, reduco factum eius ad septem dicta. Quorum primum est, quòd sanctus Thom. prima parte. quæstio. xiij. art. xj. qui exponit qui est, fore proprium nomen Dei deuiat ab Hebraica veritate. Secundum dictum, quòd translatio nostra cui sanctus Thom. innititur, similiter deuiat ab Hebraica veritate. Tertium dictum, quòd significatio nominis tetragrammaton dependet ex significatione literarum, ex quibus componitur. Quartum dictum, nomen tetragrammaton magis indeterminatè & communius significat diuinam essentiam, quam qui est. Quintum dictum qui F
cit. est proprium Dei, sed significans cum tempore & concretiuè. Sextum dictum, quia concretiuè significat, ergo dicit compositionem, ideo non conuenit alicui dicto de Deo. Septimum dictum, præsens tempus conuenit Deo, non præteritum nec futurum, quia nec æternitati. Hæc septem dicta clarè habentur in determinatione huius quartæ quæstionis. In quorum primo improbat suum (quem pra cunctis magnificat) magistrum. In prologo enim sui corruptory nititur dicta eius canonizare, asserens ea igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata. Sæpe enim præfert ipsum beato Hiero. Augu. & alijs, & tamen eum hic audet improbare, imò dicit eum delyrare. Sed vt videtur in secundo dicto nititur illam responsionem moderare, quasi sanctus Thom. deuians sit a nostra translatione seductus, quam etiam dicit ab Hebraica veritate delyrare, quòd non videtur, quia translatio nostra ponit præsens, vbi Hebraica litera ponit futurum: illa ponit, sum qui sum: ista ero, qui ero, & hoc non est delyrare, sed potius concorditer diuini esse æternitatem ostendere: & immutabilitatem cum prætendant indifferenter dicere de Deo eo modo, quo declaratum est in quarto correctorio huius terty cap. Fundatur hic modus dicendi in sacra scriptura, quæ de Deo dicit. Apocalip. j. b. Qui est, qui erat, & qui venturus est &c. & ita postillator exponit. nullum enim nomen exprimitur per sum qui sum, nec per ero qui ero, sed solum modus essendi. Quòd si beatus Thom. vt Bur. intellexisset, ex translatione nostra non recepisset occasionem deuiandi, prout Burgen. ei imponit, & hoc patet suprà in v. huius cap. correctorio. Per tertium autem dictum videtur Burg.

A Burg. contradicere responsioni huius quartæ quæstionis: quia dicit nomen tetragrammaton significatiuum significatione literarum, ex quibus componitur, & ita videtur accipi materialiter. Nullum autē nomen materialiter acceptum, potest esse maximè proprium nomen dei, sed nomen tetragrāmaton est huiusmodi, vt dicit Burg. Sed & quartum dictum repugnat responsioni tertiæ quæstionis, vbi dicitur quòd hoc nomen tetragramaton sit proprium, & nullo modo appellatiuū, hic autem dicit, quòd indeterminatius & communius significat: hæc autem est conditio nominis appellatiui non proprij. In quinto autem dicto pertractans opinionē sui magistri dicit, qui est, esse nomen proprium sed non sicut tetragrammaton, quia primum significat cum tempore & concretiuè, & declarat hoc modo loquendi Prisciani, cuius regulæ sacra scriptura subiici non debet, vt dicit beatus Hiero. Etiam & si verba propriè significant tempus & cum tempore applicata transitoriis, applicata autem diuinis non significāt tempus mensurans sed æternitati coexistens, prout declaratum est suprà. in quarto huius ca. correctorio. Sextum autem dictum brocardicum est, quia cōcretiuè dictum significat cum compositione, ideo nihil talium competit Deo. Ens enim Deū inquantum est, cōcretiuè significat, quia identicè includit rationem sui formalem, & formaliter dicitur de Deo: tamen nullam dicit compositionem sicut nec vnitiua continentia omnīū perfectionum simpliciter, concretiuè & abstractiuè, per huiusmodi delyramentum huius senis cessaret disputatio Scoti & aliorum de subiecto Theologiæ, & ratione formali subiectiua: quæ se habent sicut concretum & abstractum, & ita dicitur communiter Deum esse subiectum Theologiæ sub formali ratione deitatis, & ita nomē tetragrammaton non pertineret ad Theologiam, quia nec pertinet ad subiectum, nec ad
B rationem formalem subiecti, pro eo quòd Burg. suprà dicit ipsum nec concretum nec abstractum. Et si dicat quis fautor Burg. quòd non pertinet ad theologiam nostram sed dei & beatorum. Quid igitur Burgen. laborat circa id quod ad nos non pertinet? imò apud nos intelligibile, sineffabile, & insyllabicabile est, & per consequens ad sensum literalem impertinens. Septimum dictum eius, quòd scilicet Deo cōuenit præsens tempus, non præteritum, nec futurum, sicut verum est de præsens, quantum est ratione temporis, aliquando non fuit, sta citò non erit, tale etiam Deo non conuenit, & si conuenit Deo, hoc est ideo, quia præsens est æternitati coexistens. sic simili modo conuenit Deo præteritum & futurum, prout suprà in quarto correctorio dictum est.
QVINTA quæstio est. Vtrum tetragrammaton significet ad placitum & non naturaliter? Respondet dicens primò, quòd significat ad placitum ex institutione diuina non humana. Secundò dicit, quòd ex illa institutione significat substantiam Dei incommunicabiliter & adæquatè. Primo dicto stante secundum videtur falsum: Quod sic patet primò. nam si illud nomen significat essentiam diuinam adæquatè, tunc significat eam sicut est. sed non est, nec esse potest incommunicabile nec incommunicabiliter: igitur illud nomen non significat eam sic, nisi falsè significaret. & aliter quàm est, sicq; non adæquatè. Nec valet dicere, quòd intelligit de incommunicabilitate ad extra, quia multa nomina sic significant diuinam essentiam, sicut independens, infinitum, causa prima &c. quæ prædicata non sunt ad extra communicabilia. Secundò probatur idem sic: Id nomen significat essentiam diuinam, prout est in mente diuina, vt dicit Burg. sed in mente diuina circa relationes originis, nihil est incommunicabile nec incommunicabiliter, igitur &c. Item tertiò, illud nomen significat essentiam dei
C adæquatè, vt dicit Burg. agitur omnibus modis, quibus intelligibile est: patet consequentia ex ratione adæquationis inter significans & significabile, & inter intelligens & intelligibile, quia voces sunt notæ earū, quæ sunt in anima passionum. j. Peri herme. Ex consequenti arguitur sic: Significat eam omnibus modis, quibus significabile & intelligibile est, sed intelligibilis est communicabilis & communicabiliter, igitur significat eam communicabiliter. dicit autem Burg. quòd incommunicabiliter si sic, sigitur incommunicabiliter & communicabiliter, quæ est contradictio consurgens ex adæquatione: & sic prima pars illius contradicit secundæ eiusdem dicti. & nescio quomodo stant simul: tetragrammaton significat essentiam diuinam, prout solum est in mente diuina, vt dicit Burgen. & quòd idem Burg. ipsum sic vel sic dicit significare, cùm latuerit eum, quomodo fuerit & sit in mente diuina, cum excedat vt dicit, omnem humanum conceptum, nisi forte Burg. præsumat se è cælo lapsum, & magni consilij angelum. Addit etiam in hoc loco, quòd sicut deus seipsum perfectè solum nominat mentaliter, sic & ipse solus seipsum nominat per voces perfectè ab eo institutas quæ sunt signa sui intellectus ad placitum instituta. cætera autem nomina diuina significant solum modum essendi diuinum, prout cognitio nostra, quæ finita est: & à cognitione creaturarum accepta attingit. vnde sequitur, quòd nulla creatura potest hoc nomen exprimere, nec esse capax illius nominis perfectè, cum tamen ipsum nomen sit creatura a Deo instituta. Omnis autem creatura creatura capax est, etiam si summa sit, ideo dicimus animam Christi summæ gratiæ fuisse capacem. Nec videtur valere differentia, quam ponit inter illud nomen, & cætera nomina diuina, quia æternitatem infinitatem independentiā &c. non possumus attingere per cognitionem nostram D
acceptam à creaturis, nisi argutiè, & sic possumus significatione tetragrammaton similiter accipere, arguendo aliquid esse quale significat illud nomen, sicut & Burgen. in hac digressione facit. sequitur etiam fidei Christianæ non bene prouisum, cum non habeat sibi tale nomen reuelatum. sed ita perfectè significet Deum, sicut tetragrammaton.
IN SEXTA quæstione quærit, vtrū huius institutionis sit aliqua ratio quærenda? Respondet quòd non: in eadē tamen digressione, vt chartas more suo repleat, ab inquisitione inutilis nescuit abstinere.
IN SEPTIMA quæstione dicit Burgen. quòd factio miraculorum conuenit Deo sub ratione significationis tetragrammaton: Sed hoc videtur manifestè falsum: nam facere miracula, est operatio Dei ad extra, quæ communis est tribus personis: ad quas significatio tetragrammaton se non extendit, vt patet ex correctorio quintæ quæstionis. Et quod addit, quòd Deus facit miracula sub ratione omnipotentiæ fundatæ in significatione nominis tetragrammaton, videtur frustra dictum, quia eadem ratione & fortiori sub significato eius generaret & spiraret, quia ratio & principium generandi & spirandi fundatur in essentia diuina significata per nomen tetragrammaton, nec aliquid cogitari potest, quin sub nomine tetragrammaton & eius significatione siet. & illa curiositate Burg. fauere videtur erroribus superstitiosis, coniurationibus exorcistarum & diuinorum, quæ cum crucibus ac caracteribus sæpe repetunt Adonai: aglan, & tetragrammaton, quæ proculdubio Latini & Christiani, à perfidis Iudæis didicerunt. Vnde sic dicendo Burg. videtur multum Iudaizare: nam sancti multi noui testamenti Dei virtute miracula plura fecerunt, nomen tetragrammaton, eius scripturam vocem, & significationem penitus ignorantes. Petrus in nomine Iesu Christi Nazareni claudum ambulare fecit, & reliqua. Et in veteri testamento cum nomen illud nondum fuisset impositum & publica- E
tum, facta sunt miracula: & absurdissimum videtur, creaturam institutā a Deo, cuiusmodi est hoc nomen, assignare pro ratione sub qua propriè fiant miracula. Audiui quosdam Iudæos conuersos confitentes, quòd apud Iudæos est ille error, quòd Iesus virtute nominis tetragrammaton (quod ipse sciebat) fecit sua miracula, & quòd hodie quilibet sciens illud nomen faceret miracula, quæ apud Christianum malè sonant.
OCTAVÆ quæstionis responsio etiam error videtur: Dicit namque, quòd Deo sub significatione illius nominis propriè pertinet immolari & sacrificari, quia vt inquit semper, vbi in sacra scriptura fit mentio de sacrificiis & oblationibus, fit interpositio huius nominis: ex quo sequitur, quòd nos Christiani etiam verissimum sacrificium agni immaculati Iesu Christi offerentes, non propriè sacrificamus, quia nusquam in Christianorum sacrificiis mentio fit de hoc nomine.
NONÆ etiam quæstionis responsio videtur inepta, cum dicit populum fidelem diuino cultui sub significatione illius nominis applicari & ascribi. Applicatio enim populi Christiani, & ascriptio ad cultum diuinum fit in baptismo generaliter, in confirmatione, & sacrorum ordinum collatione specialiter, in quibus omnibus illius nominis tetragrammaton nulla fit mentio. Si igitur solum sub illo nomine ascribitur quis diuino cultui, sequitur Christianum populum non F
legitimè ascriptum, quod est destruere fidem nostram amo nec Iudaicus populus sic fuit ascriptus. Ante enim institutionem & publicationem huius nominis multi sunt Dei cultui applicati, sicut Abel, Noë, Abraham, & cæteri, quibus hoc nomen non fuit indicatum, vt dicitur infra. vj. huius.
IN DECIMA quæstione dicit de efficacia huius nominis: vtrum illa esset ex institutione vel ex deuotione venitis. Non primum, quia eius significatio iuxta institutionem est sine quocunque respectu extrà vel intrà, sine concretione, & absolutione, vt Burg. dicit. Non pertinet ergo eius significatio ad talem efficaciam ex institutione, quæ etiam non legitur in scriptura. Restat igitur, quòd ex vsu, & deuotione vel auctoritate, sicut in nostra lege orationes & manus impositiones sanctorum inuocationes &c. quæ efficacia plus respicit illo modo opus operatum ex deuotione, quàm ex institutione nominis cuiscunque vel orationis.
IN VNDECIMA quæstione dicit solennitatem huius nominis fuisse tantam, quòd non licuit nisi solos sacerdotes pronuntiare in benedictionibus. Sed hoc videtur implicare, quia vt suprà dictum est in quæstione prima, hoc nomen scribitur quatuor literis, quæ non possunt facere sonum lingua humana explicabilem. Sequitur ergo, quòd nec sacerdotes poterant proferre: Dicit igitur Burg. quòd sacerdotes loco eius semper protulerunt nomen Adonai, quod etiam vulgus proferre potuit. Illa igitur explicatio ad solennitatem nominis tetragrammaton pertinere non videtur: Cæterum verba consecratiua diuinissimæ Eucharistiæ sunt maioris solennitatis & efficaciæ, quam ly tetragrammaton, non obstante tamen ea solennitate, cuilibet Christiano conceditur legere epistolam Pauli, vbi illa verba

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *sunt expressa.praterea ladis fidem nostram, quòd in Iudaismo fuerit nomen tanta solennitatis, quod apud Coristianos nullius est reputationis presertim cum sit tale secundum Burg. sub cuius ratione Deus vite colitur, & fidelis populus diuino cultui applicatur. Demum mirandum de beato Heron. quòd de hoc nomine nullam in sua translatione fecit mentionem. fuisset enim autoritatis maioris in ecclesia, quam Burgen. ad scribendum talia si quid veritatis aut vilitatis habuisset. & Apostolus huius nominis per Burgē. prædicata magnalia dissimulans. 1.Cor.ij.a.* Nihil iudicaui me scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. *Ex quibus omnibus recollectis patet quantum ista Burg. digressio ad literalē sensum pertinet: & merito probatur iste Burg. superfluus, vbi postillator sufficiens est, non diminutus, vt Burgen. ausus est dicere.*

IN DVODECIMA igitur quæstione Burgen. volens ex omnibus dictis concludere expositionem illius loci: hoc nomen mihi est in æternum, *fingit sine autoritate scripturæ, quòd illud dicatur hic de duobus nominibus Dei scilicet tetragrammaton, & Adonai. Primum dicit nomen domini æternum, quia antequam essent creaturæ, hac nomen pertinebat Deo secundum essentiam. Sed pensando dicta sua priora non videtur hoc dictum verum, quia supra dixit circa quæstionem suam quintam, quòd non est nomen vocale in signum diuina intellectionis ad placitum institutum. constat autem nullam vocem esse æternam, nullamque institutum esse æternum, nec aliquod productum prater verbum & spiritum sanctum, nec illud nomen vocale prius fuit institutum quàm publicatum, sed publicatio eius est temporalis, igitur & institutio. est igitur institutio, & publicatio, & scriptura quatuor literis temporale. nō potest igitur sic dici, esse nomen æternum, nisi secundum ideam in mente diuina. sic autem non dicitur institutum sed in essentia diuina relucens, vel ab ea pullulans, quæ sunt alterius speculationis. De secundo autem nomine videlicet Adonai dicit: dici* memoriale eius, *quia exprimitur, vbi tetragrammaton scribitur, non habet rationem, vt sit ex imperfectione populi, quòd illud loco illius profertur, quod proferri non potest. Est igitur vnum & idem nomen, quod apud nos dicitur Deus, quod est æternum & memoriale, non ratione vocis nec scripti, sed significati. Hic dicitur:* Deus Abraham, &c. *ad maiorem declarationem faciendam filiis Israël. Catera, quæ Burgen. addit de comparatione huius nominis Iesu & tetragrammaton transeant, quia quamuis involutiones sententiarum sint, non sunt tamen contra fidem & postillatorem.*

D

GLOSSA ORDINARIA
CAPVT IIII.

a *Quid est quod &c.* Greg. Moses, Iudaicus populus. virga, diuinitatis potestas. Serpēs, Christi mortalitas: quia enim per serpentem mors: per serpentem mortalitas signatur, B vel quia scriptum est Mat.x.b. *Estote prudentes. s. ser.* & quia summa prudentia, id est, Dei sapientia incarnata est: rectè eius mortalitas in serpēte figuratur. vnde Ioan. iij.b. *Sicut exaltauit Moses serpentē in deserto, ita exal. opor. si. ho.* Moses virgam tenuit: quia Iudaicus populus ante redemptoris aduentum in Dei potestate confisus est. In terram proiecit, quia per patriarchas & prophetas Deum incarnandum nuntiauit. virga in colubrum vertitur, quia Christus Deus in se permanens, mortalis est in homine factus. Sed & Moses colubrum conspiciens pertimuit & fugit, quia Iudaicus populus dum Christum mortalem vidit: Deū credere expauit. E Cui iubetur vt caudam teneat, quia populus qui modo credere recusat: in extrema corporis dominici parte, id est, posteriore tēpore ecclesiæ scilicet in fine mundi sese ad fidē colliget, colubri caudā tenēs, quia eum quem mortalē ante despexerat, in vltima parte ecclesię redemptorē suum cōfitebitur. Mox serpens in virgam redit, quia vt Iudaicus populus in Christum crediderit, mox ad iudicium in potestate diuinitatis suæ apparebit: vt iam serpens virga sit: quia qui in terra homo despectus est, de cælo veniens super angelos videbitur Deus.

*Ad Moysen.

CAP. IIII.

a ¶ Christo quoque non crediderunt Iudæi.

ESPONDENS Moyses ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: non apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eum*: Quid est, quod tenes in manu tua? Respondit: Virgā. Dixitq; dominus*: Proiice † illam

a ¶ Vnde quis credidit auditui nostro.

1

2 *Deus.

a ¶ Diuina potestas quam Moyses tenebat, dum plebs Iudaica ante aduentum redemptoris in ea confidebat. Vel Christus quem, Moyses id est lex prædicabat.

† eam

nu tua: Respondit: Virgā. Dixitq; dominus*: Proiice † illam

Isido. Serpens persuasit homini mortem. Mors ergo à serpente, virga in serpente, Christus in morte. Expauit Moses F

Allegoricè.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

1 Respondens Moses ait &c. *Hic consequenter describitur instructio & confortatio Moſi per signa diuinæ virtutis ostensiua: & primò ponitur dicta instructio, & secundò Moysi obsecratio, ibi:* Ait Moyses. *Circa primum præmittitur causa signorum cum dicitur.*

Diuisio.

Respondens Moyses ait: non credent mihi, &c. *Quamuis enim Moses esset certificatus per verbum domini, quod seniores populi verbis eius crederent vt dictum est, sciebat tamen quòd in populo illo erat multi rebelles & increduli, qui non acquiescerent verbis, nisi viderent signa diuina virtutis. & de talibus loquitur hic Moyses dicens:* Non credent mihi, *propter quod dominus dedit sibi potestatem faciendi signa in tribus, scilicet in virga, an manu, & in aqua fluminis. Ad cuius intellectum considerandum, quòd ista signa erant ordinata ad hoc, quòd filij Israël crederent Moſi, quantum ad exitum de terra Ægypti de mandato domini. & ideo ista signa fuerunt proportionata ad hoc designandum, sicut in præcedenti ca. fuit dictum de visione rubi. Status autem filiorum Israël in Ægypto potest considerari, quantum ad ingressum populi in Ægyptum, quod fuit per dominum ipsius Ioseph in Ægypto. & ad hoc principaliter refertur signū virgæ, per quam designatur principatus ipsius Ioseph. vnde Gen.xlvij.g. vbi translatio nostra habet:* Adorauit Israël Deum conuersus ad lectuli caput. *Translatio. Lxx. habet,* adorauit Israël fastigiū virgæ eius. *quod exponunt aliqui doctores nostri de virga vel sceptro Ioseph, quod portabat in signum dominij: super quod sceptrum Iacob innixus adorauit Deum. ista autem virga fuit in terram proiecta, quando post mortem Ioseph filij eius cum populo Israel fuerunt compulsi ad opus terrenum in luto & latere: & tunc conuersa est in colubrum.*

De hære. c. ex iniuncto.

a Nec est alia natio tam grandis, &c. *Secundo consideratur status populi quantum ad egressum de Ægypto sub cura ipsius Moſi. & ad hoc refertur signum manus, quæ primò posita intra sinum facta est leprosa. & secundò ibi reposita sanata est. per quod designabatur quòd filij Israël quando primò supponuntur sunt cura Moſi, quæ cura per sinum designatur. vnde Nu.xj.g.* Porta eas in sinu tuo. *per hoc fuerunt magis abominabiles Ægyptiis & quasi in conspectu eorum fœtidi. vnde dixerunt Moſi:* Fœtere fecistis odorem nostrum co. Pha. & se. co. *vt habetur infra.v.c.d. Sed per manus sanationem in sequenti repositione designabatur consolatio eis futura per curam Moſi, sicut patuit in transitu maris rubri, & aliis beneficijs per orationem Moſi à Deo sibi collatis. Status autem populi intermedius fuit post mortem Ioseph, & antequam Moses curam populi susciperet: & in aliqua parte illius temporis interme dij fuit illud edictum crudele de pueris masculis Hebræorum submergendis in flumine. & ad hoc refertur tertiū signum de aqua fluminis versa in sanguinem, per quod designabatur quòd Deus requireret ab Ægyptijs in grauibus plagis sanguinem puerorum in flumine extinctorū. His dictis patet litera paucis exceptis vocabulis.*

2 Quid est &c. *non quærit ex ignorantia, sed vt conuenientius inferat quod sequitur.*

Extendit

MORALITER.

† 1 *Respondens, &c.* Hic agitur de missione Moſi in Ægyptum, per quem designatur prædicator missus ad prædicandū: in quo debent esse tria. Primū est carnis mortificatio. j.Cor.ix.d. *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. ne forte, &c.* quia tamen debet esse mensurata ratione, secundum illud Rom. xij.a. *Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam, Deo placentē, rationabile obsequium vestrum.* & hoc significatur per virgā in colubrū conuersam,

† uersam, nam per virgā quæ correctionē significat, intelligitur carnis castigatio: & per colubrum prudentia, quæ est recta ratio agibilium. Matt.x.b. *Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Secundū est discretio ad discernendum inter lepram & non lepram, & hoc designatur per manum Moſi, quę leprosa atque munda de sinu profertur. Tertiū est passionis Christi medi

Moses & fugit, mortuo enim Christo expauerūt discipuli, à spe A in qua fuerunt recedentes apprehendit caudam, id est, posteriora & factus est virga: quia primò occisus, postea patratis omnibus, ad id quod fuerat resurgendo reuersus est: vbi per vitam morte consumpta, nihil in eo serpētis apparuit, vel cauda serpentis finis seculi, quia sic mortalitas Ecclesiæ per lubrica tempora voluitur (Alij eunt, alij veniunt) per mortē tanquam per serpentē, p quem mors seminata est: sed in fine seculi, tanquam cauda redimus ad manū Dei, & apprehensi reparabimur: & nouissima inimica morte destructa, resurgētes in dextera Dei virga regni B erimus.

a ¶ Cum per prophetas Deum incarnandum nuntiauit.
b ¶ Deus in se permanens mortalis factus est homo.
c ¶ Isi. mortem, quia initium mortis per serpentem.
d ¶ Quia dum mortalem vidit, Deum credere expauit.

in terram. Prōiecit, & versa est in colubrum ita vt fugēret

a ¶ Iudaicus populus.

Moyses † Dixitq; dominus: Extende manum tuam, & appre

a ¶ Quia populus qui modo credere recusat, in extrema parte dominici corporis scilicet in fine mundi sese ad fidem colliget.
b ¶ Credendo. ¶ Quia eum quem mortalem despexit redemptorem in vltima parte ecclesiæ confitebitur.
c ¶ Quia mox redemptor noster in iudicio cum potestate diuinitatis apparebit. ¶ Quia Christus deuicta morte surrexit.

† Suorum

hende caudam eius. Extendit, & tenuit: versaq; est in virgam. Vt credant, inquit, quòd apparuerit tibi dominus Deus patrum † tuorum, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob:

* que ei

a Dixit* dominus rursum. Mitte manum in sinum tuum. Quā

¶ Quia populus à Deo remotus factus est immundus.

Lib. de resur rec. carnis.

cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. Retrahe, ait, manum in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum:

† Reuersa est.

¶ Hoc implebitur cum omnis Israël saluus fiet.

& † erat similis carni reliquę. Si non crediderint inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris: credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus quidem his signis credi-

a ¶ Hoc in sequentibus exponetur. b ¶ Populum. c ¶ De fluxu scilicet huius seculi.

b derint, neque audierint vocem tuam, sumē aquam flūminis, & effunde eam super aridam: & † quicquid hauseris de flu-

a ¶ Sanguinis Christi fidem.

c uio, vertetur in sanguinem. Ait Moyses: Obsecro domine,

a ¶ Tui comparatione, vt immenta, factus sum apud te.
b ¶ Quamuis instructus omni sapientia Aegyptiorum.
c ¶ Ex quo scilicet Verum Dei verbum nosse cœpi, quod erat in principio apud Deum.

† vir verborū Hebraic.

non sum † elōquens ab heri & nudiustertius: & ex quo locu-

C

b *Sume aquam &c.* Isid. Aqua populū significat vnde Apo. xvij.d. *Aquas quas vidisti populi sunt & gentes* Populus ergo vertitur in sanguinem, id est, in sanguinis Christi fidem.

Historicè.

† De Cōfd. 2.c.reuera.

c *Obsecro domine &c.* Augvst. Quod ait Moses ad dominum: *precor domine nō sum eloquens ante hesternū. neque ante nudiustertianum diem. neque ex quo cœpisti loqui famulo tuo,* intelligitur credere posse fieri Dei voluntate subitò eloquentē cùm dicit: *neque ex quo cœpisti loqui famulo tuo,* tanquā ostēdens fieri potuisse, vt qui ante hesternum & nudiustertianū diem eloquens non fuisset, repente fieret. ex quo cùm illo domin⁹ loq cœpit.

Quæst. 7. in Exod.

† Aqua quā

* Theodoret. Voluit Deus Mosem exilis esse vocis & blesioris linguæ, qa hac ratione diuina virtus

certior apparuit. Ad quem modum, piscatores, publicanos & coriarios veritatis doctores elegit.

Quæst. 10.

* Theodoretvs. Per immutationem manus lepram populi Israëlitici declarauit, itemque eiusdem curationē. Ad hæc aliud quoddam Dominus Deus disposuit. Quia enim legem de leprosis positurus erat, eosque immundos appellaturus, nihil autem quod voluntarium non sit, immūdum est, legislatoris manum leprosam reddidit, hac ratione perfectos docens, nihil huiusmodi immundum esse, manus enim alla quæ tot miracula fecit, cum prius lepra infecta esset, posteà tamen diuinis signis subministrauit, atque elementa commutauit. Simul etiam legislatorem admonuit, ne elatè de se sentiret, sed per leprosam manum naturæ suæ imbecillitatem agnosceret.

In cap. 4.

Procopivs. Quidā asserūt illud portentum contigisse, vt ostēderetur, iusto nō esse legem positā. licet deinde leges sanciat, quo pacto morbus leprę sit examinandus & immundus pronunciandus, tamen plerąque leges ita feruntur, quasi stultis & infantibus dentur. Adeo nostræ infirmitati se accōmodat Deus.

Isid. Manus alba, id est, immunda, albor enim in cute lepra est non candor. Ipsa enim hæreditas Dei, id est, populus, foras ab eo missus factus est immūdus. vnde psal.lxxiij.b. *Vt quid aduertis ma*

Allego. Homil. 3. in Exod.

Orige. Alle. Dum esset Moses in Ægypto & erūditur omni sapientia Ægyptiorum, non erat gracili voce, nec tardus lingua, nec profitebatur se ineloquentem. Erat enim quantum ad Ægyptios sonoræ vocis, & eloquentiæ incomparabilis. Vbi autem Dei vocem audiuit & eloquia domini suscepit, sentit vocem suam gracilem & exilem tardamque & impeditam linguam, & se pronūtiat mutum, cùm incipit cognoscere verū verbum, quod erat in principio apud Deū: Ioh.j.a. Mutis enim animalibus quamuis indoctus homo comparetur. eloquens videbitur. Si verò eruditis & eloquentibus, stultus & mutus. At si quis Dei verbum & diuinam respiciat sapientiā multo amplius quàm apud nos pendēs: apud Deum mutum se animal profitebitur. vnde Psal.lxxij. d. *Vt iumentum factus sum apud te.* Quia igitur in id intelligentiæ profecit: vt se cognosceret quod est magna pars sapientiæ, remunerauit eum diuina dignatio dicens: *Aperiam os tuum &c.* Beati quorum os Deus aperit, vt loquantur. vnde Psal. lxxx.b. *Dilata os tuum, & ego implebo illud.* Similiter Paulus dicit ad Ephe. vj. d. *Vt detur mihi sermo in apertione oris mei:* Eorum ergo qui verba loquuntur, os Deus aperit. Eorum qui

loquun

NICOLAVS DE LYRA.

1 Extendit & te, *in qua apparet obedientia Moyſi, qui statim cum manu nudā accepit colubrum ad verbum domini.*

2 Protulit le. &c. *candor lucis ortus in cute est signum leprę. vt habetur Leui.xiij.a. Albedo autem niuis habet quandam lucem: & quantum ad hoc tenet similitudo, non autem quantum ad omnia.*

3 Effunde eam super aridam. *Ex quo patet, quod non conuertebatur in sanguinem donec effusa esset super terram.*

4 Ait Moyses. *Hic consequenter ponitur Moyſi deprecatio, videns enim Moyses quod oportebat cum exequi Dei mandatum, & sentiebat se minus eloquentem ad tale officium: ideo petiuit societatem alicuius magis eloquentis, & inīebat hoc de fratre suo Aaron. Tum quia erat eloquentior. vt infra dicetur. Tum quia erat senior tribus annis. vt supra dictum est. cap.vj. Causam autem suæ insufficientiæ ad loquendum exprimit Moses dicens.*

5 Non sum &c. *Acsi diceret: licet à iuuentute non sum multum eloquens (quia sicut dicunt Hebrei, habebat vocē gracilē) tamen postquā*

apparuisti

MORALITER.

† 1 Obsecro

Universidad de Deusto
BIBLIOTECA

loquuntur mendacium, falsum testimonium, scurrilitates, turpitudines, susurronum quoque & detractorum, & eorum qui otiosa loquuntur diabolus aperit os. De Iuda refertur Iohan. xiij. cap. *Quia introiuit in illum Sathanas, & misit in cor eius vt traderet eum,* Os ergo eius aperuit, vt loqueretur cum Pharisæis quomodo eum traderet accepta pecunia. Non est autem paruę grauitatis grauę discernere os quod aperit Deus, & quod aperit diabol⁹. Aperit etiã Deus aures sanctorum ad audienda verba diuina. Vnde dominus aperiet mihi aurẽ, aperiet oculos sicut aperuit oculos Agar: & vidit puteũ aquæ viuæ. Vnde Helisęus. iiij. Reg. vj. d. *Aperi domine oculos pueri tui, vt videat,* Ecclo. 45. a. *qui plures sunt nobiscũ.* Auris verò quæ p eruditionẽ domini aperitur, aliquãdo aperta est, aliquando clausa. vnde, No recipias auditum vanum: si dicuntur vana, prophana, turpia. Qui nouit eruditionem domini claudit auré & dicit Psal. xxxvij. c. *Ego autem sicut mutus, qui non aperuit os suum, & sicut surdus nõ audiebam.* Si verò ad vtilitatem animæ pertinent quæ dicuntur, si de Deo sermo est, si mores docet, ad virtutes inuitat, vitia resecat. aures pateant, & tota animæ ianua.

Notandum autem, quia summa moderatione vsa est lex, vt diceret, *non recipies auditum vanum* non dixit, non audies, sed *non recipies.* Nã vana sæpe audimus. Martiõ enim & Valẽtinus & omnes contra creatorẽ disputantes, vana loquũtur, frequenter tamẽ audimus, vt contradicamus, sed non recipimus, quia illorum os diabolus aperit. Dignetur dominꝰ aperire os nostrũ, vt possimus contradicentem reuincere, & obturare os quod diabolus aperit.

Quæstio. operatua. a ¶ *Quæ fecit os, &c.* Avgvst. Sunt qui Deo calumnientur, vel potiùs scripturæ veteris testamẽti, quia dixit Deus q̃ fecerit mutũ. Quid ergo dicũt de Christo aperte dicẽte. Ioh. ix. g. *Ego veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant,* quis autẽ nisi insciẽs crediderit aliquid homini secundùm vitia corporalia posse accidere quòd Deus nolit? Sed eum iustè totum vel nemo ambigit.

C

Annotat. in Exodon. ✲ Hvgo a san. vict. Quasi dicat, Qui os do, verba dare possum. *Quis fabricatus est mutum & surdum, videtem & cæcum?* His instrumentũ dedi, alteri instrumentum, alteri cũ instrumento officiũ, Qui ergo oculo dedi visum, & ori verbũ dare possum.

Quæstio. nona. b *Perge igitur, &c.* Avgvst. alle. Quòd dicit dominus ad Mosen, *sed nunc vade tu, & ego aperiam os tuum & instruam te quæ locuturus es.* Apparet non tantum institutionem oris, sed etiã ipsam apertionem ad Dei gratiam pertinere. Non enim ait, aperi os tuum & ego instruam te, sed vtrumque promittit aperiam & instruam. In Psalmo autem lxxx. b. *Dilata os tuum, & ego adimplebo illud.* Vbi significat in homine voluntatem accipiendi, quod Deus donat volenti, vt ad voluntatis exordium pertineat. *Dilata os tuum,* ad Dei autem gratiã, *& implebo illud.*

D

c *Obsecro Domine.* Ex Cathena Græca. ✲ Evsebivs. Mosen quantum ad liberationem Israëlis ex Ægypto pertinebat, prompto animo mandatum Dei non recusabat, quantum verò ad populi sui, vt bene ficiũ Dei libenti animo susciperet, persuasionẽ attinebat, id verò inuitus recusabat. d *Iratus dominus in Moysen ait, &c.* Avgvst. Videtur quidem diffidenti nõ dedisse plenissimam facultatem, quã datus erat, & per duos agi voluisse, quod per vnum posset si credidisset. Sed si diligenter consideres non videtur dominus iratus pro vindicta dedisse Aaron. Sic enim dicit: *Nonne ecce Aaron frater tuus leuites. Scio quia loquens loquetur ipse:* Quibus verbis ostenditur potius increpasse, quia timeret ire quasi minus idoneus, cùm haberet fratrem per quem posset loqui ad populum, quod vellet. quia erat gracilis vocis & linguæ tardioris, quamuis de Deo totum deberet sperare. Denique etiam iratus dixit quæ ante promiserat. Dixerat enim: *Aperiam os tuum & instruam te.* Nunc autem dicit: *aperiam os tuum & os eius,* & instruam vos quæ faciatis, sed quia addidit: *& loquetur ipse tibi ad populũ.* Videtur oris apertio præstita, quia dixit Moses linguæ se esse tardioris. De vocis autem gracilitate nihil ei præstare dominus voluit, sed propter hoc adiutorium fratris adiunxit, qui conuenienti voce sufficeret populum docere. Quòd autem ait, & *dabis verba mea in os eius,* ostendit quòd ea loquendo esset daturus. Nam si tantùm audiendo sicut populo in aures diceret, deinde quod postea ait: *Et loquetur ipse tibi ad populum, & ipse erit os tuum:* & hic subauditur *ad populum,* & cùm dicit, *tibi loquetur ad populum,* indicat in Mose principatum, in Aaron ministerium. Quòd autem ait: *Tu autem eris illi in his quæ ad Deum,* magnum forsitan quærendum est sacramentum, cuius figuram gerat velut medius Moses inter Deum & Aaron, & Aaron inter Mosen & populum.

E

F

e *Et ego ero in ore tuo & in &c.* Orige. Non solùm Mosi promittitur aperiri os à domino, sed & Aaron. Dicitur enim: ego aperiam os tuum & os illius, & instruam vos quæ faciatis. Hom. 3. in Exod. Historicè.

a ¶ Secundum Hebræos gracilem & tenuem vocem habuit & necesse, erat clamosa voce vti, quia regio fastu prope accedere non permittebatur. b ¶ Eloquentiæ.

tus es ad seruũ tuum, † impeditiõris & tardioris linguæ sum:

a ¶ Exterius vel interius.

a Dixit dominus ad eum: Quis fecit ós hominis, aut quis fabri- 1 2

¶ In re vel spiritu.

catus est mutum & surdum, videntem & cæcum? Nonne ego? 3 4

a ¶ Quasi qui hæc feci tibi visum horum dare possum. ¶ Nolite cogitare quid loquamini, &c. Mat. x. b. 5

b ¶ Vt aperiam. c ¶ Spiritus s. docebit omnem veritatem.

b Perge igitur, & ego ero in orẽ tuo, docẽboq; te quid loqua-

¶ Humiliter se excusat. a ¶ Aliquem digniorem s.

c ris. At ille, Obsecro inquit domine, mittẽ *quem missurus es. 6

a ¶ Non irrationabili perturbatione sicut homo.

d Iratus dominus in Moysen ait, Aaron frater tuus Leuites, scio 7 8

¶ Sacerdos occurrit legi & colligatur.

quòd eloquens sit. Ecce ipse egredietur in occursum tuum,

¶ Non ore. a ¶ Quasi mediator. b ¶ Quasi magister.

videnscq; te, lætabitur corde. Loquẽre ad eum, & põne verba

a ¶ Vt dicat populo quasi minister. b ¶ Non enim vos estis qui loquimini, &c.

e mea in orẽ eius, & ego ero in ore tuo & in ore illius, & ostenB

* per manũ illius.

Quæstione decima.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *apparuisti mihi, & locutus es mecum, impeditioris linguæ factus sum ad loquendum: quia fragilitas humana ex potentia diuina vel angelica aliquando stupescit, secundum quod dicitur Daniel. x. d.* Domine in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium, *& per allegationem huius impedimenti insinuat Moses petitionem suam de societate loquentis viri.*

1 Dixit dominus ad eum. *Ostendens quod posset supplere eius defectum, cum subditur.*

2 Quis fecit os hominis? *Acsi diceret: Ego qui feci os hominis, possum ibi dare eloquentiam.*

3 Aut quis fa. &c. *Acsi diceret: Ego qui omnium conditor sum possum de caco facere videntem, & de surdo & muto audiente & eloquentem, hoc inducitur ad ostendendum quòd posset supplere allegatum defectum Mosi. Aliter exponunt Hebræi dicentes, quòd cum Moses fuisset accusatus Pharaoni de interfectione Ægypti, vt dictum est. suprà ij. c. a. Moses fuit captus de præcepto regis, & adductus coram eo, vbi Moses valde constanter locutus est dicens, quod iuste fecerat. vnde de eo dicitur Heb. xj e.* Non veritus animositatem regis, *& tunc de præcepto regis positus est ad decapitandum: sed speculator fuit percussus acrisia, quæ est cæcitas qua non videtur illud quòd homo vult videre, licet alia videat sicut dictum fuit Gene. xix. c. de illis qui volebant frangere ostium Lot. & sic quando debuit percutere Mosen, eum non vidit, & sic Moses effugit Pharaone videnteſicut scribitur suprà v. cap.* Qui fugiens de conspectu eius, &c. *qui etiam à Deo factus est ita stupidus acsi esset simpliciter surdus & mutus. ita quòd non potuit verbo vel signo significare suis seruis quòd Moses caperetur. & sic exponit prædictã literã.* Quis fecit os hominis, *id est, te loqua ita constanter coram Pharaone.* Aut quis fabri. *& ead est, Pharaonẽ ita stupidũ vt dictũ est.*

4 Videntem & cæcum, id est, *speculatorem qui factus fuit cæcus te non videndo, & videns cætera videndo.*

5 Nonne ego? *Acsi diceret: Sicut talia mirabilia feci tibi ita tanta & maiora possum facere.*

6 Obsecro inquit domine &c. *licet Moses de verbo domini non dubitaret, tamen quia Aaron frater suus erat eo senior & eloquentior desiderabat eum habere socium sibi à domino assignandum, ideo hanc petitionem replicauit.*

7 Iratus dominus in Moysen. &c. *non quòd peccauerit mortaliter sed nimis pusillanimis videbatur in suscipiendo Dei commissionem. si enim mortaliter peccasset, non esset verisimile, quod Deus petitionem eius exaudisset quod tamen fecit. vnde sequitur.*

8 Aaron frater tuus, &c. *Et patet litera vsque ibi.*

✲ 1 Tu au

MORALITER.

6 ✝ *Obsecro, inquit domine, mitte quem mis.* Vnde saluator dicit Luc. x. a. *Rogate dominum messis vt mittat operarios in messem suam.* Et quia tali prædicatori à Deo misso credendum est. Ideo sequitur in fine capituli.

MORAL.

In libro locutionum locut. 19.

a ¶ *Dixit ergo dominus, &c.* Avgv. Post dies, autem multos A mortuus est rex Ægypti. Dixit autẽ dominus ad Mosen in Madian: *vade perge in Ægyptum, &c.* Multa in his verbis notanda sunt genera locutionis. Primò enim inquit: *vade perge in Ægyptum,* tanquam non sufficeret alterum, deinde *mortui sunt omnes, qui quærebant animã tuam,* cùm solum regem Ægypti scriptura mortuum dixerit: de quo solo antea dictum fuerat, quod Mosen quærebat occidere: an ipse post alios inimicos vltimus mortuus est? Quòd si ita est, non locutio sed sensus Fest

*Et † tibi pro ore, tu autem eris ei pro Deo.

Quæst. 12. in Exod.

b *Tulit ergo Moyses, &c.* Avgv. Quòd dictum est, quia Moses vxorem & infantes suos imposuit sup vehiculũ vt in Ægyptum iret. Posteà verò Iethro socer eius illic cum eis occurrit, cùm eduxisset populũ de Ægypto intelligendum est. Post illam quæ ab angelo futura erat interfectionẽ, Mosi vel infantis vxorem reuersam fuisse cum paruulis. Nam quidam putauerunt propter hoc angelũ terruisse, ne ad impedimentũ ministerij diuinitus impositi fœmineus sexus comitaretur.

†cum reuertis fueris in Ægyptum.

B

Sermo. 88. de tempore.

c *Ego indurabo cor eius.* ✲ Avgvstinvs. Quid est *ego indurabo cor eius,* nisi cum abfuerit gratia mea, obduret illum nequitia sua: Sicut quotiens nimio frigore constringitur aqua, solis calore superueniente resoluitur & discedente sole iterũ obduratur: ita peccatorum frigore refrigescit charitas multorum & velut glacies obdurantur: & cum calor diuinæ misericordiæ superuenerit, resoluuntur. Hoc in Pharaone cognoscimus, à quo quoties flagella remota sunt, se cõtra Deum obduratus erexit, quoties afflictus est, supplicauit. Non est ergò iniquitas in Deo. Vndo non tam potentia quàm patientia Dei Pharaonem fecit obdurari. Quam rem etiam circa vernaculos nostros solemus exercere, quibus frequenter peccantibus indulgemus, dicentes, Ego talem te feci, ego tibi parcendo proteruiam tuam negligentiamque nutriui.

C

d *Occurrit ei Dominus, &c.* Avgvst. A la littera: *Et factum est in via ad refectionem. obuiauit ei angelus, & q̃rebat eum occidere: & assumpto Sephora calculo circumcidit præputium filij sui, & protulit ad pedes eius & dixit: Sponsus sanguinis circumcisionis infantis mei. & recessit ab eo propter hoc quòd dixit: Desponsus sanguinis circumcisionis.*

Quæst. 11. in Exod.

D

dam vobis quid agere debeatis.* Ipse loquetur pro te ad po

¶ Tanquam maior.

pulum, & erit † os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deũ pertinent. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Abiit Moyses, & reuersus est ad Iethro co-

¶ Alias socerum.

gnatum suum. Dixitq; ei: Vadam & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam si adhuc viuant. Cui ait Iethro: Vade in pace. Dixit ergo dominus ad Moysen in Madian: Vade & reuertere in Ægyptum. Mortui sunt enim omnes, qui

¶ Tollere. ¶ Ecclesiam.

a quærebant animam tuam. Tulit ergo Moyses vxorem suam

a ¶ Et singulos sanctos. b ¶ Super seipsum qui est asinus fortis qui peccata nostra portauit.

& filiõs suos, & imposuit eos super asinum, reuersusq; est in

c ¶ Vt fuisti am & lasciuiam carnis opprimeret.

Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua. Dixitq; ei Dominus † reuertenti in Ægyptum: Vide, vt omnia ostenta quę

a ¶ In potestate. b ¶ Indurat. permittam.

e posui in manũ tua, facias coram Pharaone. Ego indurabo

¶ Nisi coactus. s.

cor eius, & non dimittet populum. Dicésque ad eum: Hæc

a ¶ Quia primitiua ecclesia de Iudæis. ¶ Quia in patriarchis primus electus est ad cultum vnius Dei.

¶ Cuius tu seruus.

dicit Dominus: Filius meus primõgenitus Israël. Dixi tibi:

¶ Peccatis irretitum.

Dimitte filium meum vt seruiat mihi, & noluisti dimittere eum. Ecce ego interficiã filium tuum primogenitum. Cúm-

que esset in itinere in diuersorio, occurrit ei Dominus, &

d

Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit Dominus, &c. Potest autẽ intelligi fundamẽta Domini vel Sion, quia hoc pronomen quod, est eius, omnis generis est. Sed illud potius est quærendum, quid sibi velit. ideo recessisse angelum ab interfectione cuiuslibet eorum, quia dixit mulier: *sponsus sanguis circumcisionis infantis.* non enim ait recessit ab eo, quia circuncidit infantem: sed quia *sponsus sanguis circumcisionis,* non quia cucurrit, sed *quia sponsus,* magno nisi fallor sacramento.

✲ Theodo. Angelus Mosen interficere volebat, Non- Quæst. 14. nulli tradũt in causa fuisse, quod cum ad liberandos fratres missus fuisset, comitem itineris habere voluit vxorem. Hi sibi considerandũ esse existimẽt, id Mosen necessariò fecisse, ne socer in suspitionẽ veniret, aliã vxorẽ in matrimoniũ sibi copulare vellet: statim igitur sumpta angeli occasione vxorem domum patris sui remeare iussit. Quodque hæc ita se habeant, historia docet.

E

F

Nam

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Tu autem eris ei in his, &c. *i. accipies ordinationem meam & leges à me immediatè, & ipse eas per te sibi relatas denuntiabis populo.*

2 Abiit Moyses. *Hic consequenter describitur commissionis Mosi factæ executio, primò respectu termini à quo Moses recessit, secundò respectu spatij per quod incessit, ibi:* Cúmque essent, in itinere, *tertiò respectu termini ad quem accessit, ibi:* Venerunt q; simul. *Circa primum dicitur:* Abiit Moyses. *reuertens de monte Sinai.*

3 Ad Iethro. *Nolebat enim recedere absque licentia eius, tum quia verebatur manere cum eo, tum quia non poterat secum ducere vxorẽ & filios sine voluntate eius.*

infrà. 7. a. 4 Cognatum suum. *i. affinitate coniunctum. vnde & in Hebræo habetur:* Socerum suum.

5 Cui ait Iethro. vade in pace. *erat enim homo rationabilis, & ideo noluit eum impedire. Iacob autem recessit à Laban licẽtia non petita, quia sciebat eum esse hominem fraudulentum, sicut dictum fuit Gene. xxxj.*

6 Et imposuit eos super asinum. *Dicunt Hebræi, quod iste est asinus, qui portauit ligna holocausti, quando Abraham voluit immolare Isaac. de quo habetur Gene. xxij. & quòd eundem asinum equitaturus est rex Messias quando veniet. de quo habetur Zacha. ix. c.* Ecce rex tuus veniet ti. &c. *& ideo poterat tantũ onus portare: sed istud apparet omnino fictitium, ideo dicendum quòd ibi accipitur singulare pro plurali.* Super asinum. *i. ad est, asinos, quia vnus non sufficeret ad portãdum tot personas.*

7 Portans vir, &c. *sic autem nominabatur: Tum quia ex præcepto Dei erat portanda: Tum quia per eam erant miracula Dei fienda.*

8 Dixitq; ei Dominus reuertẽti, &c. *i. ad reuertendum se disponenti.*

9 Vide vt omnia, &c. *i. mirabilia ostensione digna.*

10 Ego indurabo, &c. *Hoc prædixit Dominus futurum, vt non admiretur Moses quando videbit effectum. Sciendum tamen quod Dominus non est causa obdurationis cordis in quantum est peccatum, sed hoc modo est à libero arbitrio. Dominus autem est causa indurationis, inquantum est quædam pœna, quia in pœnam peccati perpetrati subtrahit gratiam: cuius est cor mollificare. & ideo ea subtractã sequitur induratio cordis humani in malo suo.* An Dominꝰ sit causa indurationis Pharaonis.

11 Filius meus primo. Israël, *id est, dignior in populis, & cui maiora bona reseruantur, & maxime, quia vnigenitus Dei filius qui est primogenitus omnis creaturæ, vt dicitur Col. j. b. Erat de Israël secundum carnem nasciturus.*

12 Ecce ego interficiam filium tuum primo. *ista fuit vltima pœna Ægyptijs inflicta: & tamen denuntiatur hic primo: quia illa quæ sunt priora in intentione. sunt posteriora in executione.*

13 Cumq; esset in itinere. *Hic cõsequẽter describitur recessus Mosi. quantum ad spatium per quod incessit cum dicitur:* cúmque esset in itinere, *reuertendo in Ægyptum.*

14 In diuersorio. *i. est hospitio ad quod diuerterat pro refectione vel quiete nocturna.*

15 Occurrit ei Dominus: & volebat occi. eum. *Ille id enim, sc-*

✲ *cundum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

E Nam post egressionem ex Ægypto, Socer Moysi ad illum vna cũ filia sua ipsius vxore aduenit. Aliud ergo sibi Angelus volés gladium nudauit. Nam quia Moses Pharaonẽ formidabat, idcirco Angelus supplicium comminatur, timoretimorem expellens, itemque maioris minorem. perinde quasi per nudatum gladium diceret, Pharaonem times, magis me time, qui nemine cernente plagam tibi facile inferre possum.

lib. aduersus Iudæos. ✠ TERTVLLIANVS. Prouidẽs Deus quod hanc circuncisionem in signũ non in salutem esset datus populo Israël, idcirco filium Mosi ducis futuri instigat circuncidi, vt cùm cœpisset per eum populo dare preceptũ circuncisionis, nõ asperaretur populus, videns exẽplum istud in ducis filium iam celebratum.

a *Sponsus sanguinũ tu.&c.* Secundum historiam mater Gentilis admirans nouitatem rei, potuit dicere Mosi, *sponsus sanguinum tu mihi es*, quasi ritus tuæ gẽtis cogit me fundere sanguinem filij mei, quod aliis gentibus nõ est moris. Mysticè autẽ Sephora ecclesiam de gentibus significat, quæ præputium filij sui. i. Gentilis populi acutissima petra. i. spiritussancti doctrina, vel illa petra, de qua dicitur. ij. Cor. x. b. *Petra autem erat Christus.*

Expoliat, vt mundetur ab omni inquinamento carnis & spiritus: & *exuat veterẽ hominem cum actibus suis.* Col. iij. b. Stat enim sanguis circuncisionis quando corruptibile hoc induet incorruptionem.

b *Dixitq; Dominus.* ORIGE. Occurrit Aaron Moysi & exiuit de Ægypto. Sed interest vbi occurrat Mosi, cuius os aperiẽdum est à Domino. occurrit autẽ in monte Dei. Meritò os eius aperitur. qui occurrit in montẽ Dei. Petrus, Iacobus, & Iohannes in monte, & transfiguratũ Dominum Iesum videre meruerunt: & Moses & Helias cum ipso in gloria. Tu quoque nisi ascenderis montem Dei, & ibi occurreris Mosi. i. nisi excelsum legis ascensum ascenderis, nisi spiritalis intelligentiæ cacumen inuaseris, non est ostium apertum à Domino. Si in humili loco literæ steteris, non occurristi Mosi in monte Dei: non os tuũ aperuit Deus: neque instruxit quæ te oportear loqui, nisi Aarõ Moysi in monte occurrisset, nisi eius sensum vidisset arduum, non ei loqueretur verba Dei, neque virtutem signorum tradidisset, neque participem tanti mysterij conciuisset.

Hom. 3. Moraliter. acutissimi. Mat. 9. a.

Mysticè.

CAP.

a ¶ Mosen vel infantem incircuncisum. b ¶ Quasi cognoscens quare interficere vellet. c ¶ Petra autem erat Christus.

volebat occidere eũm Tulit illico Sephora acutissimam pẽ- 1
tram, & circuncidit præputium filij sui. Tetigitq; pedes eius, 2 3
a ¶ Angeli vel sanguis effluens pedes pueri.
a ¶ Angelo hoc blandiendo dicit quasi sicut carnaliter nupsit Moysi ita tibi effusione sanguinis filij mei.
b ¶ Irata. f. circuncisio pueri reuersa est Madian ad patrem suum. vnde postea legitur, quòd Iethro occurrerit Moysi in deserto dicens: Ea ego & vxor tua & pueri tui:
c ¶ Paruulum circuncisum, vel Moysen.
a & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. & dimisit eũm postquã 4 5
b ¶ Factam.
dixerat: sponsus sanguinum tu mihi es, ob circuncisionem.
a ¶ Inspirando vel per aliquem exterius monendo.
b ¶ Quibus libet sanctis qui sunt membra summi sacerdotis. c ¶ Legi.
b Dixitq; Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in de- 6
a ¶ Eminentiam virtutum & spiritualia intelligentiæ. b ¶ Quia cum talibus lex pacem habet, eos qui morantur in humilitate literæ odit & horret.
sertum. Qui perrexit ei obuiam in montẽ Dei, & osculatus 7
a ¶ Lex. b ¶ Viro montano. i. spirituali viro. ¶ Lex tantum quæ Dei sunt loquitur.
est eum. Narrauitq; Moyses Aaron omnia verba Domini, pro quibus miserat eum, & signa quæ mandauerat. Vene- 8
a ¶ Lex & sacerdos. b ¶ Vt maioris autoriratis esset.
¶ Quorum viget consilium & sapientia.
rũntq; simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorum 9
a ¶ Labia sacerdotis custodiunt scientiam, &c. Malachiæ. 2. b.
Israël. Locutusq; est Aaron omnia verba, quæ dixerat Domi- I
a ¶ Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Marc. xvj. d.
nus ad Moysen: & fecit signã coram populo, & credidit po- 10 11
¶ Humiles corde & corpore.
pulus. Audieruntq;, quòd visitasset Dominus filios Israël, &
quòd respexisset afflictionem eorum, & proni adorauerunt. 12

Myslice. Sephora ecclesiam de gentibus significat, quæ præputium filij sui. i. Gentilis populi acutissima petra. i. spiritussancti doctrina, vel illa petra, de qua dicitur. ij. Cor. x. b. *Petra autem erat Christus.*

✠ cundũ aliquos refertur ad Mosen, quem volebat dominus occidere eò quòd ducebat secum Eliezer filium suum incircũcisum. Gersan autem circumciderat in terra Madian. Alij autem dicunt, quòd refertur ad Eliezer, quẽ volebat occidere, eò quòd erat incircuncisus: & tamẽ ducebatur in Ægyptum ad morandum inter filios Israël, qui erant circuncisi. Sed istud non videtur conuenienter dictum, quia ille puer nondum venerat ad ætatem adultam, & ideo non erat in culpa ex dilatione nimia suæ circuncisionis, nec puniendus: sed pater qui habebat eius curam, sicut fuit declaratum Gene. xvij. & ideo primum dictum melius videtur. f. quòd refertur ad Mosen.

1 Tulit illico Sephora acutiſſi. pe. &c. *Hebræi dicunt: Aciem vel nouaculam.*

2 Et circuncidit præputium filij sui. *Quia per verbum Mosi vel angeli volentis occidere Mosen, cognouit quòd illa inuasio angeli erat, propter hoc quòd filius eius non erat circuncisus.*

3 Tetigitque pedes eius. *i. filij sui circuncisi, ad cuius pedes manauit sanguis ex incisione.*

4 Et ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. *i. ferè propter te sponsus meus Moyses fuit occisus. Aliter exponitur*, vt ly eius *referatur ad Mosen, ad cuius pedes proiecit præputium filij sui abscisum dicens:* Sponsus sanguinum tu mihi es. *i. propter te qui es sponsus meus, ne te angelus occideret. sanguis filij mei effusus est. & ista expositio secunda magis concordat literæ sequenti, cum dicitur.*

5 Et dimisit eum postquam dixerat, sponsus. *Quia indignata recessit à Mose, & redyt ad patrem suum cum filijs suis: vt patet ex eo quod habetur infrà .xviij. cap. scilicet quòd Ietro venit ad Mosen in deserto, adducens secum vxorem Mosi & filios eius. placuit etiam Mosi, quòd ipsa redsret cum filijs, quia percepit tunc quòd nõ esset nisi oneri, quantum ad negotium pro quo ibat.*

6 Dixitq; Dominus ad Aaron. *Ex hoc patet, quòd Aaron tanquã propheta habuit reuelationem Domini: hoc etiam patet ex eo quod dicitur. j. Re. 2. e. ad Heli:* Hæc dicit Dominus: nunquid non apertè reuelatus sum domui patris tui cùm esset in Ægypto, &c. *Heli enim descendit de Aaron.*

7 Qui perrexit ei obuiam in montem Dei, &c. *i. in montem Sinai, qui vocatur mons Dei ratione prædicta. xij. cap.*

8 Venerúntque simul. *Hic consequenter describitur accessus Mosi ad terminum ad quem, vbi manifestauit causam aduentus sui: primò sensoribus populi, cùm dicitur.*

9 Et congregauerunt cunctos seniores. *Id est, populi iudices. vt dictum est supra. xij. cap. & postea Aaron, qui erat eloquentior, & habebat vocem magis audibilem, verba quæ dixerat Dominus Mosi proposuit coram populo. & hoc est quod dicitur:* Locutúsque est Aaron, &c.

10 Et fecit signa. *prædicta in principio huius cap. non tamẽ per seipsum, sed per Mosen cuius erat facere signa prædicta coram populo Israël, quòd patet per signum manus suæ factæ leprosæ, & iterum sanatæ, quod non potest dici de Aaron.*

11 Et credidit populus. *Visis signis.*

12 Et proni adorauerunt. *Pro gratiarum actione.*

✠ CAP.

ADDITIO I.

Non videtur rationabile, quòd Moses dubitasset, quòd Deus posset supplere defectum suum. verba enim Domini ad Mosen in hoc capitulo videntur melius exponi conformiter ad prædicta in præcedenti capitulo. Dixerat enim Dominus ad Mosen in sententia, quòd ideo elegerat eum impotentem & insufficientem, vt esset signum, quòd liberatio populi fiebat virtute diuina tantum vt fuit expositum in additione super illud verbum: Hoc habebis sig. &c. *Nunc autem patri ratione respondit ad defectum eloquentiæ, quem Moses allegabat ad excusandum se ab officio sibi iuncto. q. d. Tu scis, quòd ego sum, qui feci os hominis. vnde si vellem te facere eloquentem & disertum in locutione, possem. sed hoc non expedit, ne liberatio populi attribuatur humanæ persuasioni*

ADDITIO II.

In eodem cap. iij. vbi dicitur in postilla: Obsecro inquit Domine, &c.

Quidam Hebræorum specialiter Ra. Sa. aliter exponunt hunc

✠ *passum*

A *passum. scilicet* Mitte quem missurus es. *dicunt enim, quòd Moses non erat introducturus populum in terram promissionis: prout in primo eius reuelatione facta dictum fuit. similiter & credebat quòd alius erat à Deo mittendus in redemptionem finalem, & ideo petebam quòd alter illorum mittendorum mitteretur, quorum vtrunque digniorem se æstimabat: & quia in hoc videbatur contra præordinationem diuinam petere, idcirco sequitur:* Iratus dominus in Moysen. *& secundum hanc expositionem videtur, quòd Moses peccauerit: vnde nec dominus petitionem suam in hoc exaudiuit fuit tamẽ eius peccatum dignum venia, quia magis procedebat ex magna humilitate quam ex incredulitate seu inobedientia.*

ADDITIO III.

In eo cap. iiij. vbi dicitur in postilla: Aliter exponitur, vt ly eius *referatur ad Mosen &c.*

Non videtur bene exponi illud verbũ. Et dimisit eum *de Sephora prout in postilla. nam legitur, infr. xviij. cap. de Ietro, quòd tulit Sephoram vxorem Mosi, quam remiserat. Ex quo patet quòd vxor Moysi non dimisit eum. sed econtra, scilicet, Moses remisit vxorem. Ratio autem huius remissionis habetur in glo. ibidem. scilicet, vt expeditior esset in opere*

in opere domini, vnde per hoc quòd dicitur hîc Dimisit eum. *intelligitur quòd Moyses dimisit filium suum nouiter circuncisum: vt expeditior esset in officio sibi commisso vt dictum est: & ne periclitaretur in via: & per consequens dimisit matrem, eò quòd ei cura nutritionis principaliter incumbebat.* D

REPLICA correctory contra Burgen. In capit. iiij. vbi postillator exponit illud: Dimisit eum Sephora. *vxor Mosi indignata: hic locus breuitate obscurus est, vt dicit beatus Aug. per magistrum histo. allegatus: ideo multipliciter à multis exponitur. Sed cum postillator elegit expositionem glo. interlinearis, Burgen. eum reprehendit ex debili argumento, quod fundat in eo quod infrà. xviij. cap. dicitur: Moses Sephoram remisisse, arguens ex hoc, quòd Sephora hîc Mosen non dimiserit sed potius econtra. Sed hoc argumentum modicum videtur concludere, quia potest vtrumque stare, & quòd Sephora dimisit Mosen, & quòd Moses remiserit Sephoram. Moses sentiens iram vxoris & voluntatem dimittendi eum, non reliquit eam solam vagari cum filijs suis reuertendo in terram Madian: sed assignauit familiam reducentem: & sic remisit eam ne pateretur eius iurgia, & vt esset in negotio commisso expeditior: & tangit glo. loci allegati.* Nota quare vxor dimittenda

CAP. V.

Hom. 3. Allegoricè. a *Dimitte populum meum.* ORIGE. Alle. Non vult Moses vt populus in Ægypto positus seruiat Deo, sed vt exeat in desertum & ibi seruiat. Dum enim quis in tenebrosis seculi actibus manet, & in negotiorũ obscuritate versatur, non potest seruire Deo. *Nõ enim potestis seruire Deo & mammonæ.* Matth. vj. c. Exeundum est ergo de Ægypto. relinquẽdus est mundus, non loco sed animo, si volumus seruire domino. Inde Iohãnes ait. j. Ioh. ij. b. *Filioli nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.*

† festa celebret. b *Quis est dominus.* Superbiam diaboli exprimit, qui subdi Deo contemnens ait

† vel occurrit nobis: quæso Esa. xiiij. d. *Similis ero altissimo.* & quasi de domini natiuitate dubitans, dicit Matth. iiij. a. *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Postea verò quasi coactè dæmones clamauerunt: *quid venisti ante tempus torquere nos?* Matth. viij. d. *Scimus quia es filius Dei.* post tormenta

E

CAP. V.

POst hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, 1 2
& dixerunt Pharaoni: Hæc dicit domi- 3
a ¶ Non in Ægypto. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. j. Iohan. v. b.
nus Deus Israël: Dimitte populum meũ,
vt † sacrificet mihi in deserto, At ille resp 4
¶ Non vult tenebrarum harum rector te abstrahi à tenebris suis, & ad scientiæ lumen adduci. ¶ Hoc respondet, dum in laboribus hominum non est, & cum hominibus nõ flagellatur. ideo tenuit eum superbia. paulo post, quasi emendatus flagellis dicet: Orate pro me ad dominum.
b pondit: Quis est dominus, vt audiam vocem eius, & dimit- 4
a ¶ Sic respondet cruda superbia. ¶ Quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial. ij. Corinth. vj. c.
tam Israël? Nescio dominum, & Israël non dimittam. Di- 5 6
a ¶ Transitorum quorum vnus dicit: aduena sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. 7
b ¶ Christum, qui die tertia resurrexit. In fide trinitatis verum sacrificium offertur. 8
c xerunt: Deus Hebræorũ † vocauit nos, vt eamus

Myslice. C

F

Quæstio

Diuisio

CAP. V.

POst Hæc. *Postquam descripta est prouisio ducis populum Israël de Ægypto educentis, hic consequenter describitur flagellatio regis populum detinentis: & quia illa punitio iudiciaria est ideo præmittitur monitio ex verbis. f. cundo monitio cum signis additis in principio. vij. cap. & tertiò subditur punitio in decem plagis, circa medium eiusdem cap. ibi.* Dixit autem dominus ad Moysen: ingrauatum est &c. *Circa primum primò ponitur monitio, & regis dura responsio, & secundò populi aggrauatio. ibi:* Dixitque Pharao. *Circa primum dicitur sic.*

1 Post hæc. *ad est, postquam populus Israel crediderat Mosi de eius liberatione, vt dictum est in fine præcedentis cap.*

2 Ingressi sunt Moyses & Aaron &c. *Sed quæritur hic, vbi erant senes populi Israel, de quibus dixerat dominus quòd ingrederentur cum Mose ad regem Ægypti, vt dictum est. suprà. iij. cap. Dicunt Hebræi, quòd remanserunt ducti timore regis, & propter hoc impediti sunt accedere ad dominum cum Mose, vt habetur infra. xxiij. cap. Sed hoc videtur falsum, quia Aaron qui hic ingressus est cum Mose, eodem modo tunc impeditus fuit: quia solus Moses accedere iussus est, vt ibidem dicitur & ideo melius dicitur ab aliis, quòd senes ingressi sunt ad regem sicut dixerat dominus, sed solum scriptura facit mentionem*

In cap. vj. vbi dicitur in postilla: Apparui Abraham Isaac & Iacob. *Expositio postillatoris de hoc quod dicitur:* Nomen meum Adonai non indicaui eis, *non videtur consona rationi: nam ad fidei rationem confirmandam assignat duas rationes minus sufficientes. Quarū prima est, quod nomen tetragrammaton fuit patribus ostensum, quantum ad vocem tantum: non autem quantum ad significatum. Mosi vero non fuit solum ostensum quantum ad vocem, sed etiam quantum ad significatum, quod videtur inconuenienter dictum: nam indicare vocem secundum vocem tantum & non significatum modice seu nullius vtilitatis est, cum nomina ad significandum ordinentur, & sic secundum eos patres inutiliter cognouissent hoc nomen. Ratio autem secunda quam assignat ad hoc dicens, quod hoc nomen tetragrammaton fuit ostensum Mosi & non patribus, ex hoc quod fuit ei concessum videre diuinam essentiam nude & clare, non autem patribus, non videtur facere ad propositum: Tum quia aliud est cognoscere nomen proprium Dei, & aliud videre diuinam essentiam. potest enim quedlibet illorum sine alio haberi, vt patet, tum quia Moses quando fuit sibi dictum:* Apparui Abraham, &c. *nondum fuerat sibi concessa visio diuine essentie, nam infrà xxxij. cap. hoc petebat à Deo dicens:* Ostende mihi gloriam tuam. *Vade circa hoc videtur aliter dicendum. Ad cuius declarationem sunt quadam premittēda: Primum scilicet quod secundum D. Tomam tertia parte. quæstio. xliij. arti. j. in cor. Ar.* Facere mira cula. *diuinitus conceditur homini miracula facere, principaliter ad confirmandam veritatem quam aliquis docet: vt dum aliquis facit opera, quæ solus Deus posset facere, credatur ei quòd ea que facit vel docet sint à Deo, vt supra. xiij. cap.* Si non crediderint, *inquit,* tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. *& Iohan. x. g.* Si mihi non vultis credere, operibus credite. *Secundum, quia licet ante tempus Mosi Deus fecerit aliqua supernaturalia* B *scilicet non secundum cursum communem nature, vt de conuersione vxoris Lot in statuam salis, & in subuersione Sodomorum, & huiusmodi, nunquam fuit tamen concessum alicui antiquorum, quod posset miracula facere in nomine diuino, vt crederetur ei in dicendis, sicut Moses cui hoc fuit concessum à Deo, vt in hoc cap. & in quam plurimis sequentibus. vnde licet sanctis patriarcha cognouissent omnipotentiam diuinam, eò quòd multa à Deo facta supra cursum nature viderant visibiliter, vel saltem per fidem cognouerant, de quo dixit,* Apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente. *ad est, non a fuit sibi omnipotentia mea, non tamen Deus eis notificauit hoc nomen Adonai, scilicet concedendo eis potestatem mirabilia facere in hoc nomine sicut Mosi. Ratio autem huius differentie talis est: Nam per Mosen ex diuina ordinatione lex Dei erat danda: vnde Iohan. i. b.* Lex per Moysen data est. *Ad cuius confirmationem ostendit miracula facienda, vt crederetur legislatori: vnde infra Exod. xxiij. g. Viso miraculo fulso in mari rubro legitur.* Vidit Israël manum magnam, *& sequitur:* Et crediderunt Domino, *sed constat quòd Deo secundū significationem huius nominis scilicet Tetragrammaton principaliter pertinet miracula facere, vt patet ex dictis in additione supra cap. iij. in artic. vij. Similiter sub eodem nomine pertinet populum sub lege à Deo data applicari cultui diuino: vt patet in eadem additione artic. ix. & ideo Mosi fuit concessum facere miracula modo prædicto, non autem patribus. & sic intelligendum est quod dicitur:* Nomen meum Adonai non indicaui eis, *scilicet concedendo eis miracula facere, quòd ad Deum pertinet secundum significationem huius nominis sicut & tibi concessi: nec etiam inconuenienter diceretur, quòd nomen tetragrammaton etiam secundum vocē non fuit patribus reuelatum. Quod autem obiicitur à postillatore de hoc quod habetur Gen. xv. b. vbi dicitur:* Ego sum Dominus qui eduxi te de Hur Chaldæorum: *vbi in Hebræo loco huius nominis* Dominus *ponitur tetragramaton, non valet. Nam illa sunt verba Mosi scribentis ea quæ trāsierunt inter Deū* C *& Abraham, quem Deum Moses cognoscebat sub nomine tetragramaton, & ideo sic eum nominabat, non autē Abrahā sub nomine Dei qui eum eduxerat de Hur Chaldæorum. Continuantur autem hec verba. s.* Apparui Abraham, &c. & nomen meum Adonai non indicaui eis, *cum precedentibus & sequentibus secundum hanc expositionem sic: Coquerebatur enim Moses Deo de hoc quòd Pharao petitis se habebat circa populum post eius missionem quam antea. & hoc cum dicitur in fine precedentis cap.* Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem, vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum, &c. *ad quod Deus respondit:* Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni. Per manum enim fortē dimittet eos. *q. d. Obduratio Pharaonis & eius rebellio, de qua tu moleſtaris erit occasio, & ego non ſimpliciter per viā quasi naturalē, ſed potius per potentiam meā potentem, miraculoſeq; operantem eos educam: intantum q. ipſemet eiciet eos de terra ſua, quapropter indicaui tibi nomen meū, ſub quo pertinet ad me miracula facere, quod non feci patribus, quæ quidem edulio miraculoſe erat à Deo intenta: vt ſic populū informaret de poteria & prudentia diuina, vt eſſent apti ad hoc vt aſſumeretur in populū Dei, & hoc eſt quod dicit paucis interpoſitis in eodē cōtexu,* ideo dic *de filiis Iſrael:* Ego Dñs qui educā vos de exgaſtulo Ægyptiorū in brachio extēto & iudi

CAP. VII.

A Quæſt. 17. in Exod. ECce constitui te Dominum, &c. AVG. Notandum, quòd cū ad populū mitteretur nō ei dictum est: *Ecce dedi te Deum populo, & frater tuus Hit tuus propheta,* sed *frater tuus loquetur tibi ad populum.* Dictum est etiam, *erit os tuum, & tu illi in his quæ ad Deū,* non dictum est, *tu illi*

Analogia *Deus.* Pharaoni autē dicitur Moses datus Deus secundū analogiam: propheta Mosi est datus Aaro. sed ad Pharaonē hic insinuatur nobis ea loqui prophetas Dei q. audiunt ab eo, nihilque aliud esse prophetā Dei, nisi enuntiatorē verborum Dei hominibus, qui Deū vel non possunt vel nō merentur audire.

†loquere.

†Pharaonis.

Hom. 8. super Ezechielem. GREG. Aliquando Deus nūcupatiuè, aliquando essentialiter dicitur. Nuncupatiuè, vt hic: *Constitui te Deum Pharaonis.* Et alibi: *Applica illū ad deos.* Et alibi: *Deus stetit in synagoga deorum, &c.* Essentialiter sicut hic: *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob,* quod volens paulus discernere ait. *Ex quibus Christus secundū carnem natus est, qui est Deus bene dictus in secula.* Nuncupatiuè enim dicitur Deus inter omnia. Essentialiter autē super omnia, vt ergo ostenderet Christū naturaliter deum, non tantū Deum, sed Deū super omnia esse momoratur. Iustus enim quilibet Deus est, sed inter omnia quia nuncupatiuè. Christus autē super omnia, quia naturaliter Deus.

Ibſra. 11 b. Pſal. 81. a. B C D E F

Lib. 7. de Trinitate. ✻ HILARIVS Deum Iesum Christum his modis nouimus, nomine, natiuitate, natura, potestate, professione. Ad Mōsen autem dictū est, *dedi te Deū Pharaoni,* sed adiuncta nominis causa. Moyses enim Pharaoni deus datus est, dum timetur, dum oratur, dum vnit, dum medetur.

Lib. de Trinitate. ✻ TERTVLLIANVS. Quæ ratio est, vt cum legant (Iudæi) nomen Dei datum dum dicitur, *Deum te posui Pharaoni,* Christo negetur, qui non Pharaoni Dous, sed vniuersæ creaturæ deus ac dominus constitutus esse reperitur. Et in illo quidē hoc nomen temporatè datum, in hoc profusè: in illo ad mensuram, in hoc supra omnem omninò mēsuram. Non enim ad mensuram, inquit, dat filio pater.

Lib. 2. aduersus Martionem. b *Sed ego indurabo, &c.* ✻ TERTVL. Indurat cor Pharaonis, sed meruerat in exitiū subministrari, qui iam negauerat Deū, qui iā legatos eius toties superbus excusserat, qui iā populo laborē opponeris adiecerat: postremò qua Ægyptius olim Deo reus fuerat gentilis, idololatriæ, ibim & crocodilū citius colens quā Deū viuū.

CAP. VII.

1 a ¶ Vt quicquid volueris præcipias ei sicut Deus imperat creaturæ suæ: sanctis enim adoptione dij sunt: quamuis non natura. ¶ Nuncupatiue.

2 a ¶ Mundi concupiscentia. b ¶ Ostentis signis & portentis vel quam durum sit demonstrabo.

3 ¶ Interpres.

4 a ¶ Ità scilicet. b ¶ Vel implebo. c ¶ Minora. d ¶ Maiora.

5 a ¶ Induratus. b ¶ Potentiam vel filium.

6 a ¶ Quādiu contraxi.

7 a ¶ Filios tenebrarum.

8 a ¶ Potentiam. ¶ Experimento hoc.

9 ¶ Vel præceperat.

10 a ¶ Quis Deum vident non debent remanere in tenebris. b ¶ Contra Pharaonem facta. c ¶ Quasi misericordia est quòd putātur ira: vt sciant Ægyptij quia ego sum Dominus.

11 ¶ Quando in agone huius mundi exerceo.

12 a ¶ Quando ego sanctificor.

13 ¶ Quia ego sanctificor.

14 ¶ Quia ego sanctificor.

15 ¶ Quia ego sanctificor.

16 ¶ Quia ego sanctificor.

17 ¶ Quia ego sanctificor.

18 ¶ Quia ego sanctificor.

19 ¶ Quia ego sanctificor.

20 ¶ Quia ego sanctificor.

Universidad de Navarra
Biblioteca

& fide trinitatis triumphato diabolo mundum repleuit.

A a Quæstio.19. *Cum dixerit vobis,&c.* AVG. Hic non erat opus voce pro cuius gracilitate videbatur Mosi datus Aaron, sed virga erat proiicieda vt draco fieret. Cur hoc ergo Moses ipse nō fecit, nisi quia mediatio Aaron inter Mosen & Pharaonem magnæ fidei figurā gerit. Hoc quoq; notandū, q̄ scriptum est: *Proficit Aaron virgam suam*, forte si dixisset proiice virgam, nulla quæstio esset q̄ verò addit *suam*, cùm eam Moses dederit, nō frustra forsitā dictū est: an erat vtriq; illa virga communis, vt cuilibet eorum diceretur.

†16.9.5.c. nec mirum.

✠ PROCOPIVS. Pœnæ irrogātur numero decem. Denarius enim numer⁹ est perfectus. Sic illi ad summā venerāt vitiorū. Quare meritò tot subiiciuntur pœnis.

In cap.7.

B Verùm pœnæ à consuetis differūt. Deus enim statuit impiorū corrumpere terrā per elemēta, ex quibus constructus est mundus, vt vel his intelligatur, penes quē sit summa rerum. Tres sunt plagæ, quæ eliciūtur ex densissimis elementis, nempe terra & aqua. Tres ex aēre & igne. Septima cōmunicat cum prædictis vtrisque. Tres quæ adhuc restant, vt denarius expleatur, sibi vendicat Deus.

STRAB. Virga Mosi Christū significat, qui ex regali stirpe carnē sumpsit. Vnde eadē virga in colubrū conuersa, oēs virgas maleficorū deuorauit, quia mors Christi mortē nostrā consumpsit.

Hom.4.in Exod.

ORIGENES. Apostolus dicit j. Corint.xiiij.a. *Æmulamini meliora dona alias spiritualia: magis autē vt prophetis.* Tentemus & nos æmulationē bonorum suscipere, à domino verò plenitudinem muneris expectare. Pro hoc enim dicitur. Psal.lxxx.b. *Aperi os tuum & implebo illud.* Pro illo verò punge oculum, & producit lachrymam punge cor, & producit sensum. Puto ergo quòd Moses ad Ægyptum veniens & virgā ferens, qua castigat & verberat Ægyptum decē plagis, lex Dei sit, qua mundum decem plagis, id est, decē mandatis decalogi corripiat & emendet. Virga qua hæc geruntur & Ægyptus subigitur, & Pharao supueratur, crux Christi est, per quam mundus & princeps mundi superatur id est, diabolus cum principibus & potestatibus. Virga proiecta fit draco vel serpens & deuorat Ægyptiorū magorum serpētes. Serpens verò pro sapientia vel prudētia poni solet. vnde Matth. x.b. *Estote prudentes sicut serpentes, &c.* Et Gen.iij a. *Serpens erat prudentior cunctis animalibus,&c.* Crux ergo Christi cuius prædicatio stulta videbatur quā Moses. i. lex continet, secundum illud Iohan.

C

a raonem. Dixitq; dominus ad Moysen & Aaron: Cùm dixerit 1
a ¶ Crucem.
vobis Pharao, ostendite signa: dices ad Aaron: Telle virgā 2
a ¶ In fide audientium. b ¶ Sapientiam. 3
tuam, & proiice eam coram Pharaone, ac vertetur in colu- 4
brum. Ingressi itaq; Moyses & Aaron ad Pharaonē, fecerunt 5
sicut præceperat dominus, † Tulitque Aaron virgam coram
a ¶ Hoc est primum signum.
¶ Prædicatio crucis stulta videbatur: sed postquam venit ad fidem hominum sapientia intelligitur.
Pharaone & seruis eius: quæ versa est in colubrum. Vocauit 6
autem Pharao sapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipsi 7 8
¶ Dæmones.
per incantationes Ægyptias & arcana quædam similiter. 10
a ¶ Astutias mundi. b ¶ Minores serpentes: speciem scilicet pro specie posuit.
Proiecerúntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in drā- 11
¶ Crux Christi, qui est facer dos in æternum. ¶ Sapientia mundi, quæ inimica est Deo, Roma. viij. b.
cones: Sed deuorauit virga Aaron, virgas eorum. 12

Iohā v.g. *De me enim ille scripsit:* postquam in terra proiecta est. i. ad fidem hominum venit: conuersa est in sapientiā: & in tantam quæ omnē sapiētiam Ægyptiorū, id est, huius mundi deuoraret. Intuere enim quomodo stultā Deus fecit sapientiam huius mūdi. Postquā manifestauit Christum crucifixum esse Dei virtutē & sapientiā: & vniuersus iam mundus comprehensus est ab eo, qui dixit. j. Corinth. iij. d. *Comprehendam sapientes in astutia eorum.*

b *Tulitq; Aaron &c.*

ISID. Tulitq; virgam coram Pharaone & seruis eius: quæ versa est in colubrum. Vocauit autem Pharao sapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptias & arcana quædam similiter. Proiecerúntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: Sed deuorauit virga Aaron, virgas eorum. Intelligendum est, quòd Aaron, *virga Moysi* dicitur, quia ipse per virgam operabatur. Virga enim Moysi in draconē versa, magorū absorbuit virgas Christus post gloriæ suę dignitatē *factus obediens vsq; ad mortem*, per ipsam mortē carnis cōsumpsit aculeū mortis, secundū illud Osee.xiij.d. *Ero mors tua ô mors, &c.*

†Proiecit.

c *Quæ versa est, &c.* Lex Moysi quasi insipida erat vt virga, sed versa in colubrum, id est, in spiritualem intelligentiam, potabilis effecta est & delectabilis.

d *Vocauit autem Pharao sapiētes, &c.* Sciendū quia vel diabolicis figmentis spectātium oculos deludebant, vt res in sua natura manentes aliud viderētur. Vel secundum Aug. Dæmones quamuis mali naturam suam nō amiserunt. ideo dum per incantationem eorū malefici aliquid efficere conātur, discurrunt per mundum, & subitò semina eorū, de quibus hoc agitur, afferūt. Sicq; ex illis permittere Deo nouas rerum species producunt.

e *Similiter.* In prima plaga dicit cùm aqua vertitur in sanguinē. & in secunda, cùm ranæ ebulliunt: & in tertia cum ciniphes inguuntur: in quarta, cùm cynomia educitur: in quinta, cùm manus domini fit super pecora Ægyptiorum dicuntur similia.

f *Dracones.* Aporou dorce dicuntur. i. videre, quia vident acutius cæteris animalibus.

g *Sed deuorauit, &c.* AVG. Si dictū esset. Absorbuit draco Aaron virgas eorū. Intelligeretur verus draco Aaron fantastica figmenta non absorbuisse, sed virgas. Hoc enim potuit absorbere quòd

Quæst.11.

erant,

NICOLAVS DE LYRA.

✠ triū, quando locuti sunt ad Pharaonē. *Hoc dicitur ad ostendēdum q̄ non mouebatur ex passione iuuenili, sed ex magna maturitate.*

1 Cum dixerit vobis Pharao, ostendite signa, &c. *diuina virtutis declaratiua, quia aliter reputaret eos mēdaces, nisi de sua legatione possent signa ostendere.*

2 Dices ad Aaron. *hoc autem factum est, quia Moses diu fuerat absens de Ægypto, ideo credere poterant Ægyptij q̄ tunc fuisset imbutus magicis artibus. & ideo si manu sua, precisset virgā, quæ versa est in colubrū, potuissent hoc imputasse magicis artibus. Sed Aarō in iuuētute moserat in Ægypto, vbi artes magicas addiscere nō potuisset, nisi de voluntate & scitu Ægyptiorū. & ideo nō poterant eū ita fuisse eis habere.*

3 Tollo virgam tuam, &c. *Ista virga aliquando dicitur virga Dei, quia de præcepto Dei fuit apportata in Ægyptū, & quia in ea fiebant signa virtutis Dei ostensiua. Aliquādo dicitur virga Moysitum quia eam tenebat Moses quādo dominus apparuit ei in rubo: tum quia Moses in ea fecit multa signa. Dicitur etiam aliquando virga Aaron, vt hic patet. quia in ea per manum Aaron facta sunt signa aliqua.*

4 Ingressi itaque Moses & Aaron ad Pharaonem. *Hic consequēter describitur prædictæ monitionis executio, cùm dicitur:* Ingressi itaque: *constanter ad exequendum Dei mandatum.*

5 Tulitq; Aaron virgam coram, &c. *vt viderent manifestè, quòd non*

non erat factum Mosi, sicut artem magicam imponebant.

6 Quæ versa est in colubrum. *non secundum apparentiam tantū, sicut virgæ magorū, vt dicetur infrà sed secundum veritatem. Conuersio enim virgæ Aarō, qua facta est ad declarationē diuinæ virtutis, debuit esse dissimilis cōuersioni virgarū ipsorū magorū, non solum quantum ad virtutē facientem sed etiam quantum ad rei factæ veritatem.*

7 Vocauit autem Pha. sapien. *philosophos, quia qui modò dicuntur philosophi, antiquitus sapientes vocabantur. Pythagoras enim primus fecit hanc nominis mutationem. cùm enim arrogantissimum sibi videretur, quòd se diceret sapientē, inquisitus de sua conditione, non respondit se esse sapientem sed philosophum, id est sapientia amatorem.*

8 Et maleficos. *id est, magicis artibus imbutos.*

9 Et fecerunt etiam ipsi per incan. Ægy. *licet fierent virtute dæmonum, vocantur tamen Ægyptiaca: tum quia in Ægypto docebantur: tum quia Ægyptij talibus vtebantur.*

10 Et arcana quædā, &c. *quod dicitur: tum quia tales incantationes in silētio proferuntur: tū quia effectus earū ex virtute occulta procedūt. Isti autē talia facientes fuerūt Iamnes & Mābres, vt dicit Apostolus. ad Timo. iij. b.* Sicut Iamnes & Mambres restiterūt Moysi, &c.

11 Proiecerūtq; singuli virgas suas: quę versæ sunt in dracones. *non secundū veritatem, sed secundū apparentiā tantum, vt videbitur.*

12 Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. *& illud fuit secun-*

✠ *dum*

MORALITER.

Allegorice. 5 *Tulit Aaron virgam suam. &c.* Per virgā doctrina significatur, cō q̄ antiquitus in signum doctrinæ à doctoribus portabatur.

6 *Quæ versa est in colubrū.* s. verum secundum Aug. & ideo per hanc virgā significatur doctrina sacra, quæ merā cōtinet veritatē. Per virgas autē magorū quæ versæ sunt in dracones, non veros, sed apparētes tātùm significatur doctrinæ falsæ & superstitiosæ.

12 *Sed deuorauit virga Aaron virgas eorū.* Per quod significatur,

✠ quòd

erant, non q̄ videbantur & non erant. Sed quia dixit *absorbuit*

A *Virga Aaron, virgas illorum:* draco potuit absorbere virgas, non virga: sed eo nomine dicta est res. Vnde versa est, quia in id etiā reuersa est. Ideò hoc vocari debebat qd̄ principaliter erat. Quid ergo dicendum est, de virgis magorū? An veri dracones facti fuerāt, sed simili ratione virgę dicuntur? An potius videbātur esse q̄ non erant ludificatione venefica? Cur ergo ex vtraq; parte virgæ dicuntur & dracones, vt do figmētis illis nihil differat loquendi modus? Sed mōstrare difficile est. Quoniā etiam si veri dracones facti sunt ex virgis magorū, non fuerunt tamen creatores draconū, nec magi nec angeli mali, quibus ministris illa fiobant. Insunt enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quædā occultæ seminariæ rationes, quibus cùm data fuerit opportunitas temporalis, atq; causalis prorumpunt in species debitas suis scilicet modis & finibus. Nec dicuntur qui faciunt ista, animalium creatores, sicut nec agricolæ segetū vel arborum vel huiusmodi, quāuis prębebāt qualdā visibiles opportunitates & causas nascendi. Quòd autem isti faciunt visibiliter hoc angeli inuisibiliet. Deus verò solus creator est vetus, qui

† locutus fuerat.

De virgis magorum.

B causas ipsas & rationes seminarias rebus inseruit.

Ex cathena Græca.

✠ GRÆCVS. Præstigiæ pro miraculis habebantur. Efficacia tamen impostura coarguit, quod virgæ nihil præter speciem haberent, quæ insipientum oculos facile decipere posset. D

✠ CHRYSOSTOMVS. Poterat Deus magos ab initio prohibere, sed id facere recusauit, quia longè illustrior est *illa* victoria, cùm qui ex aduerso pugnā ineant, non defuerint, Idcircò & diabolū vt se tentaret permisit, vt cum deuictum cerneret, contraq; homines ipsos aduersus illum coronam adeptos.

✠ HVGO A S. VICTOR. Vocauit Pharao sapiētes & maleficos. Et in hoc & in aliis sequētibus mira

a Induratúmque est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut † 1
¶ Cui debuit emoliri.
præceperat dominus. Dixit autē dominus ad Moysen: Ingra- 2
¶ Vnde: Et cor eius indurabitur quasi lapis. Iohan. xij. c.
uatum est cor Pharaonis, non vult dimittere populum: Va- 3

a *Induratúmque est cor Pha. &c.* quia imputatur factum illud artibus magicis. Ad maiorē intellectum prædictorū quæritur virum virtute dæmonū, qua magi vtuntur, potuit fieri cōuersio virgarum in dracones? & videtur q̄ non, quia aut hoc est secundū veritatem, aut secundum apparentiam tantum: non primo modo, quia materia corporalis non subest virtuti dæmonis quantum ad transmutationē ipsius ad formam. secundum quod dicit Aug. in. de Trinitate, dicens: Non est putādum istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materia sed soli Deo. Nec secundo modo, quia sensus naturaliter & ordine naturæ immutatur à sensibilibus. sed dæmon vel angelus non potest propria virtute naturæ ordinem immutare, quia tunc posset facere vera miracula, quod est falsum ergo, &c. Resposio virtute dæmonum non potuerunt conuerti virgæ in dracones secundum veritatē, cuius ratio est, quia in compositis ex materia & forma, materia non fit per se nec forma. sed totum cōpositum, & ideo totum transmutatur in totum, vt ex toto aēre fit totus ignis, quando aēr conuertitur in ignem, vt dicitur in libro de generatione: effectus autem assimilatur agēti, & in ipso præexistit saltem virtualiter: & ideo cōpositum ex materia & forma naturali non potest produci nisi ab agente composito ex materia & forma, vel nisi habeat totum compositum in virtute sua: angelus autem est forma simplex non habens materiam partem sui, nec etiā habet eam in virtute sua, sed solus Deus potest eam producere, & ideo virtute dæmonis non potest aliquod compositum ex materia & forma produci, licet in eo remanserint naturalia integra: conuersio autem virgæ in serpentem includit compositum ex materia & forma naturali productione ergo, &c. Potuit tamen prædicta conuersio fieri secundum apparentiam: quia licet materia corporalis non subiaceatur virtuti angelicæ quātum ad transmutationem prædictā subiacitur tamen ei quantùm ad motum localem, vt ab omnibus conceditur, & ideo dæmones propria virtute dimissi potuerunt virgas à magis proiectas per motum E localem imperceptibiliter sensui humano tollere: & loco earum serpentes aliunde apportatos, vel ibidem generatos, non virtute dæmonis, sed agentis naturalis, sicut dicetur infrà) supponere. videmus enim q̄ aliqui mimi per subtilitatem manuum & localem motū aliqua sic trasmutāt, quod homines nō percipiunt: & multo fortius dæmones, quorum subtilitas & celeritas in motu locali maior est quasi incomparabiliter, hoc possunt & multa maiora. Item quia abeuntibus sensibilibus remanēt phantasia & imaginationes: vt dicitur. 3. de anima. inde est, q̄ ex motu locali formarum sensibilium remanentium in virtute phantastica cum humoribus in quibus sunt vt in subiecto, apparet aliqua quæ non sunt. Vnde dicit Philosophus lib. de som. & vig. quòd descendente plurimo sanguine ad principium sensitivum, simul descendunt formæ imaginatæ, & sic videntur aliqua quæ non sunt, sicut accidit somniātibus, & isto modo possunt dæmones commouere humores interiorum sensuum & exteriorum, & sic possunt ad organa sensuum aliquas formas reducere, ac si venirent ab extra, non solum in dormientibus, sed etiam in vigilantibus. & sic videntur eis aliqua esse extrà, quæ tamē non sunt, & hoc modo poterant facere, quòd viderentur virgæ conuersæ in dracones, & tamen de hoc nihil esset extrà secundum veritatem. Tertium autem modum addunt aliqui dicentes, quòd dæmones per motum localem possunt applicare actiua naturalia passiuis, & sic frequenter effectus naturales, sicut applicatio lignis ad ignem per manū hominis generatur ignis in materia lignorum, illa tamen generatio est ab igne, sicut ab agente proprio, ab applicante ligna ministerialiter tantum. sed licet hoc sit verum, tamen non habet locum in proposito, quia licet ex virgis possent generari serpentes per agens naturale, hoc tamen esset per multas transmutationes, & longo tempore, non ita F subito. Poterant tamen dæmones materiam existentem in propinqua dispositione ad formam serpentis supponere proprio actiuo, & sic citò generarentur, & in loco virgarum per dæmones supponerētur. Ex prædictis patet ad illud quod obijciebatur, quia per modos prædictos dæmones non transmutant materiam ad formam naturalem, nec mutant naturæ ordinem.

Quæstio. 1 Induratúmque est cor Pha. &c.

Cap.7.& 8.

Quomodo magi virgas mutarunt.

2 Dixit autem dominus ad Mosen, &c. *Præmissa virgæ monitione, hic consequenter describitur inflictio pœnæ, & dicitur in x. partes secundum numerum. x. plagarum Ægyptiis inflictarum. partes patebunt prosequendo. Considerandum etiam quòd Sap. v.d. dicitur:* Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, *& ideo ista plaga inflicta sunt à Deo ministerio quasi omni generis creaturarum scilicet quatuor elementorum corporum cælestium, hominum, & angelorum, vt patebit prosequendo. Duæ autem primæ factæ sunt in elemēto aquæ, & quantum ad primam præmittitur comminatio, & subditur inflictio ibi:* Dixit quoque dominus. *Circa primum dicitur sic.*

Diuisio.

3 Ingrauatum est cor, &c. *Ac si dicatur, ex quo contempsit monitionem, procedendum est ad pœnæ inflictionem.*

✠ 1 Vade

MORALITER.

✠ quòd doctrina sacra condemnat doctrinas falsas & superstitiosas: & quicquid in doctrinis aliis sibi contrarium reperitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ a *Ecce egredietur,&c.* ORIGE. Primo quidem nō intrat Moses ad Pharaonē, sed occurrit ei exeūti ad aquas: postea verò intrat: post hæc nec intrat, sed accersitus accedit: quia siue nobis in verbo Dei, & assertione religionis certamen est cum Pharaone, siue obsessas ab eo animas eripere conamur: & est in nobis in disputatione luctamen nō primo fronte ingredi debemus ad vltima quæstionum locū: sed occurrendū est nobis aduersario, & ad aquas suas. i. autoritates gentium philosophorū, vt ipsos primo arguamus & errasse doceamus, deinde ingrediendū ad interiora certaminis. Dicit enim dominus. *Nisi quis prius alligauerit fortem, non potest intrare in domū eius & vasa eius diripere.* Prius ergo ligandus est fortis & quæstionū vinculis cōstringendus, & ita introeundum ad diripienda vasa, & liberāda animas quas deceptiōe & fraude possederat. Quod cū sæpius fecerimus, & sterimus cōtra ipsum succincti, & lumbos in veritate, & stantes in domino, & viriliter agentes, artifex antiquus & calidus victū se simulabit & cedere, vt negligentiores nos faciat ad certamen. Pœnitentiā quoque simulabit, deprecabitur nos discedere: sed non longe, vult nos aliqua parte sibi esse vicinos. Sed nisi ab eo longius recedamus, & mare transeamus, & dicamus cogitatione, locutione, & opere, quātum distat ortus ab occidente, tātum fecit à nobis iniquitates nostras, salui esse non possumus. Oremus ergo misericordiā Dei, vt & nos oriatur de terra Ægypti, do potestate tenebrarū, & Pharaonē cum exercitu suo tanquam plumbū demergat in aqua vehementissima. Nos autē liberati cum gaudio & exultatione hymnum cantemus domino. Gloriosè enim honorificatus est, &c.

Homi. 4. Moraliter.

b *Ecce percutiam virgā, &c.* ✠ PROCOPIVS. Pœnę quę primò irrogātur, petūtur ab elemēto aqueo. Siquidē Ægyptij maximis & diuinis honoribus coluerūt aquā, statuentes ipsam esse principiū vniuersi. Proinde aqua primò affliguntur, vt discāt, quā vanę rei seruiāt, & ad verā religionē hinc correcti profiscīcātur. Vel fortasse hāc pœnam primò inducit, quod plurimūm suo gaudebant & triūphabant flumine, quasi ob id nec cœlo nec aqua profluente opus haberent. Præterea cum in id mādauerint precipitandos Hebręorū infantes, & tādem diuina virtute versum sit in cruorem, satis redarguit, & in mentem illis reuocat crudele & immane edictum. Deinde quia flumen infectum fuerat innoxio infantium cruore, meritò in sāguinē mutatum est. Nam ad Deum vociferabatur infantium sanguis.

in cap. 7.

ISIDOR. Plagæ in Ægypto corporaliter gestæ sunt, sed in nobis spiritualiter gerūtur. Ægyptus enim seculi forma est.

c *Aquam fluminis, &c.* STRA. Aqua in sanguinem versa mūdanam sapiētiam significat, in qua omnis qui manserit necatur, sicut in sanguine piscis. Mundana enim sapientia stultū putat, Deum pro hominibus mori, huic ergo quicunq; adhęserit viuere nō poterit.

ORIGEN. Aqua fluminis vertitur in sanguinē, cui Hebręorum pueros tradiderant necandos, vt autorib⁹ sceleris poculū redderet sanguinis: & cruorē polluti gurgitis quē parricidali cēde maculauerant, portando sentiret. Alleg. quoq; aquæ Ægypti, erratica & lubrica philosophorum dogmata sunt, quæ paruulos sensu & intelligentia decęperunt. at vbi crux Christi lumē veritatis ostendit, necei suorum in pœnas & reatū sanguinis exiguuntur. Vnde *Omnis sanguis qui effusus est super terram, requiretur à generatione hac.*

d *Quæ versa, &c.* RABBANVS. Primū præceptū do colendo vno Deo non erunt tibii dii alij præter me. prima plaga aqua in sanguinem versa. Cōpetentissimum præceptum primæ plagę, aqua de qua generantur omnia significat vnum Deum, ex quo omnia. Sanguis, carnem mortalem. Aqua ergo versa est in sanguinem, quia *commutauerunt gloriam Dei incorruptibilis in similitudinem imaginis corruptibilis hominis,* & hæc quidem commutatio fit in corde impiorum.

e *In sanguinē, &c.* Quia qui in rerum causis carnaliter sentiūt, ☞ huiusmodi

a ¶ Studiosè, & quasi primo mane aggrediendus est diabolus. b ¶ Ad populos decipiendos 1
causa expatiandi. c ¶ Resistes.

de ad † eum mane. Ecce egredietur ad aquas. Et stabis in oc- 2 3
¶ Non tu. ¶ Nisi. a ¶ secularis. ¶ Fidem crucis.

cursum eius super ripam fluminis, & virgam quæ conuersa 4
¶ Opere.

est in draconem, tolles in manu tua, dicesq; ad eum: Domi-
a ¶ Prædestinatum.

nus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens: † Dimitte pō-
a ¶ Immola Deo sacrificium laudis, Psalm. xlix. c.
b ¶ Inquiere & silentio.

pulum meum, vt † sacrificēt mihi in deserto, & vsq; ad præ- 5
¶ Obedire. ¶ Quasi in arbitrio tuo fuit vel tenere, vel dimittere. ¶ Experieris.

sens audire noluisti. Hæc igitur dicit Dominus: In hoc scies,
¶ Cui resistere nemo potest.

quòd Dominus sim: Ecce percutiā virga, quæ in manu mea 6
a ¶ In qua enecauerunt paruulos Hebræorum: vt biberent sanguinem quem fuderunt.

est, † aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. Pisces quoq;
qui sunt in fluuio, morientur: & † computrescent aquæ, & †
affligētur Ægyptij, bibentes aquam fluminis. Dixit quoque
Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Tolle virgam tuam, &
¶ Manifesta potentiam.

extende manum tuam super aquas Ægypti, & super fluuios
eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum: vt vertantur in sanguinem, & sit cruor in omni terra Ægypti, tam
in ligneis vasis, quàm in saxeis. Fecerunt́q; ita Moyses & Aa-
a ¶ Crucem.

ron, sicut præceperat dominus. † Et eleuans virgā percussit 7
a ¶ Philosophorum dogmata. b ¶ Vnde Matth. xxiij. d. Omnis sanguis qui effusus est super terram requiretur à generatione hac.

d aquam fluminis cōram Pharaone & seruis eius: Quæ versa 8
e a ¶ Mortem bibentium. b ¶ Homines. c ¶ Philosophico dogmate.

est in sanguinem, & pisces qui erant in flumine, mortui sunt: 9
cōputruitq; fluuius, & non poterant Ægyptij † bibere aquā † 10

erratica & lubrica philosophorum dogmata sunt, quæ paruulos sensu & intelligentia decęperunt. at vbi crux Christi lumē veritatis ostendit, necei suorum in pœnas & reatū sanguinis exiguuntur. Vnde *Omnis sanguis qui effusus est super terram, requiretur à generatione hac.* Matt. 23. d.

d *Quæ versa, &c.* RABBANVS. Primū præceptū do colendo vno Deo non erunt tibii dii alij præter me. prima plaga aqua in sanguinem versa. Cōpetentissimum præceptum primæ plagę, aqua de qua generantur omnia significat vnum Deum, ex quo omnia. Sanguis, carnem mortalem. Aqua ergo versa est in sanguinem, quia *commutauerunt gloriam Dei incorruptibilis in similitudinem imaginis corruptibilis hominis,* & hæc quidem commutatio fit in corde impiorum. Mystice Credę in vnum Deū.

e *In sanguinē, &c.* Quia qui in rerum causis carnaliter sentiūt, ☞ huiusmodi

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vade ad eum mane. *Quia illa hora homines sunt magis dispositi ad accipiendum ea quæ rationabiliter dicuntur, vt sic minus sit excusabilis Pharao mandatum meum repellendo.*

2 Ecce egredietur ad aquas. *In egressu autem de domo regia poterat magis haberi accessus ad regem.*

3 Et stabis in occursum eius. *Constanter & intrepidē.*

4 Super ripam fluminis. *Quia pœna infligenda erat per flumen.*

5 In hoc scies quod dominus sim. *Per experientiam pœnæ inflictæ ā me.*

6 Ecce percutiam, &c. *Non dixit percutiam manu mea, quia illa percussio facta fuit per manum Aaron sicut patet infrà, cum dicitur:* Quare Aarō percutit flumen. Dic ad Aaron: Tolle virgā tuam. *Causa autē quare factum est illud per manū Aaron, supradicta est: quia non poterat sic haberi suffectus de arte magica ab Ægyptiis sicut Moses. Aliam causam assignant Iudæi, dicentes, quod quia Moses fuit saluatus & exiactus de flumine adeo non debuit manu propria percutere flumen, conuertendo in sanguinem.*

7 Percussit aquā, &c. *V. viderent quòd pœna esset à Deo inflicta eo modo quo fuerat prædicta.*

8 Quæ versa est, &c. *Et sic pœna correspondet culpæ, qua pueros extinxerāt in flumine.* Anima enim omnis carnis in sanguine est, *vt dicitur, Leuitic. xvij. d.*

9 Et pisces qui, &c. *Quia non possunt viuere in sanguine.*

10 Computruitq; fluuius. *Fœtor enim intolerabilis exhalabat inde propter mortem piscium.*

✠ 1 Fecerunt́q;

MORALITER.

✠ 6 Ecce percutiam virga, &c. *Per aquam in sanguinem versam intelligi potest sapientia malignantium, qua Iac. iij. d. dicitur terrena animalis & diabolica: & ista tota conuertitur ad innocentium sanguinem extrahendum per malitias & fraudes exquisitas.*

7 Percussit aquam, &c. ALLEGORICE. *Per hanc aquam significatur sapientia Scribarum & Phariseorum, qua totaliter versa fuit ad Christi sanguinem effundendum.*

† Et non poterant Ægyptij bibere aquam, &c. *per Ægyptios autem qui tenebrosi interpretantur, dæmones significantur, qui fuerunt afflicti ex effusione sanguinis Christi, eò quòd per hoc sancti patres de inferno fuerunt liberati similiter Iudæi in sua malitia obtenebrati, propter dicta effusionē fuerunt grauiter afflicti. Nā in vindictā mortis Christi fuerūt per Romanos partim occisi, & partim captiuati.*

✠ MORAL.

☞ huiusmodi correptio A nibus arguūtur, vt ex qualitate pœnarum agnoscant suum errorem.

† locutus fuerat.

Quæstio. 22.

a *Et induratū est cor Pharaonis.* AVG. Vide

† suum ad hoc. i. nec mouebat eū tantum periculum.

b tur ꝓterea cor Pharaonis induratū fuisse, quia incantatores Ægyptiorum similia fecerunt. Sed sequentia docēt quanta fuerit † etiam hac vice. Foderunt autem omnes Ægyptij per circumitum fluminis aquam vt biberent. Non enim poterant bibere de aqua fluminis. Impletiq; sunt septem dies, postquā percussit dominus fluuium.

illa obduratio etiā cum incantatores defecerunt.

1 fecerunt.

b *Foderūt autem, &c.* Quia gentilitas confusa de meditatione secularis philosophię cum videt nihil vitale nec salubre esse in illa: studet inuestigando circumquaq; quærens hausturn sapientiæ, nec inuenit: donec perueniat ad eum

2 quī ait. Iohan. vij. f. *Qui sitit, veniat ad me & bibat.*

D

✠ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

Quæstio an omnis aqua in sanguinē.

✠ 1 Fecerúntque, &c. *Sed quæritur vnde habuerunt aquā conuertendam in sanguinem? Dicunt Hebræi quòd non omnes aquæ Ægypti fuerunt conuersæ in sanguinē, sed sola aqua fluminis, & quæ inde manabat ad riuos & paludes, & quæ inde hausta fuerat in vasis, præter hanc autem erant aliquæ aquæ fontium in Ægypto, quæ non erant conuersæ in sanguinem: & inde fuit apportata magis: sed hoc videtur contrariari textui præcedenti, vbi dicitur:* Extēde manum tuam sup aquas Ægypti, &c. *Ex quo videtur q̄ omnis aqua Ægypti conuersa fuit in sanguinē. Item infra dicitur.* Foderunt Ægyptij per circumitum fluminis aquā vt biberent: *non tamen inuenichant nisi sanguinem, vt dicit Iosephus. Si autem habuissent fontes aquas potabiles, non* B *est verisimile, q̄ fodissent iuxta fluuium in sanguinem conuersum. Doctores autē nostri cōmuniter dicunt, q̄ fuerit apportata de terra Gessen, vbi habitabant filij Israel, & quod prædicta plaga non fuit ibi. Sed hoc est contra hoc quod hic dicit Iosephus. quod ille fluuius ita ibi conuersus fuit in sanguinem sicut & alibi: & hoc videtur verū, quia aliter Ægypti, qui cum Hebræis manebant in terra Gessen, nō fuissent afflicti in illa plaga. Quòd autem Ægyptij manerēt cum Hebræis, videtur ex hoc quòd dicitur infra xij. c. Quod acceperunt vasa aurea & argentea mutuò à vicinis. erat tamen aqua potabilis filiis Israel, quia statim cum hauriebant, reuertebatur ad naturam propriā, & ideo melius videtur dicendum, q̄ ministerio dæmonū fuit apportata ipsis magis de terra, quæ est extra terram Ægypti, quod possunt facere mira celeritate.*

2 Impletiq; sunt septem dies postquam percuss. &c. *quibus dura uit plaga illa antequam fluuius ad naturam propriam reuerteretur.*

✠ CAP.

ADDITIO I.

In cap. vij. vbi dicitur in postilla: Dices ad Aaron.

Ratio quam assignat postillator ad hoc q̄ in hoc signo. s. virgæ versæ in colubrū, Aaron proiecit virgam & non Moses, non videtur sufficiens. Tum quia licet de Mose probabilius suspicaretur, q̄ esset artibus magicis imbutus, quā de Aaron, nihilominus poterant suspicari quòd Moses insteruxisset ipsum Aaron de ipsa electione per artē magicam, quā sic diceretur nouisse. Tum quia in aliis plagis legitur quòd Moses extendit virgā & non Aaron, vt patet in septima plaga. s. de grandine infrà. ix. c. quòd non debuisset facere Moses, sed Aaron si prædicta ratio postillatoris valeret. Sed circa hoc videtur quadam prædictorum series attendenda. Pro quo sciendum, quòd tanta humilitas erat Mosi, quòd non poterat sentire, quòd ipse esset idoneus nuntius ad istam liberationem. Vnde de hoc nunquam præbuit assensum, assignans defectum suæ eloquentiæ, donec Deus assignauit sibi Aaron fratrem suum in socium, sic, vt Aaron loqueretur populo, non autē Moses, vt patet suprà iij. cap. consequenter tamen Deus mandauit ipsi Mosi, quòd loqueretur filiis Israël certificando eos de redemptione sua, quod, non fecit C *sine interpositione ipsius Aaron, cuius Mosidictis non crediderunt ex angustia spiritus, vt suprà vj. c. Consequenter autem in eodem Deus mandauit Mosi, quòd loqueretur Pharaoni de hac materia: qui respondit more solito se excusando.* Ecce filij Israël non audierunt me, & quomodo audiet me Pharao, &c. *arguens à fortiori, & tunc Deus comisit illam liberationē Mosi & Aaron similiter, vt patebat ibidem. Circa quod introduxit genealogiam vtriusque q. d. quòd Aaron esset equalis ipsi Mosi in hoc officio explendo, & hoc, vt Moses non excusaret se, sed magis inanimaretur ad acceptandū. Vnde genealogia expleta statim subditur:* Iste est Aaron & Moyses quibus Deus præcepit, vt educerent filios Israël de terra Ægypti, &c. *& quia consequenter in fine istius septimi cap. dominus ad Mosen singulariter loquens, ait:* Loquere ad Pharaonem regem Ægypti omnia quæ loquar tibi. *non faciendo mentionem de Aaron statim Moses allegat de se tum sicut suprà. Vnde dixit Moses coram domino:* En incircuncisus labiis sum: quomodo audies me Pharao. *q. d. quomodo mittis me sine socio prædicto, cum sim inhabilis ad quod Deus qui humilia respicit, & humilibus dat gratiam, cōtinuè declarauit. quod illa humilitas Mosi merebatur exaltari. Vnde sequitur in prin. xvj. ca.* Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus. *q. d. non prætermitto Aaron, eò quòd nolim eum mittere secum. sed volo quòd in altiori gradu sis. Vnde sicut propheta annuntiant verba de hominibus qui Deum non possunt vel non merentur audire, vt in gl. sic, vt constitui te Deum Pharaonis scilicet quòd Pharao cōmuniter non audiat verba tua, sed ipsius Aaron interpretis seu prophetæ tui. Vnde sequitur:* Tu loquere omnia quæ mando tibi, ille *s. Aaron loquitur ad Pharaonem, & eadem ratione infrà eo. cap. dicit:* Cum dixerit vobis Pharao: ostendite nobis signa, dices ad Aaron: Tolle virgam tuam, &c. *hoc est dicere: Tu mandabis Aaron non solum verba quæ dicturus sum: sed signa quæ etiam sunt facienda, fient per eum sicut per prophetam fiunt miracula à Deo ordinata. Et nota, quòd ex prædicto processu inter Deum & Mosen habentur duo. Primum, magna humilitas ipsius Mosi, quæ maxime pertinet ad illum qui dicitur esse rector populi, iuxta illud Matt. xx. d.* Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. *Secundum verò est. prouidentia diuina quæ communiter exaltat humiles.*

ADDITIO. II.

In cap. vij. vbi dicitur in post. Ad maiorem intellectum prædictorum quæritur vtrum virtute dæmonum.

Nullus illorum modorum, quos postillator assignat, consonat literæ: nam si magi Pharaonis serpentes aliunde virtute dæmonum apportauerunt, vel ibidem generatos non ex virgis, sed ex aliis rebus supposuerunt, tunc virgæ eorum non fuerunt versæ in dracones, quod tamen littera protestatur, dicens: Proiecerúntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones. *Similiter si illi serpentes erant tantum secundum apparentiam & non secundum rem, non est verum quòd virgæ fuerunt versæ in serpentes. Vnde melius videtur dicendum q̄ dæmones Deo permittente subito talia seminalia rerum adhibuerunt, per quæ virgæ sine multis transmutationibus & sine temporis mora percepti bili verterentur in dracones: & hoc virtute naturali talium seminalium rerum à quibus talis conuersio sicut ab agente proprio creatur, à dæmone tamen applicatiue & mysterialiter tantum: & sic est verum quod litera sonat scilicet quòd proiectæ virgæ singulorum scilicet magorum versæ sunt in dracones. Si autem dicatur, quod non reperitur in creaturis aliqua virtus naturalis, quæ virgam conuertat in serpentem, sine multis transmutationibus intermediis, quæ requirunt magnam moram temporis. Ad hoc dicendum secundum sanctum Thom. in j. parte. q. cx. art. vl. in responsione ad vltim. quòd non omnis virtus naturæ creatæ est nobis nota. & ideo cum aliquid sit præter ordinem naturæ creatæ nobis notæ sicut in hoc loco modo prædicto, miraculum posset dici non simpliciter, cum non sit contra ordinem totius naturæ creatæ nobis notæ, sed quo ad nos qui huiusmodi virtutes in elementis mundi latentes ignoramus: & hoc videtur sentire Aug. qui in hoc loco in gl. sic dicit, quòd dæmones dum per incantationes eorum malefici aliquid efficere conantur, discurrunt per mundum & subitò eorum semina de quibus hoc agitur asserunt. sicque ex illis permittente Deo nouas rerum species producūt. hæc ille. Si autem contra prædicta dicatur, quòd ex hoc tolleretur efficacia miraculorum ad veritatem fidei confirmandam, quod est contra Mar. vlt. d. Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. nam illa quæ per dæmones fiunt præter naturam nobis notam. sic sunt miracula quo ad nos, sicut illa quæ fiunt virtute diuina. Ad hoc dicendum secundum Aug. in lib. lxxxiij. q. quòd cum talia faciunt magi qualiacunq; sancti, diuerso tamen fine & diuerso iure fiunt. isti enim faciunt quærentes gloriam suam, illi verò quærentes gloriam Dei. Similiter isti faciunt per quædam pruata commercia, illi autem publica administratione & iussa Dei cui cuncta creatura subiecta est, & de hac materia vide in j. parte qua-* F *stione cxiij.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A

ADDITIO III.

In cad. cap. vbi dicitur in postilla: Dic ad Aaron.

Hæc ratio quam assignat Pos ad hoc quòd hæc percussio fuit facta per manum Aaron, & non per manum Mosi fuit improbata supra in additione ij huius cap. vbi fuit alia ratio quæ verior videtur assignata, vide ibi. Alia vera ratio quæ assignatur a Iudæis scilicet eò quòd Moses fuit saluatus de flumine, nulla est, nam tertia plaga fuit etiam facta per Aaron, & non per manum Mosi, licet illa plaga non pertinebat ad fluuium, vt patet de se.

REPLICA correctorij contra Burg. volentem apparentia esse vera. In cap. vij. Vbi postillator reddit rationem quare prima signa facta sunt per Aaron, & non per Mosen: quia videlicet Moses potuit haberi suspectus de magica arte, non Aaron: Bur. opponit primò, quòd Aaron similis modo potuit haberi suspectus, quasi eam à Mose didicerit. Secundò, quia Moses vltima signa fecit non Aaron. quod non debuerit sic suspectus haberetur, & sic ratio postillatoris valeret. Respondeo hic ad primum, quòd Moses & Aaron non fuerunt diu simul conuersati. constitit enim Ægyptiis Aaron semper in Ægypto educatum. Mosen autem foris. docere autem artem magicam vel addiscere requirit tempus: ideo probabiliter Aaron non potuit esse suspectus & à Mose didicisse, cum quo non fuit diu conuersatus: vt patet in litera. Ad secundum dico, quod post sex plagas poterant Ægyptij probabiliter intelligere artem magicam non interuenisse. quia in tertia plaga etiam digitum Dei recognouerunt malefici Pharaonis, vt dicitur xvij. cap. Extunc ergo potuit Moses sine suspicione vti eadē virga & Aaron indifferenter. ratio autem Burgen. quam adducit non est ad laudem Mosi, sed potius ad vituperium. dicit namque quòd Moses ex pusillanimitate primò per se non fecerit signa, sed per medium Aaron: D *quia dicit eam assuescere stare coram Pharaone quasi prius timuisset: quòd non sonat in virtutem Mosi habentis dominum pro autore, sub cuius nutu nemo virtuosè timet hominem quemcunque.*

In eodem cap. vbi postillator disputat de conuersione virgarum in serpentes, videtur inclinari ad hoc, quòd conuersio virgæ magorū fuit solum apparens non existens. Burgen. contradicit: sed rationibus postillatoris non satisfacit. & ratio, quam ipse Burg. adducit, non valet. arguit enim sic. si virgæ magorum solum secundum apparentiam versæ sunt in serpentes: igitur non est verum quod dicitur in litera: Conuersi sunt virgæ in dracones. Respondeo quòd verum est. quod dicitur in litera: ideò stant bene simul: verum est virgas versas in serpentes, sed non vere, sed apparenter. hunc modum dicendi videtur innuere textus dicens: Fecerunt autem malefici per incantationes Ægyptiacas & arcana quædam similiter: sed non dicitur simile, vt innuatur modus similitudinis in apparentia: sed non similitudo in existentia: non enim semper litera est falsa. quæ narrat apparentiam non existentiam. Luc. xxiij. dicitur quomodo dominus Iesus non peregrinus existens, peregrinus apparuit, existens in specie propria, apparuit in alienamne tamen sub fuit falsum propter mysterium. sicut nec in fictione quando fingebat se longius ire, cum Burgen. etiam sentiendo magnam partem scripturæ falsificaremus, quæ est de apparitionibus angelicis & diuinis. Deus enim ignis corporalis non existens & columba, apparuit in igne & columba, & sic de aliis. Quid igitur mirum si Dei permissione hæc mutatio virgarum in serpentes apparuit: quæ tamen secundum rem mutatio non fuit propter rationes postillatoris & aliorum doctorum a Burgensi non solutas.

B

CAP. VIII.

Ranarū genera

a RANIS STRAB. Tria sunt genera ranarum. Vnum fluuiale & vocale. Alterum eius quæ calamita dicitur, de qua fertur, quòd si in os latrantis canis proiicitur statim obmutescit. Tertium eius, quæ rubera dicitur, eò quòd in vepribus agat.

Quæst. 20. in Exod.

✠ THEODORETVS. Illud quoque obseruatione dignum est, ranas ex aquis eductas fuisse, Cyniphes vero ex puluere, cynonyam verò vnde voluit Deus, vt hinc discerent, quam facile domino etiam absque aquis & terra producere quæcunque velit.

Hom. 4. Poetæ per ranas.

ORIGE. Ranæ significant carmina poëtarum, quæ iani & inflata modulatione vel ranarum sonis & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerunt. ad nihil enim animal illud vtile est, nisi ad sonum vocis improbis, & importunis clamoribus reddit.

infrà. 20. b.

RABBANVS. Secundū præceptū: *Non accipies nomen Dei tui in vanum.* Nomen Dei veritas est. Ipse enim ait: *Ego sum veritas.*

Johan. 14. a. Johan. 7. f.

qui loquitur veritatem de Deo loquitur, *qui enim loquitur mendacium de suo loquitur.* Veritatem enim loqui est rationabiliter loqui. vanitatem loqui strepere est. Secundū ergo præceptum est

C

CAP. VIII.

DIXIT quoque dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit dominus: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluuius ranas, quæ ascendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculū lectuli tui, & super stratum tuum, & in domos seruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in † reliquias ciborum tuorum, & ad te, & ad populum tuum, & ad omnes seruos tuos intrabunt ranæ. Dixitq; dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Extende manum tuam * super fluuios, & super riuos ac paludes, & educ ranas super terram Ægypti. † Extendit Aaron manum super aquas Ægypti, & ascenderunt ranæ, operuerúntque terram Ægypti. Fecerunt autem malefici per incantationes suas similiter, eduxerúntque ranas super terram Ægypti. Vocauit autē Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Orate dominum, vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum, vt sacrificet domino. Dixitq; Moyses † Pharaoni: Constitue mihi, quādo deprecer pro te & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigātur ranæ à te, & à domo † tua, & à seruis tuis, & à populo tuo, & tantùm in flūmine remaneant. Qui respōdit. Cras. At ille: Iuxta verbum tuum, inquit, faciam: vt scias †, quia non est sicut dominus Deus noster: & recedent ranæ à te & à domo tua, & † à pueris tuis, & à populo tuo, & tantùm in flumine remanebunt. Egressiq; sunt Moyses & Aaron à Pharaone, & clamauit Moyses ad dominum † pro responsione ranarum, quā condixerat Pharaoni. Fecitq; dominus iuxta verbū Moysi, & mortuæ sunt ranę de domibus, & de villis, & de agris. Cōgregauerūrq; eas † in immēsos aggeres, & † cōputruit terra. Vidēs aūt Pharao, ꝙ data

¶ Illegans locutio: vt ipsæ ranæ plagæ intelligantur.

¶ Pepigerat.

¶ Delecta poetarum figmenta.

† Propter ranas quas polluerat.

† Fœtuit.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VIII.

DIXIT quoq; dominus ad Moysen. *Hic describitur secūda plaga, cuius præmittitur comminatio. Secundo subditur iniunctio, ibi:* Dixit quoque dominus. *Et tertio eiusdem remotio, ibi:* Vocauitque Pharao. *Circa primum dicitur.*

2 Ecce ego percutiam, &c. *Diuersi generis, inter quas aliquæ fuerunt venenosæ.*

3 Et ebuliet, &c. *id est, magna abundantia emittet, quod signat nomen ebullitionis. Ex quo patet, quod ista plaga fuit facta in elemento aquæ, sicut & prima, & correspondet culpæ puerorum videlicet submersorum, quia hoc modo interficiebantur, vt cum maiore tumultu & strepitu extinguerentur, vt dictum est supra capit. primo. propter quod iusto Dei iudicio inde exiuerunt ranæ in maxima multitudine Ægyptios infestantes sua importunitate, loca omnia Ægyptiorum subintrantes & eos cruciando inquietantes.*

4 Super stratum tuum & in domos ser. &c. *In hac percussione primo nominatur rex, qui plus peccauit, & post populus subditus qui sibi consensit.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Dixit quoque dominus ad Moysen.* Hic agitur de tribus plagis Ægypti. Prima est plaga ranarum, de qua dicitur.

2 *Ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis.* Per ranas verò quæ morantur in aquis immundis, scilicet in paludibus & fossatis, & sua crocitatione inquietant, significantur & aduocati in delitiis carnis immundè viuentes, & sua loquacitate prolōgando causas, mundum qui per Ægyptum significatur inquietant multipliciter & perturbant, & exemplo suæ immunditiæ multos fœdant, sed per Mosen ducem & per Aaron pontificem restringuntur, quod notatur cum subditur:

5 *Constitue*

A mal. Homo natura est qui ita viuit, electio-ne verò peccus, pecudeque fordidius.

Quæst. 23. a *Fecerunt autē &c.* AVG. Quæritur vnde si iam vbique factum erat. Sed similis quæstio est. Vnde aquam in sanguinem verterint, si iam tota aqua Ægypti in sanguinem versa fuerat. Sed intelligēdum est regionem, vbi filij Israël habitabant talibus plagis non fuisse percussam, & inde potuerunt incantatores

† 37. dist. c. legim⁹ §. hinc etiam. haurire aquam, quam in sanguinem verterent, vel ranas educere ad ostētationē magicæ potentiæ, quamquam potuerunt, etiā postquam illa completa sunt facere: sed scriptura narrādo cōiunxit quod postea fieri potuit.

B

In cap. 7. ✠ PROCOP. Solet hic dubitatio, vbi nacti fuerint magi aquam, quam in aliam transferrēt speciem. Scriptura non deserè docet cruorem illum perseueraſſe septē diebus integris. Verisimile siquidem est, vbi primùm aqua sanguinis naturam induerit, eandem continuò vbi diuina virtus ex eo miraculo patuit, exuisse, & ad suā rediisse naturam. Quapropter, Magi vbi hauserant aquam, eandem quoque

C

† Fœtuit.

rum, & ad te, & ad populum tuum, & ad omnes seruos tuos intrabunt ranæ. Dixitq; dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Extende manum tuam * super fluuios, & super riuos ac paludes, & educ ranas super terram Ægypti. † Extendit Aaron manum super aquas Ægypti, & ascenderunt rānæ, operuerúntque terram Ægypti. Fecerunt autem malefici per incantationes suas similiter, eduxerúntque ranas super terram Ægypti. Vōcauit autē Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Orate dominum, vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum, vt sacrificet domino. Dixitq; Moyses † Pharaoni: Constitue mihi, quādo deprecer pro te & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigātur ranæ à te, & à domo † tua, & à seruis tuis, & à populo tuo, & tantùm in flūmine remaneant. Qui respōdit. Cras. At ille: Iuxta verbum tuum, inquit, faciam: vt scias †, quia non est sicut dominus Deus noster: & recedent ranæ à te & à domo tua, & † à pueris tuis, & à populo tuo, & tantùm in flumine remanebunt. Egressiq; sunt Moyses & Aaron à Pharaone, & clamauit Moyses ad dominum † pro responsione ranarum, quā condixerat Pharaoni. Fecitq; dominus iuxta verbū Moysi, & mortuæ sunt ranę de domibus, & de villis, & de agris. Cōgregauerūrq; eas † in immēsos aggeres, & † cōputruit terra. Vidēs aūt Pharao, ꝙ data

a ¶ Carmina poetarum.

a ¶ Flagellatus resipiscit, qui ante dicebat nescio dominum.

a ¶ Vt nostra oratione non fortuito casu intelligantur recessisse ranæ ab Ægypto.

a ¶ In fluxu, scilicet pœna mundi.

b maneant. Qui respōdit. Cras. At ille: Iuxta verbum tuum, inquit, faciam: vt scias †, quia non est sicut dominus Deus noster: & recedent ranæ à te & à domo tua, & † à pueris tuis, & à populo tuo, & tantùm in flumine remanebunt. Egressiq; sunt Moyses & Aaron à Pharaone, & clamauit Moyses ad dominum † pro responsione ranarum, quā condixerat Pharaoni. Fecitq; dominus iuxta verbū Moysi, & mortuæ sunt ranę de domibus, & de villis, & de agris. Cōgregauerūrq; eas † in immēsos aggeres, & † cōputruit terra. Vidēs aūt Pharao, ꝙ data

c *Videns autem, &c.* AVGVST. Hic apparet non ideo tantum Pharaonem obduratum, quod incantatores similia fecerūt, sed etiam propter ipsam Dei patientiam qua parcebat, quę secundum corda hominum quibusdam vtilis est ad pœnitendum, quibusdam inutilis ad resistendum Deo, & in malo perseuerandū, non tamen per seipsā inutilis est, sed secūdum cor malū, secundū illud Ro. ij. a. *Ignoras quia patiētia Dei ad pœnitētiam te adducit: Secundum autem duritiam cordis tui & cor impœnitens thesaurizas tibi iram, &c.* Nam cum Apostolus diceret. ij. Corinth. ij. d. *Christi bonus* natim.

Quæst. 24.

† Ad Pharaonem.

E

† Et à seruis tuis & à populo tuo.

† Quoniam

† à seruis.

† In acernos, per acernos, siue acer natim.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ad te & ad populum tuum & ad omnes seruos tuos intrabunt ranæ. *Dicunt Hebræi, quod non solū intrabant ranæ loca Ægyptiorum, sed etiam corpora eorum, vt per os quando dormiebant ore aperto, & per alios meatus, per quos poterant introire.*

2 Dixitque dominus ad Mosen. *Hic describitur huius plagæ infictio, cum dicitur,*

3 Dic ad Aaron extende manum tuam super fluuios, &c. *Ista plaga sicut & præcedens facta fuit per manum Aaron, & non per manum Moysi ex eisdem causis, quibus dictum est de prima.*

4 Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron & dixit eis Orate dominum vt auferat ranas à me & à populo meo. *Hic describitur prædictæ plagæ remotio, rege simulante petitum Moysi & Aaron se acquiescere, cum dicitur.* Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron &c. *Sed quæritur quare non vocauit eos ad amotionem primæ plagæ? dicendum quod hoc fuit, quia magis fuit afflictus de secunda, quia ipse & alij potentes habebant vinum & alios liquores, quos poterant bibere septem diebus, quibus duravit illa plaga, sed ab importunitate, & fœditate ranarum non poterant se defendere. Item ista secunda plaga plus duravit quàm prima, & ideò coactus fuit vocare Moysen & Aaron, qui prius non permittebantur ingredi, & rogare eos, quod fuit magna pœna sibi cum esset super bissimus.*

5 Dixitque Moyses Pharaoni: Constitue mihi quando deprecer pro te & pro seruis tuis & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo tua & à seruis tuis & à populo &c. *Videtur quod Moyses hic tentauerit dominum ponendo tempus determinatum, secundum quod dicitur Iudith. viij. b.* Et qui estis vos qui tentatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accēdat. Et posuistis tempus miserationis domini, &c. *Item promisit quod non erat in potestate sua, quod videtur factum & præsumptuosum. Dicendum, quod non fuit ibi tentatio domini, quia Moses a principio per reuelationem Dei fuit certificatus quòd talia fierent ad nutum eius. Vnde dixit ei:* Ego constitui te Deum Pharaonis suprà. *vij. c. & per hoc patet, quod non fuit promissio indiscreta vel præsumptuosa. Item quæritur, quare Moses posuit hoc in arbitrio Pharaonis dicens:* Constitue mihi quando deprecer pro te &c. *Dicendum quod hoc fuit ad excludendum suspicionem, quæ posset haberi contra eum faciendo talia artibus magicis vel virtute alicuius constellationis determinate.*

6 Qui respondit: Cras *Quæritur quare Pharao in crastinum distulit cum maxima necessitate vrgeretur? Dicendum quòd credebat, si arte magica esset adducta rana: maleficium illud per se deficeret: & ideo hoc aliquantulum experiri voluit, non tamen multum distulit propter necessitatem vrgentem.*

Quæstio.

7 Egressique sunt Moyses & Aaron à Pharaone, &c. *Non enim voluerunt ipso præsente orare, quia in domo sua erant idola, & homines deduti idololatriæ.*

Quæstio.

8 Congregauerunt eas in immensos aggeres. *Per hoc videtur quod Moses non impleuerat promissum quia dixerat:* Et tantùm in flumine remanebunt. *Dicendum quòd non promiserat eas reducere ad fluuium, sed quòd vltrà de flumine nō exirent, & quòd illæ quæ exierant, amplius ipsum non infestarent.*

9 Et computruit terra, *ex cadaueribus ranarum.*

10 Videns autem Pharao quod data esset requies &c. *sic fa-*

✠ *ciunt*

MORALITER.

5 *Cōstitue mihi qnādo deprecer, &c.* Sequitur. † *Vt abigātur ranæ a te & à domo tua & à seruis tuis, &c.* Per quod designatur, quòd principes & prælati in suis curiis debēt restringere aduocatorum loquacitatē. Secūda plaga est significū, quæ propter sui subtilitatē vix videri possunt, & tamē acriter pungunt, & significant deprinci

tractores, qui vix possunt cognosci, eò quòd in præsentia vngūt, & in absentia grauiter pungunt. Per ipsos autem affligitur Ægyptus, id est, mundus quia prouocant odia, rixas, & bella. Eccle. xxviij. b. *Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes.* Tertia plaga est muscarum diuersi generis, de qua dicitur.

§ 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonum odor Christi in omni loco, adiunxit *in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt.* Non dixit Christi bonum odorem se esse his qui salui fiunt, malum autem his qui pereunt, sed tantum bonum odorem se dixit. Illi verò tales sunt, qui bono odore pereunt secundum cordis sui qualitatem, quæ mutanda est bona voluntate in Dei gratia, vt incipiat ei placere iudicia Dei, quæ malis cordibus nocent. Vnde ille mutato corde in melius cantabat Psal. cxviij. v. *Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua iuuabunt me*, non dixit munera vel præmia, sed iustitia tua.

✠ Locutus fuerat.

✠ Pestem.

Vbi supra. ✠ Grego. Nyssenvs. Vides hic clare Pharaonem ipsum non Deum cor eius ingrauasse, & obstinatum reddidisse. Quod si induratum à Deo tyrannum fuisse quandoque in scriptura dictum repereris non te perturbet, neque idcirò nequitiæ suæ pœnas euasisse ipsum putes, quoniam diuina potentia quasi coactus peccaret. Simile est quod Apostolus dicit, *Tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Non enim turpitudini Deus quemquam tradit, nec Pharao nolens à Deo in duritiem impellitur. Nam si Dei voluntate ita fieret, nec turpitudinis & vituperationis, hæ passiones appellarentur, nec vlla esset inter virtutem & vitium differentia. Et quemadmodum si quis de homine qui in foueam decidit, quoniam fosem nō vidit, idcirco in foueam ipsum incidisse asseueraret, nullo modo nobis in mentem veniret, ab irato fole in foueam delapsum, sed quia cæcitate sua solum aspicere, non potuit: sic oportet scripturæ huiusmodi locos accipere.

Rom. 1.

Mysticè

a *Extende virgam. &c.* Moses virga castigans Ægyptum, legem significat, quæ mundum decem plagis mandatorum corripit. Virgā quoque per quam Ægyptus corrigitur, & Pharao superatur, crux Christi est, per quam mundus vincitur: & diabolus superatur vel triumphatur. Virga proiecta fit serpens. qui sapientiam significat secundum illud Matth. x. b. *Estote prudentes sicut serpentes. &c.* Virga serpentes magorum deuorauit, & crux Christi, cuius prædicatio videtur stultitia, omnem sapientiam mundi superat.

Iohan. 3.

Vnde, *de me enim ille scripsit:* Virga in terram proiecta versa est in serpentem, quia cum mysterium crucis ad fidem hominum venit, sapientiam mundi stultam fecit.

Vbi supra.

b *Et sint cin. &c.* Origen. Hoc animal pennis suspenditur per aëra volitans, sed ita subtile & minutum, vt oculi visum nisi acutè cernentis effugiat. Corpus tamen cum insederit, acerbissimo terebrat stimulo, vt quem volantem videre quis non valet, sentiat stimulantem. Hoc ergo animal arti dialecticæ comparatur, quæ minutis & subtilibus verborū stimulis animas terebrat, & tanta calliditate circunuenit, vt deceptus nec videat nec intelligat, vnde decipiatur.

✠ Philo Ivdevs. Ea bestiola tametsi exigua admodū sit infestissima tamen solet esse. Non solum enim summā cutem lædit, pruritū insonsum immittens ac noxium, sed etiam interius penetrat, pernares aut aures. Lædit etiam oculos nisi quis cautus fuerit.

De vita Mosis.

Graecvs. Per hæc autem minima præstantem atque inuictam suam potentiam Deus ostendit.

E

Rabba. Tertiū præceptum. *Memento diem sabbati sanctificare.* Quo insinuatur vacatio & tranquillitas mentis, quā bona conscientia facit. Ibi sanctificatio, quia ibi spiritus Dei. *Vnde super quē requiescet spiritus meus nisi su. bu. & quie. &c.* Inquieti ergo à spiritu sancto resiliūt, prouocatores rixatū, amatores calumniarū, nec admittūt quietē sabbati spiritualis. Esto ergo māsuetus, nō sit tumultus in corde tuo volitātibus per corruptionem phantasmatibus & pungentibus te. Audi Deum dicentem Psal. xlv. b. *Vacate, & videte quoniam ego sum Deus.* Tu per iniquitudinem vacare nō vis, & cæcatus exigis videre, quod non potes. Attende enim contrariam plagam: ciniphes nati sunt in terra Aegypti de limo, muscæ scilicet minutissimæ, inquietissimæ, inordinatæ volantes, in oculos ruentes, & negantes hominibus requiem, dum abiguntur redeunt, sic phantasmata inquietorum. Præceptum tene, plagam caue.

Isa. 66.

F

✠ Rvpertvs. Puluerem terræ percutere & Cyniphes facere, est in condemnationem superbiæ hominis, qui vtique pulueris est, talia in scripturis verba facere, quæ sensus audientiū quia intelligere digni, non sunt, à vero repellant, quemadmodum cyniphes, & oculis ne videant, & auribus ne liberè audiant, molestæ atque importunæ existunt.

Lib. 1. in Exodum cap. 35.

c *Erántque ciniphes.* Sanguis est doctrina philosophorum. Ranæ figmenta poetarum. Ciniphes sophismata Dialecticorum, quæ omnia mundum deceperunt.

Digitus Dei & catera. Isi. In tertio signo magi deficiunt dicentes: *digitus Dei est:* qui typū hæreticorū & animositatē habuerūt. vnde, *Sicut Iames & Mambres restiterūt Moysi ita & hi resistūt veritati, homines mēte corrupti: reprobi circa fidē, &c.* Hi autē qui per mentis corruptionē inquieti fuerūt in tertio signo defecerūt, fa-

2. Timo. 3. b.

✠ tentes

✠ *ciunt multi qui cum in afflictione positi sunt, multa Deo promittunt sed extra periculum positi retractant.*

1 Dixitq; dominus ad Moysen. *Hic describitur tertia plaga, & non præmittur vlla comminatio sicut in duabus præcedentibus, quia Pharao sic induratus dignus est percussione absque præcedenti commonitione: & ideo statim ponitur huius plagæ inflictio: cum dicitur.*

2 Extende virgam tuam & percute puluerem & cætera. *Fuit enim illa plaga producta ex elemento terræ, & correspondet culpæ Ægyptiorum, qua afflixerunt filios Israel in operibus terrenis scilicet lutō & lateris.*

3 Et sint ciniphes, &c. *Muscæ sunt subtiles & minutæ, & tamen corpus, cui insident acerbissimo terebrant stimulo, vt dicit Origenes. Hebræi autem & Iosephus dicunt pediculi, qui in tanta multitudine creuerunt super homines & bestias, quod nullo medicamine eis poterat subueniri.*

4 Fecerúntque similiter malefici. *Id est facere conati sunt.*

5 Et non potuerunt. *Causam huius assignant aliqui Hebræi dicentes, quòd dæmones, quorum virtute vtuntur magi, non habent potestatem super aliquod corpus, quod est minus grano hordei, quod apparet irrationabiliter dictum, quod enim habet potestatem super maius, habet potestatem super minus, sed non econuerso: & ideo causa huius est, quia dæmones nihil possunt, nisi quantum permittit voluntas diuina. In hoc autem a Deo fuerunt impediti, vt magi qui Mosi resistebant, essent magis confusi in hoc, quod rem minimam facere non potuerunt: vnde & dixerunt.*

6 Digitus Dei est hic. *Id est virtus diuina nos impedies: vnde coacti sunt recognoscere diuinam virtutem, & hæc expositio est communis apud catholicos & Hebræos. Sed quia dicti magi non cessauerunt propter hoc resistere Mosi & astare Pharaoni, vt habetur sequenti cap. ideo posset aliter exponi sine præiudicio tamen, quod non confessi sunt virtutem diuinam dicentes:* Digitus Dei est hic. *sed virtutem alicuius dæmonis superioris impedientis per artem magicam operationem inferioris sicut Pharisæi imponebant Christo expulsionem dæmoniū per principem eorum dicentes:* In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. *Luc. xj. c. & sic non confitebantur Mosen Dei seruum sed magum. Et secundum processum textus videtur ad hoc tendere intentio ipsorum & Pharaonis, quod crederetur Moses facere signa artibus magicis quæ faciebat.*

7 Dixit quoque dominus, &c. *Hic ponitur quarta plaga, cuius præmittitur comminatio, & subditur inflictio, ibi.* Et venit muscа. *Circa primum dicitur Moysi.*

8 Consurge diluculo. *In quo notatur quòd homo debet esse sollicitus de implendo mandatum Dei.*

9 Et sta coram, &c. *Constanter & intrepidè.*

10 Egredietur enim, & cætera. *Et sic de facili poteris ad eam accedere. Quæritur hic, quare ita frequenter Pharao egrediebatur*

✠ *ad aquas*

A tentes sibi aduersum spiritum sanctum, qui erat in Mose. Tertio enim ponitur loco spiritus, qui est digitus Dei qui sicut placatus requiem præstat mitibus & humilibus corde, ita iratus immites & superbos per inquietudinem exagitat, quam muscę grauissimę significauerunt, sub quibus magi defecerunt, dicentes: *Digitus Dei est hic*, ne intelligant. Vnde decipiantur.

Strab. Notandum, quia teftio signo victi sunt magi, quia omnis perfidia & mundana sapiētia vel philosophia fide trinitatis vincitur. Cū enim philosophiam inuenerint & de machina totius mundi disputauerint, ad cognitionē trinitatis p ueniro nequiuerunt, per digitum spiritus sanctus intelligitur, non quod minor sit patre & filio, sed qa in digito plurimę diuisiones sunt, & per spiritum sanctum datur diuisio gratiarū.

Historicè.

B

Quæst. 25.

Avgvst. Quod dixerunt magi ad Pharaonem: *Digitus Dei est hic.* Quia non potuerunt educere Ciniphes, senserunt (cùm artium nefariarum scirent potentiam) non talibus artibus tanquam potentior esset in eis Moses se fuisse frustratos, sed digito Dei, qui operabatur per Mosen, qui est spiritus sanctus. Quòd enim alius euangelista ait: *In digito Dei* alius exposuit dicens, *in spiritu Dei.* Cùm ergo magi faterentur (in quorum potentia Pharao confidebat) digitum Dei esse in Mose, in quo superantur eorum veneficia *induratum est* tamen *cor Phæraonis.* Cur autem in tertia plaga magi

Luc. 11. c.

Quæstio.

defecerunt, sentire & explicare difficile est. Poterant enim in primo signo deficere, vbi virga versa est in serpentem, & in prima plagā vbi aqua versa in sanguinem, & in secunda de ranis, si hoc voluissent digitus, id est, spiritus Dei. Quis enim dixerit digito Dei in hoc signo potuisse magos impediri, & non in superioribus? Certa est ergo causa, quare hucusque facere permissi sunt.

Sap. 16. b.

Cōmendatur enim fortasse trinitas, & quod verū est, summi philosophi gentiū quātùm in eorū literis indagatur, sine spiritu sancto philosophati sunt, quamuis de patre & filio non tacuerunt.

C

a *Hæc dicit do, &c.* Rabe. Quartum præceptum: *Honora patrem tuum & matrem tuam.* Huic contraria est quarta plaga scilicet cynomia id est, canina musca, caninū est parentes non agnoscere. Vnde catuli eorum cæci nascuntur.

b *Omne genus.* Isid. Quarto loco Ægyptus muscis percutitur. Musca autem insolens & inquietum animal est in qua insolentes curæ carnalium desideriorum figurātur Ægyptus verò muscis percutitur, quia corda eorum, qui seculum diligunt, desideriorum inquietudinibus feriuntur. Lxx. cynomiā, id est, muscam caninam posuerunt. Per quam canini mores significantur, in quibus humanæ mentis voluptas & libido carnis arguitur. Potest etiam forensis eloquentia hominum significari per muscā caninam, qui velut canes alterutrum se lacerant.

Muscа Mystice.

D

✠ Rvpertvs. Grande spectaculum Deus vniuerso orbi præstitit, cum superbiam Ægyptiorū nō de leonibus & vrsis, sed de ranis domuit & muscis.

Vbi supra cap. 34.

Procop. Deus non magnis bellius vtitur in expugnanda Ægypto, sed contemptissimarū bestiolarum & insectorum ministerium accersit, ne scilicet illarū potentiæ ascriberetur effectus. Abiectis illis & infirmis bestiolis tribuit vires inexpugnabiles, adeò vt desperet Ægyptus se posse illis bestiolis resistere, & clamitet, *Digitus Dei hic est.* Nam manum Dei non foret vniuersus mundus conglobatus.

✠ Ferarum, vox Hebræa significat omne genus bestiarū noxiarum serpentes quoque ac scorpiones & infrā.

✠ Omne bestiarum noxiarū genus.

E

Origenes. Cynomia hæreticorum secta, qui ad reliquias deceptionis improbitates voluptatem & libidinem summū prædicant bonum. Quoniam igitur per hæc singula prius deceptus est mundus, merito aduenies sermo & lex Dei huiusmodi correptionibus arguit, vt ex qualitate pœnarum qualitates proprij cognoscant erroris.

c *Faciámque mirabilem, &c.* Avg. Hoc in prioribus signis intelligendum est factum esse, vt terra in qua habitabat populus Dei nullis talibus plagis vexaretur. Oportunum autem fuit, vbi hoc apertè poneretur. Vnde iam incipiunt signa, quibus magi similia non conati sunt facere. Pro certo est enim, quia vbique fuerant ciniphes in regno Pharaonis, non autem fuerant in terra Gessen vel Gesen: Ibi conati sunt magi similia facere nec potuerunt, quousque ergo deficerent, nihil de illius terræ separatione dictū est. Sed ex quo cœperūt ea fieri, quæ illi nec auderēt conari.

Quæst. 26.

F

d *Et venit musca grauissima, &c.* Avg. Musca pro multitudine muscarū posita. Nescio em̄ quō p loquēdi consuetudinē imbutis

Ibidem.

✠ sensibus

✠ *ad aquas hora matutina? dicunt aliqui quod erat causa spatiandi. Hebræi autem dicunt, quòd erat causa idololatrandi: quia Nilus fluuius fœcundabat sua irrigatione terram Ægypti: ideo ipsum colebat et reuerentiam exhibendo. Aliy autem dicunt, quòd hoc erat causa idolatriæ, sed aliter scilicet Api. quia Apis quod apud Aegyptios maximum numen reputabatur, aliquando ibi apparebat in specie tauri de flumine consurgentis. Aliter autem potest dici, quòd erat causa purgationis. credebat enim fortè quòd sicut aqua purgat fœces corporales, ita & mentales. Vnde & de filia Pharaonis dictū fuit, ij. cap. quòd descendebat vt lauaretur in flumine: cuius causa potuit esse eadem. Ad hoc autem est argumentum, quia Sarracēni, qui modò terram Aegypti inhabitant, talibus ablutionibus vtuntur ad emūdationem peccatorum: & fortè tenent hoc ex ritu antiquo Aegyptiorum, sicut & aliqui Christiani inclinant in ortu solis se versus illam partem, retinentes in hoc modum paganorum, qui eos in eadem terra præcesserunt, secundum quod dicit Leo papa.*

1 Ecce ego immittam, &c. *Principaliter qui rebellas mihi.*

2 Et in ter. &c. *Qui assistunt tibi.*

Mystice.

3 Et in &c. *Tum quia tibi assentiunt, tum quia propter peccatū principis bene punitur populus.*

4 Omne genus muscа, &c. *Quarum aliqui habebant aculeos venenosos. In Hebræo habetur:* Commistionem. *Et dicunt Hebræi & Iosephus,*

✠ 1 Abomi

✠ 1 *Ecce ego immit. in te & in ser. tuos, &c.* Per quas significātur conuenticula infidelium & hæreticorum & secundum Hebræos inter istas muscas aliquæ erant venenosæ, per quas significantur hæresiarchæ, q venenū sui hæresis studeant effundere in simplices ignorātiæ tenebris inuolutos, ꝓpter qđ p Ægyptios designātur

✠ MORAL.

Universidad de Sevilla Biblioteca

sensibus hominum sæpe plus videtur quod singulariter quàm quod pluraliter dicitur (verbi gratia) Est illic miles, quàm sunt milites illic, est illic piscis plus significat, quàm sunt illic pisces. A

Abominationes. Peruersi abominantur bona Ægyptij, id est, ciues huius seculi abominantur oues, id est, simplicitatem bonorum. Sicut enim boni abominantur mala, ita mali bona. Vnde abominantur boni vitam impium, & immundos eos, qui in recta sunt via.

Historicè.

† Est rectũ vt faciamus hoc.

† Abominationes Ægyptij.

GREGO. Oues Ægyptij edere dedignantur, sed qđ abominantur Ægyptij, hoc Israëlitę Deo offerunt: quia simplicitatę conscientiæ, quã iniusti velut infimam abiectamque despiciunt, iusti in virtutis sacrificium vertunt: & excolentes recti puritatem ac mansuetudinem Deo immolant, quam abominantes reprobi fatuitatem putant.

Lib. 31. moral. cap. 17.

B

¶ Ægyptij enim oues dedignantur edere.

a Et ait Moyses: Non † potest ita fieri. Abominationes enim Ægyptiorum immolabimus domino Deo nostro? Quòd si mactauerimus † ea quę colunt Ægyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus domino Deo nostro, sicut præcepit nobis. Dixítque Pharao: Ego dimittam vos, vt sacrificetis domino Deo vestro in deserto: veruntamen longius ne abeatis: Rogate pro me. Et ait Moyses: Egressus † à te orabo dominum, & recedet † musca à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius cras. Veruntamen noli vltrà fallere: vt non dimittas populum b sacrificare domino. Egressusq; Moyses à Pharaone, orauit dominum. Qui fecit iuxta verbum illius, & abstulit muscas à Pharaone & à seruis, & à populo eius. Non superfuit ne vna c quidem. Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt ne hac quidem vice dimitteret populum.

1 Mar. 5. d.

2

3

4

† à populo tuo.

† Omne ferarũ genus.

E

Quæst. 28.

AVGVST. In eremum dicebat Moyses se velle ire, vbi Ægyptij non viderent abominationes suas. Hoc autem intelligendum est mysticè significari, quod de pastoribus diximus, qui erãt Ægyptiis abominabiles: & ideo separatam terram Israëlitæ receperunt in Aegypto. Sic enim sacrificia Israëlitarum abominationes sunt Aegyptiis sicut iniquis vita iustorum.

Historicè.

STRA. Aegyptij abominantur oues, & eas adorant propter Iouem Hammonem, qui cum capite arietino pingitur. Idem: bouem colunt Ægyptij, qui consecratus est Api, sicut vacca Isidi. Apis enim erat maximum numen Aegyptiorum, qui semel in anno certo tempore apparebat sacerdotibus eorum. Illi verò cum hymnis & laudibus eum prosequentes, quasi lymphatici prophetabant. C

Lib. 18. moral. cap. 28.

GREGORIVS. Aegyptus muscis percutitur. Nihil laboriosius, quam terrenis desideriis æstuare. Nihil quietius, quàm in seculo nihil appetere. Ideo Israël custodiam sabbati accipit in munero. Aegyptus percutitur muscarum multitudine. Qui enim Deum sequitur, accipit sabbatum, id est, requiem mentis, vt non fatigetur appetitu carnalis desiderij. Aegyptus vero, id est, mundus

dus muscis percutitur: id est, desideriorum curis insolentibus. Eccle. x. a *Vnde muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti*, quia cogitationes superfluæ, quæ assiduè in animo carnalia cogitante nascuntur & deficiunt, suauitatem, qua quisque intus per spiritum vigetus est, perdunt, quia integritate eius frui non sinunt. D

Vnde cùm iecta esset turba, intrauit & tenuit manum eius, & surrexit puella. Foras ergo turba eijcitur, vt puella suscitetur, quia prius secreti cordis expellitur multitudo curarum, & sic anima quæ intrinsecus iacet mortua, surget. Dum enim se per innumeras quisq; desideriorũ cogitationes spargit, ad cognitionem sui non colligit se, nullus enim sapientiam quę Deus est, plenè recipit, nisi qui ab omni se carnaliũ cogitationum fluctuatione retrahit. Vnde Eccle. xxxviij. cap. *Sapientiam scribe in tempore otij, & qui minoratur actu, percipit eam.* Et Psal. xlv. b. *Vacate & videte, quoniam ego sum Deus.* E

Vnde eccle. xxxviij. cap. *Sapientiam scribe in tempore otij, & qui minoratur actu, percipit eam.* Et Psal. xlv. b. *Vacate & videte, quoniam ego sum Deus.*

b ✠ *Egressusque Moyses à Pharaone.* AMBROSIVS. Rogatus Moyses, vt his quoque finem exitus daret & impetraret, orauit & impetrauit. In illo prædicandum, quòd à fraudis consortio temperauerit, in hoc mirabile, quoniam diuinitus intenta supplicia, virtute propria etiam ab hoste detorserit. Verè nimium, sicut scriptum est, mansuetus & mitis sciebat quòd fidem rex non seruaret promissi, tamen honestum putabat vt rogatus oraret, læsus benediceret, appetitus remitteret.

Lib. 3. Offic. cap. 4.

c *Et ingrauatum est, &c.* AVGVST. Cùm ablata esset locusta, dictum est de Pharaone. Alia litera: *Ingrauauit Pharao cor suum etiam in hoc tempore, & noluit dimittere populum.* Certè nunc non dictum est, ingrauatum est cor Pharaonis, sed *ingrauauit Pharao cor suum.* Sicut vtique in omnibus plagis à voluntate hominis est origo vitiorum. Mouentur ergo causis corda hominum, alia sic, alia verò sic, etiam non diuersis causis, sæpe diuerso modo secundum proprias qualitas, quæ ex voluntatibus veniunt.

Quæst. 28. F

✠ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Abominationes enim &c. *Hebræi vocant abominationes illa quæ coluntur ab idololatris. Ægyptij autem colebam Apin in specie tauri, & Iouem in specie arietis, vnde & pinguntur cum capite arietino. Talia verò animalia erant ab Hebræis immolanda, quod non permisissent Aegyptij in terra sua: & ideo subditur*, quòd si mactauerimus &c. *lapidibus nos obruent.*

2 Viam trium die. *Quod consensit Pharao, licet fictè.*

3 Egressus à te orabo, &c. *Quia præsentibus idololatris nolebat orare.*

4 Et recedit, &c. *Hebræus habet: Et recedet commissio. Cætera patent ex prædictis.*

✠ CAP.

ADDITIO I.

In cap. viij. vbi dicitur in postilla: Fecerũt similiter malefici, &c. *Hebræi dicentes, quod dæmones non habent potestatem super aliquod corpus, quod est minus grano hordei seu lenticulæ, hoc intelligunt de corpore animalis, sicut cinifites, de quibus hîc agitur. Quorum ratio est, quia cum in corpore animalis requiruntur multa organa corporaliter distincta ad diuersa & varia opera sensus & motus exercenda, vt patet per Galen. in libris de vsu partium. Idcirco secundum hanc considerationem maior potentia requiritur actiua ad formandum vnum animal in quantitate modica seu minima, quam in aliqua quantitate ad hoc competenti, sicut maior potestas requiritur scriptoris in scribendo literam tam tenuem, vt contineatur totum psalterium in vno folio, quàm ad scribendum eum in multis foliis ad hoc sufficientibus. Vnde ratio postillatoris dicentis contra eos, quod potentia actiua, quæ potest in maius, potest & in minus: non sufficeret, nisi coaddatur, quod dæmones non producunt aliquam formam, nisi applicando actiua passiuis. Ex quo sequitur, quod cùm mouere possint magna actiua ad producendum magna animalia, quod etiam possint mouere parua seu minima ad producendum minima: & sic ratio eorum non videtur habere here fundamentum. Viterius circa hoc quod magi dixerunt:* Digitus Dei est hîc. *considerandum est, quod in hoc confessi sunt virtutem diuinam, prout doctores catholici exponunt: non tamen sic intelligendo, quod ipsi crederent, vt Adonai, quem profitebatur Moses, esset Deus. Non enim dixerunt:* Digitus domini est, *scilicet sub nomine tetragrammaton, sed* digitus Dei: *licet enim omnes crederent esse aliquam causam primam seu superiorem super omnes, & quod illa esset Deus, non tamen ex hoc sequitur, quod ipsi credidissent, quod ille Adonai, cuius montium se dicebat esse Moses, esset illa superior causa. Item notandum, quod illud quod dicit postillator, quod dicti magi non cessauerunt postea resistere Mosi, est minus verum. Nam vt patet ex decursu literæ, nunquam in aliqua septem plagarum sequentium fit mentio de magis, nisi tãtum in septima plaga, scilicet de vlceribus & vesicis: vbi dicitur:* Nec poterãt malefici stare coram Moyse propter vlcera, quæ in eis erant. *Vel non dicitur, quod fuerunt malefici conati facere similia, sicut dicitur in tribus primis plagis: sed quod verecundia vel horrore non comparuerunt. Vnde dicendum, quod in tertia plaga fuerunt magi omnino victi à Deo: qua quidem plaga fuit facta per manum Aaron, qui erat minor in gradu, eo quod reputabatur*

batur tanquam propheta ipsius Moysi. prout dictum fuit suprà. Aaron A frater tuus erit prophetatuus: *& in hoc magis ostendebatur diuina potentia, quantum per minorem seruũ vincebat maleficos. Item notandum, quod si considerentur effectus harum plagarum in conuincendo Aegyptios, potest in eis talis ordo attendi, scilicet quòd plaga inflicta per Aaron, scilicet tres primæ attingerent ad conuincendum magos, qui in tertia plaga dixerunt:* Digitus Dei est hic: *non tamen attingunt ad mollificationẽ cordis Pharaonis in toto, nec in parte. Dicitur enim ibi:* Induratumque est cor Pharaonis, & non audiuit eos, *scilicet maleficos profitentes diuinam virtutem esse, vt dictum est. Sex verò plagæ subsequentes factæ per Moysen attigerunt ad hoc, vt deuincerent omnes seruos Pharaonis, qui in octaua plaga dixerunt ei:* Vsquequo patiemur hoc scandalum? dimitte eos vt sacrificent Deo suo, *quorũ consilio non acquieuit Pharao, nisi in hoc tantum, quod dimitteret viros remanentibus familia & pecoribus. In nona verò plaga per Moysen inflicta condescendit Pharao ad hoc, vt irent cum familia, non tamen cum armẽtis & ouibus. Decima verò plaga à Deo inflicta, scilicet primogenitorum attingit ad vltimum effectum, scilicet vt totaliter eos dimitteret, & etiam compelleret exire, vt infra. Exo. xj. a. Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum, & post hoc dimittet eos, & exire compellet: in quibus ordo diuinæ prouidentiæ relucet, qui per minores facit minora, & per maiores maiora, & per seipsum quod vltimum & perfectum est: in cuius respectu præcedentia licet dissonent, tamen quodammodo quasi nihil reputatur, iuxta illud. j. Cor. iij. b.* Nec qui plantat nec qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat. *Secundum quam considerationem plaga decima primogenitorum Aegyptiorum fuit à Deo immediate inflicta, prout Hebræi tenent: quod plane sonat litera infrà. xij. b. vbi dicitur:* Transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Aegypti, &c. *dicet tamẽ secundũ doctores nostros hac plaga per angelũ fuerit facta, quod etiã in eo, ca. habetur vbi dicitur.* Et nõ sinet percussorẽ ingredi domos vestras. *Ex quo patet q. percussor immediatus non erat ipse Deꝰ sed angelus Deo subditꝰ, quod potest etiã intelligi de malo angelo, qa secũdũ gl. mali angeli tales pestes facere solẽt permissione Dei. Vnde de hac materia dicitur Psal. lxxvij. e.* Misit in eis iræ indignationis suæ, &c. *immissiones p angelos malos, nihilominus tamẽ appropriatur hæc plaga decima immediatius Deo quã aliæ, quia in ea mediator erat inutilibus, non autẽ in aliis, vbi Moyses & Aaron erant ministri, qua ratione hæc plaga appropriatur Deo tanquam immediato actori: & etiam quia erat completiua intenti, scilicet de liberatione populi.* B

ADDITIO. II.

In eo. ca. viij. vbi dicitur in postilla: Ad hoc autem est argumentum, qua Saraceni, &c.

Quod Saracens ablutionibus vtantur ex ritu antiquo Ægyptiorũ, non videtur rationabiliter dictum: Tum quia à tempore de quo hîc agitur vsque ad Mahometum qui sectam Saracenorum incepit, fluxerunt plus quam mille & septingenti anni in quibus in Aegypto multa & varia domina interuenerunt, sicut in aliis partibus mundi, vt puta Chaldæorum, Medorum, Græcorum, Romanorũ, & huiusmodi: in quibus verisimile est quod nõ seruabatur huiusmodi ritus sicut nec in aliis nationibus: Tum quia Saraceni non solum habitantes in terra Aegypti, sed etiam habitantes circa mare meridianũ vsque in partes orientales mundi ablutionibus huiusmodi vtuntur: fundamentum autem eorum in huiusmodi ablutionibus licet falsum & erroneum, aliud tamen est.

Saracenorũ ritus.

Pro quo sciendum, quod ipsi præcipiuntur à suo pseudo prophetа scilicet Mahometo custodire legem, scilicet Mosaicam & euangelicam, vt in suo alchorano expressè continetur: ipsi verò simulando obseruationem Mosaicæ legis, in qua præcipitur, vt quilibet masculus circumcidatur: quod quidem præceptum est initium totius obseruantiæ legalis, circuncidum se, erroneè tamen, quia non in octaua die sicut Gene. xvij. b. & Leuit. xij. c. præcipitur, sed post lapsum cuiuscunque temporis indifferenter. Simulando etiam obseruationem euangelij in quo primum sacramentum est baptismus, ipsi se baptizant seu abluunt, erroneè tamen in multis, specialiter in hoc, quod ille falsus baptismus iteratur apud eos & frequentatur multoties ad libitũ: in qua iteratione sequuntur multos alios errores suos & specialiter duos. Vnus est, quia non credunt mortem Christi. Nos autem credentes quod vna Christi mors vnum baptisma consecrauit, vt in glo. ad Hebr. vj. baptismum non iteramus: ipsi verò hanc mortem negantes baptismum frequentant. Secundus error eorum circa hoc est, quia non credunt originale peccatum esse, sed peccata actualia tantum. Et quia ista, scilicet actualia peccata multoties iteratur, ideo ipsi sua baptismata seu ablutiones frequentant: nos verò credentes quod per vnius delictum omnes homines damnationem incurrerunt, vt patet ad Ro. v. d. contra quod delictum, scilicet originale, principaliter fuit baptismus ordinatus, tãtum vnum baptisma profitemur: & licet ista ad expositionem literæ non requirantur, interponuntur tamen hic ad institutionem fidelium, qui quandoque cum Seracenis de similibus disputant seu rationeinantur. vnde si C *eis imponeretur quod huiusmodi ablutiones habergnt ex ritu Pharaonis & aliorum Aegyptiorum tanta antiquitatis, verteretur eis in derisum.* D

REPLICA, *correctorij contra Burgensem. In cap. xvij.* postillator reprehendit Iudæos asserentes quod dæmones non habent potestatem super aliquod corpus minus grano milij, arguens. *Quicquid potest in maius, potest in minus, &c.* Burgensis dicit illam rationem non sufficere, nisi supposito quod dæmones non producant aliquam formam sed solum applicent actiua passiuis. Sed videtur Burgensis hîc peccare in logica, philosophia, & theologia. *In logica namque argumentum per locum a maiori constructiue valet, præsertim in materia motiua vel translatiua, de qua logici exemplificant, quod potens portare mille libras, potest etiam portare decem: & ita posens applicare ad magnum effectum corpora, potest etiam ad minorem effectum. Item secundum philosophos dato addito Burgensis ratio non valeret. Potest enim quis producere formam maiorem, qui non minorem. Potest enim homo generare hominem magnum, sed non potest generare muscam paruam: & ideo stante addito Burgensis videlicet quod dæmones non producerent formas sicut non faciunt, tunc non valet ratio, quam cum suo medio putat valere. Non enim sequitur: dæmones non producentes formas faciunt effectus maiores, igitur minores. Patet instantia de homine in argumento logico supra. Quinimo supposito & concesso quod dæmones non producant formas nouas, sed solum applicent actiua passiuis, adhuc argumentum est formale: Dæmones possunt in maius, igitur in minus quantum ad propositum: quia secundum sanctum Tho. non possunt nisi permutantur. Permittere igitur Deus poterit, quod facient maius non potendo minus & econuerso. Vnde patet, quod theologice concedendum est, si Deus permiserit quod dæmones siue producant siue non, adhuc possunt in minus & non in maius, & econuerso. Argumentum autem postillatoris tenet per locum a maiori constructiue, quo ad motum exteriorem & potentiam motiuam de communi lege*[1], *videlicet si Dæmones possunt mouere & applicare actiua passiuis ad generationem vel productionem maioris: sequitur & minoris, nec requiritur ad valorem consequentiæ, an producant formas vel non, vt patet ex dictis.* E

Item in eod. cap. hoc dicit postillator, quod magi post tertiam plagam non cessauerunt resistere Moysi. Burgẽsis dicit esse minus verum, sed ad hoc non adducit rationem nisi ab auctoritate negatiuè, quod non valet: sed postillatoris est bona ratio fundata in litera. In sequẽtibus enim ca. dicitur de magis, quod in septima plaga vulnerum & vesicarũ turgentium non poterant stare coram Moyse. Ex qua litera patet quod vsque ad illud tempus steterunt coram Moyse non ad iuuandum, sed ad resistendum, quia alias iniustè fuissent puniti illa septima plaga: quamuis enim post tertiam plagam propter confusionem, quia non poterant facere similiter de cætero non attentauerunt resistere Moysi per facere, aliquid similiter, tamen astiterunt Pharaoni prauis consilijs propter quæ puniti sunt. Si enim in tertia plaga confessi fuissent Dei Israel diuinitatem, vt dicit Burgensis destitissent vtique a malo, & regi bonum persuasissent: & sic septima plaga punita non fuissent. Exemplum huius habetur in eo. cap. x. infra de plaga grandinis, quam euaserunt hi serui Pharaonis qui timuerunt verbum domini, & fecerunt confugere seruos suos & iumenta in domos. Qui autem verbum domini neglexerunt, plaga grandinis interierunt: ita Deus promptior ad miserandum quam ad perdendum maleficis in septima plaga pepercisset, si in tertia confessi diuinitatem Dei Israel vel ab iniquis resistentiis abstinuissent. Falsum igitur est quod Burg. dicit: in tribus primis plagis magos conuictos ad confitendum Deitatem. Nam primo in septima sunt conuicti, quando præ vulneribus coram Moyse stare non potuerunt. Item idem Burgensis pro confirmatione dictarum suarum ineptiarum ponit comparationes plagarum factarum per Aaron & Moysen, & Deum immediate dicens ix eis relucere ordinem diuinæ prouidentiæ, cum per minores facit minora, & per maiores maiora, & maxima per seipsum: quæ dicit in decima plaga consistere. Sed hic ordo Burgensis multipliciter deficit. Primo quia dicit decimam plagam factam à Deo sine aliquo medio: Cuius oppositum patet ex litera, dicente eam factam à percussore. Dicitur enim infrà xij. d. de domino, Et non sinet percussorem ingredi domos vestras & lædere. *Vnde patet quòd illa decima plaga fit facta à Deo mediante percussore, sicut alia mediante Moyse & Aaron. Et hoc est sententia sanctorum doctorum & communiter catholicorum, sicut prius idem Burgensis dicet. Secundò deficit, quia distinguit primas plagas factas ab Aaron tanquam minores, & sequentes factas à Moyse tanquam maiores, & decimam tanquam maximam factam immediate à Deo. Secundum hoc dicta quarta non distingueretur à decima: quia non legitur in ea Aaron vel Moysen aliquid feciſſe, sed dicitur in hoc. viij. c.* dominus fecit. *Et venit musca grauissima? nec videtur catholicè dictum Deum immediatè talia signa non fecisse effectiuè quæ per Moysen & Aaron & angelos tanquam per instrumenta fecit.* F

Nam

Nam instrumenta creata ad tales effectus supernaturales se non extendunt effective, quia non oriuntur ex potentia naturali, sed obedientiali, qua quodlibet potest fieri ex quolibet, quæ solum dominum respicit pro immediate efficiente. Sententia enim est beati Augustini super Gen. & iij. de Trin. c. v.vj. Nam & si sancti sicut Moyses & alij dicantur signa facere, hoc catholice intelligendū est, quod Deus per eos qui per sese ipsum. Tertiò deficit, quia si minora per minores, &c. sequitur q; dæmones tāquam maiores debent Moysi & Aaron præferri. Nam decimam plagam, quam reputat Burgensis maximam fecit Deus ministerio dæmonum, vt ait ipse Burgensis: ponit autoritate sanctorum doctorum: & tales istam plagæ in scriptura dicuntur immissiones per angelos malos: Cum igitur illa maxima sit per eos facta non per Moysen nec Aaron, sequitur eos esse potiores Moyse & Aaron, non solum natura quod verum est, sed est sed & potestate & autoritate quod falsum est. Et si verum est pestes & mala pœna infligi ministerio malorum angelorum, probabile est dicere, quod omnes plagas Ægyptiacas Deus fecerit ministerio eorum, quamuis ad nutum & ad exteriorem designationem Moysi & Aaron eleuatio & protectio virgæ facta esse dicantur. Non enim virga nec eius eleuatio se extenderent, ad eruptionem ranarum muscarum & cæterorum tam subitò, nisi ministerio angelorum dictorum per Deum deputatorum ad designationem & prænuntiationem Moysi & Aaron concurrente. Frustra igitur Burgensis hic se fatigauit.

In hoc autem, in quo Burgensis postillatorem notat vltimò, scilicet an ablutionem Pharaonis imitentur adhuc Saraceni, vel an habeant eam à Mahometo, non est magni ponderis, nec ad literam exponendā, vel ad conferendum cum Saracenis, multùm importat.

CAP. IX.

a *Dixit autem dominus ad Moy. &c.* ✠ Procopivs. Primi inter iumenta cōputantur equi, qui sunt mēdaces seu falsi ad salutem. Deinde iumenta immunda quę nec vngulas findūt, nec ruminant, currui tamē iungūtur. Deinceps cameli, quę quāuis propter ruminationem quasi mundi reputētur, tamē quia eorū vngula non sulcatur, censentur immundi. Veruntamen partim mūdæ partim immundæ conditionis cameli perhibentur. Cæterum qa hæc plaga. Vt parū noxia propter vilitatem immundorum animaliū credebatur, transit ad boues, dehinc ad placidissimum animalium, ouem.

C Orige. Quinto loco animalium nece vel pecudū Ægyptus verberatur. In quo vecordia vel stultitia mortalium arguitur, qui tanquam irrationabilia pecora cultum & vocabulum Dei imposuerunt figuris, non solum hominum sed pecudum ligno & lapidibus impressis: Hammonem Iouem in ariete venerātes: Anubim in cane, Apim in tauro, &c. portēta deorum, quæ Ægyptus imitatur, vt quibus cultum credebant esse diuinum, in his viderent miserandum supplicium.

Nō mœchaberis. Moraliter.

Rabb. Quintū præceptum est: *Non mœchaberis.* Quinta plaga mors in pecoribus. Comparemus hæc. Da hominē mœchari volentem, coniugio nō contētum. Appetitum carnis deuitare non vult nobis pecoribúsque cómunē. Coire enim & generare, etiā pecudum est. Ratiocinari & intelligere hominū est. Ratio ergo quę præsidet, motus inferiores tanquā regina, frænare debet, nō immoderatè laxare. Ideo pecoribus in natura datum est, vt certis temporibus tantū ad coitū moueantur, interim namq; motus ipse torpescit. Homo autē semper moueri potest, quia refrænare motum potest. Tibi dominationem ratio nis creator dedit, tibi præcepta continentiæ tāquam in bestias inferiores lora concessit. Tenes quod pecus nō potest, & speras, quod non potest. Laboras in cōtinendo, non pecus. Gaudebis in æternitate, nō pecus. Si opus fatigat, merces consolatur. Debes interiorem motum frænare, non tanquam pecus in omnia laxare. Quòd si contemperis, & imaginem Dei quæ in te est, posthabueris, victus cupiditate tanquam dimisso homine, poc⁹ eris. Contra illud: *Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus nō est intellectus.* Sed fortè eligis pecus es saltem mori time.

b *Ingrauatúmque est, &c.* Aug. Si pecora Israëlitarū morerentur, videretur causa cōpetēs, quare cor eius grauaretur ad † præceptū Dei: tanquā si magi eius, pecora Israëlitarū occidissent, sed vnde debuit ad timendum vel credendum moueri: ingrauatum est, † & illa ingrauatio etiam hucusque progressa est.

✠ Bernardvs. Quid est cor durū? Interroga Pharaonē. Ipsum est ꝙ nec cōpunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec

☞ moue

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IX.

1 Dixit autem dominus, &c. *Hic consequenter describitur quinta plaga: Cuius primo præmittitur comminatio. Et secundo subditur inflictio, ibi:* Fecit ergo dominus. *Circa primum dicitur.*

2 Hæc dicit dominus, &c. *Licet enim sit Deus & dominus omnium, dicitur tamen hic Deus & dominus Hebræorum in speciali, per veram fidem & specialem cultum, & vt videret Pharao, quantum dominus diligebat populum illum. Subditur.*

3 Ecce manus mea. *Non dicit, manus Moysi, quia ista plaga sicut & præcedens facta est à Deo absque ministerio Moysi & Aaron. In tribus autem primis dicitur Aaron extendisse manum.*

4 Super agros, &c. *Pestis valde grauis. Ex quo patet, quod illa pestis fuit solum super animalia quæ erant in campis. Qualiter autem fuerit illa pestis in textu non exprimitur, nec Iosephus de hac peste loquitur. Et ideo dicit Andreas, quod fuit ex voluntate diuina, non per corruptionem aëris. Alij autem dicunt, quod fuit ex corruptione aëris diuinitus causata cadente super pascua. Et ideo animalia pascentia corrupta sunt, & secundum hoc dicitur pestis illa a pastu.*

5 Et faciet dominus, &c. *Quòd in eisdem campis animalia Ægyptiorum sunt mortua, & animalia filiorum Israël saluata.*

6 Cras faciet dominus. *Dicunt Hebræi, quod Moyses fecit lineam in pariete, dicens: Crastina die cum sol attinget lineam istam, fiet plaga ista. Et hoc est factum ad ostendendum certitudinem diuinæ prouidentiæ.*

7 Fecit ergo dominus. *Hic consequenter describitur prædicta pœnæ inflictio, eo modo quo prædicta est.*

8 Et misit Pharao. *Quæritur: Quare non misit ad videndum de aliis prædictis plagis sicut de ista? Dicendum quod non poterat, quia in plaga præcedenti immediatè nuntij non poterant ire propter muscas quæ erant in itinere, vel propter animalia, quæ erant horribilia secundum aliam opinionem. similiter dicendum de ciniphibus & ranis. Et correspondet plaga ista culpæ Ægyptiorum qua afflixerunt Hebræos, non solum in propriis corporibus, sed etiam in eorum animalibus, supponendo eis onera grauia portanda.*

9 Et dixit dominus. *Hic describitur sexta plaga quæ fuit communis hominibus & iumentis, cum dicitur.*

1 ✠ Tollite

MORALITER.

† 1 *Dixit autem dominus ad Moysen.* In hoc capitulo agitur de tribus plagis Ægypti. Prima est pestis, de qua dicitur.

3 *Ecce manus mea, &c.* Per hęc animalia bruta intelligūtur homines voluptuosè viuētes vita bestiali. Vñ. j. Ethi. vita voluptuosa di

† citur

☞ mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum A ad beneficia, ad consilia infidum, ad iudicia sæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prouidens. Ipsum est, cui præteritorum præter solas iniurias, nihil omninò non præterit, præsentium nihil non perit, futurorum nulla nisi fortè ad vlciscendum prospectio seu præparatio est. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum est quod nec Deum timet nec hominem reueretur.

† Fauillæ fornacis.

† Vlcera.

Quæst. 31.

a *Tollite plenas, &c.* Augvst. Alia litera: *Sumite plenas manus vobis fauillæ de fornace, & aspergat Moyses, &c.* Superiora signa virga fiebāt, quā non Moyses, sed Aaron, extendebat super aquā, vel ad terram percutiebat. Nisi verò interpositis duobus signis de cynomia scilicet, & mortibus pecorum, vbi nec Aaron nec Moyses aliquid manu operantur, dicitur vt Moyses fauillam spargat in cælum, ambo iubentur sumere, sed ille spargere: non est in terram, sed in cœlum tanquam Aaron (qui datus erat ad populum) terram percutere deberet, vel in aquam vel in terram manum extēdere. Moyses verò qui erat in his, quæ ad dominum iubentur, fauillam iubetur spargere. Quid duo illa superiora signa, vbi nec Moyses nec Aaron aliquid manu operantur, quid sibi vult ipsa diuersitas.

* Et omnes.

✠ Procopivs. Redigit nobis caminus in memoriam ænigma de camino. Significat enim camini fuligo ignis gehennæ pœnam, quam nobis scriptura comminatur. Sed illud supplicium neminem nisi Ægyptios imitantem aduret. Si quis verè fuerit Israëlita & Abrahami filius, ostendens vitæ honestate so inuictum esse electis, is seruabitur, nec lædetur vel violabitur igne gehennæ, qui per caminum repræsentatur.

C

Lib. de vita Mosis.

Grego. Nissenvs. Non decet historiæ literam ita sequi, vt Deum putemus cruciatus causam, sed vnumquemque sua electione sibi dolores præparasse ac fecisse credere debemus vt etiam Apostolus ad huiusmodi hominem dicit, *quod secundum duritiam tuam, quia cor tuum non pœnitet, iram tibi in die iræ ac reuelationis & iusti iudicij Dei congregas, qui vnicuique tribuit iuxta operum suorum merita.* Nam quemadmodum si praui humores, in præcordiis ac intestinis lateant, non accusatur medicus quod eos ipse fecerit, si arte ipsos in cutem vt appareant, traxerit, sed effecit illos quidem inordinata diæta, sic cùm doloros ac cruciatus hominibus à Deo factos audimus, intelligere decet à nobis ipsis

ipsis initia & causas earum vexationum fuisse. Qui enim benè vixit, huic non tenebræ, non vermes, non gehenna, non ignis, D non aliud vllum, & nomine & re terribile imminet, sicut ipsa quoque testatur historia. Nam cum in eodem simul Hebræi cum Ægyptiis essent loco, craciabantur Ægyptij Hebræis nihil sentientibus.

Rabb. Sextum præceptum: *Non occides.* Sexta plaga pustu- Non occides.
1 læ in corpore, vesicæ
2 bullientes & scatentes, incendia vulnerum, & fauillę fornacis. Ardent enim homicidæ iræ, insania. Si posses videre animas homicidarum plus plangeres eas, quàm putrescētia cor pora vlceratorum.

† Vlcera.

† Vlcera.

Origenes *Vulnera & vesicæ*, cum feruore in sexto verbere producuntur. In vlceribus dolosa purulētaque malitia arguitur in vesicis tumens & inflata superbia. In feruore iræ & furoris insania.

Vbi supra.

† Omnibus Ægyptiis.

† Suprà. 8. c. E

† Seruiat.

b *Nec poterant malefici stare.* Rvpertvs. Ecce tertiò victi sunt, vnde & deinceps nulla sit mentio maleficorū. Primò virgis suis non sine confusione sua exarmati sunt, quia virga Aaron deuorauit virgas eorum. Secundò confusi, quia non potuerunt cyniphes educere, dixerunt, *digitus Dei hic est.* Hic iam tertiò sic superati sunt, vt non possent respirare spe vllius victoriæ. Vlceroli quippe & ipsi, *non poterant stare coram Moyse.* De simili confusione certi sunt, quicunque resistunt veritati.

Libr. 1. in Exod. ca. 36

c *Induratúque dominus cor, &c.* Origen. Nota quia in sexta plaga non dicitur, Induratum est cor Pharaonis, sed aliquid terribilius additur. Scriptum est enim: *Quia induravit dominus cor Pharaonis, &c.* Rursus in septima cùm grando & ignis Ægyptum vastat, induratur quidem cor Pharaonis, sed non à domino. In octaua verò vbi locusta producitur, dicitur dominus indurare cor Pharaonis. Et in nona cum tenebræ palpabiles fiunt, tandem verò cum extinctis primogenitis, Israëlitæ discessissent: Ita dicitur: *Et induravit dominus cor Pharaonis regis Ægypti & servorum eius, & insectatus est eos.* Sed & cùm Moyses de terra Madian ad Ægyptum mittitur & præcipitur ei facere prodigia. Additur, *Facies ea in conspectu Pharaonis: Ego autem indurabo cor Pharaonis, &c.* Hinc primum dictum est à domino: *Ego indurabo cor Pharaonis, &c.* Secundò quoque enumeratis principibus Israël dicitur: *Ego indurabo cor Pharaonis, &c.* Non frustra facta est ista varietas, vt nūc dicatur dñs induratione cor Pharaonis, nūc ipōte esse induratū. Video Paulū tāquā intelligentē, quid differat, induratū esse cor Pharaonis, & induratione dñm cor Pharaonis dicere Ro. ij. a. *An divitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras*

Ibid.

F

☞ quoniam

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tollite plenas manus. *Ex quo patet quod ista plaga facta est ex elemento ignis, quia cineres illi accepti sunt de camino ardenti, vt magis sonat in Hebræo, & correspondet plaga ista culpæ Ægyptiorum, qua afflixerant Hebræos in decoctione laterum in igne fornacis.*

2 Et spargat illum, *scilicet cinerem ardentem.*

3 Moyses. *Et nō Aaron, quia ista sparsio cineris facta est versus cælum. Aaron enim erat ordinatus in his quæ pertinebant ad populum. Moyses autem in his quæ pertinebant ad Deum, & ideo manu propria iussus est spargere cinerem, qui spargendus erat versus cœlum.*

4 Erunt enim in hominibus, &c. *Primo enim fuerunt in eis vesicæ turgentes, id est, calefactionem pungentem continentes, & postquam ruptæ sunt ptæ sunt vesicæ. fuerunt in eis vulnera.*

5 Nec poterant malefici, &c. *Ex quo patet, quod ex præcedentibus signis non destiterunt Moysi resistere, propter quod ista plaga fortius in eis, desiit, quam in aliis Ægyptiis.*

6 Dixitque Dominus. *Hic describitur septima plaga, cuius primò præmittitur comminatio. Secundo subditur inflictio, ibi:* Et dixit dominus ad Moysen. *Tertiò eiusdem remotio, ibi:* Misitque Pharao. *Circa primum dicitur sic.*

7 In hac vice mittam. *Ex quo patet quod hoc non intelligitur solum de ista plaga, sed etiam de sequentibus, quia dominus præuidebat Pharaonis obstinationem, & eius flagellationem futuram. Vide subditur.*

✠ Peri

MORALITER.

† citur vita pecudum. Super istos autē venit pestis valdē grauis quia primò venit super eos mors culpæ, & postea mors gehennæ. Secunda plaga est vesicarum, de qua dicitur.

4 *Erunt enim, &c.* Ægyptus interpretatur tenebra propter quod homines Ægypti dicuntur, qui suum studium applicant ad exercendum peccata quæ sunt tenebrarum. Esa. xxix. c. *Væ qui profundi estis corde, vt abscondatis a domino consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: quis videt nos?* Iumenta verò dicuntur qui in talibus operibus præstant auxilium, consilium, & fauorem. Dicuntur enim iumenta, quasi iuuamenta, & super istos etiā cum aliis venient vesicæ turgentes, id est, pungentes, per quas intelligitur vermis conscientiæ, quæ perpetuò manebit in damnatis. Esaiæ. lvj. *Vermis eorum non morietur.* Per hoc autem quod dicitur.

† Qui

Universidad de Sevilla Biblioteca

quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, &c. hîc sine dubio cui qui sponte induratus est, culpat. Alibi verò velut quæstionem super hoc proponens dicit: *Ergo † cuius vult miseretur, & quẽ vult, indurat, &c.* Addit etiã his: *O homo tu quis es qui respõdeas Deo.* Ro. ix. d. Per quod do eo qui à domino dicitur induratus, nõ tam quæstionis solutione, quàm apostolica autoritate respõdit pro incapacitate auditorum, sicut alibi ait. ij. Cor. xij. a. *& audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Vnde in sequẽtibus cũ, qui non tam studiorum merito, quam sciẽdi cupiditate, secretioribꝰ se quæstionibus † curiosius immergit, deterretdicẽs Rom. ix. d. *O homo tu quis es q respõdeas Deo.*

† Curiosus

B RABB. Septimũ præceptum: *Nõ furaberis* Deut. v. d. Septima plaga, grando in fructibꝰ. Nemo enim habet iniustum lucrũ sine iusto damno, dũ furaris, acquiris vestẽ amittis fidẽ, lucrum visibile, damnum inuisibile, lucrũ de tua cæcitate, damnũ de domini nube. Qui enim malo desiderio forinsecus furantur, Dei iudicio intrinsecus grandinantur, & ager cordis eorum deuastatur.

Non furabe ris.

† Domini.

† Nõ ponebat ad cor. Hebr.

Quæstio 32.

a *Idcirco autem posui te, &c.* AVGVST. Hæc verba Apostolus posuit, vbi & hæc ait: *Si autem volens Deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ*, parcendo scilicet his, quos malos futuros esse præsciebat, quę vasa dicit perfecta in perditionem, *& vt* (inquit) *notas faceret diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ*, † quæ dicunt. Psal. lviij. b. *Deus meus misericordia eius præueniet me.* Nouit ergo Deus bene vti malis, non tamen humanam naturam ad malitiam creat, sed perfert eos patienter quousque scit oportere non inaniter, sed ad admonitionem vel exercitationem bonorum. Ecce enim vt annuntietur nomen domini in vniuersa terra, vasis misericordiæ prodest, ad eorum vtilitatem ergo Pharao est seruatus.

C

† qui.

In epistole ad Romanos cap. 9.

✠ AMBROSIVS. Ad hoc seruatus est Pharao, vt multa signa & plagæ ostenderentur in illum, quasi iam mortuum. Suscitatus autem dictus est, quia cùm apud Deum mortuus esset, modicum tempus accepit, vt viuere videretur, vt esset in cuius pœnã & varia tormentorum genera vsque ad mortem, omnes qui sine Deo erant, metu territi, hunc, solum Deum esse, cum maxima admiratione faterentur, à quo hæ vindictæ sunt. Hoc etiam genere antiqui medici in hominibus morte dignis vel mortis sententiã consecutis, requirebant quomodo prodessent viuis, quæ in homine latebant, apertis his cognoscerent causas ægritudinis, vt pœna morientis proficiat ad salutem viuentis.

b *En pluam eras, &c.* ORIGE. Hucusque per errorum suorum figuras mundo supplicia temperantur: post hæc veniunt verbera de supernis.

c *Mitte ergo iam nunc, &c.* AVGVST. Hoc non tam indignanter quàm misericorditer præmonere videtur Deus: qui etiã iratus temperat pœnã, Sed mouet, quibus nunc pecoribus consulatur, si omnia mox tua fuerant superiori plaga? Vbi scriptum est, quòd discreuit Deꝰ inter pecora Hebræorũ & Ægyptiorũ, vt omnia scilicet morerẽtur pecora Ægyptiorum, nullum verò Hebræorum. An eo soluitur quæstio, quòd prędixerat moritura quæ in campo fuissent, vt hæc accipiantur omnia. Intelligantur autem euasisse quæ in domibus erant, quæ collegerũt & tenuerent qui dubitabant, ne fortè verum esset quod Moyses prædixerat dominum facturum, & ex his esse in cãpis iterũ poterant, quę mox iubentur congregari in domos, ne grandine pereant, cùm scriptura dicit: *Qui timuit verbum domini de seruis Pharaonis, &c.* Hoc ergo fieri potuit, quoniam mortẽ pecorum minatus est Deus quamuis id scriptura tacuerit.

Quæstio.

✠ THEODORETVS. Grandinem & cæteras plagas illis inflixit, vt ostenderet omnium elemẽtorum se esse Dominũ. Nã quia & Ægyptij ac cæteræ gentes alios deorum cœlestes, alios terrestres, alios subterraneos esse existimabant: & hos quidem terræ, hos verò maris, alios rursum montium, alios camporum dominationem habere. Idcirco vniuersorum Deus non tantum eos per fluuium & terram, sed per mare necessariò castigandos esse existimauit, hac ratione docens se omnium opificem ac dominatorem esse. Id enim Moyses ad Pharaonem ait, *vt cognoscas quia Domini est terra.*

Quæst. 32.

✠ PROCOPIVS. Cæterùm prouidentia diuina factum est, ne iumenta interirent omnia. Nam opus erat iumentis quæ traherẽt vt eas in solitudine trucidaret. Verùm diuina prouidentia aliter totum gubernauit negotium.

d *Extende manũ, &c.* ✠ PROCOPIVS. Admonendus est hoc loco lector, Mosem non iuberi omnia miranda facere virga, sed saltem quædam: quædam quoque prędicere, vt culices & iumentorum interitum: quædam manuum ministerio peragere, vt dum accipit fuliginem de camino, & grandinem concitat. Sed quæ horum est causa? Ne vulgus opinetur magica superstitione virgam esse factam, & ipsi mirificos illos effectus assignarent.

a *Exten*

extendens manum percutiam te & populum tuum peste, peribisq; de terra. Idcirco autem posui te, vt ostẽdam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Adhuc rẽtines populum meum, & non vis eum dimittere: En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto à die qua fundata est vsque in præsens tempus. Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro. Homines enim & iumenta & vniuersa, quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritque super ea grando, morientur. Qui timuit verbum † Dei de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos & iumenta in domos, qui autem † neglexit sermonem domini, dimisit seruos suos & iumenta in agris. Et dixit dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cœlũm, vt fiat grãdo in vniuersa terra Ægypti, super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri in terra Ægypti.

¶ Vasis misericordiæ.

a ¶ Ad admonitionem & correctionem bonorum.

a ¶ Solita malitia.

¶ Per quam tenera adhuc vastantur nascentia vitiorum.

¶ Ecclesiam.

¶ Agrestium moribus. ¶ Diuitia infidelis cordis.

a ¶ Non in terram. b ¶ Sicut superius de fauilla.

1 ✠ Peribisque de terra: *quod factum fuit quando persequens filios Israel submersus fuit in mari rubro.*

2 Idcirco autem posui te, vt ostendam, &c. *flagellando te multipliciter hoc tamen non est sic intelligendum, quòd Deus indigeat malitia hominum ad declarationem suæ fortitudinis eos flagellando, quia per multa alia potest suam fortitudinem hominibus ostendere, sed pro tanto hoc dicitur, quia Deus est adeò potens & bonus, quòd ex malis hominum scit & potest bona elicere. & ideo talia permittit, vt inde bona eliciat, & sic ex malitia Pharaonis elicuit declarationem suæ iustitiæ & virtutis. Vnde ly* vt *tenetur ibi consecutiue, & non causaliter.*

3 Et narretur nomen meum: *quia per declarationem talis iustitiæ manifestatur aliis diuina virtus & iustitia, vt eum timeant, & non obdurentur in peccatis suis sicut Pharao.*

4 En

NICOLAVS DE LYRA.

4 En pluam eras. *Prædeterminat tempus & horam ad ostẽdendum suæ prouidentiæ certitudinem, & suæ virtutis magnitudinẽ, quæ nec in modico potest impediri.*

5 Qualis non fuit in Ægypto à die, &c. *In illa enim regione quæ est versus austrũ pauca pluuia & grandines fiunt, & paruæ quantitatis: sed tunc fuit grando ita magna in multitudine & quantitate & maior, quam fieri solet in partibus Borealibus.*

6 Mitte ergo iam. *Hoc dicitur ad ostendendum, quòd cùm iustitia diuina semper currit misericordia.*

7 Qui timuit verbum Dei, &c. *ille timor non fuit filialis procedẽs ex amore, sed seruilis procedens ex formidine pœnæ.*

8 Qui autem neglexit. *Quia nec seruilem timorem ex nimia obstinatione habuit.*

9 Extende manum tuam in. *quia Moyses erat in his quæ pertinebant ad dominum, Aaron autem supra iussus est extendere manum.*

✠ & Domi

MORALITER.

7 ✠ *Qui timuit verbũ Dei, &c.* per iumẽta, quæ fuerunt saluata, significatur quòd peccatores refugientes ad domum ecclesiæ per opera veræ pœnitentiæ euadunt pœnam gehennæ. Tertia verò plaga est ignis & grandinis. cum dicitur.

✠ *Grando*

a *Extendit q̃, Moyses, &c.* ORIG. Illud quoque notãdum, quòd quædam verbera inferre dicitur Aaron Pharaoni vel Ægypto, quædam Moses, quædam verò ipse dominus. In prima enim plaga vbi aquas vertit in sanguinem, eleuat Aaron virgam, & percutit aquam. In secunda percutit aquas: & educit ranas. In tertia extendit manũ & percutit virga puluerem terræ, & fiũt ciniphes. In quarta dicitur dominus feciſſe, vt veniret cynomia. In quinta quoq; cũ extinguuntur pecora, dicitur feciſſe verbum hoc. In sexta verò Moses aspergit fauillam, & fiunt vlcera & vesicæ. In septima eleuat manum in cælũ, & fiunt voces & grãdo scilicet, &c. In octaua similiter extendit manus in cælum, & dominus inducit ventum, & adducit locustas. Sed & in nona extendit manũ in cælum & fiunt tenebrę & caligo. In decima verò finis & perfectio totius operis ministratur à domino. Sicut enim dicitur: *Et dominus percussit omne primogenitum in terra Ægypti.*

Vbi supra.

IDEM. Est alia obseruanda differentia. in prima enim plaga cùm aqua vertitur in sanguinẽ, nõdũ dicitur Mosi, vt intraret ad Pharaonẽ, sed *vade in occursum eius, &c.* In secũda verò cõstanter & fideliter ministrata prima dicitur ad eũ: *Intra ad Pharaonẽ, &c.* In tertia verò ciniphes inferũtur, magi cedũt cõfitentes, quia *digitus Dei est hic.* In quarta verò vigilare iubetur Moses mane, & stare cõtra Pharaonẽ procedentẽ ad aquas, cũ cynomia replẽtur Ægyptiorũ domus. In quinta cum pecora delẽtur ad Pharaonẽ intrare iubetur. In sexta contẽnitur Pharao, nec dicitur q̃ intrauerit Moses & Aaron ad eum, quia facta sunt vlcera & vesicæ cũ seruore etiã super maleficos, & nõ poterãt resistere Mosi. In septima vigilare iubetur valde mane, & stare cõtra Pharaonẽ, cũ grãdine & ignẽ producit & voces. In octaua intrare præcipitur ad eũ cũ locusta producitur. In nona rursus contẽnitur Pharao, & † Mosi præcipitur ad cælũ extẽdere manus, vt fiãt tenebræ palpabiles: nec intrat, sed vocatur ad Pharaonem. Similiter in decima, cum primitiua delentur, & cogitur cum festinatione exire de Ægypto.

† Moses.

b *Et dominus dedit tonitrua, &c.* ORIG. Vide tẽperamentũ diuinæ correctionis, non cũ silentio verberat, sed dat voces, & doctrinam cælitus mittit, per quã possit mundus castigatus culpã suã agnoscere. Dat grãdinẽ per quã tenera vastãtur adhuc nascẽtia vitiorũ. Dat & ignẽ, fciẽs esse ĩ spinas & tribulos, quos debẽbat depasci, de quo dicit dominꝰ Luc. xij. f. *Ignẽ veni mittere in terrã.* Per hunc ignem incentiua voluptatis & libidinis cõsumuntur.

Homil. 4. in Exod.

Luc. 12. f

IDEM. Sũt alia multa obseruãda, in quibꝰ diuina indicatur sapientia. Primò enim non flectitur Pharao cũ aqua in sanguinẽ vertitur. In secũdo parum molliri videtur. *Vocauit enim Moysẽ & Aaron, dicẽs: Orate pro me dominũ, &c.* In tertio magi cedũt, dicẽtes: *Digitus Dei est hic, &c.* In quarto p cynomiã verberatus, dicit: *Ite tes immolate domino Deo, &c.* In quinto † vbi nece pecudũ cæditur, nõ cedit, sed amplius indurat. Similiter in sexto super plaga vlcerũ. In septimo verò cũ grandine vastatur & ignibꝰ, *vocauit Moysen & Aaron,* dicens: *Peccaui etiam nũc, dominus iustus, ego autẽ & populi mei iniqui, &c.* In octauo cũ locustis vrgeretur, festinãter vocauit Mosen & Aaron dicens: *peccaui ante dominum Deũ vestrũ & in vos. Suscipite peccatũ meũ, ettiãnũc orate ad dominũ Deũ vestrũ.* In nono cũ tenebris suffunditur, vocat Mosen & Aarõ, dicẽs: *Ite & seruite domino Deo vestro.* In decimo cũ primitiua extinguuntur, vocat eos nocte, & dicit: *Surgite, exite de populo meo vos & filij Israël, &c.* Et adiũgit: *Benedicite autem & me.* Non possunt hæc explicari, nisi codẽ spiritu quo gesta sunt, quia secundũ Apostolum spiritus prophetarũ prophetis subiectus est, non ergo quibuscũq; ad explanandũ dicta prophetarum, sed prophetis dicuntur esse subiecta.

† Psal 77. c. & 104. c.

† Vbi nece pecudũ esse dicitur &c

* que.

† Agri.

* que

1. Cor. 14. a.

c *Et percussit, &c.* ✠ PHILO IVDAEVS. Cũ Ægyptus in ipsa hyeme ver agat, neq; penitus niuem fentiat, subitò tamẽ aër ille tenuis & temperatus, naturam nouam propemodum induit, vt quæcunque iam virescere inceperant, læderentur.

✠ RVPERTVS. Cum sint plures differentiæ furti, pessimum illud constat furtum esse, quod est veritatem Dei in iniustitia detinere. Huic peccato meritam pœnam hæc plaga denunciat, quæ de cœlo facta est, vbi grando & nix mixta pariter ferebantur. *Reuelatur enim ira Dei de cœlo* (inquit Apostolus) *super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem in iniustitia detinent, quia quod notum est Dei manifestum est in illis.*

Lib. 1. in Exod. cap. 37.

Rom. 1. a

d *Nouit autem quòd, &c.* AVGVSTIN. In quæst. 35. in Exod. De

✠ fragore

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dominus dedit tonitrua. *Ad terrendum Aegyptios.*

2 Et grandinem. *Ad consumendum terrenascentia & etiam homines & animalia, quæ erant in agris.*

3 Ac discurrentia fulgura super terram. *Ad percutiendum ea quæ grandinem euadebant. Patet etiam ex hoc, quòd ista plaga fuit ex tribus elementis, s. aquæ ratione grandinis, quæ est aqua congelata, aere ex commotione eius vehementi ratione tonitrui, & igne ex fulgure discurrente. Correspondet etiam ista plaga, per quam terrænascentia fuerunt contrita, & in modum palearum redacta, culpæ Ægyptiorum, qua Hebræos affixerunt in palearum congregatione vt dictum est supra v. capitulo.*

4 Cum egressus fuero de vrbe. *Erat enim plena idololatria, ideo prius egressus est antequam oraret.*

4 Noui

5 Noui autem, &c. *Necdum timeatis timore filiali, sed tãtum seruili, vt pœna cesset.*

6 Linum ergo & hordeum læsum. *Id est, contritum & corruptum à grandine: Cuius causa subditur.*

7 Eò quòd hordeum esset virẽs, &c. *In Hebræo habetur:* Eò q̃ esset primitiuum. *& ideo iam tantum creuerat, quòd illud quod posset crescere post percussionem grandinis esset infructuosum & inutile.*

8 Et linum iam folliculos, &c. *In Hebræo habetur:* Et linum iam tuellos fecerat. *Et ideo quia tuelli fuerunt fracti, vlterius erat inutile. Ex prædictis patet, quòd tria istam plagam euaserunt, scilicet quæ erat in domibus: quia in agris tantum fuit ista pestilentia, vt patet ex prædictis in textu. Item illa quæ non erant primitiua, quæ non in tantum pro tunc creuerunt, quòd renascentia esset inutilis. Item illa quæ erant dura lignea, quæ non fuerunt fracta: & eadem ratione illa quæ non erant in tuellis, quia non resistebant grandini, sed cedebant percussioni.*

Vers

✠ Triti-

MORALITER.

✠ † *Grando, &c.* Per quam intelligitur illa pœna damnatorũ, de quã dicitur Iob. xxiiij. ca. *Ab aquis nimium transibunt ad calorem nimium. Per hoc autem quod dicitur*

Universidad de Navarra Biblioteca

fragore cæli, & gran-
A dine exterritus erat
† Tetendit. & grando. † Cessaret. Pharao. Vnde roga-
bat Moſen, vt oraret
pro eo, confitens ini-
quitatem ſuam, & po
puli ſui. Sed Moſes a-
† Locutus fuerat. lium timorem quæ-
rebat. Facile enim eſt
pœnam

Triticũ aũt & far nõ ſunt læſa, qa ſerotina erãt. Egreſſusq; Moy-
ſes à Pharaõe ex vrbe † extẽdit man⁹ ſuas ad dñm, & ceſſauerũt
tonitrua & grãdo, nec vltrà ſtillauit pluuia * ſup terrã. Vidés aũt
Pharao q̃ ceſſaſſet pluuia & grãdo & tonitrua, auxit peccatũ,
& ingrauatũ eſt cor ei⁹ & ſeruorũ illi⁹, & induratũ * nimis, nec
dimiſit filios Iſraël, ſicut † præceperat dñs per manum Moyſi.

pœnam timere: ſed D
non eſt hoc Deum
timere, illo ſcilicet
pietatis timore, de
quo Iacob dicit: *Niſi Deus patris mei Abra-*
*ham, & timor Iſaac * eſt. affuiſſet mihi, nunc me*
inanem dimiſiſſes. Gen. 31. f. Hiſtoriæ.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Triticum autem & far non ſunt læſa. *In Hebreo habetur: Triticum*
ticum & ſpelta non ſunt laſa. Cuius cauſa ſubditur.

2 Quia ſerotina erant. *Et illud quod natum & nouitium erat, cedebat percuſſioni grandinis. Catera patent ex prædictis.*

CAP.

ADDITIO. I.

In cap. ix. vbi dicitur in poſtil. Et miſit Pharao ad videndum.
Eſt alia ratio conſona litera, quam quidam Hebraorum aſſignant ad hoc quòd de iſta plaga miſit ad videndum ſpecialiter, & non in præcedenti: quia. ſ. mirabilius erat quòd ex animalibus Ægyptiorum & Hebræorum, quæ in eiſdem campis paſcebantur, morerentur illa quæ erant Ægyptiorum, non autem quæ erant Hebræorum: quam quòd terra Geſſen eſſet immunis ab aliqua plaga, non autem alia terra Ægypti. Hoc etiam ſonat litera, qua in præcedenti plaga dicit: Faciamq; mirabilem in die illa terram Geſſen, in qua populus meus eſt: vt nõ ſint ibi muſcæ: *in hac verò plaga. ſc. peſtis dicitur:* Mortuaq; ſunt omnia animantia Ægyptiorũ, & de animalibus filiorum Iſraël nihil omnino periit. *ſ. vbicunque eſſent, etiam in terra Ægyptiorum*
B *quod eſt mirabilius: & per conſequens dignius inquiſitione. In primis verò duabus plagis, quia magi fecerunt ſimilia, non curauit Pharao*
†Populoxũ. *inquirere diſtinctionem † plagarum. In tertia verò non legitur talis diſtinctio.*

ADDITIO II.

In eo cap. ix. vbi dicitur in poſtil. Idcirco poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam.
Licet concedendum ſit, quòd Deus non indigeat malitia hominum ad declarationem ſuæ fortitudinis eos flagellando, quia per multas alias vias poteſt ſuam fortitudinem oſtendere, prout poſtillator dicit, non tamen ex hoc ſequitur, quòd cùm dicitur: Vt oſtendã in te fortitudinem meam, *ly* vt, *non teneatur ibi cauſaliter, prout ipſe vult inferre. Pro quo conſiderandum eſt, quòd ex diuina prouidentia non ſolũ diſponitur qui effectus fiant, ſed etiam ex quibus cauſis, & quo ordine proueniant, inter quas quidem cauſas ſunt etiam quorũdam effectuum: cauſæ actus humani, vnde in talibus oportet homines agere aliqua, vt per ſuos actus impleantur quidam effectus ſecundum ordinem à Deo diſpoſitum. prout in ſecunda ſecundæ q. lxxxxij. & ideo in talibus tales actus medij ratione habent cauſalitatis reſpectu effectus à Deo diſpoſiti vnde in præſenti materia, quia Deus ex propoſito ſuæ voluntatis diſpoſuerat, quod per malitiam Pharaonis à Deo toleratã & permiſſam ſua potentia, iuſtitia & longanimitas, hominibus declararetur: idcirco huiuſmodi malitia ſic à Deo permiſſa, habet rationem cauſalitatis reſpectu huiuſmodi declarationis à Deo intentæ, non tamẽ hæc cauſalitas eſt*
C *principalis & abſoluta, ſed eſt ſecũdaria, & ex ſuppoſitione diuini propoſiti vt dictũ eſt. Vnde patet quòd ly* vt *cũ dicitur:* Vt oſtendã in te, *tenetur*
tenetur cauſaliter prout ſonat, & non indiget aliqua reſolutione. Vnde & doctores ſancti illã dictionem vt, *in hoc loco in ſua propria ſignificatione relinquunt, vt patet in gl. bene intuenti. Sicut enim cum dicitur de Deo in Pſal. ciij. b. quòd* producit herbã ſeruituti hominum, vt educat panem de terra: *non excluditur quin Deus per multas alias vias poſſet educere panem de terra ſine hoc quòd herbam prius produxiſſet, ſed quòd Deus voluit inſtituere iſtum modum determinatum producendi & ſic eductio panis de terra habet cauſalitatem reſpectu productionis herbæ. Vnde ly,* vt, *tenetur cauſaliter ibi: ſicut & in hoc loco.*

REPLICA. *Correctory contra Burgen. ſemihæreticum. In cap. Burgen. notat poſtillatorem dicentem ly* vt, *non teneri cauſaliter ſed cõſecutiuè, cum dicitur:* Idcirco poſuite, vt oſtendam in te fortitudinem meam, *obijciens & allegans mira, putans ea eſſe contra poſtillatorem: quod tamen non eſt ſed potius pro eo, vt patet diligenter intuenti. Nihil enim poteſt eſſe Deo cauſa motiua ad extra, & in ratione finis, nec formæ, niſi conſecutiuè, & hoc eſt quod intendit poſtillator. Sequitur enim conſequentia legali: Pharao fuit malitia induratus contra dominũ, ergo Deus voluit in eo oſtendere fortitudinem ſuam. & ſic malitia non fuit cauſa niſi occaſio conſecutionis ex lege per Deum ordinata, vt Deus eum flagellaret: & in eo ſuam potentiam oſtenderet, & ad hoc valet exemplum de productione panis de terra, quia ita ordinem*
E *naturæ inſtituit, quòd prius terra germinaret, & gramen prodiret in granum, vt fieret panis conſequenter ex ordine inſtituto. Sed & illud quod Burgen. ex dictis ſancti Thom. ſecunda ſecundæ q. lxxxiij. applicat propoſito. videtur minus catholicè dictum, videlicet quòd ex ordinatione diuina oportet homines agere, vt effectus à Deo inſtitutus impleantur: Nam ex eo ſequitur in materia præſenti, quòd Pharaoni peccatum obſtinationis imputari non debet: quia ſecundum hoc oporteret eũ eſſe cauſam diuinæ glorificationis ſi cauſaliter teneri debeat, vt vult Burgen. In his autem quæ oportet fieri, ſicut in naturalibus & neceſſarijs, non laudamur nec vituperamur, teſtibus philoſophis & theologis. Sequitur etiam illam obſtinationem fuiſſe non ſolum ex diuina permiſſione, ſed etiam inſtitutione & ordinatione, quod non ſonat theologicè: cum doctores ſancti & magiſter ſententiarum huiuſmodi obſtinationis, ſicut nec aliorum malorum culpæ non velint eſſe cauſam poſitiuam, ſed defectiuam. Doctrina enim Scoti eſt, quòd in reprobatione, Deus nullũ actum poſitiuum habet circa reprobatum, ſed ſolum negatiuum, non ordinando ad gloriam & gratiam. Vnde licet dictum ſancti Thom. veritatem habere poſſit in poſitiuis ordinatis per Deum, in propoſito autem. prout Burgen. applicat, non videtur conſonare.*

CAP. X.

a *EGo enim induraui, &c.* ✠ GRAECVS. Deus Ægyptiis vtpote rebus à ſe creatis parcebat, tametſi idololatræ eſſent, vt ſibi crederent atque obtemperarent, quare illos modò verbis, modo diuerſis plagarũ generibus caſtigabat, idipſum etiam hoc toto capite agit. Prou. 21. b.

Quæſt. 36. in Exod. AVGVSTI. Hæc non ita dixit, tanquã opus habeat Deus cuiuſquam malitia, ſed ſic intelligendum eſt ac ſi diceret: Ego patiens fui ſuper eum & ſeruos eius, vt non eos auferrem, vt ordine ſuperueniant ſigna mea ſuper eos, quia enim patientia Dei, obſtinatior fiebat malus animus, pro eo, qd̃ eſt, patiẽs in eo fuiſſe, dicitur, *ingrauauit cor eius.* Plagæ Ægyptiorũ, eruditio eſt filiorum Iſraël, ne ſimiliter indurentur, & ſimilia patiantur. Multato poſtilente ſapientior erit paruulus.

✠ GREG. Semetipſum dominus hanc duritiam gignere perhibet, non quòd prauorũ mentes ad duritiem ipſe & culpã formet, ſed quòd à culpa non liberet, ſicut ſcriptũ eſt, *Ego enim obduraui cor Pharaonis.* Quod quia miſericorditer emollire noluit, profectò diſtrictè ſe obdurare nuntiauit. Lib. 29. moral. cap. 24.

CAP. X.

ET dixit Dominus ad Moyſen: Ingredere 1
a ¶ Patienter ſuſtinui.
a ad Pharaonem. Ego enim indũraui cor
eius, & ſeruorum illius, vt faciam ſigna mea
hæc in eo, & narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum, † quoties contriuerim

ORIG. Poſſunt decem Plagæ, quibus Ægypt⁹ per Iſraelitas verberatur, Romani regni comparati tẽporibus, quia hæc in figura noſtri facta ſunt. Chriſtianus & Iſraëliticus populus vnius
† Quæ ſed Ægypto. F

Dei

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

1 ET dixit dominus. *Hic deſcribitur octaua plaga. Et primò præmittitur eius comminatio. Secundò ſubditur eius inſtitutio, ibi:* Dixit autem dominus: *Circa primum, patet litera vſque ibi.*

✠ 1 Ecce

MORALITER.

✠ 1 *Et dixit dominus.* Hic agitur de duabus plagis Ægypti. Prima eſt locuſtarum viridia corrodentium: de qua dicitur.

✠ 1 *Ecce*

Dei eſt, vna vtriuſque cauſa ſubdita fuit, ſynagoga Aegyptiis, A eccleſia Romanis. Perſecuti ſunt Ægyptij, perſecuti ſunt & Romani. Ibi decies contradicitur Moſi, hic decem edicta contra Chriſtũ. Diuerſæ ibi plagæ Ægyptiorum, diuerſæ hic calamitates Romanorum. Ibi primum ſanguis de puteis & fluminibus manat, hic prima ſub Nerone plaga, & vbique morientium ſanguis eſſet, vel morbis in vrbe corruptus, vel bellis in orbe profuſus. Ibi ſecunda plaga ranæ in penetralib⁹, inedia, penè habitatores extinxit: hic ſub Domiciano ſatellites effrænati iuſſu cruenti principis, & inopia penè omnes Romanos ciues diſperſit. Ibi tertia plaga ciniphes, muſculæ ſæuiſſimæ, quæ media æſtate per loca ſqualida gregatim volant, capilliſque hominum, ſetiſque pecudũ vrente morſu inferuntur: hic tertia plaga ſub Traiano Iudæos excitauit, qui cùm ante diſperſi, quaſi non eſſent, quieſcerent, repentino calore permoti, graſſati ſunt. Præterea multæ vrbes iiſdem temporibus corruerunt terræmotu. Ibi quarta plaga muſcæ caninæ, alumnæ putredinis, vermium matres, hic ſub Marco Antonio lues multis infuſa prouinciis, Italiam & vrbem Romam, exercitumque Romanorum per diuerſa hyberna diſperſum, morte diſſolutum, putredini & vermibus dedit. Ibi quinta plaga pecorum & iumentorum: hic ſub Sæuero perſecutore ciuilibus bellis propria viſcera & adiumenta rei publicæ, id eſt, plebes prouinciarum & legiones militum, cõminutæ ſunt. Ibi ſexta plaga veſicæ turgentes, vlceraque manantia: hic plaga quæ poſt Maximi perſecutionem fuit, qui ſpecialiter epiſcopos & clericos, omiſſa turba populari, eccleſiarum primates cruciari imperauerat, intumeſcẽs crebrò ira & perfidia non per vulgi cædem, ſed per vulnera morientium principum & potentium exaltata eſt. Ibi ſeptima plaga, coacta in aëre grando, quæ hominibus & iumentis fuit exitio: hic ſub Gallo & Voluſiano, qui Decio perſecutori ſucceſſerunt, peſtis infuſa eſt, per omnia ſpatia Romani regni: & omne propè genus humanum dedit neci. Ibi octa-
C tes, Ro-

Decem plagæ Romanorum.

†Reuis hu militari eorã me?

Ægyptios, & ſigna mea fecerim in eis, & ſciatis quia ego dominus Deus. Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ad eum: Hæc dicit dominus Deus Hebræorum. Vſquequo† non vis ſubijci mihi? † Dimitte populum meum, vt † ſacrificet mihi. Sinautem reſiſtis, & non vis
a ¶ Nota locutionem: ¶ Contra hominum inconſtantiam.
a dimittere eum, ecce ego inducã cras lõcuſtam in fines tuos, 1
quæ operiet ſuperficiem terræ: nec quicquam eius appareat, 2
ſed comedatur quod reſiduum fuit † grandini. Corrodet 3 †
enim omnia ligna quæ germinant in agris, & implebit do- 4
mos tuas & ſeruorũ tuorum & omnium Ægyptiorũ, † quantum non viderũt patres tui & aui, ex quo orti ſunt ſuper terram vſque in præſentem diem: Auertitq; ſe & egreſſus eſt à 5
Pharaone. Dixerunt autẽ ſerui Pharaonis ad eum: Vſquequo 6
patiemur† hoc ſcandalũ? Dimitte homines, vt ſacrificent domino Deo ſuo. Nonne vides q̃ perierit Ægyptus? Reuocaue- 7
rũtq; Moyſen & Aaron ad Pharaonem, qui dixit eis: Ite ſacrificate domino Deo veſtro. Quinam ſunt qui ituri ſunt? Ait
Moyſes: Cum paruulis noſtris & ſenioribus pergemus, cum 8
filiis & filiabus, cum ouibus & armentis. Eſt enim ſolennitas domini † Dei noſtri. Et reſpondit Pharao: Sic do- 9
minus ſit vobiſcum: Quomodo ego dimittam vos & paruulos veſtros? † Cui dubium eſt quòd peſſimè cogitetis? Non fiet ita, ſed ite tantùm viri & ſacrificate domino. 10 11

†Habet hãc ſuinam ſiue hũc laqueũ.

† Nobis.

† Populus Dei non eſt ad ſeruitutem retractus, nec hîc poſtea ad idololatriam coactus. Ibi Ægyptiorũ vaſa pretioſa Hebræis tradita ſunt: hîc eccleſiæ Chriſtianorum, pretioſa paganorum tẽpla ceſſerunt.

IDEM. Ægyptiis poſt decem plagas dimiſſos Hebræos perſequentibus maris irruit interitus: nos quoque peregrinantes perſecutio Gum mentilianet, donec mare rubrum, id eſt, ignem iudicij Chriſto duce & iudico tranſeamus. Qui verò Chriſtianos perſequuntur, cum rege ſuo Antichriſto, in ſtagno ignis æterni ſubmergentur.

†Pſal. 104. c. Sap. 16. b. Iohel. 1. a.

RABBANVS. Octauum præceptum. *Falſum teſtimonium non dices.* Octaua plaga, locuſta animal, ſcilicet dente noxium. Falſus enim teſtis nocet mordendo, & conſumit mentiendo. Vnde: *Si mordetis & conſumitis, videte ne ab inuicem conſumamini.* Gal. 5. c.

a *Ecce ego inducam, &c.* ✠ AVGVSTIN. Iuxta ſeptuaginta, *Ecce ego induco hac hora craſtino die, locuſtam multam.* Ecce quemadmodum ſuperius dixit ranam, vbi diximus plerumque plus intelligi, cùm aliquid huiuſmodi ſingulariter dicitur, quàm ſi pluraliter diceretur. Manifeſtum eſt enim plus ſonare. *Locuſtam multam*, quàm ſi diceretur locuſtas multas. In locutionibus ſuper Exod. Locut. 47.

ORIGENES. Porro perhoc genus plagæ diſſidentis ſemper à ſe & diſcordantis humani generis inconſtantiam confutari. Homil. 4. in Exod. F

Locu-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ecce ego inducam cras locuſtã in fines tuos. *ſ. multitudinẽ locuſtarum, ſicut dictum eſt ſuprà. viij. cap.* Venit muſca grauiſſima. *i. multitudo muſcarum. per talem modum loquendi dicitur ſyllogiſmus eſt oratio. i. congeries orationum.*

2 Quæ operiet ſuperficiem terræ. *Non q̃ totaliter ſit operta, ſed pro magna parte.*

3 Nec quicquam eius appareat. *ſ. de his quæ pertinent ad eius ornatum, ſicut ſunt herbæ & cætera viridia. Et iſte ſenſus patet per hoc quod ſubditur:* Sed comedatur quod reſiduum fuit grandini, &c.

4 Et implebit domos. *Quia non ſolum inſ[illegible] erant terra naſcentibus, ſed etiam hominibus.*

† Auertitq; ſe & egreſſus eſt à Pharaone, &c. *Quia percepit per ſigna obſtinationem regis, & indignationem eius contra ipſum, & ideo dedit iræ locum.*

6 Vſquequo patiemur. *Scandalum eſt impactio pedis quæ facit hominem cadere, & ſic illud malum quod eis imminebat vocabam ſcandalum.*

7 Reuocaueruntque Moyſen. *De voluntate regis.*

8 Cum paruulis noſtris: *Cuius cauſa ſubditur.* Eſt enim ſolennitas, *ſcilicet generalis, in qua omnes tam maſculi quam fœminæ debent eſſe. Oportet etiam nos ſacrificare & neſcimus quæ vel quot, ideo oportet nos ducere animalia ad immolandum, ſimiliter iumenta ad portandum mulieres & paruulos.*

9 Sic dominus ſit vobiſcum. *Ironicè dicitur hoc.*

10 Cui dubium eſt quòd peſſimè cogitetis? *Ac ſi dicat, patet quod rebellare intenditis ſub prætextu ſacrificandi.*

11 Ite tantum viri & ſacr. *q.d. ad viros ſacrificare pertinet & non ad alios.*

✠ 1 Hoc

MORALITER.

✠ 1 *Ecce ego inducam cras locuſtam.* Locuſtæ ſaltantes ad corrodendum viridia, ſignificant dæmones feſtinantes ad deſtruendum bonorum operum initia, vt ſic ſequens fructus impediatur. Ipſi verò torquent damnatos in inferno, quia ſicut peccatores eis fuerunt ſubiecti in culpa, ita ſubiiciuntur in pœna: ideo ſubditur:

† *Comedatur quod reſiduum fuit.* Quia dæmones ſupplent reſiduum pœnarum inferni. Ideo ſubditur.

Ipſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Locusta enim cum regem non habeat, secundum scripturam A ordinatum, ducit exercitium. Homines verò cum rationales facti sunt, neque se regere ordinatè potuerunt, neque Dei regentis patienter moderamina pertulerunt.

STRAB. Per locustam quæ regem nō habet, significatur temeritas illorū, qui licet diuersis pœnis mulctati, semp in duritia sua manent, tanquam nullum habeant rectorem.

† Desecẽdat. a *Ad locustã.* ISID. Locustæ pro mobilitate leuitatis accipiũtur tanquam vagæ & salientes animæ pro voluptate seculi.

-Et. †Orient.lé. Mysticè. b *Et extendit Moyses virgam.* Quædam prodigia fiũt per Mosen, quædam per Aaron, quædā verò per ipsum dominum, vt cognoscamus in quibusdam per sacrificia sacerdotum & obsecrationes pontificum nos esse purgandos, quos Aaron persona designat. In quibusdā per scientiam legis emendādos quod Mosi designat officium. In difficilioribus autē ipsius domini virtute egemus.

B † & obscurata est terra. c *Ventus vrens leuauit locustas.* ✠ CHRYSOST. Locusta animal paruulum est, & inter volatile & reptile medium. Neque enim à terra satis tollitur, quià si paululū eleuatur, nō tàm volat quàm salit. Et cũ à terra se paululū eleuauerit, iterum pennis deficientibus cadit in terram.

Hoc enim & ipsi petistis. Statímque eiecti sunt de conspe- 1
ctu Pharaonis. Dixit † autem dominus ad Moysen: Ex- 2
a tende manum tuam super terram Ægypti ad locustam, vt † 3
ascendat super eam, & deuoret omnem herbam quæ resi- 4
b dua fuit grandini. Et extendit Moyses virgam super terram
Ægypti, & dominus induxit ventum † vrentē tota die illa & 5
c nocte. Et mane facto, vēntus vrēs leuauit locustas. Quæ ascē-
derūt super vniuersam tērram Ægypti, & sederūt in cūctis
finibus Ægyptiorum innūmerabiles, quales antè illud tēpus 6
non fuerūt, nec postea futuræ sunt: Operueruntq; vniuersam 7
d superficiem terræ † vastātes ōmnia. Dēuorata est igitur herba †
terræ, & quicquid pomorū in arboribus fuit, quæ grādo di-
miserat. Nihil quoque omnino virēs relictum est in lignis &
herbis terræ, in cuncta Ægypto. Quāobrem festinus Pharao 8
vocauit Moysen & Aaron, & dixit eis: Peccaui in dominum 9
Deū vestrum, & in vos. Sed nūc dimitte peccatū mihi etiam 10
hac vice, & rogate dominū Deū vestrū, vt auferat à me mor-
tem istam. Egressusq; est Moyses de conspectu Pharaonis, & 11
orauit dominū: Qui flare fecit ventū ab occidente vehemē- 12
tissimū, & arreptā locustam proiecit in mare rubrum. Nō re- 13
manſit, nec vna quidem in cunctis finibus Ægypti. Et indu- 14
rauit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israël. Dixit † 15
autem dominus ad Moysen: Extende manum tuam † in cæ-
lum, & sint tēnebræ super terram Ægypti tam dēnsæ, vt pal- 16
pari queāt. Extēditq; Moyses manū in cælū, & factæ sunt te- 17
nebræ † horribiles in vniuersa terra Ægypti. Tribus diebus † 18
nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat.
Vbicūq; autē habitābat filij Israël, lux erat. Vocauitq; Pha- 19
rao, Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite, † sacrificate dño: Oues 20
tātùm vestræ & armēta remaneāt: paruuli vestri eāt vobiscū. 21
Ait Moyses: Hostias quoq; & holocausta dabis nobis, q̄ offe- 22
ramus dño Deo nostro. Cūcti greges pergēt nobiscū, nō re-
mānebit ex eis vngula, † quæ necessaria sunt in cultū domini
Dei nostri, præsertim cùm ignoremus, qd debeat immolari*,
donec ad ipsum locū perueniamus. Indurauit autē dominus
cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitq; Pharao ad
Moysen: Recede à me, & caue ne vltra videas faciem meam.
Quocunque die apparueris mihi, morieris. Respondit Moy-
ses: † Ita fiat, vt locutus es: Non videbo vltrà faciem tuam.

a ¶ Arguentes cæcitatem mentis, vel ostendentes diuinæ dispensationis & prouidentiæ obscurissimas esse rationes. b ¶ Hyperbolice. Tenebræ enim palpari non possunt, sed magnitudinem tenebrarum significauit.

c *Non remāsit, &c.* AVGVST. Beneficiū Dei cōmemorat scriptura, qđ abstulit locustas, & prosecuta dixit indurasse Dūm cor Pharaonis, beneficio. s. suo, & patientia qua illa fiebat obstinatio, dū ei parceretur. Sicut omnia mala corda hominū patientia Dei malè vtendo durescunt.

d *Deuorata est igitur, &c.* ✠ RVPERT. Ecce quales instruxit acies dominus, pugnando pro Israël, Rānæ, Cyniphes, muscæ, locustæ, fuerunt castrorum eius acies, & ex eiusmodi cohortibus, toties contrà fortes Ægyptios composuit legiones. Singuli milites secundùm se breues & infirmi, verùm pro exercitibus Pharaonis satis valentes fuere, duce imperio Dei.

GREG. Exhibitæ cælitus Ægypti plagæ, exigētibus meritis corporaliter illatæ sunt, sed quę mala quotidie prauas mentes feriāt, spiritualiter signauerūt, quibus exteriorū percussione Ægypt⁹ afflicta, cōmota mēs, dolensq; perpēderet, quæ vastationis dāna interius negligēs toleraret. Per locustas enim, quæ plus q̄ cęteta minuta animantia frugib⁹ nocēt, linguæ adulantiū figurātur, q̄ terrenorū mentes alia qua bona, pferentes immoderatius laudādo corrūpunt. fructᵘ enim Ægyptiorū opera cenodoxorū, q̄ locustæ exterminat, dū adulātes linguę ad apotēdas laudes trāsitorias cor operantis inclināt. Herbā locustæ comedunt, quādo adulatores verba loquentium fauoribus extollūt. Poma arborum deuorant, cū vanis laudibus quorundam iā quasi fortium opera eneruant.

e *Non remāsit, &c.* AVGVST. Beneficiū Dei cōmemorat scriptura, qđ abstulit locustas, & prosecuta dixit indurasse Dūm cor Pharaonis, beneficio. s. suo, & patientia qua illa fiebat obstinatio, dū ei parceretur. Sicut omnia mala corda hominū patientia Dei malè vtendo durescunt. Quæst. 37 in Exod.

f *Extende manum, &c.* AVGVST. Tertiò dicitur ad Mosen: *Extende manum tuam in cælum*, vt fieret etiam plaga tenebrarū. Nunquam autem dictum est ad Aaron, vt extenderet manus in cælū.

Quòd

† Pſal.104. c.Sap. 16. b. Ioel. 1. a.

† Seruite.

† Quia accipiemus ex eis. Non concupisces. † Domino.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Hoc enim & ipsi. *Non voretur mentēs, quia hoc non petiuerant.*
2 Dixit autem dominus. *Hic describitur plaga inflicta, & secundò eius remotio ibi: Quamobrem. Circa primum dicitur.*
3 Extende manum tuam. *Licet Moses esset executor ordinatus in his quæ pertinent ad Deū propter quod in præcedētibus iussus est extēdere manū versus cælū, tamen hic iubetur extendere manum suā super terrā, ad ostendendū, q̄ qui potest in manus, potest in minus, quando potestates sunt ordinatæ, sicut in proposito. sed non econuerso. & ideo Aarō qui fuit constitutus in his quæ pertinent ad populum, vt patet in prædictis extendit manum versus terram sed non versus cælum.*
4 Ad locustam: *Id est, ad multitudinem locustarum.*
5 Et dominus induxit ventum. *i. calidum & siccum, qui facit ad generationem locustarum, & fortificationē ipsarum vt possint volare.*
6 Quales ante illud, &c. *In multitudine & magnitudine.*
7 Nec postea, &c. *Contrarium videtur dicere Iohel propheta. Dicēdum quòd non loquitur de locustis ad literam sicut hic, sed sub similitudine locustarum loquitur de gentibus quæ vastauerunt terram filiorū Israël secundum aliquos. Secundum verò alios dicentes quòd Iohel loquitur de locustis ad literam. Dicendum quòd istæ locustæ fuerunt grauiores intensè, sed non extensè, quia modico tempore durauerūt, sed illa diutius, vt ibidem plenius dicetur domino concedente.*
8 Quamobrem: *Hic describitur prædictæ plagæ remotio.*
9 Festinus Pharao. *Quia necessitate vrgebatur.*
10 Peccaui in dominum. *Simulat pœnitentiam vt euadat pœnam.*
11 Vt auferat à me. *Vocat illam plagam mortem, quia ad eam dispomit ex corrosione terræ nascentium, & correspondet ista plaga culpæ Ægyptiorum, qua perduxerant vitam Hebræorum ad amaritudinē, vt dictū est. 3. c. & ideo vocatur mors qua nihil amarius dicitur.*
12 Egressusque est. *Quia in conspectu idololatræ noluit orare.*
13 Qui flare fecit, &c. *Ad debilitandum locustas sicut ventus calidus fluens ex opposito eas generat & fortificat, vt dictum est.*
14 Vehementissimum. *Vt locusta non posset resistere impetui eius.*
15 Dixit autem dominus. *Hic describitur nona plaga, cum dicitur.*
16 Sint tenebræ, &c. *Dicunt enim aliqui, quòd aër fuit ita ingrossatus vaporibus humidis & grossis, quòd cū tactu poterat percipi, quia tenebra ipsa cum sit priuatio lucis, non est tactu perceptibilis.*
17 Et factæ sunt tenebræ horribiles. *Quia in illis tenebris fiebant eis visiones imaginariæ horribiles.*
18 Tribus diebus nemo vidit fratrem suum. *Id est aliū hominem.*

✠ 1 Noc

MORALITER.

† † *Deuorata est igitur herba, &c.* Ita quòd nihil remanſit viride, per quod designatur quòd damnatis in inferno nihil remanet consolabile, sed sempiternus horror inhabitans. Secunda verò plaga est tenebrarum palpabilium, de qua dicitur.

15 *Dixit autem dominus ad Moysen: Extende manū, &c.* Per quas significantur illæ tenebræ, de quibus dicitur Matth. viij. b. *Eycientur in tenebras exteriores.* s. illi qui vitam Ægyptiorum sequuntur & errores.

✠ MORA-

Quòd ergo dictum est ad Mosen, *extende manum tuam super terrā* A *Ægypti, & ascendat locusta super terram*, credo id significari, etiam minus posse qui plus potest, sed non conuerti.

Homil. 4. in Exod. ORIG. Nona plaga tenebræ sunt, vt mentis eorum cæcitas arguatur, velut intelligant diuinæ dispensationis & prouidentiæ obscurissimas esse rationes.

Sap. 17. a Posuit enim Deus tenebras latibulū suū: quas illi audacter & temere perscrutātes, & alia ex aliis asserētes, in crassas & palpabiles errorum tenebras deuoluti sunt.

* Tribus diebus. STRA. Per tenebras insipientia † eorum ostenditur, qui affligebātur & ignorabāt ad quē finē corū pœnæ deuenirēt. Etiam B vel per tenebras arcanū diuini iudicij significatur, quo iustos misericorditer saluat, impios iustè condemnat.

Sap. 18. a. † Iudæorū. Allegoricè. † Rectè.

Sermone. 72. ✠ BERNARDVS. Quemadmodum olim omni oculo caligante per vniuersam Ægyptum, solus in mediis tenebris clarè videbat

a ¶ Grœcus habet, & non vidit vllus fratrem suum.

b ¶ Non quod penitus non moueretur, sed quia de loco in locum migrare non poterant.

nēmo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat. 1
*Vbicūq; autē habitābat filij Israël, lux erat. Vocauitq; Pha- 2
a rao, Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite, † sacrificate dño: Oues 3
tātùm vestræ & armēta remaneāt: paruuli vestri eāt vobiscū. 4
Ait Moyses: Hostias quoq; & holocausta dabis nobis, q̄ offe-
a ramus dño Deo nostro. Cūcti greges pergēt nobiscū, nō re- 5
mānebit ex eis vngula, † quæ necessaria sunt in cultū domini
Dei nostri, præsertim cùm ignoremus, qd debeat immolari*,
donec ad ipsum locū perueniamus. Indurauit autē dominus
cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitq; Pharao ad
Moysen: Recede à me, & caue ne vltra videas faciem meam.
Quocunque die apparueris mihi, morieris. Respondit Moy-
ses: † Ita fiat, vt locutus es: Non videbo vltrà faciem tuam.

a ¶ Quasi abductis pecoribus posset vngula remanere, sed hic intelligendum est, nec vngulā relinquemus.

videbat populus vidēs Deum, id est, populus Israël, discente scriptura, Quia vbicunque Israël erat, lux erat: Sic inter filios tenebrarum *in tetra mortis caligine fulgebit iustis*, & videbunt, eò vtique clarius, quò exuti corporum vmbris.

a *Oues tantum, &c.* Græcus habet, *præter oues & boues relinquite*, & est inusitata locutio, nisi post distinctionē inseratur, relinquite: & subaudiatur ista, vt sit sensus: Ite præter oues & boues, & relinquite ista. Solet enim talis eclipsis fieri crebrò in locutionibus scripturarum.

† Seruite.

† Quia accipiemus ex eis.

RABBAN. Nonum præceptū: *Nō concupisces vxorē proximi tui*: Deut. v. c. Nona plaga, dēsæ tenebræ. Est enim quædā mœchia etiā in appetēdo vxorē alienā quādo cuiuis non sufficit sua, etiā alienam tentare. Verè dēsæ sunt tenebræ. Nihil enim tam dolet patiens, nihil tam nolit pati faciens. Qui hoc facit verè cæcatur furore horribili.

Non concupisces.

† Domino.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec mouit se, *timore ductus.*
2 Vbicunque autem habitabant filij Israël. lux erat. *Ex quo patet quòd ista plaga facta est mediantibus cœli luminaribus, Deo ad nutum obedientibus non influendo lumen Ægyptijs, & communicando illud Hebræis. Et ista plaga correspondet cecitati mentis, quæ fuit in Ægyptijs, qui post tot signa manebant in obstinatione sua.*
3 Vocauitq; Pharaō Moysen. *Non quādiu fuerūt tenebræ, quia tūc nullus Aegyptius de loco suo se mouit, sed postquā redierat lux, timebat enim de alia percussione maiori. Dicit autē Hebræi q̄ prædicta tenebræ tribus dierum non solū fuerunt ad percutiendū Aegyptios, sed etiam propter filios Israël, inter quos erāt aliqui mali & increduli, nec volebant*
C *bāt de Aegypto recedere: & illi mortui sunt in illis tribus diebus & sepulti, ita quòd Aegyptij non viderunt. Si enim vidissent, sic dixissent, inter se, ita percussi sunt filij Israël sicut & nos.*
4 Hostias quoque & holocausta dabis nobis: *Id est, permittes q̄ ducamus animalia ad sacrificia.*
5 Cuncti greges pergent nobiscum: *quia nescimus quæ & quanta velit, & in hoc Moses non dixit falsum, quia dixerat illi dominus: Immolabis Deo super montem istum, vt habetur supra. xij. cap. sed non determinauerat sibi quæ vel quot deberent immolari, nec oportebat quòd Moses diceret expressē q̄ vellet de præcepto Dei omnino de Aegypto absque reditu recedere, licet enim falsum non debeat* F *dici, veritas tamen pro loco & tempore potest taceri, & ideo de duobus à Deo sibi dictis, vnum dixit, aliud tacuit.*

CAP.

ADDITIO.

Caput ergo agni vorare, est diuinitatem illius fide percipere. Pedes vorare, vestigia humanitatis amādo & imitando perquirere. Intestina verborū Christi, occulta & mystica mandata, quæ voramus cùm auidè sumimus. In vorationis verbo pigritia nostra reprehenditur, qui verba eius atque mysteria nec per nos ipsos requirimus, & dicta ab aliis inuiti audimus. *Non remanebit ex eo quicquam vsque mane* quia eius dicta magna sunt discutiēda sollicitudine, vt antequam dies resurrectionis appareat, in nocte præsentis vitæ omnia mandata eius intelligendo penetrentur. Sed quia hoc valde difficile est, rectè subditur: *Si quid residuum fuerit, &c.* quod ex agno remanet, igni conburimus: quando hoc quod de mysterio incarnationis eius intelligere & penetrare non possumus, potestati sanctiſpiritus humiliter reseruamus, vt non superbe quis audeat vel contemnere vel denuntiare quod nō intelligit, sed igni tradat, id est, spiritussancto relinquat: quia ergo qualiter edendum sit pascha, cognouimus. à quibus debeat edi, prosequamur. *Sic autem comedetis illum. Renes vestros accincti, &c.* In renibus carnis delectatio accipitur. vnde Psal. xxv. a. *Vre renes meos, & c. m.* Et Iob. xl. b. de diabolo dicitur: *Potestas eius in lumbis eius.* Qui ergo pascha comedit, iuro renes accingit, vt qui solennitatem resurrectionis & incorruptionis agit, corruptioni per vitia nulla subiaceat, voluptatem domet, luxuriam refrænet. Hæc quidē dura sunt, *sed angusta est porta quæ ducit ad vitam:* & habemus multa exempla præcedentium. vnde subdit.

a *Si quid residuum, &c.* AVGVST. Quæri potest, quomodo aliquid superauerit, cum hoc præmoniti fuerint, vt si domus non haberit consumendo pecori idoneam multitudinem, vicini assumantur. Sed intelligitur, quoniam dictum est, *os non comeretis ab eo*, remansura vtique fuisse ossa quæ igni cremarentur.

b *Calciamenta.* ✠ PROCOPIVS. Quia festinato eiiciebantur Ægypto, & festinantes faciebant iter, non abs re vestiti more viatorum oiuculam ederunt tostam igne ob temporis breuitatem: nec inter manducandum fregerunt ossa scrutantes medullas, quod facere amant otiosi. Nec etiam eadem causa impulsi, expectarunt donec tota massa frumentaria fermētaretur.

Pedes, opa sunt, Calciamenta sunt polles mortuorū animaliū. Calciamēta pedes muniūt. Animalia mortua ex quorūpe llib⁹ nostri pedes muniuntur, antiqui patres sunt; q nos ad æternā patriā præcesserunt, quorū dum exempla cōspicimus, operis nostri pedes munimus. Calciamēta ergo in pedibus habere, est mortuorū vitam cōspicere, & nostra vestigia à peccati vulnere custodire.

Vbi supra.

c *Tenentes, &c.* GREG. Baculus pastoralis custodia. Et notandum quòd prius præcipiuntur renes accingere, post baculos tenere: quia illi debent pastoralē curam suscipere, qui iam in corpore suo sciunt fluxa luxuriæ domare, vt cum aliis fortia prædicant, mollibus desideriis non succūbant. *& comedetis festinater, mandata* scilicet Dei, mysteria redēptoris, gaudia patriæ cælestis

cum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *secundū Hebræos non refertur ad comestionem, sed ad assationem, de qua immediatè prædicatur. Sed assum tantum igni. Et sequitur:* Caput cum pedibus. *Et est sensus, quòd caput de corpore abscissum vel pedes non debebant per se assari sed caput iunctum corpori, & pedes similiter. Intestina autem amouebantur vt lauarentur, & lota reponebantur assanda cum corpore.* Et os eius non confringetis. *Hoc non est in Hebræo hic, sed postea eodem capitulo eius sententia ponitur.*

1 Nec remanebit, &c. *ad designandum quod in mane sine reditu de Ægypto debebant recedere.*

2 Sic autem, &c. *Hic describitur modus comedendi, cum dicitur.*

3 Renes vestros, &c. *Ista tria quæ hic exprimuntur, designant quòd debebant esse parati ad exeundum de Ægypto.*

4 Et come. &c. *Per quod designatur quod deberent ire expeditè & velociter*

Universidad de Sevilla Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

contractæ sunt nocte illa & templa, vel motu terræ, vel fluminis Nili inundatione. Allegoricè verò nobis egredientibus ex Aegypto errorum idola corrumpt, & omnis peruersorũ dogmatũ cultura quatitur.

a *Habebitis autẽ hanc diem, &c.* A V G. *Et facietis diem hanc in progenies vestras legitimum, æternũ* vel *æternalem*, quod Græcè dicitur ἀΐδιον. Non sic accipiendũ est, tãquã possit istorũ præsentiũ dies vllus esse æternus, sed illud æternum est quòd iste significat dies, velut cũ dicimus Deum æternum. Non istas duas syllabas æternas dicimus, sed quod signi ficant, quanquã diligenter scrutandũ sit, quomodo scriptura soleat appellare æternum, ne fortè ita dixerit solenniter æternum †quod nefas habeant prætermittere, aut sponte mutare. Aliud est enim quod præcipitur quousquo fiat, sicut præceptum est, vt septies muros Hiericho circumiret arca. Aliud cum præcipitur sic obseruari aliquid, vt nullus terminus præfiniatur. Aut ergo sic appellanit æternum, quod non sponte audeant prætermittere. Aut non signa rerum, sed res quæ significãtur.

b *Septem diebus Azyma, &c.* Septonarius pro vniuersitate ponitur: quia vniuersum tempus per septem dies voluitur. septem diebus azyma comedenda sunt, id est, omni tempore præsentis vitæ, simplicitas seruanda, malitia cauenda.

c *Primo mense quartadecima, &c.* RABBANVS. Vespera quartidecimi diei, primi mensis. in quo pascha celebratur, & agni immolatio perficitur, depositionem veteris hominis significat, & initium noui, qui in baptismo Christi mortem figurãte inchoatur. Vndo. *Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus*, &c. A vespera ergo quartidecimi diei primi mensis vsque ad vesperam vicesimiprimi

Allegoricè.

†vocabitur.

†Le.23.2. Nu.28.c.

Aeternum. † quem

Mystice.

Gal.3.d. * quia

† Pascha.

† Syncerit. & veritat.

† Vel generationes. † Vestras.

† Vel vesperum.

† Tota præsenti vita. † Corruptio peccati.

† Dolo, errore doctrinæ.

† In æternum. † Sanctorum. † Qui extra ecclesiam nutriti, & in ipsa postea sunt recepti.

† Qui intra ecclesiam nutriti. † Ecclesiæ quæ à Deo compluitur & colitur vt frutificet. † Ecclesius vel diuersis ordinibus.

† Seruiitis

† Scilicet studiis sanctarum scripturarum & bonarum operum quæ parant refectionem æternam.

† Ad terram viuentium. † Exercitatos bonis operibus. † De mundo.

† Quia æternam requiem significat. † Quando Christus cum discipulis cœnauit, corpus & sanguinem dedit.

† Mentibus vel corporibus.

† Non percutiam. † Aeterna.

† Ciues huius seculi.

† Qui dicitur pascha. Reliqui enim dies dicuntur azymorum. † Malitiæ & nequitiæ.

† De cœtu sanctorum Deum videntium. † A principio scilicet vitæ vsque ad finem. † Initium fidei.

† Honore passionis & resurrectionis Christi.

† Scilicet fidei, scilicet quæ humili deuotione suscepta, omne animæ affectus purgat.

† Quia sanguis iste nobis ianua vitæ. † Intentione mentis vel fronte corporis.

† Vt supra.

† Diem iudicij.

† Fidem passionis Christi & munitionem.

† Mentis & corporis. Vnde Psal.iiij.b. signatum est super nos lumen vultus tui domine.

† Mundo. † Corporaliter vel spiritualiter. † Ab exterminatore vel à seruitute Aegypti.

† Humiliatus. † Gratias agens. † A seruitute.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ſument de sanguine deponent super vtrunque postem. *per hoc enim distinguebantur domus Hebræorum à domibus Ægyptiorum: quia sicut erant distincti interius per fidẽ verã ab Ægyptiis, ita volebat dominus quòd asperſio sanguinis esset quasi signũ distinguens exterius, & protestatio fidei interioris.* 1 Et vide, &c. *visione approbationis inquantũ est signũ fidei vt dictũ est.* 2 Et transibo, &c. *quia cum domus Hebræorum essent inter domos Aegyptiorũ, quando angelus percutiebat existentes in domo Aegypty manentis iuxta Hebræum transibat domũ Hebræi absque lesione, procedẽs vltra ad percutiendum domum Aegypty vltra manentis, & hoc est quod subditur:* 3 Nec erit. *Non est hoc intelligendum quòd dominus immediate per seipsum percusserit Aegyptios, sed per angelũ. Quid autẽ sentiendum sit de angelo percutiente, virum fuerit bonus vel malus dicetur.*

4 Habebitis, &c. *Hic consequenter describitur qualiter Phase sit celebrandum respectu temporis futuri, cum dicitur:* habebitis autẽ hanc diẽ in monimentũ, *id est, in memoria eterna. dicitur enim monimẽtum quasi monens mentem.* 5 Et celebrabitis, &c. *in futurũ propter beneficiũ hac die vobis exhibitum.* 6 Cultu semp ad est, *alsq; determinatione temporis, quia tẽpore nostre perfectius seruatur ista solennitas quã tempore veteris, quoniam veritas præcellit vmbras & figuras, quia ea quæ fuerunt in veteri fuerunt vmbre & figure respectu eorũ quæ fiunt in nostro.* 7 Septem diebus azyma como. &c. *Dicit Rabi. Sa. Hebræus super locum istum, quod istud præceptũ de comedendo azyma septem diebus, non habuit locum in prima celebratione phasis, quando filij Israel egressi sunt de Aegypto, sed in sequentibus celebrationibus postea, & hoc videtur per illud quod dicitur, xij. de eo. cap. quod filij Israel exẽtes de Aegypto in crastino immolationis agni paschalis, non poterant fermentare cogẽtibus eos exire Aegyptiis. Ex quo videtur manifeste: quod causa quare comederunt tunc azyma, non fuit propter obligationẽ precepti: sed quia non habebant tempus fermentandi. Item supra dicitur:* Et edent carnes nocte illa assas igni & azymos panes. *Ex quo dicit, nocte illa, videtur quod obligatio de azymis non extendebat se, nisi prima die ad vesperam, quando comedebantur carnes agni. Et ratio huius fuit quia erant in itinere: propter quod non erat eis prohibitũ comedere fermentatum si haberent, nisi in vespera immolationis agni, vt dictum est. Multa enim fuerunt eis licita tẽpore illius itineris, qua alias non essent, vt postea videbitur magis.*

8 In die primo, &c. *Prima dies hic accipitur ab hora septima diei quartadecime, in qua debebat amoueri omne fermentum de domibus Hebræorũ ante horam septimã eiusdem diei, quia extunc poterat immolari agnus, vt supra dictum est. Vnde dicitur infra xxiij.c.* Nõ immolabis super fermentũ sanguinẽ victimæ tuæ, *id est, noli immolare agnum paschalẽ, de cuius sanguine debent liniri postes ostij, fermento existente in domo tua. Ex quo patet, quòd ante tẽpus immolationis agni paschalis, debebat auferri fermentũ.* 9 Quicunq; comederit, &c. *Dicit* anima, *vt per hoc det intelligere, quòd ille qui erat carens vsu rationis, si comederet fermentatũ, hac pœnã nõ incurreret.* 10 A primo die vsq; ad. &c. *Inclusiue. Et est iste dies septimus vicesimus primi mensis, & loquitur de celebratione Phase, in annis sequentibus vt dicit Ra. Sa.* 11 Dies prima erit sancta. *In cultu diuino, & in amictu honesto, & in cibo delicato secundũ possibilitatẽ cuiuslibet. Vnde Neemie. xviij. c. dicit,* Comedite pinguia, & bibite mul sum, dies enim domini sanctus est. 12 Nihil operis facietis, &c. *Non solum manibus propriis, sed nec per manus Gentilũ licebat eis operari, exceptis his quæ ad vescendũ pertinent. Talia enim in solennitate paschali poterant facere, & illa quæ ad hæc sunt necessaria, sicut accedere ignem, haurire aquã, & scindere ligna, & similia secundum quod dicit Ra. Sa. excepta tamen die sabbati, quia si festũ cadebat in die sabbati, non licebat hoc fieri, & quamũ ad hoc sabbatũ strictius seruabatur, quam alia festa.* 13 Et custodietis diem, &c. *Ex hoc dicit Ra. Sa. quòd obligatio huius præcepti fuit suspensa, quandiu filij Israel fuerunt in deserto, ante ingressum terræ promissionis, nec fecerũt filij Israel aliquod Phase post exitũ de Aegypto, nisi semel, scilicet anno secundo egressionis de Aegypto, & ideo dicitur hic:* In generationes vestras, *quæ intrabunt terrã promissionis, quia omnes illi qui egressi sunt de Aegypto, mortui sunt in deserto præter Caleb. & Iosue, vt habetur Numeri. xxvj. b. Nec mirandũ est, si obligatio huius præcepti fuit suspensa quãdiu fuerunt in itinere, quia etiã præceptũ de circuncisione fiendã octauo die, quod fuit eis impositum sub pœna mortis vt habetur Gene. xvij. b.) toto illo tempore fuit suspensum: quia pueri illo tempore nati non fuerunt circuncisi, donec fuerunt in terra promissionis, vt habetur Iosue. v. b.* 14 Septem diebus, &c. *Quia non solum fuit prohibitum comedere fermentatum, sed etiam in domo vetinere: & istud fuit præceptum ad memoriam eius, quòd filij Israel exẽtes de Aegypto, non poterãt fermẽtare, & coacti sunt azymus vti.*

15 Qui comederit fermentatum peribit, &c. *Aduene dicuntur qui erant conuersi de Gentilitatẽ ad ritum Iudeorum.*

✠Vocauit

integram, scilicet septimanã, azyma † iubemur comedere, quia à perceptione baptismi vsq; ad finẽ vitæ, simpliciter, & sine dolo debemus viuere. Vnde Petrus: *Deponentes omnẽ malitiã, & omnem dolũ, & simulationẽ, sicut modò geniti infantes, &c.* 1. Pet. ij. a.

a *Seniores.* Nota quod non pueris, non iuuenibus, mandata Dei primò communicat, sed senioribus, quia in senibus est sapientia, & in multo tempore prudentia.

b *Fasciculũq, hyssopi, &c.* STRAB. Hyssopus herba est humilis, nascens in petris, purgãs pectus & pulmonem. Et significat verã humilitatẽ, cuius exẽplũ Christꝰ nobis in semetipso prębuit. Fasciculũ ergo hyssopi sanguine tigimꝰ, quãdo memores humilitatis Christi, eũ imitari studemus.

Lib.2. in Exod. ca.16. ✠RVPER. Quid autẽ in spiritu aliud hîc de agni sanguine mã datur, quàm de veri agni, id est, Christi filij Dei sanguine, q nõ in absc̃dito vel intꝰ repositus, sed omni mũdo palã expositus est, vt quicũq; domũ suã signare vẽlit, vt liberetur de manu percussoris diaboli, citò & velociter salus illi occurrat, dũmodo sic faciat? Tollat fasciculũ hyssopi, & intingat in sanguine, id est, reciter symbolũ, spem totã cõstituens, in salutifera Christi passione, & inde tres notulas faciat in vtroq; poste, & in superliminari, baptizatus videlicet in nomine patris & filij & spiritussancti.

Quæst.46. in Exod. c *Tingite sanguinem, &c.* AVGVST. Quæritur quẽ sanguinẽ dicat iuxta ostiũ, cùm illius sanguinẽ velit intelligi, cuius immolatione pascha fit. an præcipit eo modo cõsequẽter fieri, quamuis hoc tacuerit, vt idẽ agnus iuxta ostiũ occidatur, an (quod est credibilius) ideo dixit ox sanguine, qui est iuxta ostiũ, quia ille qui liniturus est vas ipsum, in quo sanguinem excipit, iuxta ostium positurus est, vt ad manum habeat, dum tingit.

d *Et non sinet percussorem, &c.* STRABVS. Vtrum percussor bonus angelus, an malus fuerit, non necesse est inquiri. quicunque enim fuit, præcepto domini obediuit.

Scẽdum tamẽ q; tales pestes, mali angeli facere solẽt, permissione Dei. Decimum præceptũ est. Deut. v. c. *Non concupisces rẽ proximi tui, &c.* Huic cõtraria est decima plaga. Mors primogenitorũ. Alio præcepto furtũ, phibetur, quo & rapina damnatur. Peius enim est eripere violẽter quàm latenter. Auferre ergo volens apertè vel occultè præceptũ suum habet: concupiscere autẽ rẽ proximi, etiã si iusta successione quæras, nõ licet. Qui enim volunt res alienas tanquã iustè possidere, & herodes quę rũt morientibus illis esse. Cũ laudas rem relictã quasi iure possidẽtem, Deus damnat iniustè cupiẽtem. Qui enim quæris ab aliquo hæres fieri, nõ vis vt habeat hæredes, in quibus nihil carius primogenitis est. Iure ergo in primogenitis tuis puniris, qui cupiẽdo res alienas, quasi iuris vmbram perquiris, & quę meliora sunt cordis primogenita perdis. Primogenita quidem fides est. Nemo enim bona facit, in quo fides non præcessit. Omnia opera bona sunt filij spirituales, sed inter hos primogenita fides. Quisquis ergo rem occultè cupis alienam, interius fidem perdis. Seruis enim non charitate, sed fraude, velut amans eum quem mori desideras, vt succedas.

Percussor Aegypti qs angelus.

† pecora.

Non concupisces rem proximi.

† vase.

† rem istam vel morem istũ pro statuto.

†Pſal.77.f. Pſal.104.d. Pſal. 134.b.

✠ *Factum*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vocauit autẽ Moyses, &c. *Hic consequenter mãdatũ domini, de agno paschali diuulgatur senioribus populi, vt detur executioni. Vnde dicitur.* 2 Ite tollentes animal. *In Hebræo habetur:* Emite accipite, *& est sensus, qui habet gregem, inde accipiat: & qui non habet, emat.* Animal, *id est, agnũ si possit haberi, vel hœdũ si non possit, vt supra dictum est. & ad hoc denotandum, dicitur hic* animal *in generali.*

3 Fasciculũq; hyssopi, &c. *quia nõ dixerat suprà, cũ quo instrumẽto deberent liniri postes sanguine agni, ideo hic exprimitur, quòd debet fieri cũ fasciculo hyssopi: & ad hoc requirũtur tres calami simul ligati.*

4 Qui est in li. &c. *In Hebræo habetur:* בְּסַף basaph, *id est, in pelui. Est enim vas argenteũ, in quo recipitur sanguis agni immolati. & hoc exprimitur hic, quia suprà nõ fuerat expressum, quomodo sanguis debebat recipi, quia tamen iste bacinus erat prope limen ostij, quando debebat fieri aspersio, ideo forsitan translator posuit* in limine.

5 Nullus ve. &c. *Istud fuit dictũ, eo quòd angelus disperdẽs, illa nocte trãsiuit per Ægyptũ. propter quod illud nõ fuit obseruatũ sequentibus aliis tẽporibus, quia tunc etiã causa cessauit.* 6 Et non sinet percussorẽ ingredi. *Ex quo patet, quòd ista percussio nõ fuit facta immediatè à Deo, sed per angelũ. Si autẽ quæratur, vtrum fuerit bonus vel malus angelus? Dicendũ, quod nulli est dubium quin Deus potuerit facere per bonum vel malum angelũ indifferenter. Leguntur etiã tales percussiones factæ per bonos & malos angelos. quia Deus vtrisq, vtitur ad executionẽ suæ iustitiæ. Subuersio enim Sodomorũ facta fuit per bonum angelum, vt dictũ fuit. Gen. xix. quod patet ex hoc, quod ille angelus fuit associatus bono angelo, qui saluauit Lot. Fuit etiã vnus de angelis sanctis, qui apparuerunt Abrahæ. Gene. xviij. a. Vnde dicunt Hebræi, quòd fuit Gabriel, qui interpretatur fortitudo Dei, vt ibidem dictum fuit. Percussio autẽ animalium & pastorũ & liberorum ipsius Iob fuit per malum angelum, vt patet Iob. j. b. Veruntamẽ volunt aliqui dicere, quòd percussio Ægyptiorum fuit per bonum angelum: quia ex diuina iustitia angeli boni percutiunt malos, sicut mali angeli ex permissione Dei flagellat bonos, vt patet per exẽpla posita de subuersione Sodomorum per bonũ, & flagellatione sancti Iob per malum. Ad quod dicendum, quòd licet exẽpla posita sint vera, tamẽ illud quod dicunt, non semper currit: sed aliquãdo leguntur boni & mali flagellati à malo angelo. sicut patet de Saule. j. Reg. xvj. c. qui erat malus, de quo dicitur.* Spiritus domini recessit à Saul, & exagitabat eũ spiritus nequam. *Itẽ Paulus Apostolus qui fuit sanctus à malo angelo fuit flagellatus, prout dicitur. ij. Corint. xij.* Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Sathanæ, qui me colophizet. *Similiter leguntur boni & mali a bono angelo flagellati. De primo habetur exemplum. ij. Reg. xxiij. c. de angelo percutiente populũ, qui tamen erat innocens, secundum quod dicitur ibidẽ.* Isti qui oues sunt, quid fecerunt? *Quòd autem angelus iste esset bonus, patet ex hoc quòd Dauid ædificauit altare in loco apparitionis illius angeli, quod non fecisset si fuisset malus angelus. De secundo iam suprà positũ est exẽplum de subuersione Sodomorum per bonum angelũ, & ideo dictum eorum nõ habet efficaciam. Dicendũ igitur sine præiudicio, quòd percussio Ægyptiorũ facta fuit per malum angelũ, quia hoc magis videtur cõcordare scripturæ sacræ. Dicitur enim Psal. lxxvij. c.* Misit in eos irã indignationis suæ, indignationẽ & iram & tribulationem, immissiones per angelos malos. *Et certum est quòd scriptura loquitur ibi de percussione Ægyptiorum, vt patet per literã præcedentem & subsequentẽ. Hoc etiam videtur per hoc quòd hic dicitur de domino:* Et non sinet percussorẽ ingredi domos vestras & lædere: *per quod videtur litera innuere, quòd angelus percussor libenter intrasset, & percussisset Hebræos, si fuisset à Deo permissus: & sic videtur quòd fuerit malus angelus.*

7 Cumq; introieritis terrã, &c. *Ex hoc videtur verum, quod prædictum est, scilicet quòd filij Israel post exitum de Ægypto nõ fuerunt obligati obseruare ceremonias paschales, quousque venerãt ad terram promissionis. Sequitur.* 8 Incuruatusq; populus adorauit, &c. *reddendo Deo gratias de tanto beneficio.* 9 Et egressi filij Israel, &c. *Ex quo patet obedientia eorum ad Deum & ad Mosen.*

✠ Factum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæst.22. in Exod.

* a *Factum est autem,&c.* THEODOR. Deus autē primogenita Ægyptiorū occidi voluit,propterà quòd Israëlē populum qui primogenitus Dei erat,nimis dùrè tractarunt. Sciendum tamen est quod primogenitus fratres habet, primogenitus enim, multorū est primus. Sciant itaq; Israëlitæ quod primus Dei populus appellati sunt, Gētes verò qui crediderunt non modo salutem consecutæ sunt, sed & primogenituram adepti sunt.

Vbi supra cap.17. †ipse.

* RVPERTVS. Placuit domino medio noctis dormiētes potius interfici,vt historicum exēplum dormitātibus proficeret, atq; ad vigilandū eos pertenderet, scientes quia quisquis exēplo Ægyptiorū,thesaurizauerit sibi irā, nihilominus improuisam accipiet vindictam. Sic enim vniuersale iudiciū duris corde & impœnitētib⁹ de impro uiso superueniet tanquam laqueus & fur.

†non habet Israël.

Quæst.44. in Exodon.

b *Neq; enim erat domus,&c.* AVGVST. Cū primogeniti tantum morerētur,quomodo nulla erat domus,in qua non esset mortuus? An & hoc diuinitus fuerat procuratum,vt in omnibus domibus essent primogeniti,in quibus percuterentur Aegyptij, etiam qui habitabant in terra Gessen? Hominum quippe erant hîc,vel animaliū, non terræ, id est,homines & animalia primogenita moriebantur, occulto & angelico percussiū:non aliquid in terra vel in cælo factum erat, sicut rana vel locusta vel tenebræ. A talibus enim plagis cum terra Gessen fuisset aliena,perueniebat beneficiū ad Aegyptios,qui in ea cùm Hebræis morabantur: hæc verò omnes percussi sunt.

†36.dist.c. legimus.§. seu econtra. Matt.6.c.

c *Conspersam farinā,&c.* AVGVST. Sine fermento proficiscuntur filij Israël de Aegypto, vt exeuntes de hoc seculo abiiciamus fermentū malitiæ & nequitiæ, & epulemur in azymis synceritatis & veritatis.

Mysticè.

d *Et peterunt,&c.* AVGVST. Hoc iam factū fuerat ante mortes primogenitorum. Sed nunc per recapitulationem repetitur, nō narratum est quando factum est. Modò enim quomodo posset fieri,vt in tanto luctu ista accommodarentur : nisi fortè quis dicat, etiam ista plaga non fuisse percussos Aegyptios, qui cum Hebræis habitabant.

Quæst.45.

Hom.5.in Exod.

e *Vasa aurea,&c.* Hæc doctrinas significant,quę ex ipsa consuetudine gentiū non inutili studio discuntur, vel animas pretiosas ex gentibus,tanquā vasa aurea & argentea cum vestibus,id est, corporibus, quæ se adiungunt populo Dei, vt semel de hoc seculo tanquam de Aegypto liberentur.

f *Profectiq; sunt,&c.* ORIGENES. Qui de Aegypto parat proficisci,qui cupit obscuros mundi actus,& errorū tenebras relinquere. Primò ei ex Rameſſe proficiscendū est, quæ interpretatur cōmotio tineæ. Si vis venire in hoc,vt Deus sit tibi dux,& sequatur petra,quæ escam spiritualē & potū tribuat,exi de Rameſſe, ne thesaurizes, vbi tinea exterminat, & fures effo. & f. Quasi: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes ,& da pauperibus,& habebis thesaurum in cælo,& veni sequere me.* hoc est proficisci de Rameſſe,& sequi Christum. D

Matt.6.c.

g *De Rameſſe in Socoth,&c.* ORIG. Videamus quis sit castrorū locus ad quē venitur de Rameſſe. venerunt in Socoth. quod interpretatur tabernacula.Cū ergo relinquens Ægyptū, discusseris tineas totius corruptelæ, & vitiorū incitamēta reieceris, habitabis in tabernaculis, quibus scilicet nolumus expoliari sed superuestiri. Habitatio autē tabernaculorū expeditū indicat esse eū, qui festinat ad Deū. Sed nec in hoc standū est,mouenda sunt etiā castra deSocoth: & festinādum est in Othō, quod interpretatur signa eis, quia hic, scilicet audies ꝙ Deus antecedat eos per diē in columna nubis,& per noctē in colūna ignis, nō hoc in Rameſſe:nec in Socoth,quę secūda sunt castra.Tertia sunt in quibus fiunt signa diuina , hoc erat triduū, ad quod festinabant Moses & Aaron. & contradicebat Pharao dicens : *Non eatis longius.* Nolebat ad locum signorum peruenire filios Israël , vt possent tertij diei frui mysteriis. vnde Osee .vj. a. *Resuscitabit nos Deus post biduum,& in die tertia resurgemus, & viuemus in conspectu eius.* Prima dies nobis Christi passio.Secunda qua in infernū descendit. Tertia qua resurrexit. Ideo in tertia die antecedebat eos per diē in columna nubis:per noctē verò in columna ignis.Rom.vj.a. *Necessariū est ergo,vt qui baptizantur in Christo,in morte ipsius baptizentur,& cum ipso sepeliantur,& die tertia resurgant, quos scilicet secum suscitaut, & fecit considere in cœlestibus.* Ibidem.

h *Sexcenta ferè milia,&c.* AVGVST. Quæritur,vtrum ad tātum numerum peruenerunt Hebræi per eos annos in Ægypto quos ostēdere cōsideratus in scripturis numerus potest, qui quot fuerint,nō parua quæstio esset.Dicit enim Deus Abrahę antequam nō solum Isaac,sed & Hismael natus est: Gen.xv.c. *Peregrinum erit semen tuum in terra non sua,& in seruitutē redigent eos,& nocebunt illis quadringentis annis.* Si ergo quadringentos annos intelligamus eos fuisse cum Ægyptiis, nō paruum spatiū fuit quo ita populus multiplicaretur,sed tot annos nō fuisse scriptura apertè testatur.Quidā enim putant quadringētos triginta annos accipi debere:ex quo Iacob intrauit in Ægyptū,vsquequo Moyses populum liberauit:quia in Exodo scriptum est: *Incolatus filiorū Israël quem incoluerunt in terra Ægypti & in terra Chanaan, ipsi & patres eorū anni quadringenti triginta.* Seruitutis autē eorum esse quadringentos annos:quia scriptū est Gen.xv.c. *In seruitutē redi-* Quæst.46. Quæstio de numero filiorū Israël. F

☞ *gent*

☞ *gent eos,& nocebunt illis quadringentis annis.* Sed quia seruitutis A anni cōputantur post mortem Ioseph(Illo enim viuo nō seruierunt)Non possunt quadringentitriginta anni in Ægypto cōputari.Ingressus est enim Iacob anno filij sui triceſimonono, quia triginta annorum erat Ioseph, cùm apparuit in conspectu Pharaonis,& regnare cœpit sub illo.Trāsactis autē septem annis vbertatis,secūdo anno famis venit Iacob in Ægyptū cū filiis suis, triceſimūnonū annū agente Ioseph, q̄ impletis vitæ suæ centū & decē annis mortuus est. Vixit autem post aduentum patris septuaginta vnum , quos si retraxeris à quadringentis trigin ta, remanebunt seruitutis anni non quadringenti. sed trecēti B quinquaginta nouē. Si autem cōputauerimus ex quo Ioseph sub Pharaone regnare cœpit, vt quodam modo dicatur Israël intrasse in Ægyptū,cū ibi filius suus sublimatus est:sicut etiā trecenti quinquaginta erunt , quos Ticonius vult accipi quadringētos,vt à toto pars intelligatur,id est,à cētenario quinquagenarius.Et probat hac loquendi regula solere vti scripturā. Si verò, quod probabilius est,dicamus Israël intrasse in Ægyptū, quādo illic Ioseph vēditus esse cœpit, detrahimus adhuc annos tredecim,vt trecētos triginta septē annos ꝓ quadringētis accipiamus. Sed cū scriptura dicat Caath filiū Leui auū Moysi,cū auo suo Iacob intrasse in Ægyptū, & dicat cū vixisse annis centū triginta, filiū verò eius patrē Moysi Amram centū triginta septē. Moysen verò octoginta annorū fuisse,dum de Ægypto populū liberauit. Etiā si genuisset Caath patrē Moysi, quo anno mortuus est. Illo quoq; vltimo vitæ suæ anno genuisset Moysen, computati anni C centum triginta,& centum triginta septē, & octoginta,trecētos quadragintaseptē annos faciūt,nō quadringētos triginta. Quòd si quis dicat extremo anno vitæ Ioseph natū fuisse Caath filium Leui,septuaginta ferme anni possunt accedere illi summæ: quia D septuaginta vnum annū vixit Ioseph in Ægypto post ingressum patris sui. Sunt etiā sic septuaginta anni vitæ Ioseph ab ingressu Iacob in Ægyptū, vsq; ad natiuitatem Caath, si tunc natus asseratur,& centū triginta anni ipsius Caath, & centū triginta septē filij eius Amrā patris Moysi : & octoginta ipsius Moysi quadringētos decē & septem annos faciūt, nō quadringentos triginta. Vera ergo videtur cōputatio Eusebij in chronica historiarū. Ab illa enim promissione,computat quadringētos & triginta annos , quia vocauit Deus Abrahā,vt exiret de terra sua in terrā Chanaan , quia & Apostolus cum fidē Abrahę cōmendaret, E in ea ꝓmissione qua ꝓmisit ei Deus,quòd benedicerētur in eo omnes tribus terræ, *Hoc autē dico,* inquit, *testamentum cōfirmatū à Deo,quia quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritū facit.* In Exodo quoq; satis hoc significatur. Non enim dixit *incolatus filiorū Israel,* quē incoluerunt in terra Ægypti anni quadringenti triginta,sed aperte dixit, *quem incoluerunt in terra Aegypti,& in terra Chanaan,ipsi & patres eorum.* Patet ergo etiam cōputandum esse tēpus patriarcharū Abrahā, Isaac,& Iacob, ex quo peregrinari cœpit Abraham in terra Chanaan,id est, ab illa ꝓmissione in qua fidē eius laudat Apostolus, vsq; quo ingressus est Israel in Ægyptū.toto enim illo tēpore peregrinati sunt patres in terra Chanaā, & posteà semē Israël in Ægypto,& sic cōpleti sunt quadringēti triginta anni à promissione vsq; ad exitū Israël de Ægypto, quādo facta est lex in mōte Sina,quæ nō facit irritū tostamētū Dei.Septuagesimoquinto anno vitę suę Abrahā (secundū scripturā) ingressus est in terrā Chanaā,& genuit Isaac cū esset annorū centū. Fiūt ergo anni vigintiquinq; à ꝓmissione F vsq; ad natū Isaac,his addūtur omnes anni vitę eius,id est,centū octoginta,

Er mulieribus.

† Domino.

a ¶ Perfecti in operibus bonis. b ¶ Quia gloria perfectorum est principium. ¶ c Purgatorium. d ¶ Infirma non sunt digna numero,quia nec apta bello.

centā fērè milia pēditum virorum ābsque paruulis & mulie-

a ¶ Multiplicati sunt super numerum,quia multi vocati,pauci vero electi. Matt.xx.b.

ribus.Sed & vulgus promiscuū innūmerabile ascendit cum 1

a ¶ Innocentes. b ¶ Quia si pugnare non possunt,pugnantibus tamen auxilio sunt.

eis:ōues,& ārmenta, & animantia diuersi generis multa ni-

a ¶ Ignē spiritussancti astringentes. b ¶ Vt esset noua conspersio & azymi. ¶ In humilitate. ¶ Mundo.

mis. Cōxeruntq; farinā,quam dūdum conspersam de Ægy- 2

a ¶ Vrgent Aegyptij,ne euangelij sapore ,usteritatem legis,vel mundani stoguatis condiamus.

pto tulerant,& fecerunt subcinericios panes azymos: neque

¶ Ex quo Abraham exiuit de terra sua,vt habitaret in terra Chanaan vsque ad exitum de Aegypto, quando facta est lex in monte sina.

enim poterant fermentāri cogentibus exire Ægyptiis,& nul

a ¶ Ipse mundas compellit ad Deum & fathanas fathanam expellit;ne corrumpamur fermento peccati.

lam facere sinentibus moram, nec pulmenti quicquam oc-

currerat præparare.Habitatio autem filiorū Israël,qua man- 3

serunt in Ægypto,fuit quadringentorum triginta annorum. 4

Quibus expletis,eadē die egressus est omnis exercitus domi- 5

ni de terra Ægypti.Nox ista est obseruabilis† domini quan- 6

† seruite.

†suprà 11. a.1.Reg.6.b.

† dixerat Moyses.

✲1 Sed & vulgus promiscuū innumerabile ascendit cū eis oues, &c.*id est,vtriusque sexus,quia multi de Ægyptiis viri & mulieres videntes ea,quæ dominus fecerat pro Hebræis,iunxerunt se eis cōuersi ad Iudaismum,& sic iuerunt cum eis.*

2 Coxeruntq; farinam.&c. *In Hebræo dicitur,* pastam.

3 Habitatio autem filiorum Israël,&c. *Non secundū totum tempus,quod subditur, sed secundum partem magnam,à qua frequenter denominatur totum.*

4 Fuit quadringentorum,&c. *Non enim potest esse verum,quòd à descensu Iacob in Ægyptum vsque ad exitū filiorum Israël de Ægypto fluxerunt.cccxxxx.anni, quod probatur sic. Caath descendit in Aegyptū cum Leui patre suo & Iacob auo suo,vt habetur Gen.xlvj.b. Item Caath vixit centum triginta tribus annis, & Amram filius eius centumtriginta septem, vt habetur Exod.vj.cap. Item Moises filius Amrā erat.lxxx.annorū in exitu de Aegypto,vt habetur Exod.vj.b. qui anni simul coniuncti faciunt.cccl.annos tantum, & adhuc si voluerimus habere præcisè numerum annorum à principio descensus in Aegyptum vsque ad exitū oportet subtrahere à præditis.cccl. annos,omnes annos quibus vixit Caath,antequā descenderet in Aegyptū,& annos quibus vixit postquā genuit Amrā, & annos quibus vixit Amrā postquam genuit Moysen. Ex quo patet , quòd non manserunt in Aegypto quadringentis triginta annis, sed iste numerus incipiendus est secundū doctores catholicos à tēpore quo Abrahā recessit de Aran ad veniendum in terram Chanaā,in qua ipse & filij eius habitauerunt vt peregrini vsque ad descensum in Aegyptū. & sic exponendū est quod dicitur:Habitatio autē filiorū Israël,qua manserunt in Aegypto, scilicet cum illo,tempore quo manserunt in terra Chanaā & Aegypti & Philistinorum vt peregrini fuit.cccexxx.annorū.& ideo tota mansio denominatur ab Aegypto:quia fuit diuturnior & vltima,& à fine denominatur res.Secundū Hebraos incipit ab illo tempore quo dominus apparuit Abrahæ,dicens ei:* Peregrinū erit semen tuū in terra non sua annis.cccc.vt *habetur Gen.xv.c.sed vtrum q̄ dictū videtur repugnare ei quod dictū fuit Gen.xv. scilicet quòd à natiuitate Isaac vsq; ad exitum de Aegypto fluxerunt.cccc.anni quia Isaac erat.lx.annorum quando natus fuit Iacob,Gen.xxv.d. Iacob autē erat centum triginta annorū quando descendit in Aegyptū, Gen.xlvj.b. & inde vsq; ad exitū de Aegypto fluxerunt.cc.x.anni.qui anni simul iuncti faciunt annos.cccc.sed inter natiuitatē Isaac & exitū Abrahæ de Aran fuerunt tantū vigintiquinq; anni.quod probatur sic:quia Abrahā septuaginta quinque annorū erat quando exiuit de Aran, vt habetur Genexij.b. & centum annorū quando natus est Isaac, Gene.xxj.a. & sic numero prædicto,scilicet.cccexxx.annorū deficiunt anni quinque secundum dictū doctorum nostrorum, & secundū dictum Hebræorum deficiunt adhuc plures:quia post exitum Abrahā de Aran per pluresannos illa apparitio fuit facta sibi,q̄ a tēpore intermedio venit in terrā Chanaan,& inde iuit in Aegyptū,& rediit in terrā Chanaan,& separauit se à Lot,& reges debellauit.vt patet in sufficienti textū. Dicēdum quòd iste numerus,scilicet.cccexxx.annorū accipitur per partes:quia colligitur ex annis plurium hominū simul aggregatis, vt patet ex supradictis:in talibus autem numeris partialibus numerantur tantum anni cōpleti & dimittuntur incōpleti (verbi gratia,cùm dicitur.lxxv.* annorū erat Abrahā quando egressus est de Aran, *intelligendum est.lxxv.annorum cōpletorū:& dimittitur septuagesimusexius, quia erat incōpletus,licet fortè tres partes illius anni transissent , & eodem modo in aliis numeris partialibus.qui fuerunt plures fuerit quā suprà sit expressum:ita quòd aliis omissis annorū incompletorum bene ascēdit ad quinque annos completos , qui supplentur in numero totali. cccexxx.annorum. & sic verificatur dictum doctorum nostrorum,de verificatione autem dicti Hebræorum ad præsens supersedeo.*

5 Quibus expletis eadē die egressus est. *Iy* eadem dic, *non refertur ad egressum Aegypti,ita quòd eadem dies revoluta tamen annis præditis fuerit ingressus & exitus sed refertur ad egredientes , quia omnes simul egressi sunt eadē die.quod fuit satis mirabile in tāta multitudine,& ideo tenendū est,quòd fuerit ex speciali Dei adiutorio,quod & factum est,quia illi qui remansissent post alios fuissent in periculo.*

6 Nox ista est obseruabilis domini,*id est,deputata diuino cultui, quando eduxit eos de terra Aegypti : hoc dicitur , non quia de nocte exierint sed de die,vt prædictum est.sed quia in nocte illa præparauerunt se ad exeundum.vt patet ex prædictis.*

✲Dixitque

✲1 Factum est autē. *Postquā descripta fuerat plaga decima cōminatio & interposita fuerat paschalis obseruatio:hic consequenter subiungitur prædicta plaga inflictio,cùm dicitur:* Factum est autē in noctis medio,*scilicet illius noctis,in cuius vespera filij Israël immolauerant agnum paschalem.* 2 Percussit dominus omne primogenitū, &c.*supra.xj.cap.dictum fuit.* Vsq; ad primogenitum ancillæ quæ erat ad molā,*& idem est.quia captiui & captiua cogebantur operari in carceribus.* 3 Neq; enim erat domus,&c. *quia Deo ordinate sic accidebat.quod in qualibet domo Ægyptiorum erat aliquis primogenitus.* 4 Vocatisq; Pharao. *Hic consequenter describitur populi Israël eductio de terra Ægypti.Et primo describitur recessus populi.Secundò eiusdē processus.xxj.e.ibi* Igitur cum emisisset. *Adhuc circa primum præmittitur recessus populi. Secundò subduntur quædā mandata Dei,ibi.* Dixit dominus ad Moysen. *Circa primū dicitur sic:* Vocatisq, Pharao Moyse & Aarō nocte.*pra timore enim mortis non expectauit diem.* 5 Ait. *Per nuncios missos Moysi & Aaron,quia suprà.x.cap.dixerat Moyses quod eius faciem amplius non videret.* 6 Surgite egredimini,&c.*nō tamen egressi sunt de nocte,quia præceptum eis erat,vt non egrederentur ostium domus vsque mane,vt prædictū est:tamen ante diem præparauerūt se ad egressum.* 7 Et abeuntes.*id est, orate pro me vt non moriar in ista peste.* 8 Vrgebantq; Ægy.*timore mortis ductī. quia ex morte primogenitorū timebāt sibi.* 9 Tulit igi.*Per aquæ cōmistionē.vnde in Hebræo habetur* בצק Bazeq,*id est, pastā.* 10 Dedit autē dominus gratiā,&c.*Ex quo patet.quòd accepernnt ista ab Ægyptiis per accōmodationē,& nō ex dono.vt suprà dictū est.xj.ca.* 11 Et spoliauerūt Aegyptios.*Nec in hoc peccauerunt, vt dictum fuit ibidem Sequitur.*

✲Sed

Universidad de Navarra
Biblioteca

octoginta, & fuit ducẽti quinq;. Tũc erat Iacob annorũ cẽtũui-
A ginti. Nati enim sunt ei sexagenario patre gemini ipse & Esau. Post
decẽ vero annos intrauit Iacob in Ægyptũ, cũ esset trannorũ cen-
tũ trigintanouẽ. fuit ergo anni à promissione
vsq; ad ingressum Iacob in Aegyptũ ducẽti quindecim. Ioseph
fuit postea vixit. lxxj.

*Domino. Oẽs autẽ anni eius cẽ-
tũ & decẽ. Cum ergo
ad ducentos & quin-
decim annos accesse-
rit septuaginta unus,
fuit anni ducẽti octo
ginta sex. Restat ergo
cẽtũquadragintaqua-
tuor vel quinq;, quibus
seruiuit Israel in Ae-
gypto post mortẽ Io
seph. His annis quãtũ
multiplicari potue-
rint, si fœcũditas ho-
minum cõsideretur, adiuuãte Deo, q eos
multiplicari voluit,
reperitur nõ esse mi-
rũ q in sexcẽtis mili-
bꝰ peditũ do Ægypto
egressi sunt. Quod er
go dicit Deꝰ Abrahę,
in seruitutem redigent eos, & nocebunt quadringẽtis annis, nõ intelli-
gẽdũ est q in illa seru-
itute dura quadrin-
gentos annos seruie-
runt, sed quia scriptũ
est. *In Isaac vocabitur tibi semẽ*. Ab anno na
tiuitatis Isaac vsq; ad
annũ egressionis cõ-
putãtur anni quadrigẽtiquinq;. Cũ ergo de quadringẽtis trigin-
ta detraxeris vigintiquinq;, qui sunt à promissione vsq; ad natũ
Isaac, nõ mirũ est, si quadringẽtos & quinq; annos summa soli-
da quadringentos dixit scriptura, quæ tẽpora ita solet cõputare,
C vt quod de summa pfectionis numerũ paululũ excrescit aut in-
frà est, non cõputetur. nõ ergo quod ait, *in seruitutẽ redigẽt eos, & nocebunt illis, ad quadringẽtos annos*, referendum est, tanquã per tot
annos seruierint. Sed referẽdi sunt quadringẽti anni ad id quod

do eduxit eos de terra Aegypti. Hãc obseruare debẽt* om-
nes filij Israël in generationibus suis. Dixitq; dñs ad Moysen 1
¶ a Gentilis, Iudæus, vel ab ecclesia excommunicatus, non debet communicare sacramentis dominici corporis. ¶ Qui ante seruiuit idolis, sed redemptus est sanguine Christi.
& Aaron: †Hæc est religio phasę: Omnis alienigẽna non co- 2 3
a ¶ Ab originalibus peccatis in baptismo.
medet ex eo. Omnis autẽ seruus emptitius circũcidẽtur, & sic 5
a ¶ Corpus Christi. ¶ Exutus veterem hominem, & indutus nouum. b ¶ Qui nuper venit ad fidem nec adhuc firmus est. c ¶ Qui pro lucris temporalibus Christo seruit. d ¶ Ecclesia catholica non in conuenticulis hæreticorum.
b cõmedet. Aduena & mercenarius non comedẽt ex eo. In vna 4 6
a ¶ Vel comedetis. b ¶ Quia nec Iudæi nec pagani nec hæretici, nec omnino qui extra ecclesiam sunt, ad hanc cõmunionẽ admittuntur. c ¶ Id est, extra catholicã ecclesiã, ne impijs & peccatoribus cõmunicent, quia catholica ecclesia priuantur. d ¶ Diuinitatem scilicet propter humanitatem non minuens.
c domo cõmedetur, nec efferẽtis de † carnib⁹ eius forãs, nec os 7
¶ Catholica ecclesia. a ¶ Non aliorum. ¶ Infidelis & peregrinus à cultu Christianorum.
†illius cõfringetis. Oĩs cœtus filiorũ Israël faciet illud. Quòd 8 9
a ¶ Gentilium vel Iudæorum. b ¶ Cultum religionis.
si quis pẽregrinorũ ĩ vestrã voluerit trãsire cõloniã, & facere 10
a ¶ Celeberrimum transitum de mundo ad eum. b ¶ Vt deponat veterem hominem cum actibus suis. c ¶ Fortis enim est, & vir qui potest circũcidi, superfluitate originalis & actualis corruptionis. d ¶ Non ante, qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. j. Cor. xj. g.
phasę dñi, circũcidatur prius omne mãsculinum eius, & tunc 11
a ¶ Sociatus conuiuiis & festibus. b ¶ Nutritus in ecclesia. ¶ Nobilitate catholica. c ¶ Quia nulla pars immunditiæ cum munditia quæ omnia mundat.
ritè celebrabit, eritq; sicut indigẽna terræ. Si quis autem cir- 12
a ¶ Quia non est acceptor personarum Deus, nec est distinctio Iudæi & Græci. 13
cuncisus non fuerit: non vescetur ex eo. Eãdem lex erit indi-
a ¶ Qui receptus est in ecclesiæ coloniam.
genæ & cõlono, qui peregrinatur apud vos. Fecerunt omnes
filij Israël, sicut præceperat dominus Moysi & Aaron, & eadẽ
die eduxit dñs filios Israël de terra Ægypti per tũrmas suas.
a ¶ Diuersos ordines sexus: professiones.

Rom. 9. b.

Gen. 15. c.

† Nu. 9. b. Ioan 19. g. B

Quo mense creatus mundus,

B

C

D

E

F

dicũ. est Gen. xv. ca. *Peregrinũ erit semẽ tuũ in terra nõ propria*. qa vel in terra Chanaã vel in Ægypto peregrinũ fuit semẽ antequã promissam hæreditatẽ susciperẽt egressi de Ægypto, vt hyperbatõ hĩc intelligatur, & sit verborũ ordo: sciẽs quia *peregri. se. suum terrã pro. quad. an.* Illud aũt iterpositũ, *in ser. eos & noc. ad. qua.* nõ ptineat. In extre-
ma cñ parte annorũ sũmę huiꝰ, i. post mor
tem Ioseph dura seruitute oppressi sunt.
✠ a *Hæc est religio phasę, &c.* Proco. Tertia hæc lex est, q de paschę celebritate à dño fertur. Cæterũ hanc tũ demũ, pmulgauit, cũ exiuissent Aegypto. Nã si eã po
tuisset, cũ adhuc fo-
rẽt in Ægypto, nõ tã-
ta alienigenarũ tur-
ba comitata fuisset, † in eo,
abeũtes Hebræos. Ma
gna igitur benignita
te cum oẽs eripuisset
Aegypto, præseruẽ le
gẽ, ppositũ. Quãtisp
enim ĩ Aegypto mo-
ramur, quicunq; vo-
let, accedat, & paschę
festũ frequentet. Vbi
Aegyptũ dereliqueris, lex nõ amplꝰ ad-
mittit alienigenã. Do
mi nati seu vernæ,
sunt cõmunes animi
cõceptus, mentibus
nostris impressi. Ar-
gento empti, sunt ser
mones qui nobis ingenerantur ex diligenti literarum studio.
b *In vna domo.* ✠ Aug. In vna domo agnus comeditur, qa ĩ vna catholica ecclesia vera hostia redẽptoris immolatur. de cui⁹ car
nibꝰ diuina iussio efferri foras, phibet, qa duri fãctũ canibꝰ velar.
c *Nec illius, &c.* Os Christi in cruce non est confractum, quia videntes eum iam mortuũ non fregerunt eius crura. vel robur diuinitatis in carne per blasphemiam non corrumpitur, quia non est purus homo, sed verus Deus.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dixitq; dñs ad Moysen. *Hic interponũtur aliqua Dei præcepta, & primò quantũ ad paschæ celebrationẽ. secundò quantũ ad primoge-*
Religio. *nitorũ sanctificationẽ. xvij. ca. Circa primũ dicitur.* 2 Hæc est religio phasę. *Religio dicitur a religando, quia per cultũ diuinũ homines religatur Deo, propter quod cultus festiuitatis paschalis vocatur religio. repetitur autẽ hic iste cultus paschalis vt magis mẽtibus filiorũ Israel imprimeretur, vt & aliqua adderentur, quæ nõ sunt superius expressa.* 3 Omnis alienigena, &c. *Vocatur hic alienigena omnis qui est extra ritũ Iudeorũ, siue sit Gentilis siue Iudæus baptizatus, vt dicit Rab. Sa. sicut ad Eucharistiã nullus admittẽdus est, nisi catholicus.* 4 Aduena & mer. &c. *Aduena dicitur qui ex aliena gente veniebat ad manendũ inter Iudæos. Mercenarius dicitur Gẽtilis seruiẽs in domo Iudæi pro mercede, quod nõ credebãtur quòd propter talẽ cohabitationẽ cũ Iudæis possent recipi ad esum agni paschalis, ideo specialiter excludũtur. & hoc intelligitur quãdiu extra fidẽ & ritũ sunt Iudæorũ.* 5 Omnis autẽ, &c. *Hoc dupliciter intelligitur ab Hebræis. Vno modo, vt hoc referatur ad dominũ seruũ. sic intelligẽdo quòd Hebræus habẽs seruũ Gẽtilẽ emptitiũ, nõ possit comedere de agno paschali, donec seruus emptitius fuerit circũcisus qui a. cũ sit quædã res domini sui ei imputari debet defectus circũcisionis. Alio modo, vt referatur ad seruũ. sic intelligẽdo, quòd quãquã sit res domini Hebræi, tamen ex hoc nõ est admittendus ad comestionẽ agni paschalis, donec fuerit circũcisus. & virũq; requirebatur. De secũdo patet, quia nullus incircumcisus erat admittendus similiter de primo, quia dominus non debebat admitti donec omne mascũlinũ eius esset circumcisum, vt postea subditur de trãseunte ad colonia Iudæorũ.* 6 In vna domo, &c. *In memoriã huius, quòd quãdo primò comederunt agnũ paschalẽ, filij Israel erãt in tãta sollicitudine præparãdi se ad exitũ, & nõ vacabat eis discurrere de domo in domũ, nec mittere encenia adinuicẽ.* 7 Nec os, &c. *eadẽ rõne, qa nõ vacabat eis frãgere ossa ad accipiendũ medullã.* 8 Omnis cœtus, &c. *Hoc non dicitur collectiuè, sed diuisiuè, id est, qualibet domus per se, nisi quãdo domus ita parua est in personis, quòd vna domus nõ sufficit ad esum agni, quia tunc adiungũtur persona de alia domo.* 9 Quod si quis, &c. *Id est, aliorũ qui nõ sunt de lege & ritu vestro.* 10 In vestrã, vo. &c. *Id est, cultũ & fidẽ.* 11 Circumcidetur prius, &c. *Non enim sufficit q in persona sua solum circũcidatur ad hoc q admittatur ad esum agni sed omnes mascũli ad eum pertinẽtes debẽt prius circumcidi, & hoc modo præceptũ circumcisionis datũ fuit Abrahæ, vt habetur, Gen. xvij. b.* 12 Eritq; sicut, indigẽ. &c. *Indigena est ille, qui natus est in terra illa, & per hoc intelligitur hĩ: quicunq, est de populo Israël.* 13 Si quis autẽ, &c. *Ista lex non est ad excludendum Gentiles incircuncisos, qui iam suprà sunt exclusi, sed ad excludendum filios Israël, qui timore infirmitatis vel mortis, non erant circuncisi, quia aliqui Iudæi nimis inordinatè amantes pueros suos admittebant eos incircuncisos timentes ne excircuncisione mors vel infirmitas eis accideret: & isti non debebant accedere ad esum agni, quamuis in aliis essent Iudæi. Cætera patent.*

MORALITER.

✠ 7 *Nec os illius confrin.* i. robur diuinitatis p carnẽ assumptã, debilitatẽ esse falsò nõ æstimatis: nec corpꝰ Christi in hoc sacramẽto frãgi, vel dẽribꝰ atteri, qđ solis cõuenit speciebꝰ. Circa qntũ dr. 8 *In vna do.* Per q significatur, q sacramẽtũ eucharistiæ sumẽdũ est in ecclesia q est vna. Can. vj. c. Vna est colũba mea, &c. Licet enim plures agni fuerint & in plurib⁹ domibus, tñ oẽs agni vnũ Christũ figurabãt: & omnes domꝰ vnã ecclesiã in qua sumẽ
dũ est eucharistiæ sacramentũ, & nõ in cõuenticulis hereticorũ. 9 †*Nec esse.* i. speciebus eucharistiæ nõ vtemini ad sortilegia seu quæcũq; alia, ad quæ nõ sunt ordinatæ. Superliminare & postes liniebãtur agni sanguine. Per duos postes intelliguntur vote. ac. no. testa. patres: & per superliminare ipse Christus superemi-
nens vtriq; pattibus. Per dictã igitur linitionem significabatur q pattes veteris & noui testamenti erant Christi sanguine rediuendi, & quòd Christus foret in cruce suo sanguine rubricatus.
✠ MORA.

ADDITIO. I.

A *In capi. xij. vbi dicitur in postilla: : Mensis iste. scilicet. Martius, qui apud Hebræos vocatur Nisan &c. Mensis qui apud Hebræos vocatur* ניסאן *nisan propriè loquendo non est Martius noster neque Aprilis: nam cum ipsi computant menses per lunationes, raro contingit quod prima dies lunæ concurrat cum prima die Martij, sed frequenter & vt in pluribus venit in alijs diebus sequentibus primam diem Martij, ex quo sequitur quod mensis Nisan, concurrit frequenter & vt in plurimum cum Aprili secundum aliquam partem sui, vt de opinio doctorum catholicorum dicentium Aprilem esse primum mensem apud Hebræos, vera est secundũ sanum intellectum. scilicet vt frequenter, & vt in pluribus mensis Aprilis concurrit cum primo mense apud Hebræos secundum aliquam partem sui, & de hoc multum inquirere magis videtur curiosum quam vtile, cum ad expositionem literæ hoc non sit necessarium scire: sed quod magis videtur hic considerandum seu inquirendum est hoc quod dicitur:* Mensis iste erit vobis principium mensium. *videtur enim contra dicere huic quod dicitur, infrà. Exo. xxij. b. vbi de tribus solennitatibus agni agitur, ibi enim habetur quod solennitas tertia, scilicet tabernaculorum quæ cõmuniter est in mense Septembri est in exitu anni. dicit enim sic:* Solennitatem quoque *supple custodies* in exitu anni quando congregaueris omnes fruges tuas de agro: *vnde quia cum annus est circularis, ipsius exitus habet attingere suum principium, sequitur quod principium anni est in mense Septembri quando congregantur fruges de agro, non autem in mense Martio, qui est mensis nouarum frugum: hoc idem patet infrà. Exo. xxxiij. c. vbi de solennitate tabernaculorum dicit:* Quando redeunte anni tempore cuncta conduntur, *ex quo patet quod tempore quo cuncta conduntur, quod est verè in*
ORIGE. Nulla vox Moysi auditur, & Dominus dicit: *Quid clamas ad me?* velim scire quomodo sancti clamant sine voce ad Deum. Apostolus ad Gal. iiij. a. dicit: *Quia debit Deus spiritum filij sui in cordibus nostris clamantem abba pater.* Et addit, *ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Et iterum Roma viij. e. *Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spiritus.* Sic ergo postulante spiritu sancto per silentium clamor sanctorū auditur. Iubetur Moses virga percutere mare, vt ingrediente populo Dei cedat, & aquæ quę timebātur dextra leuaque murus effectæ nō solùm peruiciem nesciāt, sed etiam munimen exhibeant. soliditatē recipit liquor, & solū maris ateſcit in pulue rem. Bonitatē creatoris intellige, si voluntati eius obtēperes si le gem eius sequaris, elementa tibi cōtra naturā seruire compellit, Audiui à maioribus traditum, quòd singulis tribubus singulæ aquarum diuisiones factæ sunt, & propria vnicuique via. Idque ostenditur ex eo quod dicitur Psalmo. cxxxv. b. *Qui diuisit mare rubrū in diuisiones &c.* Et alibi. lxvij. f. *Ibi Beniā in minor in stupore. Principes Iuda duces eorū, principe Zabulon, & principes Nephthali duces eorū.*

pugnabit. Hom. 5. Quō sancti clamentsine voce ad deū

Historicè.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIIII.

Diuisio.

1 LOcutus est autem. *A Hic consequenter describitur remotio impedimenti, vbi sic procedit: quia primò describitur Pharaonis insecutio: secundo populi Israel trepidatio ibi:* Cumque appropinquasset. *tertiò Mosis assecuratio ibi* Et ait Moses. *quarto populi saluatio, ibi ibi:* Tollēsque se angelus, *quinto Ægyptiorum submersio, ibi* Iamque aduenerat vigilia. *Circa primum dicitur.*

1 Reuersi castra. *aliquantulum reuersi sunt versus Ægyptum de precepto Dei, vt Pharao & eius exercitus crederent eos errare in itinere. maxime quia posuerunt castra in loco valde periculoso eis, vt prima facie videbatur, vt sic Pharao eos fortius insequeretur, & insequēs ipse cum exercitu sua submergeretur. vnde subditur.*

2 Dicturusque est. *misit ut enim exploratores ad sciendum qualiter procederent: & sic omni die sciebat statum eorum, & ideo cùm audiuit quod posuerant castra in illo loco, dixit:*

3 Coartati sunt in ter. *Cuius causā reddit Iosephus dicēs, quod ex vna parte habebant mare, & ex alio latere montem magnum & asperrimum, & sic non patebat eis fuga, nisi ex illa parte per quā veturus erat Pharao cum exercitu contra eos.*

4 Et indurabo cor eius. *hoc expositum est. suprà. iiij. cap.*

5 Et glorificabor in Pha. *Gloria secundum Tullium est longè latèque patens præconium. Ex submersione autem Pharaonis in mari rubro virtute diuina præconiū Dei diffusum est lōge: quia vsque ad istā tēpora, & late: quia per orbē vniuersum, vbi habetur notitia huius facti.*

6 Et nuntiatum est regi Ægyp. *sab exploratoribus suis quod fugisset populus. quia cum viderunt exploratores, quod vltra trium dierum viam procedebant, cognouerunt quod non ibant solum ad sacrificandum, sed ad totaliter recedendum.*

7 Immutatumque est cor Pha, &c. *quia coegerant eos exire, vt dictum est suprà. xij. cap. & modò volebant, eos cogere ad redeundum.*

8 Iunxit ergo cur. *non per seipsum sed per ministros.*

9 Tulitque trecentos cur. *Sed quæritur, vnde habuerunt equos, cùm iumenta eorum mortua fuerint? vt suprà dictum est ix. ca. Dicendum, quod illa mortalitas fuit tantum super animalia quæ erant in campis, vt ibidem dictum fuit, equi autem fortiores & pretiosiores in domibus seruabantur. multi etiam de populo Pharaonis fecerunt confugere*

Quæstio

NICOLAVS DE LYRA.

fugere seruos suos & animalia in domos ad saluandū eos, vt ibidē dicitur.

1 At illi. *filij Israel,*

2 Egressi erāt in manu excelsi. i. *in potestate diuina, vt patet ex predictis.*

3 Cumque approinquasset. *Hic consequētur describetur populi Israel trepidatio, quia videbant super se venire valde magnam multitudinem, & bene armatam & doctam ad prælium, nec patebat eis fuga, vt patet ex predictis.*

4 Et dixerunt &c. *timore turbati.*

5 Forsitan non &c. *hoc dixerūt ironicè desperātes se posse euadere.*

6 Nonne iste. *Hæc enim dixerunt sibi alt qui de populo, vt satis videtur ex verbus propositorum filiorum Israel dicentium Moysi & Aarō. sup. v. c. Fœtere fecistis odorē nostrū: vi deat Des & iudicet &c.*

1 Et

7 Et ait. *Hic consequenter ponitur Moysi assecuratio, dicentis:*

8 Nolite ti. &c. *quia auxilium Dei, quod est fortius adest nobis.*

9 State, *securi.*

10 Et videte: *id est facta eius magna & inaudita.*

11 Ægyptios, *s. quales nunc videtis, scilicet viuos.*

12 Nequaquā. *sed bene postea viderunt eos mortuos super littus maris, vt habetur. infrà eo. cap.*

13 Dominus pug. *Ita quod nec pugnare, nec etiam loqui necesse erit vobis.*

14 Dixitque Dominus &c. *Ex quo patet, quod licet Moyses esset assecuratus de Dei adiutorio, non tamen cessabat ab oratione, quia Deus adhuc vult rogari à sanctis ad eorū meritū de his quæ vult facere. Quòd autem dicitur hic:* Quid. ad me? *non est propter hoc intelligendum, quòd eius oratio Deo displiceret, sed vt responderunt exaudita, vnde subditur:* Loquere filijs Israel vt proficiscātur. *Sequitur*

1 Et

D & fidei, & ad ædificium turris: venis ad mare, & occurrunt tibi fluctus tentationum. vnde. ij. Timot. iij. c. *qui enim volunt, piè viuere in Christo persecutionem patiuntur*, quia tentatio vita nostra est super terram. Sed si Moyses, id est, legem Dei sequeris, Ægyptus te insectatur. Sed vide quid fiet. *Leuauit*, inquit, *angelus Domini, qui antecedebat castra Israel, & abijt post illos. Eleuauit & columnam nubis à facie eorum, & stetit post illos, & intrauit inter castra Ægyptiorū & Israel.* Hæc columna nubis populo Dei efficitur murus. Ægyptiis imponit tenebras: non transfertur columna ignis ad Ægyptios. vt videant lucem sed nubis vt in, tenebris maneāt: quia dilexerunt tenebras, non lucem. Et tu ergo si ab Ægyptijs recedas, si de potestate dæmonum fugias, vide quanta tibi præparantur auxilia, dummodo in fide fortis permaneas: nec Ægyptiorum equitatus & quadrigæ perterreāt nec reclames contra Dei legē, id est, Moysen. di. *tanquam nō essent sepulchra in Ægypto, ita eduxisti nos.*

a ¶ De AEgypto. b ¶ Insuperabili potentia.

rael. At illi egressi erant manu excelsa. Cumque persequerentur Ægyptij † vestigia præcedentium, repererunt eos in

a ¶ Fidei. b ¶ Fluctus tentationum.

castris super mare. † Omnes equitatus, & currus Pharaonis & vniuersus exercitus erant † in Phihahiroth † contra Beelsephon. Cumque appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos viderunt Ægyptios post se: Et timuerunt valde. Cla

a

mauerunt que ad Dominum, & dixeiunt ad Moysen. Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos vt moremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres

¶ Acrius tentando.

¶ Verba desperantium & in tentatione lacescentium.

¶ Potestate sathanæ.

nos ex Ægypto? Nonne iste est sermo quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: Recede à nobis, vt seruiamus Ægyptiis? Multò enim melius † est seruire eis, quàm mori in soli

¶. Tentationis & fragilitatis verba sunt, alioquin falsa sunt. Melius est enim bonum incipere, etsi non possis perficere, quam a diabolo non recedere.

¶ Non peruenientes ad terram professionis.

¶ In tempore gratiæ. Rectores tenebrarum.

tudine. Et ait Moyses ad populum: Nōlite timere: State & videte † magnalia domini, quæ facturus est hodie. Ægyptios

a ¶ Quia princeps huius mundi eiicietur foras. Iohan xii. c. ¶ Viuos. s. mortuos enim postea viderunt.

enim, quos nunc videtis, nequaquam vltrà videbitis vsque

¶ Qui potest solus. ¶ Contra à ereas potestates ¶ Quiescetis.

in sempiternum. Dominus † pugnat pro vobis, & vos tacebi

¶ Postulante spiritu inenarrabili gemitu.

tis. Dixitque dominus ad Moysen: Quid clamas ad me Lo-

a ¶ Verbū legis. ¶ Hæc est virga, in qua fiebāt mirabilia, quæ dicitur Moysi & Aarō quia per illā operabātur.

quere filiis Israel, vt proficiscantur. Tu autem eleua virgām

a ¶ Fluctus contradicentium.

tuam & extende manum tuam super mare, & di-

Homil. 5. In Exod.

a *Forsitan uen &c.* ORIG. Hæc fatiscētis in tentatione animi verba sunt. beatus est qui sic tentationes excipit, vt nulla ei cogitatio ambiguitatis obrepat. Petro etiam dicitur Matth xiij. d. *Modicæ fidei quare dubitasti?* Tētationis & fragillitatis hęc verba sunt. Alioquin falsum est, melius est enim in eremo mori, quàm Ægyptiis seruire. Qui enim in eremo moritur, hoc ipso quòd suparatus est ab Ægyptiis, id est, rectoribus tenebrarum & epotestate sathanæ habuit aliquem profectum, etiam si ad integrum non potuit peruenire. Melius est enim perfectam vitam quærenti in itinere mori, quam nec proficisci. Vnde eorum videtur falli opinio, qui dum arduum & periculosum iter virtutis exponunt, nec incipiendum iudicant. Melius est, enim in itinere mori, quam inter Ægyptios necari, & falsis atque amaris fluctibus obtui.

Quæstione. 51. in Exod.

b *Ægyptios enim quos nunc &c.* AVGVS. *Sicut enim vidistis Ægyptios hodie, non apponetis amplius videre eos in eternum tēpus.* Quomodo autem sunt accipienda hæc verba, cùm viderint po-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ait. *filij Israel,*

2 Nolite ti. &c. *quia auxilium Dei, quod est fortius adest nobis.*

3 State, *securi.*

4 Et videte: *id est facta eius magna & inaudita.*

5 Ægyptios, *s. quales nunc videtis, scilicet viuos.*

6 Nequaquā. *sed bene postea viderunt eos mortuos super littus maris, vt habetur. infrà eo. cap.*

7 Dominus pug. *Ita quod nec pugnare, nec etiam loqui necesse erit vobis.*

8 Dixitque Dominus &c. *Ex quo patet, quod licet Moyses esset assecuratus de Dei adiutorio, non tamen cessabat ab oratione, quia Deus adhuc vult rogari à sanctis ad eorū meritū de his quæ vult facere. Quòd autem dicitur hic:* Quid. ad me? *non est propter hoc intelligendum, quòd eius oratio Deo displiceret, sed vt responderunt exaudita, vnde subditur:* Loquere filijs Israel vt proficiscātur. *Sequitur*

1 Et

MORALITER.

1 *Locutus, &c.* In hoc ca. agitur de Pharaonis & sui exercitus insecutione post populum Israel de seruitute emissū, vt ipsum reduceret ad pristinā seruitutē, per quē significatur diabolus cum

† angelis suis, qui exeūtes de seruitute de sua, i peccatis enormib⁹ trāseūtes, ad meliorē vitā toro conatu nititur ad pristinā reducere vtilitatē, immittēdo eis fortiores tentationes & cōcitādo cōtra eos tribulationes, vt talib⁹ fracti, iterū ei⁹ se subiiciāt seruituti, sicut filij Israel territi dicebāt Moysi:

Rece-

† *Recede a nobis vt seruiamus Ægyptijs? Multo melius emm est seruire quam mori in solitudine.* Sed contra hoc subditur.

1 *Et ait &c.* Per Moysen qui interpretatur extract⁹ da aquis: in eelligi potest interior homo extractus à fluxu carnis, qui reprimit terrorem sensualitatis, confidens de auxilio diuinæ virtutis quæ solet assistere in casi bus desperatis: ideo subditur.

Universidad de Navarra Biblioteca

thal: prorsus vnus quisq; tribui enumerari videt ingressus. Apostol⁹ A baptismū in Moyse cōsūmatū dicit in nube & in mari, vt in q̄ baptizaris in Christo in aqua & in spiritu, scias te ī sectari Ægyptios & ad seruitiū reuocare nolitias, quibus ante seruisti. Sed tu descēdis in aquā, & euadis incolumis & nou⁹ ascēdis peccatorū sordib⁹ ablutus, parat⁹ ad cātādū nouū cāticū. Ægyptij in sequētes mergunt⁹ in abyssū est rogare videntur. Iesū ne eos ite rū mergat in abyssū.

Moraliter.

ORIGE. Aliter si Æyptum fugias, id est, ignorantiæ tæ nebras, si sequaris Mosen, id est, Dei legem, occurrat autem mare, id est, cōtradicē tium fluctus, percute & tu obluctantes vndas virga. i. verbo legis & vigilantia scripturarū. iter tibi disputando per aduersa rios pande, & cedēt vndæ victori, mirantibusque & stupore defixis, qui anteā contradicebāt, legitimis disputationū liniis rectum fidei iter secabis, & intantū doctrinæ verbo proficies, vt auditores tui quos tu in verba legis eruditi, iam contra Ægyptios velut fluctus maris insurgant, ne solum impugnent sed & superent & extinguant. Extinguit enim Ægyptū, qui nō agit opera tenebrarum, qui non carnaliter, sed spiritualiter viuit qui cogitationis sordidas vel corde expellit, vel omnino nō recipit, secundum illud Eph. vj.c. Assumentes scutū fidei, vt possitis omnia maligni ignita iacula extinguere. hoc ergo modo possumus etiam Ægyptios hodie videre mortuos & ipsum Pharaonem. si tanta fide viuamus, vt Deus conterat sathanā sub pedibus nostris velociter per Iesum Christum.

Ex cathena Græca.

In medio mari per siccum. ✠ DIODORVS. Quædam etiānū vestigia supersunt de Græca maris discessione. Verūm Græcorū quidam (quæ est illorum impietas) à miraculorē ad causas transferunt, multis fieri loçis dictitātes, vt maria absorbeantur. Esto, C quæ nunc videntut, naturæ attribuant. At verò locus is per quē incolumes euaserunt. Hebræi, Ægyptij submersi sunt, nulla naturali vi patere potuit per ingurgitationem, nempe aqua hinc inde

☞ scin-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et scient. *Per experientiam flagelli.*

2 Tollensque se. *Hic consequenter describitur populi Israel saluatio, & primò ab ingressu aduersariorum, cum dicitur.*

3 Abit post eos. *Ita quod angelus se posuit inter exercitum AEgyptiorum & filios Israel.*

4 Et erat nubes tene. *ex parte AEgyptiorum.*

5 Et illuminans noctem: *ex parte Hebræorum. & hoc faciebat illa columna secundum diuersas sui partes secundum illos qui dicunt quod fuit vna tantum: secundum Hebræos, qui dicunt illam fuisse duplicem. columna nubis adueniente nocte non recessit, sicut consueuerat: sed remansit adueniente columna ignæ: ita quod erat nubes ex parte Ægyptiorum & columna ignis ex parte Hebræorum.*

6 Abstulit illud Dominꝰ flan. vento vehementi. *non est intelligēdum, quod ventus ille diuiserit mare, sed dominus: ventus tamen ille fūdum maris discoopertum aquis desiccauit, vt filij Israel mundius & suauius incederent. ideo subditur.*

7 Et vertit in siccum. *scilicet maris fundum.*

8 Diuisaque est aqua, & ingressi sunt filij Israel. *Dicunt aliqui doctores catholici, quod fuerunt ibi. xij. diuisiones, ita quod qualibet tribus intrauit diuisionem suam, adducentes ad hoc illud Psa. cxxx. v. b.* Qui diuisit mare rubrū in diuisiones, *Hebræi autē dicūt, quod vna fuit tātū diuisio. quod videtur probabile, secundū illud quod comuniter ab Hebræis & catholicis, dicitur se. qđ filij Israel formidabāt intrare mare post Moysen, & tū tribus Iuda quæ erat cōstatior primò intrauit post Mosen, & alia consequenter consecuta sunt, & quod tribus Iuda ibi meruit regnum. Si autem qua libet tribus habuisset suam diuisionē, magis formidassent intrare, maximè ira que non habuerunt Mosen in sua diuisione presentem Probabile est etiam quod Moses intrasset cum tribu Leuitica, & non cum tribu Iuda. Ad illud autem quod opponitur de Psal. potest dici quod ibi accipitur plurale pro singulari. scil. diuisiones pro diuisione, quia in Hebreo aliquando fit hoc: sicut Gene. xlvj. c. dicitur:* Filij Dan, *& tamen habuit vnicum filium tantum, vt ibidem habetur. Potuit etiam illa diuisio dici diuisiones, tum propter sui magnitudinem, tum secundm diuersas sui partes.*

Diuisiones maris.

9 Erat enim aqua quasi murus, *id est stans & erecta in altum adsimilitudinem muri*

10 Per sequentesque Ægpytij. *cum enim filij Israel iam essent*

✠ *multum*

MORALITER.

✠ 2 *Tollensque se.* per quem intelligitur Christus, qui Esa. ix. b dicitur magni consilij angelus secundum trasłationem septuaginta in terpretum. Nam ipse opponit se diabolo & exercitui eius secundum quod dicitur. j. Cor. x. c. *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis sed faciet cum tentatione prouentum vt possitis sustinere.*

3 *Et cum eo pariter colum, erat, nubis* & ipsa etiā columna ignis vnde subditur.

4 *Et erat nu. & illu, noctem.* Pet columnam igitur nubis intel-

✠ ligi-

☞ scindebat. Sta A bat aqua eleuata quidem, sed quasi freno cohibita Ac populus quidem dum Iudit. 9. h. cem sequebatur, Pharao verò obdurescit, ac simul aduersus Deū & terram pugnā gerit, decem plagas, post Israelis emissionem Nimirum sanguis atque iniusta in santiū cædes illū agitabat, vnde & vniuersus Israel saluus euasit Ægyptij verò quoq; egressi erant perie- † Sap. 10. d. runt.

✠ HVGO VICTORINVS. Queritur autem si nō videbāt Ægyptij Israelitas precedentes propter nubem interpositam, quomodo sequi putuerunt? Aut si videbant

NICOLAVS DE LYRA.

multū elēgati à littore, colūna ignis & nubis, qua prohibebat AEgyptios accedere ad Hebræos, recessit & tunc AEgyptij videntes quod filij Israel recesserunt, secuti sunt eos per eandem viam credentes transire sicut & ipsi. Nec est mirum si diuinō iudicio intantum fuerunt excecati, si considerentur facta eorum precedentia.

1 Iamque aduenerat. *Hic consequenter describitur AEgyptiorum submersio.*

2 Respiciens dominus &c. *rebellionem & indurationem eorum.*

3 Per columnam ignis & nubis. *ex qua generata sunt toni. rua & fulgura.*

4 Interfecit exercitum eorum. *id est magnam partem exercitus, & tunc AEgyptij voluerunt fugere & reuerti. & patet litera vsque ibi.*

5 Fugiontibusque Ægyp. eo: aquæ. *Ex timore enim erant ita turbati & stupefacti, quod non cucurrerunt ad littus, sed magis contra aquas super se venitur. Sequitur,*

6 Et viderunt Ægyptios. &c. *Et hoc dixerunt aliqui doctores, quod filij Israel transeuntes per mare, non venerunt ad littus oppositum, sed ad littus per quod intrauerāt, ita quod mare fuit eis diuisum quousque transierunt montem asperum. de quo suprà dictum est. quia pro magna parte intrabat mare: & tunc diuisio maris per modum semicirculi redijt ad littus, tamen vltra montem. Cuius rationem assignant, quia natura maris est ejcere mortuos ad littus. propinquius. AEgyptij autem fuerunt submersi pròpe littus, vnde intrauerant: quia non fuerunt mul-*

MORALITER.

✠ ligitur humanitas Christi in qua didit fidelibus exēpla patientiæ, ex quorum consideratione accipit homo in tentationibus & tribulationibus virtutē cōstantiæ: pas colūnam autē ignis diuini tas Christi illuminās hominē luce suę gratię, & sic fideles trāseūt mare Præsentis seculi sine lęsione mortalis peccati: ideo sequitur

† *Et*

ADDITIO.

In ca. xiiij. vbi dicitur in postil. Et viderunt Ægyptios mortuos *Opinio Iosephi hoc loco non videtur tenenda: nam secūdum eam oportet dicere quod desertum Et han est duplex: vnum circa mare rubrum & aliud vltrà, quod nō habetur ex tex. sed planius litera sonat, q̄ idē est desertum Ethan, in quo fuerunt statim post quā recesserūt de Socoth & desertū Ethā in quo fuerunt post transitū maris, vt patet literā bene intuenti. Quòd autē postil. approbande pditā opinionē dicit nō esse verisimile, quod Deus deduceret eos ad terrā aduersariorum, concedē dum est*

a ¶ Legitimis disputationum lineis rectum iter fidei sequendo.

ūide illud, vt gradiantur filij Israel in medio mari per siccū.

¶ Vt supra. ¶ Non Tantum Pharaonis.

a

Ego autem indurabo cor Ægyptiorum, vt persequantur vos

a ¶ Glorioſus apparebo. b ¶ Submerſio.

& glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in

¶ Volubili gloria. ¶ Superbis. ¶ Scire coguntur. ¶ Non alius. 1

curribus & equitibus illius. Et scient Ægyptij: quia ego sum

a ¶ Non Pharaone.

dominus, cùm glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus

¶ Doctores.

atque in equitibus eius. Tollénsque se angelus Dei, qui prę-

a ¶ docendo & verbo & exemplo. b ¶ Eccleſia contra hoſtes munita. can. vj. d. Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. c ¶ Se opponēdo periculo. d ¶ Scientia ſcripturæ quæ eſt ſuſtentamentū eccleſiæ. 2

cēdebat castra Israel, ābiit post eos, & cum eo pariter cō- 3

¶ Perſecutorum.

lumna nubis priora dimittens, post tergum stetit, inte ca-

† Chald. interp. clarius sic ivrtir. Nubes & obscuritas AEgyptiis Israel autem erat lux tota nocte.

stra Ægyptiorum, & castra Israel Et erat † nubes 4

a ¶ AEgyptis. b ¶ Hebræis. c ¶ b Obſcuritatem præſentis vitæ dum videmus per ſpeculū in ænigmate

B tenebrosa & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto no- 5

ctis tempore accedere non valerent. Cumque ex-

a ¶ Demonſtrando. d. in aquis eſſe dum diuinæ potentiæ. b ¶ Lex dei. c Potentiam corrigendi & conuincē di perſecutorum. ſ. contradictionem.

tendisset Moyses manū super mare, abstulit illud dominus 6

a ¶ Id eſt ſpiritu ſancto mundanam ſapientiam exſiccante. b ¶ Aduerſitatis vel ignorantiæ præſentis.

flante vento vehementi & † vrente tota nocte, & vertit in 7 8

¶ Deſenſio.

siccum. Diuisa que est aqua, & ingressi sunt filij Israel per me- 9

¶ Peccata.

dium maris sicci. Erat enim aqua quasi murus † ad dexteram

† orientali.

† dextera eorum & lęua

C eorum & lævam: persequentes que Ægyptij ingressi sunt 10

per eandem simul faciem.

c *Tota nocte &c.* Quia toto tēpore huiꝰ vitæ, quā nox significat, spiritꝰ sancti gratia aqua baptismi fidelibꝰ meabiles facit, vt de spirituali Ægypto in terrā, promissionis trāseāt: hostium verò suffocat exercitum.

d ISIDOR. Mare rubrū baptismū Christi sāguine cōsecrātū significat hostes à tergo sequētes cū rege moriūt, quia peccata prætereuntia in baptismo delentur, & diabolus suffocatur p̄mūt Ægyptij vsque ad mare & peccata vsque ad baptismum, post transitum maris rubri cantat populus submersis hostibus in fidelibus, & fideles delauacro ascendentes extinctis peccatis hymnum decāt tant dicentes: *Cantemus domino: gloriose enim &c.*

e *Persequētesque Ægyptij, &c.* ✠ EVSEBIVS EMISSENVS Populꝰ Israel duabꝰ de causis in angusto positus erat, cū ex mari ante se posito. tum ex Ægyptiis retrò sequentibus. Tum etiam Deus iubebat, Moyses iubebatur, virga eleuabatur & mare-

a ¶ Scilicet. b ¶ Diaboli: c ¶ Curius Dei sunt omnes electiquibus de dicitur Pſa. lxvij. d Currus Dei decem millibus &c. Currus diaboli omnes reprobi & ſpirituales nequitiæ. ē ¶ Dæmones.

post eos & ōmnis equitatus Pharaonis, cūrrus eius, & equites per

a ¶ Luce fidei clarescente, & Deo populum ſuum illuminante tranſmiſſis tenebris ignorantiæ. b ¶ Vt vigilaret Deus ad cuſtodiam populi. qui ante videbatur dormire. ¶ Quia Chriſtus ab inferis reſurrexit.

c ¶ Reſpicere Deus dicitur cum aliquod nonum & inſigne facit. 3

medium maris. Iámque adūenerat vigilia matutina, & ecce respi- 2

a ¶ Spiritua tum nequitiarum. b ¶ Qui ſuſtit pios, obruit impios. c ¶ Quia terribilis impiis. d ¶ Quia bladus iuſis.

ciens dominus super castra Ægyptiorum per cōlumnam ignis & nū- 3

a ¶ Vitia potentiam malorum. b ¶ Strepitum & volubilitatem reproborum

bit, † interfecit exercitum eorum, & † subuertit rōtas curram, † fe- 4

† contorbauit vel infremuit & terrorem immiſit ſuper

a ¶ Ab iniquitate ſua. b ¶ Abyſſi. c ¶ Viſa Dei potentia. d ¶ Vel quoque. e ¶ Dæmones vel quilibet per ſecutores. f ¶ Non inſequamur.

rēbantùrque in profundūm. Dixèrunt ergō Ægyptii: Fúgiamus Is- 5

a ¶ Populum Deum videntem. b ¶ Cuius iræ nemo reſiſtere poteſt. c ¶ Liberandis. d ¶ Opprimendos.

rāēlem: dōminus enim pugnat prōcis contrā nos. Et ait dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare: vt reuertantur aquæ ad Ægyptios super currus & equites eorum. Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est † primo diculo ad priorem locum. Fugientibúsque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos dominus in mediis fluctibus. Reuèrsæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi

a ¶ Quia omnia in baptiſ. peccata dimiſſa & potentia diaboli ſubmerſa.

fuerant mare, † nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem Israël

† Sap. 10. d.

a ¶ Deſenſione.

perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro mū † 6

a ¶ Proſperitate. b ¶ Aduerſitate. ¶ Tempore bapt ſmi. c ¶ Populum baptizatum.

ro à dextris & à sinistris. † Liberauitque dominus in Die illa Israël de

a ¶ De poteſtate. b ¶ Dæmonum victorum. c ¶ Dæmones vel vitia. d ¶ Deiectos, ſcilicet potentia baptiſmi amiſſa potentia.

mānu Ægyptiorum, & viderunt Ægyptios mortuos super littus ma- 6

a ¶ Potentiam ineffabilem. b ¶ Viſo miraculo.

ris, & mānum magnam, quam exercuerat dominus cōtra eos. Timuit 7

¶ Initium ſapientiæ timor domini. Eccleſia. a ¶ Cuius proſauerunt potentiam. b ¶ Fidem in promiſſo in teilexerunt.

que populus dominum, & crediderunt domino, & Moysi seruo eius.

miraculum ma D
ris, quomodo
ausi sunt eos p
sequi? Adquod
respondetur, q̄
non poterant
eos videre per
fectè & tamen
quia abire eos † Impedi-
sentiebant per uit.
aliā viā pedetēt †& duxi eos
in eos seque- in grauitatē
bantur nesciē- vel cum pōdere.
tes se vel illos
mare ingredi.

✠ AVGVSTI- Sermo. 90.
NVS. Post hæc de tempore
iubetur Moses
virga percutere
mare. In verba Mystice
mysteriū sāctæ † ante lucē
crucis agnos- ad fortitudi
cite. Et verum nem suam
est fratres. At- E
tendite enim
& videte, quod
nisi verga su-
pra mare elle-
uetur, populus
Dei de Pharao †ta. q. 5. el-
onis potesta- psal. 105. quid ergo
te non tollitur Esa. 11. d.
Sic si sancta
crux eleuata
non esset, Chri
stianus popu-
lus in æternum
periisset. CAP. F

Universidad de Deusto Biblioteca

vt dictum est, totum existens citra & prope mare rubrum & est magnum desertum, cuius una pars est prope Ægyptum, in qua parte ingressi sunt mare, & alia pars est remotior ab Ægypto, in qua parte continetur desertum Sur, tanquam quædam particula in quodam toto: & ideo dicitur in sequenti cap quòd egressi mari rubro ingressi sunt desertum Sur. & Num. xxxiij. a. quòd cum transissent per medium maris rubri fuerunt in desertum Etham.

REPLICA Correctorij contra Bur, in cap. xiiij. postil. disputat materiam de ingressu & egressu maris rubri, quibusdam dicentibus, quod exeadam parte qua ingressi sunt egrediebantur, alij dicentibus quod ingredientes ex vna parte a parte opposita egressi sunt, Primam opinionem accepit Burgen. secundam postilla. cum Iosepho: & postil. litæ soluit rationes factas pro opinione contraria: sed Burg. non soluit rationes Iosephi & postil. Opinio Burgen. tendit ad duo satis dubia vnum quod mare rubrum non diuidat inter AEgyptum & terram promissionis, sed sint sita in vno & eodem littore: & puto Iosepho ibi nato & noto contrarium sentienti de hoc melius constare quam Burg, qui nunquam fuit ibi. Secundum dubium, quod filij Israel nunquam mare rubrum pertransierunt in latum, quamuis in eo per aliquod spatium longitudinis ambulassent. quicquid tamen sit, moralitas Glo. ordin. huic sensui cum Burgen. non videtur conuenire. Glo. namque ordinaria mare rubrum baptismum dicit: AEgyptios sequentes vsque ad mare peccatum dicit. Fugientes igitur ad mare rubrum relictos a tergo vident mortuos, quia per baptismum præterita peccata delentur: præmunt AEgyptij vsque ad mare: & peccata vsque ad baptismum &c. quæ in in glo. contin entur si igitur ingressi mare regressi sunt ad eandem partem littoris, ad literam accedentes, ad baptismum reuersi sunt ad peccatum per moralitatem: & sic filij Israel post transitum maris figura vêt ad vomitū redeuntes, quod tamē nō videtur cōueniens, quia hi & illi dicūtur trāsito mari cataſſe hymnū Deo glorioſe. hæc in glo, in effectu

Cap. XV.

Homil. 6, in a Exod. Cantatemus,

VNc cecinit. &c, ORIGE. Multa cantica legimus in scripturis, sed hoc primum omnium est, quòd Ægyptiis & Pharaone submerso post victoriam cantatur. Mos enim sanctorum est, vbi aduersarius vincitur (quia tamen non sua virtute, sed Dei gratia victoriam factā) hymnum Deo glorificationis offerre. accipiunt tamen canentes tympana in manibus, sicut de Maria & Aaron refertur. Et tu ergo si mare rubrum trāsieris, si Ægyptius submergi videris, & Pharaonem præcipitari i abyssum, potes hymnum Deo gratā ter canere, & dicere: *Cantemus domino glorioſe &c:* Dignius autem hoc dices, si habueris in manu tua rympanum id est, si carnem tuam crucifixeris cum vitiis & concupiscentiis.

✠ HILARIVS. Est verò canticum, cum cantantium chorus libertate sua vtens, neque in consonum organi adstrictus obsequium, hymno canoræ tantum vocis exultat.

BERNARDVS in sententijs. Cantica fidelium quatuor sunt. Victoriæ qđ submerso canitur Pharaone. Adhortatiōis quod retrā promissionis cōcinunt intraturi. Lætitiæ, qđ de susceptione filij cātat Anna. Fortitudinis, q Dauid cātat de manu Saulis erepte.

Glorificari & glorioſe glorificari dicent.

b *Glorioſe enim &c.* ORIG. Non sufficit: *glorificatus est*, aliud est enim glorificari, aliud glorioſe glorificari. Cùm enim Christus carnē pro nobis susceperit, glorificatus est, qui venit quærere quod perierat, non tam glorioſe, quia non habebat speciem neque decorem, Glorificatus est cū venit ad crucem & pertulit mortē, vnde Ioh. xvij. a *Pater venit hora glorifica filiū tuū &c.* Erat ergo & gloria passio crucis vbi & glorificatus, nō glorioſe quidē, sed humiliter, vnde Phil. ij. a. *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Et Sapien. ij. d *Morte turpissima condemnemus eum.* In his ergo glorificatus est de humiliter non glorioſe. vnde Luc. xxiiij. d. *Quia oportebat pati Christum, & sic intrare in gloriam suā.* Cū venerit in gloria patris & angelorum iudicare terram, & verum Pharaonem id est, diabolum, interficiet spiritu oris sui, cum refulgebit in maiestate patris tunc glorioſe glorificabitur, cū omnes honorificabunt filiū sicut honorificant patrem

CAP. XV.

¶ Submersis hostibus.

1 VNc cecinit Moyses & filij Israel carmē hoc
a ¶ Se inuicem hortantes. b ¶ Ore, corde, opere. ¶ Hymnum victori.
domino, & dixērunt, †Cantemus domino † 2
a ¶ Quemlibet malum. b ¶ Diabolum.
glorioſe enim magnificatus est: equum & as- † cantabo. † magnificè
3
a ¶ Infernum. b ¶ Qui per eum fortis fuit & laudabilis.
censorem deiecit in mare. Fortitudo mea &
a ¶ Non alius. b ¶ Homo scilicet. c ¶ Creator.
4
laus mea dominus: & factus est mihi in salutem. Iste deus
5
a ¶ Dictis, factis. b ¶ Non me. c ¶ Christi, qui ait: Vado ad patrem meum & patrem, vestrum. Ioh. xiiij
d ¶ Ideo.
6
meus & † glorificabo eum, Deus patris mei, & exaltabo 7
a ¶ Hostes scilicet visibiles & inuisibiles expugnans pro nobis. ¶ Quia non est qui resistat voluntati suæ.
¶ Non modo glorificabo.
eum. Dominus quasi vir pugnator, † omnipotens no- 8
6

c *Magnificatus est equū &c.* In signis Ægypti. Sed glorioſe magnificatus est, quia Pharaonem & exercitum eius submersit. Vel magnificatus est, miracula ante passionem faciendo, prædicando, en cruce moriendo, sed glorioſe magnificatus est, cū resurrexit victor victo diabolo, spoliato inferno.

d *Equum &c.* ORIGI. Homines qui nos insequuntur equi sunt, & omnes qui in carne nati sunt, figuraliter equi sunt, & habent ascensores suos. Sunt quos dominus ascendit & circum eunt omnem terram, de quibus dicitur Abac iij. b. *Equitatus tuus salus.* Alios ascendit diabolus & angeli eius. Iudas equus erat, & cum ascensorem habuit dominum, de equitatu salutis erant. cum cæteris enim apostolis missus ægrotis salutē & lāguentibus præstitit sanitatē, vbi diabolo se subtrauit qui post buccellam in eū intrauit, equus Sathanæ factus & illius habens ductus cōtra dominum equitauit omnes ergo persecutores equi sunt hinnientes, sed habent angelos malos quibus aguntur, ascensores, & ideo feroces sunt. Si videris persecutorem tuum nimis sęuientē, scito quia ab ascensore pungetur, & ideo sæuus est & truculentus.

e *Iste Deus.* ORIG. Hic ergo & Deus erit meus & Deus patris mei. Pater noster qui nos fecit & genuit, Christus est qui dixit Ioh. xvjb, *Vado ad patrem meum* &c. Si ergo agnoscam q Deus meus sit, glorificabo eum, si etiam quod patris mei, exaltabo eū Altior enim ītellectus est quomodo Christus, vt vnius Dei cōsortē gat & vniat veritatē, Deū suum dicit, quem natura patrē nouit.

f *Dominus quasi vir pugna, &c.* ORIGE. Alia litera *Dominus* conteret

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XX.

Diuisio

VNc cecinit Moyses. *Hic consequenter ponitur gratiarū actio pro tanto beneficio, & primo quantum ad viros, secundo quantum ad mulieres, ibi*, Sumpsit ergo Maria. *Circa primum præmittitur Dei laudatio, secundo subditur causa vel ratio, ibi*: Dominus quasi vir pugnator. *Circa primum dicitur.*

2 Cantemus domino. *Per hoc designatur quod inuicem se inuitabant ad Dei laudem.*

3 Glorioſe &c. *Ex submersione enim AEgyptiorum longè latèque diffusum est præconium suæ magnitudinis.*

4 Fortitudo &c. *scilicet effectiuè.*

5 Et laus &c. *s. materialiter, quæ ex eius facto haberunt materiam laudis.*

6 Iste Deus. *Dicunt Hebræi, quod li iste, facit oem monstrationem ad sensum, quia filij Israel videbant Deum, & ostendunt eum digito super mare rubrum, in aliqua tamen similitudine visibili, quia deitas non potest sic videri, vnde ducit, quod clarius tunc viuat Deum populus quam prophetæ postea, sed istud de scriptura non habet autoritatem ideo eadem facilitate continetur qua probatur, maximè cum populus parum ante cnmra Mosen egerit & iniustè murmurasset: nec est verisimile quod scriptura tantam Dei cōdescensionem tacuisset. ideo dicēdum, quod est ibi demonstratio ad intellectum, accepta tamē ex effectu visibili, ex hoc enim quod videbant factum soli diuinæ virtuti possibile, intelligebant Dei præsentiam adesse,*

7 Deus patris mei &c. *Hoc additur ad ostendendum quod per merita sanctorum patrum Deus fecit eis illud beneficium.*

8 Dominus quasi &c. *Hic subditur laudis ratio. & primo propter beneficium præteritum, secundo propter futurum, ibi*: Et portasti. *cum &c. Circa primum dicitur:* Dominus quasi vir pu. *id est, fortis pugnator. quia tamen eius fortitudo incomparabiliter excedit omnem fortitudinem creatam, ideo subditur.*

9 Omnipotens nomen, *&c. quod patet per effectum multiplicem sequentem, cum dicitur:*

✠ 1 Crus.

MORALITER.

† 2 *Cantemus &c.* Hic ponitur gratiarū actio pro Dei beneficio præstito in Ægiptiorum submersione, & populi Israel liberatione: nec est hic quęrēdus alius sensus mysticus, nisi quod per hoc docemur docemur Deo gratias agere de beneficijs acceptis: & quia talis gratitudo est dispositio ad alia beneficia à Deo recipienda, ideo in eodem cantico subditur prophetia de habitatoribus terræ Chanaan terrendis & debellandis cùm dicitur.

✠ *Ascend*

conteret bella. Amos ix. b. *Dominus nomē est illi.* Non modò pugnas visibiles conterit, sed eas etiam quæ nobis sunt aduersus *principatus, potestates, & rectores tenebrarum harū.* Dominus enim nomen est illi, & non est vlla creatura, cuius dominus non sit. Quadrigas Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Electos ascēsores ternistratores demersit in mare rubrū. Pharao velut potentior in maliria, & regnum nequitiæ tenens, quadrigas ait, non illi satis est vnū equum ascendere sed plures simul agit, & torto verbere cogit, quos cùm videris in luxuria turpiores, in credulitate sæuiores, in auaritia tetriores, scito de quadrigis esse Pharaōis, quas currui suo subiugat: in ipsis fertur & volitat p apertos scelerum cāpos, effusis habenis. Sunt alij ascensores B electi. i. ad malitiam.

Ibidem

ORIG. Ternistratores ideo dicuntur, quia triplex est homi nibus peccādi via. In facto enim, in dicto, & in cogitatione peccant. Ideo ternistratores per singulos dicuntur, quia istas tres in nobis possident vias peccandi, & semper speculantur & agunt insidijs, vt aut ille ex misero homine sermonem malum eliciat, aut ille iniquū opus extorqueat. aut ille cogitationem pessimā parat. Denique semē verbi Dei vbi cadit & deperit, triplex describitur locus, secus viam. in spinis, in petrosis. Econtrario terra bona afferri triplicem fructum, sexagesimū, centesimum, tricesimū. Matth. xiij. a. Triplex enim est etiā bene agendi via, quia vel opere, vel cogitatione, vel verbo aliquid boni agitur, vnde ait Apostolus. j. Cor. iij. b. *Qui ædificat fundamentum argentum, aurum, lapides pretiosos*, triplicem bonorum indicans viam. Viam malorum dicens ligna, fœnū, stipulam. Isti ergo ternistratores sunt angeli nequam, qui in his viis obseruant, vt quemlibet agant in peccatum, quos immerget dominus in mari rubro, & ignitis fluctibus tradet in die iudicij, & pœnarum pelago teget.

Ibidem.

a *Descenderum &c.* ORIG. Quia scilicet tales non erant lapides de quibus susciterentur filij Abrahę. Sed qui amarent profundum & liquidum elementum. i. amaram & fluxam præsentiū voluptatem. Vnde de ipsis dicitur: *Demersi sunt quasi plumbum in aqua validissima.* Peccatores graues sunt, & iniquitas super talentum plumbi legitur sedere. Inde iniqui mergūtur in profundum quasi plumbū. Sancti verò ambulāt super aquas, quia leues sunt, & peccati pondere non grauantur. Christus super aquas ambulauit, qui verè peccatum non fecit. Ambulauit & Petrus, sed paulū dubitauit: habuit enim aliquid plumbi, propter quod dicitur ei Matth. xiiij. *Modicæ fidei quare dubitasti?* Omnes ergo per ignem saluantur, vtſi fortè de specie plūbi quicquam fuerit admistum, ignis decoquat & resoluat, vt efficiantur omnes aurū optimum, quia aurum terræ illius optimum quam habituri sunt sancti. & sicut fornax probat aurum, ita homines iustos tribulatio. Veniendum est ergo omnibus ad conflatorium. Mat. iij. a. Sedet enim Deus & conflat & purgat filios Iuda. Si quis multa opera bona & parum iniquitatis attulerit, illud parum tanquam igne resoluitur & purgatur, & totum remanet aurum purum. Si quis plus plumbi attulerit, plus exuritur vt amplius decoquatur, vt & si parum, tamen aliquid auri purgati resideat, qui verò totus plumbeus venit, demergitur *quasi plumbum in aqua validissima.*

¶ Alij quadrigas. ¶ Vt supra.

men eius: Currus Pharaonis & exercitū eius proiecit in mare. 1
¶ Alij, ternistratores. ¶ Capitalia vitia vel dæmones illi vitijs præsidentes. ¶ Inferni.
Electi principes ei[9] submersi sunt in mari rubro, abyssi oper 2
a ¶ Quia duri & lapides adorabant.
uerūt eos. & descenderūt in profundū, quasi lapis. Dextera tua 2
¶ Pater. ¶ Potentia Vel filius. ¶ Pater.
domine magnificata est in fortitudine, dextera tua domine† 3
a ¶ Diabolum. ¶ Quia inde multum gloriosus apparuisti.
percussit inimicum: & in multitudine gloriæ tuæ † deposuisti 4
¶ Solo superbiæ. ¶ Diabolum & vitia. ¶ Vel meus.
aduersarios † nostros. Misisti irā tuā, quæ deuorauit eos sicut 5
a ¶ Contra naturam.
† sterunt sicut aceruus vndę fluxæ, stipulā, & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquę †. Stetit 6
¶ Diabolus 7
vnda fluēs, cōgregati sunt abyssi in medio mari. Dixit inimi 8
a ¶ De AEgypto recedētes. b ¶ Domestica temeritate & superbia loquitur hæc. c ¶ Dimersis vitijs vel totoribus.
d ¶ Sanctos Christo ereptos. e ¶ Voluntas.
cus: Persequar & cōprehendā, diuidā spolia, † implebitur ānima 10
a ¶ Aperiam. b ¶ Omnes modos fallendi. c ¶ Spiritualiter. d ¶ Potentia vel multitudo exercitus.
mea. Euaginabo gladium meū: interficiēt eos manus mea. Fla 11
a ¶ Indignationis. vel venrus vreus. b ¶ Inundatio pœnarum. c ¶ Pondere pœcatorum grauati.
uit spiritus tu[9], & operuit eos mare: submersi sunt quasi plūm 12 13
a ¶ Amara & fluxa voluptate præsentium, vel inferni voragine. b ¶ In substantia potentia
c ¶ Vel diis de quibus dicitur Psal. xxxj. Ego dixidij estis &c.
bū in aquis vehemētib[9]. Quis similis tui in fortib[9] † domine. 14

Ternistato

† confregit

† destruxisti vel consumsisti.

b *Misisti iram tuā quæ deuorauit sicut &c.* ✠ BASILIVS. Diuinę literæ iram Dei vocant motum illum vltorem in peccatores supplicio dignos, aut certè huic motui subseruiētes Angelos, iuxta illud, *Immisisti in illos iram & furorē, immissionem per Angelos malos.* Qui enim fieri potest, vt ira & furor mittantur? Aut fortasse Notum ventum intelligit, qui & aquam congessit, & fluidam fluxamque naturam compingens, in modum muri stare fecit.

† implebitur ex eis, i. voluptatem capiam ex nece eorum Psal. 77.

† dijs

AVGVST. Alia litera: *Misisti spiritum tuum & cooperuit: eos mare &c.* Quæst. 55. In Exod. Ecce iā quinto commemoratur spiritus Dei, vt in hoc numero accipiamus etiam illud quod dictū est. Exod. viij. c. *Digitus Dei est hic.* Primò spiritus Dei ferebatur super aquas. Secundò nō *permanebit spiritus me[9] in istis hominib[9], quoniā carnes sunt.* Tertiò vbi Pharao dicit ad Ioseph: *quoniā spiritus Dei est in te.* Quartò ibi *digitus Dei est hic.* Quintò in hoc cātico: *Misisti spiritū tuum, & cooperuit eos mare.* Notemus autem spiritum Dei non solum ad beneficia, sed etiam ad vindictam memorari, vnde suprà *spiritu iræ tuæ diuisa est aqua.* Spiritus ergo Dei, spiritⁿ iræ fuit Ægyptijs. qui bus aquarum diuisio nocuit, vt intrantes possent aquis redeunti bus obrui. Filijs Israël, quibus profuit aqua diuisa, non fuit ille F spiritus iræ Dei. Vnde significatur per diuersas operationes & effectus spiritum Dei dissimiliter appellari, cùm sit vnus & idem qui etiam spiritus in vnitate trinitatis accipitur, non arbitror alium, sed eundem significari, vt dicit Apostolus. Roma. viij. c. *Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus abba pater:* quia eodem spiritu Dei. i. digito quo lex in tabulis lapideis scripta est, timor incussus est eis, qui gratiam nondū intelligebant, vt de sua infirmitate & peccatis per legem conuincerentur, & lex fieret illis pedagogus, quo perducerentur ad gloriā, quæ est in fide Iesu Christi. De hoc autē spiritu adoptionis & gratiæ id est, de hoc opere spiritus Dei, quo impartitur gratia & regeneratio in vitam æternam dicitur. *Spiritus autem viuificat*, cum suprà dicoretur: litera occidit, id est, scriptura tantummodo iubens sine adiutorio gratiæ.

c *Quis similis &c.* ORIG. Non simulachris gentium comparat Deum, Ibidem

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Currus Pharaonis &c. *eos fulminibus feriendo, & rotas currium subuertendo, vt dictum est præcedenti cap.*

2 Abyssi eos &c. *idest aqua profundæ ex Dei precepto. super eos reuersæ, vt prædictum est.*

3 Dextra tua &c. *idest, Pharaonem caput exercitus.*

4 Deposuisti &c. *idest, Ægyptios eum sequentes. In Hebræo habe-* Aduersarios tuos *& est eadem sententia. erant enim aduersarij ipsius Dei & populi Israel.*

5 Misisti iram. &c. *idest. ita faciliter sicut ignis stipulam deuorat.*

6 In spiritu furoris tui congregatæ &c. *videtur quod deberet dicere: In spiritu dulcoris tui, quia ex Dei gratia aquæ congregatæ sunt quasi muri hinc & inde, vt filij Israël possent transire. dicendum quod idem effectus est dulcedinis Hebræis, & furoris Ægyptijs. Congregatio enim aquarum prædicta gratiosa fuit Hebræis prebens eis transitū, sed dura fuit Ægyptijs. ītū quia filij Israël trāsitū habuerunt eis inimicis, & quia propter dictā cōgregationē secuti sunt Hebræos & submersi.*

7 Stetit vnda fluens, *id est aqua de natura sua fluida, stetit contra naturam suam sicut murus ereēta.*

8 Congregatæ sunt abyssi in medio &c. *Per hoc enim quod retrāxerunt se aquæ, vt præberent medium iter, eleuatæ sunt aquæ in altum in medio mari, quia ex tali congregatione non exierunt ripas maris.*

9 Dixit inimicus persequar &c. *in corde suo & ore.*

10 Diuidam spolia &c. *cum rediero victor.*

† Implebitur anima, mea euaginabo gladium meum. *id est, voluntas mea.*

11 Interficiet eos manus mea. *id est, potestas exercitus mei. Hæc cogitabat Pharao, sed vulgariter dicitur. Multum remanet de cogitatione fatui: ideo sequitur.*

12 Flauit spiritus tuus &c. *Quia sicut ad flatum veti palea mouetur, sta ad natum Dei mare reuersum est super eos.* Prouerbium

13 Submersi sunt. &c. *Per grauitatem plumbi intelligitur quòd erant peccatis valde aggrauati, & submersione digni.*

14 Quis si. &c. *q. d. nullⁿ, qa finiti ad infinitū nulla est cōperatio*

✠ 1 *Magnifi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum,nec dæmonibus qui sibi falsò nomen Deorum asciscũt, sed dicit illos Deos qui per gratiam & participationem Dei appellantur,secũdum illud Psal.lxxxj.b. *Ego dixi dij estis*. Et ibidẽ lxxxj.a. *Deus stetit in synagoga Deorum*. Sed hi quanuis capaces sint Dei: & hoc nomine per gratiam donari videantur,nullus ei similis in potẽtia vel natura, quòd autẽ dicitur *similes ei erũt*⁹, similitudo hæc, non ad naturã,sed ad gratiam reuocatur, sicut pictura est similis ei, cuius imago in ipsa exprimitur, quãtum ad gratiam, sed lõgè dissimilis quãtum ad substãtiam.Illa enim species carnis est, & decor viui corporis, ista colorum fuc⁹ & cęca tabulis sensu caretibus superposita, nullus ergo in dijs similis domino,inuisibilis scilicet,incorporeus, incõmutabilis, sine initio & sine fine.Null⁹ creator omniũ nisi pater creans omnia per filium, & in spiritusancto omnia sanctificans.

a *Extendisti &c.* ORIG.Monet me,quod ait *Extendisti dexteram tuam,& deuorauit eos terra*.quasi vt deuorarentur à terra,causa fuerit quod dexteram extendit.Si consideres quomodo exaltatus dominus in cruce tota die extendit manũ ad populum non credentem,sed contradicentem.& quomodo infidelẽ populum qui clamauit Ioh.xix. a. *Crucifige,crucifige eũ*,mors iniquitatis oppressit,inuenies quomodo *extendit dexterã,& deuorauit eos terra*. non tamen omninò desperandum.Si enim qui deuoratus est,resipiscat,poterit euomi sicut Ionas.Omnes nos aliquando terra deuorabat & in inferni penetralibus retinebat, ideo Christus descendit,nõ solũ ad terras,sed etiã ad inferiora terræ:& ibi inuenit nos deuoratos,& sedentes in vmbra mortis.Inde educẽs nos nõ solum terræ, ne iterum deuoremur, sed regnũ properat cælorũ.

b *Deuorauit eos.* ✠ AVGVSTINVS. Terra pro aqua non mirum est posita. Tota quippe pars ista extrema vel infima mundi terræ nomine censetur.secundum id quod sæpe dicitur, *Deus qui fecit cœlum & terram*.

ORIG. Impios etiam hodie terra deuorat, qui semper de terra cogitant terrena faciunt,de terra loquuntur, litigant,terrã desiderant,in ea spem suam ponunt,ad cælum non respiciunt,futura non cogitant,iudicium Dei non metuunt,nec promissa ei⁹ desiderant,talem cum videris,dicito: quia deuorauit eum terra. & si quem videris luxuriæ & voluptatibus corporis deditum,in quo nil anim⁹ valet, sed totum libido possidet,dicito, quia deuorauit eum terra.

c *Ascenderunt &c.* ORIG.Audierunt gẽtes & iratæ sunt, dolores apprehenderunt habitatores Philistiim &c.

ORIG.Quantum ad historiam nullum de his gentibus inter fuisse mirabilibus cõstat: quomodo ergo terrore tetritæ vel iatæ Philistijm & Moabitæ, & Edõ, & reliquæ quas enumeratnationes?Sed spiritualiter:inuenies qa Philistiim,idest,cadẽtes poculo: & Edom. scilicet terrenus, trepidant:& eorũ principes curritant &pauẽt constricti doloribus:cum vident regna sua quæ in inferno sunt penetrata ab eo, qui descendit in inferiora terræ,vt etiperet eos qui possidebantur à morte,hinc timent& tremunt,quia senserũt magnitudinem brachij eius.hinc etiã tabuerũt habitatores Chanaam.i.mutabiles & mobiles,cum viderunt moueri regnasua,& alligari fortem,Veniat ergo super eos timor,& tremor.tremunt & timent dæmones crucẽ Christi,in qua triumphati sunt,& exuti principatu eorum & potestate. Timor ergo & tremor cadent super eos,cũ in nobis signum crucis fideliter fixũ viderint,& magnitudinem brachij quod dominus expandit in cruce, sicut dicit Esa.lxv.a. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem &c.* Non te a liter timebunt,ne tremor tuus irruet super eos, nisi viderint in te crucem Christi,vt dicas: *Mihi autem absit gloriari,nisi in cruce domini nostri Iesu Christi*.

✠ HVGO VICTORINVS Ascẽderunt populi &c. Huc vsq; de re præterita canticũ. Amodo quicquid sequitur.prophetia est dõ futuro.Ex tanto enim gaudio qd in præsenti habebant, spiritussãctus in corda ipsorũ intrauit,& omnes idẽ prophetati sunt.

d *Fiant immobiles &c.* ORIG.Fieri tanquam lapidem non est natura esse lapidem.Non enim fieret nisi quod non erat.Hoc propter illos diximus, qui malæ naturæ Pharaonem vel Ægyptios dicunt fuisse,nec ex libertate arbitrij in hoc esse deductos: & qui creatorem Deum accusant,tanquam sæuum,qui homines vertat in lapides:non dixit,fiant tanquã lapides & tacuit:sed tẽpus statuit & mensuram dominationis,s. *donec pertranseat populus tuus*. Prior populꝰ qui fuit ante nos, factus est tãquam lapis durus & incredulus, non vt lapidis nara maneat, sed donec pertranseat populus, quem dominus acquisiuit. vnde Ro.xj.c. *Cecitas enim ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret,& tunc Israel saluus fieret*, qui per incredulitatem factus est tanquam lapis.vnde Mat.iij.b. *Potẽs est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*. Sed cùm creator sit omnium, quomodo acquisisse dicitur quod suũ esse dubium non est?Dicitur enim in cantico Deut. *Nonne hic ipse dominꝰ Deus tuus qui fecit & creauit te,& acquisiuit te*. Videtur enim vnusquisque illud acquirere,quod non fuit suum.Vnde hæretici de saluatore dicunt, quia non erant sui quos acquisiuit. dato enim pretio mercatus est homines quos creator fecerat, & certũ esse aiunt vnunquemque emere quod suum non est.Apostolus enim ait.j.Cor.vij.d. *Pretio empti estis*. Sed audi prophetam. *Esa.d. Peccatis vestris venundati estis,& pro iniquitatibus vestris dimissa mater vestra*. Dei ergo creaturæ omnes sumus, sed peccatis suis quisque venditur,& à creatore discedit.Dei ergo sumus, secundũ quod ab eo creati sumus:esse actiue rõ serui diabõli,secundũ qp peccatis nostris venundati sumus.Voniens autem Christus redemit nos seruientes diabolo,cui nos peccãdo vendidimus,& ita videtur suos recepisse,quos creauit,& alienos acquisisse,qui alienum dominum peccando acquisierãt.Sed rectè nos redemisse dicitur,qui pro pretio nostro sanguinem suum dedit.Sed quid tale vt nos mercaretur diabolus,dedit?Homicidiũ pecunia diaboli est:Ille enim ab initio homicida est:fecisti homicidium diabolo,pecuniam accepisti,Idem dicendum est de adulterio, sacrilegio,furto,falso testimonio,&huiusmodi.hac pecunia enim emit & efficit sibi seruos omnes, qui de huiusmodi censu eius quantumcunque susceperint.

extēdit, Iesus qui totū mundum exaltatus in cruce cōplexus est, dicit: *Extēdi manus ad populū non cre.* Eleuare manus, hoc est actē leuare ad Deū vt non habeat actus deiectos & humi iacētes, sed Deo placitos & ad cœlū erectos. Eleuat ergo manus qui thesaurisat in cœlo. Vbi enim thesaurus, ibi oculus, ibi manus. Eleuat manus qui dicit: *Eleuatio manuū me. sa. ve.* Si ergo eleuētur actus nostri vincitur Amalec. Vnde Esa. xxxv. b. *Remissas manus & genua debilia erigite.* Si seruat populus legem, eleuat Moyses manus & aduersarius vincit. Si nō seruat legē, inualescit Amalec. Quod igitē nobis pugna est aduersus principes & potestates & mūdi huius rectores tenebrarū, si vis vincere, eleua manus. i. actus, cōuersatio tua nō sit in terris sed in cœlis. Eleua & tu manus in cœlum ad Deū, imple mādatum Apostoli: *Sine intermissione orate.* & tunc 2. Thessa. 5. d fiet quod scriptū est, quia sicut ablingit vitulus in campisherbam virentē, ita ablinget populus hic populū, qui sup terram est, vbi inducitur: quia populus Dei non tam manu & armis quā voce & lingua pugnabat, & oratione inimicos prosternebat. eleua ergo actus: insta orationi, hæc Christiani pugna est quæ superat inimicū. Puto autem per hanc figurā duos populos significari, quorum vnus ex gentibus eleuat manus Moysi, & in sublime tollit ea quæ scripsit, & intelligentiā eorum, vt sic vincat. Alius verò. i. Iudaicus populus nō eleuat manus Moysi à terra, nec altum aliquid nec sublime in eo intelligit: & sic ab aduersariis vincitur.

Vbi supra. Esa.63.

Eſa.63.a

Pſal. 140.2.

e *Habens &c.* AVG. Nunc virga Dei dicitur, quæ primùm dicta est Aaron, posteà dicitur Moysi. Sicut enim spūs Helię, qui est spiritus Dei, cuius particeps Helias dicitur, & Dei iustitia q̄ nostra est. Vnde ignorantes Dei iustitiam, volentes suam statuere, id est

Quæst.65.

F

tanquam

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Supra pe. Oreb. *non est intelligendū, q̄ illa petra esset in monte Oreb, qui est idem quod mons Synai, quia adhuc distabant ab illo loco, sed est alius locus eiusdem nominis. Sequitur.*

2 Et vocauit. &c. *Cuius causa subditur.*

3 Et quia tentauerunt, &c. *qualiter autem tentauerunt dominum, tam dictum est.*

4 Venit autē Amalec. *Descripta prouisione alimēti, hîc describitur repressio aduersary, & primò describitur pugna, secundò gratiarū actio pro victoria ibi:* Ædificauitq̄;. *Circa primū dicitur.* Venit autē Amalec & pugnauit cōtra Israēl. *Causa huius dicta est xvi. cap. quantum est ex parte ipsius Amalec. Alia causa assignatur ex parte populi Israēl. Ad hoc enim permisit dominus bellum istud contra eum insurgere, vt ex victoria sequenti essent audaciores de cætera contra aduersarios insurgentes, & de spoliis Amalec essent muniti armis, & alijs necessarijs qua fugientes dimiserunt.*

Quare dominus permisit Amalec pugnare

5 Dixitq̄; Mo. &c. *vidit enim in spiritu prophetico ipsum fore ducē Israēl, & ideo fecit eum ducem exercitus.*

6 Elige vi. *strenuos bellatores.*

7 Et egressus, &c. *non enim voluit, q̄ expectaretur exercitus Amalec sed quòd iretur sibi obuiam, ne pueri & mulieres & timidi qui remanserunt in castris, nimis terrerentur & fugerent, & sic daretur maior audacia aduersarijs.*

8 Ego sta. *pugnandum precibus contra aduersarios.*

9 Habens vir. &c. *vt victoria Deo ascribatur.*

10 Moyses autē, &c. *Dicunt Hebræi & aliqui doctores catholici, q̄ iste Hur fuit filius Mariæ & Caleb cōsurrantes per illud quod scribitur. j. Paral. ij. c. q̄ mortua Azuba vxore Caleb, ipse accepit vxorē quæ vocabatur Ephrata, quæ peperit ei Hur. Dicunt autem q̄ ista Ephrata fuit Maria soror Moysi quæ erat hirsuta: sed istud videtur falsum. q̄ Maria senior erat ipso Moyse, q̄ patet ex hoc quod supra dictū est ij. c. scilicet q̄ Moyse exposito in fluuio ne ipsa iuxta videndū quid accide-*

Hur.

✻ ret

MORALITER.

† 1 *Percutiēs q̄, petram, &c.* Per hanc petram significatur Christus qui in cruce fuit lancea percussus, & inde exiuit sanguis & aqua, Ioh. xix. f. ex quib⁹ virtutē habēt ecclesiæ sacramenta, in quibus cōfertur aqua gratiæ salutatis qua refocillatur populus Christianus. j. Cor. x. a. *Bibebant autē de spūali cōsequente eos petra, petra autem erat Christus.* Secundò agitur de pugna Iosue contra Amalec, de qua dicitur.

5 *Dixitq̄, Moyses, &c. Elige viros & egressus pu. &c.* Per Amalec qui interpretatur gens bruta significatur caro, quia p eam homo conuenit cum animalibus brutis propter quod. j. Eth. vita voluptuosa dicitur vita pecudū. Ipsa verò pugnat contra spiritū, qui p Israēl significatur, eò q̄ spūs natus est videre Deū, hîc p fidem, & in patria facie ad faciē. De hac autem pugna dicitur Gal. v. c. *Caro concupiscit aduersus spiritū spiritus aduersus carnem.* Caro verò debellatur p Iosue gladiū, qui gladius est sacræ scripturæ studiū, secundū quod dicit Ephe. vj. c. *& gladiū spiritus quod est verbū Dei,* & de hac debellatione dicit Hiero. ad Rusticum monachū: Ama sanctarū scripturarū studia, & carnis vitia non amabis. Sed vt do carne habeatur plena victoria, requiritur cum hoc oratio deuota

Universidad de Deusto

tanquam à se sibi præparatam.

A a *Cumq; leuaret.&c.* Strab. Quia cum lex mysticè intelligitur,passio Christi spiritualiter pensatur, diabolus vincitur & fugatur.Cum autem remittuntur manus , id est præcepta legis minus studiosè exercentur,hostis victor insequitur.

Li. aduersus Iudæos & li. 2 contra Martionem. † 36. di. c. si.

✻ Tertvllianvs.Iam verò Moyses,quod vtique tunc tantùm cū Iesus aduersus Amalec prœliabatur,extensis manibus orabat residēs,quādo in reb⁹ tam attonitis, magis vtiq; genubus positis,& manib⁹ credentibus pectus,& facie humi volutata, orationem cōmendare debuisset,nisi quia illic vbi nomē Iesu dimicabat , dimicaturi quandoque aduersus diabolum, crucis habitus quoque erat ne cessarius,par quam Iesus esset victoriam relaturus?

Quæstio 33. & 34.

✻ Theodoretvs.Quandiu Moyses intendēs precibus manus eleuabat,superior Israël erat in bello, simularq; dimitteret, inferior. Christi q pro nobis crucifixus est typus exprimebatur. Nā quemadmodum per manus serui protensas Amalechita superabatur: ta cū dominus manus extendit in cruce,diabolicas vires retudit,subsidiisq; vsus Apostolorum victoriæ trophæum erexit.

✻ Idem. Quæri solet quibus armis Hebræi aduersus Amalechita pugnauerint,Ægyptiis in mari submersis,illorum corpora in vna cum armis in littus eiecta sunt. Hæc Iudæi spoliantes his in bello vtebantur.

Lib.3.in Exodum ca. 20. Num.14.

✻ Rvpertvs. Sciendum quia primus ex omnibus gentibus iste Amalech egressum ex Ægypto Dei populum gratis impugnauit.Propterea de illo Balaam in prophetia sua dicit, Principium gentium Amalech,cuius extrema perdentur.

Hom. 33. in Euang.

b *Sumentes igitur la.&c.* Greg.Moyses sedit in lapide,cum lex requieuit in ecclesia:sed hæc manus graues habuit,quia peccātes non

a ¶ In speciem crucis in qua triumphantur inimici. b ¶ Cum operatione debemus orare si volumus hostes vincere & pro cælesti præmio,non pro terreno lucro.

derunt sup verticē collis†.Cumq; leuaret Moyses mānus,vincebat Israël:sin autē paululū † remisisset, superabat Amalec.

a ¶ Quia rem⁹ superioribus bonis,i.ad terrena conuersis hostis victor insequitur.

† remittebat.

a ¶ Ecclesiam vel Christum. ¶ In quo sunt septem oculi qui etiam lapis adiutorii.

b Manus autē Moysi erant graues. Sumētes igitur lāpidem posuerunt subter eum in quo sēdit.Aaron autē & Hur sustentabāt manus eius ex vtraq; parte.Et factū † est vt manꝰ ipsius nō lassarētur vsq; ad occasum solis.Fugauitq; † Iosuē Amalec,& populū eius in ōre glādij.Dixit autē dns ad Moysen:Scribe

a ¶ Requieuit. b ¶ Quia lex in Christo & spiritu sancto spiritualiter impleta est.

† Aaron autē & Hur sustentabāt manus eius ex vtraq; parte.

a ¶ Christus. b ¶ Diabolum.

† Iosuē Amalec,& †

a ¶ Dæmones,vitia vel quoslibet persecutores. b ¶ Locutio est. c ¶ Verbi Dei. d ¶ Vel ergo.

† contriuit que.

c hoc ad monimētū in libro,& trade auribꝰ Iosue. Delebo ēm

a ¶ Hic per sanctos & omnino in iudicio periit memoria eorum cum sonitu.

non misericorditer pertulit,sed seuera districtione percussit.Aaron mons fortitudinis,Hur interpretatur ignis.Mons fortitudinis Christꝰ est,de quo dicitur Esa.ij.c.*Erit in nouissimis diebus præparatus mōs domus domini in vertice montis.* Ignis verò spiritussanctus,quem Christus venit mittere in terram.Aaron ergo & Hur graues manꝰ Moysi sustinendo leuiores reddunt, quia mediator Dei & hominum cū igne spiritussācti adueniens mādata legis grania(quæ dum carnaliter teneretur portari non poterant) to lerabiliora nobis per spiritualem intelligētiam ostēdit, quasi enim manus Moysi leues reddidit, qui pondus mādatorum legis ad veritatē confessionis retorsit,secūdum illud Ezech.xxxiij.c. *Nolo moriē peccatoris, sed vt ma.cō.& vi.* Hinc peccatrici animæ dicitur.Hiere.iij.a. *Si reliquerit vir vxorem suā,& illa recedens duxerit alterū,nunquid reuertetur ad eum vltrà? Nunquidnon polluta erit & contamina mulier illa? Tu autē fornicata cum amatoribus multis,tamē reuertere ad me dicit dominus.* Ecce paradigma turpis mulieris dedit,ostēdens quòd post turpitudinem recipi non possit sed ipsum paradigma per misericordiā vincit,cum dicit fornicantē mulierem recipi non posse,& tamen fornicantem animā,vt recipiat,expectat. Pensemus pondus tantæ pietatis:dicit quod fieri non potest,& demonstrat quòd hoc ipsum contra morem facere potest. Ecce vocat etiam quos inquinatos denuntiat,hos etiam amplecti quærit,à quibus so esse desertum quæritur. Inflexit ergo ad misericordiam duritiam legis,quos etiam iustè illa dānat,ipse misericorditer liberat.

c *Delebo enim,&c.* Rab. In hoc significatur quòd omnipotens Deus per legem(quam significat Moyses & de Christo pronuntiat)deleat memoriam spiritualium hostium.vnde Psal.ix. b. *Perijt memoria eorum cum sonitu.*

a ¶ Populus brutus vel lingens sanguinem.

a Ædificauit Moyses altare:& vo. &c. a Omnes diaboli victores in cordibus suis debent aras fidei ædi

† Domini

ficare, in qua spirituales hostias offerant.

Lib. 22. contra Faustum cap.74.

✻ Avgvst. Nec bella per Moysen gesta horreat Faustꝰ, qa & in illis diuina secutus imperia. non sæuiens, sed obediens fuit nec Deus eū iubebat ista, sæuiebat,sed digna dignis rettribuebat. Quid enim culpatur in bello? An quia moriuntur quandoque, morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere , timidorum est, non religiosorum,no cendi cupiditas , vlciscendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus,feritas rebellandi,hibi rumque ita culpantur,vt à Deo iure puniantur.

a ¶ Nō homo. b ¶ Fortitudo. ¶ Quia exaltatus à terra omnia trahit ad seipsum.Ioan.xij.e.

memoriam Amalec sub cœlo.Ædificauitq; Moyses altare,& vocauit nomen eius Dominus b exaltatio mea, dicens: Quia mānus † sōlij domini & bellum † Dei erit contra Amalec, à

a ¶ Potentia. b ¶ Vade omnia opera nostra operatus est in nobis. c ¶ Malignæ spiritus.

a ¶ Iudæorum. ¶ Gentium. ¶ Vsque in finem:tunc enim verè implebitur.vnde Osee.xiij.d. Ero mors tua ō mors,&c.

generatione in generationem.

† Super thronum dominī, Hebræi exponūt iurauit dominus per thronum suū sit etiam Chal. interpres.

NICOLAVS DE LYRA.

✻nes expositores concorditer hoc dicūt,cum interrogaretur à David quis esset,respondit:Filius hominis aduenæ Amalecitę ego sum.*Ex quo videtur quod Amalecitæ sunt Idumæi,&c. non descenderunt ab Ismaele,sed ab Esau.De glos. autem Strabi vel alterius mss.sit doctor autenticus,vt Augusti. & Hierony.& hausmo.non est multùm curandum,maximè quando videtur à textu discrepare.*

1 Ædificauitq; Mo.&c.*Hic describitur gratiarum actio pro victoria, cum dicitur* : Ædificauitque Moyses altare , *ad offerendum, Deo hostias pro gratiarum actione.*

2 Et vo.&c.*non qua nomen domini conueniat ipsi altari,sed denominatum est ab effectu ipsius domini exaltantis populum Israël,& Amalec deprimentis:propter quod subditur:*

3 Quia ma.so.&c.*ad est,potestas throni eius.*

CAP. XVIII.

*Vmq; audisset Ie.&c.*Quod Moyses liberaturus filios Israël dimisit vxorem & filios quos postea in deserto recepit, significat quia prædicatores committuntur ad opus prædicationis,debent se à solicitudine temporali exonustare, cū verò postea ad episcopatum vel ad aliam dignitatem assumūtur, tunc pro sibi subiectis sollicitudinē tam in spiritualibus quam temporalibus gerere debēt.

✻ Cyrillvs. Iethro sacerdos erat in ea religione quæ tunc temporis legitima habebatur ex opinione multitudinis, existimans se verò & altissimo Deo supplicare , qualis etiam ille Melchisedech. Venit is ad Moysen in desertum , cum resciuisset quæ populo suo mirabilia Deus fecisset. Neque id abs re. Nam cum Iethro typum gerat exterarum gentiū, eos nimirum † Deus. designat, qui ex audi tu vnde oritur fides, ad Christum accesserint,quos tantū abesse, vt Christū amoueat à se, vt obuiam procedat & amplectatur.

Epyphanivs. Ibidem.

Ex cathena Græca in Exodum.

CAP. XVIII.

Vmque audisset Iethro sacerdos Madiā † cognatus Moysi omnia quæ fecerat † dominus Moysi & Israël populo suo , quod educisset dominus Israël de Ægypto,tulit Sephoram vxorem Moysi, quam remiserat, &

a ¶ Victio Amalec.

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Christi vel prædicatorum. c ¶ Vt expeditior esset in opere domini.

¶ Vtrumque populum.

duos filios eius,quorum vnus vocabatur Gersan,dicente patre:† Aduena fui in terra aliena.alter verò Eliezer. Deus enim

a ¶ Quia significat eos qui dicunt: Aduena ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei.Ps.xxxviij.

a ¶ Quia significat eos qui dicunt: Adiutor meus & liberator meus es tu domine ne mo.Psal.lxix.

ait,patris mei adiutōr meus,& eruit me de gladio Pharaonis.

a Venit ergo Iethro cognatus Moysi , & filij eius & vxor eius ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta montē Dei,& mādauit Moysi dicēs:Ego cognatus tuus Iethro venio ad te,& vxor tua,& duo filij tuj cū ea.Qui † egressus in occursum cognati sui,ādorauit,& osculatus est eū,salutauerūtq; se

a ¶ Veneratus est.

† & Moyses

lum suum. Non enim poterat sacerdos Madian ascendere in montem Dei sed nec in Ægyptū descēdere, nec vxor Moysi, sed nunc

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XVIII.

Diuisio.

Vmque audisset Iet.*Postquam descripta est prouisio alimenti, & repressio aduersarij , hic consequenter describitur gubernatio populi:& primò describitur aduentus consulentis secundò ascensus præsidentis,ibi:* altera autē die. *Prima in tres,quia primò describitur aduentus Iethro amicabilis,quia ex bonis quæ dominus fecerat Israëli,motus fuit ad veniendum & congaudendum,& hoc est quod dicitur.* 1 Cumque audisset Io. *Iste habuit plura nomina,vt dictum est supra ij.ca.* 2 Sacerdos Madian. *id est,mator vt dictum fuit ibidem.* 3 Cognatus Moysi. *id est,affinis.vnde in Hebræo habetur* חותן *hoten.Socer Moysi & similiter in sequentibus,vbi cognominatur cognatus,* 4 Omnia quæ fecerat dominus Moysi,&c.*scilicet in Ægyptiorum flagellatione,& in maris diuisione & in Amalec debellatione , &c.* 5 Tulit Sephoram vxo.&c.*Dictum fuit supra ij.c.quodipsa derelinquit eum.dicendum quod fuit de voluntate Moysi, quia aduertit quod vxor sua & filij non essent sibi nisi oneri in negotio , pro quo tbat in Aegyptum: & ideo hic dicitur dicitur quod remisit eam.* 6 Venit ergo Iethro cognatus Moysi.*Dicunt aliqui Hebræi quod non venit ante legem datam,nec primo anno egressionis de Aegypto.sed anno secundo post lēgē datam,& quod dicitur hic venisse,hoc est per anticipationem. Alij autē dicunt,quod venit ante legem datā & primo anno.& hoc videtur probabile,quia terra sua non longè erat a monte Sinai,vt patet per illud quodditum est supra ij.ca.quod Moyses pascens oues Iethro,minauit gregem ad interiora deserti & venit ad montem Dei Horeb,qui est mons Sinai, & ideo audita magnificentia Moysi generi su,non est verisimile quod tardasset per annum venire ad ipsum.* 7 Et mandauit Moysi. *s.aduentum.suum;non enim voluit subitò intrare castra Israel,vt ipse & filia sua & nepotes honestius reciperētur,maximè quia honorabile in Moysen reuerebatur. Secundo describitur eius honorabilis receptio cum dicitur.* 8 Qui egressus in occursum cognati sui , &c.*& non est dubium quod maiores de populo terunt cum eo honorabilem facerum suum & vxorem.*

9 Salutauerunt̄que se mutuo pacificis verbis.*id est,amicabilibus quia inter eos non erat antè discordia.*

Mystaliter.

Socer,vbique in hoc capite lege focer,non cognatus.

Supra 2. d.

Iosephus.

Hom.11.

✻ 1 Cumque

NICOLAVS DE LYRA.

✻ ret de puero,& dixit filiæ Pharaonis:Vis vt vocē tibi mulierem Hebræā,quæ nutrire possit infantulum?*Ex quo patet q in natiuitate Moysi iam erat puella.xij.annorū vel amplius: Moyses autem ante exitū de Ægypto tam erat,lxxx.annorū,vt dictum est supra. vij.c. & per consequens tunc erat Maria.xcij.annorum vel circiter.De Caleb autem scribitur Iosue xiiij.b.quòd erat.xl. annorum tantū quando iuit ad explorandū terram,quod fuit post exitum de Ægypto.si igitur Maria fuit vxor eius secunda,non videtur, quod acceperit eam antequā iret ad explorandum:tum quia non ita citò accipiebant vxores illo tēpore sed expectabant ætatem perfectā ad generandū:tum quiadoportet dicere , quòd per aliquod tēpus fuerit cum prima,maximè quia ex ea habuit prolem,vt habetur.j.Paralipo. y.b.Ex quo videtur,quod non potuit accipere Mariam,cū tam esset,xl. annorū vel parum minus & tunc ipsa Maria erat xcy.annorū vel parum minus. Ex quo sequitur inconueniens,vt videtur,scilicet quòd domina sic antiqua & tāta sanctitatis quia erat prophetissa:vt supra dictum est contraxisset matrimonium & maximè cum homine tā iuuene. Item dato quòd contraxisset in tali ætate,non tamen potuisset concipere. Item dato quòd concepisset de Caleb : tamen ille puer in exitu de Ægypto non posset esse ita magnus, quòd ascendisset cū Moyse in montem & sustentasset manus eius.vt hic dicitur de ipso Hur. Ex quo manifestè patet, quòd non fuit filius Caleb & Mariæ. Item de ipso dicitur infra.xxxiij.c.* Habetis Aaron & Hur vobiscum,si quid natū fuerit quæstionis,referetis ad eos. *Ex quo patet quòd in exitu filiorum Israel de Ægypto, Hur iam erat magnæ prudentiæ & magni consilij,& reputatus inter seniores.& ideo ille Hur de quo est hic sermo non potuit esse filius Caleb, qui adhuc erat satis iuuenis,vt prædictum est,& ideo si dicatur quòd fuerit filius Mariæ,oportet dicere quòd sit de alio viro,nec illa. Ephratæ de qua dictū est, potuit esse eadē cum Maria,vt satis patet ex dictis:& ille Hur filius Caleb est alius* ab isto de quo hic loquitur scriptura. *Et ideo mihi videtur melius dicere cum antiquis doctoribus,quod iste Hur fuit maritus Mariæ: & idem dicit Iosephus.xij. li.antiquitatum , & ideo cum Moyse ascendit in montem & sibi cum Aaron commissum est regimen populi in absentia Moysi,quæ erat vir antiquus,sapiens & expertus.*

1 Cumque le.&c. *Per hoc ostenditur suæ orationis efficacia , & vt Deo ascriberetur victoria.Manus autem Moysi erant graues:per quod designatur quòd in populo sibi subdito erant aliqui peccatis aggrauati,quia secundum quod dicit Greg. secundum qualitatem subditorum disponuntur actus regentium.*

2 Fugauitque Iosue ama.*In Hebræo habetur.*Debilitauitq;,*quod exponunt Hebræi dicentes quòd omnes fortes de Amalec fuerunt interfecti in bello illo & non effugerunt nisi timidi & parum valentes.*

3 In ore.gla.*id est,acie vel acumine gladij.*

4 Scribe hoc,&c.*id est ad memoriam perpetuam.*

5 Et trade auribus Io.*Per hoc designauit dominus , quòd erat Iosue introducturus filios Israel in terram promissionis.s.& non Moysen.*

6 Delebo enim memoriā Amalec.*Hoc enim factū est tempore Saulis,vt habetur.j.Reg.xv.a. Sciendum quòd glosa quædam super locum istum quæ dicitur esse Strabi , dicit quòd Amalec fuit filius Ismaelis,* Amalec. *quo dicti sunt Amalecitæ & populus Amalec. Quod autem.j. Paralij.dicitur quòd Eliphaz primogenitus Esau genuit Amalec , dicunt sequentes dictam glos.quod fuit alius & sunt duo eiusdem nominis : hoc dictum de sacra scriptura non habet autoritatem, sed magis contrarietatem,vt videtur:quia Gen.xxxvj.b.& j.Paralipo.j.c.dicitur expresse quod Amalec fuit filius Eliphaz primogeniti Esau,nec alius Amalec legitur. Item Iosephus.y.li. An dicit.quod ab Amalec filio Eliphaz dicti sunt Amalecitæ , hoc etiam habetur ex.y.Regum j.b. vbi dicti Doech Idumæi venit ad David nuntians illi mortem Saulis,licet enim non exprimatur ibi quod fuerit filius Doech,tamen om-*

✻ nes expo

MORALITER.

† quæ significatur per orationem Mosi Iosue pugnante,& virga Dei in manu,per quā significatur castigatio carnis quæ si remittatur,caro cōtra spiritū robora tur,& hoc significatur cū dicitur.

† *Sin autem paululum remisisset,superabat Amalec.* Sed quoniam istorum cōtinuatio difficilis est,ideo dicitur quòd manus Moysi erant graues:propter quod dicitur.

† *Aaron autem & Hur,&c.* Per Aaron qui montanus interpretatur & meditatio cælestium significatur. Per Hur qui interpretatur ignis,intelligitur feruor charitatis.igitur ista duo manus graues sustentant,quia non est aliquid adeo graue, quod non faciūt illa leue,& sic de carne habetur plenitudo victoriæ.

† MORAL

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc ad eum venit cum filiis. Non enim poterat descendere in Descendere in Ægyptum. Ægyptum,& subire agones Ægyptiorũ, nisi athleta probabilis, & qui in agone contendens ab omnibus se abstinet. Moyses quia magnus & potẽs athleta descendit in Ægyptũ ad agones & exercitia virtutum Abrahã, & Iacob quoque qui ipso nomine athleta est,cũ descendisset in Ægyptũ,factꝰ est sicut stellę cęli in multitudine: aliis in contrariũ cedit descẽdisse in Ægyptum. Scio Hieroboã fugiẽtẽ à Salomone descẽdisse in Ægyptũ & scidisse & corrupisse populum Dei,quia descendẽs in Ægyptum accepit à Susachim rege vxorẽ Tethimenẽ vxoris eiꝰ sororẽ.

a ✠ *Cumque intrasset: Hvgo. Vict.* Quidam sunt qui intelligunt hoc de tabernaculo domini,& dicunt hoc esse dictũ per anticipationem, sed nõ oportet, neq; enim vnquam in tabernaculo Domini immolauit, vel etiam illud intrauit, quia Gentilis erat.

In locutionibus. Lorat.8.5. b *Obtulit. &c.* Avgvst. *Et sumpsit Iethro socer Moysi holocausta,&c.* ũpsit pro obtulit posuit: an forte sensus est nõ locutio, vt ea sumpsisse intelligatur obtulisse, quamuis Moyses nõ legat sacrificasse nec Aarõ, nec quisquam Hebræorum qui educti sunt de terra Ægypti: sed tamẽ superius dictum est,quod altare constituit Moyses. Iethro autem legimus sacerdotem fuisse Madiã. id est,gentis Madian. Mirũ est autẽ si ad eius aduentum cœpit sacricare ñ Moyses, & non potius ipse qui sacerdos erat.

Vbi suprà. Moraliter. c *Venerunque &c.* Origenes. Alia litera: *Venerunt*, inquit. *presbyteri Aaron, & omnes Israël mãducare panem cum socero Moysi in conspectu Dei*, non omnes manducant panẽ in cõspectu Dei, sed qui presbyteri sunt,qui seniores. i. qui perfecti sunt in meritis probati,qui siue manducant, siue bibunt,ad gloriã Dei faciũt. Omne ergo quod faciũt sancti,in cõspectu Dei faciunt: peccator à conspectu Dei fugit. Adam postquam peccauit,fugit à conspectu domini,& interrogatus respondit. Gene.iij.b. *Audiui domine vocem tuam,& abscõdi me,quia eram nudus.* Cain exiuit à facie domini,

mutuò verbis pacificis. Cumq; intrasset tabernaculũ, narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Deus Pharaoni & Ægyptiis propter Israel, vniuersum* laborem, qui accidisset eis in itinere† quo liberauerat eos dominus. Lætatusq; est Iethro super omnibus bonis quæ fecerat dominus Israeli,eò quòd eruisset eum de manu Ægyptiorum,& ait. Benedictus dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populũ suũ de manu Ægypti. Nũc cõgnoui quia magnus dominus super omnes Dẽos, eò quod superbè egerit contra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias Deo: † Veneruntq; Aarõ & omnes seniores Israel, vt comederent panẽ cum eo coram† domino. Altera autem die sedit Moyses, vt iudicaret populum, qui assistẽbat Moysi de mane vsque ad vesperam. Quòd cùm vidisset cognatus eius omnia scilicet, quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc quod facis in plebe: Cur solus sedes & omnis populus præstolatur,à mane vsque ad vesperã: Cui respondit Moyses: Venit ad me populus, quærens † sententia Dei. Cúq; acciderit eis aliqua disceptatio, veniũt ad me, vt

1 ¶ Primi prædicatores. ¶ Gentili populo,vel prædicatoribus de gentibus. b ¶ Diabolo.
a ¶ Vel ministris diaboli. b ¶ Sanctos Deum videntes. c ¶ Quem refert Paulus sibi accidisse cum in infirmitatibus suis gloriatur. ij Cor.xij.g.
a ¶ Quo transitur de mundo ad cœlum. b ¶ Quia fidelium cor vnum & anima vna. Act.iiij.f.
¶ Cui omnia attribuntur non nobis.
a ¶ In hoc miraculo. b ¶ Gentilium quos colebant: vel super sanctos qui participatione beatitudinis benedicuntur dij.
¶ Panem manducauit.
a ¶ Sacrificium Deo spiritus contri.&c. Psal.l.d. b ¶ Quando licite vtuntur mandatis. ¶ Quando ex toto mundum relinquunt. c ¶ Sacerdotalis ordo.
a ¶ Primitiui populi. ¶ Verbi. ¶ Ad honorem domini.
a ¶ Quasi magister. ¶ Doctores legis qui sedentes.i. quiescentes mente iudicant tumultum populi.
a ¶ Quasi iudicando docendi. b ¶ A principio mundi vsque ad finem.nunquam enim desuit. lex naturalis vel descripta.
¶ Alias agis in populo.

† de peni. dist. c. venit

1 Cumq; intrasset in tabernaculũ,&c *honestius enim & magis seriose dixisset in domo quam dixisset in via.*
2 Vniuersum laborem. *pro defectu victualium & insultu Amalec Tertiò describuntur ipsius Iethro deuotio laudabilis,cum dicitur.*
3 Lætatus est Iethro super omnibus. *Ex quo patet,quod habebat fidem vnius Dei verꝰ. Vnde ait.*
4 Benedictus dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorũ, &c. Nũc cognoui quia magnus dominus super omnes Deos. *Per mirabilia enim quæ ita in tota natura creata virtutem transcendentia cognouit quod ipse est solus Deus verus: & non solum cõfessus est fidem suam ore sed etiam opere, vnde subditur.*
5 Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocau. *victlima sunt quæ totaliter incenduntur ad honorem diuinum.*
6 Et hostias Deo, *scilicet pacificas, quarum vna pars incendebatur, altera erat sacerdotis, altera ab offerentibus comedebatur, vnde subditur.*
7 Veneruntque Aaron,&c. *Vt honorarent eum, maximè quia erat de nouo conuersus ad fidem & ritum Hebraorum, vt in fide magis solidaretur. per panem autem hic intelligitur omnis cibus vt frequenter dictum est.*
8 Coram domino. *coram illo paruo tabernaculo, de quo dictum est, suprà.xvj. vel coram altari vbi obtulerat holocaustã.*
9 Altera autem die. *describitur ascensus præsidentis, vbi præmittitur consultationis occasio, cum dicitur:* Altera autem die, *scilicet post oblationem Iethro.*
10 Sedit Mo.&c. *Debet enim iudicium fieri in tranquillitate rationis, non in motu passionis, & hoc designatur per sessionem propter quod iudices debent dare sententiam sedendo.*
11 Quia.&c. *propter negotiorum multitudinem.*
12 Quid est,&c. *Ac si diceret non est bonus procedendi modus. Vnde sequitur.*

✠ 1 Non

MORALITER.

✠ 5 *Obtulit ergo Iethro cognatus &c.* id est,sibi fraternitate religionis coniunctus.
6 *Holocausta & hostias Deo.* Per hoc autem quod sequitur postea autem per verbum Iethro.d.

✠ 7 *Proinde*

a *Ostendã præcepta,&c.* Idem. Quæri potest quõ hic Moyses dixit. Cùm lex Dei adhuc nulla esset scripta, nisi quia lex Dei sempiterna est, quam cõsulunt omnes pie viuentes: vt quod in ea inuenerint vel faciant vel iubeant vel vetent, secundũ quod illa incõmutabilis, veritas præcepit. Nũquid enim Moyses quamuis cũ illo loqueretur Deus, per singula credendũ est, quod cõsulere soleret dominũ, si quid esse in disceptationibus tantæ multitudinis, quæ illũ in iudicandi negotio à mane vsque ad vesperã detinebat, & tamẽ ni si præsidentẽ mẽti suę dominũ cõsuleret, & legẽ æternam attenderet iustè iudicare non posset.

Quæst.67.

† cadendo cades.i. huic graui oneri succumbes

a iudicem inter eos & ostendam præcepta Dei & leges eius. At ille: Non bonam, inquit, rem facis: † Stulto labore consumeris, & tu & populus iste qui tecum est: vltra vires tuas est negotium: solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea atque consilia, & erit dominus tecum. Esto tu populo † in his quæ ad Deum pertinent: vt referas quæ dicuntur ad eum, ostendasq; populo ceremonias & † ritum colẽdi, viamq; per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant.

¶ Alias sapientes.

Prouide autem de omni plebe viros † potentes & timentes

a ¶ Formam boni iudicis præscribit.

Deum, in quibus sit veritas: & qui oderint auaritiam: Et constitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios,

a ¶ Qui sibi subiectis bona tribuunt: qui Græce* chiliarchi, Latine dicuntur milenarij. b ¶ Qui Græce* becacontarchi. c ¶ Qui &* pentecontarchi.
a ¶ Qui super denos. ¶ Qui Græce* decharchæ. b ¶ Primatus causas populi. c ¶ Beati qui custodiunt & faciunt iustitiam in omni tempore. Psal.cv.

& decanos, qui iudicent populum omni tempore.

b *Sed au.&c.* Idem. Prima quæstio est. cur Deus famulũ suum, cũ quo tãta & talia loquebatur, ab alienigena passus est admoneri. in quo scriptura nos admonet, p quẽ libet detur conscientiã veritatis non debere contẽni. Videdũ etiã, ne fortè ibi voluerit Deus ab alienigena moneri. i. Moysen, vbi posset tentari superbia. Sedebat iudiciaria sublimitate. hunc cẽ sensum indicat ipso Iethro, cũ iussit eos eligi ad iudicãdũ q odissent superbiã: deinde quam sit obseruandũ quod alibi scriptura dicit: Eccle.xj.b. *Fili ne in multis sint actus tui.* satis hîc apparet. Verba quoque Iethro considerandа sunt. dicit enim: *Nunc ergo audi me, consilium dabo tibi, & erit Deus tecũ.* Vbi mihi videtur ingnificari. nimis intentũ humanis actionibus animum Deo quodammodo euacuari: quò fit tantò plenior quantò in superna & æterna liberius extendatur.

Quæst.68.

c *Esto tu populo,&c.* Idem. Quod vero adiungit: *Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent*, & referes verba eorum ad Deum & testaberis eis præcepta Dei & legẽ eius, & demonstrabis eis vias in quibus ambulabunt in eis, & opera quæ faciunt cum populo vniuerso. Hæc agenda esse demonstrat. nõ enim ait: Vniuscuiusq; verba refer ad Deum, sed *verba eorum*, cùm suprà dixisset: *Esto tu populo in his quæ ad Deum sunt.* Post hæc admonet, vt singulorum negotia quæ inter se habebant desertantur electis scilicet potentibus viris Deum colentibus, iustis qui oderunt superbiam, quos constituerat super milenos, a ios super cẽtenos, alios, super quinquagenos, alios, super denos sic à Moyse remouit periculosas occupationes. Nec istos grauauit cũ mille haberent, vnum super se, & sub illis alios. x. & sub eis xx. & sub eis alios. c. vt vix aliquid ad singulos præpositos peruenire t, quod iudicari necesse esset. Insinuatur etiã humilitatis exemplum, quòd Moyses cùm quo Deus loquebatur, non fastidiuit, neque cõtempsit alienigenæ consiliũ, quãuis & Ipse Iethro, cũ Israëlita non fuisset, vtrũ inter vitios vnũ Deũ colentes religiosęq; sapientes habendus sit, sicut Iob. meritò quæritur, imò credibilius habetur. Ambiguè enim posita sunt verba, vtrũ sanctificauerit Deo vero in populo eius, quado vidit generũ suũ, vel vtrũ eum adorauerit ipse Moyses, quãuis de adoratione ſ expresse positũ esset, honor videretur socero redditus, sicut solet hominibus honorificẽtiæ causa exhiberi. Quos autem dicit grãmatoeisagõgas, quos decuriones, nõ facilè sciri põt, quãdo hoc nomẽ in nullo vsu habemꝰ, vel officiorũ vel magistrorũ. Nam

Prouide autem de omni plebe viros potentes & timentes

a ¶ Formam boni iudicis præscribit.

Deum, in quibus sit veritas: & qui oderint auaritiam: Et constitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios,

a ¶ Qui sibi subiectis bona tribuunt: qui Græce* chiliarchi, Latine dicuntur milenarij. b ¶ Qui Græce* becacontarchi. c ¶ Qui &* pentecontarchi.
a ¶ Qui super denos. ¶ Qui Græce* decharchæ. b ¶ Primatus causas populi. c ¶ Beati qui custodiunt & faciunt iustitiam in omni tempore. Psal.cv.

& decanos, qui iudicent populum omni tempore.

Quando liceat discere. Quæst.66.

Deo facere, & à conspectu Dei discedere.

Idem. Nõ frustra venit Iethro ad Moysen, nec frustra manducauit panẽ cum seniorib⁹ populi in cõspectu Dei, dat Moysi consilium probabile & vtile, vt eligat viros, & constituat principes populi Deũ cõlentes, potentes, & odientes superbiã. Tales enim oportet esse qui superbi nõ sint & superbiã oderint, id est, vt non solum ipsi absque vitio sint, sed in malis oderint vitia: non homines, dico, sed vitia.

✠ Ambrosivs. In Psal. 118. Mose magistro vsus est populus Iudæorũ quotidie in sermonibus suis, à mane vsq; ad vesperam iudicii Dei operiẽdo. Quod videns cognatus esse intolerabile, consiliũ dedit negotij cõsummandi, partite cum aliis onere, q ad hoc munus electi sũt. Nocti bus ac diebus rescenseto scripturas diuinas, quia & si quid aliud seniorem interrogaueris, nescit nisi scripturæ seriem resultare. Et tu Christiane dormis, cui magister est Christus. Quãdiu te somnus, quamdiu te secularia tenent, quamdiu tertena? Diuide saltem Deo & seculo tempora tua, vel quando non potes agere in publico, quæ sunt huius mundi & tenebræ prohibent noctis, Deo vacato, indulge orationibus, & ne obdormiscas psallito, somnum tuum bona fraude fraudato, mane festina ad Ecclesiam.

† Deum.

Quæst.66.

d *Coram d.&c.* Avgvst. Quæritur vbi, quandoquidem nec tabernaculum fuit, nec arca testamenti, quæ postea fuit institutum: neque hoc de futuro dictum accipere possumus, sicut dictum est de manna quod positum est in vase, scilicet aureo. Ergo id ante Deum debemus accipere factum, quod in honorem domini factum est.

a *Ostendam*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Non bo.&c. *Non est intelligendum, quod res esset de se mala, imò bona. sed melius fieri poterat, vt ostenditur infra, minus autẽ bonũ, comparatum ad maius bonum, habet rationem defectus & per consequens mali aliqualiter sicut minus malum comparatum ad maius habet rationẽ eligibilis, & per consequẽs rationem boni, aliquo modo. Secundò proponitur ipsa consultatio cum dicitur.* 2 Sed au.ver.&c. *id est, melius gubernabis populum à Deo tibi commissum.* 3 Esto tu. &c. *accedendo scilicet ad Deum pro populo & voluntatem ipsius audiendo pro populi directione. Ideo subditur.* 4 Vt referas *scilicet populo.* 5 Ostendasq;,&c. *quantum ad celebrationem dierum solennium.* 6 Et ritum colendi. *quantum ad actum offerẽdi & sacrificandi.* 7 Viamq;, per quam ingrediantur. *quantũ ad credenda.* 8 Et opus quod faciant. *quantum ad mores & agenda.* 9 Prouide autem. *Vide de personarum acceptione.* 10 De omni ple. *absque personarum acceptione.* 11 Viros. *quia mulieres non debent dominari nec regere propter defectum discretionis & constantiæ.* 12 Potentes. *iudicare per suam sapientiam & experientiã. Vnde & alia translatio habet* sapientes *vbi nos habemus* potentes. 13 Et timentes Deum. *magis quam homines.* 14 In quibus sit veritas. *scientia, iustitia, & doctrina.* 15 Et qui oderint auari. *quia homines cupidi propter munera de facili deflectuntur à iustitia.* 16 Et consti. ex &c. *Tribunus est qui præest mille hominibus.* 17 Et centu. *Centurio præest centũ.* 18 Et quin.&c. *quinquagenarius est q præest.l. & decanus x. in populo autẽ Israël erat sexcẽta milia peditum, vt sup. dictũ est. xij. ca. Ex quo cõcluditur, q ibi fuerũt sexcẽti tribuni, et centuriones sex milia, & quinquagenarij. xij. milia, & decani lx. mil.*

Contra mutationem regiminis.

✠ 1 Si hoc

MORALITER.

✠ 9 *Prouide &c.* Instruũtur principes & prælati promouere sine personarũ acceptione viros aptos ꝓ regimine secũdũ cõditiones hîc positas in sensu literali qui etiã moralis est, vt patet intuenti

✠ 2 *Quibus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuelata sunt: sed si in scientia legis aliquid meriti habent, consiliarium dedignantur inferioris, etiã sacerdotis, nedum laici, nedum Gentilis: sed Moyses qui erat mansuetus super omnes homines accepit consilium inferioris, vt principibus daret formam humilitatis, & signaret imaginem futuri sacramenti. Sciebat quandoque futurum, vt Gentiles bonum consiliũ proferret, apud Moysen bonũ & spirituale intellectũ afferentes ad legem, & audiret eos lex faciẽs omnia quæ dicerent. Nõ enim põt facere lex sicut Iudæi dicunt, qa infirmatur lex in carno, id est, in litera, & nihil potest secundũ literam. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Hebr. vij. c. secundum hoc autem consilium quod nos afferimus ad legem, possunt omnia spiritualiter fieri, & sacrificia offerri: quæ modo carnaliter non possunt, potest lex lepræ spiritualiter seruari. Sicut ergo intelligimus, sentimus & consilium damus, omnia facit lex

† domini.
† Sustẽtare.
B
† Moyses socerum.
No ta.

¶ Graues quæstiones & communes.

Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent, leuius q; tibi sit partito in alios onere. Si hoc feceris implebis imperium † Dei, & præcepta eius poteris † sustinere, & omnis hic populus reuertetur cum pace ad loca sua. Quibus auditis Moyses fecit omnia quæ ille suggerat. Et electis viris strenuis de cuncto Israël, constituit eos principes populi, tribunos, centuriones, & quinquagenarios & decanos, qui iudicabant plebem * omni tempore Quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. Dimisit† q; *cognatum suum, qui reuersus abiit in terram suam.

¶ Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

1
2 4 5 6
a Moy. fe. &c. Vir Deo familiaris sapiẽtissim⁹, nõ erubescẽs à minori & Gẽtili doceri, formã doctoribꝰ præbuit ne à quibusli bet erubescãt eruditi.
Nota.
b Quicqd &c. Avg. Alij verbũ, aut graue referebãt sup Moysẽ. sic eñ habet Græcus sermo q; Latini interpretati sunt. ad Moysen. Illa sanè locutiõe ipsa etiã cura figurat, qua dictũ est sup Moysen, velut on⁹ significatur ei impositũ. Verbum autẽ graue dictum est pro quæstione graui.
* dominꝰ
* ergo. Locut. 88. in Exod.
E

tertio. i. quinquagesimo, legem acceperũt: & hæc est Pentecostes.

A Rabbanvs. In Sina vna mansio fuit, sed inter omnes maxima. Ibi enim lex accepta, tabernaculum erectum. Ibi Exodus & maxima pars Leuitici omnesque libri legis penè conscripti sunt.

Libr. 6. moral. cap. 26.
a Moyses autem &c. Gregorvs. Alia litera: Moyses autem ascendit in montem, & dominus descendit ad eum. Mons altitudo contemplationis est, in quem ascendimus, vt ad ea quæ vltra infirmitatem nostram sunt intuendo subleuemur. Sed dominus descẽdit, quia sanctis multum proficientibus: † parum aliquid de se aperit.
† Parum.
b Alas Aquilarum. Vocat doctrinas duorum testamentorum quę nos ab infimis ad cęlestia portant.
B
† in peculiũ præ, vel thesaurus dilectus, præ. Lib. de formulis spiritualibus.
* Evcherivs. Alas habere dicitur Deus, p eo quod more auis electos, suos tãquam pullos sub se colligit & fouet, & ab insidiis diaboli & malorũ hominũ protegit. Vnde prophetа, Sub vmbra alarum tuarum protege me.
c
d
e
† infra 25. a.
Quæst. 35. c
* Eritis mihi. &c. Theod. Quemadmodũ enim Leuitas, cum & ipse Israëlitæ essent, præ aliis tribubus honorauit, & in diuinũ seperauit ministerium, non quod alios cõtemneret, sed vt per hos illorum curam haberet. At hunc modũ semen Abrahę & Isaac & Iacob primò delegit, propterea quod Christus dominus ex illorum carne aliquando nasciturus esset. Deinde per ea quæ circa hos fiunt, propriam potentiã manifestè declaret, omnes homines cognitionis vam docens.
C
Sermo de suscipiendis reprehensionibus & conuersatione Pauli.
d Regnum, & cætera Mẽbra, scilicet summi sacerdotis in regnum cœlorum venturi.
e Exposuit omnes, &c. Grego. Notandum, quod lex non incautis vel nescientibus ingeritur: sed expositis præmiisque debentur seruãtibus, & beneficiis præteritis quæ tam experti sunt, & mirabilibus, cum spõte se legi seruandæ deuouebãt, lex petentibus data est. Vel secundum promissionem suam quasi voti rei violauerint iu dicentur, nec de violentia sibi illata censentur.
non
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
E
* Rvpertvs. Nota quod tanquam patersamilias conuẽtionẽ faciens cum operariis diurnis, quos cõtinuò missurus est in opera legis, tamdiu verba facit, donec ab eis ipsa collaudetur conuentio, dicentibus cunctis, Quæ locutus est dominus faciemus.
Lib. 3. in Exod. ca. 25.
F
Theod.

a ¶ Actiuis
a ¶ Contemplatiuus.
¶ Pœnas Aegyptiorum commemorat. & quæ populo suo præstitit beneficia, vt timeant omnipotentem, & diligant benefactorem.
a ¶ Velocissime. b ¶ Moysi & Aaron. ¶ Sicut aquila prouocans pullos ad volatum &c. Deut. xxxij. b.
a Antequam legem acciat, promissis allicit vt libenter accipiant. b ¶ Aure cordis. c ¶ Diligenter. d ¶ Quasi pacis actum quod pepigi cum Abraham
a ¶ Specialis populus. quos pascam defendam, & sicut gregem proprium nutriam.
a ¶ Vnde Petrus: Genus electum regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. ij. Pet ij b.
a ¶ Vel omnis.
a ¶ Vota sub itorum referunt prælati ad dominum, cum eorum bona ipsi attribuunt, & cum in omnibus benedicunt.
a ¶ Obscura scientia legis.
a ¶ Non ad populum qui non potest me intelligere:

1 ibiq; Israël fixit tentoria è regione montis. Moyses autem
a ¶ Proprium est sanctorum montes diligere & incolere, quorum conuersatio est in cœlis Phil. iij d.
2 ascendit in montem ad Deum. Vocauitque eum dominus de
3 monte, & ait, Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis
4 Israël. Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo por
5 tauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si er
6 go audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum,
7 eritis mihi † in peculium de cunctis populis. Mea est enim
8 omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens
9 sancta. Hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israël. Venit
10 Moyses, & conuocatis maioribus natu populi, exposuit om
11 nes sermones, quos mandauerat dominus. Respondítque
† vniuersus populus simul: † Cuncta quæ locutus est domi-
12 nus, faciemus. Cúmque retulisset Moyses vẽrba populi ad
13 dominum, ait ei dominus: Iam nunc veniam ad te in cali-
gine nubis, vt audiat me populus loquẽte ad te, & credat tibi in perpetuũ. Nũtiauit ergo Moyses verba populi ad dominũ

a Actiuis
a ¶ Contemplatiuus.
¶ Pœnas Aegyptiorum commemorat. & quæ populo suo præstitit beneficia, vt timeant omnipotentem, & diligant benefactorem.
a ¶ Velocissime. b ¶ Moysi & Aaron. ¶ Sicut aquila prouocans pullos ad volatum &c. Deut. xxxij. b.
a Antequam legem acciat, promissis allicit vt libenter accipiant. b ¶ Aure cordis. c ¶ Diligenter. d ¶ Quasi pacis actum quod pepigi cum Abraham
a ¶ Specialis populus. quos pascam defendam, & sicut gregem proprium nutriam.
a ¶ Vnde Petrus: Genus electum regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. ij. Pet ij b.
a ¶ Vel omnis.
a ¶ Vota sub itorum referunt prælati ad dominum, cum eorum bona ipsi attribuunt, & cum in omnibus benedicunt.
a ¶ Obscura scientia legis.
a ¶ Non ad populum qui non potest me intelligere:

d Regnum, & cætera Mẽbra, scilicet summi sacerdotis in regnum cœlorum venturi.
e Exposuit omnes, &c. Grego. Notandum, quod lex non incautis vel nescientibus ingeritur: sed expositis præmiisque debentur seruãtibus, & beneficiis præteritis quæ tam experti sunt, & mirabilibus, cum spõte se legi seruandæ deuouebãt, lex petentibus data est. Vel secundum promissionem suam quasi voti rei violauerint iu dicentur, nec de violentia sibi illata censentur.
non
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
E
* Rvpertvs. Nota quod tanquam patersamilias conuẽtionẽ faciens cum operariis diurnis, quos cõtinuò missurus est in opera legis, tamdiu verba facit, donec ab eis ipsa collaudetur conuentio, dicentibus cunctis, Quæ locutus est dominus faciemus.
Lib. 3. in Exod. ca. 25.
F
Theod.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si hoc fe. &c. *ordinate gubernando populum tibi commissum à Deo.*
2 Et omnis. &c. reuer. *hora debita negotij. negotiis expeditis.*
3 Cum pace ad hoc *scilicet per hoc enim quod honoresa præsidente communicatur aliis secundum gradus suos est maior pax in populo.*
4 Quibus au. &c. *Hic terminatio ponitur consultationis adimpletio, cũ dicitur.* 5 Fecit omnia quæ ille sug. *Ex quo datur exemplum quod bonum consilium inferioris non est contemnendum. Moyses enim qui erat dux populi, ita Deo propinquus quod loquebatur ei sicut homo ad amicum suum, tamen fecit ipsius Iethro consilium.*
C 6 Et electis viris, &c. Deuter. j. *dicitur, quod populus elegit istos dicendum, quod Moyses hanc electionem populo commisit, quia per experientiam cohabitationis cognoscebant melius conditiones vicinorum suorum, illam etiam electionem Moyses approbauit, & ideo dicitur hic elegisse, quia autoritate eius electio illa facta fuit & approbata: & patet littera vsque ibi.* 7 Dimisitq. e. o. sua d est, *socerum suum: qui reuersus abiit in terram suam. Illi qui dicunt quod Iethro venit ad Moysen primo anno egressionis de Ægypto, id est probabilius vt dictum est, dicunt quod non rediit ad terram suam vsque ad annum sequentem: ita quod fuit cum populo Israël per annum. & ideo eius reditus ponitur hic per anticipationẽ. & hoc est magis probabile: tum quia erat neutter ad fidem conuersus. vt præmittitur ibi: & ideo debebat plenius instrui. & maxime: quia illo anno erat lex danda à Deo. tum quia videns generum suum in tanta gloria, & per consequens filium suum & nepotes suos, non est verisimile, quod recederet ab eis.*

MORALITER.

4 *Quibus audi. &c.* ostenditur quod quando prudentes & literati rati homines veniunt ad religionem, consilium eorum propter nouitatem non est contemnendum, sed grauiter accipiendum.
F

ADDITIO I.

In cap. xviij. vbi dicitur in postilla: Tulit Sephoram vxorẽ Moysi. *Qualiter sit intelligendum quod dicitur hic:* Tulit Sephoram vxorem Moysi quam remiserat, *dictũ fuit supra iij. ca. in additione. iij.*

CAP. XIX.

Historicè

Mense tertio, &c. Origenes. Alia litera. *Mensis autem tertij exitus filiorum Israel de terra Aegypti hac die venerunt in eremum Sina. & profecti sunt ex Raphidim, & venerunt in eremum Sina. & applicuit ibi Israël contra montem: & Moyses ascendit in montem Dei, & vocauit eum dominus de monte dicens: Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Israel &c.* & paulo post, *descende & contestare populo, & purificabis illos hodie & cras, & lauent vestimenta sua, & sint parati in diem tertiam. Tertia enim die descendet dominus in montem Sina coram omni populo*, hoc die reperitur dari lex quæ in tabulis lapideis scripta est digito Dei, sicut sequentia docent. Dies autem isto tertius apparet tertij mensis ab exitu filiorum Israel de Ægypto. Ex quo die pascha fecerunt, id est, agnum immolauerunt & ederunt, qui fuit quartus decimus primi mensis, vsque ad istum quo lex datur dies. I. numerantur xvij. I. primi mensis, reliqui ab ipso xiiij. Deinde omnes xxx. secundi mensis qui fiunt. xlv. j. & tertius tertij mẽsis qui à solẽnitate occisi agni quinquagesimus est, ac per hoc in ista vmbra futuri secundum agni immolationem die festum, quia quinquagesimo die lex data est. scripta digito Dei. Ita in ipsa veritate noui testamẽti à festiuitate immolati agni Iesu Christi. I. dies

CAP. XIX.

¶ Ionio.

1 Mense tertio egressionis Israël de terra
2 Ægypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum
3 Sinai, castrametati sunt in eodem loco:

a ¶ Rubus vel tentatio.

a *In die hac &c.* Quadragesima, scilicet septima die postquam egressi sunt de Ægypto prima die, scilicet Iunij peruenerunt ad mõtẽ Sina, vbique peractis duobus diebꝰ quibꝰ sanctificati sunt,
Nume. 33.

numerãtur vbi spũssanctus de altissimis datꝰ sit, q est digitꝰ Dei.

☞ tertio

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIX.

Diuisio

Mense tertio. *Postquam descripta est eductio populi Israël de Ægypto hic cõsequenter describitur legis datio, vbi primò præmittitur præparatio plebis, secũdo subditur datio legis. xx. c. Adhuc primò disponitur præparatio populi p mũtiam, secundò per reuerentiam ibi:* Iam aduenerat. *adhuc primò dicitur populus ad munditiam mentis, secundò ad munditiã corporis ibi:* Ait enim dominus, iam nũc veniam ad te. *Circa primũ dicitur.*
1 Mẽse tertio egressionis. in die hac, *id est, prima die mẽsis tertij.*
2 Venerunt solitudinem Sinai. *Vox lex erat danda.*
3 Castrametati sunt. *id est, terram mensi rauerunt in qua ponenda erat castra, quia secundum ordinationem illorum qui erant deputati ad hoc, assignabatur cuilibet capitaneo familiæ locus maior vel minor, secundum quantitatem tentorij sibi necessarij, & familiæ suæ.*
Castrametati
11.

✠ Ibiq; pitulo agitur de dispositione populi ad legem domini recipiendam, quæ data fuit quinquagesima die ab egressu populi

MORALITER.

✠ 1 *Mense tertio egressionis Israël de terra Aegypti.* In hoc capitulo agitur de dispositione populi ad legem domini recipiendam, quæ data fuit quinquagesima die ab egressu populi

✠ de Ægypto, propter quod significat dationem spiritussancti per quem radicatur lex euangelica in fidelium cordibus, & facta fuit Apostolis & aliis discipulis existentibus cum eis quinquagesima die à domini resurrectione, per quã tanquam de Ægypto exiuimus. s. de tenebris culpæ & ignorantiæ. Ad receptionẽ verò spiritussancti quatuor disponunt, scilicet diuinorum beneficiorum gratitudo, obedientiæ promptitudo, cõuersationis sanctitudo, continentiæ pulchritudo. Primum significatur cùm dicitur
4 *Vos ipsi vi. &c.* q. d. vos debetis esse grati, quia gratitudo de beneficiis acceptis est dispositio, p aliis recipiẽdis. Ideo subditur
5 *Si ergo. &c.* Sequitur.
6 *Eritis mihi in. &c.* Secundum tangitur cum dicitur.
† *Respondit q; vni, po. &c.* Tertium notatur ibi.

✠ † *Lauentq;*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ibique Israël fixit ten. *secundum quod erat dispositum ab illis qui habebant ordinandi officium.*
2 Eregione montis. *Ad partem orientalem, vt sic adorarent dominum descendentem super montem Sina, quia Iudæi adorant versus occidentem. Vnde & tabernaculum & templum sic fuerunt dispositа, vt ingressus esset à parte orientali, vt ad partem oppositam adorarent sacerdotes, sicut & stellæ cæli ab oriente mouentur in occidentem quasi adorantes ad partem illam. Vnde Neemia. xix. b. dicitur.* Exercitus cæli te adorat.
3 Vocauitque eum dominus, &c. *Non enim audebat ascendere ad superiorem partem montis, nisi vocatus à Deo quia dictum fuit sibi in rubo:* Ne appropies huc. &c. *vt dictum est supra. xij. ca.*
4 Vos ipsi vi &c. *Flagellando eos, & submergendo pro vobis.*
5 Quomodo pro. vos, &c. *ad est, cito & expedite educendo vos de Ægypto, sicut aquila inter aues altas citissime volat, quia omnes eadem die egressi sunt, vt dictum est supra. xij. a. Dicit hic Rabb. Salomo quod modus aquilæ est quando portat pullos de loco ad locum, quod portat eos super dorsum, ita quod si prouocatur sagitta ab inferius, ipsa recipiat sagittam. & nõ pulli ideo dominus comparat se aquilæ quia cum voluit transferre filios Israël per mare rubrum, angelus qui præcedebat castra Israël in hoc personam domini representans, posuit se cum columna nubis inter Ægyptios & Hebræos, ne Aegyptij possent impetere Hebræos machinis vel sagittis, vt habetur supra. xiiij. c. Predicta autem beneficia debebant mouere Hebræos ad seruiendum Deo prompta voluntate & munda mente. Ideo sequitur.*
Aquilæ natura.
6 Si ergo, &c. *non tantum aure corporis, sed & mentis,*
7 Et cu. pa. *id est legem vobis dandam opere adimplendo.*
8 Eritis mi. i. &c. *Peculium vt hic accipitur, est paruus census extra hæreditatem de quo potest filius familias facere quod vult, sine licentia patris, & ideo est quid sibi specialissimum. & per hoc intelligitur quod Israël inter omnes populos sit magis appropriatus & specialis ipsi Deo, si legem obseruet & hoc magis patet in Hebræo, vbi habetur sic.* Eritis mihi amicabilitas de cunctis populis, *id est, qui excellent delectum, quod significatur per nomen abstractum sic dicitur de aliquo excellenter liberali, quod non solum est liberalis, sed ipsa liberalitas.*
Peculium.
9 Et vos, &c. *id est, maximũ, quia nomine sacerdotij aliquando maiestas intelligitur. sicut supra dictum est de Iethro. ij. c. & ij. Reg. viij. dicitur,* Filij Dauid sacerdotes erant. i. *maiores & primi post regem.*
10 Et gens sancta. *id est, ad Dei cultum applicata sicut & vestes sacerdotales dicuntur sanctæ, quia ad Dei cultũ applicatæ. ex hoc enim quod Christus qui est sanctum sanctorum, nasciturus erat secundũ carnem de populo Israël, ideo debebat spirituali sanctitate pollere præcæteris populis terræ.*
11 Et conuocatis, &c. *illis enim primò exposuit verba domini, & illis populo, & tunc omnis populus consensit.*
12 Cumque re. &c. *Hic consequenter disponitur populus per mũditiã exteriorẽ, tamen præmittitur relatio responsionis populi domino per Moysen, cum dicitur.* Cumq; retu. &c. *Non quia dominus ignoraret, cum sciat omnia, etiam antequã fiant, sed vt bona voluntas populi præsentaretur domino tanquam ei placita sicut & angelis bona hominum opera offerunt coram domino, prout Raphael dixit Tob. xij. c.* Ego obtuli memoriam orationis tuæ, &c.
13 Iam nũc, &c. *per hoc designatur, quod in præsenti nõ habemus nisi cognitionẽ ænigmaticã de diuinis, secundũ quod dicit Apostolus. j. Cor. xiij. d.* Videmus nunc per speculum in ænigma. *& ij Metaph. dicitur quod intellectus noster se habet ad diuina sicut oculus nocturnus ad lucem solis, & propter hoc apparuit dominus in caligine, quia tales appartiones fiunt communiter secundum dispositionem illorum quibus fiunt.*

✠ 1 Vade

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ ✻ Theodoretvs. Hoc autem populi fœdus subscriptioni
Vbi supra scribæ simile esse videtur. Vnde cum propriam confessionẽ pro-
A missumque transgressi essent, maledictionibus quę in lege Moy-
si continentur, subiecti fuere, à quibus Christus in se credentes
liberauit. *Christus enim* (ait Apostolus) *redemit nos a maledicto le-
gis factus pro nobis ma-
Hom.11.in Exod. Preparatio ad Christi cœnam. ledictum.*

a *Vade ad populum.* a ¶ Præcipe vt sanctificentur. b ¶ In præsenti, scilicet & futura vita.
a Qvi dixit ei: Vade ad populũ, & sanctificā illos hodie & cras,
b a ¶ A peccatis. b ¶ Corpora quoniã animæ vestiuntur. ¶ Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nu-
dus ambulet. c Per scientiam legis naturalis. d ¶ Quasi legem & cultum sanctæ trinitatis accepturi.
d lāuentq; vestimenta sua: & sint parati in diem tertiũ. In die †
a ¶ Scientiam legis daturus. ¶ Humanæ fragilitati condescendens.
¶ Vt sciant legem à Deo dari non ab homine.
c enim tertio descendet dominus coram omni plebe super
a ¶ Ne quis vitra intelligentiam suam ad montem sacræ scripturæ audeat conscendere,
sed contentus sit mensura sua secundum donum quod eccepit à Deo.
d mõtem Sinai. Cõstituesq; terminos populo per circuitum,
& dices: Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines
a ¶ Vitra vires. b ¶ Altitudinem scripturæ. c ¶ Æternæ. d ¶ Lapsus in hæresim
vel blasphemiam in Deum. e ¶ Id est nemo imitabitur insanium eius.
e illius. Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Manus
a ¶ Duris ecclesiæ sermonibus coartabitur.
non tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur
a ¶ Verba sapientium quasi stimuli. ¶ Quasi acerrimis obiurgationibus. b ¶ Stultus iumentis
comparatur. c ¶ Sapiens reputatione sua. d ¶ Vel morietur.
f iaculis. Siue iumentum fuerit siue homo, non viuet. † Cùm
¶ Prædicationem significat.
clãgere cœperit buccina, tunc ascendãt in montem. Descen-
f ditque Moyses de monte ad populum & sanctificauit eum.

Lib. de formulis spiritualibus. ✻ Evcherivs. Descendere Deus in mundũ dicitur, quando aliquid nouum ꝙ anteà non fuerat, in creatura humana operatur.

Isid. Quinquagesimo die post pascha, lex Moysi data est quinquagesimo die post passionem domini quam pascha illud figurabat, dat⁹ est spiritus promissus descẽdens super apostolos, & qui cum eis erant in cxx. Mosaicæ ætatis numero constituti, & diuisis linguis credẽtiũ totus euangelica prædicatione mũdus impletus est. Dicitur illic scripta lex digito Dei: & dominus Luc.xj.c. de spiritu sancto dicit: *In digito Dei, ei. damo.* Aspicit cunctus populus voces, lampades, montẽq; fumigantem, tonitrua, fulgura, & clangorem buccinæ perstrepentem. In vocibus & tonitruis blandiciæ promissionis, vel terror in prædicatione intelligũtur: in lampadibus claritas miraculorum in sonitu buccinæ fortis prædicatio sanctorũ, quæ omnia in aduentu spiritus sancti cõpleta sunt, quando discipuli in varietate linguarũ præceptis & signis intonuerũt. Interpretatur autẽ Sinai, rubus quod significat ecclesiam, in qua dominus Moysi loquitur. Quod autẽ daturus legẽ dominus in igne fumoq; descendit, significat quod fideles suæ claritatis ostensione illuminat, & infideliũ oculos fumo erroris obscurat. Videtur etiã in caligine: quia impij qui terrena sapiunt, eũ descendentẽ, id est, in humilitate nascentem præ caligine malitiæ non cognouerunt, vel quia veritatem legis infidelibus per caligine dixit, vt *videntes non videant, & audientes non intelligant.*

Esa.6.c. d *Cauete ne, &c.* Rabba. Prius prohibent populũ in monte: ascendere, mortẽq; minatur: nunc iubet vt clangente buccina ascendant in montem, humanam. f. compescens audaciã, & ad obediendum inuitans: quia ad prædicationis vocẽ debemus nos ad superna erigere, nec sacramentorum inuestigatione sponte præsumere, sed Dei vocationem sequi.

Vbi supra cap.28. ✻ Rvpertvs. Docendus enim erat populus, quòd Deus patrũ eius nõ esset talis, vt Dij Ægyptiorũ, quorũ in sacris, id est, sacrilegis ludere, & choros ducere, mãducare & bibere, ac deinde polluere & pollut, solẽne erat in omni genere fornicationũ. Si quidẽ nõ vltrò vel facile hoc pdiscere poterat, quippe cũ & post tales tãtosq; terrores nihil cũctat⁹ quasi nihil vidisset, fecerit vitulũ cõflatilẽ, sederit popul⁹ mãducare & bibere & surrexit ludere.

e *Buccina.* quasi vocina: à voce vel à vocando vel à bucca.

Vbi supra cap.29. f *Cũque clangere cœperit, &c. tunc ascendant* ✻ Rvpertvs. Sed & supra iam dictum est, *ne ascendatis in montem*, & postmodum item dominus dicit, *Contestare populum, ne quando velint terminos transcẽdere ad videndum dominum, & pereat ex eis magna multitudo.* Ergo cum dicitur, *cum cœperit clangere buccina, ascendant in montem*, subaudiendum est, vsque ad terminos constitutos per circuitum.

decem

☞ Hvgo. Lauentq; vestimenta. Per vestium lauationem intelligit sanctam & mundam conuersationem. Quartum tangitur ibi.

✝ 1 *Et ne*

☞ Hvgo Victorinvs. Quidam voluit humanam esse
A buccinam institutam ad hoc officij signum intimãdum populo
sed mihi verisimilius diuinam videtur fuisse.

a *Cúmque lauiss. &c.* Non sufficit ad virtutem contemplationis
emundare opera pœnitentiæ lacrymis, nisi sequatur castitas
mentis & corporis.
Vnde Mat.v. a. *Beati mũdo corde, &c.* Et Sapien.j.a. *In maliuolam animam non in.sa.*

Hom.21.in epist.ad Hebræos. b ✻ *Cœperunt audiri tonitrua, &c.* Chrysostomvs. Tubarum sonitus meritò sunt adhibiti ibi, vt puta imperatore præsente. Nam & in secundo aduentu hoc futurum est. *In nouissima*, inquit, *tuba canet, & resurgent mortui.* hęc enim vocis tuba factura est.

Libr.6.moral. cap.27. †Valdecom motus. c *Totum autem mons.* Gregorivs. Legem dat rus domin⁹ in igne fumoque descendit quia humiles per claritatem suæ ostensionis illuminat, & superbos per caliginem erroris obscurat, pòst igitur mens ab appetitu gloriæ temporalis, & ab omni concupiscentia carnali tergenda est, & tunc ad aciem contemplationis erigenda. Vnde cum lex accipitur ad montẽ appropinquare prohibetur, vt quia adhuc infirma mente terrena desiderat, sublimia non præsumat. vnde rectè dicitur: Si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Bestia enim tangit montem cum mẽs irrationabilibus desideriis subdita, ad contẽplationis alta se erigit, sed lapidibus percutitur, quia summa non sustinens, superni ponderis ictibus necatur. Qui igitur culmen perfectionis apprehendere nituntur, cum contemplationis arcem tenere desiderãt, prius se in campo operis per exercitiũ probẽt, vt sollicitè sciãt si nulla iã mala proximis irrogãt, si irrogata æquanimiter tolertã, si subiectis bonis tẽporalibus mens lętitia nõ soluitur, & subtractis non nimio dolore sauciatur, ac deinde perpẽdant si cũ ad se intus redeũt, in eo quod spiritualia rimãtur, non secũ corporaliũ rerũ vmbras trahunt, vel fortè tractas manu discretionis abigũt, si in circunscriptum lumen videre cupiẽtes, cunctas circunscriptionis suæ imagines deprimunt: & in eo quod super se attingere appetunt, vincunt quod sunt.

Gregorivs. Sacra eloquia in exordio narrationũ qualitates ex primũt, termineq; causarũ aliquando à positione loci, aliquando à positione corporis: aliquando à qualitate ætis, aliquando à qualitate tẽporis significant quid de vẽ-
Libr. 2. moral. cap.2. Saem scriptura varias qualitates considerat. tura actiõe subiiciẽt.

A positione enim locorũ exptimunt sequẽtiũ merita finesque causarũ, sicut de Israẽl dicitur, ꝙ verba Dei in monte audire nõ potuit, sed præcepta in campestribus accepit, sequẽte infirmitatẽ populi indicãs, qui ascendere ad summa nõ valuit, sed se in infimis negligẽter viuẽdo laxauit. A positiõe corporis, sicut in actibus apostolorũ Stephan⁹ Iesum, qui à dextris virtutis sedit, stantẽ se vidisse manifestat. Act. vij.g. Stare enim adiuuãtis est, & rectè stare cernitur q in bello certaminis opitulat. Aquilitate aẽris, sicut cum pdicãte domino euãgelista nullos ex Iudæa tũc credituros diceret, præmisit. hyẽs autẽ erat, scripsit est enim Mat. xxiiij. d. *Abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorum.* Hyemis ergo cuiusdam tẽpus exprimere, vt in adiutoriũ cordibus malitię frigus indicaret. Negaturo quoque Petro prædicitur, *ignis erat & stãs ad prunas calefaciebat se.* Iohan. xviij.b. Iam enim à charitatis ardore torpuerat, & ad amorẽ præsentis vitæ quasi ad persecutorũ prunas, infirmitate æstuante se calefacie bat. A qualite tẽporis sicut nõ rediturus ad veniã, ad traditionis perfidiam nocte ludas exisse perhibetur. Cũ egrediente illo ab euangelista dicatur: *Erat autẽ nox.* Et iniquo diuiti dicitur: *Hac nocte repetent animam tuam à te.* Luc.xij.c. Salomon quoque non perseueraturus in somnis, & in nocte sapientiam accepisse dicitur: hinc est, quod angeli ad Abraham meridie veniunt, puniturí autem Sodomam vespere venisse memorantur.

d *Descenditque dominus, &c.* Gregorivs. Moyses ascendit in mon
Libr. 5. moral. cap.26. ☞ te

a Cúmque lauissent vestimenta sua, ait ad eos: Estote parati
¶ Fidem sanctæ trinitatis. a ¶ Cuilibet carnali voluptati vel mundanæ sollicitudini.
in diem tertiũ, & ne appropinquetis vxoribus vestris. Iam-
a ¶ Quo fides sanctæ trinitatis illocesceret. b ¶ Principium lucis.
que aduenerat dies tertius, & mane inclaruerat, & ecce cœ-
¶ Sonitus prædicationis. ¶ Miracula. ¶ Idem per nubem & fumum significatur.
b perunt audiri tonitrua, ac micare fulgura: & nubes dẽsissima
operire montem. Clangorq; buccinæ vehementius perstre-
a ¶ Initium sapientiæ timor domini. b ¶ Malitiæ Dei. c ¶ Promouendo vel producendo ad maiora & meliora. ¶ Occurrit Deus occurrenti sibi per liberum enim arbitrium ad Deum mouemur, sed non promouemur nisi misericordia eius præueniat & sequatur.
pebat, & timũit populus qui erat in castris. Cumq; eduxisset
¶ Tanquam vicini altitudini.
eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad
a ¶ Quia lex obscura infidelibus.
c radices montis. Totus autem mons Sinai fumabat, eò quòd
a. ¶ Tanquam lumen iustis, vel quia ignea lex.
descendisset dominus super eum in ignẽ, & ascẽderet fumus
ex eo, quasi de fornace. Eratq; mons omnis † terribilis, & so
nitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius ten
a ¶ Interrogando. b ¶ Docendo.
debatur. Moyses loquẽbatur, & dominus respondebat ei.*
a ¶ Aliquid desse in contemplatione ostendens. ¶ Vt per contemplationem proficeret.
d Descẽditq; dominus sup mõtẽ Sinai in ipso mõtis vertice, &
vocauit Moysẽ in cacumẽ eius. Quò cũ ascẽdisset, dixit ad eũ

Prolixius tonitruum dederit.

*in voce

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vade ad &c. *Hic accipitur sanctificatio pro munditia, quia sanctum in vna significatione idem quod mundum.*

2 Constituesque ter. &c. *ne irreuerenter. seu curiosè se ingerant ad diuina.* 3 Lapidi, &c. Iac. *In Hebræo habetur* sagittis. *aliter enim interficitur homo à longe, & per talem mortem designatur quòd non debuerant appropinquare, sed delongè se tenere.* 4 Cum clan. ce. &c. *quod exponunt doctores nostri dicentes, quod per hoc non licentiatur transcendere terminos prædictos, sed quod ante clangorem huiusmodi debebant se tenere longe, etiam à terminis præfixis, & in ipso clangore appropinquare eis. & hoc vocatur ascendere, quia illi termini erant aliquantulum in ascensu montis. In Hebræo habetur.* In protractu buccinæ ascendat. *Et dicit Rab. Salomo quod erat quidam modus clangendi protensus. & erat signum recessus deitatis de monte, & per hoc erant licentiati transire terminos constitutos, & ascendere in montem.* 5 Descenditque, &c. *Ad exequendũ domini mãdatum.*
6 Et sanc. eum. *denuntiando quod mundaretur.*

✻ 1 Cúmque

NICOLAVS DELYRA.

Quæstio ✻ 1 Cumque la.ve.sua, *Si quæratur, quare non acceperunt noua. Dicendum quod non fuit nisi ad commendandum Dei miraculum per quod ab exitu de Aegypto vsque ad ingressum terræ promissionis vestimenta eorum non sunt attrita, nec vetustate consumpta, vt dicitur Deut.xxix.a.*

2 Estote parati in diem tertium. *Hic est dies sextus mensis tercij, quarto enim die eiusdem mẽsis dixit eis Moyses ista, vt dixit Ra. Sa. & in sexto die fuit lex data, ex quo concluditur quod fuit data d. die à die exitus de Aegypto exclusiue, quia menses apud Hebræos accipiuntur per lunationes, ita quod duo menses faciũt lix. dies: quibus si de tertio mense addantur sex dies vsque ad dationẽ legis faciunt lxv. à quibus si subtrahantur xiiij. dies primi mensis qui præcesserunt exitum de Aegypto qui fuit xv. die, vt habetur supra xij.c. remanent lj. dies.*

3 Et ne appropinquetis vxoribus vestris. *licet enim actus matrimonialis sit licitus, tamen habet annexam quandã turpitudinẽ, quam oportet excusari per bona matrimonij. Habet etiã annexã depressionẽ mẽtis propter vehemẽtiam delectationis carnis. Vnde dicit Gregorius: Tanto mẽs à superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur. & ideo ante susceptionẽ legis per duos dies fuit prohibitus, quia ad susceptionẽ legis requirebatur magna mundicia & eleuatio mentis.*

4 Iamq; aduenit dies tertius. *Hic consequenter disponitur populus per reuerentiã ad Deum, quæ ex timore consurgit, & ideo ante prolationẽ legis signa terribilia apparuerunt. Alia etiã causa est adhoc, quia lex vetus fuit lex timoris, sicut lex noua dicitur lex amoris. vnde dicit Augustinus. Breuis differentia legis & euangelij, timor & amor. Cuius ratio est, quia illa lex dabatur hominibus imperfectis, qui per terrorẽ inducẽdi sunt ad opera virtutũ, lex autẽ noua data est perfectis, qui magis inducuntur ad talia per amorẽ, vnde dicit poeta Horatius: Oderut peccare mali formidine pœnæ: Oderunt peccare boni virtutis amore. Et ideo sicut lex noua data est in quiete & tranquillitate à Christo, prout dicitur Matth.v.a. Cùm sedisset, accesserũt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est re.cœ. &c. ita lex vetus data est cũ terroribus, & hoc est quod dicitur hic.* 5 Cœperunt auditi tonitrua ac micare fulg. &c. clangorq; buccinę vehementius perstrepebat. *Audiebatur enim cum prædictis terribilis sonus quasi tuba, & hoc fiebat ministerio angelico. Fabulãtur autẽ Iudæi, quod ille clangor vel sonus fiebat in quodam cornu quod fuit acceptum de ariete immolato pro Isaac.*
6 Et timuit populus. *propter prædicta.* 7 Cumq; eduxisset eos Moyses. *cum quadam importunitate, eò quod non audebant exire.*
8 Totus autẽ mons Sinai. &c. *nubes enim densissima, vt prædictũ est operuerat montem Sinai, & ex parte superiori montis egrediebatur fumus & ignis de medio nubis: facta est autẽ talis apparitio in nube & igne, quæ non habẽt figuram stabilem, ne populus ad idololatriã pronus haberet occasionem faciendi sibi imagines, vt dicunt Hebræi. Nec est intelligendum, quod dominus descenderit ibi secũdum naturam suam, quæ vbiq, est de necessitate. & p̃ consequẽs nõ potest ascẽdere nec descendere, sed ineffectu ipsum representante.* 9 Et vocauit Moysen in cacumen eius. *Quia accedere prope non præsumpsisset, nisi vocatus.*

✻ 1 Descen-

MORALITER.

✝ 3 *Et ne appropinquetis vxoribus vestris.* Completis autem quatuor dictis infunditur spiritus sanctus in nobis, inuisibiliter, sicut in signo visibili datus fuit apostolis.

✝ MORA-

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ in montem & dominus dicit: mons contẽplationem significat, in quẽ ascendimus, vt ad ea quę vltra infirmitatẽ nostrã sunt videndã sublevemur. Sed in hanc dominus descẽdit quia à nobis multum proficientibus parum de se aliquid nostris sensibus aperit: si tamen in illo pẽrũ vel aliquid dici potest: qui vnus semper & idẽ partialiter intelligi non potest: & tñ à suis fidelibus participare dicitur, cùm in eis substantia par nullatenus admittatur, sed quia hunc exprimere perfecto sermone non possumus humanitatis nostręmodo quasi infantiæ imbecillitate prępediti, eũ aliquatenus balbutiendo resonamus.

Mons contemplatio.

† diuisione faciat vel cõmunitur dabitur.

A ¶ Ab altitudine contemplationis: secundum illud ij. Cor. v. Sive mente excedimus Deo, sive sobrij sumus vobis. b ¶ Magna discretione opus est, ne velit quis diuinam naturam rimari vltra quam potest. Vade Prouer. xxv. d. Qui perscrutator maiestatem opprimitur à gloria: & mei inuentis, comede quod sufficit tibi. c ¶ Oblitus fragilitatis suæ. ¶ Capacitatis suæ.

Descende & contestare populum, nẽ fortè velit trãscendere terminos ad videndum dominum, & pereat ex eis plurima multitudo: Sacerdotes quoque qui accedunt ad dominum, sanctificentur, ne † percutiat eos. Dixitque Moyses ad dominum: Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai. Tu enim testificatus es, & iussisti dicens: Pone terminos circa montem, & sanctifica illum. Cui ait dominus: Vade, descende. Ascendésque tu & Aaron tecum. Sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, nec ascendant ad dominum, ne fortè interficiat illos. Descendit Moyses ad populum, & omnia narrauit eis.

1 a ¶ Hæresi vel quoilibet errore seducta. b ¶ Qua pauci contemplationi & diuinæ visioni idonei. ¶ Mente & corpore.

2 a ¶ Corporali plaga vel supplicio. ¶ Pro debilitate intelligentiæ.

3 a ¶ Positos ostendit. b ¶ Sanctificatum ostende, ne non sanctificati accedere præsumant. ¶ Lex & sacer locus.

4 a ¶ Minores minus intelligentiæ capaces, & secreta scripturæ non penetrantes. ¶ Si indigni accesserint.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

☙ 1 Descende & contestare populum. *Licet hoc iam ante fecisset, tamen præcipitur iterum fieri imminente hora ad maiorem certitudinem propter periculum euitandum.*

2 Sacerdotes quoque, &c. *Adhuc non erant instituti sacerdotes: & ideo dicunt aliqui, quod hoc hic dicitur per anticipationem: & est sensus, Sacerdotes futuri sanctificentur quando accedent ad ministrandum coram domino. Rab. Salomon dicit quod hoc intelligitur de primogenitis principum duodecim tribuum, qui obtulerunt sacrificium: vt habetur infrà xxiij. c. a. primogeniti enim vsque ad institutionem sacerdotij Aaron faciebãt sacerdotale officium, vt dictum fuit Gen. xxij. & xxvij. cap. & isti tempore oblationis debebant præ aliis sanctificari. Cætera patent.*

☙ CAP.

ADDITIO I.

In cap. xix. vbi dicitur in postilla, E regione montis, &c. *ad partem orientalem.*

Non est necessarium dicere, quod omnes filij Israël castrametati essent ad partem orientalem montis Sinai tantum, sicut dicit Rabi Salomo quem postillator in hoc sequitur: nam ratio quam ad hoc assignat non valet. Iudæi enim adorabant versus occidentem, cùm essent in tabernaculo vel in templo in quibus arca testamenti & propitiatorium vbi responsa diuina dabantur, erant in parte occidentali tabernaculi vel templi, ita quod si essent extra templum in parte occidentali respectu ipsius templi adorabant ad orientem: si enim sic existentes adorassent versus occidentem, terga verterent ad templum quod esset eis magnum inconueniens. Vnde hodie Hebræi existentes in partibus Europæ quæ est in occidentali plaga respectu Hierusalem, non orant ad occidentem, sed ad orientem, iuxta illud ij. Regum viij. c. vbi propriè agitur, de hac materia legitur. Et adorauerint te contra viã terræ suæ, quam dedisti patribus eorum & ciuitatis quam elegisti, & templum quod ædificaui nomini tuo exaudies, &c. *Ex quo patet quod cùm sunt extra templum versus templum debent orare, vnde in hoc loco melius videtur dicendum secũdum alios expositores, scilicet castrametati sunt filij Israël è regione mõtis Sinai circunquaque vt si vnusquisque adoraret suo modo dominum descendentem super montem Sinai, scilicet aliqui versus orientem & aliqui versus occidentem, secundum vtrum suum: secundum quod consonat huic quod dicitur infrà Nume. ij. a.* Singuli per turmas, &c. castrametabantur filij Israël per gyrum tabernaculi fœderis.

Quomodo Iudæi orant.

ADDITIO II.

In eo. ca. xix. vbi dicitur in postilla: Eritis mihi in peculium cunctis populis, &c.

Dictio quæ hic ponitur in Hebraico vbi nos habemus peculium *vel* amicabilitas *significat propriè rem quæ sic diligitur ab habente quod nulli alteri eam daret: quod competit populo, qui verè Deo coniungitur per susceptionem suæ legis per quam susceptionem Deus se habet ad talem populum sicut sponsus ad sponsam qui nullo daret modo eam alteri: vnde super illud Osee ij. d.* Sponsabo te mihi in iustitia & iudicio. *Glo. Desponsauit enim Deus populum Israël in monte Sinai, dans ei pro sponsalibus legis iustitiã & iudicium. Vnde prædicta dictio propriè appropriatur in hoc loco secundum hunc intellectum, &c.*

ADDITIO III.

In eo. ca. xix. vbi dicitur in postilla: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, &c.

Licet verum sit quòd in præsenti non habemus claram cognitionem de diuinis sed enigmaticam, tamen si hoc tantum voluisset litera hic innuere sufficisset dicere, iam nũc veniam ad te in nube: *nec erat addendum* in caligine nubis, *videntes enim in nube non clarè sed per speculum vident. vnde circa hoc vlterius videtur dicendum, scilicet secundum gradus humanæ cognitionis enigmata clarius vel minus clarè apponuntur, & ideo de Moyse qui clariorem notitiam habebat de diuinis quam populus communiter dicitur:* Descendit dominus in nube, &c. *vt infra Nu. xij. b. & in aliis locis, sed populo qui non attingebat ad tam claram notitiam sicut Moyses, requirebatur quod Deus veniret non in nube clara, sed in caliginosa nube, & hoc est quod dicit litera.* Iam nunc veniam ad te, &c. *q. d. Si venirem, vt tu solus audires me, non oporteret me venire in caligine nubis, sed solum in nube: sed quia venio vt audiat populus, ideo venio in caligine nubis, & hoc est ratio quare in datione legis vbi totus populus conuenit, fit mentio de caligine. tam infrà xx. d. quam etiam Deut. vlt.*

REPLICA *correctorij contra Bur. Iudaizantem. In cap. xix. Burg. agrè tulit quod postillator dixit Iudæos adorasse ad plagam occidentalem: & quod ideo oportuit fingere tabernacula & castra è regione montis Sinai ad plagam orientalem, vt versus diuinam apparitionem orarent, qui mons respectu deserti in quę fuerunt Iudæi, protũc fuit ad occidentem, ait enim Burgen. quod adoratio occidentem erat Iudææ necessaria quando erant in tabernaculo vel templo, sed existentes extra debebãt adorare versus Hierusalem & templum iuxta illud ij. Re. viij. e.* Adorabunt contra viam ciuitatis & templi, &c. *sed in hoc videtur Burg. Iudaizare, quasi id quod allegat hodie sit obseruandum, cum tamẽ per Christum sit ablatum, vt patet Iohan. xiij. c. vbi dixit Samaritanæ:* Veniet hora, & nunc est quando veri adoratores, neque in monte hoc, neque in Hierosolymis, sed orabũt patrem, in spiritu & veritate. *vnde illud ceremoniale abolitum est sicut & sacramentale circuncisionis, ait enim Apostolus ad Gall. v. a.* Si adhuc circũcidamini, Christus vobis non proderit *illum autem errorem suum quod Iudæi debent adorare non ad occidentem, sed vnusquisque secundum situm suum confirmare volens Burgen. dicit quod filij Israël castrametati sunt è regione montis Sinai circũquaque, vt vnusquisque adoraret versus montem, vbi dominus apparuit: vnus ad orientẽ, alius ad occidentẽ secundum situm vnuscuiusque: allegans ad hoc illud Nu. ij. a.* Singuli per turmas castrametabantur filij Israël per gyrũ tabernaculi fœderis. *Sed hæc sua confirmatio videtur esse contra rationem, & mõtis Sinaï dispositionem: nam mons Sinai magnus & longus est, cuius pars est mõs Oreb: vt dicit Iosephus ij. & iij. Antiquitatũ: imò secundum quosdam literaliter exponentes illud ad Galat. iij. d.* Sina mons est in Arabia, qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem, &c. *mõs ille se continuò extendit secundum longitudinem vsque ad terram sanctam: vnde patet quod in circuitu illius mõtis nõ poterant castra locare, sed è regione montis in parte orientali contra montem in plaga occidentis situm, maximè quia populus accedere ad montem prohibetur infra ca. xix. Concordantia per Burg. de Nume. ij. adducta nulla est, non enim ibi dicitur: Castrametati sunt per gyrum montis sed per gyrum tabernaculi, quod erat fixum in plano ad radicem montis.*

CAP.

☞ Cap. XX.

A Hom. 8. in Exodum. Ego sum dominus Deus tuus. ORIGENES. Qui contẽnit præsens seculum. s. Ægyptum, & per verbum Dei translatus non inuenitur, quia ad futurum seculũ festinat, de eo dicit Deus: *Ego sum dominus Deus tuus, &c.* Non ad illos tantùm, qui de Ægypto profecti sunt, sed ad eos qui vltrà Ægyptiis non seruiunt, de Ægypto educti de domo seruitutis. Negotia seculi, actus carnis, domus seruitutis est sicut relinquere secularia, & secundum Deum viuere, domus libertatis est. vnde Iohã. viij. d *Si per manseritis in sermone meo, agnoscetis veritatem: & veritas liberabit vos.* Ergo Ægyptus est domus seruitutis, Iudæa & Hierusalem domus libertatis. vnde Gal. iiij. d. *Quæ sursum est Hierusalẽ, libera est.* Sicut ergo terrena Aegyptus filius Israël domus dicitur seruitutis ad comparationem Iudææ & Hierusalem, quæ eis est domus libertatis: ita ad comparationem cælestis Hierusalẽ, quę est mater libertatis, totus mundus & quæ in eo sunt, domus dicitur seruitutis. & quia de paradiso libertatis per peccatum venturæ est ad seruitutem mundi, primus sermo decalogi de libertate est: *Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te terra Aegypti, &c.* hanc vocem in Aegypto audire non poteris. Et si tibi iniungatur vt facias pascha, accingas lũbos, accipias sandalia in pedibus, virgam teneas in manu, & azyma cũ amaritudine comedas. Sed nec in prima mãsione, nec in secunda, nec in tertia: nec cùm trãsieris mare rubrum, etiam si ad mare veneris, & fuerit tibi amaritudo in dulcedinem versa, nec in Helim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta arbores palmarum: etiam si Raphidim præterieris, cæteroſque profectus ascenderis, nondum idoneus iudicaris, sed cùm veneris ad montem Sina. Vix ergo mereberis aliquando suscipere præcepta libertatis, & audire: *Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis:* hîc tamen non est sermo mandati, sed quis sit qui mandat ostendit. primum mandatum ergo est: *Non erunt tibi dij alij præter me.*

Deus 5. 2. Psal. 80. b.

Quæstio.

B

Quæstio. 71. in Exodon.

AVGVSTI. Quæritur, quomodo decem præcepta legis diuidenda sint. Vtrum sint quatuor vsque ad præceptum de sabbato quæ ad Deum pertinent. Sex autem reliqua quorum primum est. *Honora patrem tuum & matrem.* quæ ad hominem pertinent. An potius illa tria sunt, & ista septem. Qui enim dicunt illa quatuor esse, separant id quod dictum est, Deut. xxxij. f. *Non erunt tibi dij alij præter me,* vt aliud præceptum sit: *Non facies tibi idolum, &c.* Leui. xxvj. a. vbi figmenta coleda esse prohibentur. Vnum autem volunt esse: *Non concupises vxorem proximi tui, non concupises domum proximi tui,* & omnia vsque in finem. Qui verò illa tria esse dicunt, & ista septem, vnum volũt esse quicquid de vno Deo colendo præcipitur, ne aliquid præter illum pro Deo colatur. Hæc autem extrema in duo diuiduntur, vt aliud sit, *non concupises vxorem proximi tui.* aliud, *non concupises domum proximi tui.* Decem tamẽ esse præcepta neutri ambigunt, quia hoc scriptura testatur.

C

D

CAP. XX.

1 a ¶ Non est hoc mandatum: sed dicit cuius sui mandatum

2 ¶ Diabolicæ.

3 4 a ¶ Et si sint dij multi & domini multi, alij non erunt tibi dij præter me. 1. Cor. viij. b.

5 6 ¶ Primum mandatum.

LOcutusq; † est dominus cunctos sermones hos †: Egò sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. Non habebis Deos alienos coram me.

Mihi autẽ congruentius videtur accipi illa tria, & ista septem: Quia & trinitatẽ videtur illa quę ad Deũ pertinẽt insinuare, & qđ dictũ est: *Non erũt tibi dij alij præter me* hoc ipsũ perfectiꝰ explicatur, cũ prohibẽtur colenda figmẽta. Cõcupiscẽtia vero vxoris alienæ & cõcupiscentia domꝰ alienę tãtùm in peccãdo differũt, vt illi quo dictũ est: *Non cõcupises domũ proximi tui.* adiũcta fuerint alia, dicẽte scriptura: *Neque agrũ eius, neque seruũ eius, neque ancillã eius, neq, boues eius, &c.* Discreuisse autẽ videretur cõcupiscentiã vxoris alienę de cõcupiscentia cuiuslibet rei alienę, quãdo vtrumq; sic cœpit. *Non concupisces vxorem proximi tui, non concupisces domũ proximi tui,* & huic adiunxit cætera. Non autem cum dixisset: *Non cõcupisces vxorem proximi tui.* huic cõnexuit alia dicẽs: *Neq, domum eius, neque agrũ, &c.* sed omnia apparent hæc esse conIuncta quasi vno præcepto contenta, & discreta ab illo quo vxor nominata est. Illud autem vbi dictum est. *Non erũt tibi dij alij præter me.* patet huius rei diligentem executionẽ esse in his quæ subiecta sunt: quo enim pertinet. *Non facies tibi idolũ, neque vllã similitudinẽ, &c.* Nisi ad id quod dictũ est: *Non erũt tibi dij alij præter me.*

E

Scripta. Mysticè.

ISID. Dat Deus Mosi legem innocentiæ nostræ & agnitionis suæ, quæ in decem verbis consistit, † scriptam in tabulis lapideis digito Dei. Tria sunt quæ pertinent ad dilectionem & cognitionem trinitatis, septem ad dilectionem proximi, quibus humana societas non læditur. Primum pertinet ad Deum patrẽ: *Dominus Deus tuus Deus vnus est,* vt hoc audiens vnum Deũ colas patrem, & in multos fictos Deos, fornicationem non effundas. Secũdum ad filium: *Non assumes nomẽ domini tui in vanũ.* id est, non putes creaturã esse Christum Dei filium, quia omnis creatura vanitati subiecta est, sed æqualem patri, Deum de Deo, lumen de lumine.

F

b *Non habebis deos alios, &c.* ORIG. Primum mãdatum est. *Non erunt tibi dij alij præter me.* & sequitur: *Non facies tibi idolum: neque vllam similitudinẽ, &c.* Hæc omnia quidem simul putant esse vnũ mandatum: quòd si ita computetur, non cõplebitur numerus decem mandatorum. Est ergo primum mandatũ: *Non erunt sibi dij alij præter me.* Secundum, *Non facies tibi idolum: neque vllam similitudinem, &c.* Incipiamus ergo à primo mandato: *Non erunt tibi dij alij præter me.* Si dixisset, non sunt, absolutior sermo videretur. sed quia dicit, *non erũt,* nõ negauit quia sint, sed ne illi sint cui hęc præce-

Vbi suprà.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XX.

Diuisio.

1 LOcutusq; est dominus. *Descripta dispositione populi ad legis susceptionem, hîc cõsequẽter describitur legis datio. & primò quatum ad præcepta moralia. secũdò quantũ ad iudicialia. xxj. ca. tertiò quãtum ad ceremonialia. cap. xxv. Sciendum tamen quòd ista diuisio non est ita præcisa, quin inter moralia cõtineantur aliqua ceremonialia, & similiter inter iudicialia aliqua ceremonialia & moralia, sic & de tertiò. sed hæc diuisio accipitur secundum maiorem partem.*

Tria præcepta ad Deũ.

Circa primũ, præmittitur præcepta data populo à Deo immediatè. secũdò data ab ipso mediante Mose, ibi: Cunctus aute populus. *Adhuc primò ponuntur præcepta ordinata ad Deũ. secundò ad proximũ ibi:* Honora patrem tuum.

Circa primũ sciendũ quòd doctores nostri ponũt tria græcepta ordinantia ad Deũ. Cuius ratio sumitur, quia homo debet fidelitatẽ Deo, reuerentiam, & debitũ famulatum ad recognitionẽ sui domini. Infidelitas autẽ prohibetur prima præcepto, cum dicitur: Nõ habebis Deos alienos. *Irreuerentia secũdò, cum dicitur:* Non assumes nomẽ domini Dei tui in vanũ. *Et per istas negationes intelliguntur oppositæ affirmationes. scilicet vnũ Deũ, & si reuerentia exhibere. Debitus autẽ famulatus præcipitur tertiò, cũ dicitur:* Memẽto vt diẽ sabbati sãctifices. *& secũdum hoc illud qđ præmittitur, cũ dicitur:* Ego sũ dñs Deꝰ tuus, *non est præceptiu: sed est quoddã præambulũ ad præcepta, ac si diceretur.* 2 Ego sum dominus: *per generalem mundi gubernationẽ* 3 Deus *per creationem:* Tuus: *per specialem appropriationem præteritis populis. vt dictum est cap. præcedenti.*

4 Qui eduxi te de terra Aegypti. *De seruitute humana valde dura comparata ad seruitutem diuina, quæ est suauis & gratiosa. & ideo propter ista debes recipere mandata mea, non tãtum aure corporis, sed etiam mentis, & ad impletionem operis. & tunc sequitur primũ præceptum, cùm dicitur.* 5 Non habebis, &c. *Dicit Ra. Sa. q dij alieni hîc intelliguntur generaliter pro omni idololatria quæ alienat à vero Deo. Doc. autẽ nostri dicunt q hic primò prohibetur idololatria in speciali. Sed diuiduntur in hoc, quia aliqui dicunt q prohibetur hic idololatria quæ fit sine quacunque imagine. vnde dicit Varro q antiqui Romani diu coluerãt Deos absq; simulachris. Alij dicunt q prohibetur per hoc idololatria rerũ quæ sunt confictæ, sicut si corpori humano inseratur caput arietis & ala ad volandum: sicut pingebatur imago Iouis, & in tali figura credebãt Iouẽ esse: ideo dicitur dij alieni. s. à verũ naturæ.*

Romani diu coluerant Deos absq; simulachris

6 Coram me. *Id est, in nullo loco vel tempore habebis, quia præsens sumomni tempore & loco. Cõsequenter prohibetur idololatria in imaginibus rerum quæ sunt, non tamen sunt dij, cum dicitur.*

☙ 1 Non

MORALITER.

† 1 *Locutusq, est dominus, &c.* Hic primò datur decẽ legis præcepta, quæ sunt moralia, ppterqđ nõ est hîc alia moralitas requirenda, nisi in præcepto de obseruatione sabbati, qđ est ceremoniale quãtùm ad determinationẽ temporis. s. diei sabbati. Quòd enim homo cesset aliquãdo ab operibus seruilibus, & intẽdat diuino cultui, morale est de dictamine iuris naturalis, sed determinatio diei sabbati fuit figuralis. Et secundum sensum allegoricũ figurauit quietẽ corporis Christi in sepulchro. Secundũ verò sensum moralẽ significauit quietẽ hominis in Deo & cessationem à peccato. Secũdum verò sensũ anagogicũ figurauit quietẽ beatorũ in patria cælesti. Secundò ponuntur quædam alia cùm dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ præcepta dátur, inhibuit. hinc Paulũ sumpsisse puto. j. Cor. viij. b.
A *Si quidem sint qui dicuntur dij siue in cæ. siue in terra.* In aliisq; locis inuenies Deos nominari, sicut ibi: *Rex mag. super omnes Deos, & Deus Deo Io, &c.* De dominis idem Apostolus dicit: *Siue throni siue dominationes, &c.* Col. j. c. Dominationes verò nõ aliud sunt quã, ordo quidã dominorum & multitudo. In quo videtur sensũ legis aperire Apostolus: Ac si dicat, Licet sint domini multi qui a-
†1. c. 4. c. homi. liis gentibus dominẽtur, & dij multi, qui ab aliis colantur: sed tamẽ vnus Deus est nobis & vnus est domin⁹ vnde Deut. xxxij. a. *Cum diuideret excel. gẽ & disp. fi. Adam, statuit termtuos gen. secundũ numerũ angelorũ Dei.* Angelos ergo quibus gẽtes cõmisit excelsus dominos vel Deos appellat. scriptura. Deos quasi à Deo datos. & dominos à dño potestatẽ sortitos. Vnde eis dicitur Psal. lxxxj. b. *Ego dixi dij estis, & fi. ex. omnes. Vos autẽ sicut homines mo. & sicut vn⁹ de prin. ea.* Imitantes. s. diabolũ: qui princeps omniũ factus est ad ruinã. Vnde cõstat q; execrabiles fecit eos prævaricatio, nõ natura. Tibi ergo ô Istaël, qui pars Dei & funiculus eius es, *non erunt*, inquit, *tibi dij alij præter me*: quia verè Deus: vnus est Deus, & verè dñs, vnus est dñs: cæteris verò ab ipso creatis cõtulit hoc nomen nõ natura sed gratia. Non hæc tantũ dicuntur ad Istaël secundũ carnẽ, imò ad te qui Israël effectus es mẽte Deũ videndo, & circuncisus corde non carne. Si tamẽ ita agas, vt dignus sis esse pars Dei, & in funiculo hæreditatis eius metiri. alioquin exẽplo tibi sint qui ad hoc vocati fuerãt. vt essent pars Dei, & exigentib⁹ pec-
Vbi supra. catis dispersi sunt per omnes gẽtes, & educti de domo seruitutis iam non AEgyptiis solis, sed omnibus gentibus seruiunt. *Qui enim peccat seruus est peccati. Ioh. v. d.*

Differunt idola & dij. a *Non facies, &c.* ORIG. *Non facies tibi ipsi idolũ neq; omne simi-*
litudinẽ, &c. Aliud sunt idola, aliud dij. De dijs enim dicit Apostolus. j. Cor. viij. b. *Siquidẽ sunt dij multi & domini multi, &c.* De idolis verò, quia nil est idolum in mũdo. De similitudinibus autem
† Gratia. nõ addidit, quia nil sunt. hîc autẽ dicitur: *Nõ facies tibi idolũ neque*
B *similitudinẽ omniũ.* Aliud est ergo facere idolũ, aliud similitudinẽ: (verbi † causa): Siquis in auro & argẽto, ligno vel lapide faciat specĩe quadrupedis vel serpẽtis vel auis, & statuat adorãdũ, non idolũ sed similitudinẽ facit. Qui verò facit quod non est, specĩe. s. quam oculus non vidit, sed animus sibi fingit: vt si quis humanis mẽbris caput canis aut arietis formet, vel in vno hominis habitu duas facies, aut humano pectori postremas partes equi aut piscis: qui hoc facit nõ similitudinẽ sed idolum facit. facit enim q; non
1. Cor. 8. a. est, nec habet aliquid simile sui. Ideo dicit Apostolus, *quia idolum nihil est in mũdo.* Nõ enim aliqua ex rebus cõstantibus assumitur species, sed quod mons otiosa & cutiosa repetit. Similitudo verò est, cũ aliquid ex his quæ sunt vel in cælo vel in terra vel in aquis formatur sed non sicut de his quæ in terra sunt vel in mari similitudinibus prõptum est pronũtiare. Ita etiã de cælestib⁹, nisi quis dicat de sole & luna & stellis hoc posse sentiri, quorũ formas exprimit gẽtilitas. Sed Moses eruditus omni sapiẽtia AEgyptiorũ, etiã quæ apud illos erãt in occultis prohibere cupiebat, sicut hecatẽ aliasq; dæmonũ formas, quæ Apostolus spiritualia nequitiæ in cælestib⁹ vocat, Ephe. vj. b. de quib⁹ fortè dicitur: *Inebriatus est gladius meus in cælo.* Esa. xxxiiij. a. His enim formis & similitudinibus inuocabãt dæmonia ad repellenda vel vitanda mala. Sciẽdum tamẽ quia cùm decreueris hoc seruare mãdatum, & habere vnũ tãtùm Deum & dominũ, hoc est bellũ denuntiare omnibus aliis quib⁹ in baptismo renũtiasti, solũ Doum cõfitens patrẽ & filium & spiritũsanctũ. Sed hoc cõfitentes nisi toto corde diligam⁹ dominũ Deum nostrũ, tota anima, tota virtute ei adhærẽtes, non sumus effecti pars domini, sed in cõfinio positi illos patimur offensos quos fugimus, & ad quẽ fugimus, propitiũ non efficimus. quib⁹ propheta dicit: *Ve duplici animo*, Eccl 2. d. Et iterũ: *Vsquequo claudicatis vtroque pede* viij. Reg. xviij. d. Ab illis ergo quasi fugaces cædimur, & à domino nostro quasi instabiles nõ defendimur vnde Hier. iiij. g. *Amatores tui inimici facti sunt tibi.* Multi sunt animæ amatores capti decore eius, cũ quib⁹ meretricata est, dicẽs Osee. ij. a. *Post amatores meos ibo qui dãt mihi vinũ meũ, &c.* Hos ofC fendit ꝛeurtia ad virũ prioré. nisi ergo tota fide permaneas cũ viro tuo, pro scelerib⁹ quæ cõmisisti, suspẽdẽ⁹ eos, omnes mot⁹ tuos, aspectus, & incessus notat, nil vltrà in te lasciuũ videre, nihil dis-D solutũ vel prodigũ potest. Si ergo acceptã gratiã negligis, & implicas te secularib⁹ negotiis, continuò immũdus spiritus redit cũ Matth. 12. d. septẽ nequioribus, ne iterũ expelli possit, & fiũt nouissima peiora priorib⁹. Nulla ergo societas tẽplo Dei cũ idolis. Si Dei sum⁹, tales esse debemus in quib⁹ habitet & inãbulet Deus. vnde Esa. lij. c. *Qui portatis vasa domini, exite, & immũdũ nolite tãgere, & ego recipiam vos, &c.* dicit ergo: *Non erũt tibi dij alij præter me.*

✻ TERTVL. Proinde & simillitudinẽ vetãs fieri omniũ, quæ in cælo & in terra, & in aquis, ostendit & causas idololatriæ, scilicet substãtiam cohibentes, subiicit enim. *Non adorabitis ea, neque seruietis illis.* Serpentes autem ænei effigies, postea præcepta Mosi à Dño, non ad idololatriæ titulũ pertinebat, sed ad remediandos eos, qui à serpẽtibus infestabãtur. Et taceo de figura remedij. Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arcæ figuratũ exemplũ, certè simplex ornamentũ accõmodata suggestũ, lõgè diuersas habẽdo causas ab idololatriæ cõditiõe, ob quã similitudo prohibetur, nõ videntur similitudinũ prohibitarum legi refragari, non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur.

✻ CLEMENS ALEXAN. Nõ esse gestãdos annulos neq; deorũ imagines esse eis insculpẽdas, præcipit pythagoras, sicut Moses multis antè secul⁹is legẽ sanxit, nullã oportere sculptilẽ vel fusilem vel fictã vel pictã imaginẽ simulacrũm vefacere, vt sensilia minimè attẽderemus, sed ad ea trãsiremus quæ percipiũtur intelligẽtia. Vt Dei enim maiestas vilis & contẽpta reddatur, efficit q̃ est in prõptu vidẽdi cõsuetudo: & quæ intelligẽtia pcipitur essentiã colere per materiã, est eã per sensum vilipẽdere. Quocirca Ægyptiorũ quoq; sacerdotum sapientissimi, Mineruæ ædẽ sub dio esse cõstituerunt, vt Hebræi qui tẽplum posuerũt absq, imagine.

✻ GREG. Præterea indico dudũ ad nos peruenisse quod fraternitas vestra quosdam imaginũ adoratores aspiciens, easdẽ ecclesiæ imagines cõfregit atq; proiecit. Et quidẽ zelum vos ne quid manu factũ adorari possit, habuisse laudamus, sed frãgere eas dem imagines non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur, vt hi qui literas nescĩũt, saltẽ in parietibus videndo legũt, quæ in codicib⁹ legere non valẽt. Tua igitur fraternitas & illas seruare, & ab earum adoratu populũ prohibere debuit, quatenus & literatum nescij haberẽt, vnde scientiã historiæ colligerent, & populus in picturæ adoratione minime peccaret.

✻ DAMASCENVS. Quia nõnulli nobis exprobrant, qđ adoram⁹ & veneramur saluatoris nostri & reginæ nostræ Deiparę imaginem & reliquiorũ sanctorũ, audiẽ qđ à principio Deus hominem ad suã imaginẽ fecerit. Cuius igitur gratia inuicẽ adoram⁹, nisi quod ad imaginẽ Dei facti sumus. Nã vt inquit magnus Basilius, imaginis honor ad exẽplaris trãsfertur honorem. Exẽplar autem est quod imaginẽ efformat, & ex quo quod deducitur, sit. Cuius gratia Mosaicus popul⁹ tabernaculũ in circuitu adorabat, imaginem & formã gerens cœlestiũ, magis autem & totius creaturæ. Diuina autẽ scriptura accusat adorãtes sculptilia, ac etiã sacrificantes dæmonibus. Insipientiæ igitur & extremæ impietatis est, figurare diuinitatẽ. Hinc in antiquo testamento tritus nõ fuit imaginũ vsus. At verò posteaquam Deus homo factus est, non vt Abrahæ visus est in specie hominis. nõ vt Prophetis, sed secundũ substãtiã veracitor homo factus est, diuersat⁹ in terra, & cũ hominibus cõuersatus est, miracula operatus est, &c. Et hæc omnia secundũ veritatem gesta sunt, & scripta ob memoriã & doctrinã nostrã sunt, cũ præsentes non essemus, vt, cũ non viderimus. audientes & credentes adipiscamur beatitudinem Dei. Et quia non omnes literas norunt, neque lectioni incumbunt, patres nostri consenserunt. velut quædam trophæa hæc in imaginibus representare ob promptam memoriam.

✻ EX SEXTA SYNODO. Venerabiles imagines Christiani nõ Deos appellãt, neq; seruiunt eis vt diis, neq; spẽ salutis ponũt in eis, neq; ab eis expectant futurum iudicium, sed ad imitationem & recordationem primitiuorum venerantur eas & adorant, sed non seruiunt eis cultu diuino.

b *Non adorabis, &c.* Aliud est colere, aliud adorare. Potest quis inuitus adorare vel adulãdo regibus idololatris vel tormẽtis vi-
☞ ctus, F

Lib. 2. cõtra Marcionem.

Aduers⁹ eos qui imagines damnãt.

Lib. 5. stromatum.

Lib. 7 regũ cap. 109.

Libr 4. defi. de cap. 17.

Adorare.

☞ ctus, cùm sciat quia idolũ nil est, Colere verò est toto his affectu
A & studio mancipari. Vtrumque ergo resecat, vt nec affectu colas,
Colere nec specie adores.

a *Ego sum dominus, &c.* Vide benignitatẽ Dei, vt nos doceat & perfectos faciat, fragilitatem humanorũ affectuum non recusat, omnia agit & patitur propter nos, notis & vsitatis nobis loquitur affectibus.

a ¶ Non ferens animam mihi sponsatam aliqua suspicione notari.
a ¶ Postquam peccatum enim dicit: Audi filia & vid. & in. au. &c. Psalm. 44. c. tanquam misericors pater & medicus:

b ORIGENES. Omnis mulier aut sub viro est, & subiecta est legib⁹ viri, Eph. v. c. aut meretrix est, & vtitur libertate peccãdi. qui ingreditur ad meretricem, scit q; ad prostitutam, & cũctis patentem ingressus est, ideo de aliis indignari non potest. Qui legitimo vtitur matrimonio, non patitur vxorẽ peccare: sed accẽditur zelo ad seruãdam castitatem matrimonij, vt possit legitimus fieri pater. Sic omnis anima aut prostituta est cũ dæmonibus, & habet plures amatores vt intrẽt ad eam, modò spiritus fornicationis. modò auaritia: post hunc venient spiritus superbiæ, & alij plurimi. Alter tamẽ alteri non inuidet nec zelotypia mouetur, sed se se inuicem inuitant. Vnde *addacit secum alios*
B *septẽ spiritus nequiores se, &c.* Luc. xj Sic nullam zelotypiam amatorum suorũ patitur anima, quæ dæmonibus est prostituta. Si verò coniuncta fuerit viro legitimo. i. Christo, etiã si aliquando fuerit peccatrix, vltra eã peccare non patitur, nec ferre potest vt alludat adulteris, excitatur super eã zelus eius, & defendit coniugii castitatem. Si autem viderit eã temerantem cõiugij iura, & occasionem quærere peccandi, dat ei libellum repudij. vnde Esa. l. a. *Propter iniquitates vest. as dimisit matrem vestr. am.* Hæc qui loquitur & zelans est & zelo commotus hoc dicit. Est etiam nouũ genus hoc bonitatis eius, vt etiam post adulteriũ reuertentẽ & toto corde pœnitentẽ suscipiat. Vnde. *Nũquid mulier si exierit à viro, &*
Hieremi 3. a. *dormierit cum alio viro, reuertẽs reuertetur ad virũ suũ? &c.* Et alibi. *Et postquam fornicata es in his omnibus*, dixit: *Reuertere, &c.* hîc ergo Deus zelans si requirit & desiderat animã tuam sibi adhærere, si seruat, corripit & indignatur vt lut zelotypia quadã ergate vsus, spem tibi esse salutis agnosce. Si verò correptionem contemnis,
Ezec. 16. c. discedit à te zelus eius secundũ illud: *Propterea discedat zelus meus*
Hiere. 6 f. *à te, &c.* Vide misericordiam & pietatem Dei, quando vult mise-
Heb. 12. b. reri, indignari se dicit & irasci: sicut per Hieremiam dicit: *Dolore & flagello castigaberis Hierusalem, vt non alienetur anima mea à te. Flagellat enim omnem filium quem recipit.* hoc autem terribile, hoc
C extremum, si non corripimur pro peccatis. Cum enim modum peccandi excedimus, auferetur à nobis etiam zelus, Dei, nec vltrà irascitur.

Vbi supra.

b ¶ Diaboli & angelorum eius. b ¶ Non in partes qui correctione. ¶ Eos sicut suggerente diabolo & angelis eius peccaueruat c ¶ Quia peccantibus hominibus, socij afficiuntur.

Ego sum dñus Deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatẽ, patrum in filios in tertiã & quartã generationẽ eorũ qui
a ¶ Quia correctione non indigent, qui diligunt non enim peccãt. b ¶ In omnes. ¶ Finitum pro infinito.
c ¶ Non qui oderunt. d ¶ Si quis diligit me, sermonem meum seruabit Ioh 14. c. Et perfecta charitas foras mittit timorem. 1 Iohan. 4 d.
oderunt me, & faciẽs misericordiã in milia his qui diligunt

✻ DIODOR. Quasi dicat, idololatræ in Ægypto fuistis contagiõe eius regionis, nunc verò longus ab eorum superstitione seiuncti, si cultũ Dei rursum trãsferet s ad creata, vestrorum parentum reatus superinducam vobis, & eius cõtumaciæ diguas pœnas persoluetis. Nullus est vobis locus excusationis, qui multus fuerat apud illos. Hoc igitur edictum non vtique est vniuersale, sed iis tantum præscribitur, qui ex Ægyptiorum manibus vindicati beneficia Dei dissimularent.

Ex Cathena Græca in Exod.

b *Visitans iniquitatem, &c.* ORIG. Reddens peccata patrum in filios, &c. Aiunt hæretici, quòd non boni Dei sermo sit, qui pro peccatis alterius alterum dicat plecti, Deum tamen legis iustum dicunt. Nec possunt ostendere quomodo iniustus sit, si alium alio peccante punit. Sed interior homo noster aut dicit habere Deum patrem, si secundum Deum viuit aut diabolum, si voluntatem illius facit. vnde Iohan. viij. f. *Vos de patre*
E *diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis.* Sicut ergo semen Dei in nobis est, cùm verbum Dei seruamus non peccamus, secundum illud. j Iohan. iij. b *Qui ex Deo est, non peccat: quia semen Dei manet in eo:* ita cùm à diabolo suademur ad peccandum, semen eius suscipimus, cùm facimus quod suadet, iam genuit nos. Nascimur enim eius filij per peccatum. Sed quia fere sine adiutorio non peccamus, sicut adulterium nemo solus committit, necesse est adulteram consortem fieri, & si non plures, necesse est aliquem vel aliquam ministerio sceleris adiungi: qui omnes velut vnus ex altero secundum persuasionis ordinem, generari ex diabolo progeniem ducunt: Velut in traditione domini diabolus intrauit in cor Iudæ, & primum filium peccati genuit, qui solus hoc facere non potuit. abiit ergo ad Scribas & Pharisæos & Pontifices. Nascitur ergo ex Iuda generatio tertia & quarta peccati. Videamus ergo quomodo peccata patrum reddit Deus in filios in tertiam & quartam progeniem, & non in ipso. De patribus enim nihil dicitur. Diabolus ergo quia iam peccandi modum excessit, tanquam vestimentum concretum in sanguine non erit mundus in hoc seculo: non flagellatur pro peccato: omnia enim ei seruantur in futurum. vnde Matth. viij. d. *Quid venisti ante tempus torquere nos?* Reddunturautem peccata in filios, quos genuit per peccatum, qui in carne positi flagellantur: quia *non vult Deus mortem peccatoris,*
F *sed vt magis conuertatur & viuat:* Ezechiel. xxxiij. c. Misericors ergo reddit peccata patrum in filios, quia diabolus & angeli eius, qui etiam peccati patres efficiuntur: indigni sunt quòd in præsenti corripiantur filij eorum: & qui per ipsos ad societatem peccati ascisi sunt, & recipiunt in præsenti quod gesserunt, vt purgati: diabolo in pœna socij non efficiantur. Vnde Psalmo. lxxxviij. c. *Visitabo in virga iniquitates eorũ & in misericordiam autem meam non auferam ab eis* Deus enim zelans est, & animam quam sibi despondet in fide, non vult in contaminatione peccati permanere: sed citò purgari. Si autem noluerit purgari, in interitu eorum ridebit, dicens eis Matth xxv. d. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, &c.* Sciamus ergo nos in præsenti corripi, vt in futuro quicscamus. Vnde cum castigamur, à domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.

Vbi supra. Quomodo Deus pecca ta patrum imputat filiis.

Ibidem.

IDEM. In hoc sermone solent nos hæretici suggillare, quòd
☞ non

✻ 1 Non facies, &c. *Quod fit per dolaturã in ligno vel lapide vel aliys quæ sculpi possunt, nec aliquam similitudinem per mensuram vel picturam vel quocunque alio modo.* 2 Neque, &c. *Id est, rei quæ est in cælo, quia aliqui impẽdebam cultũ latriæ solis, & lunæ, & syderibus.* 3 Et quæ &c. *Quia aliqui colebant bestias: vt suprà dictum est de Ægyptijs. viij. cap.* 4 Nec eorum, &c. *Quia idolum Dagon quod colebatur à Philisteis, habebat caput piscis, ideo vocatur Dagon: quia Dag piscem significat in Hebræo.* 5 Non adorabis, &c. *Ita quòd finaliter structuram & culturam idolorum*
† *lorum generaliter prohibet, cuius causa subditur, cùm dicitur.*
1 Ego enim sum dominus, *& non alius.*
2 fortis zelotes. *Zelus proprie significat amorem viri ad vxorem, in qua non patitur alium communicare, & hoc modo dicitur Deus zelotes, qui. non vult, quòd homo fornicetur cum dijs alienis per idololatriam.*
3 Visitans iniquitatem patrum in filios. *Quod intelligitur dupliciter. Vno modo pœna tẽporali qua iustè puniuntur, & maximè à Deo filij pro iniquitate patrum, quia in hoc puniuntur patres. Ideo subditur*
4 In tertiam & quartam generationem. *Quia vsque ad tot generationes vident aliquando mali homines pueros ex eis exeuntes. Alio modo de pœna æterna, qua infligitur filio pro iniquitate patris, in quantum est imitator paterni sceleris, ideo subditur*, Vsque ad tertiam & quartam generationem, *quia sicut dictum est, aliquando mali homines vident filios suos vsque ad tot generationes: & sic informant eos suis malis exemplis, vt illis imitentur quod viderunt in patribus.*
5 Et faciens miser. &c. *Quia magis prolongatur eius misericordia & bonitas. dando bona filijs pro bonitate patrum quam eius iustitia in puniendo filios pro malitia patrum. Hebræi dicunt quòd in prædictis sunt duo precepta, ita q; primum incipit ibi.* Ego sum dominus Deus tuus: *per quod præcipitur affirmatiue q; ille habeatur pro vero Deo, qui eduxit filios Israël de Ægypto in tot signis mirabilibus. Secundũ in-*

Universidad de Navarra Biblioteca

non sit bonũ Dei sermo, qui pro peccatis alterius alium iudicat
A Sed qui Deum legis mandantem hæc, dicent non bonum, iustum tamen dicunt. Nec ipsi quidem possunt ostendere, quomodo iustitiæ videatur conuenire, si alio peccante alius puniatur.

ISIDORVS. Primum mãdatum prohibet sorreptionem, Secundum errorem, Tertium interficit fenebri amorem, Quartum impietatẽ, Quintum crudelitatem, Sextum fornicationem, Septimum rapacitatem, Octauum perimit falsitatem, Nonum mundi cupiditatem, Decimum adulterij † cognitionem.

Et notandũ, quòd sicut decẽ plagis percutiuntur Ægyptij, sic decem præceptis scribuntur tabulæ, quibus populus Dei regatur & dæmones occidantur. In duabus enim tabulis scripta est lex propter duo testamenta significanda, vel quia sunt præcepta duo dilectionis Dei & proximi. *In quibus tota lex pendet & prophetæ:* Matth. xxij. d. In vna enim tria præcepta, quæ ad dilectionem Dei pertinent. In altera verò septem, quæ ad societatem proximi. Lapideæ verò fuerunt tabulæ, quia cor Iudæorum erat lapideum, & insensibile, durum & stolidum. vnde Ezechiel xxxvj.æ. *Auferam cor lapideum, & dabo eis cor carneum.* Et Apostolus ait. ij. cor. iij. a. *Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus quæ sentiant & intelligant.*

a *Non assumes nomen Dei, &c.* ✲ RVPERTVS. Quia assumere nomen Dei in vanum (quod poëtæ faciunt) vel reuerentia dignum non æstimare, vbicunque nomen domini fuerit inuocatum, dilectioni Dei omnino est aduersum, ideò ait, *Non assumes, &c.*

✲ CHRYSOSTOMVS. Nescitis quid sit Deus, & quali debeat ore vocari? Quod si de quopiam studioso quidem viro loquamur, dicimus, os tuum ablue & ita commemora. Nunc verò nomen super omne nomen venerandum, quod audientes dæmones horrent, temeratiè circunferimus?

✲ THEODORETVS. Quidam intelliguntur his verbis prohiC beri, ne diuinum nomen idolis ascribatur, quidam verò non peierandum esse. Ego autem existimarim legem diuinam iubere, ne diuinum nomen nominetur, præterquam aut doctrinæ causa, aut precationis, aut alicuius necessitatis. Non enim desunt, qui in risu ac iocis nomen illud proferre non vereantur. Et enim si vestem paulò pretiosiorem in festos dies multi adseruare consueuerunt, multo magis diuinũ nomẽ precationibus, doctrinæ consecrandum erit.

a b *Memento vt diem sabbathi sanctifices.*

✲ THEODORET. Quamobrem Sabbatum quiete nobilitauit: Humanitatis laude populum insignire voluit. Sequitur enim vt requiescat seruus, ancilla, bos. Sed cur Sabbato potius quam alio die. Ne tu mihi quæ nonnulli dictitant nebulones, Mosem eadem quæ de Saturno dicuntur, præcepisse populo, & circunsectionem & sabbati diem, quanquam si in alium diem hoc transtulisset, eandem maleuolis ansam calumniæ dedisset. Nullus est dies quem non appellatione dæmonum compellent, sed Saturni dissectio fuit non circunsio. Et habet Sabbathũ apud nos peculiares causas quietis.

✲ DIODORVS. Duæ rationes sunt obseruationis sabbathi, prima, vt requiescat seruus, &c. Secunda, quia sex diebus fecit cœlum & terram.

✲ TERTVLLIA. Sic in cæteris contrarietates præceptorum Deo exprobras, prohib ẽti sabbathis operari & iubenti arcã circumferri. Nec sabbati inspicis legem. Siquidem *fix*, inquit, *diebus operare, & facies omnia opera tua* Septima autem die non facies omne opus. Quod? vtique tuum. consequens enim erat, vt ea opera sabbato auferret, quæ sex diebus supra indixerat, tua scilicet, id est, humana & quotidiana.

✲ AVGVSTINVS. Sermon. 201. de tempore. Sic quoque sanctificamus ritè sabbatum dicente domino, *Omne opus non facietis in eo.* Veniat ergo cuicunque possibile sit, ad vesperas tinam atque nocturnam celebrationem, & oret ibi in conuentu ecclesiæ pro peccatis suis Deum. Qui verò hoc non possit, saltem in domo sua oret, & non negligat soluere votum, ac reddere pensum seruitutis.

Honora

a ¶ Iurando pro nihilo nomen domini. ¶ Christum putando tantum esse creaturam.

me, & custodiunt præcepta mea. † Non assumẽs nomen do- a
¶ Etsi homines habeant. ¶ Iudex iustus.

mini Dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem dominus eum, qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra.

¶ Tertium mandatum pertinens ad spiritum sanctum cuius dono requies æterna promittitur & sanctificatio perficitur.

b ¶ Sex millibus annorum quibus laboratur.

Mẽmento vt diem sabbathi sanctifices. † Sex diebus ope- b
¶ In requie beati regni. De sabbatho Iudæorum dicitur. Sabbatha vestra odit anima mea. Esa. 1. d.

raberis, & facies omnia opera tua: Septimo autem die sab-
¶ Quia post hanc vitam vera requies.

bathum domini Dei tui est. Non facies omne opus in eo, tu
a ¶ Carnalis & spiritualis, nullus sexus excluditur, nulla ætas nec vlla conditio. ¶ Idiota.

& filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum
a ¶ Qui nouiter accessit ad legem. b ¶ Septa ecclesiæ. c ¶ Significans quia in periectione senarij sunt nobis opera facienda vt postea fruamur requie æterna.

tuum, & aduẽna qui est intra portas tuas. † Sex enim diebus
a ¶ Ad literam vel spiritualiter.

fecit Deus cælum, & terram, & mare, & omnia, quæ in
¶ In nobis. a ¶ Quia benedicet nobis perfecte cum requiem æternam dederit.

eis sunt: & requieuit die septimo: Idcirco benedixit dominus

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *cipit ibi:* Non habebis deos alienos, &c. *in quo prohibetur negatiue vel cultus latria alteri impendatur.*

1 Non assumes, &c. *Hic prohibetur falsa iuratio: & etiam illa quæ est sine causa debita, quia per vtramque fit irreuerentia ipsi Deo assumendo nomen eius, ad confirmationem falsitatis vel frustra. Dicunt autem aliqui Hebræi, quod etiam hic prohibetur prolatio nominis domini tetragrammaton indebita. Solum enim erat licita sacerdotibus non vbique, sed solum in templo quando benedicebant populum, & non alias. Causa autem huius prohibitionis subditur cum dicitur.*

2 Nec enim habebit insontem dominus. *Id est, innocentem vel sine pœna euadentem.*

3 Memento vt diem sabba. &c. *Postquam remouit impedimenta cultus diuini scilicet idololatriam per primum præceptum, & irreuerentiam diuini nominis per secundum: hic consequenter dat præceptum de cultu debito ipsi Deo exhibendo, & patet ordo, quia prius sunt remouenda impedimenta alicuius rei instituendæ quam instituatur. Dicit igitur:* Memento. *Dicunt Hebræi quòd hoc ponitur in principio huius præcepti, quia in omni re pretiosa debet homo habere memoriam de sabbatho, vt habeat nouam vestem vel iocale pulchrum vel aliquid huiusmodi, debet expectare diem sabbathi, vt primò tunc vtatur ipso.*

4 Vt diem sabbathi sanctifices *Id est, diuino cultui totaliter applices diuinis beneficijs meditando & gratias exhibendo.*

5 Sex diebus operaberis. *Illa quæ sunt necessaria pro vita humana sustentanda.*

6 Septimo autem die, &c. *Quia etiam illa quæ erant necessaria pro victu non erat licitum coquere vel parare, vt dictum est supra xvj. cap. licitum tamen erat operari, illa quæ non poterant bono modo differri nec anticipari die præcedenti. sicut animalia adaquare, & pabulum eis præbere, & in casualibus remedium adhibere, quando non poterant bono modo differt: sicut bouem in foueam lapsum inde leuare, & similia. Et hoc modo Machabæi pugnauerunt contra inuadentem eos die sabbathi: vt habetur j. Mach. ij. cap.*

7 Tu & filius tuus, &c. *Non loquitur de adultis qui iam sciebant legem sabbathi: quia prohibiti sunt simul cum parentibus: sed hoc additur pro pueris ignorantibus legẽ qui non debebant permitti à parentibus aliquid operari in die sabbathi. vt accendere ignẽ, vel extinguere lampades, & huiusmodi, vt dicit R. Salomo.*

8 Seruus & ancilla tua. *Intelligitur hoc de illis qui non erant Iudæi, quia per præcedentia seruus & ancilla de gente Iudæorum erant prohibiti.*

9 Iumentum tuum. *Quia non erat eis licitum conducere vel accõmodare Gentili ad opus suum faciendum, sed dimittebatur simpliciter quiescere & resici pabulo conuenienti.*

10 Et aduena. *Iste est Gentilis conuersus ad ritum Iudæorum, qui similis modo tenebatur obseruare sabbathum.*

11 Sex enim diebus, &c. *Hoc inducitur tanquam causa & ratio huius prædicti mandati: & patet litera.*

Circa istud præceptum quod ego exposui secundum intentionẽ Hebræorum, quibus fuit primò datum, cõsiderandum quòd partim est morale, & partim ceremoniale. Morale est enim quantum ad hoc q̃ homo tenetur vacare diuinis: Ceremoniale est, quãtum ad determinationem temporis, quia requies diei sabbathi figurabat requiem domini in sepulchro, in quo iacuit per totam diem naturalẽ sabbati. & quia ceremonia legis veteris cessãt adueniente veritate euangelij, ideo in noua lege non obseruatur dies sabbathi, quia est determinatio temporis, sed

✲ *loco*

a *Honora patrem, &c.* Hoc est primum septẽ mandatorum quæ
A pertinent ad proximum. Bene autem septem sunt. Septenarius enim ex ternario constat & quaternario. Ternarius verò animæ congruit, quæ est irascibilis, concupiscibilis, & rationalis. Quaternarius corpori.

Epist. ad Gerontiam. ✲ HIERON. Honor in præsentiatum, vel pro cleemosyna accipitur, vt illud, *Honora patrem tuum*, non in verborum sono, qui inopiam parentũ cassa potest adulatione

† 86. dist. cæterum. frustrari, sed in victus necessariis ministrãdis debet intelligi. d

✲ AVGVSTINVS. Huic loco, illum Euangelij locum Manichæi dicunt esse contrarium, vbi dominus cuidam dicenti, *Ibo primum vt sepeliam patrem*, respondit, *Sine vt mortua mortuos sepeliant, tu autem veni & annuncia regnum Dei*, Quod eodem modo soluitur, quo illud superius, vbi de vxore relinquenda dictũ est, propter regnum cœlorum, quia & parentes honorare debemus, & eos tamen propter annunciationem regni Dei, nulla impietate contemnimus. Ex quo manifestum est, honorem parentum in gradu suo esse seruandum, & eos tamen in diuini amoris comparatione, præsertim si impedimẽto sunt, nullla dubitatione oportere contemni.

Quæst. 61. in Exod. b *Non occides, &c.* AVGVST. Et quòd dictum est, *non occides.* Non putandum est fieri contra hoc præceptum quòd lex occidit, vel occidi aliquem Deus iubet. Ille enim facit qui iubet quod ministrum negare non licet.

In Hieremiã cap. 22. ✲ HIERON. Homicidas & sacrilegos & venenarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium.

Vbi suprà. c *Non mœchaberis.* AVGVSTIN. Quæritur quoque quomodo differat *non mœchaberis* ab eo quod paulo post dicitur: *Non concupisces vxorem proximi tui.* In eo enim quod dictum est, *non mœchaberis*, poterat & illud intelligi, nisi forte in illis duobus præceptis non mœchandi & non furandi ipsa opera notata sint. In his vero extremis concupiscentia ipsa quæ tantum differunt, vt aliquando mœchetur qui non concupiscit vxorem proximi: cùm aliqua alia causa ipsi miscentur. Aliquãdo verò concupiscat nec ei misceatur pœnam timens: & hoc fortasse lex ostẽdere voluit, quòd vtraque peccata sunt.

AVGVST. Item quæri solet vtrũ nomine mœchiæ etiam fornicatio

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *loco eius obseruatur dies dominica, & etiam propter memoriam dominicæ resurrectionis die dominica factæ. Et quia opus peccati est maximè seruile. scilicet seruitute diaboli, & maximè impedit vacare diuinis, ideo maximè intelligitur esse prohibitum per dictum præceptũ, ita q̃ qui adulteratur illa die est transgressor duplicis præcepti. s. mœchiæ, & diei sabbathi: quod non intelligebant Iudæi, vnde dicit August. lib. de decem chordis. Melius faceret Iudæus in agro suo aliquid vtile quam in theatro seditiosus existeret, & melius fœminæ eorum die sabbathi lanam facerent, quam tota die in neominijs suis impudicè saltarent.*

Sciendum tamen, quod non obseruatur cum tanto rigore vacatio ab operibus manualibus sicut in vete. de. quia possunt parari cibaria, & aliqua alia fieri die dominica, quæ non erant licita in sabbatho quia illa vacatio partim figuralis erat sicut totus ille status. j. Corint. x. c. Omnia in figura contingebant illis. *A figura enim quantumcunque modico subtracto mutatur tota significatio sicut vna litera subtracta ab hoc nomine lapis, mutatur tota significatio. Circa verò totam rem ipsam lapidis possunt aliqua addi & subtrahi absque mutatione substantiæ.*

Cessatio ab operã nõ ita rigidè seruatur nunc vt in veteri lege.

1 Honora patrem tuum. *Hic consequenter ponuntur præcepta ordinantia ad proximum, & primò ponitur præceptum circa operationẽ boni, cum dicitur:* Honora patrem tuum, *quia intelligitur non solum quantum ad necessaria vitæ sustinendi. Et secundum doctores nostros nomine parentum intelligitur omnis proximus in necessitate positus cui est prouidendum. Vnde dicit August. P. ascæ fame morientem: si non pauisti, occidisti. Verumtamen exprimuntur hic parentes tantum. quia ista decem præcepta sunt quasi quædam conclusiones immediatæ sequentes ex principijs iuris naturalis, quæ statim capiuntur etiam à parum intelligentibus: & talia erant proponẽda toti populo in communi, cui proposita sunt ista decem præcepta. Illa autem quæ subintelliguntur quasi conclusiones quædam magis remota, explanata fuerunt in aliis præceptis, quæ sunt quasi quædam determinationes decem præceptorũ: quia omnia ceremonialia reducuntur ad præceptum de obseruatione sabbathi, & omnia iudicialia & moralia ad alia præcepta. Ordinatur autem*

Parentes quomodo honorandi sunt.

Honorã

a ¶ Primum est hoc in altera tabula, vt filij honorent parentes officio pietatis. nam qui parentibus honorem non defert, quibus parere potest?

diei sabbathi, & sanctificauit eũ. † Hõnora patrẽ tuũ & matrẽ
a ¶ Viuentium vel præsentem.

tuã: vt sis lõgæuus super terrã, quã dominus Deus tuus dabit
a ¶ Manu, vel mente: vel subtrahendo auxilium vel consilium vitæ ei cui potes vel debes dare.
¶ Iudex non occidit reum, sed lex quã iubet. b ¶ Id est ne cuilibet misceatis excepto fœdere matrimonij. per partem enim totum vult intelligi.
c ¶ Quamlibet rei vsurpationem, quod vitium est rapacitatis.

b tibi. † Nõn occides. Nõn mœchaberis. † Nõn furtum facies.

tum potest ad vtrumque referri, sicut non occides, non furaberis, & alia quæ similiter: non expresso vno sexu vtrique sonare videntur communiter: quia honoratior exprimitur, id est, masculinus. Ac per hoc fœmina mœchata est habens virum concumbẽdo cum eo qui vir eius non est, etiam si ille non habeat vxorem. Vir quoq; mœchus est, concumbẽdo cum ea, quæ vxor eius non est etiam si illa non habet virum. Sed vtrum si faciat vir qui vxorem non habeat cum fœmina quæ virum non habet, ambo præcepti huius transgressione teneãtur marito quæritur. Si enim nõ teneturnon est prohibita in decalogo fornicatio, sed sola mœchia id est, adulterium, quãuis omnis mœchia fornicatio sit. Vndo quicunque dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis facit eam mœchari. Hîc enim fornicationem appellauit, si oũ alio peccet quę virum habet, quòd est mœchia. i. adulterium. Sed vtrũ omnis fornicatio mœchia dici possit in scripturis, non mihi occurrit locutionis exemplum. Sed si non omnis fornicatio mœchia dici potest, vbi sit in decalogo prohibita fornicatio, quã faciunt viri qui vxores non habent, cum fœminis quæ viros vel maritos non habent, vtrum inueniri possit, ignoro. Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ. Nõ enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit. Sed à parte totum intelligi voluit, quicquid illicitè rerum proximi aufertur. Et nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi.

d *Non furtum facies, &c.* AVGVST. Sed rursum quæritur, quo differat, *non furtum facias*, ab eo quod paulo post dicitur de non concupiscendis rebus proximi. Non quod omnis qui concupiscit rem proximi furatur: Sed omnis qui furatur, rem proximi

concu-

Quæstio inter fornicationẽ & mœchiam.

1 Quæst. 71. ia pos.

† 23. q. 5. c. 1. &c. si non licet. 5. itẽ in sanctis. c. 45 si enim. 5 si ergo.

Mœchis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ concupiscit Poterat in illa generalitate, vbi de non cõcupiscen-
A da re proximi præcipitur, etiam illud quod ad furtum pertinet contineri.

a *Non loqueris contra proximum, &c.* AVGVST. In eo etiam q̃ dictum est: *Falsum testimonium nõ dices aduersus proximum tuum:* Vbi supra. Quæri solet vtrũ prohibitũ sit omne mendacium, ne fortè non in hoc præceptũ aduersus eos, qui dicũt tunc esse mentiendũ, b quando illud mendacium prodest alicui, & nil obest ei cui mentiris. Tale enim non est aduersus proximum tuum; vt ideo hoc videatur addidisse scriptura, quæ posset breuiter dicere, *falsum testimoniũ non dices:* sicut *non occides:* Psal. 5.a. *non mœchaberis: non furaberis.* Sed hinc magna quæstio est, nec citò explicari potest, quomodo accipiendum sit: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium:* &, *Noli velle mentiri omne mendacium* & huiusmodi. Ecclesi. 7.b.

† 32 q.c. meretrices. & q.6.c. nõ mœchaberis. 23 q 7.c. fidẽ rebus.

Lib. de decẽ chordis.

b *Non concupisces, &c.* ✻ AVGVST. Duo sunt præcepta. Per non concupiscẽtiam domus, serui, ancillæ, & cętera, damnat ambitionem seculi & restrænat concupiscentiam rerum. Per alterum, videlicet non concupiscentiam vxoris, vetat intentionem adulterinæ cogitationis. Aliud enim est non facere aliquid tale præter vxorem, aliud non appetere alienam vxorem. Ideò duo præcepta sunt, *Non mœchaberis, & non concupisces vxorem proximi tui.*

Lib Examẽ Hom. 11. BASILIVS. Si quando, ad concupiscentiã aliquã inhiaueris, cogita quomodo hinc sis decessurus. Si cogitaueris quod dissoluendus es in terram, cessabit insana concupiscentia. Terra es, & in terram ibis. Recordare quod breui salientia illa & inflammata membra, aut ipsa quæ nunc est carnis concupiscentia, non erit, membris dissolutis, & in terram redactis:

Quæst. 71. in Exod. Videre vocem.

c *Cunctus autem populus videbat voces, &c.* AVGVSTINVS. C Solet quæri quomodo populus videbat vocem, cum vox non ad visum sed ad auditum pertinere videatur. Sic videre, solet D pro generali sensu corporis & animæ poni. vnde Genes. xlij. a. *Cum vidisset Iacob, quia sunt escæ Ægypto:* vnde scilicet absens erat: quamuis nonnulli videre vocem nil aliud esse quàm intelligere putauerunt, qui visus mentis est. Cùm vero hic breuiter dicendum esset, quod populus audiebat vocem, & lampades, & vocem tubæ, & montem fumãtem, quæstio maior oritur, quomodo audiebat lampades & montem fumantem, quod pertinet ad sensum videdi: Nisi quis dicat nec tam breuiter dicendum fuisse, vt non totum diceretur, audiebat vocem & videbat lampades, & audiebat vocem tubæ, & videbat montem fumantem. Duo enim genera vocis erant, & de nubibus, sicut tonitrua & tuba: si tamen ipsam dixit vocem quæ de nubibus edebatur, ac per hoc melius in his quæ ad sensum audiendi pertinebant, generalis sensus est positus. i. videndi: cum breuiter totum vellet scriptura complecti, quàm vt in his quæ pertinent ad sensum videndi subintelligeretur auditus, quo more nos non loqui solemus. Nam vide quid sonet, solemus dicere: audi quid luceat, non solemus dicere.

✻ RVPERTVS. *Cunctus populus videbat voces,* id est, intelligebat, sed eum qui voces formabat, Deum non videbat. Nec verò lampades tantum micantes, sed & montem fumantem videbat, quia videlicet non erat in omnibus integritas fidei, vel perfectio timoris domini, quia Moses perfectus fuit, & idcircò flammam in rubo sine fumo vidit. Libr. 3 in Exod. cap. 13.

d *Loquere tu nobis, &c.* AVGVSTINVS. Significatur ad vetus testamẽtum timorem potius pertinere sicut ad nouum dilectionem, quãuis in veteri nouũ lateat, & in nouo vetus pateat: Quomodo autem tali populo tribuatur videre vocem Dei si hoc accipiendum est intelligere, cùm sibi loqui Deũ timeant, ne moriantur non satis elucet. Quæst. 74.

☞ *Nolite*

¶ Quod est crimen mendacij & falsitatis.

a Non loqueris contra proximum tuum falsum testimo-
a ¶ Etiam voluntatem adulterandi vetat, aliud est enim facere, aliud desiderare. vnde duo præcepta sunt, non mœchaberis, & non concupisces domũ proximi tui.
nium. †Non concupisces domum proximi tui: Nèc desidera- 1
bis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, 3
non asinum, nec omnia quæ illius sunt. Cunctus autem po- 4
a ¶ Visus, quia primatum obtinet in sensibus, intermiscetur omnibus, sic enim dicimus, audi & vide, olfac & vide, palpa & vide. ¶ Nos quoque doctorum voces audientes oculum mentis dirigere debemus.
pulus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, mõ 5 6
tèmque fumantem: & perterriti ac pauore concussi stete- 7
a ¶ Quasi indigni accedere. ¶ Formam boni auditoris describit, qui, promittit se præcepta magistri auditurum & impleturum. b ¶ Quasi doce nos. c ¶ Id est obediemus
runt procùl, dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus. E 8 9

d

✻ *quod determinatur in iudicibus præceptis. Consequenter prohibetur nocumentum quod infertur verbo, cùm dicitur.*

1 Non loqueris &c. *Et secundum doctores nostros non solum intelligitur prohibitum falsum testimonium in iudicio, vt dicũt Hebræi: sed etiam extra iudicium, & omnis detractio & mendacium contra proximum. & quodcunque nocumentum quod potest inferri proximo verbo, dum tamen sit contra charitatem.*

2 Non concup. &c. *Vltimò ponuntur præcepta prohibentia concupiscentiam inordinatam respectu alienæ rei, & hæc nocumenta sunt in animo. & secũdũ doct. nostros sunt duo præcepta. Vnum quo prohibetur concupiscentia vxoris alterius, in quo secundum eos prohibetur omnis consensus in carnalem actum extra legem matrimonij, & hoc prohibetur cum dicitur:* Nec desiderabis eius vxorem. *Aliud quo prohibetur consensus accipiendi rem alterius quocunque modo indebito, cum dicitur:* Non concupisces domum proximi tui, &c. *& quod subditur.*

3 Non ancillam. *Non intelligitur de concupiscentia ad carnalem actum, quia ista est prohibita per præcedens præceptum, sed intelligitur de concupiscentia eius ad seruitium, quod est bonum vtile. Ratio autem quare duo præcepta ponuntur ad repressionem concupiscentiæ est, quia bonũ diuiditur per vtile & delectabile: ita quòd est alia ratio boni vtilis & delectabilis, ita quòd aliquando contingit vt aliquis habens pronitatem ad vnũ, non habeat pronitatem ad aliud, imo aliquando abominationem sicut aliquis concupiscit vxorem alterius, qui tamen non concupiscit alias res ipsius, quia abominatur furtum vel rapinam. & ideo ad reprimendam istam concupiscentiam duplicem, debuit assignare duplex præceptum. Hebræi autem dicunt, quòd est vnum præceptum tantum, quod necesse habent discere secundum prædicta, quia expressè habetur infrà, quòd in tabulis fuerunt scripta decem verba, quæ fuerunt decem præcepta data à Deo immediatè, Si autem de repressione concupiscentiæ essent duo præcepta, sequeretur secundum eos, quòd essent videcim præcepta: videlicet quatuor ordinantia Deum prout ipsi dicunt, vt patet ex prædictis, & septem ad proximum, propter quod sicut ipsi ponunt quatuor præcepta ordinantia ad Deum. vbi doctores nostri non ponunt nisi tria, vt prædictum est: sic erga proximum ponunt tantum sex, vbi doctores nostri ponunt septem. & ideo coniungunt duo vltima in vnum. Et ad hoc facit apparentialiter 2, quia sub eodem versu vtraque cõcupiscentia prohibetur. Non tamen variatur sententia, siue sit vnum siue duo præcepta, quãtum ad intellectum nostrum: sed variatur multum in hoc siue sit vnum siue duo præcepta intellectus Hebræorum: quia dicunt quòd per hoc non prohibetur concupiscẽtia nisi aliqualiter prorũpat in actus exteriores: sicut est cùm ex concupiscentia vxoris alienæ aliquis mouetur ad tangendum eam impudicè, vel solicitandũ eam verbis vel muneribus. Et secundum hoc dixerunt aliqui doctores nostri, q̃ lex vetus prohibebat manum & non animum, vt habetur in glo. super epistolam ad Philip. iij. Hoc etiam dicit Iosephus. xij. antiquitatum, improbans Polabium historiographum Persarum dicentem, quod Antiochus illustris miserabiliter mortuus fuit, eo q̃ voluit spoliare templum Dianæ, cõtra quem dicit sic Iosephus: Nam qui nullatenus egit peccatum, sed tantum cogitauit, nullo reatu tenetur, & ideo concludit ibidem, quòd mortuus fuit propter peccata quæ fecerat in Hierusalem. Sed dicere quòd actus interioris voluntatis nullus sit reatus, nisi aliquo modo prorumpat in actum, est multum irrationabile, cùm ratio peccati magis accipiatur à mala voluntate interiori, quàm ab actu exteriori. quia si nullo modo est voluntarium, nullo modo etiam est peccatum, vt patet in amentibus & pueris. Iosephus. Antiochus quare mortuus. Iosef. 8. f.

4 Cunctus autem populus. *Hic consequenter ponuntur præcepta data à Deo mediante Mose: quia populus non poterat amplius verba domini loquentis sustinere. & hoc est quod dicitur:* Cunctus autem populus videbat voces. *Hic accipitur videre pro audire. Sensus enim visus certior est auditu. & ideo quia verba domini penetrabant aures & corda eorum ita sensibiliter, quod sustinere non poterant: propter hoc vitur tali modo loquendi, scilicet visu pro auditu.*

5 Et lampades, *Id est micantia fulgura, vt dictum est cap. precedenti.*

6 Et perterriti ac pauore concussi, &c. *Propter signa terribilia quæ videbant.*

7 Steterunt procul. *Retrocedentes etiam à terminis constitutis.*

8 Loquere tu nobis. *Ea quæ dominus dicet tibi.*

9 Et audiemus. *Id est, obedimus tanquam Dei verbis.*

✻ Non

☞ a *Nolite timere, &c.* AVGVST. Sic illi cohibendi erant à peccatis, timendo scilicet, ne pœnas sensibiles paterentur, qui nondũ poterant amare iustitiam, & tentabantur à domino: vt apparerẽt cuiusmodi essent non vt Deo noti fierent, qualescunque essent, quem non latebat, sed vt inter se & sibimetipsis. Quæst. 74.

b *Stetit q̃ populus. &c.* GREG. In quibusdã locis scripturæ historia seruanda est, & allegoria. Et sæpe sola allegoria quærenda est, aliquãdo sola historia tenenda, vt tardiores pascantur per allegoriam. Vnde cũ populꝰ loquẽte Deo, lãpades sonitũ buccinæ, & montem fumanten cerneret, territus petiit: vt sibi per Mosen loquereturdo minus, & stetit dẽlõge. Moses accessit ad caliginem in qua erat Deus, quia populus non valet caliginem allegoriæ penetrare. valde enim paucorũ est spiritualem intellectum rimari. Quia enim mentes carnalium sola sæpe historia pascuntur, loquente Deo longè populus stetit. quia verò spirituales allegoriæ nubem penetrant: vt spiritualiter verba Dei cognoscant. Moses accessit ad caliginem, in qua erat Deus.

✻ GREGO. NYSSENVS. Quòd multitudo vocem illã audire non potuit, sed commisit Mosi, vt ipse per seipsum secreta illa perciperet, populumque postèa doceret, quæcunque diuina doctrina didicerit, id quoque in Ecclesia fierit otum videmus, non enim permittitur omnibus ad mysteriorum cognitionem seipsos intrudere, sed eligitur vnus à multis diuinarum rerum capax, cui cæteri auditum cum obedientia præbeant, illud sibi credendum dendumque faciendumque putantes, quod ab eo qui initiatus est, D audiuerint. Libr. de vita Mosis.

c *Non facietis deos, &c.* AVGVST. Repetitur quod in primo præcepto dictum est, & per argẽtea & aurea omnia simulacra intelliguntur. sicut in Psal. cxiij. b. *Simulacra gentium argentũ & aurum, & opera manuum hominum.* Quæst in Ex. 76.

a ¶ In die iudicij dicens: Ite maledicti, &c. b ¶ Cito potest continere. c ¶ Morte perpetua.

Nõ loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur. Et ait 1
a ¶ Vobis vel aliis: non sibi qui omnia nouit. b ¶ Per signa & mirabilia.
Moysi ad populũ: Nolite timere. Vt enim Probaret vos vẽ- 2
a ¶ Initium sapientiæ timor domini. b ¶ Sien amore saltem timor coerciti.
nit Deus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis. 3 4
a ¶ Vbi. s. expressibra signa fiebant quibus noscebatur Deus. Nam quomodo in nebula erat, cui exli cælorum non sufficiunt.
Stetitque populus delongé. Moyses autem accessit ad cãligi- 5
nem, in qua erat Deus. Dixit præterea dominus ad Moysen: 6
Hæc dices filiis Israël: Vos vidistis, q̃de cælo locutus† sim vo- 7 8
bis: Non facietis *deos argẽteos, nec deos aureos facietis vo-
a ¶ Id est fidem incarnationis filij mei habebitis. b ¶ Humanitate Christi. ¶ Fidem.
bis. Altãre de terrã facietis mihi, & offeretis super eo holo- 9 10 11 12 13
a ¶ Verum opera. b ¶ Simplicia. c ¶ Fortia & perfecta. d ¶ Ecclesia. s. generali, non hæreticorum conuenticulis.
cãusta & pacifica vestra, oues vestras & boues in omni loco
a ¶ Occulta inspiratione.
in quo memoria fuerit † nominis mei. Vẽniam ad te & 14
a ¶ Corporali benedictione & spiritali
bẽedicam tibi. Quòd si altare lapideum feceris mihi, non
a ¶ Id est non per hæresim & schismata Deum coles. ¶ Hæreticis schismaticis. ¶ Corruptionis vel scissionis.
ædificabis illud de sectis lapidibus. Si enim leuau eris cultrũ
pides sunt qui vnitatem fiendunt, & seipsos diuidunt à societate fratrũ. hos in corpore suo non recipit Christus, cuius corporis figurã, altaris cõstructio significat. Lapides non secti ex quib⁹ altare cõstrui iubetur, sunt qui per fidẽ in vnitate solidãtur. de quibus dicitur. j. Pe. ij. a. *Vos estis lapides viui, coædificati in domos spirituales.* his non est iniectum ferrũ, quia incorrupti sunt & iacula maligni ignita non receperunt, Omnes vnum altare faciunt in vnitate fidei & concordia charitatis. Mistice.

✻ GRÆCVS. Dum etiam vniuersorũ Deus ex impolitis & natiuis lapidibus altaria cõstrui iubet, spiritualiter nos docet, Deũ

☞ affectio

✻ 1 Non loquatur nobis dominus. *immediatè.*

2 Ne fortè moriamur. *Quia ex fragilitate humana dominum loquentem non poterant sustinere.*

3 Nolite timere. *q. d. non moriemini propter hoc.*

4 Vt enim probaret vos venit Deus. *Non est sic intelligendum quòd probaret eos ad hoc vt sibi manifestaretur aliquod ignotum: sed vt per hoc appareret ipsis Iudæis & aliis, quòd timerent eum.*

5 Et non peccaretis. *Quia per timorem domini declinat omnis à malo, vt dicitur Prouer. xv. d.*

6 Moyses autem accessit ad caliginem: *in vertice montis: vt audiret mandata ab eo, & referret populo: quia populus plus audire non poterat: vt dictum est.*

7 Vos vidistis, &c. *In creatura tamen ipsum repræsentante, & accipitur hìc cælum pro cælo aëreo, quia in cacumine montis Sinai illa vox formabatur.*

8 Non facietis, &c. *Licet suprà prohibuerit idololatriam, tamen hìc repetit & in pluribus locis aliis, vt magis imprimeretur hæc prohibitio cordibus eorum, quia sciebat eos prono ad idololatriam.*

P Altare de terra, &c. *Hoc præcepit in detestationem idololatriæ, quia idololatræ faciebant altaria valde solennia de marmoribus & metallis, & intelligitur hoc de altari holocausti. vbi cremabantur hostiæ, quia altare incensi fuit de lignis Sethim & opertum auro, vt habetur infrà. xxx. cap. ideo sequitur.*

10 Et offeretis super eo holocausta. *Id est, victimas, quæ totaliter incendebantur ad honorem Dei.*

11 Et pacifica vestra: *Id est hostias quæ offerebantur pro aliquo beneficio animo contrito & spiritu humilitatis suscipiantur.*

12 Oues vestras, & boues, &c. *De istis enim animalibus vt plurimum fiebant sacrificia.*

13 In omni loco, &c. *Iste locus sacrificij non poterat esse nisi vnus ad vitandum periculum idololatriæ, ad quam populus Iudæorum erat pronus, ad quam declinassent de facili si vbique potuissent sacrificare. Si autem aliqui sancti sacrificauerunt alibi, hoc fuit ex causa speciali & diuina reuelatione, sicut Dauid ex iussu Gad prophetæ in Monte Morita, antequam templum ibi fundaretur, propter apparitionem angeli ibi factam, vt habetur ij. Reg. xxiiij. c. Et Helias in monte Carmeli ad conuincendum prophetas Baal: vt habetur iij. Reg. xviij. c. Locus autem deputatus diuino sacrificio post ingressum filiorũ Israël in terram promissionis primo fuit in Sylo vbi fuit tabernaculum positum & altare holocaustorum. & destructa Sylo translatum est in Nobe: & destructa Nobe, per Saulem translatum est in Gabaon: postea in Hierusalem, vbi fuit fundatum templum. tamen in singulis vrbibus erant loca quæ dicebantur synagogæ, vbi conueniebant ad laudãdum Deum & ad audiendum legem.*

14 Quòd si altare lapideũ feceris mihi. *Poterat enim esse de terra, vt dictum est, vel de lapidibus non dolatis tamen. quod fuit in detestationem idololatriæ, vbi fiebant altaria de marmore sculpto & polito, & ne per talem sculpturam inducerentur paulatim ad sculpendum imagines. Quòd autem dictum est hìc, quod altare holocaustorũ debeat esse de terra vel lapidibus non sectis, non est contra illud quod dicitur. infra xxvj. ca. qđ altare holocaustorũ præcipitur fieri de lignis Sethim operta ære, quia illud altare fuit de terra, vt videbitur quando erit mius ibi.*

✻ 1 Non

✝ 2 *Non facietis, &c.* Hoc enim faciũt cupidi & auari, qui totam spem suam in talibus ponũt, quod sanctus Iob excludit à se & sibi similibus dic. xxxj. cap. *Si putaui aurum robur meum, & si obrizo dixi fiducia mea, &c.* Et ponit hìc si pro non.

3 *Altare, &c.* Per terram quæ est infimum elementum, humilitas designatur, in qua Deo facta oblatio acceptatur. Dan. iij. d. *In*

8 *Quòd si altare, &c.* Per firmitatem lapidum firmitas fidei designatur, & quoniam sunt plures articuli fidei, ideo dicitur *lapidibus* in plurali: & quia sunt integrè tenendi, sicut tenet ecclesia absque scissione hæretica vel schismatica, ideo dicitur *Non ædificabis illud de sectis lapidibus*, cuius contrarium faciunt hæretici & schismatici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectionibus cogita-
tionibus simplicib⁹,
miniméque arte com
positis delectari.
✻ PROCOPIVS.
Vel lapides impoliti,
significant ministros Dei non esse abstrahendos in varia mũdi negotia, sed pariter D
corpore & animo de
bere esse deditos &
cõsecratos cultui di-
uino, vt fuit sanctum
Dei tẽplum. Prophe-
tico autem more prædicit olim fore, vt circuncisio aboleatur.

a ¶ Id est gradus in tristitate non facies, sicut Arrius: qui dicit maiorem patrem: minorem filium: minimum spiritum sanctum docuit.

tuum super eum, polluetur. Nõn ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua *.

¶ Infidelitatis.

*Super illũ.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Non ascendes per gradus, &c. *Fiebat tamen vt dicit R.a. Salomõ, quidam ascensu absque gradibus paulatim ascendendo, quoniã altare erat ita altum, quòd sacerdotes sine ascensu non poterant ibi ministrare.*

Femoralia.

2 Ne reueletur turpitudo tua. *Vsus enim femoraliũ adhuc nõ erat introductus, sed postea fuit iniunctus sacerdotibus quãdo ministrarẽt, vt habetur infra xxviij. cap. Dicũt etiam aliqui quod hoc fuit dictũ in detestationẽ idololatriæ, qui in sacris Priapi sacerdotes ascẽdebãt per gradus ad altare, & tunc in alto positi vnde poterãt à circumstantibus videri, discooperiebant verenda sua. Priapus enim fuit quidã iuuenis, qui à Gentilibus reputatur fuit inter Deos, propter magnitudinẽ insolitã virilis membri. Omne enim quod erat insolitum reputabãt Gentiles quid diuinũ. Et dicebatur iste Priapus Deus hortoru propter fœcunditatẽ, qua signatur in membro generationis. Iudæi enim proni erãt ad idolatriã, & ideo in hoc & in alijs quæ pertinẽt ad cultũ Dei & obseruãtias ceremoniales elongãtur à ritu idolatriæ: cõtrarios modos præcipiẽdo, & modos idololatrarũ inhibendo, vt videbitur in sequentibus.*

Priapus

CAP.

ADDITIO. I.

In ca. xx. vbi dicitur in postilla: Circa primum sciendum, quòd doctores nostri, &c.

Circa expositionẽ decalogi postillator nimis breuiter videtur se expedire: Doctores tamen nostri præter mysticas expositiones, de quibus plurima in glo. communi habentur, multa notabilia, & magna atiẽtionis ad sensum literalẽ pertinentia in hac materia tradunt, vt patet in prima secunda. q. c. an qua multi articuli de hac materia habentur. similiter in secunda secundæ. q. cxxij. per totum. vnde qui de hoc cap. vult plenius instrui, videat ibidem. Ad præsens tamen circa ea quæ de hac materia in postilla dicuntur, occurrunt quædam quibus videtur aliquid rationabiliter addendum. Quorum primum est, quòd postilla tor recitat opinionem doctorum nostrorum, dicentium quòd (non habebis deos alienos) *est primum præceptum decalogi: Similiter recitat opinionem Hebræorum dicentium, quòd primum præceptũ est:* Ego sum dominus Deus tuus, &c. *Secundũ verò præceptum apud eos est.* Non habebis deos alienos. *Quas opiniones ponit indistinctè, ac si*

B *vtraque illarum posset rationabiliter teneri, quod non videtur conuenienter dictum: scilicet vt in numeratione decalogi in quo præcepta legis principalia cum tanta solennitate à Deo traduntur, doctores nostri ratione deuiassent.*

Ad cuius declarationem attendenda sunt duo. Primum est, q̃ planus sensus literæ concordat manifestè opinioni doctorum nostrorum. Secundum quòd motiua Hebræorum contrarium asserentium non valent. Primum patet: nam in hoc quod dicitur: Ego sum dominus Deus, &c. *Nullum verbum præceptiuum seu imperatiuũ ponitur, sed solum sunt quædam dicta denuntiatiua, quibus Deus denuntiat populo, quòd ipse qui loquit est De⁹, qui eos eduxitur de captiuitate, nihil in hoc eis præcipiendo, vt patet manifestè intuenti. In cæteris verò decalogi præceptis manifestè ponuntur verba mandatiua, vt patet in negatiuis cum dicitur:* Non habebis deos alienos. Non adorabis ea, neque coles. Non occides. Nõ mœchaberis, &c. *In affirmatiuis verò cum dicit,* Memẽto, vt diem sabbathi sanctifices. Honora patrem tuũ, &c. *In hoc autem quod dicitur:* Ego sum dominus Deus tuus, *nihil horum ponitur. vnde illa verba non sunt præceptiua nec imperatiua: sed solum denuntiatiua, vnde non debent inter præcepta numerari. Secundum patet, nam motiua seu rationes eorum quibus nituntur mutare sententiam prædictorum verborum, quæ est planè denũtitiua in sententiam præceptiuam sunt duo. Vnum est, quòd ad omnia præcepta diuina obseruanda oportet præsupponere vt dicunt, & rationabiliter, vt videtur: q̃ credatur absque dubietate, quod ille qui loquebatur seu præcipiebat, erat Deus suus qui eos eduxerat, &c. qua quidẽ credulitas seu fides erat potissima ratio obligandi eos ad seruãda eius præcepta, vnde cũ dicitur:* Ego sum dominus Deus tuus, &c. *Præcipitur secundum eos affirmatiuè, vt dicunt quòd hoc firmiter credatur scilicet quòd ille qui loquebatur seu præcipiebat, erat Deus qui eduxerat, &c. Quam quidem rationem ponit Abenhazara in sua glo. & videtur habere fundamentum, iuxta illud Apostoli ad Hebr. xj.* Accedentem

C *ad Deum oportet credere, quia est, &c. Alij verò dicunt, quod in hoc quod dicitur:* Ego sum dominus Deus tuus, *præcipitur affirmatiuè, quia ille Deus qui loquebatur, scilicet qui eos eduxerat de seruitute Ægypti, habebatur ab eis in Deum ita vt mandata eius tenerentur obseruare: quod quidem præceptum dicunt debere necessario præcedere omnia alia præcepta.*

Ad quod ponunt tale exemplum. Ponatur q̃ aliquis rex de nouo veniret ad aliquam prouinciam: indecens esset, quòd in ea facere leges & constitutiones antequam in regem reciperetur, vnde dicunt q̃ cum dicitur: Ego sum dominus Deus tuus, &c. *Præcipitur q̃ recipiatur ab eis iugũ regni cælestis. Sobedientia diuinorum mãdatorum, quod est præceptũ primum ad omnia mãdata diuina. Et hæc est ratio aliquorũ Talmuldistarũ pronit late Ra. Moy. Gerũden. recolligit ex dictis eorum in sua gloss. super Eod. in hoc capi. Quæ tamen rationes licet quantum ad aliquid obtineant veritatem, non tamen intentum ad propositũ concludunt. Nam filij Israël antequam ad recipiẽdum legem deuenirent, crediderunt in Deum, vt litera in multis locis testatur. Dicitur enim supra. cap. iiij.* Credidit populus, &c. *Similiter supra xiiij. post transitum maris de ipsis legitur:* Crediderunt domino & Moysi seruo eius. *Ex quibus patet, quòd fidem habebant antequam ad recipiendum legem accessissent. Nec de hoc, quòd est credere Deum seu Deo, requirebatur vt eis daretur aliud præceptum expressum, præsertim cum hoc præsupponatur ad præcepta decalogi tanquam per se notum ei qui habet fidem: & ideo nec indiget alia promulgatione, nisi infusione fidei, vt in prima secundæ. q. c. ar. iij. in responsione ad primum arg. & de hoc intelligitur illud Apostoli ad Hebr. xj. b.* Accedentem ad Deum oportet credere, &c. *& sic cessat prima ratio. Similiter dicendum est ad secundam: nam iugum obedientiæ diuinæ manifestè acceperunt filij Israël supra xix. c. cũ Moysi proponenti ex parte Dei:* Si audieritis vocem meã, &c. *Sequitur:* Respondit̃q; populus simul: Cũctà quæ locutus est dominus, faciemus. *Nõ ergo requirebatur alia receptio generalis ad obedientiã præceptorum. Vnde manifestũ est, q̃ in hoc quod dicitur:* Ego sum dominꝰ Deus tuus, *nihil eis præcipitur nisi solũ q̃ intimatur eis, quis esset ille qui loquebatur. s. quod erat dominus Deus suus, qui eos eduxerat, &c. prout verba planè sonãt: quæ quidem denunciatio seu notificatio fuit valde necessaria seu opportuna tãquam primum præambulum ad præcepta, propter quatuor quæ* E *in litera possunt fundari. Primum est, vt Moysi de cætero firmius & certius crederetur: vnde supra xix. b.* Iam nunc venio ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentẽ ad te, & credat tibi in perpetuũ. *Secundum, vt magis timerei contraire diuinis præceptis quæ à Deo, ipso dicente.* Ego sum dominus Deus tuus, *erant sibi iniuncta. vnde infra. eo cap. de hac materia dicitur:* Vt error illi² esset in vobis, &c. *Tertiũ, vt eis ostẽderetur, q̃ sub nomine diuino. s. Tetragrãmaton quod hic ponitur, cũ dicitur:* Ego sum dominus Deus tuꝰ, *proprie Deo pertinet populũ sub lege à Deo data cultus diuino applicari. vnde in toto decalogo vbi dicitur, dominus, ponitur nomẽ prædictũ & non aliud prout fuit supra in additione super iij. ca. in arti. xx. satis expositũ. Quartũ, vt ipsi similiter crederent esse possibile, q̃ Deus loqueretur homini in hac vita: quod antea nõ erat eis sic notũ: vnde infra. Deut. v. ca. in persona populi tempore dationis legis dicitur:* Ecce ostendit nobis dominus Deꝰ noster maiestatẽ & magnitudinem suã, &c *Sed cõtra hoc videtur q̃ Apostolus ad Galat iij. c. dicit q̃ lex fuit data per* F *angelos. Idẽ patet Act. vij. c. Ad quod dicendũ, q̃ verum est: nã prout ad Heb. j. c. in nouo testa* locutꝰ est nobis Deus in filio, *in veteri autẽ factus est sermo per angelos. sed quia ille angelus qui loquebatur populo in datione legis, nõ solum exterius loquendo seruiebat, sed etiã interius præsidens loquẽdo efficatiã ministrabat: vnde est secundũ Greg. q̃ modo angelus modo dominus memoratur. Et etiã quia secundum opinionẽ populi secundum quam sæpe loquitur scriptura, putabatur Moyses ore ad os loqui cum Deo, cum tamen per angelum loqueretur, quod satis insinuatur per modum loquendi scripturæ in præceptis decalogi: Nam in præambulo & in primo præcepto ille qui loquebatur, memoratur vt Deus in propria persona, dicit enim:* Ego sum dñs Deus tuus, &c. *similiter:* Non habebis deos alienos corã me. Et ego sum dominus Deus tuus fortis & zelotes & huiusmodi. *In secundo verò præcepto nondicit:* Non assumes nomen meum in vanum, *quasi loquens vt Deus in prima persona, sed dixit:* Non assumes nomẽ domini Dei tui in vanum: *quasi ille qui loqueretur, non esset Deus: & sic in cæteris decalogi præceptis, in quibus insinuatur q̃ ille qui loquebatur non erat Deus sed loquebatur vt Deus, vt dictũ est. Et secundũ quosdã Hebræorum expositores antiquos ille angelus erat tantæ eminentiæ circa essentiam diuinam, quòd posset nominari angelus faciei, de quo Esa. lxiij. c.* Angelus faciei eius saluabit eos, *& ideo de Mose cum isto angelo loquente*

loquente dicitur: Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciẽ. A *Prædictis igitur modis intelligendum est hoc quod dicitur:* Ego sum

†Proprium Præcepta charitatis quæ inter præcepta decalogi.

dominus Deus tuus, &c. *esse † primum præambulum ad præcepta. Omissis autem multis, qua circa hæc præcepta quærunturꝰ & soluuntur secundum doctores nostros, vnum videtur statim animum pulsare scilicet cur inter præcepta decalogi non ponuntur præcepta charitatis quæ sunt prima & maxima mandata, & in quibus tota lex pendet & prophetæ, vt Matth. xxvij. d. habetur. Ad hoc dicendum secundum sanctum Tho. in prima secundæ. q. c. artic. iij. in responsione ad primum arg. quòd illa duo præcepta sunt prima & communia legis naturæ, quæ sunt per se nota rationi humanæ per naturam vel per fidem & ideo omnia præcepta decalogi ad illa duo referuntur sicut conclusiones ad principia communia. Hæc ille. Idem etiam de eodem in ij. q. xliij. artic. j. in responsione ad. iij. arg. sic dicit, quòd omnia præcepta decalogi ordinantur ad dilectionem Dei & proximi: & ideo præcepta charitatis non fuerunt connumeranda inter præcepta decalogi, sed in omnibus includuntur. Hæc ille. Quod non videtur ex toto satisfacere quæstioni, nam per eãdem rationes præcepta charitatis non debuissent poni inter cætera præcepta legis diuinæ, non enim minus illa quæ sunt per se nota debent poni inter præcepta decalogi, quam inter alia præcepta legis, quod patet ex hoc: nam inter præcepta decalogi ponuntur præcepta, quæ sua per se ratio naturalis cuiuslibet hominis diiudicat esse facienda, vel non facienda. sicut,* Honora patrem tuum, &c. Non occides, *& huiusmodi: vt in prima secundæ. q. c. artic. j. in cor. q. Sed præcepta charitatis ponuntur inter alia præcepta legis: vt patet Deut. vj. a. & Leuit. xix. c. ergo potius debuissent poni inter præcepta decalogi quæ sunt magis per se nota. Similiter cum non solum præcepta decalogi sed etiam omnia præcepta legis diuinæ ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, iuxta illud Apostoli j. Timoth. j. a.* Finis præcepti est charitas. *eadem ratione deberent prætermitti hæc duo præcepta ne ponerentur inter præcepta legis sicut nec in decalogo: cum omnia præcepta diuinæ legis referantur ad illa duo: sicut conclusiones ad principia. cuius oppositum est manifestum ex hoc, quod inter*

B *cætera præcepta diuinæ legis expresse ponuntur hæc duo præcepta, vt dictum est. Ad quod videtur saluo semper meliori iudicio aliquid vlterius addendum.*

Philosophus.

7 Maleficas non patieris viuere. Qui. *In Hebræo habetur* Sortilegam non patieris viuere. *Et licet exprimat mulierem tantum, tamẽ intelligitur de homine sortilego: sicut exprimit translatio nostra, sed scriptura exprimit illud, quòd communius accidit: scilicet quod mulieres sint sortilegæ. Ex hoc etiam patet quòd cum dicitur:* Maleficas nõ patioris viuere. *intelligitur specialiter de maleficio quod consistit in sortilegijs. Ponitur autem ista lex inter eas quæ reprimunt concupiscẽtiam carnalem: quia sortilegia frequenter sunt in his quæ pertinent ad actum carnis.*

8 Qui coierit cum iumento morte moriatur. *Per hoc reprimitur concupiscentia quæ est contra naturam: Debet etiam iumentum interfici in detestationem facti, vt alibi dicitur: & ne alius exemplo præcedentis facti attenderet, idem facere cum illo animali.*

9 Qui immolat diis. *Hic cõsequẽter ordinatur rationalis. Et primò quantum ad personas simplices. Secundò quo ad iudices. xxiij. capite. Tertio quo ad sacerdotes: circa medium. xxiij. vbi.* Sex annis. *Circa primum ordinatur rationalis. primò circa Deum, cum dicitur:* Qui immolat diis. *scilicet idolis quæ reputãtur dij ab idololatris. & per immolationem hic prohibitam sub pœna mortis: intelligitur prohibita oblatio, libatio, & thurificatio, & talia quæ fiebant in templo ipsi Deo*

directè

directè, vt dicit Rab. Sa. & hoc notatur cum subditur.

10 Præterquam domino. *Si autem Iudæus sacraret templum idolis vel ornaret, vel alia similia quæ sunt præambula ad oblationes & sacrificia faceret, non esset puniendus morte secundum eum sed alia pœna. secundò ordinatur rationalis erga proximum, cum dicitur.*

11 Aduenam non. *Cuius causa subditur, cùm dicitur.*

12 Aduenæ enim & ipsi. *Aes dicat illud quod ibi sustinuistis, debet vos inducere ad hoc quòd dulciter eos tractetis. Dicitur autem aduena, qui aliunde venit ad manendum in regione aliqua.*

13 Viduæ & pupillo, &c. *Ista lex intelligenda etiam est, de aliis quibus non est nocendum. sed lex exprimit illud quod frequentius accidit: scilicet afflictio talium, eò quòd non possint resistere. Ex hoc tamen aggrauatur peccatum, & acceleratur vindicta diuina. vnde subditur:*

Vociferabuntur ad me, & ego exaudiam.

14 Si pecuniam mutuam, &c. *Dicit. Ra. Sa. quòd istud si, accipitur pro quia: debet enim mutuare proximo existenti in necessitate,*

15 Populo. *Per hoc quòd dicit* populo meo, *non excludit Gẽtilem, vt dicit Ra. Sa. sed dat ibi intelligere quòd prius, & in minori necessitate debet Iudæus mutuare Iudæo quam Gentili. per hoc etiam quòd dicit* pauperi, *non excludit diuitem. cui etiam mutuãdum est si indigeat, sed prius mutuandum est pauperi. per hoc quod etiam subditur.*

16 Qui habitat. *Non excluditur à mutuo ille qui habitat in alia ciuitate, cui est mutuandum, etiam si est in necessitate. sed prius succurrẽdum est necessitati vicum. vnde ista lex dicitur generaliter, quòd quanto aliquis est propinquior, tanto prius succurrendum est eius necessitati.*

17 Non vrgebis eum quasi exactor &c. *Repetens debitum cum asperitate nimia. quamdiu est impotens ad soluendum.*

18 Nec vsuris opprimes &c. *In Hebræo habetur:* Nec morsum pones super eum. *& per morsum intelligitur vsura. Cuius ratio est vt dicit Rab. Salomo quia sicut serpens mordens in silentio parum percipitur vel sentitur in principio. sed postea inflatur homo, & diffunditur effectus illius morsus parui per totum corpus. sic vsura malum non sentitur in principio. sed postea ascendit ad magnam summam, & deuorat totam hominis substantiam. Patet etiam per prædictam expositionem Ra. Sa. quòd vsura non est licita Iudæis, etiam cum illis qui non sunt legis suæ: quia de mutuo dixit in principio, quòd non excluditur Gentilis, licet prius dandum sit Iudæo. & super illud Psal. xciij. b:* Qui

✠ pecuniam

pecuniam suam non dedit ad vsuram: *vbi dicit glo. Hebraica,* etiã Gentili. *& ideo quod conceditur Iudæis dare ad vsuram extraneis, Deute. xxiij. cap. est permissio minoris mali ad maius euitandum sciliset ne Hebræos grauarent vsuris: sicut dicunt doctores nostri.*

1 Si pignus a proximo tuo, *id est Iudæo.*

2 Acceperis vestimentum, ante solis occasum redde ei. *In Hebræo habetur.* Vsque ad occasum solis reddes ei. *& vtrunque est verum: quia si sit vestimentum sibi necessarium de die debet reddi sibi in mane, & post resumi in vespere. si autem sit vestimentum necessarium de nocte debet sibi reddi vespere, & post resumi in mane, & quantum ad hoc subditur.*

3 Nec habet aliud in quo dormiat &c. *Si autem quæratur quare accipiebatur pignus ita frequenter, & restituebatur. dicit Ra. Sa. quòd hoc erat ad imprimendum cordibus hominum Dei misericordiam, qui quotidie peccantibus quotidie relaxat cùm clamant ad ipsum. Iosephus dicit, quod hoc erat ne debitor daret obliuioni & figeret negligens in solutione debiti.*

4 Diis non detrahes. *id est iudicibus te punientibus propter peccatum tuum, quia in hoc tenent locum Dei.*

5 Et principi populi tui non maledices. *Quia maledicere tibi-ipsi, cùm sit caput populi, cuius tu es pars.*

6 Decimas tuas &c. *In Hebræo habetur:* Plenitudinem & lachrymam tuam non tardabis reddere. *& secundum quod dicit Rab. Sa. per plenitudinem intelliguntur primitiæ in aridis, sicut est triticum & hordeum: & per lachrymam in liquidis, sicut est vinum & oleum & huiusmodi: quæ debent reddi tempore statuto à lege, & non retardato.*

7 Primogenitum filiorum &c. *quia consecrati erant domino, eò quòd percutiens dominus primogenita Ægyptiorum saluauit primogenita Hebræorum, vt supra dictum est xiij. c.a.*

8 De

† 6 *Decimas & primitias non tardabis offerre, &c.* Per primitias intelliguntur initia bonorum operum, per decimas perfectiones eorum, eò quòd denarius numerus perfectus est & limes numerorum, vt dicitur. ij. Phy. & per hæc Duo intelliguntur media

8 De bobus quoque & ouibus similiter facies. *scilicet offerendo domino. primogenita tamen hominum redimebantur. v. siclis argenti. Dicit autem hic Ra. Sa. quòd quilibet siclus valet quinque solidos, tamen non dicit cuius monetæ. & ideo melius videtur dicendum, quòd valor determinatus est nobis incertus: quia sicut frequenter dictum est, Moneta & ponderа auri & argenti multum variantur secundum tempora & varias regiones. Quòd autem dicitur hic de primogenito ouis & bouis, intelligendum est etiam de primogenitis aliorum animalium quæ poterant immolari. De animalibus autem aliis primogenitum asini debebat redimi oue. Et alia redimebantur, vt supra dictum est. xiij. c.*

9 Septem diebus sit cùm matre sua. *quia ante octauam diem est* Leuit. 22. b Exech. 44. *res nimis tenera & imperfecta: & tales non debent offerri Deo. Ra. Sa. aliter exponit literam istam ab illo loco:* De bobus quoque & ouibus similiter facies: *dicens quòd ly* similiter, *refertur ad literam præcedentem immediatè, quæ loquitur de primogenito hominis. qui debebat redimi post. xxx. dies. & ita dicit quòd primogenitum bouis debebat seruari apud dominum suum. xxx. diebus & tunc dari sacerdoti: primogenitum autem ouis quinquaginta diebus. Quòd autem subditur.* Septem diebus sit cum matre sua. *Dicit quòd hoc non refertur ad literam præcedentem, vt dirigatur hoc mandatum ad illos qui offerebant primogenita sed ad sacerdotem, qui non debebat aliquod animal immolare ante octauam diem domino. Quòd autem subditur.*

10 Viri sancti eritis mihi. *ad omnes generaliter dirigitur, vt sint mundi non tantum mente sed etiam corpore à deo subditur.*

11 Carnem quæ à bestijs &c. *In Hebræo habetur:* Quæ à bestijs fuerit lacerata vel dissipata. *quia non solum erat ipsis prohibitum comedere carnes. quarum vnam partem comederat bestia. sed etiam carnes animalis occisi, à quacunque bestia syluestri vel domestica, etiam si nihil de occiso comedisset, vt dictum est supra, de boue occiso à boue cornupeta. Sciendum etiam quòd lex ista loquitur de carnibus quæ aliàs eis erant licita.*

✠ 1 Sed

qui ceciderit, suscita A re docet.

✠ RABANVS. Bestiam, hæreticum siue diabolum intell. gere possumus, Carnem vero hoc est, cõuersationem, quæ ab hæreticorum opere venerato laniatur, vel diabolica suggestione decipitur est licitum homini Christiano mitari,

a ¶Decepta. b ¶Membris Christi incorporando. c ¶ Se cietati immundorum contra ecclesiam latrantium. vnde: Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, Matth. xviij. c.

stijs fuerit prægustata, non cõmedetis, sed proijcietis canibus. 1 D

siue paganis aptam atque consimilem deputare, secundum illam veritatis vocem, quæ iubet eum qui Ecclesiam non audierit, pro Ethnico & pagano haberi.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sed proijcietis canibus. *Dicit autem Ra. S... quòd vendere poterant*

terant Gentilibus quos Iudæi reputant sicut canes. & vocant Gentiles omnes qui non sunt de lege Iudæorum.

✠ CAP.

MORALITER.

✠ 1 *Sed proijcietis canibus.* illam dimittendo infidelibus obstinatis,

natis, qui dicuntur canes. Matthæi. vij. a. *Nolite sanctum dare canibus.*

ADDITIO.

In cap. xxij. vbi dicitur in postil. Et ideo dicit Ra. Sa. lex illa. Longè videtur à sensu literali dicere quòd in hoc quod dicitur Si autem orto sole hoc fecerit, *intelligitur metaphoricè, quia in iudicialibus quæ tractant de actibus humanis inter partes iudicandas, non est opus metaphoricis locutionibus, cum possint plano modo dici. Vnde melius videtur dicendum cum docto. nostris quibus etiam concordat*

B *quidam Hebræorũ. Obiectio autem postillæ contra eos non videtur valere: nam licet aliquando contingat, quòd aliqui insidiosè interficiant hominem in domo propria, hoc tamen est de raro contingentibus, de quibus lex non curat, nisi de his quæ frequenter contingunt.*

REPLICA correctorij contra Burgensis. In ca. xxij. vbi postillator

lator sequens Ra. Sa. dicit metaphoricè dictum quòd si sola se cerit. vt patet in postilla: Burgensis. insistat dicens, quòd [illegible] actibus debet fieri plana locutio, non metaphorica: cuius oppositum etiam fit & fieri potest quasi in terminis huius litera. dicitur enim & scribitur luce clarius id probari literis instrumentis &c: hoc Burgensi. facis facit arguendo postilla. Nam non est rarum fures in die irruere in domos hominum, rapere, occidere, & homines de domibus effugare: quos si quis occideret, reus nõ esset essent enim tales aliquid plus quã fures. Hæc est sententia beati Aug. posita in gl, ordi. vnde & si secũ dum beatum Augu. sint aliquid plus quam fures, sunt tamen vere fures, quia vsurpatores rei alienæ inuito domino in casu igitur postillatoris & Rab. Sa. litera planius exponitur. E

CAP XXIII.

a Pauperis quoque non misere. &c.

✠ PROCOPIVS. Nam iustitia diuinũ quiddam est & syncerum, nec odio vel gratia corrumpitur. Quapropter elegan-

†suscipietis ter dictum est. *Iudicium Dei est*, & iustè iustum sequeris. Nam iustus si perit iustè, eius est. Opus est igitur sapientia, ad discer nendum iustum:

C nec temere & impor tunè decurrendum est ad

CAP. XXIII.

¶Consentiendo. scilicet. vel loquendo. a ¶Te illi sociando.

NON † suscipies vocem menadcij. † Nec iun 1 2

a ¶ Operam.

ges mãnum tuam, vt pro impio dicas fal- 3

a ¶Test s falsus non erit impunitus. b ¶ Quasi non te deiendas; quia cum pluribus peccas, vel ideo non esse peccatum dicas. c ¶ Populum, sed doctores scilicet, qui pauciores licet sint, sunt tamen sanioris consilij.

sum testimonium. Non † sequeris turbam 4

¶ Dum iudex resides.

ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquies- 5

a ¶Dum iudex resides.

a ces sententiæ, vt à verò deuies. † Pauperis quoque nõn misere 6

a ¶Hæc per se sic patent, vt expositione obscurentur: ¶Quasi dicat Lu. vj. d. Diligite inimicos vestros

b beris in iudicio. † Si occurreris boui inimici tui, aut asino er-

† Deu 22.

est ad misericordiam

Ne. scilicet contra iustitiam pauperi faueas causam misericordiæ. Bona est misericordia: sed non debet esse contra iudicium. Iudicium autem dicit scriptura, quod iustum est. Ne quis autem propter hãc sententiam Deum putet prohibere misericordiam: oportunè sequitur.

b *Si occurreris boui, &c.* Fac misericordiã etiam erga inimicos

☞ tuos

Augustꝰ. q. 8

† sequaris

† 23. q. 4. ca. ne amittas.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIII.

NOn suscipies &c. *Hic ordinatur rationalis quantum ad iudices, & primò ergà partes quæ debent in iudicio aliquid proponere, vt non audiatur vna pars sine alia, quia quando vna auditur in absentia alterius, solent multa mendacia immiscere ad iustificationem suæ causæ. & hoc est quod dicitur:* Non suscipies vocem mendacij; *Secundò regulatur circa testes, cum dicitur.*

2 Nec iunges manum tuam. *id est non facies pactum vel promissum & vtitur tali modo loquendi, quia in pactis & in promissis iungitur manus vnius cum manu alterius ad confirmationem. In Hebræo habetur:* Non leuabis manum, *& est eadem sententia: quia apud aliquos, ille qui promittit aliquid, leuat digitum vel manum ad confirmandum promissum,*

3 Vt pro impio &c. *In Hebræo habetur.* Cum impio vt sis testis falsus, *& istud potest referri ad eum qui promittit impio scilicet vt pro eo promittat se falsum testificari: & sic accipitur translatio nostra. Alio modo potest referri ad ipsum impiũ vt scilicet sit testis in causa falsa: & hoc modo exponit Rab. Sa. & rationabiliter. quia sic refertur ad iudices istud præceptum, qui quidem iudices hic informantur, vt prædictum est: & sic est sensus prædicti mandati:* Non leuabis manum cum impio, *assecurando eum donis, vel promissis, vt sit testis falsitatis, sicut fecerunt iudices Samariæ, ad mandatum Iezabelis submittentis falsos testes contra Naboth, vt occideretur, vt habetur. iij. Re. xxj. cap. Tertiò informatur quantum ad formam iudicij, cum dicitur.*

4 Non sequeris turbam ad &c. *quia iudex non debet dare sententiam iniustam ad satisfaciendum turbæ, vel multitudini, sicut fecit Pilatus contra Christum, volens satisfacere populo, vt habetur Matt. xxvij. ca. & Marc. xv.*

5 Nec in iudicio &c. *vt si maior pars iudicum declinet ad sententiam iniustam, non propter hoc debet aliquis de iudicibus conformiter ipsis de iudicio respondere: sed veritatem tenere. Aliter exponunt. Heb, passum istum: quia in Heb. habetur:* Non declinabis post רבים rabbim. *idest multos ad malum: & non respondebis in iudicio ad post declinandum rabbim an magistros vel magnos ad peccandum. Hæc dictio Heb.* רבים *rabbim aquiuoca est, quia significat idẽ quod multos, & sic accipitur in prima parte autoritatis. & est sensus quã propter maiorem partem iudicantium declinantem ad iudicium iniustum, aliquis de iudicantibus non debet sequi dictum eorum. Item significat idem quod magnos vel magistros, & sic accipitur in secunda parte autoritatis, cum dicitur.* Et non respondebis in iudicio propter magnos *vel* magistros ad peccandum. *& est sensus quia sicut non est declinandum à veritate propter maiorem partem iudicantium ibi declinantem, sic declinandum non est propter illos, qui sunt maioris auctoritatis in iudicando. & propter hoc statuerũt sapientes Iudæorum, quòd quando in iudicio requiritur sententia, tunc dictũ iudicantium debet incipi ab illis, qui sunt minoris auctoritatis, & vltimò à maioribus, ne minores formident declinare à sententia maiorum, quod posset esse si maiores primò dicerent. Et hunc modum tenent in vniuersitate Parisiensi theologi in deliberationibus, scilicet incipiendo ab illis qui sunt minores in magisterio. Quartò informantur iudices quantum ad conditionem personarum venientium ad iudicium. cum dicit.*

6 Pauperis quoque non &c. *in causa falsa intuitu suæ paupertatis eum sustinendo: quia sanctum est prahonorare veritatem. vt dicitur.* † Ethi.

Rabbim

Pauperẽ nõ honorabis.

✠ 1 Si oc- Philosoph⁹.

MORALITER.

✠ 1 *Si occurreris boui inimici tui, aut asino &c.* id est si videris aliquem aliquem de subditis prælati vel curati odientis te ab eius obedientia irrationabiliter recedentem, per bonum consilium & ✠ exhorta-

tuos cum potestas est à iudicando libera. Non enim cũ reducis A errantem bouem inimici, & reddis inter aliquos iudex residens.

a *Mandatum fugies.* Veritatem & iudicium amat dominus. & ad hæc exequenda populum suum hortatur quia non est personarum acceptor.

Lib. contra mendacium.

✠ AVGVS. Mendaciorum genera sunt multa, quæ quidem omnia vniuersaliter odisse debemus. Nullum, est enim mendacium quod non sit contrarium veritati.

† Dan 13. f. † Deu. 16. d.

Nam sicut lux & tenebræ, pietas & impietas, iustitia & iniB quitas peccatum & rectè factum, sanitas & imbecillitas, vita & mors: ita interse sunt veritas & mendaciũ contraria.

Eccle. 20.

lib. 18. moral. cap. 1.

✠ GREG. Omne mendacium iniquitas est, & omnis iniquitas mẽdacium, quia profectò ab æquitate discrepat, quicquid averitate discordat. Summopere autem cauendum est omne mendacium, quãuis nonnunquam sit aliquod mendacij genus culpæ leuionis, si quis vitã præstando mẽtitur. Sed quia scriptũ est, *os quod mentitur, occidit animã*, hoc quoq; mẽdacij genus prefecti veri sũ mopere fugiũt, vt nec vita cuiuslibet per eorũ fallaciam defendatur, ne suæ animæ noceãt, dũ præstare vitam carni nituntur alienæ. Quanquam hoc peccati genus facillimè credimus relaxari.

Sap. 1.

C

b *Sex annis seminabis terram.* AVGV. Quæritur quid colligant pauperes, si in septimo anno ita paretur terræ, vt nec seminetur. Non enim ad vineam & oliuetum pertinet quod dictum est: *Edent pauperes gentis tuæ*, quia de terra non seminata nihil possunt sumere, vbi segetes nasci non possunt. De vinea enim & oliueto postea dicit similiter esse faciendum, ideo illud de aruis intelligitur, quę frumentis seruiũt. An sic accipiendum: *Sex annis seminabis & colliges fructũ eius*, hoc est sex annis seminabis & colliges: septimo verò nõ colliges, vt intelligatur, seminabis, etiam si dictum non est, vt ad sex annos semina re & colligere pertineat: ad septimum verò dimittere quod fuerit seminatum: Nã quid indè habebũt pauperes, quorũ resiuũt etiam feris bestijs dedit eis. Eq uæ illis frugibus vesci possint id est, apris ceruis, & huiusmodi? Quod tamen nõ diceretur nisi alicuius significationis gratia. De bobus enim nõ est cura Deo. Quod nõ sic intelligitur, quasi nõ pastat ea quę nõ seminãt, neq; metunt: sed qui. ei curæ nõ est præcepto monere hominẽ, quomodo boui suo cõsulat. quãtò ergo min⁹ ei cura est de feris bestijs pcipere, cũ eas ipse pascat diuitijs naturæ, qui etiã eas pascit p alios sex annos cũ colliguntur, quæ seminãrunt. F

Quæst 89. in Exodon.

¶Bene facite his, qui vos oderant.

ranti: reduc ad eum. Si videris asinum odientis te † iacere sub 1

a ¶Negligendo. a ¶Accipiendo personam. 2

onere, nõ pertransibis: sed subleuabis cum eo. Non † declina 3

a ¶Recte iudicare filij hominum. b ¶ Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Psal. v. b.

bis in iudicium pauperis. Mendacium fugies. † Insontem & 4

a a ¶Quia dominus sanguinem eorum vlciscetur. b ¶Non iustum. c ¶Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Esa. xxxiij. c. ¶In iudicio vel testimonio.

iustũ non occides, quia † auersor impium. † Nec accipias mu- 5 6 7 8 9

a ¶Interiori cæcitate. ¶Ecclesiast. x. b. Auaro nihil est scelestius, nihil iniquius quã amare pecunia. b ¶Vt putatur.

nera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iu- 10

a ¶Qui dũ est in hoc seculo peregrinatur à dño. ¶ Quomodo. s. facile cõtristẽtur nõ habẽtes vndese cõsolẽtur.

storum. Peregrino mõlestus non eris. Scitis enim aduenarum 11

a ¶ Ex conditione sua quisque perpendat quomodo alijs miseretur. vnde, Dimitte & dimittetur vobis. Lu. vj.

b animas, quia & ipsi pẽgrini fuistis in terra Ægypti. Sex annis

† iacentem

† inflectes

† fue peruertes iudicium vel ius pauperis tui in causa eius.

1. Cor. 9. b.

† non iustificabo. i. nonsinã iniultua

E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si occurreris. *Istud ponitur hic ex incidenti, quia ex litigijs, de quibus immediate locutus est, solent homines inimici fieri, ideo subditur:* Si occurreris & *contra. Istud præcipitur duplici de causa. scilicet pro animali erranti, ne à feris deuoretur. Iudæi enim erãt crudeles: & ideo lex induxit eos ad pietatem, etiam circa bruta animalia: vt per hoc ad maiorem pietatem circa homines inducerentur. Item pro domino animalis, quia per talem reductionem inducebantur ad amicitiam reducentis, & quod hic est dictum de boue & asino errantibus, intelligendum est de omni animali domestico.*

2 Si videris asinum &c. *Istud etiam dicitur pro animali, & etiam pro domino, sicut dictum est in lege immediatè præcedenti &, quod hic dicitur de asino, intelligendum est de omni animali onerato.*

3 Non declinabis in iudicium pauperis. *Reuertitur ad informandũ iudices: quia sicut suprà informauit eos de non sustinendo pauperes: in causa iniusta, sic econtrario docet eos quòd non declinent à iustitia eorum sustentanda in fauorem diuitis vel potentis.*

4 Mendacium fugies. *licet enim sit fugiendum ab omnibus: maximè tamen à iudicibus qui sunt in statu & officio conseruãdæ veritatis.*

5 Insontem & iustum &c. *Dicit* insontem. *ad est, innocentem, quãtum ad illum qui per falsos testes conuincitur: quem iudex non debet interficere, si sciat eius innocentiam secretò, sed debet testes diligentius examinare, vt eorum falsitas deprehendatur. & si sic non potest deprehendere, debet iudicium ad superiorem remittere: & si non potest, quia non habet superiorem iudicem, dicit Tho. de Aquino secunda secundæ. q. lxxij. art. vj. in responsione ad tertium argu. quòd in hoc casu iudex non peccat ferendo sententiam mortis contra eum, quia non interficit ipsum sed illi qui accusant. Saluo tamen meliori iudicio videtur contrarium, quia dicit Augu. lib. de li. arbi. Quomodo apud diuinam prouidentiam à peccato liberi sunt, qui pro his rebus quas contemni oportet humana cede poluti sunt? q. d. nullo modo. & per res contemnendas intelligit Augu. omnia illa quæ homines † inuiti amittere possunt inter quas est vita corporalis & multò fortius diuitiæ & dignitas temporalis quæcunque, & potestas iudicandi secundumquod dicitur Iob. ij. g.* Cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. *id est pro corporali vita tuenda. & ideo si iudex quantumcunque superior nõ possit inuenire viam liberandi innocentem à morte, debet prius dignitatem & officium iudicandi dimittere, quam sententiam mortis contra innocentẽ ferre, aliter peccatum non euaderet, vt videtur. Dicit auct.*

6 Iustum. *propter illum qui iustus est iudicio hominum, quamuis forte sit debitor mortis apud Deum, & talem non debet iudex occidere, quamuis secretè sciat ipsum morte dignum: quia non est licitum ei, vt est per-*

† in vita

est persona singularis. secũdum quod dicit Augustꝰ. 1. de ciuita. Dei. Qui sine aliqua publica administratione maleficum interficit, velut homicida iudicabitur: & tanò amplius, quamo sibi potestatem à Deo non concessam vsurpare non timuit. Nec etiam vt vt est persona publica, quia vt sic non habet viam ad occidendum eum. Nec est simile de condemnatione innocentis ad mortem, & de dimissione illius qui est morte dignus. propter quod non valet, si arguatur per te iudex non potest condemnare quem scit innocentem: ergo per oppositum nec potest dimittere quem scit dignum morte: quia vt est persona publica potest renuntiare dignitati & officio iudicandi: sed vt est persona singularis habet viam vel potestatem aliquam occidendi. Aliter autem exponit Ra. Sa. passum istum dicens quòd innocens hic accipitur ille qui exit de domo iudicij, tanquam innocens à crimine sibi imposito, licet secundum veritatem sit reus, & tunc si appareat aliquis qui velit eum probare reum de dicto crimine, non est audiendus contra eum: quia licet suadat manum hominis, remanet tamen in manu Dei puniendi. ideo subditur pro causa huius dicti.

7 Quia aduersor impium. *ac si dicat Deus propter hoc talem non debes occidere, quia licet manum tuam exeat, remanet tamen in manu mea ad puniendum & possum eum interficere multis vijs, quia non dimitto impium impunitum.*

8 Nec accipias munera. *etiam pro iudicio verò. non enim debet vẽ dere iudex iustitiam suam, quia si sit iudex inferior, debet esse contentus de stipendijs sibi datis à superiori. Si autem sit superior, debet esse contentus redditibus suis, qui sunt stipendia sibi concessa à communitate pro obseruatione iustitiæ.*

9 Quæ excæcant etiam prudentes. *quia si accipiat iudex munera pro iusturia defendenda ex tali assuefactione inclinabitur ad accipiendum pro iniustitia sustinenda & sic excæcabitur. ideo sequitur.*

10 Et subuertunt verba iustorum. *quia qui prius loquebatur pro veritate iusticiæ, postea loquuntur ad contrarium.*

11 Peregrino molestus non eris. *Peregrinus hic dicitur transiens per terram alienam, quem iudex non debet molestare retardando sibi facere iudicium de iniuria sibi facta, vt iter suum posset exequi.*

✠ 1 Sex an-

MORALITER.

✠ exhortationem, debes eum reducere ad obediendum debitè, non obstante odio dicti prælati vel curati contra te.

2 *Si videris asinum odientis te iacẽtem sub one. &c.* Asini prælatorum possunt

possunt dici archidiaconi, decani, curati, quia supportant eorum onera. Ille igitur qui videt aliquem de illis oppressum onere, carę sibi impositæ, & scit & potest ipsum subleuare, non debet hoc dimittere propter odium prælati erga se.

Universidad de Deusto Biblioteca

Mystice

Sex annis semina terrã tuã &c. In senario perfectio operum, in A septenario requiesanimarũ exprimitur. Bene ergo sex annis seminare terram nostrã & cõgregare fruges eius præcipimur, quia in præsenti vita quę sex ætatibus constat, terram carnis nostræ exercere & virtutes semina in eaterere debem⁹. vt in futuro vitã æternã accipiamus. Quod autem populi pauperos & bestiæ agri comedere iubetur, quæ in septimo anno de nostro labore præteriti crescunt, significatur quòd per eleemosynarum & charitatis obsequium, merces in futuro paratur, quã etiam vinea & oliuetum. idest gratiæ & misericordiæ opera præparant. Si ergo non tãtum amicis sed etiã bestijs. i. inimicis benefici sum⁹: in futuro, cum iã nõ erit tempus operãdi, præmia cõsequemur vnde: *Qui seminat in benedictionibus. an bene dicit & metet.*

2. Cor. 9. b. † infra. 35. a.

b *Et per nomen externorum deorum &c.* Per nomen suum iurare permittit, nõ quod bonum sit iurare, sed quia sciebat homines pronos ad iurandum esse non vult vt iurent per nomina exterorum deorum, ne frequenti

Deut. 16. d. Eccl. 25. a. De cõs. dist. 1. c. omnis Christianus

a ¶ Seminabis quidem. sed non colliges.

seminabis terrã tuã, & cõgregabis fruges eius: anno autẽ sep- 1
timo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant paupe 2
¶ Apri, cerui.
res populi tui: Et quicquid reliquum fuerit, edent bestiæ a- 3
¶ Putabis. scilicet & excoles, sed fructum non colliges. ¶ Omni tempore præsentis vitę, quo laborandum est.
gri. Ita facies in vinea, & in olueto tuo. Sex diebus operabe- 4
a ¶ In quiete animę solutæ a corpore. b ¶ Qui fortiter operandi laborem sustinuit. ¶ Disciplinatus. c ¶ Ingres.
¶ De quo dicitur. Ifachar asinus fortis suppositi humerum ad portandum. Gene. xlix. b.
ris, septima Die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, vt † Pascha. † requiescat anima
a ¶ Ecclesiæ, quę nobis quasi ancilla seruit, vel synagogæ, quę seruit cum filijs suis imulti enim Iudęi ad dominum conuersi sunt. b ¶ Oleaster oleastro assumptus, est bonæ oliuę insertus. vel qui in mundo fuit quasi aduena. & peregrinus.
refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduẽna. Omnia quæ dixi vo 5
¶ Sed per nomen meum.
bis, custodite: & † per nomen externorum deorum non † iu- 6 † recordabi mini
a ¶ In euangelio interdicitur omnino iuramentum. b ¶ In April i. scilicet in Iunio, & in Septembri.
rabitis, neque audietur ex ore vestro. Tribus vicibus per sin- 8
a ¶ Paschę, Pentecosten. & cophegia. ¶ Qua Christus immolatur.
gulos annos mihi festã celebrabitis: Solennitatem azymo- 10
¶ Aprilis quãdo secundũ Iosephũ colligebãt spicas. & ex igni torrentes & manibus confricãtes offerebant primitias dñó. de quibus parũ imponebatur sacrificio, reliquũ erat sacerdotis, quo facto cuique metere licebat.
rum custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præ- 11
cepti tibi. Tempore mensis † nouorum, quando egressus es de

per gratiam Christi peruenimus. Solennitatem verò mensis primitiuorum celebramus, cùm operum nostrorum voluntatũ & fermonum primitias domino consecramus. Solennitatem quo-

que in exi-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sex annis. *Hic consequẽter informantur sacerdotes: quia hic agitur de festis & solennitatibus, quæ licet debeant observari à toto populo, tamen in hoc debent dirigi per sacerdotes & primo agitur de septimo anno, qui erat quasi totius solennis, eò quòd erat annus remissionis & hoc est quod dicitur:* Sex annis semi. ter. tuam. &c. *pro victu tuo & familię tuę.*

2 Anno autem &c. *dicit Aug. quòd septimo anno bene erat seminandum sed non colligendum à seminantibus. sed erat dimittendum pauperibus, vt subditur:* Vt comedant pauperes &c. *Iosephus autem & Hebræi dicunt, quòd septimo anno non erat seminandum nec colligendum à dominis terræ sed debebant dimittere illa quæ sponte nascebantur pauperibus, & hoc magis concordat literæ cum: dicitur.* anno autem septimò dimittet eam & requi. facies. *nisi quod ly* requiescere facias *referatur ad hoc quod terra non exerceatur per culturam:* & li dimitte, *referatur ad hoc quòd dominus campi ea quæ sponte nascebantur, illo anno pauperibus dimitteret.*

3 Ita facies in vinea &c. *Quia sicut nil colligebat dominus in possessione sua, ita nec in illis quæ erant supra campum. Secundò agitur de celebratione sabbathi, cum dicitur.*

4 Sex diebus operaberis, septima Die cessabis vt requiescat bos & asinus tuus. *Et istud expositum est c. xx. repetitur tamen hic istud præceptum propter hoc quòd locutus est immediate de septimo anno, qui erat totus requies, & ideo ex hoc forte crederet aliquis, quòd in illo anno septima dies non esset observanda, nisi sicut aliæ dies hebdomadæ, propter quod ad huiusmodi errorem tollendum fit memoria de observatione sabbathi, quæ est eadem in septimo anno sicut & in alijs: quæ autem sit illa observatio expositum est supra xx. cap.*

5 Omnia quæ dixi vobis custodite. *Hoc intelligitur specialiter de pertinentibus ad observationem sabbathi, quæ sunt plura. Ra. Sa. dicit quòd hoc dicitur ad sub intelligendum vasa Hebræorum, de quorum re quie non fecerat mentionem quæ tamen debent requiescere etiam Die sabbathi: nec licitum est eis ea locare vel accommodare Gentilibus ad faciendum opera sua vt securim ad scindendum ligna & similia.*

6 Et per nomen externorum deorum. *id est idolorum.*

Iuramẽtum quare introductum.

7 Non iurabitis. *Iuramentum enim introductum est ad confirmationem veritatis de re aliqua, de quà poterat dubitari, inquantum per iuramentum inuocatur Deus testis illius rei de qua iuratur, propter quod iurans profitetur Deum esse infallibilis veritatis ad confirmandum omnia dubia, & ideo iurare est actus latriæ propter quod per falsos Deos non est iurandum eò quòd non possunt esse testes veritatis: & quia actus latriæ nullo modo est eis exhibẽdus, vt dictũ est supra. c. xx.*

8 Neque audietur. *Quod exponit Rab. Sa. dicens quòd non est licitum Iudæis dicere vel facere aliqua cum Gentilibus propter qua Gentiles iurant per nomen idolorum. & est sensus:* Neque audietur ex ore tuo, *id est, ex ore tuo non exibit verbum, per quod audiatur iuramentum per idola etiam factum à Gentilibus. Beatus verò Augustinus ad Publicolam dicit quòd licet non sit licitum Gentilem inducere ad iurandum per idolum. si tamen Gentilis habeat aliqua pacta cum Christianis, & offerat se ad confirmandum illa iurando per idolum, licitum est Christianis tale iuramentum recipere. Ponitur autem hic istud præceptum iuxta obseruationem sabbathi quia, vtrumque pertinet ad reuerentiam Deo exhibendam. Consequenter agitur de, tribus solennitatibus notabilibus quæ fiebant per annum, cum dicitur.*

9 Tribus vicibus. *Inter quæ primum est festum paschæ & hoc notatur cum dicitur.*

10 Solennitatam azymorum &c. *Quia septem diebus debebant vesci azymis. sicut supra expositum est. xij. cap.*

11 Tempore mensis nouorum quando &c. *Mensis enim primus in quo celebrabatur pascha, quindecimo Die huius mensis dicitur mensis nouorum, quia in crastino eiusdem diei fiebat oblatio de nouis fructibus, qui matures cebant ante alios, vt si homo intrans campum vel hortum suum videret ibi aliquas spicas vel ficum in ficulnea appropinquantes ad maturationem, ante alias debebat colligere, & apportare ad templum in solennitate paschali.*

✠ 1 Non

MORALITER.

✠ 1 *Sex annis seminater tuam &c.* Per terram colendam intelligitur cor humanum quod est seminandum semine virtutum Sex annis, id est, toto tempore vitæ præsentis, quæ per senarium designatur, eò quòd est numerus perfectus resultans ex suis partibus quæ sunt vnum, Duo, tres.

2 *Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facias, vt comedant pauperes populi tui.* Septimus autem annus apud Hebræos requies erat, vt pater per dicta. Per hoc igitur quòd illo anno sine labore fructus oriebantur, ex quibus pauperes & agri bestiæ sustentabantur, designatur quòd sancti qui sunt in quiete cælesti, orant pro sibi deuotis quantuncunque simplicibus & abiectis.

9 *Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.* Primum festum celebrabatur propter beneficium exitus de Ægypto, & fuit figura resurrectionis Iesu Christi per quem exiuimus de tenebris culpæ & ignorantiæ. Secundum festum celebrabatur propter beneficium legis datæ: quod notatur cum dicitur.

✠ 1 Et soler-

que in exitu anni, quando congregatis frugibus id est, virtutũ
A fructibus ad finem vitæ & introitum regni cælestis perueniro contendimus, in tabernaculis septem diebus commorates, quia per omne tempus vitæ præsentis peregrinos nos esse agnoscimus nec requiem hic sed in futuro requirimus, sedulò curantes, ne in conspectu Dei vacui appareamus.

Quæst. 53.

✠ a *Non apparebis in conspectu vacuus.* Theodoretvs. Precatus igitur Deũ, quæ possis munera offeres. Si fueris diues, preces cum eleemosyna, in pauper victimas, animus virtutis dines sua Deo munera innocentiæ ferat.

Tabernaculorum festũ. † Abib, id est mensis aprilis in quo ua omnia quia in eo,

a ¶ Hæc erat in Iunio, quando panes primitiarum offerebantur.

Vel f cminaueris.

a Ægypto † non apparebis in conspectu meo vãcuus. Et solen- 1
a ¶ A bonis operibus.
nitãtem messis primitiuorũ operis tui, quæcũque seueris in 2
agro: solẽnitatẽ quoque * in exitu anni, quãdo † cõgregaueris omnes fruges tuas de agro. † Ter in anno apparebit omne 3
a ¶ Fœmininę enim debent occultari. b ¶ Id est purum sacrificium sine corruptione offeres.
mãsculinum tuũ cora domino deo. Nõ immolabis super fer- 5
b ¶ Pinguedo bonorum operum & fœcunditas virtutum
a Malitiæ & nequitiæ.
mẽnto sanguinẽ victimæ tuæ nec remanebit ãdeps solẽnita- 7
vel spiritualis intelligentia.
a ¶ Diem iudicij, quia tunc non erit locus operandi, virtutibus studendi, vel scripauram perscrutandi. ¶ a Bonorum operum tutela.
tis meæ vsque mãne. † Primitiãs frugum terrę tuæ deferes in
b ¶ Quia non est locus vere sacrificij extra catholicam ecclesiam.
a ¶ Iosephus dicit ante octauum diem non licere interfici. ¶ Passione punias ¶ O Herodes & o Iudæi.
c ¶ Christum qui est hædus Iudæis, agnus nobis. ¶ Lxx. agnum.
c ¶ In infantia vel tempore conceptionis.
dõmũ domini dei tui. Nõ cõques hędũm † in lacte matris suę. 9

Lib. 7. Mor. cap. 17

✠ Gregorivs. In cõspectu Domini vacuus apparet, qui nihil secũ de fructu laboris sui portat. Ali⁹ namque adipiscẽdis honoribus exudat, alius multiplicandis facultatibus æstuat, ali⁹ promerendis laudib⁹ anhelat. Sed quia cuncta hæc quisque moriens deserit, antè Dominum vacuus apparet, quia secum antè iudicem nil tulit.

† quæ 3. 4. d. Deu. 14. c.

b *Solennitatem quoque &c.* maturis. scil. frugibus quãdo fructus totius anni collecti sunt in Septembri, scil. quem Hebręi Chaldaico: vocabulo תשרי thisri, Macedones itheneos vocant. In cuius principio Iudæi feriantes amplius tuba canunt, quam in cæteris mensibus, & plura offerũt. in quo dies expiationum, & dies scenophegiæ. xv. die qui est solennitas tabernaculorum.

Quæst. 90 in Exodon.

c *Non coques hędum &c.* Augvstinvs. Quomodo intelligatur ad verborum proprietatem nescio vtrum possit reperiri. Si enim alicuius significationis causa prohibitum acceperimus agnum in lacte coqui nullus vsus est ita coquendi. Si autẽ in dieb⁹ quib⁹ lactat, quis Iudæorũ hoc vnquam seruauit vt a-

D *lacte matris suæ*, quasi posset, etiã si hoc intelligeretur, sine huius præcepti transgressione coqui: si eo nato mortua matre eius. ab oue alia lactaretur? cùm alicuius profecto rei significantiæ causa esse præceptum nemo ambigat. Sed etiam illa quę possunt obseruãtia tractari, non sine causa ita sũt præcepta. Significant enim aliquid. Hoc vero quomodo obseruetur ad proprietatem verborum, aut nõ est aut nõ elucet. Intellectũ tamen de Christo approbo, qui in hac prophetia præ dictus est, nõ occidẽdus à Iudæis in fanso quãdo Herodes quęrens eum occidere, non inuenit: *vt coques*, quod dictum est, pertineat ad ignem passionis id est, E tribulationem. Illud quoque forsitan non absurdũ est, quod alii dicunt id, sc. esse præceptũ per propheriã, ne se boni Israelitę sociarẽt Iudæis malis, à quibus Christ⁹ passus est tãquã agn⁹ in lacte matris suæ id est, eo tẽpore, quo cõcept⁹ est. Dicũtur enim fœminæ ex quo conceperint, lac colligere: Christus autem nono mẽse cõpleto, decimo inchoato, natus est octauo kalendas Ianuarias, & primo mẽse cõcept⁹ est, sci. octauo kalẽdas Aprilis: quod tẽp⁹ etiã passionis eius fuit in lacte matris suæ, id est, in die quo cõcept⁹ est: vel paruulis adhuc & lactãtib⁹ nõ ímittes passionẽ, tãquã Christo dictũ sit, qui talib⁹ adhuc discipulis pepercit. Vnde ait Ioh. xviij. b. *Si ergo me quæritis sinite hos abire.* Vnde addit euãgelista: *Vt sermo impleretur quẽ dixit. Quos quos dedisti mihi, nõ perdidi ex eis quẽquã.* Vnde apparet eos tunc patererntur fuisse periturosꝰ: postea verò passi sunt non agni in lacte, sed arites in grege.

† quandiu. fugit lac.

Quæst. 56.

✠ Theodoretvs. Sępenumerò dixim⁹. q. p omnia De⁹ Hebręos

humanos

NICOLAVS DE LYRA.

Pentecostes, &c coqui

✠ 1 Non apparebis in conspectu meo. *id est in loco sacrificij.*

2 Vacuus. *id est sine oblatione vel sacrificio. Secundũ festum est pentecostes, quod celebrabatur quinquagesima die à die paschæ in memoriam beneficij dei in datione legis, quæ data est in monte Sinai quinquagesima die ab exitu filiorũ Israel de Ægypto qui egressi sunt die paschæ scilicet die quintadecima primi mensis, vt dictum est supra. xij. ca. & xiij. & hæc solennitas tangitur cum dicitur.*

3 Et solennitatem messis primitiuorum. *Quia in illa solennitate offerebant panes de nouis frugibus, sicut in solennitate paschali offerebantur primitiua in spicis. Spica tamen illa igni torrebantur & excutiebantur grana, & sic fiebat sacrificium, vt habetur Leuit. secundo & vigesimotertiò. Tertium festum erat tabernaculorum, quod celebrabatur eò quod dominus habitare fecit filios Israel in tabernaculis in deserto, & de loco illo deduxit eos ad terram deliciosam, & ideo in hoc festo debent habere ramos virides & fructus arborum pulcherrimos. Celebrabatur autem hoc festum mense septimo scilicet Septembri, & hoc notatur cum dicitur.*

4 Solennitatem quoque &c. *hoc est immediatè post exitum anni, quia September est primus mẽsis simpliciter in anno, licet Martius sit Primus quantum ad festa sicut dictum est supra.* xj. *ca. & Gen.* vij.

5 Ter in anno apparebit &c. *scil. in pascha, & in pẽtecoste, & in festo tabernaculorũ: tamẽ cum illis qui erant remoti à Hierusalẽ, aliquãdo dispensabatur de duabus vicibus. scil. in pentecoste & in festo tabernaculorum.*

1 Non

6 Nõ immolabis &c *Alia litera, sed minus correcta habet,* victimę tuæ: *& loquitur de victima agni paschalis, quæ nõ debebat immolari: donec fermentũ fuisset amotum de domibus Iudeorum, vt dictum est supra, xij: ca. & hoc est quod dicitur hic:* Nõ immolabis super fermẽto *existẽte in domo tua.*

7 Nec remanebit adeps &c. *vsque. scil. diei sequentis, poterat tamẽ cremari super altare tota nocte.*

8 Primitias frugũ terræ &c. *quamuis hoc præceptũ supra, positũ, sit: tamẽ hic repetitur ad ostẽdendum quod obligat anno septimo sicut, in alijs. quia enim supra mentionem faciens de primitiuis addidit.* Quęcunque seminaueris in agro tuo *ideo posset aliquis credere, quod non obligaret anno septimo. eò quodillo anno seminabatur terra nec colligebantur fructus nascentes à dominis terræ. quod non est verũ quia & si non poterant colligere ad vsus suos, debebant tamen fructus præ alijs maturantes accipere, & deferre ad domum domini in solennitate paschali:*

9 Non coques hædum in &c. *Cuius ratio est, quia lex intendebat inducere Iudæos ad pietatem erga proximos: & sic inhibuit eis ea quæ videbantur esse crudelia, etiam circa bruta animalia. inter quæ hoc erat, quòd agnus coqueretur & pararetur ad esum aliorũ in lacte, quod erat vitæ suæ sustentamentum. Dicit autem Andreas quod hoc etiam intelligitur de carnibus aliorum animalium quæ nutriuntur lacte. non autem de carnibus autum, quia non nutriuntur lacte sed de materia eius: & licet hic dicatur de lacte matris, tamẽ intelligitur de omni lacte. Alia etiam ratio fuit ad hoc, scilicet in detestationem idolatriæ, quia aliqui idololatræ sic coquebãt carnes idolis immolatas.*

Agnum in lacte coqui.

✠ Ecce

MORALITER.

✠ 3 *Et solennitatem messis primitiuorum operis tui:* Tunc enim fiebat oblatio de nouis panibus & fuit figura datiõnis spiritussancti quinquagesima die à domini resurrectione. Tertium fuit festum tabernaculorũ quod celebrabatur in memoriã, q. dominus habitare fecit filios Israel in tabernaculis in deserto, & notatur cum dicitur:

4 *Solennitatem quoque &c.* quia celebrabatur quintadecima die septimi mensis secundum ordinem festorum, & vltimus mensis erat secundum acta hominum, sic enim accipiendo, annus nouus incipit in lunatione propinquiori æquinoctio autumnali, & illud festum figura fuit solennitatis omnium sanctorum. Istæ enim tres solennitates, resurrectionis, pentecostes, & omnium sanctorum in ecclesia sunt solennes.

8 *Nõ coques hędum &c.* Per hędum peccator intelligitur. Matt. xxv. c. *Statuet oues à dextris, hędos autem à sinistris.* Hædus igitur in lacte matris coquitur quando adulatorum blanditiis peccator delinitur, secundum illud Psalm. ix. d. *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

humanitatem docet. Nonnulli igitur tradidere legē hāc prohibere quicquid recens natum fuerit alii verò, non comendendum esse cum lacte materno. Nam quodammodo hac ratione fit vt & mater vnà cum fœtu suo edatur. Simulque vetet, ne & matre & natum ex eā Deo offerat. Ad quod facit, quòd & passerem matrē cū filiis suis capi, phibuit. Id etiā aliud nihil. ē. quàm omniū animantium genus delere.

† coram te

✠ PROCOPIVS. Non excindes agnū ex vtero matris. festūque coques aut fi coquis agnum ne super infundas lac matris.

† exacerbes eum.

* te Aut quantisper agn⁹ materna vbere siccat tantisper eum nō immolabis & coques. Verùm hoc magis cauendum esse adhortatur propter dolorem fœtæ. Nimirum hac eadem de causa, inquit in leuitico, vitulum aut ouem aut capram si prognatę fuerint, erunt septē diebus sub matre, die octauo & vltra recipiuntur in sacrificium & munus Domino.

STRA. Moraliter. Hædus id est peccator non est in lacte matris coquendus, id est blanditiis dissoluendus, sed asperè increpandus & redarguendus.

a *Ecce ego mittam ange, &c.* RABA. Iosue significat ducem populi, qui ideo angelus dicitur, quia ad voluntatem domini annūtiandam mittitur, ἄγγελος enim Græcè nuntius dicitur.

b *Inimicus ero &c.* GREG. Radix cuncti mali superbia est, de qua dicitur Ecclesia. x. b. *Initium omnis peccati superbia.* Sunt autē eius soboles septem principalia vitia, inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria. Et quia his septem superbiæ vitiis nos capros doluit redemptor noster, ad spirituale liberationis prælium spiritu septiformis gratiæ plenus venit.

c *Præcedetque te angelus.* RAB. Iosue populum Israeliticū in terram promissionis induxit, septem gētes eijciens idolaque & aras

† Deus

corū destruens. Mystice verus † Iesus has gentes cùm simulacris suis exterminat, cum septem principalia vitia & omne idolum inimici de cordibus nostris expellit, vt naturæ nostræ terrā secure possideamus.

C

Quos

d *Quos ego conteram.* CHRYSOSTOMVS. Habet vnumquod D que vitium in † cordo nostro propriam māsionem: quam sibi vē † corpore dicans, in animæ nostræ recessu exterminat Israelem. id est, rerū summarum contemplationem, & aduersari non desinit. Non enim possunt virtutes cum vitiis morari, sed cum ab Israelitis, id est à virtutibus fuerint vitia superata, locum quem concupiscentiæ vel fornicationis spirit⁹ possidebat, castitas obtinebit. Item furor cepe rat, patientia vendicabit. Quem tristitia mortem operans occupauerat, salutaris & plena gaudio lætitia possidebit. Quem † accidia vastauit, excolit fortitudo. Quē superbia cōculcabat, humilitas honestabit. Itaque singulis vitiis expulsis, eorum loca, E id est effect⁹ virtutes contrariæ possidebunt: quæ filij Israelis, id est, animæ deū videntis nuncupantur: qui cùm vniuersas cordis expulerint † parauisse quam proprias recuperasse credendi sunt: quia secundum veterem traditionem, terram Chananeorum filij Sem in diuisione orbis sorti sunt, quam Chananæi violēter possederūt. Vnde iusto iudicio Dei expulsi sunt. Volūtas quoq; domini possessionē cordis nostri nō vitiis sed virtutibus deputauit, quæ post præuaricationē Adæ insolescētib⁹ vitiis quasi Chananæis à propria regione † depulsæ sūt. Cùm verò p dei gratiā diligētia nostra & labore nostro resti tuuntur, nō tam alienam terrā occupāt quā recipiunt propriam.

† rapuisse.

† expulsæ.

✠ e *Destrues eos &c.* PROCOPIVS. Sub statuis quasi in ænigma te ītelligūt hæreticorū dogmata. quæ stare & firma esse putātur. Quædā dogmata quæ sensui & intellectui nostro sub his statuis ingerūt, sūt ciuilia. quæ profectò cōuelli nefas duximus imò in sua sede permaneāt solida & incōcussa. Verū dogmata quę ad casum nos impellūt, diruēda sūt & ita diruēda vt nequeāt rehēi & cōsurgi. Hæc enim exprimūtur per illā emphasin destruendo destrues.

f *Benedicam panibus tuis &c:* AVGVSTINVS. Alia litera- Quæst. 91. in Exodum. *Benedicam panem & vinum tuum &c.* Quamuis hæ promissiones possint & spiritualiter intelligi, tamen cùm secundum ho- F

minum

NICOLAVS DE LYRA.

¶ Iosue.

Ecce ego mittam angelum † meum, qui præcedat te, & custodiat in via: & introducat ad locū, quē paraui. Obserua eum

a ¶ Vnde sicut obedimus Moysi sic obediemus tibi.

& audi vocē eius, nec † cōtemnendum putes: quia nō dimittet * cum peccaueris, & est nōmen meū in illo. Quòd si audieris vocē eius, & feceris omnia quæ loquor, inimic⁹ ero inimicis tuis, & affligā affligentes te. Præcedetque te angelus meus, & introducet te ad Amorrhęū, & Hethæū, & Pherezęū Chananæumque, & Heuæū, & Iebusæum: quos ego conterā. Non adorabis deos eorum, nec coles eos. Non facies opera

a ¶ Vt omnis memoria eorum desituatur.

eorum, sed destrues eos, & cōfringes statuas eorū. Seruietis-

a ¶ Et enim benedictiones dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in Sion. Psal. Lxxxiij. b.

¶ b Verbi Dei. ¶ Doctrinæ.

que domino deo vestro, vt benedicam panibus tuis & aquis,

passiones, non tam alienas possessiones † parauisse quam proprias recuperasse credendi sunt: quia secundum veterem traditionem, terram Chananeorum filij Sem in diuisione orbis sorti ti sunt, quam Chananæi violēter possederūt. Vnde iusto iudicio Dei expulsi sunt. Volūtas quoq; domini possessionē cordis nostri nō vitiis sed virtutibus deputauit, quæ post præuaricationē Adæ insolescētib⁹ vitiis quasi Chananæis à propria regione † depulsæ sūt. Cùm verò p dei gratiā diligētia nostra & labore nostro restituuntur, nō tam alienam terrā occupāt quā recipiunt propriam.

✠ e *Destrues eos &c.* PROCOPIVS. Sub statuis quasi in ænigma te ītelligūt hæreticorū dogmata. quæ stare & firma esse putātur. Quædā dogmata quæ sensui & intellectui nostro sub his statuis ingerūt, sūt ciuilia. quæ profectò cōuelli nefas duximus imò in sua sede permaneāt solida & incōcussa. Verū dogmata quę ad casum nos impellūt, diruēda sūt & ita diruēda vt nequeāt rehēi & cōsurgi. Hæc enim exprimūtur per illā emphasin destruendo destrues.

† rapuisse.

† expulsæ.

f *Benedicam panibus tuis &c:* AVGVSTINVS. Alia litera- Quæst. 91. in Exodum. *Benedicam panem & vinum tuum &c.* Quamuis hæ promissiones possint & spiritualiter intelligi, tamen cùm secundum ho- F

minum

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio. ✠ 1 Ecce ego mi. &c. *Præmissa legis promulgatione, hic cōsequenter inducitur populus ad eius obseruantiam. & primo ponitur dicta inductio, secundò legis receptio. ca. xxiij.* Circa primum inducitur populus ad legis obseruantiam ex bonorū promissione. & primò quātum ad terrę Chanaam facilę acquisitionem. secundò quātum ad eius felicem habitationem, ibi: Non adorabis deos eorum. *Ad acquirendum autem terram, tria erant necessaria: directio in via: & quantum ad hoc dicit.* 2 Mittam ange. &c. *viam ostendendo: Et protectio ab hostibus, ideo subditur.* 3 Et custo. in via.. *Et introductio ad locum promissum, & hoc notatur cùm dicitur.* 4 Et introducat &c. *Sed quia ista promittuntur ex suppositione obedientiæ ad Deum in legis & mādatorū ipsius obseruatione, ideo subditur:* 5 Ob

D seruā eū &c. *i. diligenter attende, vt ei obedias: cuius ratio subditur:* 6 Et audi &c. *A: si dicatur, qui obedit ei, obedit & mihi. & qui rebellat ei, rebellat & mihi, secundum quod dicit saluator, Luc. x. c.* Qui vos audit mē audit, & qui vos spernit me spernit.

Angelus præcedens Israel. *Notandum autem, quod illud exponitur dupliciter, vno modo de Iosue qui vocatur hic angelus id est, à Deo missus & ordinatus ad ducēdū filios Israel ad terrā promissionis: & ad debellandum aduersarios eorum, & & ad ponēdū eos in possessione terræ, vt habetur in li. Iosue. Cui populus debebat obedire tanquam nuntio dei, & vices eius gerenti, & quod subditur:* Et est nomē meū in illo. *hoc patet ex nominis interpretatione, quia Iosue interpretatur saluator. q. est proprium Dei. Alio modo exponitur de angel qui præcedabat castra filio-*

LOcutus eſt dominus. *Hic conſequēter traditur deſcriptio tabernaculi & pertinentium ad ipſum, & primò circa hoc ponitur domini præceptum, ſecundò interuenit impedimentum. xxxij. capi. Tertiò amoto impedimento deſcribitur operis executio. xxv. capi. Et quartò tabernaculi erectio. xl. cap. Circa primum primò oſtenditur materia præparatio. ſecundò deſcribitur tabernaculi & pertinentium ad ipſum forma & diſpoſitio ibi:* Facientque mihi ſan. *Circa primum dicitur.*

1 Loquere filijs Iſrael. *quia de oblationibus eorum debebat fieri tabernaculum.*

2 Vt tollant mihi primitias, *In Hebræo habetur* terumath, *id eſt ſeparationem, quia oblata ſeparabantur à communibus vſibus, quibus non poterant vltrà applicari, ſed tantùm diuino cultui.*

3 Ab omni, *id eſt: ſpontaneus.*

4 Accipietis. *& non aliter.*

5 Hæc ſunt. *pro dictis operibus,*

6 Aurum & argen. Hyacinthū. *id eſt, lanam & ſericum talis coloris ſicut eſt lapis hyacinthus, cuius color aſſimilatur ſaphyro.*

7 Coccumque bis. *id eſt, lanam & ſericum coloris rubei. & bis tingebatur vt color eſſet intenſior.*

8 Et byſſum. *Byſſus eſt genus lini candidiſſimi. Iſta enim fuerunt neceſſaria ad faciendum arcam & propitiatorium & alia, quorum aliqua erant de auro, aliqua de argento, aliqua de ære, & aliqua de ære & argento. & ad faciendum cortinas tabernaculi quæ erant de prædictis, vt patebit infrà,*

9 Pilos caprarum: *de quibus facta ſunt ſaga.*

10 Et pelles arie. rubri. *dicit Ioſephus, quod lana pellium erat tincta rubeo colore. Ra. Sa. dicit quod erat frumita gallicè tannées dicta, & ex hoc erant rubeæ.*

11 Pellesque ianthi, *id eſt, tali colore tinctas ſecundum Ioſephum. In Hebræo habetur:* Pelleſque taxorū *vt dicit Ra. Sa. & ſunt anima lia habentia pelles, varias multis coloribus, & de pellibus dictis facta fuit operimentum tabernaculi.*

12 Et ligna ſetim. *ad faciendum tabulas tabernaculi & arcæ & menſæ & aliqua alia, vt videbitur infrà. Si quæratur vnde in deſerto habuerunt ligna ſetim, cum ibi non eſſent tales arbores? Reſpondet Ra bi Sa. dicens quod Iacob vidit in ſpiritu ſancto, quod filij ſui erant facturi tabernaculum in deſerto poſt exitum de Ægypto, & ſecum portauit in Ægyptum ſemina & radices talium arborum, & ibi plantauit & nutriuit, præcipiens filiis ſuis vt exeuntes de Ægypto ſecum portarent. aurum autem & argentum habuerunt de Ægypto, quam ſpoliauerunt, & lapides pretioſos &c.*

13 Oleum ad lumi. *id eſt præparanda, vt poſſint ardere.*

14 Aromata vt. *ad faciendum vnctionem ſacerdotum & vaſorum & compoſitionis cremanda in altari incenſi.*

15 Lapides onychinos & gen. ad or. ephod. *in quo requirebantur duo lapides onychini.*

16 Ac rationale &c. *in quo requirebantur xij. lapides quorum vnus eſt onychinus.*

17 Facientque mihi ſanctua. *Hic ponitur tabernaculi & vaſorum & miniſtrorum deſcriptio. ſecundò artificum electio. xxj. cap. Adhuc primò præmittitur deſcriptio tabernaculi & vaſorum, ſecundò ordinatio miniſtrorum. xxviij. c. Circa primum ponitur primo deſcriptio eorum qui erant intra tabernaculum, ſecundo ipſius tabernaculi in ſe. xxvj. ca. tertiò agitur de his qui erant extra ca. xxvij. Circa primum loquitur primo generaliter dicens.* Facientque mihi ſan. *id eſt tabernaculum, quod poſſit portari de.*

loco ad locum:

18 Et habitabo in medio eorum. *ſi a quod non oporteat eos pro ſacrificiis redire ad montem iſtum.*

✻ Iux-

MORALITER.

† 1 *Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen &c.* In hoc capitulo deſcribitur conſtructio arcæ teſtamenti, cum dicitur † 1 Ar-

☞ aperte moſtrauit quāta humilitate, pietate, mūditia, virtutes Angelicæ gaudeāt obedire, quæ ſunt tabernaculū pfectū eius qui in eis ſemp habitauit. Quorū etiam nobis in reſurrectione ſimilitudo vitæ & cōmunis ante Deū conuerſatio promittitur: quocūq; modo eorū vitam imitari ſtudemus laudando. ſ. & diligēdo Deū & proximū. Inimicos etiā prouocando ad Deū, quibus dicitur: Roma. 8. b. *Vos autē fratres nō eſtis in carne, ſed in ſpiritu.* Tabernaculum ergo Moyſi in monte mon ſtratū, cæleſtis patria eſt, quæ nunc de ſolis Angelis extitit, ſed poſt aſcēſionē Chriſti præclarā multitudinem ſanctarū animarum recepit.

✻ DIO. Scena ſuis tabernaculis, imago, erat & quidā modulus totius orbis, nec alia ſedes quoties apud hominesſe De⁹ nō dedignaretur decētior tāto numini potuerat excogitari, q̄ typū gereret omniū rerū, vt omnib⁹ gētibus innoteſceret, illū eſſe apud Hebræos Deū, qui nō tabulis æreue alicuius artificis indigeret, ſed qui prout omnium domino conuenit, in modulo totius orbis apparet. Anguſtumq; ac breue illud opus tabernaculi, maximū illud auguſtumq; cœli templum animo colentium repræſentaret.

a *Iuxta omnē.* BED. Imitari debemus Angelos diligēdo Deum & proximum. Subueniunt & illi miſeris, & ſi non Angelis, qui omnes beati certè hominibus. Humiles ſunt, mites ſunt, pacati diuinis obediūt præceptis. Imitare hos quātum vales, vt ſanctuarium domino iuxta templum quod in monte monſtratum eſt, in te ædifices: vt & nunc in te Deus habitet, & poſt hanc vitam in illud tabernaculum quod imitaris, introducat.

b *Omnium vaſorum.* BED. Vaſa tabernaculi ſingulæ perſonæ Angelorum, ex quibus Ieruſalem mater omnium noſtrum in vera pace & vnitate conſiſtit.

c *Sicq; facietis illud. Arcam.* BED. Arca fieri præcipitur, in qua Chriſti incarnatio figuratur, *in qua omnes theſauri ſapiētiæ & ſcientiæ abſconditi.* Hæc de lignis ſetim cōpingitur, quæ leuia & imputribilia parū à qualitate albæ ſpinæ diſtāt, qa corpus Chriſti cōſtat ex mēbris ab omni vitio mūdis. Hæc ligna ſūt ſimilia ſpinis, qa non in carne peccati, ſed in ſimilitudine carnis peccati venit.

d *Cuius longi.* BED. Quæritur cuius quātitatis ſit iſte cubitus, quem Moyſes in tabernaculo, Noe in arca poſuerit. ſecundū Ioſephum, non eſt putandum hominē Iudæum ingenio præditum ſcripturis diuinis & ſecularibus doctiſſimū hoc potuiſſe latere. C Ait ergo: *Facta eſt arca longitudinis quinq; palmorū latitudinis triū.* Vnde patet: quia illum deſignat cubitum quē duo palmi faciunt.

e *Latitudo.* BED. Vnius cubiti latitudo pro diſpenſatione do

a ¶ Non ex parte. quia ſi Angelorum conſortia cupimus, debemus vitam eorum in terris quantum non noxia corpora tardant, imitari.

b ¶ Patriæ cæleſtis, ad cuius ſimilitudinem eccleſia ſubetur conſtrui.

a corū, iuxta omnēm ſimilitudinē tabernāculi, quod oſtēdam

a ¶ Singulorum Angelorum.

tibi, & omniū vaſorum in cultū eius. Sicq; facietis illud. Ar-

a ¶ Corpus Chriſti quod nulla contagione peccati corruptam: cuius longitudo fuit tolerantia paſſionis. b ¶ Membris partiſſimis: quamuis in ſimilitudinem carnis peccati. c ¶ Longitudinis patientia.

d cām de lignis ſetim compingite, cuius lōgitudo † habeat

a ¶ Doctrinam & operationem Chriſti, quorum alterum ſine altero non fuit. b ¶ Plenum cubitum non habemus, quia eius opera ad plenum imitari non valemus. ¶ Quia tarditatem diſcipulorum longanimiter ferebat. c ¶ Amplitudo charitatis qua vita ſed in duo mandata diuiſa. ¶ Charitatis qua ſuos adunare curauit. d ¶ Quia in hac vita nec Deum perfectè diligere, nec quantum diligat nos comprehendere ſufficimus.

† habebit. † ſemiſſem. Ex cathena Græca.

e f dūos &† ſemis cubitos, lātitudo, cubitū & dimidium, altitu-

¶ Propter vnicam ſpem, quæ futuræ reſurrectionis gloriæ præſtolamur aduētum, vel quia nos inter aduerſa propter præmia futura gaudere admoneat.

do cubitū ſimiliter ac ſemiſſem, & deaurabis eam auro mun-

a ¶ Quia humanitas intus virtute plena eſt: & foris ſpiritus ſancti opera præmonſtrabat. b ¶ Quia expectauit quando pro nobis ſuſceptam mortem cum mortis autore ſupera, & honore coronatus.

diſſimo intus & foris: Faciéſque ſuprà coronam auream per

a ¶ Quatuor Euangeliorum libros, qui circulis comparantur, quia æterna Dei ſapientia quam prædicant, nec incipiens nec deſinens quam homo accepit. b ¶ Claritate ſapientiæ.

† ſondes ei. g circumitum, & * quātuor circulos aureos, quos pones per

dū, vel nos glorificaturū eſſe præuidit. Vnde lōgitudo duorū cubitorū, ppter doctrinā. ſ. & opera quib⁹ in mūdo fulgebat. Vnde *Quæ cœpit Ieſus facere & docere.* Et alibi *Vnde huic ſapientia hæc & virtutes.* Quòd verò arca ſemiſſem habebat in lōgitudine, humanæ fragilitatis tarditatē poteſt ſignificare, q̄ dicta vel opera Chriſti ſublimia dignè capere nō valebat. Vnde: *Hac non cognouerunt diſcipuli eius primùm &c.* facta. ſ. eius. Et alibi: *Et erat verbum iſtud abſconditum ab eis: &c.* Habebat ergo arca duos cubitos lōgitudinis: quia verbo & facto clarus in carne apparebat. Dimidiū verò cubiti, quia tarditatem diſcipulorū longanimiter ferebat.

f *Altitudo cubiti, &c.* BED. Habet arca cubitū in altitudine, quia Chriſtus pleniſſimè nouerat cum eſſet incorruptibili carne, quāta vel ſibi vel mēbris gloria eſſet futura. Habet & dimidium, quia deuotionē noſtræ carnis libēter in ſe ſuſcepit: qui pia intentione patriā futurā diligimus, ſed nondum perfectè quæ ſit eius felicitas capimus, & hoc † tantillum non niſi ab illo habemus.

g *Et quatuor* GREGORIVS. Arca eccleſia. Quatuor circuli aurei p quatuor angulos, quatuor Euāgelij libri, quibus p quatuor mundi partes prædicatur. Vectes de lignis ſetim, qui ad portandum inferuntur circulis, fortes & perſeuerantes doctores, qui ſacris libris ſemp inhærentes eccleſię vnitatē denuntiant. Vectib⁹ verò arcā portare eſt bonis † doctrinis eccleſiā ad rudes fidelium mentes prædicando deducere. Hi vero iubentur operiri: vt cum aliis prædicant ſcientiæ fulgore ſplendeant. Hi ſemp erunt in circulis nec vnquā extrahentur, vt qui ad officiū prædicationis excubant, à lectionis ſtudio nunquā recedant. Ad hoc enim vectes in circulis ſemp eſſe iubentur: vt cū arca portāda fuerit de intromittendis vectibus nulla tarditas generetur, quia cùm ſpirituale

☞ aliquid

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Iuxta omnē ſimilitudinē tabernaculi, &c. *Oſtendit enim dominus Moyſi viſione imaginaria tabernaculum cum omnibus ad ipſum pertinentibus, & ſecundum hanc ſimilitudinem Moyſes explanauit & deſcripſit artificibus.*

2 Arcam. de lignis ſetim compingite: cuius lo. *Hic deſcribitur in ſpeciali, & prim. o ea quæ erant intra ſanctum ſanctorum. ſecundò quæ erant intra ſancta, ibi:* Facies & menſam. *Circa primum dicitur:* Arcam. *ſ. teſtamenti, quæ erat quaſi ſcrinium ſine pedibus.*

3 De lign. ſetim. *quæ ſunt imputribilia, vt dicit Ioſephus.*

4 Cuius longitudo habeat duo. & ſemis cubi, &c. *id eſt, duos cubitos & dimidium.*

5 Et deaura. *non per modum pictura, ſed lamīnis aureis operiendo: vnde infrà xxxvj. c. dicitur.* Vectita auro. *& idem tenendum de omnibus illis quæ dicuntur in opere iſto deaurata.*

6 Facieſque ſupra coronā au. *Iſta corona non erat rotunda ſed quadrata. Erat enim quoddam labium in parte ſuperiori arcæ in circuitu eleuatum, quaſi ſtatio duorum digitorum vel quatuor ſuper operculum arcæ, ſicut ſic in marginibus ſacrariorum dicitur tumor corona, quia erat per totum circuitum arcæ.*

7 Et quatuor cir. *ſecundum Ioſephum iſti circuli ſic erant diſpoſiti in quatuor angulis: ita quod erant verſus ſuperiorem partem arcæ ſub corona, & quod vectes intrantes per circulos erent ſecundum longitudinem arcæ, & in hoc videtur concordare textus, quia ibi dicitur.*

✻ 1 Duo

MORALITER.

† 1 *Arcam de lignis ſetim compingite, &c.* Per arcam iſtam figurata fuit virgo Maria, in qua repoſitus fuit ſanctus ſanctorum Ieſus Chriſtus, qui eſt rex & ſacerdos & cibus fidelium. Et hæ tres conditiones figuratæ fuerunt per tria in arca repoſita, ſcilicet tabulas continentes legem, & ſignificant regiam dignitatem, ad quam ſpectat ferro legem: & virgam Aaron, quæ ſignificat ſacerdotium: & manna quæ ſignificat cibationem fidelium viatorum in ſacramento euchariſtiæ & beatorum in propria ſpecie. Facta verò fuit hæc arca de lignis ſetim, q̄ ſunt imputribilia, ad ſignificandū puritatē beatę virginis Marię, quæ fuit puriſſima mēte & corpore, & etiā poſt mortē conſeruata à corporis putrefactione.

5 *Et deaurabis eam auro mundiſſimo intus.* per charitatis feruorē.

† *Et foris.* per concerſationis honeſtatem.

6 *Faciesq; ſupra coronā au.* nam cęteri ſancti etiam ſupremi Angeli ſūt in cœlis ſicut Dei miniſtri, ipſa verò ſicut ceſorū regina.

A

aliquid à pastore quæritur, ignominiosum est si tunc quærat discere, cum quæstionē debeat enodare, sed circulis vectes inhærent, vt Doctores semp eloquia domini meditantes testamenti arcam sine mora leuent, & quicquid necesse est docent. Vnde Petrus: *Paratus semper ad satisfactionem omni poscenti rationem, & de ea q̄ in vobis est, &c.*

a *Duo circuli.* BED. Quia in figura quatuor animaliū: duo, q̄ per hominē & vitulū significantur passionem & mortem eius signauerunt. duo q̄ per leonem & aquilā, victoriam qua. s. mortē destruxit. homo enim Deus p̄ incarnationē mortalis factus apparuit, Vitul⁹ verò oblatus pro nobis in altari crucis extitit. Itē leo, mortem superando, aquila factus est ascēdēdo. Duo ergo circuli sunt in latere vno, & duo in altero, quia duo Euangelistæ assumptionē in domino humanæ fragilitatis: & duo victoriam qua de assumpta fragilitate & morte triūphauit, insinuauerunt. Quasi enim louum latus duos habuit circulos, cum duo Euangelistæ incarnationem Christi & passionem figurarunt. Dextrum quoq; duos cum duo alij resurrectionē & ascensionē, quæ ad futuræ vitæ gloriam pertinent, expresserunt.

b *Testificationem quam dabo.* BED. de qua Apostolus: *Post velamentum autem, inquit, secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcā testamenti circumtectā ex omni parte auro: in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabula testamenti.* Vrna ergo aurea in arca habens manna, sancta anima est in Christo, habens in se omnem plenitudinem diuinitatis. Virga Aaron quæ excisa frōducrat, potestas sacerdotij inuictaide qua dicitur: *Virga æquitatis, virga regni.* quæ ad tēpus morte succisa mane resurrectionis viua reflоruit, & perpetuò inuiolabilis & immarcessibilis permānsura innotuit.

Rom.6.b. *Christus enim resur. ex mortuis iam non mo.* Tabulæ testamenti in arca omnē in Christo scientiam paternorū secretorū & potentiā designant iudiciorum. In illis enim & fides erat inscripta diuinitus

C quæ mundum crearet ac regeret, & mandata quibus Deo seruire oportet & discretio iudicij qua se odientes dānaret, diligētes remuneraret. Hæc est ergo testificatio quā dominus Moysi in arca D ponendā dedit, cū nobis consitendam in Christo significauit veritatē carnis & animæ & verbi, ipsamq; carnē post passionē & resurrectionē glorificatam, & æterna regis ac pontificis dignitate sublimatā monstrauit, & ipsum tantum paternorū conscīū secretorum quasi eiusdem cum patre maiestatis iudicem omnium docuit seculorum.

c *Facies.* BEDA. Propiciatoriū tabula erat aurea eiusdē mensuræ cuius arca sic dicta, quia ibi Deus Moysi apparens, & cum eo loquens, propitiabatur populo, & misericordiam significat, vnde bene sup arcam erat q̄ misericordia eius super omnia opera eius. E

d *Duos quoque cherubim, &c.* Propter societatē angelicæ pacis, q̄ minus quā inter duos haberi non potest. Cherubin autem angelicā militiam significat. Angeli verò summa concordia & quiete Christum contemplantur. Vnde versus ad inuicem vultibus propitiatorium respiciunt: quia illam beatitudinem se habere Dei gratia intelligunt.

Propiciatorium.

† *purissimo.*

Hom.6 in Ezechiel.

GREGORIVS. Duo cherubim qui plenitudo scientię dicuntur, duo testamenta sunt, quorum vnus à summitate vna propitiatorij, alter, ab altera stat. quia quod vetus de incarnatiōe Christi cœpit prophetando promittere: nouum perfectē narrat completum. Ex auro mundissimo fiunt, quia vtraque testamenta pura & simplici veritate describuntur. Expandunt alas, & oracula operiunt quia nos qui Dei oracula sumus à culpis imminentibus scripturæ sacræ eruditione protegimur: quam dum sollicite aspicimus, ab errore ignorantiæ eius alis velamur. Mutuo se respiciunt, versis vultibus in propitiatorium: quia testamenta in nullo discrepant, & inuicem se aspiciunt: quia quod vnum promittit, aliud exhibet. Et propitiatorium id est, mediatorem Dei & hominum inter se positum vident: facies enim à semetipsis F auerterent, si aliud promitteret quod aliud negaret.

BEDA. Numero singulari כרוב cherub plurali autē כרובים cherubim dicitur. Sed Græca consuetudo neutri generis cherubin posuit, in litera in n. mutata. Hieron. autem & masculino

1.Tim.2.A

genere

A genere posuit duos cherubim aureos, &c. Nō duo cherubim aurea Interpretatur autē scientiæ multitudo, vel scientiæ intellectus quod recte Angelis conuenit, qui ab omni impulsu impuræ cogitationis alieni inhærent conditoris visioni. Alas autem in figura cherubim Moyses facere iubetur, quod etiā pictorū licētia imitatur: vt in alto Angeli sedē habere, & leui volatu quolibet discurrere signentur. Quod nobis quoque post resurrectionē spiritualē corpore vestitis indubitanter promittitur. Duo cherubim mutuo se respiciunt, quia duo testamenta in attestatione veritatis quam prædicant, in nullo discrepant. Vertunt vultus in propitiatorium, quia misericordiā, Dei in qua vnica est spes mundi valde commendant. Et ideo sunt ex vtraq; parte oraculi, quia præcedentia ante incarnationē tempora & sequentia, prædicatione spiritualis scientiæ replent: quibus etiam nomen scientiæ multiplicare conuenit, quia scriptura spirituali scientia plena est, quæ ex quo fieri cœpit augetur & multiplicatur. vnde Daniel. xij. b. *Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia.* Moyses namq; amplioré patriarchis habuit scientiam. Vnde supra. v. j. a. *Ego qui apparui Abrahæ Isaac & Iacob, & nomen adonai non indicaui eis,* subaudis, sicut tibi. Dauid quoq; ait: *Super omnes docentes me intellexi.* Et alibi: *Incerta & occulta sapiētiæ tuæ manifestasti mihi* Apostolos quoq; maiora prophetis nosse declarat dominus dicens: *Multi prophetæ & iusti voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, &c.* Et eis post ascensionem maiorem scientiam promittit. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis modo, &c.* In futuro quoq; maius se reuelaturum promittit dicens: *Et manifestabo ei meipsum.* Rectē ergo cherubim mundissima scientia dicitur, quia in vtroquo testamento magis & magis ex tēpore cognitio veritatis fidelibus innotescit. Recte cherubin obumbrare propitiatorium dicuntur, quia testamenta crescento & multiplicata scientia propitiationem saluatoris prædicant, & gratis semper vocibus quasi C expansis ad volandum alis honorare non cessant, quia enim verba colloquentium quasi volando per aërem ab ore dicentiū ad D cor perueniunt audientium, bene expansis alis ad volandum aptatis designantur.

Lib.2. de tabern. cap.5.

Pſalm.118.n. Pſalm. 50.b. Matt.13.b. Iob.36.c. Iob.14.c.

a *Inde præcipiam, &c. super propitiatorium.* BEDA. Super propitiatorio, quia per gratiam propitiationis Dei factum est quod hominibus per prænuntiationem apparere, & viam veritatis post errorem mōstrare dignatus est. Et de medio cherubin loquitur, quia per angelicā visionem, & non in sua substantia apparuit ei, & locutus est Moysi: Vnde lex propter transgressionem posita est, ordinata p Angelos, &c. Item de medio cherubim loquitur, quia per verba vtriusque testamenti cōsona voce erudit, vel quia per filiū qui in medio duorum testamentorum in carne apparuit, paterna voluntatem ostendit. Vnde Abacuk ait: *In medio duorum animalium innotescēs.* E

Vbi suprà.

* Domini.

† testificabor tibi (i.) notum tibi facia quod tecum sim.

Habacub. 3.

BEDA. Potest in arca ecclesia figurari, quæ de lignis imputribilibus. i. sanctis animalibus ædificatur, & in fide Euangelij per quatuor mundi partes distenta, coronam vitæ à Deo expectat: habens in se tabulas testamenti in continua meditatione legis: & vrnam auream cum manna, in fide incarnationis domini, & virgam Aaron quæ fronduit in participatione regni & sacerdotij dominici. Vnde. j. Pet. ij. b. *Vos autem genus electum regale sacerdotium.* Habet propitiatorium desuper, vt cuncta bona à diuina gratia se accepisse cognoscat. Et cherubim gloriæ in propitiatorio, Angelica. s. præsidia quibus adiuuatur Deo propitio. Vel testamenta quibus qualiter viuat, & viuendi auxilium à Deo quærat instruitur. Sic autem sunt cherubin supra propitiatorium quomodo ciuitas id est, ecclesia supra montem, id est, Christum dicitur constituta, non illo altior, sed quòd proficit eius sustentata præsidio. Cherubin supra propitiatorium habet arca, quia Angelica mysteria vel eloquia diuina eo veracius ecclesiam iuuant, quo ipsa in fundamento summæ veritatis stabilita consistunt. F

a *Facies*

✠ 1 Expandentes alas, *suas in altum non directe: sed oblique: & sic operiebant aliquo modo propitiatorium.*

2 Respicientq; se mutuo, &c. *non directe ex aduerso sed vertentes aliquantulum vultus suos ad latus: vnus contra alium. ideo subditur.*

3 Versus vultibus in propi. quo operienda est arca. *quia secundū Ra.Sa. propitiatorium erat operculum arcæ: secundum verò aliam opinionem hoc non dicitur, quòd esset operculum arcæ: sed eleuatum altius vt prædictum est: & pro tanto dicitur hic operiri arcam.*

4 Inde præcipiam super pro. *quia sicut dictum est erat quasi sedes Dei loquentis cum Moyse.*

5 Ac de medio duorum cherubin, &c. *qui erant super arcam. Ex hoc dicit Ra. Sa. quod duo cherubim stabant super operculum arcæ in extremitatibus eius. Alij autem doctores de quibus facta est mentio dicunt quod erant positi super pauimentum tabernaculi in extremitatibus arcæ: Dicuntur tamen hic esse super arcam: quia eleuabatur in altum vltra altitudinem arcæ.*

Vt autem prædicta facilius capiantur describi ea in figura: veritatem quia non possunt perfectē figurari in plano oportet quod imaginatio insufficiens supplеat illud quod non potest figurari huc modo.

Præmissa descriptione arcæ propitiatorij & duorum cherubim: consequenter ponitur ratio prædictorum & quantum ad preciositatem materiæ, & speciositatem formæ eadem ratio est in istis & in futuris operibus. s. quia Deo cuius pulchritudinis & bonitatis non est finis, deputandum est ad eius cultum & ministerium illud quod in humanis inuenitur preciosissimum & pulcherrimum. Vnde Leui. xxj. præciptur quòd sacerdotes nullam maculam habeant. Quantum autem ad dispositionem prædictorum considerandum, q̄ totum tabernaculum quod erat longitudinis xxx. cubitorum & x. latitudinis, diuidebatur in duas partes inæquales, quia pars occidentalis continebat decem cubitos per quadrum, & dicebatur sanctū sanctorum vel tabernaculum interius. Alia pars versus orientem continebat xx. cubitos in longum, & decem in altū & dicebatur sanctum vel sancta, siue tabernaculū exterius, & distinguebantur istæ partes vno velo inter medio, vt diffusius postea videbitur. Per tabernaculum exterius figurabatur inferior pars orbis, quæ est visibilis, scilicet cœlum sidereum & elementa, vt videbitur postea. Per tabernaculum interius representabatur superior pars orbis, quæ est nobis occulta, vbi est locus beatorum. Ibi autem sunt tria quæ figurabantur per tria prædicta, quæ erant intra tabernaculum interius posita. Per propitiatorium enim quod quasi sedes Dei, vt prædictum est, representabatur ipse Deus præsidens omnibus, qui licet sit vbique per essentiam, præsentiam & potentiam, tamen specialiter modo est in loco beatorum per apertam visionem & fruitionem. in illa autem sede non erat aliqua imago domini ipsum representans, ad designandum q̄ ipsa deitas cuius sedes erat propitiatorium nullo modo est figurabilis, secundum quod est in loco beatitudinis. Est autem ibi natura Angelica, quæ per cherubin representabatur. Erant autem duo ad designandum Angelorum multitudinem, & versus vultibus se respicientes, ad designandum eorum concordiam, secundum quod dicitur Iob. xxv. a. Qui facit concordiam in sublimibus suis. *Erant autem stantes ex vtraq; parte propitiatorij secundum vnam descriptionē. secundū aliā verò non solū assistentes, sed etiā propitiatorium sustentantes ad designādum assistentiā Angelorū circa thronum Dei secundum quod dicitur Apoc. vij. c.* Et oēs Angeli stabāt in circuitu throni tāquā ministri ad obsequiū parati. *Tertiū, quod est in illo loco beatorū, sunt rationes nobis occultæ omniū effectuū visibiliū: quia nihil fit in creaturis visibilibus quod non egrediatur de aula summi imperatoris, vt dicit Aug. Rationes igitur huiusmodi sunt ibi clausæ sicut & rationes effectuū in causis efficientibus. & hoc designabatur per arcam quæ erat clausa, intra quam tria continebantur scilicet manna, virga Aaron & tabulæ, ad repræsentandum tria quæ in humanis cultus collatis sunt præcipua. scilicet vita quæ per manna designabatur: Tum propter eius dulcedinem, quia omnibus appetibile & dulce est viuere: Tum quia data fuit à Deo ad sustendandam vitam filiorum Israël existentium in deserto. Secundum est potestas regiminis. quia vbi non est gubernator populus corruet, vt dicitur Prouer. xj. b. & hoc figurabatur per virgam Aaron. Tertium est sapientia. per quam vita & potestas regiminis diriguntur, & hoc figurabatur per tabulas in quibus præcepta decalogi erant scripta.* Hæc enim est sapientia nostra & intellectus coram populis, *vt dicitur Deuteron. iiij. a. per quem dirigimur in agendis.*

Tabernaculi dispositio

✠ 3 Ponesq; in arca testificationē. *id est, tabulas scriptas digito Dei, quæ erant testes inter Deum & populum, q̄ recepisset à Deo illa præcepta.*

4 Facies & propitiatorium. Ra. Sa. & *Hebræi dicunt, q̄ istud propitiatorium erat operculum arcæ: tum quia de alio operculo eius non fit mentio: tum quia describitur eiusdē longitudinis & latitudinis sicut & arca. Aliqui alij doctores dicunt, quod non erat operculum arcæ, sed erat tabula aurea superius eleuata, quasi portaretur ab ipsis cherubinis qui erant in extremitatibus arcæ, ita q̄ esset quasi sedile ipsius Dei, & arcæ operculum esset quasi scabellum illius sedis secundum illud:* Qui Pſal.79.a. *sedes super cherubin. id est, super propitiatorium ab ipsis cherubinis sustentatum. Dicebatur autē propitiatorium. quia de illo loco audiebantur responsa diuinæ pietatis. secundum verò dictum Ra. Sa., operculum arcæ erat quasi sedes Dei: & pauimentum tabernaculi quod erat ante arcam, erat quasi scabellum sedentis.*

5 Duo quoque cherubin, &c. *Iosephus dicit quòd habebant similitudinem quærundam auium quæ nunquam visa sunt ab hominibus: sed Moyses visione imaginaria vidit tales similitudines in sede Dei. Ra. Sa. & alij doctores dicunt quòd habebant similitudinem puerorum vel iuuenum habentium alas.*

6 Et productiles, &c. *quia non erant facti opere fusorio sed cum martello aurum deducebatur ad talem figuram.*

7 Ex vtraq; parte ora, &c. *id est, propitiatorij quod dicebatur oraculum: quia per orationes impetrabatur diuinum responsum quod audiebatur.*

✠ 1 Expan

✠ 4 *Facies & propitiatorium.* Ipsa namque præcibus suis Deum facit nobis propitium.

5 *Duo quoque cherubim aureos, &c.* per quos designatur assistentia Angelorum huic virgini famulantium.

✠ 1 *Facies*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Navarra
Biblioteca

a *Facies & mensam, &c.* THEOD. Mensa in qua panes propo nebantur, symbolū erat orbis, totius anni quatuor discreti tēpestatib⁹, hyeme, vere, æstate, & autūno vnde fructum copia suppeditatur. Candelabrū autē septem pliti lumine fulgens, dies signabat hebdomadæ. Atq; hæc in prima parte ipsius scenæ, In secūda erat arca testamēti, q̄ cura Dei erga populū cognitionē q; cōtesta batur. Tabula & virga simul Israēlē admonebant, Deū in legis p̄ceptis & in obsequio sacerdotij colēdū esse. Māna in monumētū eius tēporis seruabatur, quo illi à Deo eruditi per deserta alimento cœlesti fruebātur. Acerra aurea arguebat, gratum esse Deo virtutis sustitū. Aurum fulgebat vbi- B que, vt studium erga Deum omnibus aliis rebus antoferēdū admonerentur p cherubim naturā p̄pimus Deo ministrātiū quæ visum nostrū fugiat. Nec mirū si ex eo loco redderētur oracula: solet enim Deus c p huiusmodi legatos exequi cuncta, quæ ad vtilitatē spectant animorum nostrorum.

Lib.v. de tabernaculo cap.6.

BEDA. Mensa de lignis setim, scriptura est de fortibus verbis patrū factisq; cōpacta: quæ dum æterna gaudia, & quomodo ad ipsa peruenīatur ostendit, cibū vitæ fugger it. Longitudinē habet cùm p̄severantiā cœpte religionis insinuat. Latitudinē cùm amplitudinē charitatis, altitudinē cùm spē † perpetuę remuneratio nis. Longitudo duorū cubitorū, q̄a actiua cōuersatio duab⁹ maximè virtutibus cōsistit, munditia. s. & innocētia. Vnde: *Religio munda & immaculata apud Deū & patrē: hæc est V isitare pupillos & viduas in tribulatione eorū, &c.* In eo enim q̄ ait: Visitare pupillos & viduas, &c. cūcta quæ indigētibus proximis misericorditer bemus ostēdit. In eo verò q̄ addit, & immaculatū se custodire ab hoc sęculo, omnia quibus castè viuere oportet, exprimit. Vnde Lu. xij. c. *Sint lumbi vestri præcīncti, & lu. &c.* Quòd verò sequitur:

Matt. 25. d. *Et vos similes hominibus expe. dominū suum, &c.* altitudinē mensæ. i. spē futuræ retributionis significat. Quòd mensa vnū cubitū in latitudine habet, vnitatē charitatis quā totum votus & nouū testamētum prædicat, ostendit. Vna enim est charitas & simplex, qua Deū & proximū & inimicos amare iubemur, quāuis recta di C stātia Deū primo loco, inimicos vltimo pro differētia quoq; meritorū proximis dispar est modus impēdendus amoris. Iacob nāque omnes filios, sed Ioseph merito innocētiæ præ cæteris diligebat. Vnde Can. j. a. *Introduxit me rex in cellam vinariam: & ordinauit in me charitatem.*

Gen. 17. a.

Vbi supra. b *In altitudine cu. &c.* BED. Quod altitudo cubitū & semisse habet. Cubit⁹ sicut in altitudine vnitatē spei cœlestis significat qua expectamus dūm de cœlis remuneratorū. Nam & si pro diuersi- D tate meritorū multæ māsiones in domo patris sint, vnum tamen est regnū cœli, in quo oēs recipiuntur electi. Semis verò initiū cōtemplationis, quo quidā sanctorū etiam in carne positi meruerunt frui, quibus non solùm sperare cœlestia, sed etiā videndo partim pregustare donatum est, in quibus mēsa tabernaculi. i. divina scriptura, qua ecclesia semp reficitur, sup cubitū cōmunis spei semissem in altitudine adiungit: quia gaudia illis præmonstrata antequā reddita præsignat: qa quod raptim & in transitu fit, per dimidiū non p plenum cubitum fi- E guratur.

c *Faciesq; illi labiū, &c.* BED. A. Labiū aureum fit in mēsa per circumitum, quia doctrina sacri eloquij p munda prædicatorū ora ministratur. neq; illorū locutio qui diuina arcana tradiderunt humanæ cōfabulationis sermonib⁹ cō taminari consentiebānt, sed otiosa verba grauiter ferebant & redarguebāt. Vel labiū aureum fit mensæ p circumitum, qa sancta scriptura ex omni parte locutionis cùm rectè intelligitur, claritatē cœlestis sapiētiæ sonat. Labio corona additur, quia lingua prædicantiū auditoribus gloriā vitæ æternæ promittit. Corona quatuor digitis alta fieri præcipitur, qa altitudo perennis coronæ p quatuor Euangelia ostenditur. Vel quia p cu stodiā Euangelicæ fidei & operationis ad coronam vitæ oportet peruenire. Beno autē per digitos libri signantur, quia tabulæ legis digito Dei scriptæ, & in Euangelio dominus districtionē legis tēperaturus digito scribebat in terra dicēs, Iohan. viij. a. *Qui sine peccato est vestrū, primus in illū lapidem mittat.* Digitus Dei Spiritus domini. Vnde q̄ Matthæus *in digito Dei*, Lucas quasi exponē do dixit in spiritu Dei. Igitur labiō mensę aureo corona aurea F quatuor digitis alta superponitur, quia purissima prædicatorum eloquia spē superne beatitudinis expectant, quæ in mysterio sancti spiritus in quatuor Euāgelij libris cōtinetur. Nec solùm ipsi 1. Cor. 2. f. præmium laboris in cœlis accipiunt, sed obtēperantibus sibi eandem vitę coronā certa Euangelicę veritatis autoritate promictunt. Corona verò interrasilis, quia æternū regnum omnibus indifferenter datur, sed pro qualitate accipientium singulis distribuitur. Non esset autē interrasilis, si claricas futuræ retributionis æqualis omnibus pāderetur. *Sed stella differt à stella in claritate sic & resurrectio mortuorū*, corona distincta variis sculpturis, sed cōpetenter ordinatis appositа est. Vna enim vita omnibus iustis promittitur, sed multiformis pro diuersitate meritorum gloria singulorum.

☞ a *Coronam*



a ¶ Scripturam, quæ nullam fallaciæ corruptionem recepit. b ¶ Fortibus verbis & factis patrum.

per te filiis Israēl. Facies & mēsam dē lignis setim, habentem a ¶ Mund. tiā & innocentiam, quæ scriptura docet habendā. b ¶ Perseuerantiæ. c ¶ Amplitudine charitatis. ¶ Quia vna charitas & simplex. d ¶ Spes & futuræ retributionis. f.

b duōs cubitos lōngitudinis, & lātitudine cubitū, & in altitudi

a ¶ Vnitatem spei cœlestis. b ¶ Initium contemplationis. ¶ Quia scriptura sensu cœlestis sapientiæ refulget, & qui eam condidere præclari fuerant vita & sermone.

c ne cubitorū ac semissem, & inaurabis ea auro purissimo. Fa- 2 3

Mysticè. Vbi supra.

Quatuor sensus sacræ scripturæ.

†scutellas eius & cochlearia ei⁹. Matth. 19. c.

Totomodo.

Acetabula.

Iohan. 3. d. Eccle 9. b. Matth. 3. a. Apoc. 22. c.

Esa. 22. a.

Mysticè. Vbi supra.

Iohan. 14. a.

Mysticè. Vbi supra.

Misticè. Vbi supra.

☞ a *Coronam, &c.* & sup illam alte. co. BEDA. Corona aurea ad litur, cùm p Euangelium his qui mandata custodiunt: vita æterna promittitur. *Si vis ad vitā ingredi, serua mādata.* Nō homicidium facies. Nō adulterabis, &c. huic corona aureola superponitur, cū dicitur. *Si vis pfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Ad hanc coronā pertinet canticum nouū quod virgines tantùm coronā agno cōcinunt, & *qui sequūtur agnū quocūq; vexit.* Vel corona aurea labio mēsæ apponitur, cum in scriptura discimus, egredientes de corpore animas in cælis æterna recipere p̄mia. Huic aureola superponitur, cùm in scriptura dicitur, q̄ ei sublimior gloria in receptione corporū ser- B uetur.

b *Persingulos, &c.* BEDA. Mensa tabernaculi quatuor pedes habet, qa verba cœlestis oraculi vel historicè vel allegoricè vel tropologicè. i. morali d ter, vel anagorice accipiūtur. Historia est, cùm res † quādo secundū literā vel dicta vel facta plano sermone refertur, sicut populus ex Ægypto saluatus, vel tabernaculū in deserto factū. Allegoria cū rebus vel verbis mysticis p̄sentia Christi & ecclesiæ sacramenta signātur, Verbis ita: *Egredietur virga de radice Iesse, &c.* quod est aperte dicere: Nascetur virgo Maria de stirpe Dauid, & Christus de stirpe eius. Rebus, vt populus de Ægypto p sanguinem agni saluatus, ecclesiā significat passione Christi à diaboli dominatione liberatam. Tropologia, id est mortalis locutio ad institutionē & correctionem morū apertis vel figuratis verbis respicit. Apertis ita: *Filioli mei non dili. &c.* Figuratis ita: *Omni tēpore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.* Anagogia, id est, ad superiora ducens locutio est, quæ de p̄miis futuris & de vita futura in cœlis, mysticis vel apertis verbis disputat. Apertis sic: *Beati mundo corde, quoniā ipsi Deū videbunt.* Mysticis sic: *Beati qui lauant stolas suas, vt sit potestas illis in ligno vitæ, & p portas intrent in ciuitatem,* acsi patenter dicat: Beati qui mundant cogitationes & opera, vt possint Deū videre, qui ait: *Ego sum via veritas & vita*, & per doctrinam & exempla p̄cedentium, intrent in regnum cœlorum.

c *Vt mittantur vectes per eos.* BEDA. Per circulos mittuntur vectes ad subuehēdam mensam, quia doctores vt verbis sacræ scripturæ auditores reficiant, necesse est vt mentē in Euangelica lectione figant, vt ad fidem & sensum illius omnem interpretationis & doctrinæ suæ intētionē dirigant, ne aliquid aliud agendū &

a ¶ Quia doctrina verbi per munda prædicatorum ora dꝛtur nobis. b ¶ Quia omnia nociua & otiosa redarguunt. c ¶ Quia prædicatores corona vitæ remunerabuntur. ¶ Quia lingua prædicatorum ipsis auditoribus promittit gloriam æternæ vitæ.

a ciesq; illi labium aureū per circumitum, & ipsi labio † coro- 1

a ¶ Pro diuersitate meritorum, quia stella à stella differt in claritate. b ¶ Quia altitudo æternæ coronæ per quatuor Euangelij libros ostenditur. c ¶ Quatuor digiti totidem Euangelia significant, quia digitus scribimus & digitus dicitur spiritus, quo Euangelium scriptum est. ¶ Super communem omnibus retributionem. d ¶ In hac figuratur remuneratio eorum sui in doctoribus excellunt.

nam interrasile, b altam quatuor digitis, & super illam alteram 2

a ¶ Perfectionis vitæ. s. & obtationis voluntariæ. ¶ Euangelij libros per quorum fidem omnis scriptura sancta per totum mundum le gitur & intelligitur.

cōronam aureolam. Quatuor quoq; circulos aureos præpa- 3

a ¶ Mundi. b ¶ Scripturæ. c ¶ Quia quadriformitèr diuinam scripturam distinguimus.

b rabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdē mēnsæ, per sin-

a ¶ Quia qui libris Euangelij in hac vita vtimur, coronam vitæ in cælis speramus. b ¶ Libri Euangelij.

c gulos pedes. Subter † coronā erunt circuli aurei, vt mittan-

a ¶ Fixam scilicet tenent mentem in electione Euangelij. b ¶ Prædicatores. c ¶ Scriptura. d ¶ Ad corda auditorum. e ¶ Quia prædicatores sortes nulla putredine corruptibiles.

tur vectes per eos, & possit mēnsa portari. Ipsos quoq; vectes

a ¶ Fulgore sapientiæ.

facies de lignis setim, & circūdabis auro ad subuehendā mē-

a ¶ Mordacem prædicationem, quæ. s. mordet vitia. ¶ Quibus acetum ferebatur. ¶ Varia vasa variæ distinctiones verbi pro capacitate auditorum. b ¶ Vberem doctrinam. ¶ Phialas quasi hiatas quia hialim vitrum dicitur. c ¶ Qui scilicet ad orandum prædicando excitent. thus enim orationem significat. d ¶ Angustam scientiam.

d sam. Parabis & † ācetabula ac phialas, † thuribula & cyathos

¶ Deo. a ¶ Bonorum operum vota. ¶ Sapientia

e in quibus offerēda sunt libāmina ex auro purissimo: & pones

Lib. 1. de tabernaculo cap. 7.

Vbi supra.

†clausuram vel margine per circumitum.

Varia vasa quæ fiūt ad offerēda libamina, varię verbi distinctiones sunt pro capacitate auditorū. quia non omnibus omnia conueniunt. aliter sapientes, aliter insipientes, aliter pauperes, aliter diuites, aliter sani, aliter infirmi, aliter senes, aliter iuuenes, aliter viri, aliter fœminæ, aliter cœlibes, aliter cōiugati, aliter p̄lati, aliter subditi, docendi sunt. quæ tamē vasa omnia ad mensam scilicet tabernaculi, & ad offerēda libamina pertinent. Quæcunq; enim diuersa pro diuersitate audiētium dicuntur, in regula sacræ scripturæ inueniuntur, & ad offerenda domino vota bonorum operū excitant corda auditorum. Vnde: *Quisputas est fidelis dispensator & prudens:* Lucæ. xij. c.

1 2 3 4 5 6

† vel patellam aut cantharum.

Hom. 6. in Euang.

GREGORIVS. Parabis acetabula, &c. Quid per phialas & cyathos nisi mensura prædicationis accipitur, vt singulis. s. iuxta capacitatem ingenij conferatur. Debet enim subtiliter qui docet prospicere, ne plus studeat quam ab auditore capitur prædicare. Debet & infirmitati audientium sese contrahere, ne dum paruis sublimia, & ideo non profutura loquitur, se magis curet ostendere quam auditoribus prodesse. Iubente autem domino non solum phialæ admensam tabernaculi, sed etiam cyathi p̄parantur. In phialis larga prædicatio. In cyathis minima & tenuis significatur. In mensa ergo domini phialæ & cyathi, quia in doctrina sacri eloquij non solum exhibenda sunt magna & arcana quæ F delectent, sed etiam parua & subtilia, quæ quasi per gustum notitiam præstent.

IDEM. GREGORIVS. Alius doctrina veritatis plenus auditores inebriat, & quasi phialam porrigit. Alius expleto quod sentit non valet, sed etiam quia vtcunque denunciat, per cyathum gustum præbet. Qui ergo per doctrinā sapientię ministrare phialas non possunt, quantum pro diuina largitate sufficiunt, propinent proximis cyathos verbi.

e *Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semp.* Historice. Iosephus dicit duodecim panes ex simila fieri, singulos ex duab⁹ decimis, qui sabbathū super mensam sex hinc & sex inde ponebantur

☞

✠ 1 Facies & men. *Hic cōsequēter agitur de his quæ erant in exteriori tabernaculo. s. mensa & candelabro. de primo dicitur:* Facies & mensam. i. vnā tabulā, *cuius longitudo erat duorū cubitorum: latitudo vnius cubiti: De spissitudine autē eius nō fit mētio, sed dicunt aliqui, & est satis probabile, q̄ erat quatuor digitorum. Altitudo autē eius erat cubiti & dimidij, quod est sic intelligendum, quod per quatuor pedes positos in quatuor angulis prædictæ tabulæ eleuabantur in altum per cubitum & dimidium.*

2 Et inaurabis eā. *non pictura, sed laminis aureis vndiq; circūtegēdo eam & pedes eius: & eodem modo accipiendum est hic sicut in aliis vbi dicitur deaurabis.*

3 Facieſque illi labium aureum per circumitum. *Istud labium erat quedam lamina aurea latitudinis duodecim digitorum, quæ erat affixa spissitudini tabulæ mensæ per circumitum, sicut fit in scaccariis, quæ habent labium ex vtraque parte, quando ex vna parte pingitur ludus scaccorum, ex alia parte ludus alearum. Latitudinis autem prædicti labij quæ erat duodecim digitorum, spissitudo tabulæ cui erat affixum occupabat quatuor digitos medios per circumitum, & quatuor digiti superiores eleuabantur super tabulam, & alij quatuor erant sub tabula operientes partem superiorem pedum mensæ in circumitu. & hoc est quod dicitur.*

✠ 1 Et

✠ 1 *Facies & men. &c.* per hanc mensam propitiationis significatur ecclesia, in qua proponitur panis vitæ in sacramento eucharistiæ, & figuratur per duodecim panes positos, in hac mensa, sicut vnum perfectum figuratur per plura imperfecta.

2 *Et inaurabis eam au.* puā est, feruenti charitate. Vnde Can. j. a. dicitur in persona ecclesiæ: *Ordinauit in me charitatem.*

3 *Facieſque illi labium aureum, &c.* Per labium in circumitu & coronam interrasilem & coronam aureolam intelliguntur tres coronæ reddendæ virginibus, doctoribus, & martyribus ecclesiæ.

✠ 1 Parabis

✠ 1 Et ipsi labio coronā interrasilem altam quatuor digitis. *qua altitudo quatuor digitorum inferiorum vocatur corona quæ erat in circumitu, licet non esse in figura rotunda, sed quadrata.*

2 Et super illam alteram coronā aureolam. *In Hebræo habetur aureā, & loquitur de latitudine quatuor digitorum superiorum, qua eleuabatur super tabulam in circumitu. Dicitur autē opus interrasile, quod habet aliquas sculpturas & spatia intermedia plana quasi rasa.*

3 Quatuor quoq; circulos aureos præparabis, & pones eos, &c. *qui erant infixi in quatuor pedibus mensæ versus partem superiorem pedum immediate sub corona inferiori.*

4 Parabis & acetabula: id est, *vasa in quibus examinabatur incensum & simila de qua fiebant panes ad videndum, si, talia essent apta ad sacrificium.*

5 Ac phialas. *in quibus examinabatur vinum & alia liquida.*

6 Thuribula & cya. &c. *duo vasa erant, in quibus ponebatur incensum examinatū super panes propositionis, vnum super sex panes positos*

✠ 4 *Parabis & acetabula ac phialas, &c.* Per huiusmodi vasa diuersa

diuersa significantur personæ in diuersis officiis & statibus ecclesiæ quæ per misericordiam Dei sunt vasa gratiæ contentiua.

bantur: sed crenq; patena aurea cum pugillo thuris, & sic seruabantur vltra ad aliud sabbathū in quo thus cremabatur: panes verò sacerdotes comedebant calidos cum thure reponentes.

Panes propositionis. Vbi suprà.

BEDA. *Et pones super mensam &c.* Bene panes ꝓpositionis vocantur, quia semp debet patere sermo salutis cūctis fidelibus, nec vnquā deesse oportet in ecclesia verbū solatij: quod dñs per ꝓpones veritatis modo proponens in cōspectu suo appatere, & vsq; in finē his q̄ esuriūt & sitiunt iustitiā incessanter abundare voluit.

Ephe. 1. d.

Hom. 6. in Ezechiel.

a *Facies & can. &c.* GREG. Candelabrū Christ⁹ est, in quo natura humanitatis fulsit lumine deitatis: vt mūdi candelabrū fieret cuius lumine peccator tenebras suas agnosceret. Ex auro purissimo, qa nostram naturam sine culpa suscepit. Ductile autem feriendo producitur, quia Christus ex conceptione & natiuitate perfectus Deus & homo extitit, sed tamen passionum dolorem pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam peruenit, & secundum corpus p passionis cōtumelias ad immortalitatē profecit. Nam iuxta animæ meritū quo potuisset proficere omnino non habuit. In

Mysticè.

B membris autem quæ nos sumus, quotidie passionib⁹ proficit qa dū tūdimur, & ꝓficimus, eius corpus esse meremur. Ipse ꝓficit de cuius corpore dicitur: *Hastilia eius & calamos, &c.* Hastile em̄ ecclesia est q̄ est corp⁹ eius, qa inter tot aduersa libera stat. Calami q̄ de hastili ꝓcedunt, ꝓdicatores sunt, qui dulcē sonū mundo ediderunt, id est, canticū nouū. Scyphi ora doctorū qui nos vino scientiæ inebriant: vt oblectamēta mundi quæ amauimus oblu scamur. Sphærula ꝓdicationis volubilitas. sphæra enim omni † parte voluitur, & ꝓdicatio nec aduersitate tardatur, nec prosperitate eleuatur, inter aduersa fortis, inter prospera humilis, nec timoris habet angulum, nec elationis supercilium. Beno autē post cyphos & sphærulas lilia describuntur quia post prædicationis ebrietatē & volubilitatē, illa virorū patris sequitur, q̄ animalibus sanctis i. floribus vernat æternis. Scyphi ergo & sphæra ad laborē pertinēt, lilia ad retributionē.

†tempore.

Allegoricè. Vbi suprà. cap. 8.

BEDA. *Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo.* Candelabrum tabernaculi sicut mensa, vniuersalem præsentis tēporis ecclesiam significat ideo nanq; sunt ante velum, intra quod arca posita, quia nondū ad visionem redemptoris meruit intromitti. Mensa est: quia his qui esuriunt & sitiunt iustitiam, victum quotidie cælestem, ne deficiant impendit. Candelabrum est, quia iter lucis errantibus ostēdit. i. lucernam verbi, cui lucernæ dum se humiliter subijcit, ad agenda scilicet, quę sermo Dei præcipit, à voluptatibus abstinens ad speranda quę promittit, à visibilibus gaudiis se sustollens, quasi candelabrum efficitur: quia suis p omnia voluptatibus imperium cęleste præponit, & claritatē verbi omnibus prædicando & faciendo ostendit.

C

Mæstice. b *Et calamos scyphos & sphærulas.* BEDA. Scilicet prædicatores de hastili procedentes, qui à domino instituti dulcem sonum, id est, canticum nouum mundo ediderunt. Calami sunt etiam omnes ecclesiæ filij, qui dicento propheta: *Cantate domino canticum nouum, &c.* obtemperantes resonant in laudibus domini: *Direxit gressus meos: & immisit in os meum canticum nouum, &c.* Per scyphos verò, qui vino replētur, auditores signantur, qui ad vocē prædicantiū vino scientiæ replentur, & quia vino internæ dilectionis corda inebriata infatigabili desiderio ad Deum tendunt, post scyphos sphærulę fiunt. Sphæra enim omni parte voluitur, & mentes electorum nec aduersitate nec ꝓsperitate corrumpūtur: sed p sancta desideria proficiūt in omnib⁹.

Esa. 42. b. Psal. 39. b.

D

†ex. †cādalabri.

Beno autē post calamos & scyphos & sphærulas in calamo lilia deformātur, qa post gratiā prædicationis, post inebriationē potus spiritualis, post irreuocabilē cursum sanctæ operationis virens patria sequitur, quæ animabus sanctis, id est, floribus vernat æternis.

E



c *Sex calami, &c.* BED. Senarius in quo factus est mūdus pfectionē designat, tres calami de vno latere egredientur, & tres de altero, qa fuerunt doctores ante aduētū domini, qui fidē trinitatis mysticè desi gnarēt, & quātùm rudes capere poterāt, prędicarēt. vnde: *Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris, &c.* Sunt & modò qui apertè prædicant, ita vt oēs qui ad Christū pertinent, eandē fidem consequātur, secundum illud: *Baptizantes eos in nomine patris, &c.* Vnde Paulus: *Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas Dei, & cōmunicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus.*

Psalm. 22. b. Matt. 28. d. 2. Cor. 13. c.

Vbi suprà.

d *Tres ex vno.* BEDA. Tres calami ex vno latere, & tres prodeunt ex altero, qa ante & post incarnationē trini fuerunt in ecclesia gradus fideliū, cōiugatorum, & continētium, & rectorum. Vnde Ezechiel tres tantùm viros Noē, s. & Daniel & Iob liberandos prædixit. In Noē enim qui arcam rexit vndis, ꝓpositos ecclesiæ. In Daniele qui continentor vixit, continentes vel virgines. In Iob verò qui in coniugali vita exēplar patientię prębuit, bonorum coniugatorum vitam ostēdit. Hi sunt qui secūdum Euangelium in lecto, in agro, & in mola reperientur in die iudicij, quorū singuli assumentur, singuli relinquentur. In lecto enim quies continentium. In agricultura industria prædicantiū. In gyro molæ labor coniugatorum. Et quia in omnibus quidam eligendi sunt, quidā reprobādi, de singulis dicitur, *vnus assumetur, & alter relinquetur.* Sed quia sublimius est meritum prædicantium, quàm continentium, & continentiū quàm cōiugatorum summi calami qui hinc inde exeunt, doctores significant. Inferiores verò continentes, infimi coniugatos, diuersis ergo locis de hastili procedunt: omnes tamen suo loco & ordine reflexi, in altum ad vnā perueniunt summitatem, vti censeruent lucernarū æqualem super se positionem, quamuis moritorum gradibus discretū, vna tamen fide veritatis imbuti, ad

Ezech. 14. c.

F

Matth. 24. d.

vnam

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Facies & candelabrum ductile: de auro mundissimo; *id est, cum martello, & non opere fusorio.*

2 Hastile eius. *i. stipes candelabri qui procedebat directè in altum inferius habens tres pedes, & sursum habebat sex calamos egredientes de hastili tres ex vno latere, & tres ex alio tendentes sursum obliqui quousque pervingerent ad altitudinem hastilis. vnde infrà xxxvij. c. dicitur: Æquum erat opus sex calamorum. i. æqualiter tendens sursum. In hastili verò erant quatuor scyphi, & in quolibet sex calamorum erant tres scyphi, id est xxij. simul.*

✠ 1 Sphęru

MORALITER.

✠ 1 *Facies & candelabrum, &c.* per quod significatur Christus qui dicit Ioh. viij. b. *Ego sum lux mundi.*

† *De auro mundissimo.* in quo designatur puritas à peccato. j. Petri. ij. d. *Qui peccatum non fecit, &c.*

Ductile.

† *Ductile.* idem, factum cum martello, per quod significatur austeritatis tribulatio, in qua fuit Christus à principio vitæ vsque ad finem.

† *Sphærulas ac lilia, egredientur de lateribus. Tres ex vno latere.* per quæ perfectionis & castitatis opera designantur.

✠ 1 *Facies*

vnam in cœlis veritatis lucem peruenturi: & quanto quis in hac vita Christo adhęsit, tanto vicinior visione eius fruetur.

Moraliter. Vbi suprà.

BEDA. Qui vino sapientiæ desiderantes repleri, & ad exemplar ꝓcedentium se informāt, quos inuisibiliū bonorū dulcedine & dilectione plenos esse nouerūt tres scyphi, sphærulę, & lilia, per singulos calamos tria tēpora significāt, quibus electi ante incarnationem & post deo deuotè vixerunt, ante legē, sub lege, & prophetarū tēpore. Post ascensionē quoq; cōgregata est primitiua ecclesia de Israēl, nō de gētibus, in fine de reliquijs Israēl. Calamus primus in vno latere habet tres scyphos, sphærulas, & lilia: quia pars doctorū ante incarnationē habuit tres ordines eorum: qui hausū gratiæ quasi scyphi sitirent, vel in via Dei quasi sphærulę currerēt, vel supernæ donū retributionis quasi cādorē & odorē liliorū expectarēt. i. ante legē, sub lege & sub prophetis. Secundus calamus quoq; eadē habet, quia cōtinentes illius tēporis tres ordines

Mysticè. Cant. 6. b.

B sanctorū eadem distinctione tēporum habuerunt

a *Innucis.* Nux ecclesiā significat. vnde: *Descendi in hortum nucum.* Nux enim dulcē fructū habet intus, qui nisi fracta testa non ostenditur intus. Sic sanctorū vita suauitatē gratiæ in corde conservat, q̄ non cognoscitur exterius nisi soluto carnis domicilio

Vbi suprà.

animæ, in cœlesti luce sese conspiciant.

BEDA. Tertius similiter calamus tres scyphos, & spærulas & tria habet lilia, quia multi coniugati ante legem, sub lege & sub prophetis erant, qui verbū domini audire, & viā eius currere bonorum operum præmia expectare gauderent.

BEDA. Item ex alio latere primus calamus secundus & tertius: tres schyphos & spærulas, tria quoq; habebat lilia: quia in vtroq; testamēto in doctoribus, in continentibus, & in coniugatis Deo deuotis tres fuerunt ordines tēporum distantia. In primitiua scilicet ecclesia de Israel, in nostra electione de gentibus. In vltima collectione reliquiarū Israēl, qui omnes suo tempore verbo vitæ inebriari, in via pacis properare, candorē perpetuæ lucis videre desiderant.

Vbi suprà.

b *In ipso autem candelabro, &c.* BEDA. Diximus ipsum candelabrum. i. stipitem candelabri mediū de quo calami procedūt significare Christum, de cuius gratia iusti quicquid habent boni,

Iohan. 15. a.

acceperunt. vnde: *Ego sum vitis, vos palmites, &c.* Quasi ego sum candelabrum vos calami. Sicut calamus non potest se erigere ad supportandū lucernā, nisi fixus in cādelabri stipite, sic & vos nisi in me māseritis, lucē veritatis & fidei ferre nō valetis. In candelabro quatuor scyphi, quia in quatuor libris Euangelij de domino scriptis gustū vini noui, id est, doctrinæ inuenimus, quòd nō

Matth. 7. b.

vtres veteres, id est, terrenæ adhuc mentes, sed innouata per spiritum corda capiunt.

C

c *Sphærulæq; per singulos & lilia. Sphærulæ sub duobus calamis, &c.* BEDA.

NICOLAVS DE LYRA.

Sphærulæ & lilia.

✠ 1 Sphærulæque simul & lilia. *In Hebræo habetur:* Pomellus & flos. *Sed cuiusmodi flos fuerit, non habetur in textu. Et ex hoc quòd dicitur in singulari,* pomellus & flos *quantùm ad sex calamos late ualet, dicit Ra. Sa. quòd in quolibet illorum non erat nisi vnus pomellus & vnus flos. In hastili verò quinque pomelli secundum ipsum, tres sub sex calamis orientibus de hastili hinc & inde, sicut dicitur in litera: Sphærulæ. i. pomelli sub duobus calamis per tria loca. Item duo alij, vnus super calamos in superiori parte candelabri, & alius sub calamis in inferiori parte candelabri. Similiter erant ibi duo flores tantum, & hoc dicit, quia loquendo de hastili habetur in Hebr.* pomelli eius & flores: *& pluralis numerus indeterminatè acceptus binarium significat secundum ipsum: sed quia scyphi pomelli & flores non erant in candelabro nisi ad decorem secundum omnes doc. catholicos & Hebræos. Ideo dicunt alij & melius, vt videtur, quòd inter duos scyphos erat vnus pomellus & similiter vnus flos, & sic opus candelabri est decentius. Et quod in Hebræo habetur in singulari,* pomellus & flos *refertur ad quemlibet scyphum, prout exprimitur in translatione nostra, cum dicitur.*

2 Instar

BEDA. Sunt per singulos scyphos sphærulę simul *& lilia:* quia idē dominus qui poculum sapientiæ spiritualis propinauit, cursum quoque operationis inoffensum ostēdit, & vt habere possimus, donauit: & ne in vacuum curramus, claritatē patrię cœlestis promisit, & aditum eius, gratia sua nobis parefecit. Vel quia sub

D

Vbi suprà.

¶ Qui in lecto, qui in agro, vel in mola in die iudicij reperientur.

a latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in nucis modū per calamos singulos spærulæq; simul & lilia, & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæq; * & lilia. Hoc

1 2 *simul.

a ¶ Qui dominus poculum sapientiæ propinauit, cursum bonæ operationis ostendit & dedit, & cælestis patrię aditum peregit.

b erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. In

3

¶ Christo de cuius gratia omnes accipiunt. ¶ Medio. s. stipite.

¶ Quanquam licet libriqui nobis vinum sapientię propinant ad cursum boni operis nos instruunt: vt lilia. i. remunerationem æternam consequamur.

ipso autē candelabro erūt quatuor scyphi in nucis modum,

4

¶ Quia corda sanctorum, donis, mandatis, & promissionibus dominicis sustentantur.

c sphærulæq; per singulos & lilia. Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt, procedentes de hastili

5

a ¶ Quia omnes spirituales gratiæ & donationes ecclesiæ de Christo sunt. b ¶ Christus & imitatores eius.

d vno. Et sphærulæ igitur & calami ex ipso, erunt vniuersa

a ¶ Maleis tribulationum excensa. b ¶ Quis ipse Christus immunis a peccato & iustitiæ operibus clarus, quem imitantur pro suo modo membra. c ¶ Dona spiritussancti, quæ in nocte huius seculi tenebras cæcitatis illustrant. d ¶ Lampades. f. vbi olcum accendebatur.

e ductilia, de auro purissimo. Faciēs & lucernas septem, & po-

6

BEDA. Lucernæ septem, septem sunt dona spiritus sancti, qui in Christo semper manserunt, & fidelibus secundum voluntatem eius distributa sunt. hæ super candelabrum ponuntur, quia requieuit super eum spiritus sapientiæ & intellectus.

Esa. 11. a.

☞ a Vt

---

2 Instar nucis. *Ex hoc dicunt aliqui, quòd isti scyphi erant pomelli, ita quòd duo scyphi positi vnius contra alium faciebant vnum pomellum, per modum hi: figuratum. sed hoc non est verum, quia vbi translatio nostra habet* sphærulas, *in Hebræo habetur* pomellos. *Ex quo patet quòd scyphi non erant pomelli. Item vbi translatio nostra habet:* Schyphi in nucis modum, *in Hebr. habetur.* Scyphi figurati, *gallicè neellez: quoniam non erant de opere plano, sed cum aliquibus figuris ad decorem, & ideo motuum prædictum non valet, & ideo dicit Ra. Sa. quòd isti scyphi erant oblongi habentes pedes & erant sic dispositi in candelabro, quasi calamus transiret per medium scyphi.*

3 In ipso autem candelabro. *id est, hastili candelabri, quod vocatur hic candelabrum, quia est principalior pars candelabri.*

4 Quatuor scyphi in nucis modum sphęrulæque per singulos. *per singulos scilicet scyphos.*

5 Et lilia. Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul. *& eodem modo intelligendum est de scyphis existentibus in sex calamis lateralibus.*

6 Facies & lucernas. *sta quòd vltimus scyphus qui erat in summitate cuiuslibet calami, erat sedes lucernæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Vt curem, &c.* Beda. Vnde: *Vt medeyer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam &c.* Lucernæ candelabri ex aduerso tabernaculum illustrabant, cùm Christus plenus gratia & veritate omnibus tribuebat de sua plenitudine. Mãsuetis & pauperibus verbum Euangelij cõmittens, pœnitentibus medelam indulgentiæ consirens.

Vbi supra cap. 9. Esa. 61.

Nunc tẽpus esse parcendi in futuro vniuersalis iudicij tẽpus affirmans.

b *Emunctoria quoq; & vbi quæ.* Beda. Diuina verba, quib⁹ manifestè signat in pluribus nõ legis literã, sed spiritualem sensum esse seruãdũ. vnde: *Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit.*

Gal.5.a.

a ¶ Vade spiritus domini super me. ¶ Vnde: vt mederer contritis corde & prædicarem captiuis.

b a ¶ Mensa in septentrionali parte vel plaga erat posita: candelabrum autem è regione in australi parte non recedebat obliquè. ¶ Ad illustrandum tabernaculum. ¶ Forcipes. f. quibus elychnia emungebantur vt melius lucerent.

c ¶ Quia tunc carnaliter agebantur quæ nunc spiritualiter diuinam claritatem habent. ¶ Quia verba diuina & Dei gratia illustrant corda sanctorum.

a nes eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso. Emun- 1
a ctória quoq;, & vbi* quæ emuncta sunt extingantur, siant † 3
b de auro purissimo. Omne pondus cãdelabri cum vniuersis 4
c vasis suis, hab ebit tãlentum auri † mundissimi. Inspice & fac
secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

a ¶ Vt opus. a ¶ Christi. ¶ Electis.

Emunctoria Mystice.

B Beda. Emunctoriũ, & vasa vbi quæ emũcta sunt extinguũtur, fiunt de auro purissimo: quia diuina sunt verba quibus cessatio ceremoniarum prædicatur, & gratia Dei sunt illustrata corda, in quibus legis vmbra finẽ accepit, vt succedẽs Euangelij veritas clarius luceat. Constat enim Apostolos ante passionẽ solui sse sabbathum, & post ascẽsionem domini, & aduentum spiritussancti finem penitus imposuisse legalibus hostiis. In his ergo ellychnia emuncta extinguebãtur: in quibus literalis obseruantia completa, exordium gratiæ mundo clarius exhibuit. Item finita mortali vita, & succedẽte immortali, cessãbũt ex parte maxima opera vel dona lucis quibus nunc vtimur, vt sequantur præmia æternæ lucis in præsentia diuinæ visionis. Sscripturæ quæ hæc futura testatur. Emunctoria sunt aurea, spe futuræ claritatis, eximia vasa, in quibus quæ emũcta sunt extinguuntur corpora & corda sanctorũ immortalia, & ideo auro similata: In quibus hæc mutatio fiet, vt post temporalia Dei beneficia perueniant ad æterna, quasi emũctoria & vasa aurea præbet Apostolus de differentijs præsentium & futurorum bonorum dicens: *Sine prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, &c.*

1.Cor.13.c.

Vbi suprà.

Beda. *Emunctoria quoque, &c.* Sunt quædam in scripturis præcepta, & in hac vita & in futura perpetuò obseruanda (verbi gratia) *Non habebis deos alienos.* Et *diliges dominum deum tuum, &c.* Sunt alia quæ toto tempore huius vitæ obseruari iubentur, vt in futuro merces retribuatur, secundum illud: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c.* Sũt alia, quæ in veteri testamento iebẽte domino seruata, iam coruscãte Euangelio, non iuxta literam, sed mysticum sensum obseruantur, sicut sabbathum, titus hostiarum, & huiusmodi, quæ suo tempore custodita sunt à populo Dei: quibus quasi ellychnia in lucernis candelabri ardebant infusa oleo deuotionis, incensa igne verbi cœlestis. Cùm verò ab Apostolis prædicabatur hæc omnia esse finita, & spiritualiter tãtùm esse seruanda, emungebantur ellychnia candelabri, vt reparata melius lucerent, quia sublimius intellecta lucem doctrinæ salutaris præbent: de reparatione lucernarum, id est, scripturæ intelligentia sublimiori dicitur: *Comedetis veterrimum, & vetera nouis superuenientibus abijcietis.* Et alibi: *Ecce noua facio omnia.*

Deuter.5.a.

Luc. 16.c.

C *Omne.* Beda. Hoc est corpus Christi cũ ipso, scilicet omnes electi, à summo vsq; ad infimũ, quia omnes quamuis in diuersis gradibus, ætatibus, sexibus, vni eidemq; autori perpetuæ lucis tempore suo & loco quasi candelabro aureo, fixa mente inhærent, vt eiusdem lucis participes fiant. Talentum pondus plenũ & perfectum est quia iustus dominus in omnibus vijs suis, & q gratiam fidelibus suis vt bene operentur tribuit, & coronam iustitiæ reddit, reprobis quoque iuxta opera restituit: Qui verò instar auri bonis operibus fulgent, in candelabrum domini proficiunt, quia glorię conditoris participes fiunt. Qui autem peccatis graues, tanquam plumbum in iudicio apparent, merguntur tanquam plũbum in aquis vehementibus, qui merito scelerum in abyssum grauantis pœnę decidunt.

Vbi supra. Lucæ 16.c.

Vbi supra. purissimi.

FIGVRA CANdelabri.



d *Inspice.* Ostensum est Mosi in monte exemplar candelabri quod faceret, q̃d in altitudine contemplationis didicit multifaria Christi & ecclesię sacramenta, quæ non apertè rudi populo proferre volebat, sed in opere candelabri & vasorum eius signabat, donec Christus veniret, qui sensum figurarum reuelaret. vnde moriendo velum templi scidit, & arcana sanctorum, quæ tecta fuerant patefecit. Discipulis quoq; sensum aperuit, vt intelligerent scripturas. Omnis enim scriba doctus in regno cœlorum cum ea quæ in literis sanctis de fide catholica & actione pia didicerit, ipse facere & alios docere præcipitur, inspicere & facere secundum exemplar quod sibi in monte monstratum est, iubetur. Inspicit enim diligenter exemplar, scilicet monstratum, & secundum hoc ad inferiora rediens facit, cum quæ per sublimitatem diuini sermonis intus credenda & agenda intelligit, sedulo corde scrutatur & horum exemplar auditoribus executione operis & verbo doctrinæ ostendit.

Matth. 17.f.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vt luceant. *Sic enim erat dispositum ellychnium cuiuslibet lucernæ, quòd flamma erat ex illa parte lucernæ qua respiciebat lucernam mediam, & sic flamma trium lucernarum vnius lateris respiciebat ex aduerso flammam trium lucernarum alterius partis.*

Emũctoria. 2 Emunctoria. *instrumẽta sunt cum quibus amouebatur illud quod erat combustum de ellychnio, & residuum ellychny aptabatur ad incendendum.*

3 Et vbi. *vasa erant plena aqua, vbi ponebantur illa quæ erãt emunita, ne facerent fumum.*

4 Omne pon. *In Hebræo habetur:* Centenarium auri. *& similiter in sequentibus ad tabernaculum pertinentibus, vbi transpositio nostra habet talẽtum. Hebræi dicunt* Centẽarium. *Quanti autẽ sit pondus, non potest determinari. certum est tamen quòd requirebatur magnum pondus auri pro tanto opere. Rab. Salo. dicit quòd erat pondus centum & viginti librarum secundum pondus Colonię. melius tamẽ credo dicendum, quòd non habetur huius rei certitudo, quia pondera auri & argenti multum variantur secundum tempora diuersa & varias regiones.*

Vt sis autem prædictis figuris & inflectis mersa & cãdelabri prout possint in plano figurari, potest textus sententiæ prædictæ de facili applicari.

CAP.

MORALITER.

✠ 1 *Facies, &c.* per quas intelliguntur septem dona spiritussancti in Christo, sicut prædixit Esa. xj.a. *Et requiescet super eum spiritus tuus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis & replebit eum spiritus timoris domini.* Hęc enim autoritas ad literam de Christo loquitur secundum doctores Hebraicos & Latinos.

MORAL.

A

ADDITIO.

In cap. xxv. vbi dicitur in postilla: Erant autem duo, *ad designandum angelorum multitudinem.*

Licet in hoc quod dicitur de cherubin mutuò se respicientib⁹ intelligatur angelorũ cõcordia, in hoc in quod dicitur: Versis vultibus, *designatur quod angeli semper habent intuitum ad Deum, qui representabatur præsidens in propitiatorio, quod erat quasi sedes Dei, vt in postilla: & sic Deus representabatur esse in medio cherubin, ad quem angeli semper vultum vertunt. Vnde: Matth. xviij.b.* Angeli eorum semper vident faciem patris mei, &c.

D

CAP. XXVI.

Lib.x. de tabernaculo cap.1. Mysticè.

Tabernaculum vero ita fiet. &c. Beda. Tabernaculum quod fecit Moyses in solitudine, & templum quod fecit Salomon in Ierusalem, signant vniuersalis ecclesiæ signant, quæ partim regnat cum domino in cœlis, partim peregrinatur à domino in terris. Tabernaculum ædificiũ ecclesiæ quæ in laboribus exercetur, templum futuræ quietis significat, quod quotidie animabus illuc migrantibus perficitur, quia Moyses tabernaculum † populo Dei, dũ iret ad terrã promissionis, condidit. Salomon verò templum in terra promissionis regno potius construxit, Moyses in solitudine, Salomon in Ierusalem, quæ interpretatur visio pacis, quia hîc ecclesia in labore labentis vitæ, in siti & esurie regni ædificatur, illic in visione & perceptione vitæ pacis consummatur. Vnde in constructione templi dicitur est, quod malleus & securis, & omne ferramentum non sunt audita, præparatis extra Ierusalem lapidibus & lignis & decenter aptatis, quæ ibi facilimè suo loco reddita aut cæmento nec terentur aut clauis, quia in pace beatitudinis non est fides tribulationibus examinanda aut vita probanda, sed quæ hîc castigata, & sedibus cœli aptata est, ibi glutino & vinculis mutuæ charitatis nunquam dissoluenda in conspectu conditoris & regis adinuicem copulanda, nam cùm in hac vita *multitudinis credentium fiat cor vnum & anima vna*, & sint illis omnia communia, quadrantur lapides viui in ædificium futuræ domus domini: vt absque labore tarditatis suis ordinibus inserantur, & copula diuinæ & propriæ dilectionis iungantur.

3.Reg.6.a.

Act.4.f.

C

Vbi supra.

Beda. Potest figura vtriusque sanctuarij ita distingui, vt opus tabernaculi tempus synagogæ, opus templi ecclesiam, quæ post incarnationem ad fidem venit, significet: quia Moyses tabernaculum cum sola Hebræorum plebe fecit. Salomon verò templum cum proselytorum multitudine fecit, adiuuante Hiram rege cum suis artificibus, qui nec natura, nec professione Iudæus, priori enim populo Dei doctores tantùm ex sua gente fuerunt, ecclesiæ verò primùm de Hebræis, postea crescenti & dilatatæ etiam de gentibus, sicut Lucas, Timotheus, Titus. Vtriusq; verò domus ædificatio totius præsentis ecclesiæ statum, quæ ab initio mundi vsque ad vltimum iudicium ædificari non desinit, & futuræ gloriam vitæ, qua nunc ex parte fruitur, & post finem seculi in omnibus membris suis fruitura est in æternum, mirabili figurarum varietate depingit.

3.Reg.5.c. 2.Para.2.a.

b *De byssо retorta & hyacintho ac purpura coccoque bis tincto varia.* Beda. In his quatuor cortinarum coloribus, quatuor iustificationes exprimũtur. In byssо retorta, caro castitate renites. In hyacintho mens superna cupiens. In purpura caro passionibus subiacens. In cocco bis tincto, mẽs inter passiones, Dei & proximi dilectione præfulgẽs. Byssus retorquetur in cortinas tabernaculi, quia lumbi carnis & mentis restringendi sunt, vt caro à lasciuis motibus, & cor refrænetur à cogitationibus. Hyacinthus aërei & cælestis coloris, mentes eorum qui toto desiderio celestia colunt, significat. Purpura sanguinei coloris & de concha illorum sanguine tincta deuota Deo corda figurat, & pro Deo mori parata.

Vbi supra cap.2.

✠ Rvpertvs. Cortinę aulæa sunt, id est, vela, dictæ autem cortinæ, eo quod primitus de corio fiebant. Hvgo Victorinvs. *Opere plumario*, pluma est acus, per quam facto iam panno inferuntur fila aurea aut argẽtea vt fiat auriphrygium, aut diuersæ figuræ in ipso panno.

F

c *Longitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos, latitudo quatuor, &c.* Beda. Si ab vno vsque ad septẽ omnes in ordine numeros pleno ordine numeraueris, viginti octo cõplebis. Vnũ enim & duo & tria quatuor & quinq; & sex & septẽ, fiunt viginti octo: quia ergo in partibus septenarij numeri vigesimus octauus inuenitur, meritò in eo cortinarũ longitudo cõtinetur: quia fides sanctorum & patiẽtia virtutum varietate distincta, in omnibus quę agit aut patitur, non humani gloriã fauoris, sed supernæ quietis beatitudinem expectat. Hinc est quod xxviij. psalmus de cõsummatione tabernaculi inscribitur, qui de perfectione ecclesię cantatur. Vnde psal. 28.a. *Adorate dominum in atrio sancto eius, & in templo eius omnes dicent gloriam:* quia in hoc perfectio est peregrinãtis ecclesiæ, vt per fidem & opera bona ad requiem rendat.

Vbi supra. Cortinæ longitudo.

a *Vnus*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVI.

Diuisio.

Tabernaculum vero ita fiet: Decem cortinas &c. *Descriptis his quæ erant intra tabernaculum, hic describitur ipsum tabernaculum. & primò quantum ad eius operimentum vel tectum, secundò quantum ad parietes, ibi:* Facies & ta. stan. *Tertiò quantum ad vela ibi:* Facies & velum. *Operimentum autem tabernaculi quadruplex erat. Primum erat de cortinis factis ex quatuor coloribus, & quantum ad hoc dicit:* Cortinas de byssо, &c. *Sequitur.*

2 Variatas. *floribus & picturis ibi factis.*

3 Opere plumario facies. *quia illæ picturæ erant factæ cum acu in cortinis, secundum Augustinum in Hebr. habetur:* Opere artis. & dicunt Hebræi, *quòd illa varietas erat facta per texturã sicut & cortinæ.*

✠ 1 Vnius

MORALITER.

✠ 1 *Tabernaculum vero ita fiet.* Per tabernaculum significatur ecclesia, quæ est tabernaculum Dei. Huius autem tabernaculi primò describuntur operimenta quæ fuerunt quatuor, scilicet cortinæ, saga, pelles rubricatę, & desuper pelles hyacinthinę. Per hęc operimenta quæ protegebant interiora tabernaculi ab intemperie aëris, significantur defensores ecclesiæ qui sunt in quadruplici genere. Nam ecclesia contra hæreticos defenditur per doctores, qui per cortinas significantur quæ factæ fuerunt de quatuor coloribus, scilicet.

✠ *De byssо retorta & hyacintho ac purpura coccoque bis tincto varia: opere plumario facies. Longitudo, &c.* Per byssum quæ est genus lini candidissimi, castitas figuratur. Per hoc autem quod dicitur retorta, repressio carnis intelligitur. Propter quod Paulus doctor gentium dicebat primæ Corinth. ix.d. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.*

✠ *Et hyacintho.* qui est coloris cælestis, propter quod significat medita meditationem cęlestium Philippen. iij.d. *Nostra autem conuersatio in cœlis est.*

✠ *Ac purpura.* per quam significatur desiderium martyrij vel saltem meditatio Christi passi. j. Corinth. ij.a. *Non iudicaui me aliquid scire inter vos nisi tantum Iesum & hunc crucifixum.*

✠ *Coccoque bis tincto, &c.* per quem significatur gemina charitas, scilicet Dei & proximi. Gregorius homi. xxxix. Qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium nullatenus suscipere debet. Hæc autem quatuor esse debent in doctoribus ecclesiæ, qui sunt eius contra hæreticos defensores.

Contra tyrãos verò, defensores ecclesiæ sunt martyres, quorum aliqui pro defensione fidei mortem sustinent corporalem: & isti figurãtur per pelles rubricatas. Aliqui verò sustinent seruitutem, quæ est mors ciuilis: & isti figurantur per saga cilicina, quæ sunt aspera, & per hoc significatur duritia seruitutis. Aliqui verò exilium, & isti figurantur per pelles hyacinthinas, quæ sunt coloris cęlestis: nam qui de terrena patria sunt expulsi, debent cęlestem patriam meditari.

Universidad de Deusto Biblioteca

☞ a *Vnius mensuræ &c.* Beda. Etsi variante pictura cortinæ differebant, vna tamen erant omnes longitudinis & latitudinis mensura temperatæ, quia etsi donationes habent electi differentes, vnus tamen dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium.

b *Quinque cortinæ sibi.* Avgvst. Cohærere inuicē aptæ, & coniungi inter se, quinque hinc & quinque inde mandat, vt spatium quod eis cingeretur, esset tabernaculi spatium.

Beda. Narrat Iosephus, quòd tabulæ testamenti ita fuerint decalogo legis conscriptæ, vt vtraque tabula contineret quina verba. Vnde & cortinæ decem quæ pulchritudinem tabernaculi iunctæ complebant, ita tempore cōgruo disiungebātur, vt quinque in vtraque parte simul permanerent, vt hæc intuētes ministri sanctorū cum populo admonerentur semper obseruandæ legis, quæ decem verbis in duabus tabulis erat comprehensa, sed quinario numero per vtramque distincta.

Mystice. Beda. Vel priores quinque quæ frontem & primam tabernaculi partem protegebant, antiquum Dei populum signauerūt, qui decreta legis in sacramento circuncisionis, hostiarum, & cæremoniarum secundum literam legis implebat. Sequentes verò quinque quæ posteriora tegebant, nos designauerunt, qui post aduentum domini sacramenta legis spiritual ter ipso reuelante seruamus. Omnes cortinæ vnius operis, & eisdem depictæ coloribus, sed quinæ sibi coniūctæ, quia omnes vtriusque testamenti cultores in vnum Deum credebant, & vnius pietatis & castitatis operibus seruiebant: sed in celebratione sacramentorum, suas vterque populus partes agebat. Nam passionis sacramentum, per quam vtrique redempti sumus, illi in carne & sanguine victimarum, nos in oblatione panis & vini celebramus. Illi vēturam natiuitatem, passionem, resurrectionem credebant & confitebantur. Nos iam facta, nec vlterius facienda. Sed cum tabernaculum erigebatur, omnes adinuicem cortinæ nectebantur, quia cum vniuersa ecclesiæ pulchritudo ab initio vsque ad finem sæculi perpenditur, quasi vna decem cortinarum connexione tabernaculum decoratur.

Anagogi. c *Ansulæ hyacinthinas in la. &c.* Beda. Ansulis hyacinthinis cortinæ inuicem copulantur, cùm spes supernæ beatitudinis † vnita omnium sanctorum corda vna deuotione coniungit. Quæ ansulæ aptæ dicuntur, quia non solum in lateribus, sed etiam in summitatibus, id est, in extremis angulorum terminis fiebant, quia non tantùm vita & opera sanctorum, communi ad perfectionem itinere rectæ intentionis properant, sed initium bonæ conuersationis quod per confessionem fidei & sacramentorum cælestium percepti nem geritur, non ab inuicem diuersum, sed pari veritatis gratia omnes habēt connexum, terminum quoque huius vitæ eiusdem spei, cum ita oculos in morte claudunt, vt percepto prius viatico mysterij cælestis citius ad veram vitam venturos, & in ea se perpetuò mansuros confidunt.

Beda. Præceptū est quoque fieri fimbrias per angulos palliorum & vittas hyacinthinas, quia electi qui Deum videre desiderant, ita se operibus iustitiæ induunt, vt non ab hominibus, sed à Deo mercedem requirant. Vnde ibi additur, *quas cum viderint recordentur mandatorum Dei ne sequantur cogitationes suas, &c.* Cortinæ quoque hyacinthinis coniūctæ ansulis, vt qui viderint recordentur mādatorum cælestiū, & nos ita legentes noueri-

a ¶ Quia quatuor sunt euangeliorum libri in quibus exemplis & verbis Christi charitas tenenda docetur, & quatuor virtutes, quarum operatione exercetur. b ¶ Vnus dominus, vna fides, licet diuersæ sint virtutes sanctorum.

a tuōr cubitorum erit. Vnius mensuræ fient † vniuersa tento- 1

a ¶ Sancti veteris testamenti. b ¶ In erectione tabernaculi, vt vnum operimentum fiat. c ¶ Sancti noui testamenti.

b ria. Quinque cortinæ sibi iungentur mutuò, & aliæ quinque 2

a ¶ Eadem pietate & castitate. b ¶ Virtutes sanctorum quibus inuicem nectuntur. c ¶ Hyacinthus aerij coloris cælestia significat. d ¶ Vita communi & operatione sanctorum.

c nexū simili cohærebūt. † Ansulas hyacinthinas in laterib⁹ ac 3

a ¶ Quia terminum vitæ temporalis habemus omnes eiusdem spei certitudinem communē tenemus.

sumitatib⁹ facies cortinarū, vt possint inuicē copulari. Quin

a ¶ Propter gratiam spiritussancti, vel gaudium futuræ quietis ad quam tendunt. b ¶ Vnas charitatis. c ¶ Ad eos qu nos præcesserunt vel secutori sunt.

d quagēnas † ansulas cortina † habebit in vtrāq; parte, ita in-

a ¶ Cum iusti concordi virtutum multitudine vel charitate iungūtur. b ¶ Quia virtutes sanctorum sibi congruunt, vt casti cum castis & misericordes cum misericordibus.

sertas, vt ānsa cōtra ansam veniat, & altera alteri possit aptāri.

a ¶ Perpetuam claritatem & claram perpetuitatem summæ quietis insinuat in circulis aureis, quia circuli nec initium nec finis inuenitur.

e Facies & quinquaginta circulos aureos, q.b† cortinarū vela iū- 5

mento⁹ spiritussancti gratia die pētecostes in quinquagesimo dominicę resurrectionis. s. die, in apostolos venit, & initia ecclesię suo aduentu consecrauit. In hoc ergo numero, vel gratiam spiritussancti, vel futuræ gaudium beatitudinis ad quam per eundem spiritum peruenitur, & in cuius perceptione veraciter quiescitur & gaudetur rectè figuratur.

Beda. Quinquaginta ansulas habent cortinę, quia dono spiritussancti agitur, vt in societate pacis † quę est vinculum perfectionis sibi inuicem copulētur electi, futuræ quoque spes & memoria societatis & pacis, quæ in hac vita habetur, temporibus vel locis discretos, vna facit pietate concordes.

Beda. Cortinę in vtraque parte habent ansas, vt proximas sibi vtrinque cortinas singulæ quasi extēsis hincinde brachiis amplectantur, quia necesse est, vt fideles qui nos in Christo præcesserunt, & qui secuti sunt obuiis pietatis vlnis † amplectamur, & qui nos erudiebant in Christo, & quos eruditiuimus, vno omnes in Christo veneremur affectu. Sic enim ad faciem creatoris debemus bene viuendo properare, vt currentem nobiscum nō deseramus proximum, sed vna peruenire studeamus, quia & cortinę singulę ita per adminicula tabularum ad superiora † ascendebant, ita intus & in superioribus vario picturę flore fulgebant, vt non eas quæ secum in altum ferebantur, vel in alto positę fulgebant, cortinas desererent. Sic ergo proficientes nobiscum in † † Dei. omni seruitio fideles non deseramus, sed digna veneratione tractemus. Ansa ergo contra ansam venit: vt alteri aptetur altera, cum iusti concordi virtutum qualitate fœderantur.

e *Facies & quinquaginta circu.* Beda. Hoc plenius explicatur, cùm dicitur: *Quinquaginta fudit circulos aureos, &c.* Quinquagenarius requiem in spiritusancto designat. Circulus nec initium habet nec finem. Aurum cæteris metallis claritate pretiosius. In quinquaginta ergo circulis aureis perpetua claritas & clara perpetuitas summæ quietis exprimitur. Mordent cortinarum ansas circuli, vt vnum ex omnibus tabernaculum fiat, cum gloria superni regni fidelium mentibus se infundit, vt tali glutino inspirationis vna ex vtroque populo, imò ex omnibus electis Christi ecclesia perficiatur.

☞ 2 *Facies*

† dictio Hebręa significat nodos quibus duo panni simul iunguntur. † ansas. † vna

† vniuersæ cortinæ.

† cortinas è pilis caprarum.

† cortinas iunges.

† quod.

† amplectātur.

† rendebāt.

Circuli sic rei.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vnius mensuræ fiēt vniuersa tento. *id est, cortinæ prædictæ, quæ ex illis operiebatur tabernaculum per modum tentorij.*

2 Quinque cortinæ sibi iungentur mutuo. *per futuram, ita quòd illa quinque cortinæ faciebant vnam cortinam magnam longitudinis xxvij. cubitorum, & latitudinis xx. cubitorum, & aliæ quinque cortinæ similiter.*

3 Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, &c. *Id est, in vno latere vnius illarum cortinarum magnarum, & similiter in vno latere alterius, ita quod ille duæ magnæ cortinæ possent simul iungi per torques affixas in ansulis prædictis, & sic ex illis duabus cortinis magnis fieret vna maior in duplo habens quadraginta draginta cubitos in longitudine. s. illa de latitudine decem cortinarum partialium, qualibet particularis cortina erat quatuor cubitorum de latitudine. Decies quatuor sunt quadraginta, & sic longitudo facta est generalis de latitudine partialium. Vel non variando sententiam potest dici, & forte melius, quod latitudo erat quadraginta cubitorum: & longitudo viginti octo. Et isto modo de latitudine non fiet longitudo, nec econuerso, & viginti octo in latitudine secundum longitudinem cortinarum partialium.*

4 Facies & quinquaginta circulos aureos. *Isti circuli sunt torques prædictæ.*

5 Quibus cortinarum vela iungenda sunt. *Vela cortinarum dicuntur hic illæ duæ magnæ cortinæ prædictæ, quæ iungebantur simul per torques prædictas.*

✠ Vt vnum

Vbi supra cap 3. ☞ a *Facies & saga, &c.* Beda. Hoc in sequentibus ita reperitur: *Fecit & saga vndecim de pilis caprarum, &c.* Saga quibus operitur tabernaculum, rectores sunt, quorum industria & labore decus ecclesiæ protegitur semper & munitur, ne vita & fides sanctorū ab hæreticis corrumpatur, vel falsorum catholicorum improbitate fœdetur, vel vitiorum sorde contaminetur, ne inopia tēporalium cōtristetur. Qui quātò attentius tentationum violentias sustinent & repellunt, tātò subditis domino seruiendi libertate tribuunt: & quasi intus fulgendi cortinis copiam præstāt, dum quasi saga foris tempestates tolerant.

Saga cilicina. Saga cilicina, grossas hominum mentes significant, quæ occulto Dei iudicio quamuis durè præferūtur, quia seruire curis temporalibus non timent, vt tentationum vētos & pluuias portent.

Beda. *Facies & saga, &c.* Cilicium pœnitentiū est. Vnde Dauid: *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio*, id est, habitu Psal. 34.b. pœnitentiæ & humilitatis, quo furorem persequentium aut leuius ferrem placidus aut mitigarem. Nam si capræ pili vel pelles caprarum semper significarent fœtorem pœnitentiū, non ipsum animal inter munda computaretur, nec in laude sponsi diceretur: Canti. iiij. a. *Capilli tui sicut grex caprarum, &c.* Saga ergo quæ sanctos prædicatores significant, cilicina sunt & vndecim sunt, quia quo studiosius corda purificant, plura inueniunt quibus seIab. 2. a. ipsos reprehendant. Vnde humiliter fatentur, *quia in multis offendimus omnes.* Et *si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c.* j. Io. j. d. quorum tamen corda quantę sint perfectionis, declaratur cum dicitur: *Longitudo sagi vnius, &c.*

Beda. Saga cili. Vel de pilis caprarum, & vndecim sunt. Prædicatores enim quò altiores merito, eò humiliores animo: Iuxta illud Eccle. iij. c. *Quanto maior es, humilia te in omnibus.* Vndenarius qui denarium transit, nec ad duodenarium peruenit, id est, apostolicum numerum, trāsgressionem significat decalogi. In vndecimo quoque psalmo propheta conqueritur, dicens: *Saluum me fac domine, quoniā defecit sanctus, quoniā di. &c.* Hoc numero tacitè designās quāhuiusmodi homines duplicis linguę & cordis, nec decalogi præcepta custodiant, nec apostolicam gratiam percipiant.

Quæst. 108. C Avgvst. Vndecim sunt vela capillacea, id est, cilicina. In Vndenarius numerus. peccatis enim transgressio est, quæ in vndenario significatur, qui denarium, id est legem transgreditur, ideo vndecim per septem multiplicata, faciunt septuagintaseptem in quo dominus significauit omnem remissionē peccatorū dicens: *Non dico tibi septies,* Matt. 18. c *sed vsque septuagiessepties*, quot generationes reperiuntur, cum Lucas à baptismo domini numerans sursum versus principiū ascendit, & per Adam vsque ad Deum peruenit. Ad hoc enim significatio peccatorum fit in his velis, vt per confessionem exprimantur, & per gratiam quæ data est ecclesiæ, aboleantur & tegantur. Vnde Psal. xxxj. a. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.*

Patte 2. ca. 2. ✠ Prosper. In opertoria sanè tabernaculi, pelles hyacinthinas aliasque rubratas, & vndecim vela ex pilis caprarum conficienda, diuina autoritas mandat. Quæ omnia signa fuisse ipsius legis resonant testimonia. In hyacinthino colore pallor quidam est cū splendore cōcordans, ioiuniis eleemosynisque conueniēs. Vnde

a ¶ Vt saluari inspiratione ex omnibus sanctis vna fiat ecclesia. b Rectores quibus ab imbre & calore defenduntur cortinæ.

a genda sunt, vt vnum tabernaculum fiat. Facies & † saga cili- 1 2

a ¶ Quia humiliter se peccatores confitentur. b ¶ Tanquam nec præcepta decalogi custodiant, nec apostolicam gratiam percipiant. c ¶ Industria & labore. d ¶ Decus. e ¶ Ecclesiæ.

b cina vndecim, ad operiēndum tectum tabernaculi. Longi- 3

c ¶ sed tamen. a ¶ Quia decalogum legis in fide sanctæ trinitatis perficiunt. b ¶ Amplitudo synceræ charitatis quæ commendatur in quatuor euangeliis.

tudo sagi vnius habebit trigintā cubitos, & latitudo quatuor. 4

a ¶ Quia fides vna qua saluatur ecclesia, & vna vita æterna ad quam festinat. b ¶ Magistros, scilicet antiqui populi, qui fuerunt in quinque ætatibus mundi.

d Æquā erit mensura sagorū omniū. E quibus quinque iunges 5

Vnde & sanctus Raphael Archangelus ad Tobiam, *Bona est* (inquit) *oratio cum ieiunio & eleemosyna.* In ieiuniis pallor, in eleemosyna splendor refulget, quia hyacinthi figuram ostendit. Byssum verò mundum, vt Apocalyptis dicit, *iustitiæ sanctorum sunt.* Quod dictum est tortū, per multas tribulationes oportet iustos introire in regnum Dei. Purpura vestis est regia, qua Christus in sua passione indutus est. In cocco bis tincto, martyria sancta rutilant. Quæ semel baptismo Christi in sanguine tinguntur, atq; suo effusionis cruore denuo retincti.

† cortinas è pilis caprarum.

b *Ad operiendū*, scilicet ne interiora tenera, clara qualibet aduersitate turbetur, alioquin nec byssus fulget, nec coccus coruscat, nec hyacinthus cæruleo colore decoratur. non debent ergo qui in ecclesiæ sinu proficiunt præpositos despicere, si vacare eos rebus exterioribus vident.

c *Longitudo sagi vnius.* Beda. Longitudo habet denarium numerum, & hunc triplicatum. quo indicatur virtus eorum, qui decalogum legis in fide sanctæ trinitatis quæ per dilectionem operatur, perficiunt, qua perfectione in hac vita nulla potest esse sublimior. Latitudo quatuor cubitorum † quo amplitudo † quam synceræ charitatis † quasi in signo commendatur, exprimitur. † quæ in euangelio. Operiunt ergo tectum tabernaculi saga vndecim, & de pilis caprarum. Sic in longitudine triginta cubitos, in latitudine habent quatuor, quia summi illi prædicatores qui vitam fidelium exhortando, & intercedendo, quotidiana sollicitudine, vigiliis, ieiuniis & sua nuditate protegunt, qui se contemplata supernæ puritatis excellentia peccatores confitentur, sed secundum humanæ perfectionis modum inter homines sublimantur.

d *Æqua erit mensura.* Beda. Quia vna est fides in qua tota saluatur ecclesia, & vna vita æterna ad quam festinat. Vnde qui in vineam domini diuerso tempore ad operandum intrauerunt, omnes vno denario remunerantur. Diuisio ergo sagorum in quinque & sex intelligi potest, vt suprà de cortinis in quinque & quinque diuisis expositum est, quia doctores vtriusque testamenti significant sic. Quinque, scilicet saga antiqui populi Dei magistros qui Mosaicæ tantum legis sacramenta prædicabant, vel quia in quinque ætatibus mundi vitam ducebant. Sex autem magistros noui testamenti, quia omnia quæ diuina scriptura in sex ætatibus seculi facta vel dicta refert, in adiutorium & exemplum prædicationis suæ assumunt, & passionem Christi per quam mundus sexta sabbathi redemptus est, palam auditoribus credendam & confitendam pronuntiant, & per eam tantum salutem esse testantur. Vnde præcipitur in fronte tecti sextum sagum duplicari, propter confessionem, scilicet & imitationem dominicæ passionis. Non enim sufficit credentes in confessione mortis domini & resurrectionis baptizari & consecrari, nisi baptizatus quisque pro posse studuerit similitudini mortis domini viuendo & patiendo similari, vt fiat particeps resurrectionis. Siquidem ad literam frontem tecti ingressum tabernaculi dicit, vbi non tabulæ, sed columnæ & vectis ab angulo tabularum vsque ad angulum protentus ponebatur: quantum verò ad formam operis pertinet, ibi magis opus erat geminato sagorum munimento, vbi solida parietis firmitas aberat.

Mystice. Mat. 20. a.

☞ Beda.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vt vnum tabernaculū fiat, *id est vnum operimentum totius tabernaculi. Quod sic patet: quia paries tabernaculi ab oriente in occidentem erat triginta cubitorum, & paries ab aquilone in meridiem qui faciebat latitudinem tabernaculi, erat decem cubitorum, & erat à parte occidentis: a parte autem orientali non erat paries, sed erat ibi velum loco parietis. Parietes autem tabernaculi habebant decem cubitos in altitudine. Et sic patet, quod linea protracta à pede parietis tabernaculi, & transiens per summitatem eiusdem parietis ad summitatem alterius parietis oppositi, & inde descendēs vsque ad terram, erat triginta cubitorum: quia quilibet paries habebat decem cubitos altitudinis, & spatium inter parietes erat decem cubitorum latitudinis: & sic habentur triginta cubiti. Omnes autem cortinæ faciebant simul iunctæ vnum tentorium, vel cortinam quadraginta cubitorum longitudinis, ut prædictum est: & per consequens secundum longitudinem illam operiebat tectum tabernaculi secundum longitudinem suam, quod erat triginta cubitorum, & decem cubiti pendebant retro parietem occidentalem, & secundum latitudinem suam pendebat retro parietes templi laterales nouem cubitis ex vtraque parte, ita quod non pertingebat vsque ad terram spatio vnius cubiti hinc & inde. Secundum operimentum tabernaculi erat de cortinis factis de pilis caprarum, qui filabantur & texebantur. Et istud operimentum erat super cortinas prædictas factas de diuersis coloribus. De isto secundo operimento dicitur.*

2 Facies & saga cilicina vndecim. *Saga cilicina vocantur hic cortina facta de pilis caprarum.*

3 Longitudo sagi, &c. *& sic erant longiores duobus cubitis, quam cortinæ factæ variis coloribus, ex quibus factum est primum operimentum.*

4 Et latitudo quatuor. *& sic quodlibet sagum erit eiusdem latitudinis cum qualibet particulari cortina.*

5 E quibus quinque iunges seorsum, *scilicet simul confuendo quasi ad faciendum vnum sagum viginti cubitorum latitudinis, longitudinis triginta.*

✠ 1 Et sex

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ Beda. Iuuere etiam mensurâ cortinarũ quibus tegitur domus, qualiter præfatis possint conuenire mensuris. Decẽ erant cortinæ habentes singulæ longitudinis vigintiocto cubitos, latitudinis quatuor, quæ simul iunctæ, & in vnum compositæ tabernaculum implebant latitudine sua cubitos quadraginta. Suspendo ergo cortinas quæ habent singulæ longitudinis vigintiocto cubitos, & pone in dorsum eius mẽsuræ est in transuerso triginta cubitorum: & videbis quia cortinæ habebũt in æqualitate quæ est inter parietes cubitos denos: in ascensu autem vel descensu qui est iuxta parietes, habebunt cubitos nouenos. Sic quæ fit vt summitas cortinarum terrã tangere non possit: sed mẽsura vnius cubiti à terra altior absit. Item videbis quod cortinæ habent in æqualitate per lõgitudinem domus cubitos triginta. In ascensu autem vel descensu, quod est in orientali vel occidentali latere domus cubitos quinos, ideoque eadem lateralis summitas cortinarum non vsque ad terram pertingit, sed quinis cubitis abest à terra altior. Vnde necesse fit, vt quini cubiti cortinarũ qui cessantibus parietibus supersunt, inducantur adinuicem in occidentali latere & orientali: sibiq; mutuò iungantur: & sic fiat vt vndique domũ cortinæ excepto vno cubito iuxta terram contegant. Hæc de cortinis.

Beda. Saga tricenos habent cubitos longitudinis: quaternos latitudinis. Et quia vndecim erant: coniuncta in inuicem per latera quadragintaquatuor cubitos implebant. Pone ergo hæc in domo. Et quia concordat longitudo sagorum cum funiculo quo domum metiebaris in transuersum: fit vt summitas corũ ad terrã vsque pertingat. Habebãt enim denos cubitos æqualitatis inter parietes denos; ascensionis vel descẽsionis in vtroque latere & hoc est quod ait: quia cubitus ex vna parte pẽderet: altèr ex altera: qui plus esset in sagorum longitudine: vtrumq; latus tabernaculi protegens. Tabernaculũ enim propriè vocat ipsam cortinarum facturam vel cõiunctionẽ, quas vno cubito transibãt saga ab australi parte vel latere domus: altero à septentrionali. Ideoq; ad terram peruenieBant, quia hæc triginta cubitos longitudinis, illæ duos minus habebant. Itẽ mensura sagorũ per longitudinem domus quadragintaquatuor cubitis tẽdebatur: triginta. s. cubitos in æqualitate habens à fronte domus vsque ad summitatem tabularũ in plaga occidẽtali: & septẽ cubitos dependentes, in plaga orientali: & septẽ similiter dependentos in plaga occidentali. Sicque fuit vt mensura sagorum in occidentali latere duobus cubitis excederet mensuram cortinarũ: quia cortinæ desuper venientes, quinque cubitos eiusdem occidẽtalis partis tegebãt: & quinque relinquebant intactos: & hoc est quod nunc dicit. Quod autem superfuerit in sagis quæ parãtur tecto, id est sagũ vnũ: quod amplius est ex medietate eius, cooperiẽs posteriora tabernacula. Medietas enim sagi in latitudine duo sunt cubiti: qua medietate operiebãtur posteriora tabernaculi. i. cortinarũ: quæ propriè tabernaculum dicuntur: quia duobus cubitis eas ad inferiora tendens sagum vltimum transibat: Itemque saga desuper venientia, septem tantum cubitos occidentalis partis operiebant: nec tamẽ tres reliqui qui remanserant, vsque ad terram nudi tempestatum iniuriis patebãt: sed adductis ad inuicem ab vtroque latere sagis septenorum cubitorum, qui deficientibus parietibus super erant his posteriora domus firmissimè vsque ad terram tegebantur: neque hæc tantùm ad inuicem pertingere: Et instar cortinarum sese in medio parietis contingere poterant. Sed quia septenorum erãt cubitorum medium parietis in vtraque parte duobus cubitis excedebant, ac sibi inuicem superposita iungebantur: quod eodem modo per omnia de oriẽtali parte domus intelligendum putamus. Ideoque suprà præcipitur, vt sextum sagum in fronte tecti duplicetur.

a ¶ Doctores noui testamenti, qui omnia quæ in sex ætatibus mundi dicta vel facta sunt in adiutorium prædicationis assumunt vel in sexta ætate positi, omnia spiritualiter interpretantur. b ¶ In ingressu ecclesiæ.

a seorsũ, & sex sibi mutuò copulabis, ita vt sextũ sagũ in frõnte 1

a ¶ Decem sagis operiebatur tabernaculum: vndecimum duplicatum ponebatur in fronte, ne vi ventorum incernæ extinguerentur. ¶ Per confessionem, scilicet & imitationem dominicæ passionis. ¶ Contra violentiam ventorum. b ¶ Humilitatem compunctionis significat, quæ spiritum sancto iergiente conceditur.

b tecti duplicẽs. Facies & quinquaginta ãnsas in ora sagi vnius 3

a ¶ Nulla virtus magis quam fidelis humilitas in vnam charitatem ligat.

vt cõiũgi cũ altero queat, & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur. Facies & quinquaginta † ha- 4

a ¶ Quibus, scilicet sonus confessionis & prædicationis significatur. b ¶ Magnam vocem apud Deum habet humilis conscientia sui ipsorum.

c bũlas æneas, quibus iungãtur ansæ, vt vnũ ex omnibus ope- 4
d rimẽtũ fiat. Quod autẽ superfuerit in sagis quæ parãtur tecto 5

Allegoricè. Allegoricè saga cortina desuper & infrà & ex omni latere protegebãt, & vt illæ intus libera facie venustatis fulgerent, hæc ab omni iniuria tempestatum, pluuiarum, & caumatũ foris defendebant: quia præpositi ita vitam subditorum solerti cura circumspiciunt, vt nec subsidia carnis, nec vitæ spiritualis auxilia desint, & dogmata hæreticorum & prauorum exempla catholicorum absint: adsit doctrina salutaris, qua confortati malè docentes repellant, & mala illata patienter sustineant, adsit vita ipsorum qua semper quasi in via electione vtãtur. Sed quia inter prædicatores illi maximo honore digni sunt, qui excepto quòd officio prædicationis & populorum regimini deseruiũt: etiam pro Christo sanguinem fundunt: rectè subditur: Facies & operimentum aliud tecto &c.

a *Sextum sagum in fr.* Mysticè verò, in fronte tecti sextũ sagum duplicatur: cum omnes qui sanctam intrant ecclesiam, ita fide & sacramento dominicæ passionis initiantur, vt huius quoque imitatione semper sibi viuendum esse intelligant. Quasi enim in ingressu sextum sagum duplicatur: vt dominicæ passionis sacramẽta consequamur, & exemplis instruamur. De sacramentis ait Petrus: *Qui regener. aut nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis.* Dicit & de imitatione passionis. *Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.*

b *Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius.* Beda. vt hæc suprà in cortinis exposuimus, etiam hic intelligi possunt: quia scilicet recordatio supernæ quietis, quæ quinquagenario solet exprimi, corda sanctorum adunat vinculo pacis. Sed quia saga humilitatem sublimium designant, qui magis suorum meminisse delictorum quam virtutes prædicare cupiunt: & plus de eis quas nondum habent virtutes compungi, quam de habitis studẽt gloriari, quinquagenario ansarum vel fibularum numero, compunctionis eorum humilitas designatur. Quinquagesimus enim pœnitentiæ Psalmus est: quia donum pœnitentiæ non nisi spiritu sancto largiente conceditur: & donum veniæ pœnitentibus eius tantùm gratia inspirante tribuitur. Et bene quinquaginta ansæ vel fibulæ saga inuicẽ nectũt: qa nulla virtus magis quàm fidelis humilitas in vnã charitatis copulã ligat, quia quãtò quis infirmio rẽ se cõspicit: tantò auxiliũ proximi quo confortetur, inquirit.

c *Æneas, quibus iungantur ansa, vt vnũ ex omnibus operimen. &c.* Beda. Bene autẽ fibulæ sunt æneæ, de vocali, scilicet metallo factæ, quia magnam vocẽ habet apud Deum humilis cõscientia iustorũ. Vnde pauper Dauidicus cum anxiatus esset, & nõ in auribus hominũ sed in in cõspectu Dei orationẽ suam effunderet: *Domine* (inquit) *exaudi orationẽ meã, & clamor meus ad te veniat.* Psal. 101.a.

d *Quod autem su. &c.* Beda. Hæc vt plenius intelligantur, de tota tabernaculi positione disputare necesse est. Dixim⁹ parietes tabernaculi q̃ ex tabulis & columnis cõstabant, longitudinẽ habuisse

☞ buisse

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et sex sibi mutuo copulabis. *quia sex alia saga simul consuebãtur ad faciendum quasi vnum sagum viginti quatuor cubitorum latitudinis, & triginta longitudinis.*

2 Ita vt sextum sagum in frõte tecti duplices. *Quoniam medietas eius ad est, duo cubiti latitudinis vnius sagi in parte orientali tabernaculi ponebatur replicata, vt capita columnarum quæ erant in introitu tabernaculi, tegerentur, quæ tenebant vnum cubitum, & vt operimentum factum de sagis fortius teneretur super tabernaculum. Alij autem duo cubiti erant in parte opposita tabernaculi, vt infrà habetur, & ideo quod dicitur hic:* Vt sextum sagum in fronte tecti duplices. *Et quod postea subditur:* Ex medietate eius operies tabernaculi posteriora, *non est intelligẽdum de eodem sago in numero: quia idem sagum numero non poterat esse in fronte tabernaculi, & in posteriori parte eius: sed intelligendum est per æquiualentiam, quia ex omnibus sagis fiebat vnum operimentum tabernaculi & duo cubiti. Primi sagi erant in fronte tabernaculi, & duo cubiti vltimi sagi erant in posteriori parte tabernaculi. Et isti quatuor cubiti diuersorum sagorum aquiparabantur vni sago integro.*

3 Facies & quinquaginta ansas, &c. *Quia ista duo magna saga iungebãtur simul per ansas & torques aneas, sicut de aliis cortinis prædictum est.*

4 Vt vnum ex omnibus operimentum fiat. *Quia per talem coniunctionem fiebat vnum operimentum totius tabernaculi.*

5 Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tec. &c. *id est ad tegendum tabernaculum.*

✱ 1 Id est

☞ buisse triginta cubitorum, latitudinem decem, altitudinem simi-
A liter decem. Si quis ergo vellet domum in altitudine cingere funiculo (verbi gratia) à basi tabulæ vnius meridiani lateris vsquo ad basim tabulæ quæ est è regione in latere septentrionali, constat eundem funiculum triginta cubitorum longitudinis esse debere, vt haberet scilicet decem cubitos,

† Dimidiũ cortinæ. ascensionis in meridiano latere parietis, decem alios æqualitatis inter parietes. Decem tertios descentionis in septentrionali pariete. Item si super longitudinẽ domus extendatur funiculus, id est à basibus columnarum sursum, & per longitudinem totius domus
B ad occidentalem partem, & deinde ad bases eius deorsum, habebit funiculus cubitos longitudinis quinquaginta, decem scilicet ascensionis iuxta columnas, triginta æqualitatis secundum longitudinem domus, decem rursus descensionis iuxta orientalis parietis tabulas.

Historicè. a *Et cubitus.* Quia cortinas vno cubito transibant saga ab australi latere domus, altero à septemtrionali: ideoque ad terram perueniebant, quia hæc triginta cubitos longitudinis, illæ duos minus habebant.



b *Facies & operiment.* Stra. Primum erat operimentum cortinarum ex byssо, purpura, & cocco. Secundum sagorum vndecim. Tertium ex rubricatis, id est, particis pelli-
C bus arietum, postremum erat hyacinthinarum pellium. Cortinæ autem ita operiebant, vt ad latera descenderent: ad terram tamen non pertingerent. Saga autem tectum & latera operiebant, & ad terram pertingebant. Pelles verò rubricatæ vel ianthinæ, tectum tantum operiebant, nec ad latera declinabant.

Vbi supra cap. 4. Mysticè. Psal. 28.a. c *De pellibus, &c.* Beda. Arietes sunt doctores gregis dominici duces. Vnde: *Afferte domino fi. Dei: afferte, &c.* Quasi ô angeli huic officio mancipati, afferte domino in cœlos imitatores apostolorum. Hinc quoque foxta mansio populi de Ægypto egressi helin, id est, arietes nominatur, in qua erant duodecim fontes & septuaginta palmæ, vt scilicet nomine & specie figuram apostolorum teneret.

Allegoricè. d *Rubricatis.* Beda. Rubricantur pelles arietum ad operiendum tectum tabernaculi, cum apostoli & apostolici viri vsque D
ad martyrium docere non desinunt: vt tutius subiectos à tentationũ periculis protegant, dum persecutionem vsque ad mortem patiuntur propter iustitiam, & operiunt tabernaculum polles arietum rubricatæ, & à tempestatibus defendunt, cum

a ¶ Medietas sagi in institutione duo sunt cubiti, ex quo medietate operiebantur posteriora tabernaculi, id est cortinarum quæ propriè dicuntur tabernaculum.

id est † vnũ sagum quod amplius est, ex mẽdietate eius ope- 1 2
a ries posteriora tabernaculi, & cubitus ex vna parte pende- 3 4
bit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine, 5 6 7

¶ Decensionem.

b vtrunque latus tabernaculi protegens. Facies & operimen- 7 8 9

¶ Ecclesiæ. a ¶ Doctorum qui duces gregis. Vnde Psal. 28. Afferte domino fi. Dei. afferte domino fi. ari. ¶ Aries rubricatus, Christus sanguine passionis cruentatus significatur etiam martyres, quorum orationibus propitiatur Deus peccatis populi. b ¶ Martyrio.

c tum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & super
d
c hoc rursum aliud operimentum de † ianthinis pellibus.

c ¶ Rubricatis superpositum ianthinæ, in quibus figuratur vita æterna.
d ¶ De his, scilicet quorum conuersatio in cœlis est, & mortificata carnis concupiscentiis.

prædictorum exemplo passionis & patiẽtiæ corda infirmorũ, ne inter pressuras deficiant, muniunt.

✱ Augvst. Significantur his etiam martyres sancti quorũ orationibus propitiatur Deus peccatis populi sui. Quæst. 103. super Exod.

c *De ianthinis pellibus.* Beda. Hyacinthus, cœlestis est coloris: pellis, mortui animalis pars & indi- Moraliter. E † De ianthinis è taxorũ
ciũ. Per pelles ergo ianthinas exprimitur virtus eorũ qui mortificatis illecebris carnis, cœlestem vitam gerunt in terra, & inter homines positi, angelicam puritatem imitantur, quia neque nubent, neq; nubentur. *Hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, &c.* Meritò ergo pelles ianthinæ supremũ tenẽt locum, & color cœlestis cœlo proximũ, vt virginales chori speciali victoria agnũ secuturi, & hymnorum laudes ei designẽtur cantaturi. Bene autẽ de velis cortinarũ & sagorum dicitur, quod etsi in alto posita, ad terrã demissa penderẽt, quamuis cortinæ vsque ad terram non peruenerint. Columnæ quoq; & tabulæ in altum erectæ, bases in imo positas habebãt. De rubricatis verò & iãthinis pellibus, quod in alto tectũ operiunt dicitur, sed non quod ad terrã deflexæ: qa virtutum cæteræ species cũ his qui in terra sunt, aliquid cõmune habẽt: certamẽ verò martyrij & decus virginitatis à terrenis suspensum, ciuibus supernis est coniunctum. Martyr enim in tormentis positus, omnia munda & ipsum mundum relinquere, & ad videndum mundi conditorem, & quæ vltra mundum sunt ad gaudia peruenire desiderat. Cælibes quoque dum communem legem quæ dicitur, *Crescite & multiplicamini & replete terram,* intuitu maioris præmij transẽdunt, altiorem cæteris fidelibus & ipso mundo, sedem eligunt. Vnde: *Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno,* qui Latinè rectè virgines, quasi virtute insignes, vel cælibes quasi cœlo beati nominantur, id est cœli, vitam imitantes. Gene. 1. c. Apoc. 14. a.

☞ 2 *De lignis*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Id est vnum sagum quod amplius: *scilicet vltra numerum cortinarum factarum de variis coloribus de quibus prædictũ est, quod erant tantum decem. Et de sagis dictum est quod erant vndecim, & de illo vndecimo ostendit quid deberet fieri dicens.*

2 Ex medietate eius operies posteriora tabernaculi. *Quia perdebat retro parietem occidentalem duobus cubitis vltra operimentum primum de cortinis variatis, & duo cubiti erant replicati in fronte tabernaculi, vt iam dictum est. Et isti quatuor cubiti faciunt sagum integrum per aquipollentiam, vt dictum est.*

3 Et cubitus ex vna. *Ad intellectum huius litere qua intricata est, considerandum, quòd sicut dictum est saga particularia erant longiora cortinis variis duobus cubitis. In operimento autem totali facto ex omnibus cortinis variatis, longitudo illius operimenti erat ex latitudinibus cortinarum simul iunctis, & eodem modo dicendum de totali operimento facto ex omnibus sagis, & ideo quãdo illa duo operimenta erãt extensa super totum tabernaculum, longitudo cortinarum partialium transibat ex transuerso tabernaculi: & sic distabat a terra vno cubito in latere australi, & alio cubito in latere aquilonari: & per consequens longitudo sagorum partialium, qua erat maior duobus cubitis, attingebat vsque ad terram pendens in vtroque latere tabernaculi vno cubito vltra cortinas. & hoc est quod dicitur:* Et cubitus *scilicet sagi.*

4 Ex vna parte pendebit, *scilicet vltra cortinas.*

5 Et alter, *scilicet cubitus sagi.*

6 Ex altera, *scilicet parte tabernaculi pendebit.*

7 Qui plus est in sa. longitudine, *id est, qui excedit longitudinem cortinarum ex vtraque parte: & si sunt duo cubiti sagorum pendentes ad terram vltra cortinas. Vnus ex vna parte tabernaculi, & alter ex altera. Et hoc est quod dicitur.*

8 Vtrumque la. ta. protegens. *Et prædicta patent in figura. Modus autem operiendi tabernaculum non potest in plano figurari, sed de facili imaginari potest.*

9 Facies & operimentum aliud tecto de pellibus, &c. *Dicunt aliqui doctores, quod ista duo operimenta de pellibus erant tantummodo super tectum tabernaculi. Alij autem dicunt & probabilius vt videtur, quod descendebant ad terram, nõ solum in tribus partibus tabernaculi sicut cortinæ, & saga quæ non operiebant frontem tabernaculi, vt patet ex supradictis, sed ista de pellibus pendebant ante velum, quod erat in introitu tabernaculi, vt dicit Iosephus. Ad hoc enim erant vt repellerent vim imbrium & ventorum, & ideo erant necessaria vt videtur nõ solum super tectum tabernaculi, sed etiam in lateribus circumquaque. Secundum etiam, quod ista operimenta de sagis & pellibus erant fortiter affixa terræ cum funibus & paxillis, ne a ventis & imbribus moverentur.*

✱ 1 Facies

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mysti. a *Deligni fructus.* Beda. Hæ tabulæ apostolos & successores, per quorum sermonem ecclesia dilatata est, significant. Latitudo enim, dilatatio fidei est & sacramentorum eius, quæ prius in Iudæa tantum nota. Quamuis in latitudine tabularum dilatatio cordis possit intelligi, qua mundum despiciunt, ad cælestia pe-

¶ Situm tabularum ostendit. a ¶ Perseuerantes. ¶ Sanctos exemplo & doctrina ecclesiam munientes.

a Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim, quæ sin- 1
b gulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine

a Perfectionem boni. b ¶ Initium diuinæ cognitionis. c ¶ In prosperis, & in aduersis iura inviolata charitatis, vt maiores & minores qui nos in Christo præcesserunt, vel secuti sunt, vnis & eisdem charitatis brachiis tenentes, ad perfectionis fastigia tendamus.

c singulos † ac semissem. In laterib⁹ tabulæ duæ incastraturę † fiant.
d du cubitæ tabulæ * parabũt. Quarũ viginti erũt in latere meri

a ¶ Quater quini viginti sunt: lex autem quinque libris, gratia noui testamenti quatuor euangeliis continetur, & doctores mire veritatis contensu, completa in euangelio legis arcana manifestant, & præfigurata in lege euangelij sacramenta. b ¶ Iudaico populo: quia Notus in Iudæa Deus &c. Psal. 75. a.

tenda accensi, & amicos in Deo, & inimicos diligunt propter Deum. Vnde: *Os nostrum patet ad vos ô Corinthy*, cor nostrũ dilatatum est. De illa
† cubitos. quoque dicit Paulus qua ad profectum tabernaculi, id est eccle-
Rom. 15. d. fiæ vti solebat, *ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illiricũ impleuerim euangelium Christi.* Factæ autem sunt tabulæ de lignis setim, id est spinarum quæ curas se-
B culi, delitias voluptates, vel etiam punctiones peccatorum signi-
Prouer. 26. b ficant. Vnde: *Spina nascuntur in manu temulenti*, id est, peccata in operibus stulti. Quia ergo prædicatores à punctionibus vitiorum se expurgare, & hominibus mundi curis ac delectationibus exuere studuerunt, vt liberamente in amorem Dei & proximi dilatari & ad prædicandum verbum longè lateque possent discurrere, recte dicitur, quia de lignis spinarum tabulæ tabernaculi factæ sunt scilicet quæ omnes aculeos spinosos exurant, & solo candore niteant. Sancti enim in peccato primæ præuaricationis concepti & nati sunt, ad quos
C etiam generalis damnatio illa pertinet: terra tua spinas & tribulos
Gene. 3. c. germinabit tibi. Sed Christi gratia spinis peccatorum exuti, digno virtutum exercitio in structuram domus sunt aptati. Quia imputribilia, candore eximia, leuia, non multùm ab alba spina nisi magnitudine distantia, quæ difficile inueniuntur, niũ in terris Arabiæ, vbi factum est tabernaculum: nec translatum est nomen Hebræum, quia vix apud alios inuenitur hoc lignum.

Mystice. b *Singula denos cubitos habebunt in longi. in latitud. cubitum ac semissem.* Beda. Longitudo verò altitudo est, quæ decem cubitos habebat, quia doctores per obseruantiam decalogi ad perfectionem tendunt pro denario diurno in vinea Christi laborantes, ideo, scilicet doctrinæ insistentes: vt imaginem sui conditoris & regis, quam Adam peccante perdiderunt, restaurent, & nomen eius quod peccando amiserant, recte viuendo recipiant. Solet enim in denario regis nomen & imago cõineri. Denarius quoque ex eo dicitur, quod decem numis complectur, & nostra beatitudo vera dilectione Dei & proximi perficitur. Deus enim ternario sæpe numero propter eam quæ ipse est, trinitatem figuratur. Homo septenario, quia corpus habet ex quatuor elementis. Animæ verò substantia, triplici soler in scriptura distantia comprehendi. Hinc est quod Deum diligere toto corde, tota anima, D
tota virtute præcipimus. Decem ergo tabulæ cubitos habent al- Deute. 6. a.
titudinis, quia rectores ecclesiæ hac intentione Deo seruiunt, vt ipsum in æternum videre mereantur, & ad hoc auditores verbo & opere prouocare, quasi suspendere cõtendunt. Quòd tabulæ singulos cubitos & semissem in latitudine habebãt, plenus cubitus perfectionem operis dimidius inchoationem diuinæ cognitionis ostendit. quia iusti perfectè † fiant.
eleemosynis, orationib⁹ & ieiuniis & huiusmodi possunt operam dare. Deum verò interim fide cognoscimus, sed plenã eius cognitionem in
Iohan. 17. a. futuro speramus. Vnde: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum* 1. Cor. 13. c.
E *& verum Deum, &c.* Et alibi: *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.* Non ait: ex parte laboramus, & ex parte prædicamus. Implebitur autem cubitus domino promittẽte: *Eripiã eum* psal. 90. b.
& glorificabo eum, & ostendam illi salutare meum.



c *In lateribus.* Beda. Incastraturæ in lateribus tabularum, humilitatẽ significant in mentibus iustorum, per quã maximè sibi fraterna charitate iungãtur. Dũ enim corde contrito & humiliato receptaculũ in se proximorum dilectioni parant, & se diligendos pietate & deuotione exhibent, quasi omnes tabulæ tabernaculi in alterutrum per
F incastraturæ nexum copulantur. Erecto quidẽ tabernaculo & regulari ter ordinata antè comitate tabularum, figura incastraturæ non cernitur, sed quanta virtute tabulas adunauerit, parietis stabilitas ostẽdit, quia humilitas sanctorũ quæ sibi foris fœderantur, videri nõ potest, sed ex statu ecclesiæ pacatissimo quid intus operetur, patet. Per quam dispensationem diuinæ gratiæ agitur, vt nos eos qui in principio seculi fuerunt fideles, syncerè diligamus, sicut illos quos in præsenti videmus, sinu amoris suscipimus, & nos ab illis suscipi credimus.

d *Quarum viginti erunt in latere meridiano.* Beda. Quanta fuerit longitudo tabernaculi, non exprimitur specialiter, sed ex eo Vbi supra cap. 6.
inuenitur quòd parietes viginti tabulis compacti sunt, quæ singuli singulos cubitos & semissem latitudinem habent. Viginti enim cubiti & vigies semis cubiti triginta faciunt, quam fuisse tabernaculi longitudinem Iosephus scribit. Bene autem hoc numero tabernaculi longitudo comprehenditur, quia tres sunt virtutes, quibus principaliter ecclesiæ perfectio consistit, fides, spes & charitas, quæ per decem multiplicantur, vt tricenarius impleatur, dum virtutibus mentis opera iunguntur: quæ decalogo continentur, ne quis sibi virtutes sine opere putet sufficere.

a *Quibus*

NICOLAVS DE LYRA.

✠1 Facies & tabulas. *Hic consequenter describitur tabernaculum quantum ad eius parietes, qui erant de tabulis sursum erectis, & in latere aquilonari erant viginti tabulæ, quarum qualibet habebat decem cubitos longitudinis & cubitum & dimidium latitudinis, & ideo erectæ sursum vna iuxta alsam faciebant parietem decem cubitorum altitudinis, & triginta cubitorum longitudinis. Spissitudo autem huius parietis erat eadem cum spissitudine tabularum, quæ non exprimitur in textu: & ideo variè hic dicunt doctores. Dicit Rabb. Salomo quod spissitudo tabularum erat vnius cubiti. Sed hoc non videtur verum, quia essent nimis ponderosa ad portandum de loco ad locum, & ad erigendum super bases & ad standum ibi: quia propter pondus possent de facili à basibus declinare. Item si hoc esset verum, latitudo tecti esset duodecim cubitorum, & cortina in lateribus tabernaculi distarent à terra duobus cubitis. Cuius contrarium ipse dicit scilicet quòd vno cubito tantum distabant, & ideo Iosephus dicit, & probabilius, quod spissitudo tabularum erat tantum quatuor digitorum, & sic paries Aquilonaris erat spissitudinis quatuor digitorum. Paries autem australis consimilis erat per omnem modum in longitudine, latitudine, & spissitudine: paries autem occidentalis habebat*

✠ *decem*

MORALITER.

✠1 *Facies & tabulas stantes tabernaculi, &c.* Hic secundò agitur de lateribus tabernaculi, quæ fuerunt de tabulis stantibus sub operimen operimentis prædictis, & per eas significantur fideles simplices in fide stantes sub disciplina sanctorum doctorum & parientia martyrum.

✠2 *Bina*

a *Quibus quadraginta bases argenteas, &c.* Beda. Bases quibus A tabulæ sustentabantur, verba sunt & libri legis & prophetarum, quibus Apostoli & euangelistæ quæ scribere & prædicare volebant, vera esse & diuina probabant. Vnde: *Tunc adimpletũ est quod*
Matt. 11. a. *dictum est per prophetas.* Et alibi. *Hoc autem totũ factum est, vt adim-*
1. Petri. 1. a. *pleretur scripturæ prophetarũ.* Et Petrus ait: *Habemus firmiorẽ propheticum sermonem.*

Beda. Gregorius. Per tabularum bases argenteas ordo prophetarũ significatur, qui dum primi de domini incarnatione locuti sunt, quasi bases à fundamento surrexerunt, & superpositæ fabricæ pondera sustinuerunt, & tabulas, id est apostolicam
B prædicationẽ in mundo dilatata, quasi firmi & fusiles sustinent: quia apostolorum vita prædicatione eorum instruitur, & autoritate solidatur. Vnde bases binæ coniunctæ, singulis tabulis supponuntur, quia dum prophetæ in verbis suis de Christi incarnatione concordant, sequẽtes prædicatores ædificant, vt quo à semetipsis non discrepant, illos robustius figant. Ex argento fundi iubentur. Argenti enim claritas ex vsu seruatur, siue vsu in nigredinem vertitur. Prophetarum verò dicta ante Christi aduentum in vsu spiritualis intelligentiæ non erant, dum conspici per obscuritatem non poterãt, & ideo quasi nigra permanebant. Sed postquam Christus veniẽs ea ante oculos nostros incarnationis manu tersit, quicquid lucis in eis latebat, claruit, sensusque patrum præcedentium in vsum dedit, quia vetba rebus exposuit.

Beda. Bene singulis tabulis binę bases supponuntur, vt consensus propheticæ attestationis, in omnibus quæ Apostoli dixere, monstretur. Vel binæ per duos angulos subiiciuntur, vt bene
C fussultis angulis tota rectè possit consistere tabula, quia omnis apostoliçi & euangelici sermonis in propheticis libris initium præsignatur, & finis omnis apostolorum & successorum vita ab initio fidei vsque ad finem vitæ presentis mysticis, veteris testa-
† Paginis. menti inserta est † tabulis.

b *In latere quoque secundo.* Latus meridianũ quod vergit ad austrum, antiquam Dei plebem significat, quę dudum lucem scientię legis accipiens, amore Dei seruebat. Latus secundum quod vergit ad Aquilonem, gentes significat: quę vsque ad tempus in-
Isa. 43. a. carnationis, tenebris & frigore infidelitatis torpebant, de quarũ vocatione dicitur: *Dicã Aquiloni da: & Austrò, noli prohibere.* Quasi, dicam populo gentiũ diu sine fide algenti, de filiis tuis veniant
† Israelitæ ad fidem meę confessionis & amoris, qui & plebi † Israelitice quę iam meę cognitionis lumine fruitur, noli prohibere gentes in sortem electionis recipi.

c *Viginti tabulæ.* Beda. Vnius autẽ numeri & mensurarum, & facturę, tabula vtrumque latus habuit, quia vna & eadem fides, spes & charitas vtrique populo per apostolos prædicatur, & ad
Mat. 16. d. terram vterque regni cœlestis promissam vocatur. De vtroque generale præceptum accipiunt. *Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ*, id est præputio & circuncisioni. Et absque vlla differentia subinfertur. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.*

d *Binæ*

d *Binæ bases.* Basis est fundamentum à Græco, *Basis*, id est fundo. Per bases prophetæ significantur, quorum autoritati apostoli & omnes doctores innituntur. Binę autem dicuntur propter concordiam prophetarum, qui omnes vnum senserunt. D
Ibidem. Bases. Baseio.

e *Ad occidentalem, &c.* Beda. Occidentalis plaga quæ vtrumque parietẽ suscipiẽs, ædificium tabernaculi consummatæ implemus. tionem ecclesię in fine mundi significat, quousque fides & operatio vtriusque populi perseueratura, quasi gemini latitudo parietis pertingit. Nunquam enim vel ante incarnationem defuerunt, qui ex gẽtibus crederent, nec vnquam de populo E
Iudæorum quamuis damnato aliqui desunt fideles. Siquis tamen hoc negare præsumpserit, dicamus quod spirituales vtriusque testamenti doctores, qui proferunt de thesauro suo noua & vetera, vsque ad finem seculi sunt in ecclesia permansuri. Myslice. * Viginti tabulis.

Beda. Ad occidentalem verò plagam &c. Bene in occiden- Matt. 13. b.
tali plaga tabernaculum consummatur, quo dies clauditur, & astra occidunt, propter obitum, scilicet electi, vel gentem mundi terminum. Et enim quasi sol occidit, qui ab hac luce per tenebras transitorię mortis ad gaudia lucis & vitæ migrat æternæ. Occidit omni ecclesię sol in occidente: vt verius in oriente, præteritis tenebris oriatur cum finita in aduentu domini vita præsentis seculi, mox dies vera æternitatis apparebit. Et quia iustis cum domino regnantibus reprobi in æternum pereunt: de hac plaga tabernaculi in sequentibus dicitur quod mare respi- F
ciat mare, scilicet rubrum, in quo demersus exercitus Pharaonis: Infrà. 26. c.
& Israël saluatus ad montem Sina vbi tabernaculum fecit, ascendit. Respicit mare hæc plaga cum ecclesia post bonorum operum perfectionem coronata liberè intuetur vitia vel impiorum pœnas quas Christo iuuante euasit. Vnde: *Egrediẽtur & videbunt ca-* Isa. 66. g.
dauera virorum, qui præuaricati sunt in me, &c. Maris enim fluctus profundi turbulenti amari peccata significant, quibus reprobi malè delectati in baratrum perditionis merguntur. Nec prætereundum, quod cùm tabernaculum ædificaretur in Sina, mare rubrum habuit ad occasum: & introductum per Iesum in terram promissionis & collocatum in Silo in eadem plaga mare magnum habuit: quia sancti in hac vita domino seruientes: & in ie tabernaculum facientes superbam impiorũ tactantiam quasi citò casuram fixa mente despiciunt: & in futura patria cũ domino positi perpetuam eorum pœnam sine vlla felicitatis minutione respiciunt: vt maiores ei grates referant: non solum pro bonis quę donauit, sed etiam pro malis à quibus liberauit.

Beda. Bene plaga occidentalis quæ mare respicere dicta est, I. frà. 36. c.
sex tabulis cõstat: quia in senario boni operis cõsumatio notatur: quia in illo mũdi ornatũ dominus cõsummauit. In illo hominẽ in principio creauit: in illo genus humanũ sua passione restauauit. Vel quia sex sunt ętates seculi, quibus oportet nos bonis operibus perfici, vt ad requiem æternam & resurrectionis gloriã perueniamus.

f *Et rursum alias duas.* Beda. Quia rursum aliæ duæ tabulæ

exceptis

NICOLAVS DE LYRA.

decem cubitos in altitudine, sicut præcedentes, & quatuor digitos in spissitudine: in longitudine verò habebat decem cubitos secundum latitudinem interiorem templi & cum hoc habebat quatuor digitos in longitudine, vt cum parietibus aquilonari & australi iungeretur in angulo recto, & ideo in pariete occidentali erant tantum octo tabulæ sex habentes qualibet in latitudine cubitum & dimidium, & sic faciebant parietem longitudinis nouem cubitorum: aliæ verò duæ tabulæ habebant latitudinis dimidium cubitum & quatuor digitos, & erant istæ duæ tabulæ in pariete occidentali hinc & inde, vbi iungebantur cum parietibus tabernaculi lateralibus, ita quod qualibet claudebat dimidium cubitum, & residuum latitudinis quod erat quatuor digitorum iungebatur cum pariete laterali hinc & inde, ad angulum rectum, per modum protractum in margine.

Sequitur figura pro tabulis & basibus terræ infigendis. Et de istis duabus tabulis facit specialem mentionem post alias, cum dicit.

✠1 Duabus

MORALITER.

✠† *Binæ bases singulis tabulis per duos angulos subiiciantur.* Et istæ bases fuerunt argenteæ, vt dicitur in textu. Per hoc autem designatur, quòd fides cuiuslibet Christiani inniti debet testamẽto noui & veteri, quasi duabus basibus argenteis. Vnde dicitur Psal. xj. b. *Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum &c.* Duo verò testamenta, sunt eloquia diuina. Istæ verò tabulæ iunctæ fuerunt superius vncinis, per quam iuncturam significatur charitas Dei, & in medio iunctæ fuerunt vectibus & annulis, per quod significatur charitas proximi: hæc enim duplici charitate debent fideles ad inuicem coniungi.

✠1 *Facies*

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ exceptis sex primis: in angulum iubentur origi post torgum ta-
A bernaculi: quæ venientem ab orientali plaga parietem excipiunt:
& occidentalis plagæ parieti coniunguntur ad remunerationem
futuræ vitæ pertinet: quæ post labores & tempora huius vitæ se-
cura vel securata est, diuisa in sabbathismum, id est, requiem ani-
marū post absolutionem corporū, & gloriā resurrectionis vtrique populo cōmunis nullo fine termi-
nanda.

a *Erúntque sibi coniunctæ.* Beda. Quia omnis electorum vita vna fide & charitate ad cælestia tēdit, & in vnum finem visionis diuinæ peruenit, & in vna voce recti dogmatis omnis
B sanctorum predicatorum sermo conuenit. Recederet enim ab inuicem cōpago tabularū si quod vnus prophetā aut Apostol⁹ dixisset, alius negaret.

b *Duabus quoque tabulis, &c.* Beda. Angulares tabulæ tabulis parietum per omnia sunt coniunctæ, quia futuræ quietis & immortalitatis gloria, præsentis vitæ conuersationi p fidē, spē, & charitatē firmissimē cōnexa est, imò ideo stabilis & inconcussa nostra conuersatio perdurat, quia futurā † conuersationē credit, sperat & diligit, quia crebro supernorū ciuiū adiutorio ne statibus turbulētis dæmonū decidat, continetur.

C Hæ autē tabulæ quæ perfectionē boni operis vel futura præmia designant, binis singulæ basibus sustentantur, quia hæc quoque omnia ad confirmationē euāgelicæ & apostolicæ prædicationis, prophetæ consona voce futura esse prædixerunt.

Hic non dicitur mēsura basium: sed Iosephus dicit, quòd quatuor digitis tabulæ distabant à terra: per quod intelligitur bases quatuor digitorum fuisse.

Historicè. *Histori.* Iosephus scribit, quod tabernaculum decem cubitos habuit latitudinis, & tabulæ eius mensura quatuor digitorum à terra suspensæ fuerint, ex quo velle videtur intelligi, quod tantæ altitudinis fuerint bases tabularum. Qui cursus de hoc quod proposuimus capitulo & de vectibus tabularum ait: Posteriorisautem parietis nouem cubitos sex tabulæ faciebant, quibus coniunctæ sunt aliæ duæ tabulæ ex medio cubito sectæ, quas angulares posuerūt ad instar maiorum tabularum. Singulæ verò tabulæ annulos habent aureos, per exteriorem frontem eminentes, velut quibusdam radicibus per ordinem ad inuicem fixos, per circumitum respicientes, & per eos deaurati vectes immissi, vnoquoque habente magnitudinem cubitorum quinque erantque ad coniunctiones tabularum, intrabatque vectis caput vniuscuiusque in alio vectis capite velut in modum cocci: † propter tergū parietum in longitudine positorū: Vnus erat ordo per tabulas omnes vadés, quo per vncinos, vtriusque parietis latera cōtinebantur incastrationibus ad inuicem factis, & immissis ad inuicē: quod sic exquisitum est, vt nec à ventis moueretur, neque alia causa tabernaculum cōturbaretur, sed immobile secura quiete seruaretur.

c *Fa. & vectes de lignis, &c.* Beda. Quinque vectes qui tabulas tabernaculi cōtinent, sunt quinque libri legis, quorū munimine ecclesia ab omni impulsione sustentatur: & hoc in vtroque latere: quia non solum priorem Dei populum litera legis erudiuit ad fidem & opera bona. sed & nos in nouo testamento Deo seruientes eadē litera spiritualiter intellecta, maioris gratia dulcedinis in præsenti ad fidem & virtutum oporationē instituit, & in futuro ad spē Petuæ remunerationis accendit. Eiusdem quoque numeri vectes ad occidentalem plagam sunt, quia ipsam complexionem boni operis quando ad futura præmia de carne egredimur, lex nobis bene intellecta prædicat, vt interroganti diuiti: *Magister quid bonı faciam, vt habeam vitam æternam?* Respōdit magister bonus: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata:* nec alia quam legis mandata subdidit.

d *Ipsas quoque tabulas deaurabis.* Beda. Tabulæ deauratæ tabernaculi præfulgent, cùm omnis sermo prædicatorum lumen cælestis sapientiæ & beatitudinem præmonstrat, quæ propter gloriam claritatis auro, quæ propter æternitatem circulo compatatur. Vnde: *Reposita est mihi corona iustitiæ.* Quinque circulos lingulæ habent tabulę, non quia quinquepartita est distinctio cælestis patriæ, sed quia perpetua claritas regni illius in Genesi, in Exodo, in Leutico, in libro Numerorum, & eadem in Deutero-

☞ nomio

a ¶ Quia vna charitas electorum ad cælestia tendit, & ad eundem finem peruenit.

a Erúntque sibi cōiunctæ à deorsum vsque sursum, & ūna om-
b nes compago retinebit. Duabus quoque tabulis, quæ in an-

a ¶ Quia futuræ quietis, & immortalitatis gloria nostræ conuersationi per fidem, spem & charitatem firmiter connexa est.

gulis ponēdæ sunt, similis iunctūra seruabitur. Et erunt simul

a ¶ Quia hæc omnia ad confirmationem euangelicæ, & apostolicæ prædicationis consona voce futura esse prædixerunt.

tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, dūabus basi-
c bus † per vnam tabulam supputatis. Facies & vectes de lignis

a ¶ Quinque libros Moysi, quibus mirabiliter munitur ecclesia. b Ne vacillarent vi ventorum.

setim, quinque ād continendas tabulas in vno latere taber-

¶ ¶ Propter quinque libros legis, quibus omnibus idem præcipitur. a ¶ Quia non solum priorem Dei populum ad fidem & opera lex erudiebat, sed etiam nos in nouo testamento spiritualiter intellecta. b ¶ Quia per ipsam completionē boni operis, quando ad futura præmia de carne egredimur. lex nobis bene intellecta prædicat.

naculi, & quinque ālios in altero, & eiusdem numeri ad oc-

¶ Scilicet tabernaculi.

cidentalem plagam qui mittentur per medias tabulas à sum-

¶ In hoc significatur puritas & mundicia sanctorum. ¶ Quia sermo prædicatorum lucem cælestis sapientiæ & beatitudinis præmonstrat. a ¶ Quia æterna beatitudo & fulgida.

mo vsque ad summum. Ipsas quoque tabulas deaurābis, &

a ¶ Qui significant coronam summæ beatitudinis, quæ sanctis redditur pro instantia laboris.
b ¶ Vectes per annulos aureos tabulata cōtinent, cum verba prædicationis per promissionem regni cælestis statum ecclesiæ confirmant, ne perturbationes mundi timeant.

fundes in eis annūlos aureos, per quos vectes tabulata con-

† post.

1 2

D E

† subter.

† Retributionem.

F

Mat.19.c

Moraliter.

2. Tim.4.b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Duabus quoque tabulis, &c. *Quia non erant tantæ latitudinis sicut aliæ tabulæ, sed erant aequalis longitudinis & spissitudinis. Prædictæ verò tabulæ in parte inferiori iungebantur vna iuxta aliam per bases quæ erant quadratæ in parte superiori, & acuta inferius & obliqua vt figerentur intra terram. In parte autem superiori qualibet habebat vnum foramen quadratum: vbi intrabant incastraturæ tabularum quas incastraturas Iosephus vocat cardines, & duæ bases erant sub qualibet tabula correspondentes duabus incastraturis cuiuslibet tabulæ, & eas suscipientes intra se sicut in margine describitur. Et quia prædictæ bases erant fortiter fixæ intra terram, & ordinatè positæ vna post aliam, & per consequens tabulæ eis infixæ à parte inferiori, erant fortiter coniunctæ. In superiori verò parte iungebantur vncinis, quorum quilibet iungebat duas tabulas simul, imrās summitates vtriusque tabulæ. Vnde vbi translatio nōvea habet:* Eruntque coninnctæ à deorsum vsque sursum, & omnes vna compago retinebit. *In Hebræo habetur sic:* Erunt coniūctæ super caput vncino vno, *sicut describitur in margine. Hoc excepto quod capita tabularum erant concauata secundum spissitudinem vncinorum, ita quod vncini non excedebant capita tabularum sed implebant illam concauationem.*

Incastraturæ.

Alias nō habet † non.

2 Facies & vectes. *Isti autem vectes † nō erant ad comungendum tabulas inter partem superiorem & inferiorem ipsarum: & ideo in tabulis erant annuli affixi, per quos transibant vectes. Erant autem quinque vectes in latere Aquilonari, & quinque in latere australi, & quinque in occidentali, vt habetur in textu. Et hoc exponitur duplicuer. Dicunt aliqui, quod per quinque vectes intelliguntur quinque ordines vectium*

vectium, & sic in qualibet tabula erant annuli quinque ordinatè dispositi, vt vectes possent per illos rectè transire. Rabbi. Salomo dicit quod non erant ibi quinque ordines vectium, sed tantùm tres ordines, & sic in qualibet tabula erant tamùm tres annuli, per quos vectes transibant. erant tamen tātum quinque vectes in qualibet latere tabernaculi, quia vectis ille qui transibat per annulos fixos & in medio tabularum erat vnus & continuus a principio parieti is vsque ad finem. Per annulos verò qui erant versus partem orientalem superiorem & inferiorem transibant duo vectes: Vnus qui mittebatur per vnam partem parietis, & alius per partem oppositam, & coniungebantur in medio, ita quod caput vnius vectis intrabat caput alterius facientes vnum vectem contiguum, sicut sit in baculis episcoporum qui sunt in pluribus partibus per talem medium coniuncti. Et sic patet quod in vno pariete erant quinque vectes, duo superius, & duo inferius, & vnus in medio. Vectes tamen qui erant in parte occidentali erant breviores aliis, quia paries ille habebat tantum decem cubitos & octo digitos in longitudine. & sic vectis medius habebat tantum decem cubitos & octo digitos longitudinis, duo autem superiores quinque cubitos & quatuor digitos, & inferiores similiter. Sciendum autem quod annuli prædicti & vectes erant in exteriore parte tabernaculi, & vectes vnius parietis coniungebantur cum vectibus alterius parietis in angulo communi vtrique parieti cum fortibus vncinis, vt tabernaculum firmiter staret contra impulsum ventorum.

Ad maiorem autem intellectum in sequenti pagina quantum fieri potuit ipsum tabernaculi figuram expressam adscripsimus, neque enim potest totum tabernaculum simul prout erat erectum in plano figurari.

1 Factes

☞ nomio scripta continentur, & quinque annuli aurei singulis ta-
A bernaculi tabulis erant infixi, quia corda iustorum multum dilatata per amorem in omnibus libris legis non solum correptionem operum, sed etiam supernæ retributionis lucem legunt.

a *Quos operies laminis.* Beda. Laminis aureis vectes operiuntur, cum verbis diuinæ legis quæ iuxta literā fortia videtur, & ad confirmandā vitā fideliū apta superior intellectus claritate euangelica fulgidus inesse mōstratur. Cū enim legim⁹ diluuiū impios deleuisse, Noe cū suis in arca seruatū fuisse, paret q̄ De⁹ diligat iustitiā, & odio habeat iniquitatē, pios de tētatione eripit, & impios iusta vltione punit: talisque lectio instar vectiū imputribiliū tabernaculum domini cōtinet, quia mentes fidelium ab incursu tentationum præmunit. Sed vectes lignei laminis aureis vestiuntur, cū spiritualis intelligentia mysteriis plena ostenditur.

¶Spiritualis intelligentia.

a tineant, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum

b ¶Angelicæ puritatis.

c iuxta exēplar, quod tibi in mōte mōstratum est. Facies & ve- 1

¶Hæc varietas pulchritudinis cœlo congruit.

lum de hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & byssō re-

¶Angelicos spiritus, qui quatuor principales virtutes colunt plenarie, quos pro modelo nostro imitamur.

torta opere plumario, & † pulchra varietate contextum,

a ¶Quia angeli incorruptibiles & non mortales conditi, vel quia interneratam suæ conditionis puritatem custodiunt.

d quod † appendes ante quatuor columnas de lignis setim, 2

a ¶Gratia summæ claritatis vestitæ. b ¶Mentes præsentia suæ visionis illustratas.

e quæ * ipsæ quidem deaur ātæ erūt, & habebunt capita aurea,

¶Mentes electorum.

in priori tabernaculo semper introirent sacerdotes, sacrificiorū officia cōsummantes. In secundo autem semel in anno solus pōtifex non sine sanguine. Velum hoc, cælū significat. In priori tabernaculo quotidie per annum introibant cū sacrificiis sacerdotes, quod huius vitæ † ætatē signat, vbi sancti domino semper famulantes, quotidiana peccata sine quib⁹ in hac vita esse nō possunt, quotidianis operum victimis, & lachrymarum libaminibus, quasi sacerdotes Dei expiāt. Summum verò sacerdotem qui semel in anno in sanctasanctorum cum sanguine victimarum ingrediebatur, illum intelli-

† Stratum.

Psalm. 110.

D

Mystic. *SEQVITVR FIgura tabernaculi.*



Mystic. b *Eriges tabernaculū.* Beda. Exemplū tabernaculi in mōte mōstratū est Mosi, quia morat⁹ in secreto cū domino vidit sublimē angelicę puritatis & immortalitatis vitā: ad cuius instar humanam cōuersationē quantū imitari possibile fuit instituere iussus est, vt cū exemplo angelorum diuinæ laudationi, vnanimi pacisynceræ castitati, cæterisq; virtutib⁹ in terra vacaremus, cōsortes in cælis esse
Luc.20.f. meremur. Vnde, æquales sunt angelis, & filij Dei, cū sint filij resurrectionis. Exēplū ergo angelicæ cōuersationis, quā in
B mōte contēplatiōis vidit, præceptis legalib⁹ ostendit: quibus obseruatis ad angelorū consortiū peruenīamus in cælis. Exemplū quoq; vitę perfectioris & beatæ retributionis in figura tabernaculi & ministerij sacerdotalis ac Leuitici præbuit. Erigitur autem tabernaculū iuxta exemplum in mōte monstratum, quādo electi ad imitationē angelicæ puritatis quā contemplari Moses meruit, opus animumque componunt.

Vbi suprā cap.8. c *Facies & velum.* Beda. Etiā iuxta literā pulchritudini cælestis visionis hoc cōgruit. Si enim decorē flāmasq; astrorum multifariā nubium speciē, & ipsam irim consideras mille trahentem, & varios auerso sole colores, multò plures & pulchriores quàm in velo tabernaculi in cælo picturas notabis.

Historicè. C Beda. *Facies & velum, &c.* Velum hoc quo tabernaculum diuidebatur medium, dicit Iosephus ita positum esse: vt viginti cubiti longitudinis ad priorem domum, decem verò pertinerent ad secundam. Quod per omnia mēsuris
3.Reg.6. Salomonici templi conuenit, quod cum esset sexaginta cubitorum longitudinis, viginti latitudinis, tertiam longitudinis partē, id est, viginti cubitos ad interiorem domum. i. sanctumsanctorum habebat separatam, ita vt longitudo & latitudo eiusdem domus interioris vna esset. Sic tabernaculi pars interior longitudinem & latitudinem similem i. denorum habebat cubitorum. De mystico autem sensu huius veli dicit Apostolus, exponens quare in prio-

ge cui dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordi. Melch.* qui semel oblatus pro peccatis nostris, ipse sacerdos & hostia per proprium sanguinem cælum intrauit, vt appareat vultui Dei pro nobis.

Facies & velum de hyacintho & purpura coccoq; bis tincto. Hactenus de pariete meridiano septentrionali: & occidentali expositum est. In sequentibus orientale latus qualiter compositum sit, monstratur: sed prius de medio pariete, qui sanctasanctorum à priore tabernaculo diuidit, dicēdum est, quo sc. distinguitur sanctuarium & E
sanctuarij sanctuarium, quod Apostolus cælum interpretatur dicens, quòd post velamētum erat secundum tabernaculū, in quo semel in anno ingrediebatur solus pontifex, ferens sanguinem Heb.9.a.
in manu. Velum ergo cælum summus Mystic.
pontifex Christus, qui resurgens cælū ascendit in sanguine passionis. Bene autem per hoc velum cælum innuitur, in quo similitudo colorum quibus distinguitur cælum. Serenum enim hyacinthinum est, & siderum flammas continet & diuersitatem planetarum, quorum alij ignei vt Mars, alij candidi vt Iupiter, alij cerulei vt Saturnus, & iris mille trahit auerso sole colores.

d *Quod appendes ante quatuor, &c.* Beda. Quatuor autem columnæ ante quas appensum est hoc velum, potestates cæli sunt, quatuor eximiis virtutibus præclaræ, id est, fortitudine, temperantia, prudentia, iustitia, quæ aliter in cælis seruantur ab angelis & animabus sanctis. Ibi enim subditū esse Deo iustitiæ est, nullū Deo præponere bonum vel æquare prudentiæ, Deo fortissimè cohærere fortitudinis, nulla re noxia delectari temperātiæ. Hic autem iustitia in subueniendo miseris, prudentia in præcauendis insidiis, fortitudo agitur in perferendis molestiis, temperantia in coercendis delectationibus prauis, hoc ibi non erit vbi nihil omnino mali.

e *Quæ ipse quidem deaur.* Beda. Deauratæ sunt columnæ ante quas appenditur velum, quia positæ intra velum cæli virtutes angelorum, summæ claritatis gratia vestitæ sunt. Capita habent aurea, quia mentem qua regūtur præsentia diuinæ cognitionis & visionis habent illustratam.

☞ Beda.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Facies & velum. *Hic describitur tabernaculū quantum ad vela quæ erant duo. Vnum erat diuidens partem templi, qua erat sanctum sanctorum, ab alia quæ dicebatur sanctum vel sancta, & de illo loquitur hic:* Facies & velū, &c. *Erat enim de consimili opere cum cortinis,*

tinis, de quibus prædictum est. Et ideo hic exponitur sicut ibi:

2 Quod appēdes, &c. *Iste quatuor columnæ erāt intra tabernaculū inter sanctum & sanctum sanctissimorū. Ex quibus patet, q̄ istud velum habebat x. cubitos in quadrum, quia altitudo tabernaculi erat. x. cubitorum, & latitudo. x.*

☞ *Sed*

MORALITER.

† 1 *Facies & velum de hyacintho & purpura.* Hic tertiò agitur de velo, quod erat ante sanctum sanctorum, & fuit figura humanitatis Christi, quæ fuit velamentū diuinitatis. Vnde dicitur Heb.x.
d. *Initiauit nobis viā nouam & viuētem, per velamentū.* i. carnē suā.

† *Pulchra varietate cōt.* Per hoc in homine Christo intelligitur varietas omnium charismatum & donorum.

2 *Quod appendes ante, &c.* Per quos euangelistæ quatuor designantur: qui Christi vitam & opera descripserunt.

B

Universidad del País Vasco Biblioteca

☞ BEDA. Habent columnæ bases argenteas, quia omnis natura corum in hoc quasi fundamento subsistit, vt laudes decantent suo conditori, & voluntatem eius nobis adhuc peregrinantibus, quasi extra velum positis conciuibus narrent: vnde & ipsi Psal.xcij. gratulantes eorum in laudibus exhortando dicimus: *Benedicite dominio omnes an. &c.*

*Super quia. Auro enim sapientiæ splendor, argento verborum nitor ostenditur.

BEDA. Quatuor columnarũ bases iubet esse argenteas: In argento enim claritas diuini verbi accipitur. vnde: *Eloquia domini eloquia ca. ar. exa.* Bases ergo argento vestitæ, quatuor columnas sustinent, quia prædicatores ecclesiæ diuino eloquio decorati, vt in cunctis se exemplum præbeant, quatuor euangelistarum dicta ore & opere portant.

a *Inseretur autẽ velum, &c.* BEDA. Quia in æterno consilio diuinitatis erat quando mundus crearetur. In quo primum locum haber cælestis natura, vel quia firmamentum cæli ita factum est, vt nunquam dissoluatur. Nam quod dominus ait, *Cælum & terra transibunt*, de aëreo accipiendum est. Matt.24.c. Hierem.8.c. De quo Hieremias: *Miluus in cœlo cognouit tempus suum.* Illud enim cœlum in iudicio igne periturum est, quod constat in diluuio periisse. Vnde Petrus: *Cœli erant prius & terra de aqua,* 2. Pet.3.b. *& per aquam consistens verbo Dei, per quem tunc mundus aqua inundatus periit. Cœli autem qui nunc sunt, eodem verbo repositi sunt igne reseruati in diem iudicij.*

b *Intra quod pones arcam testimonij, &c.* Intra hoc velum posita est arca testamenti, quia Christus paternorum arcanorum conscius, post passionem & resurrectionem cœlos cœlorum ascendens, sedet ad dexteram patris.

c *Diuidentur.* BEDA. Quia ecclesia quæ ex angelis & hominibus constat, partim peregrinatur in infirmis, partim regnat in supernis, adhuc ciues suos dirimente velo cœli habet ab inuicem segregatos.

d *Mensamque extra velum.* BEDA. Mensa & candelabrum tabernaculi temporalia Dei beneficia significant, quibus in præsenti reficimur & illuminamur, vt his confortati & adiuti crescente gratia meritorum, ad panem angelorum in cœlis manducandum, & ad veram mundi lucem intrare valeamus. Hæc sunt ambo extra velum, quia in hac vita tantum scripturis & doctoribus, vel cæteris nostræ redemptionis sacramentis indigemus. In futuro autem, vbi Christus palam patrem annuntiabit nobis, & videbimus sicuti est, non opus erit nobis exter- 1.Ioh 3.a. no adminiculo, cum habitans in electis suis Deus sicut lux illustrat, & sicut panis vitæ saziat, quos introducens in gaudium regni perpetua beatitudine sublimat. Diximus quia latus tabernaculi meridianum antiquam Dei plebem signat, quæ prior lucem diuinæ cognitionis, & feruorem diuinæ dilectionis accepit: pars verò septentrionalis congregatam de gentibus ecclesiam, quæ sedebat in tenebris. Recta ergo distinctione candelabrum quod in parte australi locatur, gratiam priori populo daram signat: Mensa verò quæ stat in parte Aquilonis, data nobis Dei beneficia. Et rectè candelabrũ contra mensam ponitur, quia scriptura legis & prophetarum ad euãgelium respicit, testimonium perhibẽs ei.

c *Facies & tentor.* BEDA. Exposita narratione de velo, quod sanctuarium & sanctuarij sanctuariũ diuidebat, redit exponere de orientali latere sanctuarij quod intermisit, cum cæteris latera eius australe, scilicet septentrionale & occidentale describeret. Tentorium ergo in introitu tabernaculi pulchra varietate contextum, primitiuam signat ecclesiam, diuersis virtutum floribus contextam. Vnde: *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, &c.* Inerat hyacynthus: quia cælestia cogitabat, cælestem vitam in terris ducebat. Inerat purpura, quia pro Christo mori parata. Inerat coccus bis tinctus, quia Dei & proximi dilectione flagrabat. Inerat byssus retorta, quia continentia carnis & animi gaudebat. Act.4.f.

BEDA. Erat ad literam tabernaculum domus Deo consecrata, habens longitudinis cubitos xxx. latitudinis x. & altitudinis æquè x. tectum habens æquale per totum, quomodo in Ægypto & in Palestina domus ædificantur, cuius quidem tres parietes, australis septentrionalis & occidentalis, compacti sunt de tabulis ligneis ab vtroque latere deauratis. Ex orientali parte vnus vectis erat, vnde introitus fuit qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret, id est, à summitate vltima huius parietis vsque ad parietis alterius summitatem, cui cortinæ tabernaculi & tectum incubuere, vbi & tentorium erat quinque columnis suspensum. Tegebatur autem domus desuper, & vndique cortinis mira varietate contextis, decem, quæ propriè tabernaculum vocabantur. Tegebatur etiam hoc vndique sagis cilicinis vsque ad terram pertingentibus. Sed & aliud operimentum tecto de arietum pellibus rubricatis factum est, & super hoc aliud operimentum de hyacinthinis pellibus. Erat enim velum opere plumario variatum, columnis quatuor appensum, quo sanctuarium, & sanctuarij sanctuarium diuidebantur, intra quod posita erat arca testamenti, & cõtra arcam extra velum

☞ altare

a ¶ Quia in laude conditoris quasi in fundamento subsistunt quam incessanter persoluunt.
b ¶ Pro æterno consilio diuinitatis in qua erant quando crearetur mundus, vel quia firmamentum cæli non potest dissolui. c ¶ Aeternitatem confiuij.

a * sed bãses argenteas. Inferẽtur autem velum per circulos, 1
a ¶ Scilicet velum. b ¶ Christum Iesum secretorum conscium. ¶ Velo. 2
b intrã quod pones arcam testimonij, * & quo sanctuarium & 3
a ¶ Propitiationem pro peccatis. ¶ Quia Christus à patre datus est, vt esset propitiatio pro peccatis nostris. vnde Ro. 8. f. Qui mortuus est & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. 4
c sanctuarij sanctuaria diuidẽtur. Pones & prõpitiatorium su- 5
¶ Christum. a ¶ Temporalia Dei beneficia, quibus in præsenti reficimur & illuminamur significat. 6
¶ Quia in hac vita tantum indigemus vt perueniamus ad panem angelorum & veram mundi lucem.
d per arcam testimonij in sancta sanctorũ, mẽsamq; extra ve- 7
a ¶ Quod antiquam Dei plebem significat, quæ prior lucem diuinæ cognationis & feruorem dilectionis accepit diuinæ. 8
lum, & contra mensam candelabrum in lãtere tabernaculi
¶ Scriptura.
e meridiano. Mensa enim stabit in† parte aquilonis. Facies & 9
a ¶ Primitiuæ ecclesiæ decus, quod ornabatur diuersis virtutum floribus.
b ¶ Quia cælestia cogitabat.
c ¶ Quia pro Christo mori parata.
d ¶ Quia dilectione Dei & proximi flagrabat. ¶ Munditia cordis & mentis.
tẽtorium in introitu tabernaculi de hyacintho & pũrpu-
ra, coccóque bis tincto, & byssо retorta opere plumarij,

*Quo & † Quo & Allegoricè. Vbi supra. cap. 9.

☞ altare thymiamatis. Item in medio ipsius sanctuarij candelabrum. In parte australi altare holocausti. Foris ante ingressum sanctuarij labium æneum inter hoc altare & tabernaculum, & circa omnia atrium tabernaculi, longitudinis habens cubitos centum, latitudinis quinquaginta.

Moraliter. a *Et quinque columnas.* BEDA. Columnæ quibus tentorium ¶ De lignis ferim facies ip'ebern- culo quas deaurabis. suspenditur sunt doctores, quorum mẽs quantò robustius ad superna erigitur, tantò firmius docendo alios ad amorem supernorum attollitur. * Quicque fundetur ei. Sicut enim Apostoli & apostolici viri, per tabulas signantur propter latitudinem doctrinæ, quia in vniuerso mundo prædicant euangelium omni creaturæ. Vel quia charitatem extendunt, etiam ad inimicos, ita propter inexpugnabile mentis robur & intentionem semper ad cælestia erectam vocabulo & factura columnarum figurantur. Vnde *Iacobus & Cephas & Iohannes, qui videbantur colum-* Gal.2.b. *næ esse, &c.* Columnæ sunt quinque propter quinque libros Moysi, quibus doctores prædicationem suam muniunt, maximè qui primitiuam instruére ecclesiam, quæ ex Hebræis congregata, solam legis auctoritatem nouerat, nondum patefacta euangelica scriptura.

b *Lignorum setim.* BEDA. Columnæ de lignis setim iubentur fieri & auro operiri, quia prædicatores firmitate cordis intus integri in nullo deficientes, & operum claritate foris debent esse perspicui. Vel quia fortitudinem suæ actionis docent diuino adiutorio protegi, cùm in omnibus gloriam patris quærunt, qui est in cœlis, & in omnibus quæ loquuntur Christum Matt.6.b. 2.Cor.4.a. prædicant. Vnde, *non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum.*

c *Quarum erunt capita aurea, &c.* BEDA. Aurea capita Christum significant, qui est caput corporis ecclesiæ, principium, primogenitus ex mortuis. Nec incongruè per quinque capita columnarum vnum caput ecclesiæ significatur. Tot enim C fuere capita quot columnæ, quia Christus omnium sanctorum caput in se sempor manens indiuisibilis, singulis gratiam spiritus pro ipsorum capacitate diuidit. De quo dicitur: Psal.138. *Nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.* Capita columnarum non deaurata vt columnæ & tabulæ, sed aurea esse iubentur, quia omnes sancti participant spiritu & gloria cælesti. Ipse autem plenus gratiæ & veritatis, cui non ad mensuram dat Deus spiritum: pater enim - ante quas ducetur tentorium. diligit filium. Habent columnę tabernaculi bases æneas, habent aurea capita, quia Apostoli & Apostolici viri verbis prophetarum in fide sunt firmati, & ad videndam faciem conditoris desiderio erecti. Item capita aurea sed bases habent æneas, quia quæcunque cælesti auctoritate sibi data perceperunt, prophetico eloquio prædita esse sacramenta didicerunt. Quia de plaga orientali loquimur, memorandum est aliquid de expositione illius vectis singularis, quem ab angulo tabularum vsque ad angulum alterius parietis porrectum esse, & totam parietum constantiam, ne vi & impulsu procellarum huc illucque flectatur, continere E diximus. Scriptum est in sequentibus, vbi Moyses imperata expleuisse narratur: *Fecit ergo alium vectem, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum peruenret.* Hic ergo vectis à prima tabularum summitate, vsque ad alterius lateris summitatem, per decem cubitos latitudinis tabernaculi protentus est vtroque capite firmiter tabulis impositus: vt per hoc & ea tabernaculi plaga, quæ non tabulis sed columnis constabat, non minus fixa quàm cæteræ vento licet impellente persisteret. Hic vectis Christum significat, qui ab angulo vsque ad angulum peruenit, quia à plebe Iudaica quam prius saluandam elegit, ad gentes se propitiatus extendit. Vnde sicut in prophetis lapis angularis, in lege quoque vectis angularis potest dici lapis angu- Esa.28.d. laris, propter † tabernaculum quod de lapidibus viuis Deo con † Tẽplum. struitur, vectis verò angularis propter tabernaculum, quod ei de lignis imputribilibus, id est, electorum animabus corruptione carentibus ædificatur. F

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed bases argenteas. *Illæ bases erant fixæ in terra & in superiori parte habebant vnum foramen, ita quòd pes columnæ intrabat foramen illud, vt solidè starent erectæ.*

2 Inseretur autem velum per circulos. *Vt mediantibus illis posset velum trahi & retrahi.*

3 Intra quod pones arcam, &c. *Scilicet vltra velum intra sanctũ sanctorum: & ideo subditur.*

4 E quo. *Scilicet velo.*

5 Sanctuarium & sanctuarij sanc. *Diuidentur. quòd sic prò vocatum est sanctum, hîc dicitur sanctuarium, ita quòd ista diuisio intelligitur inter sanctum & sanctum sanctorum.*

6 Pones & propitiatorium super. *Modus ponendi expositus est ca. præce.*

1 Mensamque

7 Mensamque extra velum. *Scilicet in parte illa tabernaculi quæ dicitur sanctum.*

8 Et contra mensam candelabrum, &c. *Quod dicitur sanctum, meridiano, &c.*

9 Facies & tentorium, &c. *Hic consequenter describitur velum quod pendebat in introitu tabernaculi loco parietis, & fuit simile quantum ad materiam & formam & quantitatem, velo prædicto, quod diuidebat sanctum & sanctum sanctorum, hoc excepto quòd illud pendebat in quatuor columnis, istud autem in quinque, & in hoc quod bases columnarum illius veli erant argenteæ, istius autem æneæ, & patet litera. Rationes autem prædictorum sic accipiuntur, sicut in cap. præcedenti dictum fuit. Per partem tabernaculi, quæ dicebatur sanctum sanctorum, figurabatur alia pars orbis nobis inuisibilis, vbi est locus beatorum. & secundum hoc fuerunt assignatæ rationes eorum quæ erant iuxta sanctum sanctorum, scilicet arca propitiatorij & ipsorum*

✠ rum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ rum Cherubin. *Per partẽ verò tabernaculi quæ dicebatur sanctum, figurabatur alia pars orbis nobis visibilis quæ est à cælo sydereo & infra. & secundum hoc assignanda sunt rationes eorum, quæ erant in illa parte tabernaculi. Per cortinas verò diuersorum colorum & multipliciter variatas, qua immediatè tangebant tabernaculum, figurabatur cœlum sydereum stellis variis decoratum. Per septem lucernas quæ erant in candelabro, figurabantur septem planetæ, & ideo candelabrum intra tabernaculum positum erat in parte australi, qua motus planetarum ab oriente in occidentem in hemisphario nostro declinat ab æquinoctiali circulo vergens versus austrum. Operimentum verò de pellibus rubricatis, figurabat elementum ignis, operimentum de pellibus hyacinthinis elementum aëris, operimentum verò de sagis elementum aquæ, tabulæ verò parietum & bases quæ erant de lignis & metallis, figurabant elementum terræ, quia ligna sunt terræ affixa, & metalla generantur in terra. Et sic per tabernaculum quod figurabat orbem vniuersum, vt prædictum est, designabatur quòd erat deputatum cultui veri Dei, qui dominatur toti orbi. Mensa autem & propositionis panes, qui erant intra tabernaculum in parte aquilonari, & ex aduerso candelabri, designabant quòd sacerdotes & Leuitæ, qui erant deputati in ministerium tabernaculi, debebant viuere de sacrificijs & oblationibus populi, secundum quod dicit Apostolus. j. Corinth. ix.* Qui altari deseruiunt, cum altari participant. *Erant autem duodecim panes super mensam, ad designandum duodecim tribus Israël.*

✠ CAP.

MORALITER.

✠ 1 *Quinque columnas deaurabis lignorum setim.* Per quas quinque libri Moysi designantur. Fuit autem hoc velum factum de hyacintho & purpura, coccoquo bis tincto & byssо retorta: per quæ quatuor significantur in Iohanne baptista. Per hyacinthum

MORALITER.

✠ 9 *Facies & tentorii, &c.* Quod fuit figura Iohannis baptistæ qui fuit initium noui testamenti: propter quod hoc velum fuit positum in introitu tabernaculi: & fuit etiam veteris testamenti finis: secundum quod dicitur Matth. xj. *Lex & prophetæ vsque ad Iohannem: ideo subditur.*

✠ 1 *Quinque*

thum cælorum ingressus ab eo denuntiatus, Matth. 3. a. *Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum.* Per byssum retortam, eius virginitas cum austeritate vitæ. Per purpuram eius martyrium. Per coccum bis tinctum, in Iohanne feruens dilectio Dei & proximi designatur.

✠ MORA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XXVII.

A *Altare de ligno.* BEDA. Scilicet quia munda & incorrupta decet esse corda in quibus spiritussanctus habitat.

b *Tres cubitos.* BEDA. Tanta ferè est statura hominis, quomodo ergo ministrabitur altari, quod ibi gradus habere prohibetur, ne pudenda reuelentur? Sed illud dictum est de altari, quod de terra vel de lapidibus construitur, vbi gradus ipsi coædificati ad gradus altaris pertinerent, nūc verò de tabulis fieri præcipitur. Quòd si apponatur aliquid ad horam ministrationis, in quo stet minister ad altare non pertinet.

Mysticè. c *Cornua autem, &c.* BEDA. Quatuor angulos habet altare holocausti, quia per quatuor mundi plagas dilatatur ecclesia, quæ propter cor vnum & animam vnam credentis multitudinis, in figura vnius designatur altaris. ex quo quatuor cornua sunt, cum quatuor virtutibus muniuntur corda iustorum, de quibus dicitur: *Sobrietatem & prudentiam docet iustitiam & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominum.* Hæc cornua ex ipso altari producuntur, cum munimenta virtutum fideles non ad oculum ostendunt, sed ex cordis radice Deo teste generantur. Cornua quatuor, per quatuor angulos altaris fiunt, cum in omnibus mundi terminis ecclesia virtutum potentia spirituali, cūctis hostium insidiis inuiolabilis, imò fortior persistit.

d *Faciesq; in vsus eius lebetes.* BEDA. Vasa altaris diuersa, diuersas fidelium personas per multifarias eorum actiones siue cogitationes in famulatum conditoris dispositas accipimus, primùm lebetes ad suscipiendos cineres facere præcipitur. Cinis autem hostiarum in magno mysterio accipitur, sicut testatur *cinis vitulæ rufæ aspersus* qui (secundum Apostolum) *inquinatos sanctificat ad emundationem carnis*, in quo sacramentum dominicæ passionis vel perfectionis virtutis iustorum sacrificia intelliguntur. Meritò ergo cinis sacramentorum in consummationem dominicæ passionis, vel perfectionis virtutis iustitiæ, cùm toti in seruitio Dei per ignem spiritussancti oblati opera bona finire, & ad percipienda præmia, in æternam vitam rapi meruerunt. Vnde Moses: Hæc est inquit lex holocausti: *Cremabitur in altari tota nocte vsque ad mane. Ignis ex eodem altari* † *exiet: Vestietur sacerdos tunica & feminalibus lineis, tollensq; cineres quos vorans ignis exussit: & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis.* Indutusque aliis, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo vsque ad fauillam consumi faciet. Ignis autem in altari semper ardebit. Holocaustum ergo crematur in altari, cùm in corde electi qui se totum in carne, scilicet & corde Deo deuouit, opus bonum feruente charitatis igne paratur, quod fit tota nocte vsque mane, scilicet toto tempore huius vitæ, vsque mano futuri sæculi. Ignis ex eodem altari erit, quia ex illa solùm charitate quam ecclesiæ dominus per spiritum tribuit, ardere debemus. Denique filij Aaron quia ignem alienum Deo offerre, & non eum qui de cœlo semel datus est voluerunt, igne cœlesti perempti sunt: quia qui opera cælestia non cælestis intentione mercedis, sed temporalis fauoris, aut commodi faciunt, sententia iræ cælestis feriuntur. Vestitur ergo sacerdos tunica & feminalibus lineis, id est Christus qui in nobis ignem suæ charitatis accēdero, & per hunc hostias nostræ actionis bene acceptabiles facere confueuit. Vestitur lineis, quia vt nos ad opera virtutū excitet, exémpla suæ incarnationis puritatis & mortis proponit, quæ per linū significatur. Tollit sacerdos cineres quos ignis exussit, & ponit iuxta altare, cùm dominus finem laboriosis operibus imponit, neque iustos de hac vita raptos, vltrà pro æterna vita certare, sed coronam iustitiæ, in vita æterna iubet accipere. Ponens cineres iuxta altare, spoliatur prioribus vestimentis, cum ad memoriam iustis bona quæ fecerunt reducens, non eis amplius habitum passionis imitandum ostendit: sed induitur aliis vestimentis, de quibus dicit: *Præcinget se & faciet illos discumbere.* Id est, ad æternam retributionem, faciet illos in æterna quiete refoueri. Indutus ergo aliis vestimentis, efferet cineres extra castra, cùm paratus ad remunerandum laborem electorum quicquid boni gesserant, in illa faciet vita videri hinc ablatum. Locus extra castra, vitæ perpetuæ ingressum significat. Vnde: *Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur, & egredietur, &c.* Et alibi: *Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, &c.* Introitum, scilicet in hanc ecclesiæ vitam: Exitum in illam, vbi pascua inueniuntur æternæ satietatis. Locus ergo extra castra positus in illa vita intelligitur, cùm mundissimus esse dicatur, qui in hac vita non reperitur. Locus ergo mundissimus extra castra, animus est iustorum, ex hac vita sublatorum, & in alia gaudentium, in quo holocausti cinis vsque ad fauillam consumitur, cum ibi bonorum operum merces ita redditur, vt omnis labor ad integrum consummatur. Vnde: *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis iustorum.* Et quia cessante labore operum, charitas per quam fiebant, nunquam cessabit: sed flagrantior erit, cùm eum videbit in æternū quem diligit, rectè subditur: *Ignis autem in altari semper ardebit.* Et paulopost: *Ignis est iste perpetuus, qui nunquā deficiet de altari.* Cōsummato ergo vsque ad fauillam holocausto ignis deficiet, de altari. s. quia assumpto omni genere laborandi, charitas nunquam extinguenda flagrabit.

Forci-

CAP. XXVII.

a ¶ Holocausti, scilicet proprie. ¶ Corda electorum quæ ad offerenda sacrificia operum a Domino consecrata sunt.
b ¶ Vt omnes sensus in longitudine patientiæ, & latitudine charitatis in seruitio Dei exerceantur.

a Acies & altāre de lignis setim, b quod habebit quinque cubitos in longitudine, & to- †
a ¶ Hæc quadratura quinque cubitorum in vtraque parte significat patres vtriusque testamenti, qui quinque corporis sensus in omni puritate custodire studuerunt, secundum præcepta legis & euangelij.
b ¶ Quia corda electorum per fidem spem & charitatem ad cælestia tendūt.

b tidem in latitudine, id est quādrum, & trēs cubitos in alti- †
a ¶ Quatuor virtutes vel quatuor euangelia, quibus munitur ecclesia. b ¶ Plagas mundi.
c ¶ Ex intima radice cordis electorum.

c tudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt,
a ¶ Quia cepta fidelium virtus fideliter vsque ad finem tenetur. Aes enim longo tempore incorruptibile perseuerantiam designat.
b ¶ Ollas ergo æneas quibus cineres arulæ & carbones holocausti cremati recipiebantur.
¶ Fideles qui exempla dominicæ passionis sua mente retractant, vel exitum præcedentium iustorum, qui consummato agone sine fine lætantur.

d & operies illud ærē. Faciesq; in vsus eius lebētes ad suscipié-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Acies &c altare de lig. &c. *Descripto tabernaculo & his quæ erant intra tabernaculum, hic consequenter describuntur illa quæ erant extra tabernaculi, ad ipsum tamen pertinentia, & primò describitur altare holocaustorū, secundò atrium tabernaculi in quo erat altare prædictum, ibi:* Facies &c atrium. *Circa primum ducitur.*

2 Facies & altare, &c. *Quæ sicut sunt imputribilia, vt prædictū est, ita sunt incremabilia. Ære etiam cooperiebantur, eò quod ignis erat semper in altari: & nihilominus illud altare interius & exterius erat operum laminis eneis. Erat autem istud altare quadratum secundum longitudinem & latitudinem, scilicet quinque cubitorum. Altitudo autem altaris erat trium cubitorum: & erat factum ad modum aree quadrate carentis fundo & operculo, ita quòd habebat superficiē terræ pro fundo, & interius concauum erat.*

3 Cornua autem, &c. *In superiori parte altaris erant ista cornua.*

4 Faciesq; in vsus, &c. *Qui amouebantur de altaris & portabantur extrà.*

1 Et for-

MORALITER.

2 *Facies & altare, &c.* Hic describitur altare holocaustorum, in quo carnes offerebantur animalium, & significat pœnitentiam, in qua caro proptia immolatur.

† *Habebit quinque cubitos, &c.* Per quos significantur quinque ætates, in quibus debet pœnitenti i durare, scilicet adolescentia, iuuentus, status virilis, senectus, & senium. In pueritia verò & ætate decrepita pœnitentiæ austeritas non habet locum.

† *Et totidem in latitudine.* Quia quinque sensus exteriores debent bent in pœnitentia exerceri.

† *Et tres in altitudine, &c.* Per quos significātur tres partes pœnitentiæ, quæ sunt, contritio, confessio, & satisfactio.

3 *Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt.* Per cornua verò sursum tendentia, intelliguntur cœlestis patriæ desideria, quæ sunt in vera pœnitentia.

4 *Faciesq; in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres.* Per huiusmodi vasa intelliguntur instrumenta pœnitentiæ vel exercitia quæ sunt ieiunia, vigiliæ, parcitas victus, asperitas vestitus, & similia.

Crati-

a *Forcipes ærq.* BEDA. Forcipes sunt prædicatores, qui ignem A charitatis in nobis, quasi in altari Dei exhortando accendere solent: Et velut gemino dente vtuntur, cùm nos consonis vtriusque testamenti paginis instruunt, & verba charitatis in corde quibus ad æterna desideria inflammātur, collocant. Vel forcipe, id est, duplici ferramento ignem altaris emundant, cùm geminæ charitatis virtutem infundūt, & huius gratia nos ardere & lucere præcipiunt.

†serpes & erateras

b *Atque fuscinulas, & ignium, &c.* BEDA. Fuscinulæ quæ Græcè vocantur κρεάγρας in ministerio altaris habebātur, vt carnes victimarum per eas de chaldariis coctæ proferrentur, & ad esum reficiendorum efferrentur: quarū vsus prædicatoribus congruit, quorum ministerium est animas fidelium verbo reficere, rudibus lac simplicis doctrinę adhibere, perfectioribus solidum cibum ministrare. Qui enim sacramenta B Christi cognoscūt & ad imitationem suscipiunt, quasi carnibus hostię salutaris satiātur. Et quia doctorum est cuique personæ ministerium cū discretione committere, rectè fuscinulas iubetur Moyses facere sacerdotib⁹, quibus carnes hostiarum prout oportuerit, cōponant, & alia quidem omnibus edenda † offerant, alia ignibus altaris consumenda relinquant. Sunt enim in verbo Dei, quædā, quæ ad nostræ refectionis epulas concessit. Quædam verò tantæ profunditatis, vt spiritui sancto tantum pateant, nostræ verò capacitatis mensuram transcendant.

Creagræ.

† efferant

c *Ignium receptacula.* Ad hoc deputata sunt, vt per hæc ignis sanctus ab altari holocausti ad altare thymiamatis vespere & mane, ad incensum ponendum deferrētur, quia doctores tāquam ignē de altari holocaustorum, ad altare thymiamatis deferunt, cùm auditores de virtute in virtutem prouehunt docendo, & meritis crescentibus ad altiora & diuinæ visionis arcana interiora. Qui C etiam feruētia pietate corda proximorum imitantur, receptacula igniū fiunt, quia flammā cælestis sacrificij, quam in fraternis mentibus conspiciunt, in suis accendere satagunt.

d *Craticulamq; in modum, &c.* BEDA. Altare totū concauum fieri præceptum est, sicut in sequentibus patet, sed & in medio habens craticulam per totū in modum retis distinctā, in qua victimarū carnes cōburēdæ ponebātur: & subter eā arulam, in qua cōpositis lignis, ignis arderet semper, ad deuorāda holocausta paratus. Erat autē cōtra D arulam ostium in parte orientali altaris, quo ligna ad alendum ignem mitti, & carbones vel cineres possent egeri, sicut in pictura Cassiodori senatoris (cuius ipse in expositione Psalmorū meminit) expressum vidimus, in qua etiā vtrique altari, & holocausti scilicet, & incensi quatuor pedes fecit: quod vtrumque eum sicut tabernaculi & templi positionem à Iudæorū doctoribus didicisse putamus.

Vbi supra cap. 12. Historicè.

a ¶ Ad emendandum ignem altaris. b ¶ Batilla quibus ignis & carbones ab altari holocaustorum ad altare thymiamatum transferebantur.
c ¶ Corda proximorum charitatem imitanda.

a dos cineres, &† forcipēs atque fuscinūlas & ignium recēpta- †
b a ¶ Quia perseueranter obediunt, & clara voce alios instruunt. Aes enim durabile est & sonorum.
c a ¶ Sanctorum corda. b ¶ Ad suscipienda holocausta paratum: quia parant electi locum domino in intimo corde suo, vbi deuotas ei cogitationes collocant.
¶ Vt per crebras aperturas ignis ad deuorandam hostiam libere exeat.

b cula. Omnia vāsa ex ære fabricabis. Crāticulamq; in mo- †
a ¶ Vt ecclesiam per quatuor mundi plagas diffusam verba Dei & veritatis confirment.

dum retis æneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor
a ¶ Euangeliorum libri qui auditoribus perpetuæ vitæ coronam promittunt.
¶ Quia per omnem terram exiuit sonus eorum. Psal. 18. a. ¶ Vt animas humilium munimine suæ consolationis alleuent.

annuli æněi, † quos pones subter † arulam altaris * † Eritq; †
a ¶ Quia per humilitatem & confessionem ad cælestia ascenditur.
b ¶ Quia per humilitatem & confessionem ad cælestia ascenditur.

4 *Craticulamque.* In qua cōburebantur carnes impositę: & significat feruorem dilectionis, virtute cuius aduruntur motus carnis. Vnde dicitur Psal. xxv. a. *Vre renes meos, & cor meum.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et forcipes. *Id est, tenacula ad faciendum ignem in altari. Hebræi dicunt bacinos scilicet ad recipiendum sanguinem animalium quæ immolabantur.*

2 Atque fuscinulas: *Scilicet ad extrahendum carnes de chaldariis, & ad ponendum super altare ea quæ ibi cremabantur.*

3 Et ignium receptacula. *i. vasa in quibus de altari holocausti accipiebantur carbones viui, vt deferrentur intra tabernaculum ad cremandum thymiama mane & vespere super altare incensi, de quo habetur infra xxx. cap.*

4 Craticulamque in modum re. *Istud exponitur vno modo sic, q ista craticula erat ad modum retis facta & quadrata, & in quatuor angulis habebat quatuor catenas, & in fine catenarum quatuor annulos, qui ponebantur in quatuor cornibus altaris ad hoc aptatis per quādam recuruationem, & sic illa craticula ab illis cornibus dependebat intra concauitatem altaris, vsque ad altaris medium, scilicet per cubitum & dimidium, & inferius in arula versus terrā fiebat ignis desubtus, per quandam feneſtram, quæ in vno latere altaris ad hoc erat facta, & ignis ascendens de arula per foramina prædictæ craticulæ transiens, illa quæ erant ibi posita, cremabat. Et patet litera secundum hoc vsque ibi.*

5 Quos pones subter arulam altaris. *Arula enim est via, vbi ponitur ignis, prout Ier. xxxvj. c. dicitur. Et sic ista litera videtur manifeste contradicere prædictis, quia quod dicitur hic: Quos pones subter arulam, loquatur de quatuor annulis prædictis: quia in altari holocaustorum non ponuntur, nisi quatuor annuli tam in isto loco, quam infra. xxxviij. c. Isti autem annuli secundum prædicta positi erant in cornibus altaris, qua erant in summitate eius. Arula autem erat inferius, & ideo dicunt aliqui, quod textus est hic corruptus vitio scriptorum, quia vbi dicitur subter arulam, debet dici super arulam. sed hoc non est verum, quia in libris antiquis & in Hebræo vbi recurrendum est pro veritate textus habenda, habetur subter, & non super. Et ideo si quis velit sequi dictam expositionem, quam plures expositores sequuntur, oportet dicere, quòd in altari erāt octo annuli: quatuor in superiori parte, cum*

quibus

Universidad de Piura Biblioteca

Historicè

BEDA. Si quem mouet iuxta literam, quomodo ligna altaris tanto igni vicino incombusta permanere potuerunt, accipiat Hieronymi responsum. Altaris (inquit) ligna quæ de lignis paradisi sunt, non cremantur igne vicino, sed puriora reddũtur. Nec mirum hoc de sanctuario & interioribus templi & altaris & thymiamatis credere, cũ etiam *vasorũ* ligni genus vel ligno simile, quanto plus arserit, tanto mundius inueniatur.

duos

a *Facies & vectes.* Doctores scilicet qui Iudæã scilicet & Gentilitatẽ in vnam fidei gratiam consono ore & opere vocent. Vel ex vtroque latere altaris ad portandum erunt vectes, cũ prædicatores mẽtes fidelium in prosperis & in aduersis constantiam virtutum tenere docebunt.

vnum

Mysticè.

b *Sicut tibi in monte.* BEDA. Omnia quæ nobis mysticè in altaris & tabernaculi constructione Moyses facienda designauit, prius in illa cælesti conuersatione in qua cum domino quadraginta diebus fuit, facta in supernis ciuibus perenni obseruatione vidit. Non enim dubium est eum potuisse ante solium Dei illud altare vidisse, quod vidit Esaias veris carbonibus internæ claritatis plenissimum, & forcipes sanctos quos idem propheta vidit, quorum vno tulit angelis carbonẽ de altari, quo eius labia purgauit: eiusdem namque spiritus gratia qua angeli inflammantur ad amandum Deum semper in cælis, & hominibus in terra peccata dimittuntur, & virtutũ dona conceduntur. Altare ergo concauum & inane fieri præcipitur, sicut Moysi in monte monstratũ est. Quia sicut angeli & spiritus iustorum in cælis vacui à peccatis, & pleni sunt pietate & iustitia: ita & nos in terra declinare à malo & facere bonum debemus. Quod sicut exhortationibus verbi cælestis, ita mysticis tabernaculi & vasorum figuris & ceremoniarum semper agere iubemur.

Esa. 6. a. Ibidem b.

C

Vbi supra cap. 13.

c *Facies & atrium.* BEDA. Sicut sanctasanctorum quæ in cælis ecclesiæ partem designant, & prius tabernaculum perfectam vitam fidelium in hoc seculo, ita atrium tabernaculi quod exterius,

a ¶ Doctores qui ecclesiam quodammodo portant dum fidem & sacramenta veritatis vel nescientibus prædicant, vel scientibus quæ acceperunt, confirmantes roborant.

a craticula vsq; ad altaris medium. † Facies & vectes altaris de

a ¶ Vt vtique populo, sudorum scilicet & gentium, verbum prædicent. b ¶ Propter somum & instantiam prædicationis. c ¶ Vectes vt portari queat altare, mittuntur in circulos, cum doctores corda fidelium per verba euangelij, quæ cælo & terra transeuntibus non præteribunt, exhortando erigunt.

† 36. dist. c. qui ecclesiã. §. ecce.

lignis setim dũos, quos operies laminis æneis, & indũces per circulos, erũtq; * ex vtroq; latere altaris ad portandũ. † Non

a ¶ Si vis esse altare Dei, abiice omnia contagia, fac cor tuum spatiosum, vt capias ligna verborum cælestium & hostias virtutum, & ignem spiritussancti. b ¶ Vacuum scilicet, & omni iniquitate & temporali sollicitudine. c ¶ Sicut scilicet angelis & sanctis hominibus constat.

* vectes † Concauũ exturbatus.

b solidũ, sed inane & concauũ intrinsecus facies illud, sicut tibi †

a ¶ Contemplationis. b ¶ Rudimentum inchoantium.

c in mõte monstratũ est. Facies & atrium tabernaculi, in cuius

a ¶ Quia incipientibus prius figenda est carnis & spiritus illecebra, vt mundentur ab omni inquinamento carnis & spiritus.

b ¶ Centenarius, quia leua transit in dexteram, cælestem significat vitam.

plaga australi cõtra meridiem, erunt tẽtoria de byssõ retorta.

c Cẽtũ cubitos vnũ lat⁹ tenebitq; longitudine, & colũnas viginti

d

E

tur, sed tota eius memoria ab intimo corde eradicatur.

d *Centum cubitos.* BEDA. Constat centenarium qui in computo digitorum à leua transit ad dexteram, sæpe in scripturis celibem significare vitã, quia sicut dextera leuæ, ita cælestis præfertur præsenti vitæ. Ædificationem arcæ Noë centesimo anno compleuit, quia ecclesiam in hac vita ædificat, dominus in futuro perficiet. Abrahæ centenario nascitur Isaac filius promissionis, quia benedictio hæreditatis quæ in semine eius omnibus familiis terræ promittitur, in futuro, & cælesti patria redditur. Centum annos peregrinatur ipse in terra promissionis, quia qui filij Abrahæ per fidẽ efficimur, in spe supernæ hæreditatis debemus in præsenti peregrinari. Senuit Isaac in Geraris, quod interpretatur incolat⁹: & inuenit in ipso anno centuplũ, quia quicũq; promissiõis filij in hac vita peregrinãtes, bona operamur, mox egressi de corpore, in cælesti vita recipimur. Centum ergo cubitos habet latus tabernaculi in longum, quia omnes qui ad ecclesię mẽbra pertinent, necesse est pro æterna in cælis vita laborem pœnitentiæ & continentiæ temporalis assumant.

Centenarius numerus.

Gene. 6. Gene. 21. a

Gene. 35. d

e *Et columnas viginti.* BEDA. Columnæ quibus tentoria suspẽdũtur, doctores sunt qui corda auditorum à terrenis ad cælestia

f

☞ sustol-

NICOLAVS DE LYRA.

quibus craticula dependebat ex cornibus: & quatuor in inferiori parte sub arula, in quibus mittebantur vectes ad portandum altare. Sed hoc non bene consonat textui huic. & infra xxxviij. a. vbi dicitur: Fusis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates ad immittendos vectes ad portandum. Ex quo patet, quod annuli quatuor, quibus immittebantur vectes ad portandum altare, erant in summitate retiaculi. Et certum est, quod retiaculum hic non potest dici secundum transitionem nostram, nisi craticula ad modũ retis facta. Ideo aliter exponit Rab. Salo. Ad cuius intellectum primò ponẽda est litera, prout habetur in Hebræo, quæ talis est: Et cribrum in modum retis aneus: per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuliærei, quos pones super ambitum altaris. Et erit cribrum vsque ad altaris medium. Cribrum hîc dicitur quoddam opus æreum, ad modum retis factum. Et ideo vocatur cribrum, quia sicut cribrum habet multa foramina, sic & istud, quia factum est ad modum retis, & circumibat altare exterius, attingens a parte inferiori vsque ad medietatem altitudinis altaris. Ambitus autem dicitur hic quædam eleuatio in circuitu altaris per modum zonæ, & erat iste ambitus super cribrum, & annuli erant positi in angulis altaris sub isto ambitu & super cribrum, per quos annulos mittebantur vectes ad portandum altare. Cornua autem quæ erant in superiori parte altaris in angulis non erant recurua, sed rectè tendentia in altũ, quasi quidam pomelli ad decorem altaris. Concauitas autem altaris, quando sustollebantur castra, & altare implebatur terra vsque ad summum, & supra superficiem illius terræ intra tabulas altaris inclusa fiebat ignis, & offerebantur & cremabantur hostiæ, secundum quod dictum fuit suprà xx. d. Altare de terra facietis mihi. Et quando mouebantur castra, amouebatur altare prædictum de tabulis factum, & remanebat terra. Et ista expositio concordat litera, quæ ad hoc potest de facili applicari.

Cribrum

Ad maiorem autem intellectum descripsit figuram secundũ vtramque expositionem. Secundum tamen, quod vnum latus tantum altaris hîc figuratur apparens directè. Tum quia alia tria non possunt figurari in plano: Tum quia per imaginationem inspicientis latus vnum, alia tria possunt de facili capi, cum sint per omnem modum similia, hoc excepto, quòd in figura prima expositionis describitur illud latus, in quo erat fenestra. Alia autem tria nullam fenestram habebant.

Rationes autem prædictorum sic assignantur. Altare enim istud vocabatur altare holocausti: non quia hostiæ holocaustorum ibi tantummodo offerrẽtur, sed etiam cum hac hostiæ pacificæ & pro peccato. Sed quia hostia holocausti dignior erat, vtpote quia tota incendebatur ad honorem diuinum, alia verò non: ideo denominatur altare holocausti tanquam à digniori. Item istud altare non erat intra tabernaculum, sed extra in atrio tabernaculi: Tum propter munditiam tabernaculi seruandam: Tum quia non possent hostiæ ibi cremari, sed inflammarentur cortina quæ erant super tectum, cum non distaret à pauimento tabernaculi, nisi per decẽ cubitos: Tum ne fierent similes idolatris, qui immolabãt & offerebant victimas super altaria quæ erant in templis idolorum.

Altare holocausti.

1 Facies & atrium. Hic consequenter describitur atrium, quod erat circa tabernaculum. Erat autem huiusmodi atrium quædam platea magna sub dio habens in longitudine centum cubitos ab oriente in Occidentem, & in latitudine quinquaginta ab austro

Atrij descriptio.

☞ versus

MORALITER.

† † Sed inane & conc. &c. Per quod significatur quod verè pœnitens debet esse vacuus à terrenorum cupiditate.

1 *Facies & atrium, &c.* Per hoc atrium in quo fuit tabernaculum & altare in ministerium sacerdotum & Leuitarum, figurata fuit ta fuit dilatatio fidei Christianæ vsq; ad terminos terræ habitabilis: Cuius lõgitudo secundũ Philosophũ in li. Meteororũ accipitur ab oriẽte in occidentẽ, & latitudo à meridie in aquilonem. Et sicut dicit ibidem, longitudo excedit latitudinem, plus quàm quinque excedunt tria, quod est ferè in medietate. Quod autem

Philosop⁹.

† modicum

☞ sustollunt, & quasi vestes domini diligenter extendunt, ne quid duplicitatis remaneat, sed simplici & munda intentione coram domino velut tentoria byssina niteant. Fuerunt autem columnæ æneæ, sed argento vestitæ, sicut in sequentibus declaratur: Æneæ quidem propter perseuerantiam virtutis, vel sonoritatem prædicationis. Argento autem vestitæ, quia non aliud quàm verbum Dei sonant.

A

a *Cum basibus, &c.* BEDA. Basibus columnarum æneis initium sapientiæ, id est, timor domini intelligitur. de quo Iesus filius Syrech ait: *Radix sapientiæ, timor domini.* Et pulchrè subiunxit: *Et rami eius longæi.* Quia germina virtutum multifaria quæ de timore domini tanquam opus, & cælaturæ columnarũ de basibus prodeunt, nũquam fructu mercedis carebunt.

† Quinquaginta cubitorum. Prou. 1. a

† è

b *Argentea.* BEDA. Capita non argentata, sed tota argentea, quia doctores totos se diuinæ scripturæ subiiciunt, verba diuina meditãdo & prædicando mancipant animã & corpus. Sicut enim membra sine capite viuere nequeunt, sic illi eloquia diuina vitam suam existimãtes hæc nunquã obediendo portare, & se humiliando exaltare desistunt.

B

c *Similiter & in latere.* BEDA. Eadem de latere Aquilonis repetuntur, quæ de latere australi præmissa sunt, quia vtriusque testamenti præcones consono ore ad cælestia nos erigũt: tamen etsi sacramenta habuerunt pro tẽpore differentia imò hoc in tẽpore noui testamenti quicunque de vtroque populo ad saluẽ pertingunt, non solùm eandem fidem, confessionem & operationem, sed & sacramenta habent eadem in emundatione peccatorum, & perceptione cælestis vitæ in gratia Dei per Iesum Christum.

Myſticè. Matt. 20. a

C

d *Columnæ viginti.* Quare viginti fuerunt colũnę atrij suprà dictum est, vbi eiusdẽ numeri tabulæ in vno tabernaculi latere fieri præcipiuntur.

Apoc. 14. c.

e *In latitudine verò, &c.* BEDA. Latitudo atrij quod respicit ad occasum solis, vbi terminato labore diurno noctis sopora gratia succedit, tempus significat, quo cessante post mortem actuali vita, quies sequitur electorum, & merces æterna. In vinea quoque patrisfamilias cũ sero esset factũ, operarij percepêre laboris præmium: quia singuli iustorum in fine huius vitæ sortiuntur ingressum vitæ æternæ. Vnde: *Beati mortui qui in domino moriuntur. amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis, &c.* Ideo occidẽtale latus atrij tentoria habet per quinquaginta cubitos, & decẽ columnas, quia quinquagenarius quietẽ significat, propter quinquagesimum annum qui libertati & quieti & remissioni deditus erat vnde & iubileus dicitur. Hebraicè enim יובל Iobel est cornu arietis, eò quòd anno quinquagesimo ad libertatem cornu arietino clangebatur. Denarius quoque superna præmia designat, vbi humana natura in vtraq; substantia sua immortaliter sublevata, † in diuinæ visionis præsentia lætatur. Deus enim trinitas est, corpus nostrũ ex quatuor elementis subsistit. Interior homo

† & uata, †

ternarium numerum. Cũ ergo ex toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere iubemur, & septenarium nostrum visioni sanctæ trinitatis in æternum iungetur. Iuxta illud: *Mihi autem adhærere Deo bonum est, &c.* Hîc est denarius, quem cultores dominicæ vineæ consummatis laboribus pro mercede accipiunt. Quia ergo nobis sancti prædicatores finita hac vita, præsentiam conditoris & requiem æternam promittũt, & sic desideria nostra, ab infimis ad cælestia quærẽda erigũt, quasi in occidentali latere atrij tentoria quinquaginta cubitorum latitudinis decem columnæ sublevantes extollunt.

D

Deut. 6.

Psal. 72. d.

Matt. 20. b.

† Filis eius cingẽtibus.

f *In ea quoque atrij.* BEDA. Latitudo atrij orientem respiciens, initium bonæ cõuersationis quæ à fide incipit, significat: quę propter primam cælestis gratiæ perceptionem orientẽ respicere dicitur. Vnde: *Visitauit nos oriens ex alto: Illuminare his qui*

E

Lucæ 1. g.

- Et

in tenebris & in vmbra mortis sedent. In hac plaga quinquaginta cubiti, quia in ipso ingressu conuersionis omnes qui catechizantur remissionem peccatorum, & requiem sperare docẽtur, quinquagenarius ad remissionẽ pertinet. Vnde in Psal. eiusdẽ numeri pœnitentia & confessio & remissio peccatorum descripta est, ita vt qui domino peccauerat, & malum corã eo fecerat, cognoscendo iniquitatem suam, ab ipso sit ablutus, & super niuem dealbatus, rursumque lætitiam salutaris Dei. i. Christi queat offendere, receperit: & spiritu illius principali, ne vltrà labetetur, cõfortat⁹ fuit. Habet ergo latitudo orientalis atrij quinquaginta cubitos, cùm prima fidei confessio remissione peccatorum, & spe futuræ quietis gaudet & pacis. In symbolo quoque apostolorum confitemur nos credere sanctam ecclesiam, remissionem peccatorum, & carnis resurrectionem: quod postea vniuersalis synodus plenius expressit, dicens: *Cõfiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, spero resurrectionem mortuorum & vitam futuri seculi.*

Psal. 50. a

F

Ephesin. 4. a.

g *Quinquaginta cubita erũt.* BEDA. Quinquaginta cubitis plagæ orientales generaliter initia credentium signantur, quia in remissione peccatorũ, & spe futuræ beatitudinis celebrantur, quorum specialis distinctio subinfertur, quæ ad eundem finem bene considerata refertur. Sequitur enim.

h *In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabũtur, columnæq; tres, &c.* Quindecim nãque qui septenario & octonario cõstat, æternæ vitæ gaudia designat, quæ à sabbathismo incipiens animarum, perficitur in resurrectione corporũ. Nam domini nus septima sabbathi in sepulchro quieuit, octaua die. i. post septimam sabbathi resurrexit. Quòd autem in latere vno quindecim cubitorum fuerũt tres columnæ cum totidem basibus, figurat prædicatores fide, spe, & charitate præeminentes, & mentẽ in stabilitate timoris firmãtes. Ingressurus ergo atrium tabernaculi habet ab vtroq; latere tentoria quindecim cubitorum ternis suspensa columnis, quia quicunq; ingressurus ecclesiã sacramenta fidei discere proposuerit, siue ad ecclesiam gentium, siue ad syna-

G

☞ gogam

NICOLAVS DE LYRA.

versus Aquilonẽ, & erat clausa columnis quinq, pedũ altitudinis, in quibus pendebant cortinæ vsque ad terram, vbi cum paxillis & funibus figebantur, ne à ventis mouerentur. In latere verò Aquilonari ipsius atrij erãt viginti columnæ, & in latere australi viginti, & in latere occidentali decem, & in latere orientali decem: & erant omnes de ære, secundum quod habetur infrà. xxxviij. a. Et erant infixæ basibus æneis, eo modo sicut dictum est de aliis columnis existẽtibus in tabernaculo. Cortina verò habebant in latitudine quinquaginta cubitos secundum longitudinem columnarum, & erãt facta cũ acu reticulato opere, vt dicit Rab. Salata quod vulgus qui erat extra atrium, per foramina cortinarum poterat videre sacrificia, & oblationes quæ fiebant in atrio per sacerdotes, & erant omnes de eadem materia. sc. de byssо retorta, vt sila essent bene fortia, & per consequẽs eiusdem coloris, hoc excepto quòd in

☞ introitu

MORALITER.

† modicũ est, non computatur. ij. Physicorum. Ideo dicitur hîc quod longitudo atrij ab oriente in occidentem fuit centum cubitorum, & eius latitudo quæ accipiẽr à meridie in Aquilonem quinquaginta cubitorum. Per columnas huius atrij significantur ecclesiæ prælati, qui dicuntur ænei, & capita eorum argentea. Per eos autẽ intelligitur fortitudo patientiæ, & per argentũ honestas eloquentiæ, quæ debent esse in prælatis. Per cortinas in columnis appensas intelliguntur prædicatores ex potestate prælatorum discurrentes ad informandum populum verbo prædicationis, & exemplo bonæ conuersationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gogam intuitum mentis conuerterit. in vtraque parte fideliũ doctores inuenies, fide fortes, spe sublimes, charitate feruentes, & in timore Dei fundatos auditoribus requiem animarum, & resurrectionem corporum promittere, qui velut tentoria de byſſo retorta, in ſe ſuſpenſunt, cum eos exemplo ſuo docent quæ ſurſum

Coloſ 3.a. 1 Theſſ.4.d.

ſunt quærere, nõ quæ ſuper terram, & integrum ſpiritum, & animam, & corpus ſine querela in diem domini cuſtodite.

a *Columnasq; habebit, &c.* Beda. In introitu atrij quatuor ſunt columnæ, quia non niſi per fidem & ſacramenta euangelij quæ in quatuor libris cõtinentur, vnitatem eccleſiæ ingredimur. Vnde cathechizandis, quatuor euangeliorum principia recitantur, & de figuris & ordine eorum in apertione atriũ ſolerter eruditur, quo ſciant exire & meminerint qui & quot ſint libri, quorum verbis maximè in fide trinitatis debeant eruditi. In quo introitu ſit tentoriũ viginti cubitorũ, qui eſt quaternarius quinquies ductus, quinque autem corporis ſenſus ſunt. Bene ergo in introitu atrij tentorium viginti cubitorum in quatuor columnis ſuſpenditur, quia omnes qui eccleſiam intrant, ad regulam euãgeliorum fidem pariter & actus cõponere debent, vt continentes ab illecebris carnis omnes ſenſus corporis, diuinis ſubigant imperiis. Non ſolum enim hoc tentorium quatuor columnis ſubleuatur, ſed & ipſum in longitudine ſua numerum quinarium multiplicatum habet, cũ quilibet humiles & pij auditores ad fidem venientes: non ſolum euangelij verbis imbui, ſed etiam euangelicam vitam agere deſiderantes, omnes corporis ſenſus in obedientia charitatis expendunt.

b *Ex hyacintho, &c.* Beda. Rectè in hoc introitu atrij tentoriũ non ſicut in reliquo atrio fit de byſſo retorta, ſed de quatuor nobiliſſimis coloribus, hyacintho ſcilicet & purpura, coccoq; bis tincto & byſſo reborta. Opere plumarij, quia his qui catechizantur, eccleſiæ facies exterius fulget, ſed clarior virtus & dignius apparet his qui eam per ſacramenta baptiſmi ingrediuntur. Nemo enim repente fit ſummus, ſed gradatim à minoribus ad perfectiora tẽdimus, hyacinthus ſpem cæleſtium bonorum, purpura tolerantiam temporalium malorum, coccus bis tinctus ardorem perfectæ dilectionis, byſſus retorta ſignificat continentiã carnis. Qui colores opere plumarij inuicẽ ſunt variati, quia quæque virC tus fidelium vicinarum ſibi virtutũ ſocietate velut conſanguinitate creſcit, quãuis ſinguli colores ſingulis poſſent cõuenire electis. Qui enim altius cæleſtia ſpeculatur, hyacinthus eſt, qui plura propter iuſtitiam patitur, purpura eſt, qui feruentiore in Deũ & proximum charitate ſummeſcit, coccus bis tinctus, qui ſpiritualiter virginali integritate carnis albeſcit byſſus retorta, & cũ iuſti in eadem fide & pietate, euangelica de ſuis alterutrum virtutibus congaudent, quaſi in introitu atrij domini, tẽtorium decorant pulchra colorum varietate contextum.

Moraliter. c *Omnes columnæ, &c.* Beda. Quæ dixerat, diligentius inculcat: vt ſedulò lectorem admoneat, neminem inter doctores veritatis columnas ſcilicet atrij cæleſtis poſſe cõputari, qui nõ inſtar æris inuincibilem inter aduerſa patientiam habere didicerit, niſi ſeſe cæleſtium obſeruantia & annuntiatione verborum velut argenti D laminis vndique muniendo exornauerit, niſi ſe omni ſubiectione præceptis diuinis quaſi argenteo capiti ſuppoſuerit, & timore Dei velut ænea baſi ſtabilierit.

d *In longitudine, &c.* Beda. Cẽtum cubitos longitudinis habet Myſticè. eccleſia, quæ vlnas eleuat ad bona opera propter vitam æternã. Quinquaginta latitudinis, quia requiẽ ſperat ſempiternã in gratia ſpiritusſancti, quam ſpiritusſanctus quinquagenario voluit ſignificari, cum ponchecoſten. i. quinquageſimum diẽ paſchalis feſtiuitatis, ſuo aduentu cõſecrauit. Altitudo quinque cubitorum eſt iuxta numerum ſenſuũ corporis, quia tunc recipiet vnuſquiſq; propria corporis ſui, quæ geſſit, ſiue bonum ſiue malũ. Sed in atrio domus Dei corũ tantum figura exprimitur, qui bonũ in corpore fecerũt, pro quo in requiem vitæ perE rennis merentur introduci, qui nunc in operibus iuſtitiæ, quę caſto corpore & corde agũt, quaſi byſſus retorta nitent, & tunc in eodem corpore immortalitatis gloria ſublimato perceptis iuſtitiæ præmiis. In euangelio verò vtriuſque partis mentio eſt, vbi Matt.25.a. quinque virgines cũ operibus lucis ſtatim cũ ſponſo ad nuptias intrant. Quinque verò, quæ opera caſtitatis non caſto animo fecerant, repulſæ cum ſuis tenebris. Quinque enim erant, & quinque: quia vtræque ſecundum ea quæ in carne geſſerant, iudicatæ ſunt. Tota ergo longitudo & latitudo atrij per cẽtenos & quinquagenos cubitos diſtincta eſt. Quinque habet cubitos altitudinis, quia neceſſe eſt, vt qui promiſſionem habemus quietis, & patriæ cęleſtis, mũdemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, & perficiamus, ſanctificationem in timore Dei, vt apparente hora promiſſæ retributionis, in ſpiritu & carne lætemur in amore Dei, propter vtriuſque noſtræ ſubſtantiæ, id eſt, animæ & carnis emũdationem in timore Dei. Quod ſuprà dictum erat & repetitur vt firmius memoriæ cõmendetur, fietq́ue de byſſo retorta, &c.

e *Cuncta vaſa, &c.* Beda. Hæc vaſa, homines ſunt in eccleſia diuerſis meritis & gradibus domino ſeruientes, quæ iubentur fieF ri ænea, vt quiſque in aduerſis perſeueret in finem, ne promiſſam ſibi ſalutem deſidia perdat, vel vt fidem quam didicit, inimicis oppugnantibus palam cõfiteri non metuat, & amicis dona quæ percepit, ſonare non deſiſtat. Aes enim ſonorum & durabile eſt. Paxilli autem tabernaculi vel atrij ad hoc facti ſunt, vt infixi columnarum ſummitatibus foris eminerent, & impoſitis velorum vel tentoriorum ſubibus ſic ea leuantes, à terra ſuſpenderent. Quorũ factura & poſitione doctorum lingua ſignatur, quæ prædicando audientium corda tangit, & tangendo ſubleuat. Funibus enim ſolet ſcriptura ſignari. Vnde, *Funiculus triplex difficile* Eccl.4.c. *rumpitur*, quia ſcriptura quæ hiſtorico & allegorico, moraliveſenſu interpretari conſueuit, nulla hæreticorum vel paganorum peruerſitate corrumpitur. Tentoria verò vel vela vt funes reciperent, habebant in ſuperioribus ſuis anſas vel circulos quibus funes immitterentur. Tu quoque ſi vis tentorium Dei fieri, præpara in corde tuo receptaculum ſermonis, vt poſſis ad ſuperna ſuſpendi. Imponantur verò paxillis columnarum fanes tentortorum, vt ſic expanſa, atque in altum † eleuata, pulchritudinem tabernaculi compleant, committant prædicatores cordibus fidelium eloquia diuina, per quæ ad exemplum ſui ab infimis erigant, vt extenſa funibus & ſubleuata vela vel tentoria operis ſui decus miri ficum, quod inuoluta nequibant, longè lateque demonſtrent, oſtendãt fideles amplitudinem boni operis, pulchritudinem mẽtis & interne gratiæ, vt alij videntes glorificent patrẽ qui in cælis eſt, dicentes. *Quam amabilia ſunt tabernacula tua domine virtutũ, concupiſcit & deficit anima mea in atria domini.*

Lib 3. de tabern. cap. 3.

a *Præcipe filiis Iſraël.* Beda. Deſpoſito omni ornatu tabernaculi, conſequenter lumen lucernæ proB uidetur, vt decor eiꝰ mirabilis ſicut in die, lumine ſolari, ita noctu, lucernalibus flammis illuſtretur, ne vnquam in domo Dei tenebræ vel vmbra poſſit eſſe.

Myſticè. Myſticè. In domo Dei lucerna, ſunt opera iuſtorum, quæ mentes intuentium exemplis illuminant. Diligẽtius verò intuendum, quòd vt lucerna ſempet in tabernaculo Dei poſſit ardere, filij quidem Iſraël offerre oleum, Aaron verò & filij eius ipſam lucernam collocare iubentur, quia fideles & dilecti auditores prompta ad obediendum fidei corda afferunt. Doctores verò ignem cæleſtis verbi quo illuminentur ad cognoſcendum & inflammentur ad diligendum Deum, prædicando miniſtrãt. Per olei namque pinguedinem qua laſſi & infirmi recreantur, & gratia luminis præſtatur interna dilectio mentis, & opus miſericordiæ deſignatur. Vnde: *Ego autem ſicut oliua fructifera in do-* Pſal.51.b. *mo Dei*, &c. quaſi quia miſericordię fructum indigentibus exhibui. Mihi quoque in æternum à Deo rependendam miſericordiæ gratiam ſperaui. Filij ergo Iſraël offerant oleum. Aaron verò & filij eius allato igne componant lucernam, quæ ardeat in tabernaculo Dei, auditores, ſcilicet deuotionem mentis, & doctores doceant eos arcana ſcientiæ cæleſtis, quibus inſtituti in conſpectu Dei igne charitatis ardeant, & hominibus † lumen bonæ actionis oſtendat. † Lucem.

Nota. b *De arboribus oliuarum.* Beda. Notandum quòd filij Iſraël iubentur offerre oleum, ſed cum diſtinctione de arboribus oliC uarum. Et additur: Puriſſimum, piloque contuſum. Solet enim fieri oleum myrthinum, raphaninum, de nuce, de lino & de diuerſis oliuarum: *id eſt de fructu oliuæ expreſſum. Iſtud enim proprie oleum dicitur. Oleum nucum & alterius materiæ cuiuſcunque dicitur tãtum oleum participatiuè & diminutiue.*

3 Puriſſimum: *id eſt, ſine amurca.*

4 Piloque contuſum: *quia iſtud eſt purius quam illud quod teritur inter molas.*

5 Vt ardeat lucerna. *id eſt, lucernæ, accipiendo ſingulare pro plurali, ſicut ſuprà. viij. f.* Venit muſca grauiſſima. *id eſt, multitudo muſcarum.*

6 Semper. *id eſt, qualibet nocte. Ioſephus autem dicit, quòd etiam de die tres ardebant, & omnes ſeptem de nocte, nec licitum erat ibi ardere aliud oleum.*

7 Et collocabunt eam Aaron & filij. *Hoc enim non erat licitum niſi ſacerdotibus.*

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

☞ *intro tu atrij, qui erat in parte orientali longitudinis quinquaginta cubitorum, & tam dictum eſt viginti cubitis medij claudebantur cortina facta de quatuor coloribus. ſ. hyacintho & purpura coccoq; bis tincto & byſſo retorta: & illa cortina poterat trahi & retrahi pro ingreſſu & egreſſu eorum qui intrabant atrium. Decem autem cubitis qui erant ex vtraque parte introitus, claudebantur, cortinis de byſſo factis, ſicut & aliæ quæ erant in circuitu.*

1 Omnes columnæ atrij per circuitum. &c. *In Hebræo habetur ſic: Omnium columnarum atrij per circuitum cinctura earum & vncus de argento, & vocantur hic cinctura quædam circuli argentei circundantes columnas, vt dicit R. Salomo. Verum tamen eſſent in medio columnæ per modum cuiuſdam pomelli, vel in ſuperiori parte per modum capitelli non determinat. Rationabilius tamen videtur, q eſſent per modum capitellorum in ſuperiori parte, quia erant ad decorem, qui magis debent poni in capite columnæ. Vncini autem dicuntur vbi cortinæ pendebant à columnis, & ſecundum hoc oliua dicta non erant veſtita laminis argenteis, ſed tantum in capitibus earum erant quidam circuli argentei.*

2 Cuncta vaſa tabernaculi in omnes, &c. *ſ. cauillæ, martelli & cætera huiuſmodi, quæ erant neceſſaria ad erigendũ columnas & cortinas.*

☞ 1 Ex

NICOLAVS DE LYRA.

☞ 1 Ex ære facies. *Inſtrumenta enim cuiuſcunque artis ſecundum modum loquendi Hebraicum vaſa vocantur. Diſpoſitionem autem atrij quantum ad columnas & cortinas hic non deſcripſit: tum quia per ea quæ dicta ſunt à quolibet de facili poteſt capi: tum quia in fine libri ponetur, quando agetur de erectione tabernaculi. Ratio autem huius atrij circa tabernaculum accipitur: tum propter reuerentiam tabernaculi, ne populares ad ipſum nimis appropinquarent: tum vt ſacerdotes & Leuitæ liberius facerent officia ſua circa altare holocauſti, multitudine populi exterius exiſtente.*

2 Præcipe filiis Iſraël, vt afferant tibi oleum de arboribus. *Hic conſequenter agitur de illo quod erat neceſſarium ad illuminationem templi: tum propter decorem: tum vt ibi de nocte poſſet clarè videri, vñ dicitur:* Præcipe filiis Iſraël, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum: *illud. ij. Corint. iiij. a. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, &c. Hoc igne vtantur ad † illuſtranda, cognitione fidei, auditorum corda, ad perficienda & conſecranda holocauſta operum ſuorum, ad incẽdenda thymiamata orationum.* † Illuſtrandam cognitionem.

c *Et collocabunt.* Beda. Non eſt enim omnium ſacramenta fidei populo prædicare, ſed eorum tantum qui caſtitate fidei & exercitio operis ad filios ſummi ſacerdotis Dei probantur pertinere. Qui enim à puritate fidei prauo dogmate abeſſe, vel integritatem fidei, operum prauitate maculat, & ſi ſacerdotis nomine præominet, vel perſona, audiat à domino: *Quare tu enar-* Pſal.49.c. *ras iuſtitias meas, &c.* Qualibus Iacobus dicit: *Nolite plures magiſtri fieri fratres mei, &c.* Iaco. iij. a.

d *Perpetuus erit, &c.* Beda. Hęc clauſula: ſicut quæ de tabernaculo, vaſis, & vtenſilibus eius ſunt dicta, ſpiritualiter, non carnaliter intelligenda eſt & exponenda. Quomodo enim perpetuus erit cultus ſacerdotalis officij, cum ipſum ſacerdotium & tabernaculum in quo gerebatur, & populus cui gerebatur iamdudum ceſſauerit? In ſancta ergo eccleſia hoc completur, vbi ſuccedentibus ſibi per ordinem doctoribus cum veritatis auditoribus nunquam deerunt ſpirituales filij Iſraël, qui in domum domini dona pietatis offerant, & filij Aaron, id eſt, ſacerdotes noſtri veri, qui eis lucem verbi impendant, donec impleto huius ſeculi ſtatu & toto tabernaculo, id eſt, electorum multitudine 1. Cor. 15. d. ad cælum tranſlata, non ſint homines vltrà, qui ab hominibus F erudiantur, cum ſit Deus omnia in omnibus.

☞ CAP.

MORALITER.

☞ 2 *Præcipe filiis Iſraël, vt afferant tibi oleum.* Per filios Iſraël intelliguntur Chriſtiani, qui debent offerre oleum, id eſt, pietatis fructum, qui ſecundum quod dicitur. j. Timoth. iiij. c. valet ad omnia, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt & futuræ.

4 *Piloque*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XXVIII.

Lib. 3. de tab. cap. 1. Mystice.

APplica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israël, vt sacerdotio fungantur mihi Aaron,

CAP. XXVIII.

Moyses legem. Aaron sacerdotes significat, quos lex sibi applicat quia sacerdotes semper in meditatione legis debent persistere. ¶ Familiaritas cæteris. a ¶ Christum. b ¶ Gratia legi, nouum testamentum debet coniungi veteri. ¶ Doctores tantum debent diuinæ legi studere, vt germana cognatione coniungi videantur.

APplica quoque ad te Aaron fratrem 1
¶ Apostolos. a ¶ Vt alios electos excellant.
tuum cum filiis suis de medio filiorum Israël, vt sacerdotio fungantur mihi Aaron,

Pplica quoque ad te, &c. BEDA. Quo modo tabernaculum cum ornatibus suis & vasis significat ecclesiam, pulchra virtutum & personarum varietate distinctam, ita summus tabernaculi sacerdos, Christum verũ pontificem qui semetipsum obtulit pro nobis. Qui bene dicitur loqui Moysi, quia fraterno fœdere gratia legi, nouum testamẽtum connectitur veteri, cùm ipse Moyses de eo dicat, Deut. xviij. c. *Prophetam de fratribus vestris sicut me suscitabit vobis dominus.* Et paulopost ex persona domini. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorũ similem tui*, cuius operibus admirandis quæ nemo alius fecit, habitus Aaron mira varietate insignis comparatur. Vel vestes Aaron multifariæ omnẽ electorum cœtum mira operum meritorúmque distantia Christo adhærentem significant. Vnde Gal. iij. d. *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Filij Aaron in sacerdotium iuncti figurant Apostolos Christi, & cunctos ecclesiæ magistros.

Ordinatio sacerdotũ.

BEDA. *Applica quoq, &c.* Descripta tabernaculi, cõgruè sacerdotes qui in eo ministrent ordinantur, quorum ordinatio & habitus ecclesiæ sacerdotibus congruit, vt omne quod illic in ornatu vestium clarum extrinsecus fulgebat, intellectum spiritualiter in sacerdotum nostrorũ mentibus intus emineat, & in eorum actibus præ cæteris gloriosum claresc at. Ideo præcipitur Moysi vt applicet ad se fratrem suum Aaron, cum filiis de medio filiorũ Israël, ad fungendum sacerdotio coram domino. Necesso enim vt qui ad maiorem gradum promouẽdi sunt, maiore mentis industria se ad legem Dei applicent, id est, diuinorum mandatorum obseruationẽ. Hoc est enim q̃ sacerdotio functuri sunt, de medio filiorũ Dei ad Moysen applicari, præsules & doctores ecclesiæ communem electorum vitam singulari mentis culmine transcendere, & familiari inspectione quid lex generaliter perfectis loquatur attendere, vt altiori excellentia meritorum ad altiora perueniant præmia. Fratrem suum Moyses cum filiis in sacerdotium ordinare præcipitur, quia omnes qui officium doctoris sortiuntur, tanto studio & amore debent legi adhærere, vt germana videantur cognatione coniungi: primi filiorum Aaron post ordinationem ignem alienum offerentes, cælesti igne perierunt, quia quidam loco sacerdotum

cerdotum positi, dum ignem cupiditatis igni supernæ dilectionis anteponunt, igne supernæ vltionis absumuntur.

✠ RVPERTVS. Porrò non eodem ordine hic descripta sunt vestimenta, quo in vestiendo sacerdote sumuntur. Nam feminalia linea, quibus operitur primùm carnis turpitudo, postremò in hac descriptione posita sunt, & è contrario rationale, quo præter laminam aureã in pontificis fronte ligandã, nihil sanctius erat in vestibus, primũ designatũ est.

¶ In pleriisq; additur Eleazar & Ithamar.

a Nadab & Abiu. Facieſq; vestem sanctam Aarõn fratri tuo in 1
a ¶ Qui hanc vestem composuerunt, quia primi virtutibus studuerunt, & aliis exempla præbuerunt. ¶ Prophetis, apostolis & aliis doctoribus veritatis, qui docẽt verbo & facto quomodo viuant ministri altaris.
gloriam & decorem. Et loqueris cunctis sapiẽtibus corde,
¶ Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descen. &c. Iaco. 1. c.
quos repleui spiritu † sapiẽtiæ, vt faciant vestes Aaron, in 3
¶ Vel sunt. 4
b quibus sanctificatus ministret mihi. Hæc autem erunt vesti- 5
a ¶ Pectoris, quod Græce, logion. ¶ Humerorum, quod Hebraice Ephod. ¶ Hæc duo totum corpus operiunt. ¶ Camisiam qua intramus induebatur.
menta quæ facient: † Rationale & superhumerale, tunicam, 6
a ¶ Hæc caput ornat. ¶ Pileum. b ¶ Cinctorium scilicet. ¶ Qui vtranque tunicam & superhumerale astringit corporis.
& lineã strictã, cidarim & baltheum. Facient * vestimẽta san- 7 8
¶ Aliter non debent fungi.
cta Aarõ fratri tuo & filiis eius, vt sacerdotio fungãtur mihi.

Prudentię. Vbi supra cap 3.

† Prudentię. Vbi supra cap 3.

a ¶ Opera iustitiæ sanctiorem virtutum ornamenta.
b ¶ Christo in quo hæc præcesserunt.

Faciesq; vestem sanctam. BEDA. Vestes sanctæ Aaron quas illi Moyses fecit, opera sunt iustitiæ & sancti tatis, quæ scriptura sacræ legis rectoribꝰ habenda cõmendat, quorum in Christo exempla imitanda ostendit. Sapiẽtes corde quos ad faciendas vestes repleuit Deus spiritu prudẽtiæ, prophetæ sunt & apostoli & cæteri doctores, qui quomodo sacerdotes debeãt viuere & altari ministrare, facto & verbo ostẽdũt. Vnde: *Oportet episcopum sine crimine esse. & Dei verbi dispensatorẽ.*

† 40. di. c. 1. 35. di. c. qui ecclesiasticis. 5. cece.

Ad Tit. 1. d. Vestimenta sanctæ sacerdotis.

Hæc autẽ. BEDA. Quomodo hæc singula facta sint, plenius in sequentibus explicatur. Rationale, pectoris habitus. Superhumerale, est humerorum tunica. Et linea stricta, id est camisia totum corpus operit. Cidaris caput ornat. Baltheus vtranq; tunicam simul & superhumerale arctius ad corpus aptat, quibus sex indumentis, inferius septimum iungitur & octauum, feminalia, scilicet linea ad operiendã turpitudinem, & lamina aurea super cidatim, quæ titulo nominis domini omnibus altior eminebat. Linea verò stricta corpori adhærebat ita arcta astrictis manicis, vt nulla inesset ruga, descendens vsq; ad crura. Vnde Græcè ποδήρης poderis, id est talaris dicitur. His octo generibꝰ vestiũ pontifex tempore sacrificij induebatur, quarum quatuor minoribus sacerdotibus cõcessa, feminalia scilicet, lineaq; tunica, baltheus & cidaris. Decet enim vt qui maioris est gradus, pluribus virtutum actibus mirandus fulgeat. Cuncta autẽ sunt de auro, pretiosiſq; coloribus, quia nihil vile ac sordidum in sacerdotis ore vel opere debet apparere: sed cuncta quæ agit, loquitur, cogitat coram hominibus, præclara & interni arbitri conspectui oportet esse gloriosa.

Ad Marcellin.

✠ HIERONYMVS. Vbicunque in septuaginta interpretibus, hoc est in codicibus nostris, ἐπωμὶς, id est, superhumerale logitur, in Hebræo scriptum est Ephod. Quod quare alibi interpretari voluerint, & alibi interpretatum reliquerint, non est mei iudicij, cum hoc ipsum in pluribus fecerint, vt quæ alibi aliter atq; aliter expressẽrant, nouissimæ translationis varietate lassari, ipsa Hebræa verba posuerint. Aquila autem id quod illi ἐφὼδ dixerunt, ἐπιγάστριον & ἐπενδύτην dixit, quod scilicet tunica est, & quod Hebræo sermone vocatur לבש mehil, superiorem tunicam, ἐπενδύτην verò, id est, ἔνδυμα quod Hebraicè dicitur Ephod cum superius palliũ significet, quo tota sacerdotalis contegatur ambitio.

✠ AMBRO. Pythagoricũ mandatũ in aliquorũ scriptis prædicari inuenimus, quod ille discipulos suos communem atq; vsitatã populo, phibuerit ingredi viam. Sed hoc vnde assumpserit nõ est incognitũ. Legerat præceptũ Moysi, vt monte cũ sacerdotibus ascẽderet, populus autem deorsum staret. Legerat in Exodo eidem Moysi mandatum, vt applicaret ad se Aaron fratrem suum cum filiis suis de medio filiorum Israël. Vides diuisiones? Nihil in sacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune cum studio atq; vsu & moribus inconditæ multitudinis. Quomodo enim potest obseruari à populo, qui nihil habet secretum à populo?

Epist. 6. ad Irenæum.

GREG. Iubetur sacerdos in vtroq, humero velamine superhumeralis astringi, vt contra aduersa & prospera virtutũ semper ornamento muniatur, vt per arma iustitiæ à dextris & à sinistris gradiens: cum ad sola interiora nititur, in nullo delectationis infimæ latere flectatur, non clement prospera, non turbent aduersa, non blanda ad voluptatẽ mulceant, nec aspera in desperationem premant, vt dum nullis passionibus intentionẽ mentis humiliat, quanta in humero vtroq; superhumeralis pulchritudine tegatur, ostẽdat. Quòd ex auro, hyacintho, purpura, coccoq; bis tincto & byſſo retorta sit, vt quanta virtutũ diuersitate clarere debeat, demonstretur. In auro intellectus sapientiæ demonstratur, cui additur hyacinthus, vt quod intelligit, non ad fauorem infimum, sed ad amorẽ cælestium surgat, ne dum laudibus capitur, veritatis intellectu vacuetur. His purpura permiscetur, vt cor sacerdotis cũ summa quæ prædicat, sperat: in se etiam vitia, regia potestate reprimat: nobilitatem intimæ regenerationis aspiciens, & cælestis regni semper sibi aditum moribus defendens. Vnde. j. Pet. ij. b. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta.* De potestate enim qua vitia subigimus, Ioannes ait: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ioan. j. a. Et

In pastorali par. 2. cap. 3. Moraliter.

Dauid:

CAP. XXVIII.

Diuisio. 1

APplica quoque. *Descripto tabernaculo, hic consequenter agitur de ministris ad cultum tabernaculi deputandis. Et primo de ornatu eorum seu compositione. Secundò de ipsorum consecratione ca. xxix. Tertiò de officij executione, ibi:* Mundabis. *Ad euidentiam primi primò ponam sub quodam compendio ornamenta, seu vestimenta sacerdotum per ordinem: Et intendo in hoc sequi Iosephum, quia fuit de genere sacerdotali, & manſit in Ierusalem tempore quo adhuc stabat templum & sacerdotum ministerium, & ideo pluries potuit videre, & vidit vestes & ornamenta ipsorum, & ideo certius potuit scribere talia quã Ra. Sa. & alij qui fuerunt postea per magnum tempus, quia secundum Hieron in epistola ad Desiderium: Aliter visa, aliter audita narrantur, & ideo ille qui vidit, certius scribere potuit. Secundum autem ipsum decem erant ornamenta summi sacerdotis, quorum quatuor inferioribus sacerdotibus communicabãtur. Primum est feminalia linea, ad operiendum carnem turpitudinis suæ. Secundum est tunica de byſſo facta, & dupla per totum. Est autem byſſus genus candidiſſimi lini. Tertium est baltheus, id est, cingulum de diuersis coloribus factum, latitudinis quasi quatuor digitorũ, cuius extremitates pendebant in parte anteriori sacerdotis, habens fimbrias de auro & aliis coloribus cum pulchra varietate. Quartum est tiara siue mitra de byſſo in capite sacerdotis posita, tendens superius in acutum: & cum circlura siue bendello ligabatur sub mento, ita quòd nuditatem colli tegeret, & mitra fortiter teneret, ne caderet de capite sacerdotis ministrantis. Alia sex erant appropriata summo sacerdoti: Quorum primum erat tunica dicta poderis vel hypodisis, id est talaris hyacinthina quã habebat circa collum & in extremitatibus manicarum oras contextas fortiter ex diuersis coloribus, & lapidibus pretiosis, in margine inferiori habebãt malogranata facta de hyacintho, purpura, & vermiculo, & byſſo retorta, & tintinnabula aurea intermiſta, sic quòd inter duo malogranata erat vnum tintinnabulum, & econuerso inter duo tintinnabula vnum malogranatum. Secundum erat superhumerale, quod ponebatur super dictam tunicã, & quantum ad materiam erat de panno contexto quinque generibus filorum, scilicet filis factis de auro & hyacinthõ, de purpura coccoq, bis tincto, & byſſo retorta, cum pulchra varietate: ita tamen quòd non erant ibi aliqua animalia figurata, sed flores & consimilia. Quantum ad formam verò erat vestis quadrata altera parte longior habens in medio aperturam per quam intrabat caput summi sacerdotis, & latitudo illius vestis tangebat humeros. Longitudinis autem ipsius vna pars pendebat retrò operiens dorsum vsque ad renes: & altera pendebat ante operiens pectus. Latera autem vtriusque partis iungebantur in lateribus sacerdotis nodulis aureis. Super humeros autem habebat hæc vestis duos lapides onychinos magnos, in quibus erant sculpta nomina filiorum Israël, sex in vno lapide, & sex in altero: & erant nomina seniorum super humerum dextrum, aliorum verò super sinistrum, habebat etiam in medio pectoris foramen quadratum magnitudinis vnius palmi in longum & latum, & dimittebatur ille locus vacuus ad hoc quòd poneretur ibi tertium ornamentũ quod vocatur rationale, cuius pannus erat de eadem materia cum superhumerali, in quo erant duodecim lapides pretiosi secundum quatuor ordines dispositi, in quibus erãt sculpta nomina duodecim filiorum Israël, ita quòd nomina seniorum erant sculpta in linea superiori secundum ordinem natiuitatis suæ, & sic conſequenter de aliis. Habebat autem magnitudinem vnius palmi in quadrum, ita vt impleret precisè locum dimissum vacuum in superhumerali, & in quatuor angulis habebat quatuor annulos aureos, quibus correspondebãt quatuor alij annuli existẽtes in superhemerali, & per annulos istos stringebantur simul rationale & superhemerale cum ligaminibus hyacinthinis per annulos trãseuntibus: adhuc tamen ad maiorem firmitatem duo erant annuli aurei in parte superiori rationalis, in quibus immittebantur catenæ: aureæ, & per fibulas aureas in superhemerali existentes trahebantur sursum, & iungebantur cum superhemerali cum vncinis aureis circa scapulas ipsius sacerdotis. In inferiori verò parte rationalis, erant alij duo annuli consimiles in vtroque latere eius, & in parte posteriori superhumeralis erant duo annuli aurei eis correspondẽtes, quibus simul stringebantur rationale & superhumerale in vtroque latere sacerdotis per ligaturam hyacinthinam transeuntem per annulos prædictos. In rationali verò erat doctrina & veritas secundum transtationem nostrã. In Hebræo habetur אורים & תומים Vrim & Thummim, & in idem redit Vrim enim significat manifestationem quod pertinet

✠ ad doctri

Vestimenta sacerdotũ.

✠ 1 *Applica quoque ad te, &c.* In hoc capitulo agitur de ornamentis Aaron & filiorũ eius, per quæ designantur virtutes ministrorum ecclesiæ. Fuerunt autem quatuor ornamenta cõmunia Aaron & filiis eius. Primum fuit feminalia linea ad cooperiendum turpitudinem carnis suæ, & per hoc significatur castitas. Secundum, tunica linea, per quam significatur conuersationis honestas. Tertium, baltheus siue cingulum vestes restringẽs, per quod designatur moderatio rationis, superflua restringentis. Quartum fuit mitra in capite, per quam designatur rectitudo intentionis, scilicet vt omnia fiant ad gloriã Dei. j. Cor. x. g. *Omnia in gloriam Dei facite.* Ista quatuor esse debent in omnibus ecclesiæ ministris generaliter. Præter hæc autem, fuerunt quatuor ornamenta Aaron pontificis, per quæ significãtur quatuor quæ specialiter debent in episcopis refulgere. Primum fuit lamina aurea pendens super frontem, in qua fuit sculptum nomen domini tetragrammaton, per quam intelligitur iugis memoria domini. Secundum superhumerale, per quod intelligitur quòd pontifex debet infirmitates subditorum supportare. Heb. v. a. *Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur.* Sequitur: *Qui condolere possit his qui ignorant & errãt.* Tertiũ, rationale iudicij, per quod intelligitur potestas & scientia iudicandi. Quartum, tunica hyacinthina quæ erat coloris cælestis: ideo significat conuersationem cælestem, secundum quod dicitur Phil. 3. d. *Nostra autem conuersatio in cælis est.* In hac autem tunica erant tintinnabula aurea & mala punica: per quæ significatur sana doctrina cum bona vita quia. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Greg. ho. xxxvij.

✠ Moraliter

Vestimenta sacerdotis.

Thummim.

Nota.

✠ ad doctrinam: *Thummim* significat integritatem, quod pertinet ad veritatem, scilicet quòd integret verba sua. Secundum Iosephum ista doctrina & veritas siue Vrim & Thummim erat quidam fulgor procedens de lapidibus rationalis, qui designabat Deum placatum, & respõsum prosperum & quòd sic impleretur in effectu, sicut à pontifice petebatur. Dicit etiam Iosephus quòd iste splendor cessauit per ducentos annos antequã scriberet librum antiquitatum, quem scripsit Titi & Vespasiani tempore. Ra. Sa. dicit, quod Vrim & Thummim siue doctrina & veritas, erat nomen domini tetragrammaton positum in rationali sub lapidibus, virtute cuius manifestabatur veritas de interrogatis ipse sacerdoti quando consulebat dominum. Quartum ornamentum erat baltheus siue cingulum factum de quinque coloribus sicut superhumerale & rationale pulchra varietate factum, cuius extremitates sunt decenter fimbriatæ, dependebant in anteriori parte sacerdotis stringens superhumerale cum mitra hyacinthina posita in capite summi sacerdotis super aliam mitram byſſinam & aliis inferioribus vestimentis. Quintum ornamentum erat mitra hyacinthina posita in capite summi sacerdotis super aliam mitram byſſinã habens in inferiori parte semicirculũ aureum pulchrè fabrefactum, procedentem ab occipite vsq, ad vtrang, aurem. Sextum autem erat lamina aurea, pendens in fronte summi sacerdotis ligata cum mitra filis hyacinthinis, in qua erat nomen domini tetragrammaton inscriptum: nec erat facta ad modum Lunæ corniculatæ, vt dicunt aliqui, habentis cornua superius, & connexũ inferius: sed erat facta ad modum coronæ, vnde & corona vocatur in litera. Non tamen erat corona perfecta sed solum protendebatur ab aure in aurẽ, transiens super frontem, vt dicit Iosephus & Ra. Sa. ita quòd ipsa cum semicirculo prædicto quod erat

in

in parte posteriori capitis faciebat quasi coronã perfectam. Et vt melius dicta capiantur: describi prædicta in figura, qua inspecta & consideratis prædictis patet litera, paucis exceptis.

Exposition literalis.

1 Applica quoque, &c. *Hic agitur de vestimentis sacerdotum. Et primò in generali. Secundò in speciali, ibi:* Hæc autẽ erunt. *Circa primum dicitur:* Applica scilicet ad diuinum cultum per consecrationem in sacerdotium, de quo agitur casse.

Diuisio.

1 Faciesq; vestem sanctam. *Id est ad ministerium diuini cultus deputatam. Sanctum enim in vna significatione idem est quod diuino cultui deputatum. Nam non erat licitum sacerdotibus talibus vestibus vti, nisi in cultu tabernaculi.* 2 In gloriam. *Quia hoc cedebat ad gloriam Dei principaliter & secundariò ad honorem Aaron & filiorum eius, inquantum erant mediatores inter Deum & populum.*

3 In quibus sanctificatus. *Id est consecratus.*

4 Ministret mihi. *Quia ante consecrationem ipse non ministrauit, sed Moyses, vt habetur casse.*

Diuisio.

5 Hæc autem. *Hic agitur de vestimentis sacerdotum in speciali. Et primò de illis quæ erant specialia summo sacerdoti. Secundò de his quæ erant communia sibi & aliis sacerdotibus inferioribus, ibi:* Facies & feminalia. *Adhuc primò enumerat quæ sunt specialia summo sacerdoti. Secundò prosequitur de singulis, ibi:* Faciẽt autem. *Circa primam partem patet litera vsque ibi.*

6 Tunicã, &c. *In Hebræo habetur: Tunicam fimbriatã. Et loquitur de tunica hyacinthina, quæ erat pulchrè fimbriata, vt prædictum est.*

7 Lineam. *Quæ idem est quod tunica stricta, de qua suprà dictum est, quod erat vestimentum commune summo sacerdoti & aliis, & ideo eius enumeratio non habet hic locum sed infertus.*

8 Cidarim, &c. *Id est mitram cum lamina sancta sibi alligata.*

✠ 1 Facient

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ Dauid: *Nimis confortatus est principatus eorum.* His bis tinctus, A coccus adiungitur, vt ante Dei oculos omnia virtutum bona ex Psal.35. charitate decorentur, & quæ hominibus rutilant flamma intimi amoris accendantur. Charitas enim dum Deum & proximum diligit, quasi dupli ci tinctura fulgescit. Sed cũ mens ad præcepta charitatis extenditur, restat vt per abstinentiã caro macceretur. Vnde cocco bis tincto tortæ byssus additur, quæ candentẽ corporalis munditiæ significat castitatem, quę scilicet torta pulchritudini superhumeralis innectitur, quia tũc castimonia ad perfectũ mundiriæ candorem ducitur, cùm per abstinentiã caro fatigatur. Cumq; inter virtutes cæteras etiã afflictæ carnis meritum proficit, quasi in diuersa superhumeralis specie byssus torta candescit.

a *Facient autẽ superhumerale.* BEDA. Quia in humeris onera portamus, superhumerale põtificis labores bonorum operum, quæ iugiter coram domino ferre debet, ostendit. Quod bene primo faciendũ præcipitur. Qui enim ad sacerdotium magisteriumq; populi Dei promouentur, primùm eius opera cognoscantur, vt dum hoc quod foris patet omnibus irreprehẽsibile patuerit, integritas cordis & synceritas fidei probetur. Superhumerale ergo significat euangelicũ onus, de quo dicitur, *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Et alibi: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me.* Fit autẽ superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, byssoretorta, coccoque bis tincto. De auro scilicet vt ante omnia in habitu sacerdotali intellectus sapientiæ principaliter emicet. Cui hyacinthus aëreus adiungitur, vt quod intelligendo penetrat, non ad fauoré infimorũ, sed ad amoré cælestiũ surgat, ne dum suis pascitur laudibus, veritatis intellectu priuetur. Auro quoq; & hyacintho purpura permiscetur, vt sacerdotis cor cum summa quæ prædicat, speret: in se ipso & suggestiones vitiorũ reprimat, eisq; regia potestate contradicat, vt cælestis regni aditũ suis moribus defendat. In purpureo tamen colore potest effusio sanguinis pro Christo, vel diuersarũ tolerantia pressurarum intelligi. Hæc est enim crux; quã post dominũ portamus. Talis ergo species in humero sacerdotis refulget: vt cum doceat ad patiendũ esse paratum. Auro autẽ, hyacintho, & purpura bis tinctus adiungitur coccus, vt ante interni iudicis oculos omnia virtutũ bona ex charitate decorentur. Vt quæ homínibus rutilant, in conspectu Dei flamma intimi amoris accẽdat, quæ scilicet charitas qua Deum & proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Sed cùm mens ad præcepta charitatis dilatatur, restat vt per abstinẽtiam caro macceretur. Vnde bis tincto cocco retorta byssus adiungitur, id est munditiæ corporalis castitas, torta pulchritudini superhumeralis innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditiæ cãdorem ducitur, cùm per abstinentiã caro fatigatur.

Lib 3. de tabern. cap 4.

Matt.11.d. Luc.9.c.

✠ HIERON. Ephod pontificis esse vestimentum omnis scriptura testatur, & sacrum quoddam esse, & solis cõueniens sacerdotibus. Nec statim illud occurrat quod Samuel qui tenuita fuit scribitur in regnorum primo libro habuisse ætatis adhuc paruulæ Ephod Bad, id est superhumerale lineum. Aliud est enim ex supradictis quatuor coloribus, hyacintho, byssó, cocco, purpura, & ex auro Ephod habere contextum, aliud in similitudinem simplex & lineum.

Epist. ad Fabiolam.

IDEM. Quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus vniuersa subsistunt. Byssus terræ deputatur, quia ex terra gignitur. Purpura mari quia ex eius cochleolis tingitur. Hyacinthus aëri propter coloris similitudinem.

b *Coccoq; bis tincto & byssó retorta, opere polymito.* BEDA. Coccus ignis specie refulget, & fortassis bis tinctus fieri præcipitur, quia ignis duplicem vim habet, vrendi scilicet, & lucendi: cuius naturam præsulem docturæ salutaris imitari oportet, vt lucem scientiæ desiderantibus aperiat, & rubiginem peccatorum in contemptoribus increpando conburat. Cùm enim auditoribus dulcia scripturarum arcana miracula & parabolas euangelicas exponit: velut in habitu suo fulgorem lucis ostendit. Cùm verò memorat æterna vltione superbos percutit, quasi terrorem flammæ vorantis ostendit. Qui enim sermonem facit ad populum, nec solùm increpandis reatibus, nec solùm reserandis scripturarum secretis debent instare: ne tantùm de correctione peccatorum disputans minus audiatur, vel mysteriorum tantùm secreta referans minus prosit. Temperet ergo ex vtroque sermonem, vt cælestium secretorum pandat suauitatem, & morum correctionẽ, quasi bis tinctum in suo habitu coccum demonstrans.

Moraliter.

c *Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere summitatum vt in vnum redeat.* BEDA. De hoc in sequentibus dicitur. Fecit igitur superhumerale de auro, hyacintho, & purpura. Et paulo post: Duas quoque oras sibi inuicem copulatas in vtroque latere à summo vsque deorsum, ita vt dimidium vestis intuentium oculis foris appareret: dimidiũ verò aliud intrius lateret: sed oræ vtræque coniunctæ vsque ad extremos angulos ad inferiora descenderent, in quo typicè intelligitur, vt cùm bona foris opera proximis ostendimus: eadem intus coram domino integra seruemus, ne castitatem puræ cogitationis minor actionis perfectio sequatur: vel perfectionem actionis imperfectior mentis intentio, sed quasi duæ oræ superhumeralis sibi intus pura & simplici intẽtione iungantur in vtroque latere superhumeralis: vt inter aduersa & prospera concordi actione domino seruiamus. Deserit nanque ora, vt breuior latiorem & discordante mente fura in vnum redire nequeunt: si cùm extrinsecus bona facere pro æterna retributione cernimur: intentione placendi hominibus in secreto mentis implicamur: humanique fauoris magis quàm vitæ inuisibilis præmia requirimus.

Mystice.

d *Ipsa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho ac purpura, coccoq; bis tincto, & byssó retorta. Sumesque.* BEDA. Non in vna parte aurum, in altera hyacinthus vel alij colores fuerunt, sed omnes per omnia cum auro contexti: quia in actione sacerdotis nec ad horam aliqua magnarum virtutum debet intermitti: sed auro sapientiæ iungatur spei hyacinthus in superna erectus: & purpura regni cælestis contra vitiorum bella magnanimis super cocco bis tincto geminæ dilectionis: & byssó retorta, id est castitate carnis sacerdos debet esse nitidus.

☞ a *Duos*

a ¶ Nihil vile vel fordidum in sacerdotis ore vel opere debet apparere.

Accipiéntque aurũ & hyacinthum
& purpuram, coccumq; bis tinctum,
a ¶ Primo, scilicet quia prius debent opera eius cognosciquã promouetur ad officium sacerdotis.
a & byssum. Fãcient autem superhu- 1



a ¶ Labores operum quos debet coram domino iugiter sacerdos præsentare. ¶ Superhumerale hoc dicitur fuisse in modũ cuculliæ sine manicis pileum habens rotundum, & quadratam in pectore apertura vbi rationale ponebatur. b ¶ Vt intellectus sapientiæ emicet. c ¶ Vt per hoc quod intelligit ad amorem cælestium surgat.

mẽrale de auro & hyacintho, ac pur- 2
a ¶ Vt vitiis regia potestate contradicat. b ¶ Vt Deum & proximum simul diligat. c ¶ Candore corporalis munditiæ.
b pura, coccoq; bis tincto, & byssó re- 3
a ¶ Macceratione carnis. b ¶ Varietate virtutum & operum. c ¶ Operationem & intentionem.
c tortã, opere ✝ polymito. Duas oras iun- 2
a ¶ Prosperitatis & aduersitatis. ¶ Vt cõcorditer Deo seruiãt. 3
d tas habebit ĩ ũtroq; latere summita- ✝ Et cingulum ipsum superhumerale quod est super ipsum eodem opere fieri debet, & eadem materia.
tũ, vt in vnũ redeãt: ✝ ipsa quoq; textura & cũcta opis varietas erit ex auro, & hyacintho, ac purpura, coccoq; bis tincto, & byssó retorta. Sumésque

✠ Plumarij.

✠ 1 Facient aut. *Hic prosequitur in speciali de ornamentis specialibus summi sacerdotis, & diuiditur secundum numerum ornamentorum: & patebunt partes prosequendo. Primò ergo prosequitur de superhumerali, cum dicit:* Facient autem, &c.

2 Opere polymito. *Id est pluribus filis & coloribus & figuris variato, & dicitur à πολὺ quod est multum, & μίτος filum.*

3 Duas oras iunctas habebit. *Quia ora latitudinis iunctæ erant* ✠ *in*

☞ a *Duos la. &c.* Vt sacerdos fidem & vitam patriarcharum imitetur: & duodecim tribuum in sacrificiis & orationibus memor sit, & populus intuens non aberret à patriarcharum meritis. A

b *Inclusos auro, &c.* BEDA. Aptè lapides includi auro atq; circundari inuenimus: auro nanque intellectus vel charitas insinuatur: quia sicut aurum metallis, ita charitas præstat virtutibus cæteris. Includũtur verò lapides pretiosi & circundantur auro, cùm operatio virtutum puro vndiq; intellectu circumspicitur, vt nihil vitiorum latere, nihil sordis permittatur remanere, & ipse virtutes ita vinculo charitatis cõtinentur, vt nulla rerũ mutabilitate à statu suo decidere, vel de habitu sacerdotis torpẽte custodia mẽtis valeant prolabi.

Lapides memoriæ.

Sap.18.d. Facies eas opere pleclitas ad similitudinẽ rationalis meum arboris condentẽ se inuicem complectium.

c *Portabitque Aaron nomina eorum coram domino super vtrunq; humerum ob recordationẽ.* Quia sacerdos diligenter omni hora præcedentium sanctorum vitam perpendens in aduersis & prosperis virtutum ornamento debet muniri, vt per arma iustitiæ à dextris & à sinistris gradiens in nullo delectationis infimæ latere flectatur.

Causa quare Aaron nomina patriarcharũ portabat.

BEDA. Tribus causis Aaron nomina patriarcharum inter sacrificia semper in humeris sicut & in pectore portabat, vt ipse scilicet fidem vitámq; patriarchũ meminisset imitari, vt duodecim tribuum, quæ de his natæ sunt in orationibus & sacrifiB ciis memor esset, vt populus scripta in veste præsulis patrũ nomina videns sedulò curaret, ne ab illorum meritis discedens ad errorum contagia declinaret. vnde: *Et pones in vtroque latere superhumeralis memoriale filiis Israel.* Nunc quoque pontifex in superhumerali nomina patriarcharum gestat, cùm doctor vel prẽsul ecclesiæ in omnibus quæ agit præcedentium patrum facta considerat, atque ad eorum imitationẽ dirigere vitam, & onus euangelicæ perfectionis satagit ferre. Nomina verò patrũ bene in lapidibus pretiosis sculpuntur. Lapides pretiosi, opera virtutum spiritualium sunt. Habetque sacerdos in humeris lapides pretiosos, & in eis nomina patrum scripta: cum claritate bonorum operum cunctis mirandus extiterit, & eandem claritatem non à se nouiter inuentam, sed antiqua sibi patrum autoritate traditam docuerit. Duplici autem ratione hæc in humeris portat, vt & ipse præceptis domini humiliter subditus incedat, & auditoribus suis semper cælestia siue sua siue patrum exempla quæ sequantur, proponat.

Mystice.

d *Facies & vncinos ex auro, & duas catenulas auri purissimi sibi inuicem cohærentes quas inferes vncinis.* BEDA. Vncini isti in supremis erant angulis superhumeralis fabrè affixi, catenulæ autem non in superhumerali, sed in rationali, id est in superioribus eius angulis. Per annulos aureos videntur fuisse annexæ, vt dum indueretur pontifex, catenulæ quæ de rationali pendebant, possint etiam vncinis superhumeralis annecti, vt vtraque sibi firma positione cohærerent. Vnde apertius in sequentibus, Fecerunt in rationali catenulas sibi inuicem cohærentes de auro purissimo, & duos vncinos totidemq; annulos aureos. Porrò annulos aureos posuerunt in vtroque latere rationalis, è quibus penderẽt duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt vncinis qui in superhumeralis angulis eminebant, de quorum figura melius in rationalis expositione tractabitur. Hi erant in oris superhumeralis, quibus catenæ rationalis coniungẽbantur superhumerali, quia bona opera & cogitatio munda inuicem per charitatem & bonam C intentionem sunt nectenda.

Mystice.

e *Rationale quoque iudicij facies opere polymito.* ✠ TERTVL. Cur duodecim Apostolos elegit & non alium quemlibet numerum? Næ & ex hoc meum Christum interpretari possem, non tantum vocibus, sed & argumentis rerum prædicatum. Huius enim numeri figuras apud creatorem deprehendo. Duodecim fontes Elim, & duodecim gemmas in tunica sacerdotali Aaronis, & duodecim lapides à Iesu in Iordane electos, & in arcã testamenti conditos. Totidem enim Apostoli portendebantur.

Lib 4 aduersus Marcionem.

✝ Sculptura eorum qui figilla sculpunt.

✠ HIERONY. Rationale in medio positum terram ediffecerunt Hebræi, quæ instar puncti, licet omnia in se habeat, tamen à cunctis vallatur elementis. Duodecim lapides, vel zodiacum interpretantur circulũ, vel duodecim menses, & in singulis versiculis singula assignant tẽpora, & his ternos deputant menses. Nec alicui gẽtilis videatur expositio. Non enim si cælestia & Dei dispositionem idolorum nominibus infamarunt, idcir co Dei est neganda prouidentia, quæ certa lege currit & fertur & regit omnia. Nam & in Iob Arcturum & Orionem & Mezaloth hoc est Zodiacum circulum, & cæteræ astrorum nomina legimus. Pulchrè autem hoc ipsum quod in medio est, appellatur rationale. Ratione enim cuncta sunt plena & terrena hærent cælestibus.

Epist. ad Fabiolam.

GREG. Præcipitur, vt in pectore Aaron rationale iudicij vittis ligantibus imprimatur, ne cor sacerdotale fluxæ cogitationes possideant: sed ratio sola constringat, ne indiscretum vel inutile cogitet, qui ad exemplum constitutus grauitate vitæ semper debet ostendere quantam rationem portet in pectore. In rationali duodecim nomina patriarcharum describuntur, patres præscriptos semper in pectore ferre est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur, cùm præcedentium patrum exempla semper intuens cogitationes illicitas deprimit: ne pedem tendat extra limitem ordinis. Rationale iudicij dicitur: quia debet rector subtili examine bona malaque discernere, & quæ vel quibus, quando, & qualiter congruant studiosè cogitare: nihil proprium quærere, sed sua commoda propinquorum bona deputare. Vnde: *Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem, &c.* Sacerdos enim iudicium filiorum Israel in pectore gestat in cõspectu domini, cùm subiectorum causas pro sola interni iudicis intẽtione discutit, vt nihil humanitatis admisceat, in hoc quòd diuina positus vice dispensat, ne correctionem priuatus dolor exasperet. Cumque contra aliena vitia æmulator ostenditur, quæ sua sunt exequatur: ne tranquillitatem iudicij aut latens inuidia maculet, aut præceps ira perturbet. Sed dum consideratur terror eius qui super omnia præsidet, id est, iudicis intimi non sine magno timore regantur subiecti.

In pastorali par. 2. cap. 2.

BEDA. *Rationale quoque iudicij facies opere, &c.* Sicut in superhumerali operum perfectio, ita in rationali iudicij quo pectus sacerdotis tegitur & ornatur cordis & cogitationum eius castitas exprimitur. Et bene post humerale rationale iudicij sequitur, vt cùm ante homines quis innocens manibus appareat: multò magis in conspectu summi iudicis mundus corde assistere contendat, omnia agens de industria, vt quicquid foris erga proximos agit aut iudicat, totum ex regula internæ rationis probatum & suo conditori placitum fulgeat. Item rationale iudicij sacerdos in pectore ferre præcipitur, quia debet rector subtili examine bona malaque discernere, quæ & quibus, quando vel qualiter congruant studiosè cogitare.

Vbi supra cap 5.

F

☞ a *Duplex*

✠ *vt lateribus sacerdotis, vt prædictum est cum vncinis: & sic anterior & posterior iungebantur simul.*

1 Inclusos auro atque circundatos, & pones in vtroque latere superhumeralis, memoriale, &c. *Id est situatos in auro per circuitum partis interioris iuxta pannum superhumeralis, vbi lapides erant*

erant situati sicut situantur in annulis.

2 Facies & vncinos ex auro, & duas catenulas, &c. *Qui erant positi in superiori parte superhumeralis circa scapulas.*

3 Rationale quoque. *Hic prosequitur de rationali, & dicitur rationale iudicij: quia in ipso iudicabat summus sacerdos, consulens dominum quid esset agendum.*

✠ 1 *Quadran*

a *Duplex erit.* Beda. Factū est rationale, vt facilius pondus lapidū A sustineret. Vnisce autem nos admonet, vt rationem nostri exa- ininis inuisibilis arbiter probet, nec humana foris existimatio Vbi supra. Mystice. meritò condemnat. Vel duplex erit rationale iudicij, quando ea quæ de fide veritatis & vita inuisibili loquimur, aut cogitamus, fixa ratione subsistunt. Et quæ visibiliter agimus aut agere disponimus, iudicio discretionis librata sunt. Quòd autē men- Sap.18.d. suram palmi habebat per quadrum, pię intentionis conatum infatigabilē & perpetuum ostendit. Qui enim palmo aliquid metitur, summo conamine expansis digitis manum extendit, vt possit mensuram quam quęrit, plene & certè tenere. Vnde sicut per manum operatio, ita per palmum exprimitur inflexibilis operationis intentio, & bene idem rationale tam in longitudine quā in latitudine habet mensurā palmi: quia siue in longitudine vitæ æternæ desiderium mentis erigat, siue in latitudine charitatis ad curam proximi inclinet affectum, necesse est per omnia cor sacerdotale non desidiosum esse, sed ardente desiderio extendi, vt comprehendat brauium supernæ vocationis Dei.

a ¶ Quia in vtraque parte mensuram palmi habebat. b ¶ Vt examen sacerdotis Deo placeat & homis non contemnat. ¶ Vt fortiter pondus gemmarum sustineat. c ¶ Insti- gabilem piæ intentionis conatum.

a torta. Quadrangulum erit & duplex: Mensurā palmi habe- 1

a ¶ Aeternæ vitæ desiderandæ. b ¶ Charitatis gratia ad curam proximi. c ¶ Positio diuersa- rum gemmarum, multiplicia gratia virtutum, quæ concors in serie debet in corde sacerdotis apparere. 2

b bit, tam in longitudine, quàm in latitudine. Pōnésque in eo

a ¶ In quatuor ordinibus tantum sunt terni lapides, id est in principalibus virtutibus trinitatis fides. b ¶ Qui vt aiunt rubræ terræ similis vulgo cornelons dicitur. 3

quatuor ordines lapidum. † In primo versu erit lapis sardius,

a ¶ Topazius pretiosissimus omnium colorum & maxime aureus, vnde topazion dicitur quasi- topadion, id est omnium colorum. b ¶ Viridissimus. c ¶ Qui nocte lucere dici- tur, & cetera se omnia illustrare. d ¶ Sereno cælo simi is.

& topazius, & smaragdus: In secundo carbunculus, sapphi-

a ¶ Obtusi vitroris qui contra phantasmata dicitur optulari. b ¶ Qui hyacinthini coloris fertur & inuenitur in renibus bouis. c ¶ Ab Achate fluuio Siciliæ vbi inuenitur: & fertur esse nigri coloris habens candidos in superficie ramos. d ¶ Purpurei & violacei coloris.

rus, & iaspis: In tertio ligyrius, achates, & amethystus. In

a ¶ Totus aureus. b ¶ Onyx Græce, vnguis Latine: vnde onychinus lapis qui humani vnguis habet colorem. c ¶ Aquatici coloris, qui non potest sculpi, vt aiunt. 4

c quarto chrysolitus, onychinus, & beryllus. Incluſi auro erunt

a ¶ Vt sacerdos inspiciens viam sanctorum quibus floruerint virtutibus, meditetur & operando imitetur.

per ordines suos, habebuntq; nomina filiorum Israël. † Duo- decim nominibus cælabuntur singuli lapides nominibus

a ¶ Quod cogitationum mundiriam significat. ¶ Industriam mentis quæ doctorum intellectum cum operatione coniungime valeat separari.

d singulorum per duodecim tribus. Facies in rationali † cate- 4

nas sibi inuicem cohærentes * ex auro purissimo, & † duos

a ¶ Iugem memoriam perpetuæ claritatis in cælis. b ¶ Angulo, scilicet.

ānulos aureos, quos pones in vtraque rationalis summitate,

a ¶ Dilectionem Dei & proximi.

† cātenasque aureas iunges anulis, qui sunt in margini- bus eius: & † ipsarum catenarum extrema duobus co-

a ¶ Firmæ, scilicet intentionis Deo placendi, quæ omnino apta sit suscipiendæ dilectioni Dei & proximi: siue in prosperis siue in aduersis. b ¶ Bonæ actionis.

pulabis vncinis in vtroque latere superhumeralis, † quod

& hoc in vtroque populo, vt Iudæus & Gentilis claritatem veritatis & pietatis, in doctore aspiciat, per quam ipse ad meliora proficiat.

† Funiculos aureos.

† Ipsorum duorum funiculorum.

Moraliter.

b *Ponesque in eo.* Beda. Hæc positio diuersarum gemmarum in rationali, multiplicem variarum virtutum gratiam ostendit, quæ concordi serie in corde sacerdotis debet semper apparere. Singuli autem lapides singulis partum nominibus inscribuntur, dum sanctorum vitam rector inspiciens, qui maximè quibus virtutum operibus floruerint, sollicitè scrutatur, & hæc cuncta in secreto pectoris colligit, & operando prodit. Magno enim sacramento vtraque vestis lapidibus pretiolis redimitur, & patrum nominibus insignibus insignitur. Ipsa quoque nomina, in superhumerali duobus lapidibus eiusdem generis. In rationali verò duodecim diuersi generis sculpta sunt. Quòd autem patres lapidibus pretiosissimis & nō diuersi coloris sculpti sunt, significat quòd vna fides in Deum, & vna charitas & spes vitæ cælestis, omnium patrum corda repleuerit. Quòd diuersi generis lapidibus scripti sunt, multiplex est varietas, & gratia bonorum operum, quibus sanctorum fides, spes, & charitas confirmata refulget. In rationali quatuor erant ordines lapidum, & singuli habuere tres lapides, vt scilicet quatuor principalibus virtutibus, fidem trinitatis non fictam teneamus. Quatuor enim ordines gemmarum habet in pectore sacerdos, cum omne quod cogitat, prudentia circumspectum, fortitudine firmum, iustitia eximium, temperantia à malis omnibus fuerit segregatum. Sed idem ordines, ternas habent gemmas cum prudentia, fortitudo, iustitia & temperantia, trinitatis fide & recta operatione consistit. Aptè ergo sacerdos, vt opere fulgeat quatuor in pectore versus gemmarum baiulat. vt verò cum operibus fidei syncerita- te sit castus, ternas in singulis versibus habet gemmas, vt omnibus veræ fidei confessionem, & imitandam actionem ostendat, vt & illi membra summi sacerdotis mereantur effici.

C

Mystice. † Cogitatio nis.

Beda. Possumus in vario decore lapidum, non solùm claritatem multifariam sacerdotalis actionis & † cognitionis: sed etiam spiritualium accipere dona virtutum, & miracula sanitatum. De quibus dicitur: *Infirmos curate, &c.* Et alibi: *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequētur: In nomine meo dæmonia ejicient.* Quicquid autem designent, rectè duodenarius in rationali fieri præcipitur, vt eorum actus, & miracula, qui apostolicæ fidei & charitatis virtutem sequuntur, acceptos Deo etiam nouerimus. Si quis autem loquitur linguis angelorum, & facultates suas distribuerit pauperibus, corpúsq; tradiderit, vt ardeat si vnitatem catholicæ charitatis non habuerit, nihil illi prodest.

D

Matth. 10.a. Marc.16.d.

1.Cor.13.b.

c *Onychinus.* Beda. Rectè autem duo lapides onychini, in superhumerali eodem numero patrū insculpti sunt, vt doctrinā fidémque apostolorum vtrique populo, Iudæorum, scilicet & gentium profuturam designarēt. Onyx rubri coloris circulos habens, albis cingentibus zonis, charitatis ardorem vel scientiæ lucem significat comitante zona castitatis: huiusmodi lapidibus inscripta patrū vocabula gestat sacerdos, cum præcedentium iustorū imitandæ charitati, castitati, humilitati, doctrinæ, cæteríq; virtutum operibus iuge studium impendit, & hoc in vtroque populo, vt Iudæus & Gentilis claritatem veritatis & pietatis, in doctore aspiciat, per quam ipse ad meliora proficiat.

† Vrim & Thummim. lumen & plenitudinem.

† Duodecim secundum nomina ipsorum sculpta sicut prore singulorum.

† Anulos. †Opere pectoris vide paulò suprà. † Ambos.

E

†Vnum è regione alterius.

d *Facies in rationali, &c.* Beda. Ordo operis quantum nobis videtur hîc fuit. Duo erant vncini suprà in duobus superhumeralis angulis positi, & duo contra anuli in duobus rationalis angulis sursum, è quibus pendebant duæ catenæ aureæ, quæ in tempore induendi inserebantur vncinis, qui in superhumeralis angulis eminebant: vt in sequentibus apertius scriptum est, vt superhumerale & rationale mutuò necterentur, quorum superior connexio hucusque descripta est. Sequitur autem de inferiori, quæ erat subtus ascellas, scriptura ita subiiciens: Facies & duos anulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis & in oris quæ è regione sunt superhumeralis & posteriora eius aspiciunt. Quòd dicit in oris quæ è regione sunt superhumeralis, nō significat in oris superhumeralis: sed in oris illis quę è regione sunt superhumeralis, id est in oris rationalis quę è regione superhumeralis sunt. Anuli enim qui in vltimis & infimis erant angulis rationalis, habebant contra se in vtroq; latere superhumeralis æquè anulos alios, quibus ipsi vittis ligantibus iungerentur, de quibus sequitur, necnon & alios duos anulos aureos, qui ponēdi sunt in vtroq; latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciē iuncturæ inferioris, vt aptari possit cum superhumerali: quia de iunctura superioris quæ erat super scapulas, antè dixerat. Inter quas, scilicet iuncturas hoc distabat, quòd superior catenulis, inferior vittis erat facta ligātibus. Vnde subditur: Et stringetur rationale anulis suis cū anulis superhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à se inuicem rationale & superhumerale nequeant separari. Non autem putandum est vtrumque indumentū simul e sse terminatum. Nā rationale quod mensurā palmi in altitudine, & latitudine & ante & retrò habuit, non multū amplius quā pectus texit. Superhumerale verò vsq; ad cingulū puenit, sicut posterioribus planè ostenditur, cùm dicitur: Hæc & ante & retrò ita cōueniebat sibi,

F

☞ vt

NICOLAVS DE LYRA.

☞ 1 Quadrangulū erit: *Ratione supradicta.* 2 Et duplex: *id est de panno duplicato duplici causa. Vna est: vt pondus lapidum ibidem situatorum melius sustineret. Alia est secundum Rab. Sa. vt inter illos duos pannos nomen domini tetragrammaton includeretur.*

3 In primo versu. *Id est ordine.* 4 Facies in rationali catenæ. *Id est opere plectili. Istæ sunt eadem catenæ, quæ suprà dicuntur inserta vncinis superhumeralis, secundum partem superiorem catenarum: sed pars inferior erat inserta anulis ipsius rationalis: & ideo de istis catenis fit mentio in vtroque opere, scilicet superhumeralis & rationalis.*

☞ Facies

☞ vt superhumerale & rationale necterentur mutuò ad baltheum A stricta & anulis fortius copulata, quos iungebat vita hyacinthina, ne laxa fluerent, & à se inuicem mouerentur.

Allegoricè. Beda. Superhumerale consummationem bonorum operū, rationale significat munditiam cogitationum. Connexi autem mentis industriam, qua doctorum intellectus & fides cum operatione iungitur. Manet enim iunctura fabrefacta: vt rationale & superhumerale nequeant separari quando tanta eruditione, tāto operum studio præeminet rector, vt nihil ex his quæ facienda cognouerit, imperfectū relinquat, & quod secerit, virtute rectitudinis non priuet incuria. Defluunt enim indumenta pontificis, & ab inuicē mouentur: si decus operis minor custodia cordis fordidat, vel castitatem cogitationis integritas nō sequitur actionis. Sed ne dissoluantur habet sacerdos in rationali duas catenulas ex auro purissimo id est continuationem castæ, & non fictæ dilectionis cordi firmiter affixam, quæ nunquàm manum & linguam ab æquitate puri sensus dissentire permittat. Et bene duas vt etiam in his quæ ad cultum Dei, & in his quæ ad fraternæ subsidium necessitatis pertinent, ornatus incedat. Bene autem opus charitatis per catenulas aureas signatur, quia sicut catenula ex plurimis auri virgulis contexitur, ita charitas ex multifaria virtutum operatione perficitur. Quas virgulas apostolus exponens ait. *Charitas patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, &c.* Habet sacerdos anulos aureos è quibus catenæ pendent, id est iugem memoriam, nunquam finiendæ claritatis in cælis, ex qua solùm memoria fit, vt maneant nobis continua vincula charitatis. Habet duos vncinos superhumeralis eminentes: quibus inserantur catenæ, id est in exordio boni operis habeat firmam intentionem Deo placendi, quæ per omnia apta sit suscipiendæ & continendæ in sodilectioni Dei & proximi, vt siue prospera siue aduersa occurrerint, nunquam saluberrima piæ deuotionis retinacula laxet. Hoc est enim sacerdotem in vtroq; humero vncinos qui catenulas rationalis excipiant, habere, in prosperis & in aduersis Deo fixum placendi studium gerere, & huius intentione in Dei & proximi amore firmari. Inserunt ergo se vncinis superhumeralis catenulæ aureæ, quæ de rationalis summitatibus efferuntur. Cumque enim mens, quæ rationabiliter de internæ lucis claritate degustat, mox alacritatem bene operandi amplectendo suscipit, ne fortè habitus rationalis pulcherrimus à pectore sacerdotis relabatur: si non eum acceleratis bonæ actionis vncinis contineat.

1.Cor.13.b.

Beda. Quod superhumerale strictum erat baltheo, de quo in sequētibus dicitur: & desuper superhumerale imposuit: quod stringens baltheo aptauit rationali, apertè ostendit: quia custos bonorum operum est continentia: ideo qua dicitur. *Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardentes, &c.* Lumbi, scilicet præcincti per continentiam: lucernæ ardentes per virtutum operationem.

Luce.12.e.

a *Vitta hyacinthina, &c.* Beda. Vittæ hiacinthinę quibus vterq; sacerdotis habitus copulatur, ligaturæ sunt desiderij cælestis, C quæ anulis aureis innexæ superhumerale cum rationali stringunt cum agnita luce perennis patriæ in illam gloriam suspiramus,

a ¶ Munditiam cogitationis.

rationale respicit. Facies & duos anulos aureos, quos po- 1

¶ Duobus angulis. a ¶ In oris, scilicet rationalis.

nes in summitatibus rationalis, † in oris, quæ è regione 2 sunt superhumeralis, & posteriora eius aspiciunt, necnon & alios duos anulos aureos, qui ponendi sunt in vtroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari possit cum superhumerali, vt strin-

a gatur rationale anulis suis, cum anulis superhumeralis, vitta

¶ Ingeniose vel artificialiter, sciber enim quilibet artifex dicitur.

hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à se inuicem

b rationale & superhumerale nequeant separari. Portabitque Aaron nomina filiorum Israël in rationali iudicij super † pectus suum quando ingreditur sanctuarium, † memoriale co- 3

c ram domino in æternum. Pones autem in rationali iudicij

¶ Vt studeat sacerdos doctrinam & veritatem inquirere & docere. ¶ In rationali doctrina & veritas vel literis impressa, vel nomini tantum sancto impositæ erant.

† doctrinam & veritatē, quæ erunt in pectore Aaron, quādo

a ¶ Vt causas subditorum pro sola Dei intentione discutiat, nihil simultatis admiscens.

ingredietur corā domino, & gestabit iudicium filiorū Israël

¶ Deo beneplacens.

d in pectore suo in conspectū domini semper. Facies & tuni- 4

a ¶ Opus cæleste vsque ad finem vitæ. ¶ Firmissimam. ¶ Supremam, scilicet.

c cam superhumeralis totā hyacinthinā, in cuius medio suprà 5

re, maximè cùm ministrat altari, vt in quo sacratius est ministerium, solertius se toto studio, tota industria mētis exornet & corporis, exempla sanctorum respiciens vt eorum sedulus imitator aptum se diuinis præsentet aspectibus.

c *Pones autem in rationali iudicij, &c.* Beda. vt scilicet meminerit sacerdos se studiis doctrinæ & veritatis inquirendis, non curandis ruminandisque secularibus negotiis, per acceptum sacerdotium fuisse consecratum. Sed vt quod exterius typicum in veste præfulgebat, intus in corde veraciter expressum coruscaret. Item doctrina & veritas in rationali erant positæ, vt monstraretur quia vestis illa non solùm legalem induebat pontificem: sed & euangelicum prænuntiabat, scilicet ipsum Christum: de quo dicitur: *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum patefacta est.* Vel apostolos & omnes gratiæ nouæ præcones. Gestat autem iudicium filiorum Israël in pectore suo in conspectu domini, cùm subditorum causas pro sola interni iudicis intentione discutit, vt nihil simultatis admisceat in eo quod diuina vice dispensat.

Historicè.

E

Ioan.1.b.

Augvst. Pones autem in ra. &c. In quali re vel metallo ponatur demonstratio & veritas super rationale (quia talia dicit fieri in veste sacerdotis quæ corporaliter sunt) inuenire difficile est. Fabulantur tamen lapidem fuisse, cuius color ad aduersa vel prospera mutaretur, quando sacerdos intrabat in sancta. Et hoc est quod ait: Et afferet Aaron iudicia filiorum Israël super pectus suum, ostendens, scilicet in illa demonstratione & veritato quid de illis iudicauerit dominus, quamuis intelligi possit demonstrationem & veritatem literis impositam super λογίῳ.

Quæst.117. in Exod.

d *Facies & tunicam, &c.* Beda. Tunica talari tota hyacinthina vestitur sacerdos, vt admoneatur opus cæleste non modò inchoandum, sed vsq; in finem esse ducendum omnibus qui salui esse volunt. Tunica enim hyacinthina vsque ad pedes vestiri, est bonis operibus vsque ad finem vitæ insistere secundum illud. *Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ.* Et quia ita solummodo ad perfectionem boni operis infatigabilis proposito peruentiemus, si hanc fixa intentione supernæ remunerationis incipimus, rectè additur.

Moraliter.

Apoc.2.c.

e *In cuius medio supra erit capitium & ora per gyrum eius textu-* F

☞ *ius:*

NICOLAVS DE LYRA.

☞ 1 Facies & duos anulos, &c. in sum. ra. *id est, parte exteriori, quæ est superior respectu illius quæ est magis propinqua corpori sacerdotis.*

2 In oris quæ è regione, &c. *Id est ex opposito correspondentes.*

3 Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatē, &c. *Id est*

Id est lapides per quorum fulgorem manifestabitur sacerdotis diuinum beneplacitum: & hoc secundum Ioseph. um: secundum verò Rab. Sa. nomen domini tetragrammaton fuit inclusum modo prædicto.

4 Facies & tunicam. *Hic prosequitur de tunica hyacinthina.*

5 In cuius medio supra erit capitium. *Id est apertura per quam intrabat caput sacerdotis.*

☞ 6 Et ora

☞ *In sicut fi. &c.* Capitium tunica hyacinthina firmissimum habet: A & oram exsolo textam, ne facilè rumpatur, cùm primordiũ boni operis forti radice timoris domini subnixum, & contra omnes insidias antiqui hostis probatur esse munitũ. Talis ora collum sacerdotis per gyrum vestit & ornat, quando rectori fiduciã prædicandi cælestia præbet: hoc quòd nõ solùm in vitæ cursu rectè vixerit, sed exordium quoque à recti studio sumpsisse cæperit, sicut vel collatio Samuel, Hieremias, Ioannes, qui ab ipsa infantia spirituali gratia repleti, & in doctorum ordine sunt separati. Quia enim vox in collo est, per collum rectè loquẽdi vsus exprimitur, sicut fieri solet in extremis vestium partibus: sicut vestibus opera, ita extremis vestium partibus operum consummatio figuratur. Vel extremæ vestium partes vltimæ sunt nostræ sollicitudines, quibus fideles cùm finiro vitam coguntur, intentius ab omni labe malorum se expurgare contendunt cùm metu & pauore curantes ne ante districtum iudicem producti pro sordido vitiorum habitu expellantur in tenebras exteriores, sed appareant induti, sicut electi Dei viscera misericordię benignitatem, modestiam, patientiam & charitatem, quod est vinculum perfectionis. Tunica ergo hyacinthina habet oram in capitio textilem: sicut in extremis vestium partibus solet fieri cùm doctor egregius à tanta perfectione opus virtutũ inchoat, ad quantam alius longo labore vix aliquando perueniat & cum tanto timore famulatus omni hora cum Deo suo ambulat, quantùm alius vix moriturus: & ad iudicium vltimum ingressurus habere sufficiat: sed quia tota perfectio sacerdotis in operibus & doctrina veritatis consistit, secundum illud: *Cæpit Iesus facere & docere*: rectè subiungitur: Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ.

Coloss 3.b.

Act. 1.a.

1.Cor. 5.c.

B Beda. Facies & tunicam, &c. Tunicam superhumeralis dicit cuius pars superhumerali tegebatur: ad distinctionem tunicæ quæ erat interius linea: quarum meminit superius dicens: Hæc autem erunt vestimenta quæ facient rationale & superhumerale tunicam & lineam strictam, &c. Interior autem erat linea byssina: quod lini esse genus nobilissimum constat. Exterior verò tunica tota hyacinthina nihil alterius coloris admittens: cuius specie vniformi qualis esse debeat: vita sacerdotis docetur † superni, scilicet desideriis intenta: conuersationem habens in cælis, & saluatoris expectans aduentum: quæ sicut & byssina ad pedes pertingebat. Vnde vtraq; Græcè ποδήρης dicta est: vt ostẽdatur in sacerdotali vita nihil infirmum ac sordidum remanere: sed omne quod agit quasi æthereo colore pretiosissimum vniuersa membra eius à capite vsque ad pedes gratia virtutum tecta esse debere.

† Superius poderis.

Epist. ad fabiolam.

✠ Hieronymvs. Sicut vestimentum lineum terram significat, sic hyacinthinum aërem in colore demonstrans. Ipsa ergo vestis hyacinthina à capite vsque ad talos veniẽs indicat aërem de cælis vsque ad terram fusum. Mala autem punica & tintinnabula, fulgura & tonitrua demonstrant, siue terram & aquam & omnium elementorum consonantiam.

Quæst. 119.

✠ Athanasivs. Talaris tunica typus est humanæ carnis qua se totum Dei verbum induere non recusauit.

Lib. 1. regiũ. cap. 24.

a *Deorsum verò, &c.* Greg. Cum rector se ad loquendũ præparat, quam cautè loquatur attendit, ne inordinatè loquens corda audientium errare faciat, & sapiens videri desiderans vnitatis compagem insipienter scindat. vnde: *Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.* Qui enim sapienter loqui nititur, timeat ne eius eloquio vnitas confundatur. vnde: *Non plus sapere quam oportet sapere, &c.* Hinc est quod tintinnabulis mala punica coniunguntur. Per mala enim punica fidei vnitas significatur, quia sicut in malo punico vno cortice multa interius grana muniuntur, ita innumeros populos ecclesię vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Bene ergo dicitur: *Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos*, &c. ac si per habitum sacerdotibus dicatur, mala punica tintinnabulis iungite: vt per omne quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis.

Mar. 9. g.

Rom. 12. a.

C

Beda.

Beda. Deorsum ad pedes tunicæ fiunt quasi mala punica D & tintinnabula per gyrum, quando ad tantam excellentiam donotæ conuersationis sacerdos peruenerit, vt nihil in eo, nisi splendor & gratia flosque varius bonorum operum videatur, nihil aliud cum os aperiet quam suauissimus horum sonus audiatur. Quia enim in malo punico multa interius grana vno cortice tegũtur: rectè per mala punica multifaria virtutũ operatio vno charitatis munimine vndique tecta signatur. Fit autem malorum effigies de hyacintho, purpura, coccóque bis tincto, & byssо retorta, quibus quatuor coloribꝰ quę virtutum varietas signetur, supradictum est. His verò in medio tintinnabula permiscentur, vt neq; opus sacerdotis ab eo quod loquitur discrepet, neque à rectitudine operis linguæ sonus aberret. Vnde pulchrè additur, ita vt tintinnabulum sit aureum & malum punicum. Rursumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum. Aurea enim tintinnabula hyacinthinæ tunicæ inseruntur & vndique circundantur, cum omnis sermo eius claritatem supernæ lucis resonat, & inde sonitus velut hyacinthinæ tunicæ firmè infixus: operum quoque ipsius sublimitate audientium mentibus commendatur. Fiuntq; bina mala circa singula tintinnabula, cùm omnia quæ loquitur bonis cõfirmantur actibus, & in auditorum arctius corde figuntur: & vniuersa quæ agit quam sint rationabilia, discreto sermonis sonitu † producuntur.

† Prodeunt.

Beda. Possumus in duodenario gemmarum rationalis intelligere, quòd sol iustitiæ cuncta nostra tempora, cunctas orbis plagas sua luce repleret sicut sol inuisibilis, qui per menses duodecim signiferum circulum lustrare, & totum ambire consueuit. Nam & hoc quòd quatuor ordines in rationali ternos lapides habent, congruit anni vertentis ordini qui per ternos menses in quatuor tempora distinguitur. Annus autem in scripturis solet vocari totum tempus nostræ salutis, quo pro æterna retributione certamus. Christus enim secundum Esaiam missus est prædicare annum domini acceptum: & diem retributionis. De eodem anno & Dauid dicit: *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.*

E

Annus. Esa. 61. a. Psal. 64. c.

Beda. Vel sicut suprà dictum est, duodecim gemmas, id est ter quaternas gestabat, vt admoneret omnes doctores opera iustitiæ quæ quatuor principalibus virtutibus continentur, cum fide trinitatis habere, & discipulis commendare. Portabat & septuagintaduo tintinnabula aurea cum totidem malis punicis, vt ostenderet, quòd eadem fides & operatio iustitiæ vniuersum mundum ab errorum & vitiorum tenebris, ad veram lucem duceret. Tres enim dies & noctes habent horas septuagintaduas, quibus suprà infraque lustrando sol tribus vicibus mundum circumit. Bene ergo hic numerus tintinnabulorum & malorum diuersitate coloris tunicæ pontificis indutus est, quia sol iustitiæ Christus vniuersum orbem esset illuminaturus, & veram fidem quæ est in agnitione trinitatis & confessione daturus & operationem bonam, quæ est in variarum splendore virtutum.

F

Beda.

a ¶ Vt primordium boni operis forti radice timoris Dei subnixum & contra insidias diaboli sit munitum.

crit cãpitium, & ora per gyrum eius textilis: sicut fieri solet: a

a ¶ Consummatione, scilicet operum. b ¶ Vt sacerdos ad tantam excellentiam conuersationis perueniat, vt nihil in illo nisi splendor & gratia flosque varius bonorum operum appareat, & horum tantum sonum suauissimum proferat.

in † extrẽmis vestium partibus, ne facilè rũpatur. Deorsum b

¶ Multifariam virtutum operationem vno charitatis munimine circundatam.

verò ad pedes eiusdem tunicæ per circumitum quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & byssо retorta, mistis in mẽdio tintinnabulis, ita vt tintin-

a ¶ Vt nec opus sacerdotis discrepet à verbo, nec verbum ab opere.

a ¶ Vt omnis sermo sacerdotis claritatem supernæ lucis resonet.

† Eccl. 45. b. 43. dist. ca. sit rector. §. sacerdos ergo.

nabulum sit aureum, & malum punicum. † Rursumque

¶ Operatio charitatis.

tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum. Et ve- b stietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur so-

† obtulerũt

† ad beneplacitum eis coram domino, i. vt ipsos reconciliet domino.

† Ineffabile tetragrãmaton Phil.

Psal. 95. a.

Annus. Esa. 61. a. Psal. 64. c.

† Vbi supra.

† Ecclesiast. 45. b.

† Prodeunt.

Mistice. Iosephus.

☞ habitus ille in prima figuratur. Si quis verò numeros vtriusque A ordinis mystice velit interpretari, duodecim gemmas Aaron in pectore præferebat, vt significaret tempus instare, quo fides trinitatis in omnibus quadrati orbis partibus prædicaretur.

Vbi supra cap. 7.

a *Facies & laminam &c.* Bed. Lamina aurea in fronte pontificis, in qua sanctum domino vel sanctũ domini (vt in sequenti bus dicitur) sculptũ est, sacratius est cæteris indumentis, quia sicut diuina potentia omnibꝰ creaturis supereminet, ita oportet vt nomen eius cę terum pontificis ornatũ transcẽdat, & velut cuncta sanctificans eximiã sedem teneat. Significat autẽ professionis nostræ fiduciã quã in fronte portamus: dicẽte Apostolo: *Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.* Recte autem hoc solùm in toto pontificis habitu de solo auro est, vt munditiam cordis vel corporis in quo mysteria nostræ redemptionis recondere vel gestare debemus, ostenderet: Vel auro inscriptũ sanctũ domini in fronte sacerdos portat: ostẽdens quod ita passionẽ domini qua redẽpti sumus, venerari & amplecti debemus: vt claritatem in ipso diuinæ maiestatis, per quam creati sumus pariter cõsitẽdã esse sciamus: ita mortẽ assumptæ humanitatis confitentes, vt eandẽ resurrexisse fateamur.

† ingreditur & egreditur dicitur.

† obtulerũt

† ad beneplacitum eis coram domino, i. vt ipsos reconciliet domino.

Ineffabile tetragrãmaton Phil.

b *Sanctũ dom. &c.* Bed. Quòd in lamina sculpi iubetur nomẽ sanctum & venerabile, significat quod apud Hebrẽos quatuor literis vocalibus scribitur, id est, יהוה ioth, hæ. vau, he, quod interpretantur ineffabile: non quia dici nõ potest, sed quia diffinitiui sensu & intellectu creaturæ non potest, secundum illud, *Pax Dei quæ exuperat omnem sen. &c.* Et alibi *Magnus Dominus & laudabilis nimis, &c.* Bene autem in fronte pontificis quatuor literis scribitur significans totidem partes dominicæ crucis, quam in fronte portamus.

Psal. 95. a.

Ineffabile nomen domini quatuor literarũ constans, he scil. q interpretatur iste: ioth, quod est principium: he, quod est passionis: vau. hoc est vitæ. Quod totum sonat: iste principium passionis vitæ: quia Christus principium vitæ in Adam amissę, quam reparauit sua passione.

1. Cor. 15. f. Col. 3. b. Apo 14. a.

Idem. Sanctum domini auro sculptũ in fronte portamus, quã do expurgati à sordibus vitiorum: quę ex primo parente habuimus, imaginem & similitudinem conditoris ad quam creati sumus recipimus: nec celamus: sed factis & dictis promulgamus. Iuxta illud. *Sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus imagine cæ.* Vnde & alibi: *Expoliantes veterem hominem cum actibus suis: induite nouum, qui renouatur secundũ imaginem eius qui creauit eum.* Et Iohannes ait: *Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptũ in frontibus suis.* Cum ergo omnes agnum sequentes ipsa professionis fronte debeant hec nomen habere, quantò magis sacerdotes gregem domini ducentes, qui omnibus debent exemplum virtutis ostendere.

C

c *Ligabisque eam.* Ligatur lamina quę sanctum domini continet vitta hyacinthina cum tiara pontificis, cum spe cęlestiũ premiorum quam hyacinthus significat, in fide confortamur & eò arctius sacramenta nostræ redemptionis, vel imaginem ac similitudinem conditoris ac redemptoris nostri intemeratam seruamus: quo nullum aliud esse salutis iter cognoumus. De tara suo loco dicetur.

d *Portabitque Aaron.* Portat scilicet sacerdos iniquitates in muneribus & donariis quę obtulerunt domino, & sanctificauerunt filij Israel, cùm pro fructibus dignæ pœnitentiæ, id est eleemosynis cæterisque operibus iustitiæ quæ faciunt pœnitentes à reatu sceleNICOLAVS DE LYRA.

1 Et ora per gyrum eius textilis, sicut, &c. *Id est opere plectili.* ☞ Facies

¶ Prædicatio nitus quando † ingreditur & egreditur sanctuarium in con- a

a ¶ Morietur enim si non prædicauerit vt audiatur a deo & ab hominibus. b ¶ Hoc supremum & excellens omnibus ornamentis.

spectu domini, & non mõriatur. Facies & laminãm de auro 1 a

¶ Pro munditia cordis & corporis in qua mysteria redemptionis recondimus & portamus.

purissimo, in qua sculpes opere cælatoris*, sanctũ domino. 2 b

¶ Spe cęlestium præmiorum.

Ligabisque eã vitta hyacinthina: & erit super tiarã immi- 3 c

a b Vide: Habentes nomen eius & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Coloss. iij. b. b ¶ Aufert docendo ad pœnitentiam prouocando: & pro pœnitentibus supplicando. c ¶ Tantæ industriæ, tantique meriti debet esse sacerdos vt cuncta populi peccata portare possit.

nẽs frõnti pontificis. Portabitque Aarõn iniquitates eorum 4 d

a ¶ Domino. ¶ Pro peccatis, scil. oblata. ¶ Dignis pœnitentiæ fructibus. ¶ Omnia oblata sancta sunt.

quæ † obtulerint & † sanctificauerint filij Israel in cun- a

a ¶ Augu. Hæc significat fiduciam bonę vitæ quam qui vere perfecteque non significatione sed vetitate sacerdos habet. solus potest peccata auferre.

ctis muneribus & donariis suis. Erit autem lãmina a

a ¶ vt totus subditus sit diuino seruitio. b ¶ Memoriam passionis Christi debes omnis Christianus habere præ oculis, quanto magis ergo sacerdos & pontifex. b ¶ Subdit s qui doctoris exẽplis attẽdit & monitis.

semper in frõte eius, vt † placatus sit † eis dominꝰ. Stringesq; 5 f

* Hvgo victorinvs. Quod hic dicitur de lamina semper in fronte gestanda, semper intellige, congruo scilicet tempore.

f *Stringesque tumicã.* Beda. Q1 are linea dicta sit stricta vel byssо stringi præcipiatur, suprà expositum est. Nũc verò adiicitũ, quia solẽt milites habere lineas, quas camisias vocãt, sic aptaras mẽbris & strictas: vt expediti sint dirigẽdo iaculo, tenendo clypeo, ense librãdo, & quocũque traxerit necessitas, qualẽ & Ioab legitur habuisse quãdo Amasã interfecit, strictã scil. ad mẽsurã sui. Ergo & sacerdotes parati in ministerium Dei vtuntur hac tunica; vt habentes pulchritudinem vestimentorũ, discurrãt celeritate nudorũ. Hæc tunica sicut hyacinthina ad pedes vsque pertingit, & ipsa Grecæ ποδήρης id est talaris dicitur: Cuiꝰ significatio in prõptu est. Cùm. e. cõstet lino vel byssо cõtinẽtiã & castitatẽ corporis signari. strictã habẽt lineã vel tunicam de byssо sacerdotes, cùm ,ppositũ cõtinẽtiæ nõ eneruatur & fluxa mente cu stodiũt, sed tãta instãtia vt bellum non gerat caro contra spiritũ nec spiritus contra carnem.

E

Camisiæ militares.

1. Reg. 20. c.

Lineam habent strictam cùm concupiscit & deficit anima eorũ in atria domini, & cor eorũ & caro socia germanitate exultãt in Deũ viuũ. Hæc linea nõ solùm stricta, sed etiã poderis, id est ad pedes vsque descẽdẽs cùm cõtinẽtia nõ cuilibet mẽbro violẽter impositа: sed in toto corpore est delectabiliter cõsummata. Hæc. e. linea debet stringere manꝰ & brachia sacerdotis, ne quid inutile faciat: pectus, ne quid inane cogitet: vẽtrẽ, ne gulosꝰ sit. Subiecta vẽtri mẽbra, ne lasciuiẽdo, totã sacerdotalis habitꝰ pulchritudinẽ corrumpant. Genua ne ab orationis instantia torpeãt tibias & pedes, ne ad malũ currãt. Induatur ergo sacerdos primò linea stricta, vt corpus ab iniquis operibus & mentem compescat à prauis cogitationibus. Accipiat deinde tunicã hyacinthinã vt præter descriptionẽ continentiæ salutaris: æquè corpus & animum spiritualium virtutum vestiat. Sed quia sunt quinque corporis sensus, quorum quatuor proprie capitis, quintus toti corpori communis: Tunica hæc quam diximus vtraquo propriè continentiæ actum & iustitiam designat. Consequenter verò & aliorũ quatuor sensuũ quã sit curanda innocẽtia vel sanctificatio pontificis habitu demonstratur, cum dicitur. Et tiaram byssinam facies &c.

Podiris

Pilei descriptio. Iosephus. li. 3 Antiquit. c. 11.

Beda. Qualiter hæc facta sit, Iosephus dicit sic: Suprà autẽ gestat pileum in modum paruuli calamẽti aut casidis, quod extenditur suprà summitatem capitis: & in modico verticis medietatẽ excedit, & tale est vt videatur ex lini textura confectũ habẽs vittas, quæ conuolutæ sæpius cõnectũtur, no facilè dilabatur. Dicit etiã huic pileo superadditum aliud velamẽ, q totã capitis superficiẽ celaret, aptatũ profectò ne laborãte sacerdote circa sacrificia

☞

NICOLAVS DE LYRA.

1 Facies & la. &c. *Hic prosequitur de lamina sancta pendente in fronte.*

2 Sanctum domino, *id est; nomen domini tetragrammaton.*

3 Et erit super tia, *id est, mitram.*

4 Portabit Aaron ini. *orando vt dimittantur.*

5 Stringesque &c. *id est, factam de byssо. vnde in Hebræo habetur. Tunicam byssinam, & loquitur de tunica inferiori: quæ etiã erat communis aliis sacerdotibus, & cingebatur quodam baltheo, qui erat etiã communis aliis sacerdotibus, vt suprà dictum est.*

4 Por-

C

Universidad de Navarra Biblioteca

ctificia corruat, quod tamen eius esset coloris non ostēdit. Hęc
A quidem de numeribus sacerdotibus. De pontificis verò tiara sic ait: Pileum autem similiter operatum habebit pontifex sicut reliqui sacerdotes, altiusque consutum ex hyacintho variato. Circū datur autem ei & aurea corona tribus vitibus facta: supra quam surgit in medio fronte quasi cauliculus quidā aureus, similis herbæ, quæ apud nos
a sycamino nuncupatur, a
† Sycamina quā Græci † vossamū b
dicunt. Et paulopost descripta eius mirabili varietate subdidit. Habet autem florem similem † plantagini & per circuitum tota corona his floribꝰ est celata ab occipitio vsque ad vtrunque tempus. In fronte hoc nō habet: sed lamina est aurea, quæ sacris litteris dei nomen habet inscriptum. Hæc quidem de secundo velamine & coronis pontificum aureis scriptura tacere videtur. Coronarum verò breuiter in sequentibus sic meminit: Fecerunt & tunicas opere textili Aaron & filiis eius, & mitras cum coronulis suis ex byssō. sed de qua materia sint non dixit. Cùm
B enim dicat mitras cum coronulis suis ex byssō, poterat intelligi vtraque ex byssō facta esse: nisi Iosephus coronas aureas dicere esse, qui stante adhuc templo & legali obseruantia, cùm esset de genere sacerdotali potuit omnem mūdum sacerdotalis indumenti non tantùm legendo, sed & videndo cognoscere. Sed siue byssinæ suæ aureæ sint coronulæ cōstat eas cū mitris factas esse.

Mitra. Nunc dicamus breuiter de figura. Mitras cum coronulis habent sacerdotes ex byssō, qui sic visum, auditum gustum, olfactū in castimonia custodiunt, vt coronam vitę inde accipere sperēt. Qui enim sic continentiæ vel bonis operibus studet, vt præmia retributionis negligat mitram byssinam habet sine corona, quia spem virtutis quasi coronam hominibus præfert, sed mercedem à Domino non habet. Siue ergo coronulæ fuerint aureæ, claritatem perpetuæ lucis significant, vel byssinæ perennē corporis immortalitatem. recte verò sacerdos cum stolis byssinis coronas superadditas portauit, vt in continentia æterna præmia meditetur, & in prædicatione continentię vel operationis bonę gaudia supernæ beatitudinis promittat, ne sine spe retributionis pondus laboris imponat, & iugum Christi suaue, & onus leue auditoribus asperum reddat & durum.

C a *Et tiaram &c.* Beda. Tiara quæ cidaris & mitra vocatur, caput tegebat & ornabat pontificis, vt admoneretur omnes capitis
Tiara. sensus deo consecratos habere, ne vel oculi vanitatem viderent, vel aures opprobrium proximi acciperent, vel os abundaret malitia, dolum concinnaret lingua, ne cor grauaret crapula & ebrietas vel olfactus aspersum myrrha & aloe & cinnamomo lectū mereretur. is amplecteretur: sed oculi viderent æquitatem, aures incunctanter ad verba prudentię: Lucia essent faucibus eius e-
Psal. 118 ri. loquia domini donec superesset hostis, ne loqueretur iniquitatem, pollutum non tangeret, sed mundatus ab omni inquinamēto carnis, & spiritus sanctificationem in timore dei perficeret.

b *Et baltheum &c.* ✠ Cyrillvs alexandrinvs. Vides igitur quia militaris propemodum Aaronis habitus fuerit, nempe quia Christus pro nobis bella gessit in manu forti, sicut scriptū est, arcum suū tetēdit, & paravit illum. Et sagittas suas ardētibꝰ effecit. Et deposuit potētes de sede & de dęmonibus triūphauit.

Historicè. Beda. De factura balthei scriptum est. Cingulum fecerunt de byssō retorta hyacintho, purpura ac vermiculo bis tincto, opere plumarij. Hoc cingulum sicut Hiero. ex Iosepho scribit in similitudinem pellis colubri, quæ exuitur in senectute, sic in rotundo textum est vt marsupium longum putes, textum autē sub tegmine cocci purpuræ hyacinthi & stamine byssino ob decorē & pulchritudinem, atque ita polymita arte distinctum vt diuersos flores & gemmas artificis manu non textas, sed additas arbitreris. Habebatque latitudinem quatuor digitorum, quo cingulo propriè pontifex vtebatur, & eo tunica hyacinthina simul & superhumerale stringebatur. Nam in sequētibus apertè de coniunctione superhumeralis & rationalis dictum est. Hæc & antè & retro ita conueniebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuò necterentur, stricta ad baltheum, & ānulis fortius copulata quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxæ fluerent & à se inuicem mouerētur. Nulli autem dubiū quin baltheus & cingulū cui superhumerale astringebatur tunicā hyacinthinam quę & superhumeralis vocatur cingeret.

a ¶ Hæc est linea stricta qua induitur sacerdos cum pro positum continentiæ ita custodit, vt caro nō concupiscat aduersus spiritum nec spiritus aduersus carnem. b ¶ Vt omnes sensus capitis deo consecrati sint. c ¶ De cuius factura in sequentibus dicitur plenius. Cingulū verò fecerūt de byssō retorta &c.
¶ Qua tunica hyacinthina quæ superhumeralis dicta esse ingebatur.

1 tūnicam byssō, & tiaram byssinam facies, & baltheum opere
¶ Minoribus sacerdotibus.
plumarij. Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis, & bal- 2
theos ac tiaras in gloriam † & decorem: Vestiesque his † ac.
omnibꝰ Aarō fratrē tuū & filios eiꝰ cū eo, & cūctorū conse-
a ¶ Vt consecrata sint omnia opera sacerdotum. ¶ Oleo vnctionis, vt per gratiam spiritus consecratio perficiatur, non tamen priora sine eius gratiarum. qui plus consecendit & plus præfertur, maiori gratia eget.
¶ b Vt sancti sint qui domino seruiunt vel ministrant.
crābis manꝰ: sanctificābisque illos, vt sacerdotio fūgāt mihi. Fa
¶ Aliter sacerdotes esse non possunt. ¶ Brachas non pertingentes ad talos.
f cies & feminalia linea, vt operiāt carnē turpitudinis suæ à re
a ¶ Spontanei non coacti. b ¶ Pontifices. c Presbyteri.
¶ Si non semper saltem quando ingredi untur tabernaculum.
nibus vsque ad femora, & vtentur eis Aarō & filiis eius quādo

per humerale stringebatur. Nam in sequētibus apertè de coniunctione superhumeralis & rationalis dictum est. Hæc & antè & retro ita conueniebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuò necterentur, stricta ad baltheum, & ānulis fortius copulata quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxæ fluerent & à se inuicem mouerētur. Nulli autem dubiū quin baltheus & cingulū cui superhumerale astringebatur tunicā hyacinthinam quę & superhumeralis vocatur cingeret.

Cuncta enim quæ huc vsque dicta sunt ad pontificis habitū pertinent. Sequuntur autem filiorum eius baltei & cætera indumenta, cùm dicitur.

c *Porro filiis Aaron tunicas para. line. &c.* Mystice. Dicendum est autem de baltheo pontificis, qui de quatuor illis coloribꝰ nobilissimis deo dignis factus est, quia bene talem habet pontifex, quem singulari virtutum decore semper oportet accingi. Bene vario more fulgentium colorum incedebat accinctus, quia sicut necesse est vt alius industria continentiæ præcingatur, ne caro repugnās spiritui internam mentis quietem turbet. Ita pontifex domita ā omni concupiscentia corporis & animi, ipsa debet virtutū gloria circundari, vt iuxta exemplum illius floris qui egressus est de radice Iesse, id est Christi sit iustitia cingulum lumborū eius: & fides cinctorium renum eius.

d *Tunicas parabis &c.* Tunicas habent sacerdotes lineas cùm totum corpus candori castitatis dedicant. Baltheis tunicas cingunt, cùm eandem castimoniam vigilanti mentis custodiam circumpiciunt, ne conscientia illius desidiores erga bona opera fiant. ne per iactantiam castimoniæ influs etiam meritum minuāt. Qui enim tunica alari induitur, si nec cingulo incedit, tunica defluit, & relicto corpore ventis & frigoribus aditum tribuit & præpediti gressibus retardat vsum incedendi. vel calcantes se cadere facit. Sic & castimonia carnis sæpe castimoniā mētis acimit, dum segnius bonis operibus insistunt, quando minus prospiciunt: quia castimonia absque aliis bonis non valet, quibus adiunctis gloriam & decorem acquirit. Virginibus stultis non profuit castitas carnis quibus defuit lumē internę puritatis. Accingantur ergo tunicis lineis, vt castitatem habeant. Accingātur baltheis, ne castitas remissa sit, ne vento elationis aditum pandat, ne charitatem frigere faciat, ne iactantia præsumptionis bona opera impediat, ne præpeditovirtutum cursu ipsa concupiscētiæ sordibꝰ polluta vilescat, & tandē ad ruinā superbiendo impellat. Accincti verò accipiāt tiaras in capitibꝰ, vt præter vigilantem corporeæ castitatis custodiam visus, auditus, gustus, & olfactus dignè Deo custodiantur.

e *Vestiesque eis &c.* Beda. Omnibus his vestiendus erat Aaron & filij eius sed distinctè, vt ipse quidē omnibus his vteretur: filij autem vltimis tribus quę eis propriè ascripta sunt, cum dicitur: *Porro filiis Aaron tunicas parabis lineas &c.* Vbi supra cap. 7.

f *Facies &c.* ✠ Hieronimvs. De feminalibus lineis Hebræi hoc solēt dicere quod ratio seminū & generationis ad carnem pertinens, terræ per ea deputatur. Vnde & ad Adam loquitur Deus, terra es & in terram ibis. Causaque huius rei, quomodo de paruulo femine & fœdissimis initiis, tanta vel hominum, vel diuersarum rerum pulchritudo nascatur, esse obuolutas, & humanis oculis non patere. Vbi supra.

Beda. Feminalia quæ ad operiendam corporis vel carnis turpitudinem fiunt, illam castimoniæ portionem quę à copula coniugali cohibet, propriè designant, sine qua nemo vel sacerdotium suscipere vel ad altaris ministerium consecrari potest. Id est, si non aut virgo permanserit, aut vxoriæ coniunctionis fœdera soluerit. quod nulli necessariò imperatum, sed voluntatiē Deo offerendum. vnde: *Non omnes capiunt verbū istud & qui potest capere capiat.* Et paulo post, his qui vxorem vel alios cognatos & impedimenta mundi propter ipsum reliquerint Feminalia. Matth. 19. Ibidem. d.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Facies & baltheum. *Loquitur de baltheo superiori quo cingebatur superhumerale.*

2 Porro filiis Aaron. *Hic cōsequenter agitur de vestimentis communibus summo sacerdoti & aliis, & patet litera ex supradictis vsque ibi.*

✠ 1 No

Porro

rint, centuplum in hoc seculo promittit, & in futuro vitam æ-
A ternam. Vnde non iubetur Moyses hoc vestimento induere Aaron & filios eius, sicut de prioribus dicitur: *Vesties in his omnibus Aaron fratrem tuum &c. Sed facies feminalia linea ad operiāt carnē turpitudinis suæ &c.* Tu feminalia pontifici & filiis eius facies: Tu
Moraliter. castitatis regulam docebis. Tu abstinendū ab vxorio amplexu his qui sacerdotio fruituri sunt, intimabis: nulli tamen violētum huius continentiæ iugum impones, sed quicunque sacerdotes fieri & altari seruire volunt, sponte sua desistant serui esse vxorum. Quod vbi perfecerint, vt susceptō semel continentiæ proposito ministros se sanctuarij & altaris fore consenserint, aderit lex diuina quam velut reliquum habitum sacerdotibus congruum imponens quomodo viuere aut docere debeant abundāter instituat, congaudensque spontaneæ deuotioni dignū sacerdotio deus sapiētiæ, patientię, māsuetudinis, zeli spiritualis, humilitatis, misericordiæ, timoris domini cæ-
C terumque huiusmodi ornatū superaddat. Alioquin iniquitatis rei moriantur

ingredientur tabernaculum testimonij, vel quando appro- ¶ Luxuriæ. ¶ Morte animæ vel corporis.
pinquāt ad altare, vt ministrēt in sanctuario, ne iniquitatis rei
B ¶ Quia res significat ęternas.
moriātur. † Legitimū sempiternū erit Aarō, & semini eiꝰ post eū.
† statutum velmos.

moriantur, si. luxuriosè viuentes sacerdotalem gradum vsurpant. Qui sensus sequentibus verbis affirmatur, cùm dicitur: *Cumque patrem laueris &c.* vsque erunt sacerdotes mihi religione perpetua. Nam neque hic de feminalibus à Moyse accipiendis quicquam præcipitur: vnde constat quod hoc genere vestimenti ipse Aaron & filij eius se prius induerāt: & sic ad manū Moysi lauandi, induēdi vngendi, & consecrandi intrabant. vbi notandum quod consecraturus Moyses eos primò lauit aqua. & sic habitum sacerdotis imposuit: quia necesse est vt qui ad officium altaris promouendus est, maioribus solito fluentis lachrymarum vel compunctionis tempore dedicationis se abluat: vt quò mundior ad gradum accipiendum accesserit, eò perfectius acceptum consummet. Hæc ad Aaron & filios eius pertinent. Sicque fit vt Aaron omnibus octo vestibus induatur feminalibus lineis, tunica, linea hyacinthina, superhumerali, rationali, baltheo, tiara, petalo aureo. Filij eius quatuor tantum, feminalibus scilicet linea stricta, cingulo, & tiara. Historicè. D E F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ne iniquitatis &c. *quia aliter modo indebito accederent & irreuerenter.*

2 Legitimum, *id est lege firma & stabili firmatum. Rationes autē prædictorum sic accipiuntur in generali, ad hoc enim habebant sacerdotes vestes pretiosas & speciales, vt haberentur in maiori reuerentia à populo, & qua ipsud cedebat ad honorem diuinum, cum essent medij inter deum & populum. In speciali verò rationes accipiuneur sic secundum sensum literalem. Per ornamenta enim summi sacerdotis figurabatur quasi totus orbis. Tunica enim linea figurabat terram, quia linū nascitur de terra. Baltheus cingens illam tunicam figurabat oceanum qui circundat terram. Tunica hyacinthina ratione coloris figurabat elementum aëris, in qua inferebantur tintinnabula, quia in aere generantur tonitrua. Baltheus autem cingens illam tunicam figurabat elementum ignis, qui ambit aërem. superhumerale cum rationali sibi cōiuncto figurabat cælum sidereum, quod ex multis coloribus & picturis erat adornatum, ad designandum pulchritudinem stellarum. Duo autē lapides onychini in superhumerali positi signi ficabant duo magna luminaria, scilicet solem & lunam. Duodecim gemmæ in rationali positæ figurabant xij. signa zodiaci: & ideo dicebatur rationale: quia terrenorum rationes sunt in cælestibus: quia ab ipsis emanant terrestria: secundum quod Iob. xxxviij. d.* Nunquid nosti ordinem cæli & pones rationes &c. *Per mitram verò figurabatur cælum empyreum: & per laminam auream supra mitram positam, ipse Deus præsidens omnibus creaturis: propter quod in illa lamina nomen domini tetragrammaton erat insculptum: quod appropriatur ipsi creatori omnium. Per hoc autem quod nomina filiorum Israel erant sculpta in duobus onychinis superhumeralis & in xij. gemmis existentibus in rationali ostendabatur quod summo sacerdoti erat impositum onus populi: & ipsum debebat habere in pectore ingis meditationis orando pro ipso Dominum, & propter prædicta de ipso Aaron scribitur Sap. xviij. d.* In veste podiris quam habebat, totus erat orbis terrarum: & quatuor magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & in diademate capitis illius magnificentia tua Domine scripta erat. *Es vocatur hic magnificentia nomē Domini tetragrāmaton, q. dicitur nomē eius magnū, vt dictū est sup. vj. ca. quia est solis creatori omniū appropriatū. Rationes autem mysticæ prædictorum causa breuitatis omitto. Cætera patēt.*

✠ CAP.

ADDITIO. I.

In ca. xxviij. vbi dicitur in postilla: Ad euidentiam primi &c. Iosephus non est tenendus in hoc loco, etiamsi sit de genere sacerdotali: contradicit enim manifestè litera: nam vestes pontificales sunt tantum modo octo, prout ponuntur in prima secunda. q. cij. art. v. in responsione ad ix. ar. Quarum quidem prima vestis linea. secunda tunica hyacinthina. cum tintinnabulis, tertia superhumerale cum duobus lapidibus onychinis, quarta rationale quadratum, in quo erant xij. lapides cum nominibus filiorum Israel, in quo etiam mandabatur poni doctrina & veritas, quinta erat baltheus seu cingulus, sexta tiara seu mitra. septima lamina aurea in fronte, in qua erat nomen domini, & de istis septem tantum fit mentio infrà Leuit. viij. quando Moyses primò induit ipsum Aarō in pontificalibus, octaua autem est femorale ad operiendum turpitudinem carnis, de qua veste octaua non fit ibidē mentio, quia non debebat indui per Moysen ex honestate sed per ipsū & sacerdotem: sit tamen de ea veste expressa mentio communiter. Leuit. xvj.

ADDITIO. II.

In eodem ca. xxviij. vbi dicitur in postilla: Dicit etiam Iosephus quod iste splendor cessauit &c.

In toto tempore templi secundi non fuit illa vestis pontificalis, quæ dicitur rationale iudicij, sicut nec arca testamenti: & quædam alia quæ ibi defecerunt, prout omnes historiæ Hebraicæ testantur, quod etiā facit pro fide nostra: de quo tractandum est domino concedente in prophetam Aggæi. j. super illud verbum: Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quā prima. vnde nō est dicendū quod Iosephus per. cc. annos ante tēpus Titi cessauerit, cum in toto tempore templi secundi defuerit.

REPLICA Correctorij contra Burg. In ca. xxviij. vbi postil. dicit materiam vestium sacrarum & numerum debere accipi & distingui secundum dicta Iosephi: qui scripsit ex experientia: quia de genere sacerdotali, & quia videtur &c. Burg. dicit Iosephum non esse tenendum, quia secundum literæ veritatem (vt dicit) sunt tātum octo vestes & allegat ad hoc sanctum Thomā. Sed mirum videtur, quod Burgen. proferat dicta sancti Thomæ in hac materia quæ in facto consistit q. nec sactus Tuomas, nec Burg. vnquā vidit sicut Iosephus nec est contra literā, quia litera bene inspecta numerat plus quā octo vestiū nomina. Nec est mirū q. Leuit. xvij. non fit mentio de femorali, quia nec fit mētio de zona linea, qua cingebatur tunica linea inferior: quæ communis erat pōtificī & aliis sacerdotibus: nec fit ibi mētio de cidari linea, quæ erat mitra pontificis & aliis sacerdotibus, de quibus manifestā fit mentio Leuit. xvij. quibus adiunctis ad alias octo enumeratas per Burgen. fiunt decē: prout vult Iosephus, quē i. Burg. improbare nititur. nec fuit dicere Burgen. cum Tuo. q. mitra linea, quā dicit literā cidarim fit eadem cum tiara quia tiara quæ solum pontificis mitra est hyacinthina fuit: nec est verisimile eandem fuisse mitram sacerdotum & pontificis, sed quod sacerdos habebat mitram byssinam tātum ad modum birreti, pontifex autem super huiusmodi habuit tiarā hyacinthina. nec potest dicere idem fuisse cingulum lineum & baltheum: quia cingulo lineo cingebatur tunica byssina, quod fuit communis pontifici & sacerdotibus: baltheo autem cingebatur & stringebatur tunica hyacinthina cum superhumeralis: quæ erant pontificis specialia: nec est verisimile tunicam lineam & hyacinthinam vnico cingulo strangi, antequam hyacinthina a pontifex indueretur. vnde patet quod Iosepho in his rebus experto credi oportet.

In eo capi. vbi postillator allegat Iosephum dicentem, quod fulgor qui procedere consueuerat a rationali cessauit tempore templi secundum Bur. dicit toto illo tempore rationale non fuisse. sed hoc non videtur, quia tempore Alexandri Magni visus est summus sacerdos in eo, vt patet in ipsius historia. unde ille fuit principalis decor in summo sacerdote.

Universidade de Deusto Biblioteca

Cap. XXIX.

A *Sed & hoc fa.&c.* Beda. Hactenus Aaron & filiorum habitus qualis esse debeat, designatur. Sequitur modus consecrationis. quo ipsos vel tabernaculum cum omni supellectili dedicari oporteat, oblatis scilicet domino ritu

1 Sed & hoc facies vt * mihi in sacerdotio cō-

a ¶ Immolationem Christi & aspersionem sanguinis eius hæc animalia immolata demonstrant, per quam a peccatis abluēdi & in bonis operibus iumus vinificandi. b ¶ Patriarcharum.

2 secrentur. Tolle vitulū de armento & arie

a ¶ Quia Christus immolatus est pro vtroque populo. ¶ Genus panis absque fermento in similitudinem cruditatæ duratus oleo conspersus, oleum autem pinguedinem gratiæ vel vnctionem spiritus vel mi ser. cordiæ significat: vnde 1. Co. 5. c. Itaque epulemur non in fermento veteri neque in fermento malitiæ & nequitiæ sed in azymis sinceritatis & veritatis.

3 tes duōs immaculatos, panesque azymos, &† crustulum 4

¶ Vt sacerdotij opera non solum a fermento malitiæ & nequitiæ castigata: sed etiam pinguedine charitatis diuinis conspersibus sint digna. 5 6

7 absque fermento, quæ† conspersa sit oleo, lagana quo- 8

a ¶ Presbyteros imitatores pontificis.

9 que azyma, oleo lita. De similа triticea cuncta facies, & posi 10

a ¶ vt passionem Christi firmiter credat.

11 ta ī canistro offeres: †vitulū† autē & duōs arietes, & Aarōn ac 12

b ¶ Quia in Christo vera immaculatus & vera anima. c ¶ Pontifices.

13 filiōs ei⁹ applicabis ad †ostiū tabernaculi testimonij. Cūque 14

a ¶ Quia absoluendi sunt aqua lachrymarum qui consecrandi sunt.

d lāueris patrē cū filijs suis aqua, indues Aarō vestimentis suis,

c ¶ Hæc supra exposita sunt. a ¶ Continentia corporali. b ¶ Hyacinthina, c. spe cælesti. ¶ Pōdere operis. d ¶ Sapientia mentis. e ¶ Domita omni concupiscentia.

id est† lineā & tūnica * superhumerali, & rationāli, ꝙ cōstri

a ¶ Vt quatuor sensus diuerse custodiantur, & ad Deum dirigantur. b ¶ In qua nomen domini ineffabile, quod omnia tueatur & protegit.

ges baltheo, & pōnes tiarā in capite ei⁹ & lāminā sāctā super

a ¶ Spiritus sancti, vnde vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Psal. xliij. b. b Caput vi ī Christus, caput Christi Deus. ¶ Mentem vt interior homo consecretur. ¶ Tunc.

14 tiarā, & olēū vnctionis fūdes super caput ei⁹, atq; † hoc ritu

c *Et crustulam.* Beda. Crustulum oleo conspersam ad consecrationem nostram domino offerimus, cum omnia quę facimus per internam spiritus gratiam in cordis deuotione pinguescunt. Lagana oleo lita cum foris spiritualia esse quæ agimus indubitanter in exemplum viuendi ostendimus, quibus oblationibus consecratio nostra perficitur, dum per bona opera & cogitationes puras meritum nobis sanctimoniæ Deo donante, acquirimus.

d *Cumque laueris, pa.&c.* Beda. Prius lauari iubentur, deinde ornari vestibus: quia quicunque sacerdotij officium assumit, vnda lachrymarum se abluere debet, vt ad ministerium diuinum dignus approximet.

Cap. XXIX.

Beda. Posset in hoc lauacro baptisma sacri fontis intelligi, si consequeretur vt quis in sacerdotiū electus, tūc primum aqua baptismatis in remissionē peccatorum ablueretur, & non contradiceret Apostolus dicēs: *Non neophitū, ne in superbiā elatus, in iudicium incidat diaboli.*

c *Indues Aaron &c.* Beda. Notandum quod cum in Exodo Aaron octo vestibus induendus asseueretur, in Leuitico non addi videtur, balthe⁹ scil. quo linea tunica ante indutam hyacinthinam precincta erat: sic enim scriptū est: *Cumque lauisset eos vestiuit pontificem subucula linea accingens eum baltheo, & induēs tunica hyacinthina desuper humerale imposuit, quod stringens cingulo aptauit rationali.*

Beda. Notandum quod quatuor colores eximij, quibus factus est habitus sacerdotis totidem mundi elementis congrua comparatione aptantur. Byssus vel linum terræ: quia ex ea nascitur, purpura aquis quę de marinis tigitur cochleis. Hyacinth⁹ & coccus aeri & igni ob similitudinem coloris. Coccus bis tinct⁹, quia ignis est geminæ virtutis: lucet enim & vrit. Aiūt Hebręi quod

Mysticè. Allegoricè. † aditum B b *Tolle vitulū.* Stra. Quisquis pontifex vel sacerdos taurum debet offerre, id est, passionem Christi firmiter credere & imitari. Et duos arietes, vt credat eundē Christum ex corpore & anima constare. Et panes azymos, id est, munditiam vitæ, & oleo conspersos, vt inter omnes virtutes non negligat opera misericordiæ, vel nō à se, sed à dono gratiæ se credat habere. † tunica & pallio super humerali. * & C

Diuisio. 1 Sed & hoc facies. *Hic consequenter agitur de consecratione sacerdotum, vbi præmittuntur ea quæ sunt necessaria, secundò describitur consecratio ipsa ibi:* Cumque laueris patrem &c. *Illa autem quæ necessariò requirebantur ad eorū consecrationem, erant quædam animalia in eorum consecratione immolāda, & diuersarum panum genera offerenda, quæ nominātur, cū dicitur:*

2 Tolle vitulum de ar. *in memoriam expiationis peccati Aaron pro fabricatione vituli.*

3 Et duos arietes. *vnum in memoriam obedientiæ Abraham, qui ob tulit arietem pro Isaac, cuius obedientia sacerdotes debebant imitatores esse, & maximè summus sacerdos, & alium in memoriam agni immolati in exitu populi Israel de Ægypto per cuius immolationē fuerunt liberati ab angelo exterminatore, & Ægyptiorum seruitute.*

4 Immaculatos. *Istud non solum refertur ad arietes (vt credunt aliqui) sed etiam cum his ad vitulum, quia nullum animal habens maculam debebat immolari, maximè in sacerdotum consecratione.*

5 Panesque azymos. *ad denotandum quod sacerdotes debebāt esse absque fermento corruptionis malitiæ & nequitiæ, sed debebant Deo seruare in azymis sinceritatis & veritatis vt dicit Apostolus 1. ad Cor. v. c. Item quia sacerdotes idolorum offerebant panes fermentatos, & ideo in detestationem huius præcipiuntur hic offerre sacerdotes Dei panes azymos.*

6 Et crustulam. *Modicus est panis & valde tenuis ita quod quasi totum est crusta, vnde in Hebræo habetur* חלת halloth. *id est, crustulas.*

7 Quæ conspersa. *Quia in pistatione farinæ non solum ponebatur aqua, sed cum hoc oleum.*

8 Lagana quoque. *Dicunt aliqui, quod erant panes frixi in patella. Ista expositio non potest stare: quia tunc diceretur oleo linita, non lita. Vide summam Britonis, vbi exponit lino & limo. Ra. Sa. dicit super Leuit. quod erat pasta cocta in aqua calida: & talem modum cibi vocant Lombardi lagana.*

9 Oleo lita. *Ista limitio secundum expositionem primā erat frixio in oleo secundum Ra. Sa. erat figura quædam protracta super laganā cum digito in oleo tincto, & erat illa figura similis caph כ.*

10 De similа. *Est autem similа farina tritici delicatissima.*

11 Et posita. *Ad hoc autem in hac oblatione ponebantur tot genera panum, quia talia erāt accepturi postea sacerdotes à populo. Sequitur,*

12 Applicabis ad ostium tabernaculi, *ad est, in atrio vbi erat altare holocaustorum.*

13 Cumque laueris. *Hic consequenter describitur consecratio ipsa* Diuisio. *quæ consistit in ornatu sacerdotum & vnctione & immolatione, & primò agitur de ornatu eorum & vnctione summi sacerdotis, secundò de immolatione, ibi* Postquam initiaueris. *Circa primum dicitur.*

Cumque laue. &c. *in consecratione enim ipsorum ista lotio aquæ erat primum, & vt dicit. Ra. Sa. non intelligitur de lotione manus & pedum solum, de qua habetur infrà, sed intelligitur etiam de lotione totius corporis.*

14 Indues Aaron. *Modus autem induendi & ornandi ipsum plenius est expositus cap. præce.*

15 Et oleum vnctionis &c. *Alij autem sacerdotes inferiores non* Vnctio sacerdotum. *vngebantur in capite, sed solum summus sacerdos, ad denotandum quod potestas offerendi ab ipso deriuabatur ad alios. Dicunt tamen aliqua quod manus eorum vngebantur. sed hoc non habetur ex textu, & patet in sequentibus: nec est verisimile quod non fuisset expressum hic vel Leuit. viij. vbi ponitur executio consecrationis sacerdotum, quæ hic* ✠ *prædicitur*

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. xxix.

1 Sed & hoc facies. *Hic consequenter agitur de consecratione sacerdotum, vbi præmittuntur ea quæ sunt necessaria, secundò describitur consecratio ipsa ibi:* Cumque laueris patrem &c. *Illa autem quæ necessariò requirebantur ad eorū consecrationem, erant quædam animalia in eorum consecratione immolāda, & diuersarum panum genera offerenda, quæ nominātur, cū dicitur:*

2 Tolle vitulum de ar. *in memoriam expiationis peccati Aaron pro fabricatione vituli.*

3 Et duos arietes. *vnum in memoriam obedientiæ Abraham, qui obtulit arietem pro Isaac, cuius obedientia sacerdotes debebant imitatores esse, & maximè summus sacerdos, & alium in memoriam agni immolati in exitu populi Israel de Ægypto per cuius immolationē fuerunt liberati ab angelo exterminatore, & Ægyptiorum seruitute.*

4 Immaculatos. *Istud non solum refertur ad arietes (vt credunt aliqui) sed etiam cum his ad vitulum, quia nullum animal habens maculam debebat immolari, maximè in sacerdotum consecratione.*

5 Panesque azymos. *ad denotandum quod sacerdotes debebāt esse absque fermento corruptionis malitiæ & nequitiæ, sed debebant Deo seruare in azymis sinceritatis & veritatis vt dicit Apostolus 1. ad Cor. v. c. Item quia sacerdotes idolorum offerebant panes fermentatos, & ideo in detestationem huius præcipiuntur hic offerre sacerdotes Dei panes azymos.*

6 Et crustulam. *Modicus est panis & valde tenuis ita quod quasi totum est crusta, vnde in Hebræo habetur* חלת halloth. *id est, crustulas.*

7 Quæ conspersa. *Quia in pistatione farinæ non solum ponebatur aqua, sed cum hoc oleum.*

8 Lagana quoque. *Dicunt aliqui, quod erant panes frixi in patella. Ista expositio non potest stare: quia tunc diceretur oleo linita, non lita. Vide summam Britonis, vbi exponit lino & limo. Ra. Sa. dicit super Leuit. quod erat pasta cocta in aqua calida: & talem modum cibi vocant Lombardi lagana.*

9 Oleo lita. *Ista limitio secundum expositionem primā erat frixio in oleo secundum Ra. Sa. erat figura quædam protracta super laganā cum digito in oleo tincto, & erat illa figura similis caph כ.*

10 De similа. *Est autem similа farina tritici delicatissima.*

11 Et posita. *Ad hoc autem in hac oblatione ponebantur tot genera panum, quia talia erāt accepturi postea sacerdotes à populo. Sequitur,*

12 Applicabis ad ostium tabernaculi, *ad est, in atrio vbi erat altare holocaustorum.*

13 Cumque laueris. *Hic consequenter describitur consecratio ipsa quæ consistit in ornatu sacerdotum & vnctione & immolatione, & primò agitur de ornatu eorum & vnctione summi sacerdotis, secundò de immolatione, ibi* Postquam initiaueris. *Circa primum dicitur.*

Cumque laue. &c. *in consecratione enim ipsorum ista lotio aquæ erat primum, & vt dicit. Ra. Sa. non intelligitur de lotione manus & pedum solum, de qua habetur infrà, sed intelligitur etiam de lotione totius corporis.*

14 Indues Aaron. *Modus autem induendi & ornandi ipsum plenius est expositus cap. præce.*

15 Et oleum vnctionis &c. *Alij autem sacerdotes inferiores non vngebantur in capite, sed solum summus sacerdos, ad denotandum quod potestas offerendi ab ipso deriuabatur ad alios. Dicunt tamen aliqua quod manus eorum vngebantur. sed hoc non habetur ex textu, & patet in sequentibus: nec est verisimile quod non fuisset expressum hic vel Leuit. viij. vbi ponitur executio consecrationis sacerdotum, quæ hic* ✠ *prædicitur*

MORALITER.

† 2 *Tolle vitulū &c.* Hic agitur de cōsecratione Aaron & filiorum eius, per quam fuit figurata ordinatio ministrorū ecclesiæ.

13 *Cumque laueris pa.* Per quod intelligitur, & ordinandi in ecclesia primo debent lauari aqua contritionis ad ablutionē præcedentium peccatorum, & aquis deuotionis ad desiderium supernorum.

14 *Indu. Aaron,* per quę designātur virtutes descriptæ. c. præce. † Applica

☞ quod pontifex figuram omnium elementorum in habitu gestauit, quia pro toto mundo immolās rogare debet, quibus nos forte addere possumus, quod in omni homine figura omnium elementorum continetur. Ignis in calore, aëris in halitu, aquarum in humore, terræ in membrorū soliditate. Vnde homo Græcè microcosmos, id est, minor mūdus vocatur. Aurum verò in eodē habitu rationalē virtutem hominis interioris significat. Vnde in eo propriè sanctum domini scriptū est, quia tantū per hanc ad cognitionē conditoris ascendit, vnde: *In interiori homine habitare Christū per fidem in cordibus nostris.* Ideoque scriptura nobis pontificem vete. testa. sic vestitū ostendit, vt sciat pontifex notiti temporis se pro toto humano genere: maximè autē pro his qui cognouerunt veritatem, & signum fidei in frontibus portant, intercedere debere. vnde *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & qui in sublimitate sunt.* Quòd si in pontifice quem consecrat Moyses, Christū intelligimus, iure inhabitu totius mūdi figurā, simul & hominis habēt: portat enim omnia verbo virtutis suę. Et est agn⁹ qui tollit peccata mūdi, & sacerdos in æternū omni sanctitatis ornatu præclarus. nō qué nat⁹ in carne per exercitiū laboris accepit, sed quem in vtero virginis incarnatus præueniēte gratia spiritussancti totum simul habuit: de cuius sacerdotio dicit Apostolus: *Hic autem eo quod maneat in aternum sempiternum habet sacerdotium &c.* In diumenta quoque & ornamenta virtutum eius commendās ait *Talis decebat vt nobis esset pontifex sanctus, innocēs, impollutus &c.* Hic verò habuit laminā in capite suo aurea, & i sanctū nomē domini sculptū, quia venit in nomine patris dicens: *Ego in patre & pater in me est: & qui vi. me vi. & pa.*

a *Postquā &c.* Aug. Alialitera. Quid est: & cōsummabis manus Aarō & filiorum eius. An per manus potestatem significat vt etiam aliquid ipsi sanctificare possent. Potestas autem ipsa sanctificatione cōsumabatur, qua præcepti sunt, scil. sanctifi-

a ¶ Presbyteros vel Christi vicarios. b ¶ Vt remoti à populo adhæreant Deo. c ¶ Continentia castitatis.

consecrabitur. Filiōs quoque illius applicabis, & indues tūni 1

a ¶ Vt sit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium reanū eius.

cis lineis, cingēsque baltheo, Aaron scilicet & liberos eius, & 2

a ¶ Hæc omnia facit Moyses, id est lex secundum cuius institutionem omnia fiunt. b ¶ Custodiam omnium sensuum. ¶ Sic consecrati. c Quia perpetuam religionem, id est Christianam significat.

impōnes eis mitras, eruntque sacerdotes mihi †religione per- 3

a ¶ Consecraueris. b ¶ Vt omnia bona operentur, & nulla mala. ¶ Quibus contrectent sancta.

† Leui. 1. b. & 3. a. Eph. 3. d. petua: † Postquam initiāueris manus eorum applicabis & vi 4 5

¶ Quia sicut prædixerat lex, Christus immolatus est. a ¶ Quia peccata nostra portauit.

tulum coram tabernaculo testimonij. Impōnentque Aarō & 6

¶ Quia oblatus est Deo in odorem suauitatis.

filij eius manus super caput illius, & mactabis eum in conspectu domini iuxta ostiū tabernaculi testimonij, sumptūq; de† 7

a ¶ Super quatuor iustos nitente virtutibus. ¶ Quatuor principales virtutes. ¶ Id est spiritu sancto, qui omnes replet charismatibus suis. ¶ Qua virtus de est.

sanguine vituli pones super † cornua altaris digitō tuo, reliquū 8

b ¶ Carnalia desideria. ¶ Hæc in Leuitico exposita plene inuenies, quæ prætermittimus ad alia festinantes a ¶ Inferiores in ecclesia

autē sanguinem fundes iuxta bāsim † eius. Sumes & adipem 9

totū, qui operit intestina & reticulū iecoris ac duos renes, & 10

adipē qui super eos est, & offeres incēsum super altare: carnes 11

¶ Extra ciuitatem passus est Christus. 12

1. Tim. 2. a. verò vituli, & coriū, & simū cōbures foris extra castra, eò ꝙ

a ¶ Christum ducem & pastorem omnium.

pro peccato sit. Vnum quoque arietē sumes, super cui⁹ caput 13 14

C

cari à Moyse.

b *Applicabis &c.* Aug. Alia litera: Et adduces vitulum ad ostiū tabernaculi Quæst. 126.

☞

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *prædicitur fieri, cū talis vnctio esset quid notabile: sed circa eos de vnctione non fit aliqua mētio hic vel Leuitici viij. nisi quod de oleo vnctionis & sanguine hostiæ fiebat quædam mistio, qua ipsi & vestes eorū aspergebantur, & si alicubi dicantur vncti, potest de hac aspersione exponi. Materia autem huius vnctionis infrà describitur. sed figura vel forma non habetur ex textu. Dicit autem Ra. Sa. quod erat in figura caph Graci incipiens a capite & descendens versus palpebras & fiebat cum digito ipsius consecrantis in vnctione tincto.*

1 Filios quoq; illi⁹ applicabis, & indues tunicis line. balth. &c. *Modus autem induendi & ornandi ipsum, plenius expositus est capitulo præcedenti.*

2 Postquam initiaueris. *Hic consequenter agitur de immolatione quæ requirebatur in sacerdotum consecratione: & primo ponitur sacrificium pro peccato secundò sacrificium holocausti, ibi:* Vnum quoque arietem. *tertiò hostia pacifica, ibi:* Tolles quoque alterum. *quarto ostenditur quod huiusmodi ritus in consecratione sacerdotum fierē diebus continuis debebat replicari, ibi:* Omnia quæ præcepi tibi. *Circa primum dicitur:* Postquē initiaueris &c. *In Hebræo habetur,* Postquam impleueris. *hoc enim præcedebat sacrificium & talis initiatio vel impletio erat applicatio eorum ad sacerdotale officium.*

3 Applicabis & vitulum: *pro peccato immolandum.*

4 Coram taber. te. *in atrio: vt prædictum est.*

5 Imponentque Aaron & filij eius &c. *quasi confitentes quod vitulus interficiebatur pro peccato eorum, & quod ex rigore iustitiæ erāt digni morte sed ex diuina misericordia mors in animal transferebatur. Item per talem impositionem manus accipiebant potestatem offerendi de cætero hostias pro peccato.*

6 Et mactabis eum. *Mactare enim hostiam pertinet ad sacerdotis officium. quod quidem officium faciebat Moyses in consecratione Aaron & filiorum eius, & ideo sibi dicitur:* Mactabis eum, sumptumque

que de sanguine vituli pones super cornua altaris. *Dicit Ra. Sa. quod hæc positio fiebat tantum in duobus cornibus altaris contradictorie se respicientibus: & sic sanguis ibi positus respiciebat ad quatuor partes altaris, quia quilibet angulus communis est duabus partibus in ipso concurrentibus.*

7 Reliquum autem san. fun. &c. *Erat enim circa pedem altaris quidam canalis vbi effundebatur sanguis, in quo erant quædam foramina, per quæ sanguis intrabat terram.*

8 Sumes & adipem totum. *Voluit enim ipsum dominus sibi offerri & incendi ita quod non comederetur ex eo, ad excludendum modum idololatrarū, qui adipes victimarum suarum comedebant: secundum quod dicitur Deute. xxxij. b.* De quorū victimis comedebant adipes &c. *Item ad designandum, quod pinguedo gratiæ & virtutis nobis collatu soli Deo est attribuenda.*

9 Et reticulum, id est, *quadam pinguedo falcia ad modum retis.*

10 Iecoris. *In Hebræo habetur, eparis.*

11 Ac duos re. *ad est, renunculos, vt habetur Leuitic. viij. vbi ponitur executio huius oblationis quæ hic præcipitur.*

12 Carnes vero vituli &c. *ad denotandum quod peccatum & eius circumstantiæ & occasiones debent elongari à sacerdotibus, quorum officium est pro remissione peccatorum populi offerre & orare.*

13 Vnum quoque arietem. *hic agitur de hostia holocausti.*

14 Super cuius cap. &c. *In hac enim oblatione faciebat Moyses officium sacerdotis, vt dictum est, & ideo Aaron & filij eius erant offerētes Moysi vel potius Deo per Moysen sicut populus postea debebat offerre Aaron & filiis eius. Populares verò offerentes sacerdoti animal ad immolandum ponebant manus super caput hostiæ immolandæ, vt habetur Leuit. j. y. & aliis pluribus locis, ad denotandum quod renuntiabant totaliter illi animali, & in dominum transferebant, & eadem vatione Aaron & filij eius ponebant hic manus super caput bestiæ huius & sequentis. Item vt per talem impositionem acciperent potestatem offerendi hostias holocausti.*

✠ 1 Et

MORALITER.

† 3 *Applicabis & vitulum:* per quē significatur Christus passus in cruce, cuius virtute consecrantur ministri ecclesiæ.

† *Sumptumque &c.* per hoc quod de sanguine vituli ponebatur super quatuor cornua altaris, significabatur quod fides Christi passi dilatanda erat ad quatuor partes orbis.

8 *Sumes &c.* per hoc quod adeps cremabatur super altare, significatur quod passio Christi acceptissima Deo futura esset ex plenitudine gratiæ eius: Iohan. j. b. *Vidimus eum quasi vnigenitum a pa. ple. gra. & ve.* Quæ plenitudo per adipem designatur.

12 *Carnes vero &c.* Per quod significabatur, quod Christus extra Hierusalem erat passurus.

13 *Vnum quoque arietem &c.* Sequitur postea.

tabernaculi, & superponent Aaron & filij eius manus suas &c.
A Ecce vnde dictum est consummandas esse manus eorum, id est, perficiēdam potestatē, vt etiam ipsi sanctificarent, quomodo fit cum ponunt manus suas super vitulum immolandum.

Quæst. 61. ✠ THEODORETVS. Sacerdotes non omnibus hostiis manus imponebant, sed iis quæ pro ipsis immolabantur, maximēq; pro peccato, cæteris verò ipsi illi qui offerebant, manus suas supponebant. Id verò declarabat hostiā locum offerentis tenere, ac supplere. Illud autem sciendum est, quod pro pōtifice vitulus offerebatur, itemque pro omni populo. At verò pro principe hircus: pro vnoquoque verò capra, principi nāque masculus, subiectis verò fœmina cōgruit: præterea vitulus extra castra cōburebatur ob id Christus extra portam passus est. Altari omentum imponebatur, offerebatur adeps ventriculi, duo renes, ipsiusque iecoris fibræ. Quæ omnia affectionum quæ in nobis sunt ænigmata esse existimauerim adeps qui ventriculū operit gulę vitium indicat: renes verò voluptates illas quæ ventrem oblectāt, fibræ iecoris, irascibilem animi vim declarāt. Hæc autem omnia cōsecrari iubet, ac quodammodo malas ipsorum efficacias mortuas
C esse significare.

a Oblatio est Domino. Ave. Odor suauitatis domino sæpe dicitur D sacrificium de victimis pecorum, non quod deus delectetur fumi odore, sed quod his significatur spiritaliter, Deum delectat, cùm spiritaliter exhibetur, sicut odor dei spiritaliter intelligitur. Non enim sicut nos odorem corporeis naribus ducit.

✠ THEODORETVS. Humanis rebus diuinas docet. Nam quia nos suauibus odoribus maximè oblectamur, sacrificium quod ex lege fiebat suauem odorem appellauit. Neque enim nudis verbis adhærendum esse diuina natura declarat, quæ omninò corporis membrorumque expers est.

b Armumque dextrum. GREGORIVS. Sacerdos diuina lege armum dextrū in sacrificium accipit & separatum, vt non solum sit eius operatio vtilis, sed etiam singularis. Nec inter malos tantummodo quæ recta sunt faciat, sed bene quoque operantes subditos, sicut honore ordinis superat, ita quoque morum virtute transcendat. Cui in esu quoque pectusculum cum armo tribuitur, vt quod de sacrificio præcipitur sumere, hoc de semetipso authori discat immolare. Et non solum pectore quæ recta sunt, cogitet, sed spectatores suos ad sublimia armo operis inuitet.

☞ 1 Et

☞ a Et qui ingredietur. AVGVSTINVS. Quomodo ergo proprium dicit huius vni⁹ esse, intrare in tabernaculū testimonij, deseruire in sanctis: cum & illa quæ sunt extra velū, quo velantur sanctasanctorū, sancta appellentur, & tabernaculum testimonii etiam illud vocetur, vbi sint sancta, id est, mensa & candelabrum: vbi cum deseruiant etiam sequētes sacerdotes ad mensam & candelabtū & ipsū altare: quomodo dicit vnum successorē Aarō qui intret in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis? Si enim dixisset deseruire in sanctissactorū: nulla quæstio esset.

Quæst. 129.

† consecrationis.

† eleuatio est, etiq; eleuatio à filis Israel.

† Vestes

† eis

B

* eius

† comedēt ea quibus propitiatus est vel recōciliatio facta est, vt cō secrentur manus eorū sanctificenturque.

¶ Hoc enim pertinet ad summum sacerdotem.

lum de ariete quo initiatus est Aarō, † sanctificabisque illud eleuatū corā domino, & cedet in partē suā †: Sanctificabisque & pectusculū † cōsecratum & armū quē de ariete separasti, quo initiatus est Aarō & filij eius, cedéntque in partē Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filijs Israel: quia † primitiua sunt, & initia de victimis eorum pacificis, quæ offeruntur domino. † Vestem autem sanctam, qua vtitur Aaron, habebunt filij eius post eum, vt vngantur in † ea, & cōsecrēntur manus eorum. Septem diebus vtetur illa, qui pontifex pro eo fuerit cōstitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonij, vt ministret in sanctuario. Arietem autem † consecrationis tolles & coques carnes * in loco sancto, quibus vescetur Aarō & filij eius. Panes quoque qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonij † comedent, vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Aliēnigena non vescetur ex eis, quia † sancti sunt. Quòd si remanserit de carnibus consecratis siue de panibus vsque mane, combūres reliquias igni: nō comedentur, quia sanctificata sunt. Omnia quæ præcepi tibi facies super Aaron & filijs eius. Septēm diebus consecrabis manus eorum, & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mūdabisque altare cum immolaueris expiationis hostiā, & vnges illud in sāctificationē. Septē diebus expiabis altare & sanctificabis, & erit sanctū sanctorū. Omnis qui te-

¶ Vt religionem & sanctitatem eius successores imitentur.

a ¶ Opera. b Continuis, quibus sacerdotium dedicatur. c ¶ Summus, sci. quia non poterat esse nisi vnus.

a ¶ Gentilis, vel hæreticus, vel cuius vita ab ecclesia alienatur.

a ¶ Siquid residuum fuerit, igni comburetur. ¶ Spiritussancti.

a ¶ Vt omni tempore sint opera eorum munda.

a ¶ Quod est extra velum.

¶ Quod est extra velum. Per vnctionem.

☞ cam F

† eleuabis il ludeleuationem.

† Hebræa sic habent ad verbum: Et sanctificabis pectus, eleuationis, & armum eleuationis qui eleuatus est eleuatus inquam ex ariete consecrationū, cedentque &c.

† consecrationum.

E

† sanctificata.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Quia Christum morti sacerdotes tradiderunt.

ponent Aāron & filij eius manus: quem cū mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes † circa altare: ipsum autem arietē secabis in frusta, lotáque intestina eius ac † pedes pones super † concisas carnes, & super caput illius: & offeres totum arietē incensum super altare. † Oblatio est domino, odor suauissimus victimæ domini. Tolles quoque arietem alterū super cuius caput Aaron & filij eius ponunt manus. Quem cùm immolaueris, sumes de sanguine † ipsius, & pones super extremum dextræ auriculæ Aaron & filiorum eius: & super pollices manus eorum ac pedis dextri, fundésque sanguinē super altare per circuitū. † Cúque tuleris de sanguine, qui est super altare, & de oleo vnctionis, asperges Aarō & vestes ei⁹, filios & vestimēta eorū. Cōsecratisq; ipsis & vestib⁹, tolles adipē de ariete & cāudā, & aruinā quæ operit vitalia, ac reticulū iecoris, & duos renes, atq; adipē, qui super eos est, armūque dextrū, eò q; sit aries † consecrationis tortāq; panis vni⁹ † crustulā cōspersā oleo, laganū de canistro azymorū, quod positum est in conspectu domini: ponesque omnia super manus Aaron & filiorum eius, & † sanctificabis eos eleuans coram domino. Suscipiésque vniuersa de manibus eorū, & incendes super altare in holocaustū, odorē † suauissimū in cōspectu domini, quia oblatio ei⁹ est. Sumes quoque pectūsculum de ariete quo initiatus est Aaron, & eleuabis illud coram domino, & erit pars tua. Armum autem dextrum consecrabis de sacrificio pacificorum, & coques eum in loco sancto, in quo coquuntur sacrificia pro peccatis, & comedent ea filij eius, & vngentur oleo vnctionis. Quæ sanctificata sunt de reliquiis, comedent filij eius, & nullus alienigena vescetur ex eis, quia sanctificata sunt. Si remanserit de carnibus consecrationum, & de panibus vsque mane, combures reliquias igni: non comedentur, quia sanctificata sunt. Septem diebus induet eis pontifex qui fuerit pro eo constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonij, vt ministret in sanctuario. Septem diebus consecrabis manus eorum, & sanctificabis eos. Et faciet Aaron & filij eius omnia quæ præcepi tibi per manum meam. Septem diebus consecrationum & sanctificationum celebrabis ritum. Vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Et mundabis altare, cum pro eo expiationis hostiam immolaueris, & vnges illud ad sanctificationem. Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis eum, & erit altare sanctum sanctorum. Omnis qui tetigerit altare, sanctificabitur. Hæc quoque offeres super altare: agnos anniculos duos per singulos dies assidue. Agnum vnum offeres mane, & agnum alterum offeres ad vesperam. Super agnum vnum decimam partem similæ conspersæ oleo, quod exprimi debet in quarta parte mensuræ hin. Et libamen quarta pars hin pro agno vno. Et immolabis agnum alterum ad vesperam, iuxta sacrificium matutinum, & iuxta libamen eius offeres in odorem suauissimum, oblationem domino. Holocaustum iugiter in generationibus vestris ante ostium tabernaculi testimonij coram domino, vbi conueniam vobis, vt loquar ad te. Ibique constituam filios Israel, & sanctificabitur in gloria mea. Sanctificabo tabernaculum testimonij & altare. Aaron quoque & filios eius sanctificabo, vt sacerdotio fungantur mihi. Habitabo in medio filiorum Israel, & ero eis in Deum. Et scient quia ego sum dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, vt habitarem inter eos. Ego dominus Deus eorum. Facies & altare thymiamatis, ligno setim fabricabis illud. Cubitus erit longitudo eius, & cubitus latitudo. Quadrangulum erit, & cubitus altitudo eius. De ipso cornua. Et vestiet ea auro purissimo, tectum eius & parietes per circuitum, & cornua. Et faciet ei coronam auream per circuitum. Duos annulos aureos faciet ei sub corona sua, per latera ex vtraque parte, vt mittantur vectes, & portetur altare in eis. Vectes autem facies de ligno setim, & vestiet eos auro. Et ponet altare contra velum quod est ante arcam testimonij, contra propitiatorium quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi. Adolebit autem super eo Aaron thymiama aromatum mane. Cum compleuerit lucernas, vespere adolebit illud thymiama iugiter coram domino in generationibus vestris. Non offeretis super eo thymiama alienum, & holocaustum, & sacrificium, & libamen non effundetis super eum. Semel in anno deprecabitur Aaron super cornua eius in sanguine hostiæ pro peccato propitiationis, semel in anno deprecabitur super eum in generationibus vestris. Sanctificatum domino erit altare sanctum sanctorum. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Cum tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum eorum, dabunt singuli pretium animæ suæ domino, & non erit plaga in eis, cum recensentur. Hoc dabit omnis qui transit ad numerum, dimidium sicli iuxta mensuram sanctuarij. Sicli viginti obolos habet. Dimidium sicli offerent primitias domino. Omnis qui transit ad numerum, a vigesimo anno & supra, dabit primitias. Non addet dives, & pauper non minuet de dimidio sicli, vt offerant primitias domino, & propitietur pro animabus eorum. Et sumes pecuniam propitiationis a filijs Israel, & dabis eam in opus tabernaculi testimonij, vt sit filijs Israel in memoriale coram domino, & propitietur pro animabus eorum. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Facies & labrum æneum cum basi sua ad lauandum, & ponet illud inter tabernaculum testimonij & altare, mittetque aquam. Lauabuntque Aaron & filij eius manus suas & pedes ex eo, quando ingredientur tabernaculum testimonij, & quando accedent ad altare, vt ministrent & offerant incensum domino. Lauabuntque manus suas & pedes, ne forte moriantur. Et erit legitimum sempiternum ipsi & semini eius in generationibus suis. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Tolle tibi aromata, stacten & onycha & galbanum aromata cum thure purissimo, æquale pondus omnium erit. Et facies ex eis thymiama compositum opere pigmentarij, mixtum diligenter, purum & sanctum. Cumque in tenuissimum puluerem contuderis, ponesque ex eo coram testimonio in tabernaculo fœderis, vbi apparebo tibi, sanctum sanctorum erit vobis thymiama. Simile quod feceris, non facietis vobis iuxta compositionem eius. Consecratum domino erit. Qui fecerit quippiam huius generis, vt odore eius perfruatur, peribit de populo suo. Dixit quoque dominus ad Moysen: Vide, vocauit nomine suo Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & implebit eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia & scientia in omni opere, ad excogitandum quæ fabre fieri possunt, & operanda auro & argento & ære, lapidumque pretiosorum sculptura & lignorum fabrefactione, & in omni opere quod cogitari potest. Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan, & cunctis eruditis corde tribuam sapientiam, vt faciant omnia quæ præcepi tibi, tabernaculum fœderis, & arcam testimonij, propitiatorium quod super eam est, & omnia vasa tabernaculi, mensam cum vasis suis, & candelabrum purissimum cum omnibus vasis suis, & altare thymiamatis, & altare holocausti cum vniuersis vasis suis, labrum cum basi sua, vestes sanctas Aaron sacerdotis & vestes filiorum eius in ministerio, vnctionem olei & thymiama aromatum in sanctuario. Omnia quæ præcepi tibi faciant. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Verumtamen sabbata mea custodite, quia signum est inter me & vos in generationibus vestris, vt sciatis quia ego dominus qui sanctifico vos. Custodite sabbatum, quia sanctum est vobis. Qui violauerit illud morte morietur. Si quis fecerit in eo opus, delebitur anima illius de medio populi sui. Sex diebus operabimini, die autem septimo sabbatum requietionis sanctificatum domino. Omnis qui fecerit opus in die sabbati, morte morietur. Custodient filij Israel sabbatum, & celebrabunt illud in generationibus suis pactum sempiternum. Inter me & filios Israel signum perpetuum erit in æternum. In sex enim diebus fecit dominus cælum & terram, die autem septimo cessauit, & recreatus est. Dedit quoque Moysi, postquam finem loquendi fecit in Sina, duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito Dei. Videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte, congregatus aduersum Aaron, dixit ei: Surge, fac nobis deos qui nos præcedant: Moysi enim huius viri qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid factum sit. Quibus ille respondit: Tollite inaures aureas de uxoribus & filijs & filiabus vestris, & afferte mihi. Fecit ergo quod iussit, & omnes detulerunt inaures ad eum. Quas cum ille accepisset, formauit opus cælatura, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntque: Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Quod cum audisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconio indicto ait: Cras festus dominus erit. Surgentes mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Locutusque est dominus ad Moysen: Vade, descende, peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti. Recesserunt cito de via quam præcepisti eis, & fecerunt sibi vitulum conflatilem, adorauerunt eum, & immolantes victimas dixerunt: Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Rursumque ait dominus ad Moysen: Cerno quod populus iste durissimæ ceruicis sit. Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Precabatur Moyses dominum Deum suum, & dicebat: Cur, domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna & manu robusta? Ne quæso dicant Ægyptij: Callide eduxit eos vt interficeret in montibus, & deleret de terra: Quiescat ira tua, & esto placabilis super malitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli, & vniuersam terram hanc quam locutus sum dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Placatus factus est dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersum populum suum. Reuersusque Moyses descendit de monte, portans duas tabulas testimonij scriptas ex vtraque parte, quarum erat vna & altera ex latere scripturæ. Tabulæ opus Dei erant, & scriptura Dei sculpta in tabulis. Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: Ululatus bellantium auditur in castris. Qui respondit: Non est clamor hortantium ad pugnam, nec vociferantium compulsorum ad fugam, sed vocem canentium ego audio. Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum & choros, iratusque valde proiecit de manibus tabulas, & confregit eas ad radices montis. Arripiensque vitulum quem fecerant, succendit igni, & contudit usque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & potum dedit filijs Israel. Dixitque ad Aaron: Quid tibi fecit populus iste, vt induceres super eum peccatum grande? Qui respondit: Ne irascatur furor domini, tu nosti populum istum quod pronus sit ad malum. Dixerunt enim mihi: Fac nobis deos qui nos præcedant: Moysi enim huius viri qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid factum sit. Quibus ego audiui: Quicunque habet aurum, tollat: & dederunt mihi, & proiecerunt in ignem, & exiit vitulus iste. Videns autem Moyses populum nudatum (nudauerat enim eum Aaron propter ignominiam turpissimæ fabricæ inter sibilos hostium) stetit in porta castrorum, & ait: Si quis est domini, iungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui. Quibus ait: Hæc dicit dominus Deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum, ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem & amicum & proximum suum. Feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moysi, & ceciderunt in die illa quasi viginti tria millia virorum. Dixitque Moyses: Consecrastis manus vestras hodie domino, vnusquisque in filio & fratre suo, vt detur vobis benedictio. Die autem sequenti locutus est Moyses ad populum: Peccastis peccatum maximum, ascendam ad dominum, si forte deprecer pro delicto vestro. Reuersusque ad dominum, ait: Obsecro, peccauit populus iste peccatum grande, & fecerunt sibi deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui dominus respondit: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Tu autem vade, & duc populum istum quo locutus sum tibi. Ecce angelus meus præcedet te. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Percussit ergo dominus populum pro conflatione vituli quem fecerat Aaron. Locutusque est dominus ad Moysen: Vade, ascende de loco isto tu & populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, in terram quam pollicitus sum Abraham, Isaac & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Et mittam angelum meum qui eiciat Chananæum & Amorræum & Hethæum & Pherezæum & Heuæum & Iebusæum, vt introeam & possideam terram fluentem lacte & melle. Non ascendam tecum, quia populus durissimæ ceruicis es, ne forte delens te in via consumam. Quo audito populus luxit, & nullus ausus est ornatum suum quo solebat vti tangere. Dixit enim dominus ad Moysen: Dic filijs Israel: Populus durissimæ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Proiice ornamenta tua, & ostendam quid faciam tibi. Spoliauerunt se filij Israel ornamentis suis ab monte Horeb. Moyses autem tollebat tabernaculum & figebat extra castra procul, vocauitque nomen eius tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquam quæstionem egrediebatur ad tabernaculum fœderis quod erat extra castra. Cumque egrederetur Moyses ad tabernaculum, consurgebat vniuersus populus, & stabat vnusquisque in ostio tabernaculi sui, & respiciebant tergum Moysi donec ingrederetur tentorium. Postquam autem ille introierat, descendebat columna nubis & stabat ad ostium tabernaculi, loquebaturque dominus cum Moyse. Videbat omnis populus columnam nubis stantem ad ostium tabernaculi, & consurgens adorabat vnusquisque in ostio tentorij sui. Loquebatur autem dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Reuertebatur ille in castra, minister eius Iosue puer non recedebat de tabernaculo. Dixit autem Moyses ad dominum: Tu mihi præcipis vt educam populum istum, & non indicas mecum quem missurus sis angelum, præsertim cum dixeris: Noui te ex omnibus, & inuenisti gratiam coram me. Si ergo habeo gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te & inueniam gratiam coram te. Respice quod gens tua populus sit. Qui ait: Ego ipse præcedam te, & dabo tibi requiem. Et ait ei: Si non tu ipse præcedis, ne educas nos de loco isto. Vnde enim scire possum ego & populus tuus inuenisse nos gratiam coram te, nisi ambulaueris nobiscum, & glorificati fuerimus ego & populus tuus super omnes populos qui habitant super terram? Dixit dominus ad Moysen: Etiam hoc quod locutus es faciam. Inuenisti enim gratiam coram me, & noui te ex omnibus nominatim. Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. Dixit ei: Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine meo coram te, quia misericordiam præstabo cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Rursumque ait: Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet. Et iterum: Ecce, inquit, est locus apud me, stabis super petram, & cum transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea donec transeam. Cumque abstraxero manum meam, videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Dixit quoque dominus ad Moysen: Dolia tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam in eis verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. Esto parat⁹ mane, & ascende ad montem Sinai, stabisque mecum super verticem montis. Nullus ascendat tecum, nec videatur quisquam per totum montem, sed nec pecudes quidem & armenta pascantur e regione montis illius. Dolauit ergo duas tabulas lapideas instar priorum, & mane consurgens ascendit mons Sinai, sicut præceperat ei dominus, portans in manibus duas tabulas lapideas. Descendit autem dominus per nubem, & stetit pariter cum eo, & inuocauit nomen domini. Transiitque dominus coram eo, & clamauit: Dominus Deus misericors & clemens, patiens & multæ miserationis & verax, qui custodit misericordiam in millia, qui aufert iniquitatem & scelera & peccata, nullusque apud se per se innocens est, qui reddit iniquitatem patrum in filios & in filios filiorum, in tertiam & quartam generationem. Festinus Moyses curuauit se super terram & adorauit, dixitque: Si inueni gratiam coram te, domine, obsecro vt gradiaris nobiscum, populus enim durissimæ ceruicis est, & tolle iniquitates nostras & peccata, & possidere nos fac. Ait dominus: Ecce ego pango fœdus coram omni populo tuo, faciam mirabilia quæ non facta sunt in vniuersa terra, nec in vllis gentibus, & videbit omnis populus in quo habitas opus domini. Horribile est enim quod facturus sum per te. Obserua quæ ego præcipio tibi hodie. Ecce ego ejiciam ante faciem tuam Amorræum & Chananæum & Hethæum & Pherezæum & Heuæum & Iebusæum. Cauete ne ineatis fœdus cum habitatoribus terræ illius quam ingredieris, ne fiat vobis in ruinam. Aras eorum destruite, confringite statuas, & lucos succidite. Non adorabis deum alienum, dominus enim nomen eius zelotes est, Deus fortis est. Non inibis fœdus cum habitatoribus terræ illius, ne postquam fornicati fuerint cum dijs suis, & immolauerint eis, vocent te, & comedas de victimis eorum. Neque accipies de filijs eorum vxores filijs tuis, ne postquam & ipsæ fornicatæ fuerint, filios quoque tuos faciant fornicari. Dij conflatiles non facietis vobis. Sollemnitatem azymorum custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præcepi tibi, tempore mensis nouorum, in mense enim nouorum egressus es de Ægypto. Omne quod aperit vulvam mea sunt, de omni pecore tuo masculini sexus, primogenita bourn & ouium. Primogenitum asini commutabis ove. Si non commutaueris, occides. Primogenitum filiorum tuorum redimes. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis, arando & metendo requiesces. Et hebdomadas & primitias frumenti messis tuæ facies. Et festum in exitu anni. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum coram domino Deo Israel. Cum enim abstulero gentes a facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ ascendenti vt appareas coram domino Deo tuo tribus vicibus per singulos annos. Non immolabis super fermentum sanguinem victimæ meæ, nec remanebit de sacrificio festiuitatis paschæ vsque mane. Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo domini Dei tui. Non coques hædum in lacte matris suæ. Dixit autem dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Israel pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cum domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non comedit & aquam non bibit. Scripsitque in tabulis verba fœderis decem. Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, portans duas tabulas testimonij, & ignoraret quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis domini, videntes filij Israel cornutam esse faciem Moysi, timebant prope accedere. Vocauit autem eos ille, & reuersi sunt ad eum Aaron & omnes principes synagogæ, & locutus est ad eos. Postea accesserunt & cuncti filij Israel, & præcepit eis omnia quæ audierat a domino in monte Sinai. Cumque finem loquendi fecisset, posuit velamen super faciem suam. Quando autem ingrediebatur coram domino vt loqueretur ei, auferebat velamen donec egrederetur. Et quæ audierat filijs Israel mandabat, videntes faciem eius esse cornutam. Rursumque velabat Moyses faciem suam, donec ingrederetur vt loqueretur domino. Dixit quoque dominus ad Moysen: Congrega omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos: Hæc sunt quæ fieri præcepit dominus. Sex diebus facietis opera, die autem septimo erit vobis sanctificatum sabbatum requietionis domini. Qui fecerit in eo opus, morte morietur. Non succendetis ignem in cunctis habitationibus vestris die sabbati. Locutusque est Moyses ad omnem cœtum filiorum Israel, dicens: Hæc est sententia rei quam præcepit dominus, dicens: Tollite ex vobis primitias domino. Omnis voluntarius & promptus corde offerat eas domino: aurum & argentum & æs. Hyacinthum & purpuram coccumque bis tinctum & byssum. Pilos caprarum & coria arietum rubricata & ianthina. Ligna setim & oleum ad luminaria concinnanda. Aromata in vnctionem olei & in thymiama odoramentorum. Lapides onychinos & gemmas ad ornandum ephod & rationale. Omnes sapientes corde ex vobis venient & fabricabunt quæcunque præcepit dominus. Tabernaculum cum operimento suo & cooperculo & vectibus & tabulis & basibus eius. Arcam cum vectibus & propitiatorio & velo quod tegit eam. Mensam cum vectibus & vasis & propositionis panibus. Candelabrum ad luminaria & vasa eius & lucernas & oleum ad nutrimenta luminum. Altare thymiamatis & vectes & vnctionem olei & thymiama aromatum. Ostium quod est ante tabernaculum testimonij, & altare holocausti & craticulam æneam & vectes & vasa eius. Labrum cum basi sua. Vestes sanctas Aaron sacerdotis & vestes filiorum eius in ministerio. Omnia quæ præcepit dominus Moysi, fecerunt filij Israel. Vidit Moyses cuncta quæ fecerant, & benedixit eis.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et fundes circa altare. *Non in parte superiori: sed magis circa basim, nec fiebat cum digito, sicut de præcedenti dictum est, sed magis cum baculo argenteo, vt dicit Ra. Sa.*

2 Et offeres totum &c. *Propter hoc enim dicitur hostia holocausti, quia tota cremabatur ad honorem diuinum præter sanguinem qui effundebatur modo prædicto, & pellem quæ erat sacerdotis.*

3 Oblatio est domino odor. *Non quia Deus delectaretur in fumo carnium crematarum, sed in obedientia & fide & deuotione offerentium: & maxime quia tales oblationes & victimæ erant quædam figuræ & protestationes Christi immolandi pro salute mundi.*

4 Tolles quoque. *Hic agitur de hostia pacifica, quæ offerebatur pro gratiarum actione de bono præterito, vel pro impetratione boni futuri & vtraque causa hic cōcurrebat: quia Aaron & filij eius debebat gratias agere Deo, de hoc quod per ipsum promouebantur ad dignitatem sacerdotalem, & supplicare vt Deus daret ipsis gratiam exercendi illud officium digne.*

5 Super cuius &c. *Vt illam victimam Deo totaliter darent, & vt offerendo hostias pacificas acciperent potestatem.*

6 Sumes de sanguine *Intingendo digitum.*

7 Et pones &c. *Ad denotandum quod debebant habere aures apertas ad præcepta domini, & etiam obedientes, quod designabatur per extremū auriculæ, q̄ est molle, & tenerū, & nō resistēs.*

8 Et super &c. *Dicit Ra. Sa. quod fiebat super inferiorem medietatem pollicis ad denotandum quod debebant esse prompti, & expediti in oblatione sacrificiorum.*

9 Fundesque sangu. *&c. Dicit Ra. Sa. quod fiebat tatum in duobus locis contradictoriis, & sic sanguis respiciebat ad quatuor partes altaris, quæ perficium altaris circumuitum.*

10 Cumque tuleris &c. *Ex quibus fiebat quedā mistio, vnde aspersi sunt sacerdotes, & eorum vestes in memoriam deuotionis Iacob fundentis oleum super lapidem, vt habetur Ge. xxviij. d.* Et *sanguinis immolati in exitu de Ægypto, per quem fuerunt liberati.*

11 Tolles adipem &c. *Hoc dicitur pro tanto quia non legitur aliàs armus dexter crematus de hostiis pacificis sed cedit in partem sacerdotis, & sequitur.* Hostia pacifica.

12 Ponesq; omnia. *Quia erāt quedā portiones de oblationibus eorū.* Ventilatio.

13 Et sanctificabis. *In Hebræo habetur,* Et ventilabis coram domino. *Dicit Ra. Sa. quod ista ventilatio fiebat per talem modū, quod Moyses supponebat manus suas manibus Aaron, & filiorum eius tenentium prædicta, eleuans primò sursum, postea vertrahens deorsum: & deinde deducens versū orientem, & versus occidentem ad aquilonem & meridiem, ad designandum quod illa offerebantur Deo, qui dominatur celo, & terræ, & quatuor partibus orbis. Patet etiam quod prædicta deductio seu ventilatio fiebat in modum crucis, in quo figurabatur quod Christus futurus erat offerendus in cruce pro mundi salute.*

14 Suscipiesque vniuersa. *Quia faciebant sacerdotis officium, vt prædictum est.*

15 Et incendes super altare. *Erat enim hostia pacifica: & ideo vna pars incendebatur ad honorem diuinum, alia autem pars erat ipsius sacerdotis, ideo subditur: Sumes quoque pectusculum &* subditur,

✠ Et cedet

MORALITER.

✠ 4 *Tolles quoque arietem alterū.* Per istos duos arietes immolatos intelliguntur Petrus & Paulus duces Christianæ plebis, sicut arietes sunt duces gregis, quorum martyrio consecrata est ecclesia Romana. xx. dist. quamuis & per consequēs aliæ ecclesiæ. Istorum autem aries vnus totus incensus significat Paulum amore Christi totum incensum. Alius aries de cuius sanguine tingebatur extremum auriculæ & pollices manus ac pedis dextri, figurauit Petrū. Nam ecclesiæ Romanæ obediendum est in his quæ sunt fidei: quæ est ex auditu Roma. x. c. & hoc significatur per tinctionem auriculæ. Similiter in his quæ sunt morū: quod significatur per tinctionem manus ac pedis dextri: quia manus est organum organorum, propter quod significat operationem bonam degenere & pes dexter affectionē rectā, & vtrūq; requirit ad bonum moris.

† *Tortamque panis &c.* Tres modi panum offerebantur in consecra-

NICOLAVS DE LYRA.

per manus Aaron & filiorum eius vt ventilarentur, coram domino vt prædictum est.

13 Et vitulum pro peccato suo &c. *& sic patet quod duo sacrificia reiterabantur septem diebus continuis, scil. hostia pacifica, & pro peccato, & idē intelligēdum est de hostia holocausti, & de annexis eiusdem. Dicit autem Iosephus, quod omnia prædicta circa Aaron, & filios eius ac eorum vestes reiterabantur septem diebus.*

14 Mundabisque altare &c. *Postquam egit de consecratione sacerdotū: hic consequenter agitur de exercitio officij ipsorum, & primò ostenditur dictum exercitium: secundò quid ad hoc erat necessarium ante medium. cap. sequen. ibi,* Locutusque est dominus ad Moysen. *Adhuc primò ostenditur prædictum exercitium in altari holocausti, secundò in altari incensi in principio sequētis ca. Adhuc primò describitur consecratio altaris prædicti. secundò quid debeat super illud offerri, ibi* Hoc est quod facies in altari: *tertiò vtilitas huius sacrificij, ibi.* Ad ostiū tabernaculi testimonij corā domino. *Circa primum dicit sic:*

15 Mundabisque al. &c. *Dicit Ra. Sa. quòd hæc hostia non erat alia, nisi illa quæ offerebatur pro peccato Aaron & filiorum eius septem diebus consecrationis suæ: post cuius oblationem super altare mundabatur ipsū altare, & postea vngebatur vnguēto q̄ describitur c. sequenti.*

16 Septem diebus expiabis altare & sanctificabis. *quia hæc consecratio altaris septem diebus replicabatur.*

17 Et erit sanctum sanctorum. *Hic accipitur sanctum sanctorum aquiuocè, & prout dicitur de parte templi in qua erat arca testamenti, quia de illa parte dicitur tanquam proprium nomen eius vt dictū est supra. c. xxvj. De altari verò holocausti dicitur denominatiuè respectu eorum quæ veniunt in communem vsum hominum.*

18 Omnis qui tetigerit, *id est, sacerdotes ad ministrandum ibidem accedentes, debēt prius mundari & sanctificari. Ra Sa. dicit, quod hic est textus verus: Omne tangens illud sanctificabitur. Dictio enim Hebraica quæ ibidē ponitur est omnis generis, & indifferenter idem significat, quod omnis vel omne: & secundum ipsum refertur ad ea quæ offeruntur super altare, quia si aliquid esset inepium ad offerendum super altare, ex tactu altaris efficeretur aptum, non tamen intelligitur hoc de omni inepto, sed solummodo de eo quod poterat offerri secundum legē, sed postquam erat adductum vel apportatum ad exedram tabernaculi, vbi reseruabantur offerenda, fiebat ineptum ex tactu alicuius rei immundæ vel alioquo huiusmodi: & tale si poneretur super altare, non erat*

☞ auferen-

MORALITER.

✠ secratione sacerdotum qui omnes erant de simila tritici, & ideo significabant eucharistiam, quæ conficitur in pane triticeo, sicut plura imperfecta figurant: vnum perfectum: eucharistia verò solenniter offertur in ordinatione ministrorum ecclesiæ.

12 *Septem diebus consecrabis manus eorum: & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum.* Per quod significatur, quod

Universidad de Deusto

cá quæ lege habebat, esset propitiatorium, vbi dei misericordia significatur, intelligendum est quam propitius sit peccatis eorum qui legem non implent. Hoc enim videtur esse sacerdotis significari: Nam & ipsa sacramenta ecclesiæ significat: quod in λογικῷ id est rationali in pectore sacerdotis posito iudicia continebat. In lamina verò sanctificationem & abolitionē peccatorum tanquam rationale sit in pectore simile arcæ in qua lex erat, & lamina in fronte, similis propitiatorio qui super arcam erat: & vtrobique seruaretur quod scriptum est: *Superexaltat misericordia iudicium.* Iacob. ij. cap.

† quietis ob lationem i. vt Chald. interpretat. oblatio sustentiam in ipsa veniat coram domino

† & essem deus eorum

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

auferendum, sed offerendum: quia ex tactu altaris erat emundatū.

1 Hoc est q̄ facies in altari. *Hic consequēter ostenditur quid p̄ singulos dies debeat fieri super altare: scilicet iuge sacrificiū, cum dicitur:*

2 Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter &c. *Et per hoc intelliguntur aliæ oblationes & sacrificia quæ fiebant in altari: sed solum exprimit iuge sacrificium, quod erat principalius, & offerebatur in holocaustum, vt habetur Numeri xviij. Dicitur autem agnus anniculus ab actu anua die natiuitatis sua, ante quam non debet offerri vsque ad completionem anni.*

Anniculus.

3 Vnum agnum mane: *Id est ante ortum solis, vt dicit Iosephus.*

4 Alterum vespere: *Id est ante occasum.*

5 Decimam partem similę. *cuius mensuræ sit decima pars non exprimitur hic, sed est intelligendum quod sit decima pars ephi, vt habetur Numeri xviij. De quantitate istius mensuræ, & decima eius parte dictum est supra xxvj. cap.*

6 Conspersæ oleo. *quia in pistatione eius infundebatur oleum.*

7 Tuso. *Id est trito cum pilo. Illud oleum erat purius illo, quod terebatur in molis, & ideo in hoc sacrificio quod erat sanctius aliis, eo quod figurabat æternitatem agni immaculati Iesu Christi, secundū q̄ dicit Apostolus ad Hebræ. xiij. b.* Iesꝰ Christꝰ heri & hodie, ipse & in sō cula: *requirebatur oleū tusū. In aliis autem sacrificiis poterant vti oleo trito in molis.*

8 Quod habeat mensuram quartam partem hin. *secundum Papiam est duplex hin, maius quod continet quasi quatuor quartas Parisienses cum dimidia, & minus quod continet duas quartas. Credo tamē melius, quod quantitates huius mensuræ & altarum quæ ponuntur in scriptura sacra est nobis incerta: quia mensuræ liquidorum & aridorum multum variantur secundum loca & tempora diuersa.*

9 Et vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno. *Id est effundendum super altare. Et notandum quod sacrificium proprie dicitur de rebus viuentibus. Oblatio autem de non viuentibus: aridis tamen vt de pane, & simila, & huiusmodi. Libamen autem, seu libatio de liquidis, vt de vino & oleo, cum agno vero iugis sacrificij offerebatur simila & vinum, vt dictum est.*

Sacrificium. Oblatio. Libamen.

10 Sacrificium est domino &c. *quia nulla debebat dies intermitti quin istud sacrificium offerretur & mane & vespere. Alia autē sacrificia non sic continuabantur.*

11 Ad ostium &c. *Hic consequenter ostenditur vtilitas sacrificij prædicti, cum dicitur,* Ad ostium tabernaculi &c. *Ex sacrificiis enim ruti celebratis merebantur audire diuina responsa.*

12 Ibique præcipiam filiis Israel. *Per summum sacerdotem, eis præcepta mea referentem.*

13 Et sanctificabitur altare. *Et loquitur hic de altari holocaustorum super quod descendit ignis a Deo missus, vt habetur Leuitici ix. d.*

14 Sanctificabo tabernaculum &c. *Quia inde audiebatur diuinū responsum quasi procedens de propitiatorio, quod erat quasi sedes loquentis deꝰ: vt dictum est supra xxv. cap.*

15 Et Aaron cum filiis suis. *Per consecrationem, qua licet iam esset descripta, tamen non erat adhuc in executione posita.*

16 Et habitabo in medio filiorum Israel. *Per speciales illuminationes & condescensiones & beneficia, vt patet in multis locis veteris testamenti.*

17 Eroque eis Deus. *per specialem cultum.*

18 Et scient. *Per experientiam beneficiorum.*

19 Quia ego dominus Deus eorum. *Habens specialem curam de regimine &, conseruatione ipsorum. Catera patent.*

CAP.

MORALITER.

† ministri ecclesiæ debent esse sancti toto tempore vitæ suæ, quod per dierum septenarium designatur, Exodi xix. d. *Sacerdotes qui accedunt ad me sanctificentur.*

ADDITIO. I.

In ca. xxix. vbi dicitur in postilla: Tolle vitulum de armento in memoriam &c. *Memoria non est futurorum sed præteritorum. Vnde cum peccatum Aaron, quando hoc fuit dictum Moysi, nondum esset perpetratum, nec expiatum, inconuenienter videtur dici, quia hic vitulus erat in memoriam expiationis peccati Aaron, præsertim secundū eos qui Aarōexcusat à peccato, vt infrà videbitur. Vnde in istis si figuralem rationem quærimus, melius videtur dicendum, q̄ præfigurabant mysteria Christi: qui fuit finis totius legis, & de quo omnes prophetæ prophetauerunt, prout etiam Hebræi fatentur: Vnde gl. in hoc loco: Quicunque pontifex, vel sacerdos taurum debet offerre, id est passionem Christi firmiter credere & imitari. Et duos arietes, vt credat eundem Christum ex corpore & anima constare. Et panes azymos, id est, munditiam vitæ &c. Item in alia glo. per duos arietes immaculatos, Christus immolandus pro vtroque populo designatur.*

REPLICA Correctorij contra Burg. In ca. xxix. vbi postillator illū passum: Tolle vitulum de armento, *exposuisset de memoria expiationis peccati Aaron: Burgen. obiicit, quia memoria est præteritorum, non futurorum: sed peccatum Aarō quando hoc dicebatur, non fuerat præteritum: igitur non potuit conuenienter dici in memoriam expiationis ipsius. Sed Burgen. videtur deficere, quia reprobat sensum literalem postillatoris, & alium non assignat: qui tamen primò fundandus est, nisi litera absurdè sonaret, vt Iudi. xx. b.* ierunt ligna &c. *quoniā secūdum he. Greg. & alios supra allegatos, recurrendum est primò ad sensum alium: nunc autem in hoc passu per postillatorem ad literam exposito nihil apparet absurditatis, nisi quod Burg. arguit de peccato Aaron nōdum præterito. Hic respondeo. Burg ex litera probare non potest peccatum Aaron nondum præteritum, poterat enim pro tunc esse perpetrauū nam breui tempore fieri non potuit, quando Aaron Hur occiso motu mortis populo malè petenti cessit, inaures & pretiosa petiit, & populus tradidit furnum & folles &c. an arte fusoria necessaria ordinauit, & catera ad formationē vituli pertinentia, & altaris constructionē fecit, vide de hoc postil. xxxij. cap. peccatum igitur Aaron diu ante adoratio nem vituli per petratum fuit, de quo tamen Deus Moysi non dixit, sed eius expiationem prænosticè ordinauit dicens:* Tollesvitulum &c. *in memoriam peccati Aaron sic expiandi.*

CAP.

CAP. XXX.

Vbi supra cap. 11.

Mysticè.

Aa

Acies quoq; altare, &c. Beda. Expletis mādatis cōsecrationis Aarō & filiorū eius, redit scriptura præcipere etiā de factura altaris incēsi, in quo Aarō quotidianū adoleret thymiama. Si verò in altari holocausti de quo suprà dictū est, generaliter vita significatur iustorum, qui carnem suā quotidie crucifigunt cum vitijs & concupiscentijs, atque in hostiam viuētem offerunt, quid hoc altare in adolendum thymiama factum, nisi specialem vitam iustorum perfectorum designat? Neq; enim frustra in illo carnes animalium incendebantur, in hoc incensum adolebatur, sed in illo figurabantur illi qui non secūdum carnis ambulant desideria, sed quasi hæc domino immolantes, omnes corporis sensus per ignem spiritus dodicant voluntati eius. In isto autem figurantur illi qui maiore mentis perfectione extinctis illecebris carnis, solida domino orationum vota offerunt, nihil de carne quod repugnet: nihil de conscientia peccati quod turbet habentes, dulcium præ effusione lachrymarum, optantes venire & apparere ante faciem domini. Vnde hoc altare intus in vicinia veli & arcæ, illud ante tabernaculum foris positum est, quia illi in conspectu ecclesiæ cunctis in exemplo virtutum præfulgent. Isti altioris ardore desiderij contemplationi suæ beatitudinis etiam in corpore appropinquant.

b *Altare.* Beda. Aptè etiam altare thymiamatis quantū metalli fulgore præcellebat, tantò quantitate minus erat: quantò enim sanctiores, tantò pauciores.

c *De lignis setim.* Beda. Aptè de lignis setim albespinę similibus & incorruptibilibus vtrunque altare fieri præcipitur, quia vna est verę fidei firmitas, qua omnium corda electorum premuniri & ad susciendum ignem dilectionis & offerendum Deo vitulum, libamina debent præparari. Omnibus enim generaliter dicit Apostolus: *Mundemus nos ab inquinamento carnis & spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei*, quasi auferamus à nobis spineta vitiorum, & titillantium aculeos punctionū, quos terra corporis nostri ex peccato primæ præuaricationis nobis germinauit: & quasi securi castigationis incidentes interiorem & exteriorem hominem nostrum excolamus, vt digni simus accepto igne spiritussancti hostiam virtutum in conspectu Dei offerre: aptè vnus nec dispar ignis in hoc victimas, in illo thura incendebat, quia vnus est spiritus, qui omnium mentes fidelium varia donationum gratia viuificat.

1.Cor.7.a. Moraliter.

d *Habens cubitum.* Beda. Vnius cubiti est longitudo altaris & latitudo: quia perfecti solo intuitu perpetuæ retributionis mala temporalia tolerant, & proximis quæ possunt per charitatem bona impendunt. Item quia charitas patiens est, & benigna, patiēs vt illatam iniuriam à proximo toleret: benigna vt iniurioso etiā officium

2.Cor.13.b.

C

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXX.

1 Acies quoque altare. *Hic consequenter agitur de altaris thymiamatis quod erat intra tabernaculum. & primò agitur de eius constructione: secundò de thymiamatis oblatione, ibi:* Et adolebit incensum. *Primò igitur ostendit materiam dicti altaris, cum dicit:* De lignis setim, *secundò formam, dicens:* Habens cubitum longitudinis.

2 Cornua. *Dicunt expositores nostri communiter, quòd in angulis altaris superioribus erant quædam ligna prominentia ad modum cornuum recurua, in quibus pendebat craticula aurea in modum retis facta, in qua ponebantur carbones viui, in quibus succendebatur thymiama. Hebræi autem dicunt quod erant quasi quidam pomelli in angulis solummodo ad decorem, nec erat ibi aliqua craticula: sed in patella de altari holocaustorum apportabantur carbones viui, vbi supponebatur thymiama, & cremabatur in eodem instrumento super altare positō: & hoc videtur rationabilius, quia si esset ibi talis craticula vt alij dicunt, per eius foramina caderent cinerei, scintillæ, & huiusmodi super altare aureum: & sic oporteret illud emundari à cineribus, de quibus nulla fit mentio in scriptura.*

3 Vestiesque illud &c. *operiendo laminis aureis.*

4 Tam craticulam, &c. *In Hebræo habetur,* Tectum eius, *id est partem superiorem, & dicitur hoc ad differentiam altaris holocausti quod non habebat tectum, quia tota concauitas altaris erat impleta terra, vt suprà dictum est.*

5 Facies quoque &c. *id est, labium in circuitu aliquantulum supereminens recto altaris, sicut suprà dictum est de arca testamenti & mensa propositionis.*

MORALITER.

† 1 *Facies quoque altare.* Hic describitur altare incēsi, per quod significatur cor hominis deuoti: in quo crematur incensum orationis deuotæ, secundum illud Psal. cxl. a. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, domine.

2 *De-*

† *De lignis setim.* Quæ sunt imputribilia, propter quod significant puritātem, quæ requiritur in anima deuota.

† *Quadrangu.* significat quadraturam quatuor virturum cardinalium.

3 *Vestiesque illud auro &c.* per quod significatur charitas

C 5

CAP. XXX.

a ¶ Spiritualem perfectorum vitam designat. ¶ Orationum vota.

Acies quoque altarē † ad adolendum † thy-

a ¶ Electorum cordibus vera fidei firmitate munitis. b ¶ Longanimitatem patientiæ sicut in expositione altaris holocausti dictum est.

miama de lignis setim, habens cubitum b lō-

a ¶ Perseuerantiam sanctorum in bono opere. b ¶ amplitudinem dilectionis

gitudinis, & altērum latitudinis, id est qua-

a ¶ Vt vndique stabile & firmum. b ¶ Spe cælestium præmiorum animæ scilicet & corporis. ¶ quia interim est requies animarum in resurrectione beatitudo etiam corporum. c ¶ Eminentiam virtutum, & fidei significant. quibus diaboli certamina superam⁹ dicētes: In te inimicos nostros ventilabim⁹ cornu. Psal. x liij. b.

drangūlū, & duōs cubitos in altitudine. Cōrnua † ex ipso pce

a ¶ Quia perfectæ internæ sapientiæ luce refulgent, & in omnibus quæ agunt splendorem charitatis sibi ineſſe ostendunt: & ante omnia regnum Dei & iustitiam eius, & se cogitare & quærere.

dent, vestieſq; illud auro purissimo, tam † craticulam eius q̄ pa

a ¶ Fiducia fortitudinis iustorum. b ¶ Vt sancti pro bonis quæ se fecisse meminerint, præmia præstolentur æterna. ¶ Vt omnia cælesti mercede digna doceantur, nec remaneat quod post absolutionem carnis purgatorio igne corrigatur.

rietes per circuitu * & cornua. Faciesquoq; ei coronā aureo-

carnis ambulant desideria, sed quasi hæc domino immolantes, omnes corporis sensus per ignem spiritus dodicant voluntati eius. In isto autem figurantur illi qui maiore mentis perfectione

B extinctis illecebris carnis, solida domino orationum vota offerunt, nihil de carne quod repugnet: nihil de conscientia peccati quod turbet habentes, dulcium præ effusione lachrymarum, optantes venire & apparere ante faciem domini. Vnde hoc altare intus in vicinia veli & arcæ, illud ante tabernaculum foris positum est, quia illi in conspectu ecclesiæ cunctis in exemplo virtutum præfulgent. Isti altioris ardore desiderij contemplationi suæ beatitudinis etiam in corpore appropinquant.

b *Altare.* Beda. Aptè etiam altare thymiamatis quantū metalli fulgore præcellebat, tantò quantitate minus erat: quantò enim sanctiores, tantò pauciores.

c *De lignis setim.* Beda. Aptè de lignis setim albespinę similibus & incorruptibilibus vtrunque altare fieri præcipitur, quia vna est verę fidei firmitas, qua omnium corda electorum premuniri & ad susciendum ignem dilectionis & offerendum Deo vitulum, libamina debent præparari. Omnibus enim generaliter dicit Apostolus: *Mundemus nos ab inquinamento carnis & spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei*, quasi auferamus à nobis spineta vitiorum, & titillantium aculeos punctionū, quos terra corporis nostri ex peccato primæ præuaricationis nobis germinauit: & quasi securi castigationis incidentes interiorem & exteriorem hominem nostrum excolamus, vt digni simus accepto igne spiritussancti hostiam virtutum in conspectu Dei offerre: aptè vnus nec dispar ignis in hoc victimas, in illo thura incendebat, quia vnus est spiritus, qui omnium mentes fidelium varia donationum gratia viuificat.

1.Cor.7.a. Moraliter.

d *Habens cubitum.* Beda. Vnius cubiti est longitudo altaris & latitudo: quia perfecti solo intuitu perpetuæ retributionis mala temporalia tolerant, & proximis quæ possunt per charitatem bona impendunt. Item quia charitas patiens est, & benigna, patiēs vt illatam iniuriam à proximo toleret: benigna vt iniurioso etiā officium pietatis impendat.

2.Cor.13.b.

C

e *Quadrāgulum.* Beda. Rectè altare thymiamatis in longitudine & latitudine quadrangulum fit, quia perfectorum anima fœderatis ad inuicem virtutibus quantum diligere fratrem tantum & ferro sufficit, & quantum ferre tantum diligere: duos autem habet cubitos in altitudine: qa duplex præmium in futuro se accepturos electi sperant, vnum animarum aliud corporum. vnde: *In terra sua possidebunt duplicia, lætitia sempiterna erit eis.*

† suffuncti suffitus: ad incendendū incēsum super illud. † thymiama ta. Esa. 61. a.

f *Cornua.* Beda. Cornua eminentiam fidei & virtutis significāt: sicut ecclesia bellatiorū: vnde Psal. lxiij. *Et omnia cornua peccato. com. &c.* Vnde in lege cornuta tantum animalia mūda esse, & comestibilia decernuntur. Quæ enim ruminant, & vngulam findunt, constat esse cornuta: quia illi tantum ecclesiæ Dei spirituali coniunctione possunt incorparari, qui fortitudine fidei & virtutis contra bella vitiorum probantur inuicti. Procedunt autem cornua ex ipso altari thymiamatis, cum opera virtutum electi non ad faciē hominū specie tenus ostendunt, sed ex interna mētis radice fixo & immobili exercēt affectu. At contra hypocritæ cornu bꝰ aliunde mutuatis, specie pietatis habētes virtutē eius negant.

† ex illo.

g *Vestiesque illud &c.* Beda. Aptè verò illud ære, hoc vestiri auro præcipitur: æs enim alijs metallis magis sonorum & durabile, aurum verò quantùm sono vincitur, tantò splendore vincit cætera metalla: vnde rectè æneum altare, in quo carnes incendebātur, & fundebatur sanguis victimarum, illos significat, qui edomitis & velut Deo immolatis voluptatibus carnis, perseuerant per viam quam inchoauēre, peragunt, & hanc proximis incendē dam, crebro sermone prędicationis insonant. Porrò aurum illos significat, qui amplior: gratia supernæ claritatis illustrantur: sed minus alijs quæ in secreto de interna syncritate gustant aperiunt, minus eructuare sufficiunt, quanta dulcedine Dei in abscondito vultus reficiantur.

Mysticè

h *Tam craticulam &c.* Beda. Bene craticula altaris, parietes, & cornua auro vestiuntur. Craticula enim intus in medio altaris erat parata ad suscipienda thymiamata. Parietes verò foris patebant: cornua quoque foris patentia speciali fastigio altius eminebant. Deauratur verò craticula in interiori homine cùm per fidem Christi gratia resplendet. Deaurantur parietes, cùm eadem gratia dominicæ dilectionis per bona opera exterius dilatatur. Deaurantur cornua cum fiducia fortitudinis iustorum, qua aduersarios veritatis vel per patientiam fortiter ferre: vel per prudentiam sapienter repellere vel corrigere didicerunt, internæ lucis in omnibus fulgore coruscat: & quia tales dicere possunt, *Bonum certamen certaui, cursū com. &c.* rectè F subditur: *Faciesque coronam aure. &c.*

i *Faces quoque ei coronam, &c.* Beda. Altare incensi coronam habet per

C 5

habet per gyrum: in his, qui minores sunt meritis, nec palam pro testari audent boni certaminis & seruitutis & fidei sibi repositā esse mercedem: cuncta tamen agunt intentione bene placendi Deo, sed spe percipiendæ mercedis.

a *Et duos annulos &c.* BEDA. Possunt in his annulis quatuor euangelij libri accipi, quorum fide & doctrina portātur sancti, & a terrenis cogitationibus sublevati per eremū huius vitę quo iudaicis operum fructibus ad cęlestē patriam feruntur, sicut in altari holocausti, & in arca, & in mensa expositum est. Sed ibi quatuor circuli: hīc verò duo per singula latera fieri dicūtur. Ibi ergo apertius euāgelistarum numerus: hīc verò aliud mysterium quod respicit ad dilectionem Dei & proximi. Per singula enim latera annulis aureis circundatur altare, quia cor electorum hinc inde Dei & proximi dilectione firmatur. Quæ comparatur annulis, quia cum prophetia & scientia & linguæ cessauerint, charitas nunquam cessabit. Duo sunt annuli per singula latera, quia vtrūque charitatis mandatum gemina virtute distinguitur: charitas enim synceritate fidei & vitæ munditia perficitur. *Sine fide enim impossibile est placere Deo, & fides sine operibus mortua est.* Vnde, *Iustus autem meus ex fide sua viuit*, id est qui opera iustitiæ cum fide veritatis habet, ad vitam peruenit. Fraterna quoque dilectio patientia & benignitate consistit. Vnde, *Charitas benigna est patiēs est &c.* Et alibi: *Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis.* His annulis immittuntur vectes inaurati, vt altare portetur: cùm talesparato mentis sinu clara patrum suscipiunt exempla & dicta: quibus à terrenis suspensi ad amorem rapiuntur æternorum. Quòdautem mertto & animo cælestibus propinquant, sequentia demonstrant *Ponesque altare* &c.

b *Et adolebit incensum &c.* BEDA. Incensum vel thymiama oratio rationem significat: secundum illud. *Dirigatur oratio mea: sicut incensum in conspectu tuo.* Et alibi: *Phialas aureas plenas odoramentorum quæ sunt orationes sanctorum:* & quia Aaron vt suprà dictum est, summum sacerdotem id est Christum significat, & sacerdotes nostri ordinis: adolebit Aaron in altari incensum suaue fragrans mane: cùm Christus illustrata fidelium corda nouæ gratię splendore ad dulcedinem orationis instigabit, vel participes sacerdotij ipsius sedula exhortatione fideles ad deprecandam faciem sui conditoris. Incendit thymiama sacerdos non solùm manè, sed & vespere. Mane enim thymiama incenditur, vt in principio omnis boni, quod Deo inspirā te facere disponimus illius auxilium quo perficiamus, inuocemus. Ad vesperum verò: vt cùm bene cœpta complemus, illi à quo incipimus, gratias reddamus.

BEDA. *Et adolebit incēsum, &c.* Mane orto sole †clarè omnia circunquaque videmus, vespere caligamus, ideoque lumine lucernæ indigemus. Per mane ergo illa redemptoris sacramenta vel dicta accipimus, quæ liquidò iuxta ordinem humanæ rationis pro modulo nostro dignoscere sufficimus, & quasi in die conspicimus. In quibus autem humana ratio deficit, & scripturæ sola autoritas est quærenda, ibi velut in nocte oculus intelligentię caligat. Sed lucerna, verba Dei pedes nostros ne fortè offendant, & à via veritatis exorbitent, adiuuat. Vnde Petrus: *Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucerna lucenti in caliginoso loco.*

c *Mane quando componet.* BEDA. Mane Aaron incensum super altare adolet, cum Christus corda fidelium in his sacramentis quæ intelligero possūt, gratia compunctionis inflammat. Adolet etiam ad vesperum, quando collocat lucernas, cum etiam ex his quæ necdum capere possunt, quia sancta & diuina esse non ambigitur, ad amorem cælestium vbi omnia patefiunt, informat: fragrat suaue thymiama, cum subita compunctione diuinitus tacti lachrymis solum & precibus vacare delectantur.

d *Non offeretis.* BEDA. In sequentibus de quibus aromatibus hoc thymiama componi debeat, nominatim designatur: statuit scilicet & onycha, galbano boni odoris, & thure lucidissimo, quę cuncta ad significationem æternorum bonorum à domino principaliter quærendorum constat pertinere. Non est ergo offerendum super altari aureo thymiama compositionis alterius quàm dominus statuit: quia orātes non debemus à domino quęrere nisi quod ipse iussit, qui se daturum promisit, nec aliud de illo credere quā ipse docuit.

BEDA. Non est offerenda super eo victima, nec liba fundenda: hæc enim omnia ad altare exterius pertinent, quæ incipientium & in prouectu positorum vitam designant. Tantæ enim sublimitatis est vita perfectorū, vt nihil ī ea carnale inueniatur quod domino mactetur. Libamina verò vini gratiæ spiritualis designant virtutem, vel poculum, scilicet doctrinæ vel calicem passionis, vel præcipuè feruorem dilectionis, vel ipsam perfectionem spiritus sancti vel aliquid huiusmodi. Sed quoties vinum libaminum cum carnibus offertur hostiarū, sanctimoniam designat eorum, qui adhuc de carnalibus concupiscētiis, aliquid habēt quod puritati spiritus aduersetur, & igne spirituali in ara cordis accendatur. Perfecti verò qui dicere possunt, *Defecit caro mea & cor meum &c.* Cessantibus victimarum libaminibus quod ad altare æneum exterius positum pertinet, sola intus in aureo altari aromata desideri, cœlestis offerunt: quia de remissione peccatorum securi pro dilatione regni perennis tantum lugent, & dulcibus lachrymarum fluentis stratum suum per singulas noctes irrigant.

BEDA. Possumus hæc altaria interpretari, vt æneum in quo carnes conburuntur, & sanguis hostiarum funditur, omnem huius temporis ecclesiam accipiamus: in qua nullus est absque peccato, etiam infans vnius diei: nullus est qui non ex præuaricationis peccato natus necesse habeat in Christo renasci, & spiritus eius igne mundari. Auroum verò altare Christum significat, qui ineffabiliter ita veram carnem traxit de Adam, vt à peccato carnis Adæ esset immunis, quomodo vtrunque altare ex eodē ligni genero factū, sed non vtrunque auro coopertū. In hoc altari quo que nihil carnale offerebatur, sed aromata tantùm offerebātur, quia Christus & preces & lachrymas non pro suis erratibus, sed pro nostra salute effudit. Sicut enim arca intra velum posita hominem Deum sedentem ad dexteram maiestatis significat, ita altare extra velum, sed prope introitum eius positum eundem mediatorem Dei & hominum potest exprimere inter homines humanitate conuersantem, sed potentia diuinitatis cælorum interiora penetrantem. Stabat altare incensi in sanctuario, vbi candelabrum & mensa, *quia verbum caro fa. est & haan nobis.* Stabat arca intra velum: quia Christus post passionem & resurrectionem suam assumptus est in cælum, & sedet ad dexteram Dei: super cuius cornua altaris deprecatur Aaron in sanguine qui oblatus est pro peccato, & placat super eo, quando rogantes pro populi vel sua ignorantia sacerdotes per filium Dei sese adiuuandos, & per sacramentum passionis ipsius confidunt esse saluandos: vnde per ipsum ergo semper offeram⁹ hostiam laudis Deo, *id est fructum labiorum confitentium nomini eius, quod de omnibus electis membris scilicet summi sacerdotis, qui in spiritu & veritate orant patrē, potest accipi.*

a *Et deprecabitur &c.* BEDA. Quia Christus sacerdos noster semel in anno obtulit sanguinem suum pro peccatis omniū cum prædicauit, scilicet annum acceptum domino: hoc est totū tempus quo sibi ecclesiam copulare dignatur. Semel etiam vnicuique credētium lauacrū baptismi in mysterium sanguinis sui ad soluēda peccatorū vincula donauit. Et pulchre semel per annum in sanguine oblationis super cornua altaris deprecari, quotidie autem thymiama super eo incēdere iubetur: quia Christus qui quotidie fideles gratia internæ compunctionis accendēs renouat, semel eos hostia sui sanguinis superata morte redemit. Ipsi quoque fideles, qui quotidiana peccata quotidianis precibus abluunt: & lachrymis semel in sacramento eius passionis gaudent se esse absolutos à peccatis omnibus. Deprecabitur Aaron super cornua altaris, quia Christus non solum inter homines conuersatus pro hominibus orauit, sed & nunc ad dexteram patris sedens interpellat pro nobis. In cordibus quoque electorum per fidem habitans, dum eos ad deprecandum excitat, rectè deprecari dicitur. Deprecatur Aaron super cornua altaris cum electos patri, per memoriam earum quas fecere virtutum commendat. Denique quasi cornua tāgens altaris aurei de discipulorum deuotione loquitur. *Quos dedisti mihi de mundo tui erant, & mihi eos dedi. & ser. me. &c.* Et adiecit: *Ego pro eis rogo non pro mundo.* Et quia propter merita & intercessiones sublimium virorum nostræ infirmitatis dominus miseretur, rectè subiungit:

b *Et placabit &c.* BEDA. Placat Aaron super altare incensi quando propter iustitiam sanctorum, quos intercessores & patronos quærimus, nobis propitiatur Deus. Vnde Ezechię dicitur *Ciuitatem hanc saluabo: & protegam eam propter te, propter Dauid seruum meum.* sic Moyses pro populo intercedens patrum fecit memoriam, & quasi super cornua altaris deprecans dominū placare curabat, di. *Esto placabilis super nequitiam populi tui: & recordare Abraham Isaac & Israël &c.*

c *Locutusque &c.* Descripto altario incensi, restat descriptio labij æneo in quo lauarent manus & pedes ingressuri tabernaculū sacerdotes, sed vnum mandatum præmittitur.

d *Quādo tuleris.* BEDA. Hui⁹ præcepti oblitus est Dauid, quādo populū numerauit: ideoq; plagā numerādo ipsi populo cōfeciuit. Mysticè autē. Sūma filiorum Israël summā omniū electorū significat, quorū nomina scripta sunt in cælo, & singuli dāt pro animabus ptiū dño, cū fedulò seruiūt ei, in opib⁹ bonis, alioquin plagā incurrent

¶ Dilectionem Dei & proximi quæ nunquam excidit.

1 lā per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittātur in eos vectes, & altare portetur. Ipsos quoq;
a ¶ Præcedentium patrum dicta quibus subleuati a terra promouentur ad cælestia. b ¶ Quia intentio iusti orum dirigitur ad cæli ingressum.
2 vectēs facies de lignis setim, & inaurābis. Ponesque altare † ante.
a ¶ Cælum quod dominus deuicta morte penetrauit. ¶ Id est Christum. b ¶ Quia sancti quotidie Christum contemplantur. ¶ Stat altare coram propitiatorio, quo tegitur testimonium, cum sancti visioni Dei appropiant puritate mentis, qui quamuis in mortali corpore, conuersationem habent in cælis.
3 contra vēlum, quod ante arcam pendet testimonij cōram
4 propitiatorio, quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi,
5
a ¶ Ad orationem instigando. b ¶ Orationem vnde. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspe. Psal. xiiij. a. c ¶ Christus vel sacerdotes nostri ordinis. d ¶ Deo. e ¶ Quia compunctis dulcedo est lachrymari & orare. f ¶ In principio boni operis auxilium Dei inuocādo.
6 & adolebit incēnsum super eo Aarōn, suauē frāgrans. † Mā-
7
a ¶ Verbi Dei. b ¶ Admonitione.
8 ne, quando componet lucērnas, incēndet illud, & quando †
9
a ¶ Consummationem. ¶ Quia necesse est, vt animus post orationem & fletum, otiosa verba vel facta caueat, & se in eodem virore deuotionis etiam finita oratione custodiat: sicut de Anna dicitur, scilicet vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. 1. Reg. j. c.
10 collocat eas ad vēsperum, vret thymiama sempiternum co-
11 ram domino in generationes vestras. Non offeretis su-

¶ Non est in oratione petendum, nisi quod Deus iussit & se daturum promisit.
a ¶ Quæ ad incipientes pertinēt in quibus adhuc sunt carnalia macānda.
1 per eo thymiama compositionis alterius, nec ŏblationem
a ¶ Vinique poculum doctrinæ, vel calicem passionis vel dilectionis feruorem significant. ¶ Facier deprecari. ¶ Christus
2 & victimam, nec libabitis libāmina. Et † deprecabitur Aaron
a ¶ Virtutes electorum. b ¶ Quotidie ingredietur sacerdos in sancta sanctorum ad adolendā thymiamata. Semel autem in anno cum sanguine quo aspergebat cornua altaris. ¶ Suo. c ¶ Patri.
3 super cōrnua † altaris semel per annū in sanguine † qui ŏblat⁹
4
a ¶ Humani generis. b ¶ Per sanctorum iustitiam. ¶ Dominum.
5 est pro peccāto, & * plācabit super eo in generatiōib⁹ vestris.
6
¶ De Christo nascituro virgini matri dicitur: Spiritus sanctus superueniet in te &c. Lucæ. j.
7 Sāctum sanctorum erit domino. † Locutusq; est dominus ad
a ¶ Id est cum numerauerit eos pergens in expeditionem. ¶ Aug. Hoc in Dauid vindicatum est: quia Deus non iusserat. b ¶ Electorum omnium, quorum nomina scripta sunt in libro vitę.
8 Moyse, dicens: Quandō tuleris summā filiōrum Israēl, iuxta
9

† eius
* semel in anno
† singulo mane.
† clara
† collocabit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et duos annulos. &c. *scilicet per duo latera opposita. Tertiò agitur de positione altaris, cum dicitur:*

2 Ponesque altare contra velum &c. *Dicit Augu. quòd ponebatur intra sanctum sanctorum ex hoc quod dicit Apostolus ad He. x. a. vbi habetur sic*, Post velamentum autem secundum tabernaculum quod dicitur sanctum sanctorum aureum habens thuribulum. *Dicit enim Augu. quod altare incensi vocabatur vbi thuribulum aureum. Hiero. autem & omnes doctores Hebræi dicunt contrarium & hoc rationabiliter, quia hoc videtur expressè haberi ex textu vltimi capi. huius libri sicut videbitur. Quod autē inducit Aug. nō videtur valere: quia thuribulum aureum nō vocatur ibi altare incensi, sed erat ibi quoddam thuribulum intra sanctum sanctorum, vbi summus sacerdos cremabat in censum quando intrabat sanctum sanctorum, vt nebula inde consurgens operiret aspectum propitiatorij, vt habetur Leuitic. xvj. & ideo dicendum cum aliis doctoribus, quòd altare incensi erat in illa parte tabernaculi, qua dicitur sanctum vel sancta ante velum, quod diuidebat sanctum & sanctum sanctorum: & hoc est quod dicitur hīc:* Ponesque altare contra velum, *quòd scilicet velum*

3 Ante arcam &c. *ita quòd velum erat mediū inter altare & arcā.*

4 Coram propitiatorio &c. *Testimonium hīc accipitur pro tabulis quæ erant intra arcam. Qualiter autem propitiatorium tegebat arcam illam: secundum duplicem expositionem dictum est supra. xxv. b.*

5 Vbi loquar tibi. *quia sicut dictum est frequenter propitiatorium erat quasi sedes Dei loquentis cum Moyse.*

6 Et adolebit. *Hic consequenter agitur de oblatione incensi super altare, cum dicitur:* Et adolebit incensum &c. *vt habetur infra eo. c. Illud enim altare erat appropriatum sacerdotibus.*

7 Suaue fragrans. *quia erat compositum ex quatuor speciebus valde aromaticis, vt dicitur in fine huius cap.*

8 Mane quando &c. *Septem enim lucernæ candelabri ardebant de nocte, in mane verò extinguebantur quatuor, & tunc cremabatur incensum.*

9 Et quando &c. *quia reaccendebantur tunc quatuor.*

10 Vret &c. *Dicunt aliqui quòd thymiama & incensum differunt, quia thymiama est aliquid pretiosius incenso: & ideo comburebatur vespere, sicut & agn⁹ pinguior tūc offerebatur quē in mane nō licebat offerri. Sed neutra habetur ex scriptura, nec Hebræi de hoc aliquid dicūt: & vbi translatio nostra habet incensum, & vbi habet thymiama, in Hebræo habetur eadem dictio, scilicet,* קטורה quetoreth: *& significat idem quod thuribilis: & ideo dicendū, quòd thymiama & incensum in hoc loco penitus idem significant: quod patet ex eo quod subditur:*

11 Non offeretis, &c. *Ex quo patet, quòd vna sola compositio, quæ infrà describitur in altari incensi offerebatur, & dicitur thymiama à thymo herba odorifera, qua in aliquibus locis vtuntur loco incensi.*

Altare incēsi.

Testimonium.

1 Nec oblationem. *de aridis.*

2 Et victimam. *de animalibus vel de auibus.*

3 Nec libabitis. *offerendo oblationem de liquidis. Ista enim fiebant in altari holocaustorum.*

4 Et deprecabitur. *Id est imponens cornibus eius, vel extendendo manus super cornua.*

5 Semel per &c. *scilicet in die expiationis, quæ est dies decima septembris.*

6 In sanguine. *Quia tunc de sanguine hirci & vituli oblati pro peccato populi ponebat super cornua ipsius altaris: & quia illa die summus sacerdos intrabat sanctum sanctorum, credidérunt aliqui, quòd altare incensi esset intra sanctum sanctorum, in hoc sequentes Augustinū. Sed hoc non valet, quia Leui. xvj. dicitur, quòd hæc positio sanguinis fiebat à summo sacerdote in cornibus altaris incensi postquam exierat de sanctosanctorum.*

7 Locutusque. *Hic consequenter agitur de his quæ erant necessaria ad præfata exercenda, quorum vnum erat pecunia pro expensis: secundum erat lauatorium pro sacerdotibus ablouendis: tertium vnguentum sacræ vnctionis: quartum compositio thymiamatis, de quibus agitur per ordinem & partes patebunt prosequendo. Circa primum considerandum, quòd sacrificia quæ fiebant à singularibus personis fiebant de expensis eorum propriis: sed illa quæ fiebant pro communitate fiebant de expensis totius populi, & æqualiter hoc expendebant diuites & pauperes, ne diuites sanctiores se pauperibus reputarent, vel magis participare de diuinis, per hoc etiam quòd æqualiter ponebant singuli, scilicet medietatem sicli sciebatur numerus virorum per computationem dimidiorum siclorum, & hoc est quod dicitur,*

8 Quando tuleris. *id est acceperis.*

9 Summam filiorum Israël &c. *Id est quando volueris scire numerum eorum, non numerabis per capita, sed per hoc quod:*

Diuiño.

1 Dabunt

MORALITER.

† quæ maior est cæteris virtutibus. j. Cori. xiij. d. *Maior autem horum est charitas.* Sicut aurum inter metalla est pretiosius. Thymiama vero quod in hoc altari cremabatur, ex quatuor speciebus aromaticis conficiebatur, per quas quātuor conditiones in oratione deuota significantur scilicet vera humiliatio. *Oratio humiliantis se nubes penetrat.* Et salubris postulatio. Oratio nanque deuota est de illis quæ pertinēt ad salutē. *Si quid petieritis patrē in nōie meo dabit vobis.* Qđ exponēs Greg. dicit: Nō petit in nōie saluato ris, nisi qđ ptinet ad rōnē salutis. Tertia cōditio est mētis attētio,

Ecclē. 35. ca.
Ioan. 16. ca.

† quia

1. Cor. 13. c.
1 Thes. 5. d.

MORALITER.

† quia sicut Damas. dicit: Oratio est ascensio mentis in Deum. *Orabo spiritu, orabo & mente.* Quarta est debita continuatio. *Sine intermissione orate.*

Ecclē. 35. ca.

Quarta est debita continuatio. *Sine intermissione orate.*

8 *Quando tuleris summam filiorum Israel &c.* per hanc populi numerationem, electorum numerus designatur, & cuilibet numeratorum dimidius siclus qui continet decem obolos imponitur, per quod significatur, quòd omnes ad obsernationem

† tionem

Universidad de Navarra Biblioteca

incarrent iuuenes.quia vltio perpetua manet eos qui fidelium A numero non iunguntur.tenus sociati.nō offerūt dominoperfecta opera fidei.De talibus dicitur: *Nō dabit Deo placationē suā,nec pretium redemptionis animæ suæ.* Redēptio enim aīæ viri propriæ diuitiæ suæ.

Prou.13.b. a *Dimidium sicli.* Beda. Id est decē obolos, obseruantiam, scili-

†redemptionem. cet decalogi & fidem Iesu Christi. Qui enim hunc rectè intelligit, omnium in eo & fidei & operis multitudinem, & futuræ †numerum retributionis promissionē inesse cognoscit. Denique in trib⁹ primis dilectio Dei: in septem sequentibus dilectio continetur proximi, & teste Apostolo. *Plenitudo legis est dilectio.* Nomen quoque Iesu apud Hebræos à ישע, iod, & a-pud Græcos ἀπὸ τοῦ ἰάομαι, iotha incipit quod vtrūque nota est denarij numeri. Decēque obolos in pretium animæ offerūt, qui in Iesum Christum credentes signum nominis eius quod à denario numero incipit, in fronte & professione proferūt. Forte ideo dictum est vnum iotha de lege non præterire posse, quia virtus decalogi quæ ibi continetur, & fides nominis quod ibi signatur, nulla potest infidelium perturbatione corrumpi.

†Leui.27.c. Nu.3.g. Ezec 45.d. supra.38.a.

Rom.13.c. †oblationē domino. *de dimidio sicli qui datur in oblationem domino pro propitiatione animarum vestrarum id est vt reconciliet vobis.*

*in iod iothe. Decē oboli.

B

Matth.5.b.

lib.2.in. Ioānem.

✠Cyrillvs. Lex a singulis Iudæorum medietatem didrachmi, vt vertunt Septuaginta quasi tributi loco Deo offerri iubebat, non quoniam pecuniam Deo colligere vellet, sed quod per figuras maiora doceret. Primum quia nemo sui capitis dominus est, sed vnum omnes habemus Dominum, quem tributi depositione profitemur. Deinde in re cōporali spirituale tributum describebat. *Honora.* (inquit) *Dominū* ex tuis iustis laboribus, & primitias ei offeras a tuis fructibus iustitiæ, quod iam euangelica doctrina, cultu legali cessante effectum est. Non tantum enim corruptibili materia colendum esse Deum arbitramur, didrachmum attribuentes, sed vt veri adoratores in spiritu & veritate adoramus.

Vicenarius numerus.

b *Qui habetur in numero &c.* Vicenarius vtriusque testamenti coniunctionem significat, legis scilicet in quinquo libris, & euāgelij, quod in quatuor scriptum est: quater enim quini faciunt viginti. A viginti ergo annis habetur quisque in numero populi Dei: quia ille electorum tantum consortio dignus est, qui decreta legis spiritualiter intellecta per gratiam adiutus euāgelij, pro mensura sua & capacitate perficit, & æterna præmia repromissa expectat in cælis.

c *Dues non addet &c.* Beda. Quia siue magnus est quis meritis & perfectus, seu paruus, & in prouectu virtutum positus, cunctis æquè lex decalogi qua Deum & proximum diligant, imponitur.

d *Susceptamque pecuniam, &c.* Beda. Hoc fit, cum quicquid agimus boni in æterna conditoris & iudicis nostri memoria custoditur, vt ex his quæ illi obtulimus, bonorum fructibus fiat nobis propitius. Seruatur eadem pecunia in vsum tabernaculi, cùm C ex iustorum operibus sequentium fidelium & mores cōformatur &

numerum dabunt singuli† prētium pro animabus suis domi 1 2
¶ Quia perpetuo damnantur qui numerum fidelium sortiuntur tantum nomine.
no, & non erit plaga in eis cùm fuerint recensiti. Hoc autem 3
a ¶ Ad famā iam nomina habentur enim illi qui transibant. ¶ Scriptum in cælo. b ¶ Id est decem obolos obseruandam scilicet decalogi & fidem Iesu Christi. c ¶ Non pro offerentis voluntate.
a dabit omnis qui transit ad † nomēn dimidium sicli iuxta † 4
a ¶ Dispositionem legis.
mensuram tēmpli. † Siclus viginti habet obolos. Media pars
a ¶ Populi Dei. b ¶ Legem spiritualiter intelligens, & gratia euangelij adiutus perficiens. ¶ Vere.
b 5
sicli offeretur domino. Qui habetur in numēro à viginti an- 6
¶ Magnus meritis & perfectus.
c nis & suprà, dabit† pretium. Diues non addet ad mediū sicli,
a ¶ Paruus & imperfectus. b ¶ Cunctis æque decalogus imponitur. ¶ Quicquid boni agimus. ¶ Deo.
d & pāuper nihil minuet *. Susceptamq; pecuniam, quæ colla-
¶ Iustis. ¶ Futurorum fidelium.
ta est à filijs Israël, trades in vsus tabernaculi testimonij, vt sit
a ¶ In memoriam Dei, vt dignetur propitius fieri.
* mōnimentum eorum coram domino, & propitietur ani-
e mabus eorum. Locutúsque est dominus ad Moysen di- 7

†ficlum sanctuarij.

Mystice. Vel supra cap.14.

Labrum F

tur & act⁹: & tales fieri minores cōrendūt, quales fuisse eos quos D cū domino regnare audiunt, agnoscūt. Notandū sanè quòd pecunia non iuxta vulgi æstimationē sed iuxta mensurā tēpli erat dāda. Mensura tēpli dispositio est diuinę legis, quam in ecclesia sua dominus seruare præcepit, & obseruantibus æterna præmia promittit. Si quis autē iuxta placitū humanæ volūtatis Deo seruire nititur, quitiuxta mē suram templi pecuniam deuotionis nō obtulit, reprobata oblatione plaga districtæ vltionis feriētur.

e *Locutusque est dominus &c.* Beda. Po test in hoc labio vel labro (vtrūque enim dicitur) aqua baptismatis intelligi, cuius lauacro necesse est vt purgentur qui ecclesiæ ianuas ingrediuntur. Sed quia inter tabernaculum testimonij & altare holocausti positū est, & quia bis quotidie iidem sacerdotes, id est mane & vespere cùm ingrederētur ad altare thymiama oblatur, in eo iubentur lauari: aqua autem baptismi semel tantum ablui, conuenientius hoc labrum compūctionis ablutionem & lachrymarum accipimus: qua semper indigemus, maximè cum mysterijs cælestibus ministraturi accedimus. Quia enim altare holocausti, in quo carnes victimarum domino incēdebantur, extinctionem significat carnalium concupiscētiarum per ignem spiritussancti. Altare verò thymiamatis puritatem eorum qui sopitis omnino carnis illecebris, sola expectatione & desiderio introitus cælestis lachrymas fundunt amoris. Rectè prope altare holocausti labrum ponitur, in quo abluti sacerdotes ingrediuntur tabernaculū, & thymiama domino incendunt. Duobus enim modis lachrymarum & compunctionis status distinguitur: quia primò quisque conuersus pro peccatis lachrymando veniam precatur, quod cum dignis pœnitentiæ fructibus diu perfecerit, securus de venia, desiderijs hiātibus optat afore tēpus, quo ad videndā faciē creatoris ingrediatur: nec absq; lachrymis huius vitæ longitudinem, vel illius tolerat dilatione dicens: *Heu me, quia incolatus meus prolon. est &c.* Et alibi. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum &c.* Et paulo post: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ, p.d. ac no.* &c. Igitur altare holocausti lachrymas signat pœnitentium, altare incensi gaudentium de bonis quæ Deo iuuante fecerunt, & præmia desiderantium, quæ se confidunt accepturos. Qui fletus priori præcellit, quantum gramento aurum: quantum sanctum sanctorum, vbi erat arca domini, priori tabernaculo, in quo candelabrum erat & mensa domin. Prope altare holocausti labrum erat positum, in quo lauarentur qui ad altare incensi intrabant, quia nemo repente fit summus, sed proficientibus meritis debet quisque primò vitiorum bella deuincere, & sic à Deo compunctionem lachrymarum impetrare, vt pro ingressu regni dulces fundat lachrymas, qui pro timore pœnarū fudit amaras. Labiū erat vas in quo lauabātur ingressu ri tēplū Dei, & sacrificaturi, & vestes sāctas accepturi, & suas de-F posituri, similiter & egressuri: factū verò erat de speculis mulie-

psal.118.2. psal.41.2.

rum, quę

rum, quæ excubabant ad ingressum tabernaculi.

A a *Cum basi sua.* Beda. Basis in qua labrū erat positum desiderium cęlestis vitę significat, cuius causa tanta est, vt perfecti viri se quotidianis diluant lachrymis, & gaudium internæ quietis, quod videndo non valent suspirando de gustant. Quod enim hoc lauacro (quod inter tabernaculū & altare positū est) lachrymę pfectorū figurentur, hæc verba testātur, & misa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas &c. Nemo de plebe, ibi lauari præcipitur. sed pōtifex & filij ei⁹, id est sacerdotes minoris gradus, quia magnorum virorū sicut vita perfectior, ita cōpunctio sublimior, non autem solis ministris altaris hæc compunctio conuenit. Ait enim Petrus cunctis fidelibus: *Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini in domū sacerdotium sanctū: offerentes spirituales hostias,* Et Ioh. *Beatus qui habet partem in re. pri.* In his secunda mors non habet potestatē. Quas etiam victimas offerre debeant Paulus ostendit, *Obsecro vos per miseri. Dei vt exhibeat. corpora vestra. &c.*

a ¶ Hoc lauacrum posuit Moses, quia lex Dei cunctis fidelibus prædicauit gratiam compunctionis. ¶ Ablutionem compunctionis, & lachrymarum indeficientem, qua crebro sacerdotes & omnes sancti debent lauari. ¶ Lauabo per fin. noc. lec. m. lachr. Psal. vj. b. b ¶ Desiderio cælestis vitæ. c ¶ Lauabo per singulas noctes lectum meum &c.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

1.Cor.11.f. *nimirum si man. & bi. &c.*

d *Sume tibi.* Stra. σμύρνα Græcè, Latinè dicitur myrrha, q̄ est arbor in Arabia quinque cubitorum, cuius virgulta Arabes exurunt vt meli⁹ pullulent & fructificent. Ex quorum nidore incurabiles morbos cōtraherent, nisi fumo storacis occurreront. Huius arboris gummi proprię stacte vocatur, abusiuè etiā myrrha.

†infra 40.d. Stacte.

✠Hieronymvs. Epist. ad. Legimus vnguētum principale virg. sacerdotale, cuius & Dauid meminit. Sicut vnguentū in capite, q̄d descēdit in barbā Aarō, quod descēditin otam vestimēti eius. In quo cum cæteris aromatibus miscetur & stacte. Narrant autem & hi qui aromatū nouēre virtutes, stactēn florem esse myrrhæ. Quod autem sequitur casia, est ipsa quæ ab aliis σὐτὴχ id est, fistula nuncupatur.

* siclos.

e *Calami.* cinnamomi est virgultum, & Cinnamomum tūtum cubitorum. Dicitur autem cinnamomum, quia in modum cannæ subtiles & replicatos habet calamos, cinerei vel nigri coloris, qui fracti visibi le spiramentum reddunt, & subtile quidem earum, grossum verò vile & despectum. Calamus aromatica species iuxta libanū. Calamus Myrrhæ cin. cala. caf. Hæ quatuor species significant quatuor F principales virtutes, quibus oleo vnctionis id est gratia misericordiæ Dei ecclesia dedicanda est & sanctificanda.

a *Et erunt*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ les, per quos effundebatur aqua.

1 Cum basi sua. *In Hebr. habetur,* Cum fedo sua, *in qua erat concauitas ad recipiendum aquam.*

2 Ponesque illud: *scilicet holocaustum, non directè inter illa duos, sed aliquantulum ad latus.*

3 Et missa. *id est per effusionem aquæ ex ipso Aaron & filij eius manus & pedes &c. ex quo patet quod ingrediebantur nudis pedibus tabernaculum.*

4 Quando ingressuri. *portando ibi de sanguine hostiæ immolatæ pro peccato totius populi, vt habetur Leui. 4. cap.*

5 Et quando &c. *& hoc fiebat omni die in hoc enim erat consummatio sacrificij, quia sicut prædictum est, sacrificia veteris legis non erant accepta nisi ex fide & deuotione offerentium: deuotio autem per thurificationem designabatur: & ideo in hoc sacrificium consummabatur. secundum quod dicitur ad He. x. b. In priori quidem tabernaculo, id est in anteriori parte tabernaculi. id est vbi erat altare incensi, intrabant quotidie sacerdotes sacrificiorum officia consummantes.*

6 Ne forte moriantur. logitimum &c. *indebitè incensum offerendo sicut mortui sunt Nadab & Abiu, vt habetur Leuit. x.*

7 Locutusq; est dominus. *Hic agitur de sacra vnctione cū dicitur.*

8 Sume tibi, &c. *id est species redolentes, quæ dicuntur aromata, quia implent aerem suo odore.*

Myrrha.

9 Primæ myrrhæ. *Myrrha est nomen arboris aromaticæ, & inde procedit duplex gutta. Vna per modum fudationis, & ista est prima & melior, & vocatur myrrha prima. Alia per incisionem corticis, & hæc*

vocatur

NICOLAVS DE LYRA.

vocatur myrrha secunda, & est minus efficax, & ideo ad differentiam huius dicitur hic myrrhæ primæ.

10 Et cinnamomi. *In Hebræo habetur,* Et cinnamomi aromatici modium eius ccl. siclos. *quod expenit Ra. Sa di. & duplex est cinnamomum; vnum quod parum aut nihil habet de odore: aliud aromaticum, & de illo dicitur hic:* Cinnamomi aromatici, *ad differentiam alterius.*

11 Modium. *id est ccl. siclos. huius enim cinnamomi cortex pretiosior est quàm lignum, & ideo vtrumque per se ponderabatur & ponebatur in hoc vnguento de vtroque ccl. sicli.*

12 Calami. *arbor est aromatica gracilis & nodosa ad modum calami, qui est stipes segetis, ideo sic nominatur.* Calamus

13 Casiæ. *secundum Papiam est nomen arboris aromaticæ. secundum Isi. est nomen herbæ odoriferæ, & debet scribi per simplex s, & corripitur media syllaba.* Casia

14 In pondere. *ad differentiam ponderis communis.*

15 Oleum. *ad differentiam alterius olei, videlicet nucum & huiusmodi, quod non debebat in hoc vnguento poni.*

16 Mensuram hin. *de quantitate huius mensuræ iam dictum est præcedenti cap.*

17 Faciesque vnctionis. *per commistionem omnium istorum.*

18 Opere vnguentarij. *id est artificis prudentis in compositione vnguentorum.*

19 Et vnges ex. *Ex quo patet quòd non erant vngenda ista per totū, quia quantitas prædicti vnguenti non sufficeret ad vnctionem partem, sed in quolibet angulo cum digito intincto in vnguento fiebat quædam figura ad modum T Græci.*

✠ 1 Et erunt.

MORALITER.

✠ tionem decalogi similiter obligantur.

8 *Facies & labium æneum &c.* in quo lauabantur pedes & manus sacerdotum, quando debebant in altari ministrare: propter quod fuit figura sacramenti confessionis, in quo sacerdotum manus, id est opera, & pedes, id est affectiones debent lauari, quando ad offerendum sacrificium eucharistię sunt accessuri.

✠ MORAL.

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Et eleuans &c.* Aug. cum scilicet vncta fuerint. Quid ergo A distabit tam incer illa interiora quæ velo teguntur.

Quæst. 135. b *Qui tetigerit.* Similiter de altari sacrificiorum superius dictū est, quod sic intelligendum est, vt liceat populo tangere tabernaculum quando officiebant hostias vel quælibet dona, & tangendo sanctificabātur p-pter illud oleum quo cincta perunctа sunt, non sicut sacerdotes qui etiam, vt æterno sacerdotio fungeren-tur, vngebantur ex illo.

c *Onychen.* Oniche ostreola fertur esse parvula suauè redolens, magnitudine humani vnguis. vnde & oniche Græcè dicitur quia ὄνυξ onyx Græcè dicitur vnguis.

d *Galbanum.* Galbanus succus ferulæ esse dicitur, & nascitur in Syria optimū: cartilaginosum est, & minus lignosum, cuius odore fugantur serpentes.

e *Et thus.* Thus Græcè, libanum Latinè dicitur, à Libano monte Arabiæ alius enim Libanus est Phenicis, in quo sunt cedri.

Thus optimum, scilicet quod masculinum dicitur, quia in modum humani testis rotundum, cuius arbor nascitur in Arabia ad aceris qualitatem perplexo & intorto vimine.

Mystice *Mystice* autem hæ quatuor species significant sanctarum virtutum species.

Li.1. moral. cap.39. f *Faciesque thymiama &c.* Greg. Thymiama ex aromatibus cō positū facimus cū in altari boni operis virtutū multiplicitate redolemus, qđ mistū & purū fit, quia quantū virtuti virtus iungitur tātum incensum boni odoris syncerius exhibetur. vnde bene sequitur. Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij. In tenuissimum pulue-

* & labium & basim ei⁹.

† illos

Onyche

† suffimentum aromaticum.

קטרת *

†apparuero

† tale suffimentum

candelabrum, & vtēsilia eius, altaria thymiamatis & holocausti, & vniuersam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinent, * sanctificabisq; omnia, & erunt sancta sanctorum. Qui tetigerit ea sanctificabitur. Aaron & filios eius vnges, sanctificabisq; † eos vt sacerdotio fungantur mihi. Filijs quoque Israël dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta cō positionem eius non facietis aliud quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo quicunque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de pōpulo suo. Dixitq; dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten & onychen, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum. Æqualis pōderis erunt omnia. Faciesque † thymiāma compositum opere vnguentarij, mistum diligenter & pūrum, & † sanctificatione dignissimum. Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in loco quo † apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama. † Talem compositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est domino. Homo quicūque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

a ¶ Sanctificans. b ¶ Hæretico, vel Gentili, vel Iudæo. c ¶ De cœtu sanctorum, cui iungi debebat.

a ¶ Soli Deo.

¶ Gutta myrrhæ arboris,

a ¶ Vt omnes virtutes conueniant.

a ¶ Virtutum orationem. b ¶ Varietate virtutum, & operum, & orationum.

a ¶ Christi & discipulorum eius. b ¶ Omnes hæ species in vnum miscebantur, & fiebat thymiama quod Hebraice quetoreth. c ¶ Synceræ debent esse orationes sanctorum vt nihil corpulentum retinere sed tantum cælestia * quærere.

¶ Pyla examinationis.

a ¶ Vbi scilicet erat arca.

¶ Sic factum. ¶ Operum vel orationum.

a ¶ Dedicatum. b ¶ Scilicet soli Deo. b ¶ Vt cultum diuinum sibi velit impendi.

a ¶ Delectatione.

† sanctificatio est. Isa. opus sanctū. Chald. incert. in sanctificationem.

thymiama vel incensum, quod imponitur illi altari incensi vbi non licebat sacrificari, & erat intra in sancta sanctorum.

h *Talem &c.* Raba. Quia scilicet precibus & laudibus diuinis non debemus vti in adulationibus humanis. Soli enim Deo ita seruiendum est vnde suprà prohibetur, ne caro hominis vngatur ex eo.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et erunt. *id est, respectu eorum quæ communibus vtibus hominum applicantur.*

2 Qui tetigerit. *id est ministri tangentes prædicta debent prius sanctificari R.Sa. dicit quòd hic est textus: Omne tangens ea sanctificabitur & secundum eum exponitur sicut cap. precedenti dictum est de tactu altaris holocaustorum.*

Vrctio facerdotum. 3 Aaron & filios. *Aliter tamen & aliter, quia Aaron vngēdus erat in capite & manibus, filij autem eius in manibus tantum vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt quòd manus sacerdotum minorum non vngebātur sed tantum quadam mistione facta de oleo vnctionis, & sanguine arietis consecrationis, ipsi & vestes eorum aspergebantur, vt habetur supra xxix.ca. & Leui. viij. & isti videntur probabilius dicere, vt dictum fuit supra xxix. cap.*

4 Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. *Id deputatum diuino cultui modo dicto.*

5 Caro hominis non vng. *exceptis regibus & sacerdotibus, qui quantum ad officium sunt supra homines: quia medij sunt inter Deum & populum.*

6 Et iuxta &c. *id est ex eisdem rebus, & in eadem proportione: sed ex alijs rebus, & etiam ex eisdem in altera proportione non erat prohibitum.*

7 Homo quic. &c. *quia non solum vtens, sed etiam faciens vnguentum prædictum ad alios vsus erit debitor pœnæ.*

8 Dixitque &c. *Hic consequenter agitur de thymiamate cum dicitur.*

9 Sume

9 Sume ti. &c. *species redolentes.*

Stacte 10 Stacten. *secundum Isidorum & alios doctores, idem est quod myrra prima, quæ indurata terebatur in puluerem in hac compositione.*

11 Et ony. *secundum aliquos est parua ostreola valde redolens magnitudine vnguis humani: ideo dicitur onyche & ὄνυξ onyx enim Græci vnguis dicitur Latine: secundum Papiam est herba aromatica.*

12 Galbanum &c. *ad differentiam illius galbani, quod ex antiquitate, vel alia causa amisit odorem suum. Est autem galbanū succus herbæ aromaticæ albus ad modum lactis, & dicitur a Gala, quod significat lac vel album postquam enim induratus erat hic succus, terebatur in puluerem.*

13 Et thus &c. *Id est purissimum ad differentiam thuris, cui admixtur resina, per quam obscuratur eius color.*

14 Æqualis &c. *hoc dicitur ad differentiam vnguenti prædicti, in quo non omnia posita sunt æqualis ponderis.*

15 Compositum opere. *non quia thymiama sit vnguentum, sed quædam commistio puluerum aromaticorum. Sed quia ad idem officiū pertinet facere talem commistionem & vnguenta.*

16 Coram tabernaculo testimonij &c. *Id est in altari incensi, quod est contra tabernaculum interius in quo erat arca testimonij: & illa pars templi vocatur tabernaculum testimonij.*

17 In loco &c. *quia ibi audiebatur diuinum responsum, quasi procedens de propitiatorio, vsque ad altare incensi.*

18 Talem &c. *scilicet ex eisdem rebus, & in eadem proportione, sicut prædictum est de vnguento.*

✠ CAP.

ADDITIO.

A *In cap. xxx. vbi dicitur in postil. Dicit autem Aug. quòd altare incensi tibi vocatur thuribulum aureum:*

Licet verum est, quòd altare incensi erat in parte illa tabernaculi, quæ dicitur sanctum vel sancta: non autē in illa parte interiori, quæ dicebatur sanctum sanctorum vt litera testatur: tamen ipsum altare incensi sanctum sanctorum reputabatur, vt expressè habetur infrà eo. cap. vbi dicitur de hoc altari, scilicet incensi & deprecabitur Aaron super cornu altaris semel per annum: Et concludit ibidem de eodem altari: Sanctum sanctorum erit domino. Ex quo patet, quòd licet altare incensi esset extra sancta sanctorum secundum locum, reputabatur tamen sanctum sanctorum secundum dignitatis gradum: cuius ratio potest esse, quia in hoc altari incensi bis in die incensum cremabatur, vt habetur in hoc cap. quod fiebat per simplices sacerdotes licet intra sancta sanctorum non esset licitum intrare nisi semel in anno: & ideo operebat quòd hoc altare esset extra sancta sanctorum secundum locum, sed quia ipsius altaris excellentia erat tanta, quòd in ipso fiebant semel per annum in sanguine distillationes per summum sacerdotem, vt infra Leui. xvj. cap. Idcirco reputabatur intra sancta sanctorum secundum dignitatem: & sic videntur intelligenda esse verba Aug. scilicet D *quòd loquitur de altari incensi secundum suæ dignitatis gradum, non autem secundum dignitatem loci in quo erat: non enim præsumendum est de sancto Aug. quòd litera contradiceret.*

REPLICA correctorij contra Burgen. In cap. xxx. vbi postilla. declinat dictum beati Augustini de altari incensi: & hoc auctoritate beati Hieronymi & aliorum, imò & rotunda litera. Burgen. mitur saluare dictum beati Augustini, sed potius inuolui. Nam Burgen. allegando textum sequentem præsentis capituli, dicit ipsum altare incensi fore sanctum sanctorum secundum dignitatis gradum: cum tamen beatus Augustinus velit ipsum altare fore intra sanctum sanctorum ad modum aurei thuribuli. Textus autem allegatus per Burgen. non loquitur de altari, sed de exercitio summi sacerdotis in ipso altari: videlicet de positione manuum, & positione sanguinis, hoc enim exercitium vocat litera sanctum sanctorum: quia si quotidiana posset thymiamatis per communes sacerdotes dicitur semel, hæc positio sanguinis semel in anno facta in hoc altari dicenda est sanct. sanctorum, & sic aquiuocatio est de sancto sanctorum quò ad locum, & quò ad actum in loco.

CAP. XXXI.

a *Beseleel &c.* qui interpretatur in vmbra Dei. q d. *Dominus illuminatio mea & salus mea quem.* Ab hoc dicitur Dauid duxisse originem, & polymitarij nomē, quia Beseleel opere polymito tabernaculum construxit.

Quæst. 128. b *Et impleui.* Aug. Vtrum spiritus sancti dono opera ista tribuenda sunt, quæ pertinere videntur ad opificium. an hoc etiā significatiue dictum est, vt ea pertineāt ad diuinum spiritum sapientię & intellectus & scientiæ, quæ his rebus significantur.

C Tum etiam hoc cum spiritu repletus dicatur iste diuino sapientiæ & scientiæ, nondū legitur spiritus sanct⁹.

c *Ooliab*, qui interpretatur protectio mea pater, tanquam nomino dicat, *Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo.* Bene aūt tabernaculū construūt, qui tamconstanter in domino confidunt.

Sira. Notandum quòd in constructione tabernaculi mysterium trinitatis ostenditur, sicut in baptismo & in transfiguratione. In baptismo enim in voce sonuit pater, & filius baptizatus est. In specie columbæ spiritus apparuit. Ooliab quoque qui interpretatur protectio mea pater, patris personam Beseleel quoq; qui in vmbra Dei significat personam spiritussancti, de quo dicitur. *Et virtus altissimi &c.* Virtus enim altissimi spiritus sanctus

Allegorice. † quicquid fabre fieri possit.

† altare.

Matth 3.d. Mar.17.a. *corde *omnis,

Matt.3.d. Matt.17.a.

F

CAP. XXXI.

Psal.61.d. LOcutúsque est dominus ad Moysen dicens: Ecce vocaui ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, sapientia, intelligentia, & scientia in omni opere ad excogitandum † fabrè quicquid fieri potest aurō, & argēto, & ærē, mārmore, & gemmis, & diuersitate lignōrum, deditque ei socium Ooliab filium Achisamech, de tribu Dan. Et in corde* hominis eruditi * posui sapientiam, vt † faciant cuncta, quæ præcepi tibi, tabernaculū fœderis, & arcam testimonij, & propitiatorium quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, mensamque & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & † altaria thymiamatis & holocausti, & omnia vasa eorum: labium cū basi sua, † vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filijs eius, vt fungantur officio suo in sacris: oleum vnctionis, & thymiama aromatum in sanctuario. Omnia quæ præcepi tibi, facient.

a ¶ Sapientia. b ¶ Eloquentia. c ¶ Sabilitate & honoritate præfectionis. d ¶ Fortitudine industria.

¶ Tanquam mihi charum & rotum

¶ Donis spiritualibus.

¶ Artificiosè.

a ¶ Sanctorum, quibus construitur tabernaculum. ¶ Protectio mea patet.

† Deus vnicuique in sua vocatione dat gratiam quam vult.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXI.

Diuisio 1 LOcutusque est dominus. *D. scripta forma tabernaculi, & cōsecrationis sacerdotum, hic consequenter agitur de electione artificum, & quoniam agens & finis sibi correspondent, ideo primò agitur de causa efficiente ipsius tabernaculi, secundò de causa finali, &* locutus est. *Primò igitur exprimit efficientem principalem dicens:*

2 Ecce vocaui. *ad opus tabernaculi.*

3 Ex nomine Beseleel filium &c. *Quoniam vno inconuenienti dato plura alia sequuntur. ideo Ra. Sa. qui dicit quòd Hur auus istius Beseleel filius fuit Mariæ & Caleb & consequenter habet dicere quod iste Beseleel fuit pronepos ipsius Caleb, & ideo cū dicit in glo. super. j. Paralip. ij. quòd Caleb cū esset octo annorū cepit Azuba vxorē, de qua habuit prolē, quæ & anno sequēti mortua accepit Maria sorore Mysi, quæ altero nomine vocata est Ephrata: de qua anno. x. Caleb natus est Hur: & xx. anno Caleb Hur genuit Vri, & xxx. anno eius Caleb. Vri genuit Beseleel, & Beseleel x. annorū erat quādo incepit tabernaculū: quia Caleb tūc non habebat nisi xl. annos, vt habetur I. sue xiij. & hæc videtur inconuenientia manifesta. q. Caleb. viij. annorū generasset de Azuba,* supra. 2. b. *Azuba, & quod xx. anno ætatis suæ generasset Hur de Maria, quæ iā erat nonagenaria vel amplius, vt declaratum est supra. xvij. cap. Item quòd alij duo, scilicet Hur & Vri xx. ætatis suæ anno genuissent, & quòd Beseleel x. annorum esset artifex sapiens ad faciendum tabernaculū. Et ideo dicendum, quòd iste Beseleel fuit nepos Mariæ & Hur mariti eius sicut declaratum est supra. xvij. cap. & per consequens dicendum, quòd Hur qui. j. Paralip. 2. dicitur filius Caleb & nepos eius, & Beseleel pronepos eius, fuerunt alij ab istis hic nominatis fuerunt tamen eorundem nominum & eiusdem tribus: in vna enim tribu erant multæ cognationes. & nullum est inconueniens quòd in duabus cognationibus inueniantur pater & filius & nepos similium nominum.*

4 Et imple. *quia omnis sapientia a domino deo est, siue sit acquisita siue infusa: & iste vtrumque habuit.*

5 Ad excogitandum. *id est subtiliter & artificiosè. faber enim est nomen generale artificis, & specificatur per additum. sicut dicitur faber ferrarius faber lignarius &c. & inde dicitur fabre aduerbium. Cō sequenter nominat artifices sibi adiunctos, dicens: Deditque ei socium Ooliab &c.* Faber.

6 Vt faciant. *qualiter autem ista fieri debeant, patet ex prædictis cum ageretur de singulis in specialī.* Deut. 9.b.

✠ 1 Et locu-

MORALITER.

† 2 Ecce vocaui. Hîc agitur de artificibus tabernaculi. Tabernaculum verò ecclesiam significat, vt supra dictum est: propter quod structores tabernaculi significant ędificatores ecclesię sub Christo tamen principali actore: & isti fuerunt apostoli, specialiter Petrus & Paulus. j. Cor. iij. b. *Adiutores Dei sumus:* & Gal. ij. b. *Qui operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis operatus est & mihi inter gentes.* Et conuenienter significantur per nomina principalium artificum. quorum primus vocatus fuit Beseleel, qui interpretatur vmbra Dei: & bene significat Petrum. Nam ad tactum vmbræ eius virtute diuina sanabantur infirmi, Act. v. Secūdus vocatus fuit Ooliab, qui interpretatur habitatio mea pater: & bene significat Paulum, qui mente habitabat in Deo patre omnium, sicut ipse dicit Phi. iij. d. *Nostra conuersatio in cœlis est.*

† 1 Dedit quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctus Israel. Vnde dominus dicit: *Ego noui virtutem de me exiisse.* Iussio autem, id est verbum quo tabernaculum fieri iussum est. filius est per quem pater in virtute spiritus sancti omnia operatur.

Luc. 1.d. Luc. 3.g.

a *Videte &c.* Frustra gloriantur Iudæi de legali obseruatione. Aparte enim dicitur quia signum est futuræ. scilicet quietis, & beatitudinis, vel quietis sanctorum in præsenti, qua quiescunt à tumultu mundialium operum & vitiorum.

† morietur

b *Duas tabulas.* Cũ multa locutus sit Deus, duæ tantum tabulæ dãtur Mosi lapideæ, quæ dicuntur tabulę testimonij, quia cætera omnia quæ præcepit Deus, ex illis decem præceptis, quę in duabus scripta sunt tabulis pẽderein relligũtur si diligẽter quęrantur, & bene intelligantur, sicut ipsa decem ex duobus, dilectione, scilicet Dei & proximi: in quibus scilicet *tota lex pendet & prophetæ.*

Duæ tabulæ Moysi.

Mat. 22.d. Quæst. 68.

✠THEODORETVS. Mirum effringi potuisse, quas tantũ nomẽ exarauerat. Sed diuina concessione factum est, vt legis abolitionẽ insinuaret. Sed & ad differentiam alterius codicis, qui posteà scriptus est à Mose iubente Deo, adiectũ est scriptas digito Dei.

✠IRENEVS, Quęritur Hic, cur Deus non dederit patribus antiquis legem, sed tantum Mosi in duabus tabulis lapideis quã populo promulgaret? Quia lex non est posita iustis. Iustis autem patres virtutem decalogi cõscriptam habentes in cordibus & animabus suis, diligentes scilicet Deum, qui fecit eos & abstinentes erga proximum ab iniustitia, propter quod non fuit necesse admonere eos correptoriis literis, quia habebant in semetipsis iustitiam legis. Cum autem hæc iustitia & dilectio quæ erat erga Deum cessisset in obliuionem, & extincta esset in Ægypto, necessario Deus semetipsum ostendebat per vocem, & eduxit de Ægypto populum in virtute, vti rursus fieret homo discipulus & sectator Dei.

Lib.4.ca 30.

CAP.

Et locutus est dominus, ad Moysen, dicens. Loquere filijs Israël & dices ad eos. Videte vt sabbathum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos in generationibus vestris vt sciatis, quia ego dominus, qui sanctificõ vos. Custodite sabbathum meum. Sanctum enim est vobis. Qui põlluerit illud, morte† moritur. Qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. Sex diebus facietis opus, in septimo sabbathum est requies sancta domino. Omnis qui fecerit opus in hac Die, morietur. Custodiant filij Israël sabbatum. & celebrẽt illud in generationibus suis. Pactũ est sempiternũ inter me & filiõs Israël signumq; perpetuũ † Sex enim diebus dñs fecit cælũ & terrã: & in septimo ab omni opere cessauit† Dedit quoq; dñs Moysi cõpletis huiuscemodi sermonib⁹ in mõte Sinai dũas tabulas testimonij lapideas, scriptas digitõ Dei.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

a ¶Per omnes generationes. ¶In obseruatione sabbathi. a ¶Turbando animæ quietem. a ¶Animæ & corporis. b ¶Seruile, scilicet peccatum. ¶Sanctorum. ¶In præsenti vita. a ¶Filios promissionis scilicet, & visuros Deum facie ad faciem sicuti est. b ¶Significans prius bona opere consummare debere. & postea in æternum quiescere. a ¶Pro dilectione Dei & proximi. b ¶Quia lapideo debentur populo. c ¶Spiritussancto.

† Gene. 2.2. † supra. 4.a. infra. 32.d.

NICOLAVS DE LYRA.

✠1 Et locutus est. *Hic agitur de cuasa finali. ad hoc enim fiebat tabernaculũ, vt deputaretur diuino cultui, qui pro magna parte consistebat in obseruatione sabbathi, de qua supra dictum est. xx. cap. verum tamen hoc replicatur duplici de causa. Vna est, quia possent credere filij Israël, quòd licitum esset facere opus tabernaculi etiam in Die sabbathi, eò quòd tabernaculum ordinabatur ad cultum Dei: ideo ad hoc excludendum repetitur hic præceptum de obseruatione sabbathi. Secunda causa est ad addendum firmitatem præcepti, quia hic exprimitur pœna transgressionis, quæ prius non erat expressa. Dicit igitur.*

2 Videte &c. *vacando diuinis,*

3 Quia signum. *videlicet quod sitis mihi peculiaris populus, meo cultui specialiter applicatus, & ego vester Deus.*

4 Qui pollui. *faciendo opera præter illa quæ suprà determinata sunt. xx. cap.*

5 Morte &c. *si fuerint testes eum conuincentes.*

6 Qui fecerit in eo opus: *de quo non posset conuinci.*

7 Peribit anima illius: *quia punietur grauius à Deo in futuro, nisi pœnituerit & satisfecerit in vita præsenti. Cætera patent ex supra dictis vsque ibi:*

Quando fabricatum tabernaculũ.

8 Dedit quoque &c. *dicit Ra. Sa. quòd præceptum domini de fabricatione tabernaculi & cæteris ei annexis fuit datum Moysi post fabricationem vituli: licet scriptum sit prius, quia non omnia scribuntur eo ordine quo facta sunt. Dicit igitur quòd post fabricationem vituli Moyses ascendit ad dominum ad deprecandum pro remissione tanti peccati, vt habetur se. ca. & quando dominus fuit placatus per eius preces, tunc in signum huius dixit Moysi, quòd faceret tabernaculum de oblationibus populi, quas acceptabat quasi emendam sui delicti, & secundum ergo illud quod hic dicitur.*

9 Completis &c. *non refertur ad ea quæ dicta sunt de fabricatione tabernaculi & aliis annexis sed solum ad illud quod dictum est vltimo de obseruatione sabbathi. vnde & in Hebræo non habetur huiuscemodi sermonibus, sed hoc solum* Cum complesset loqui cum Moyse. *secundum verò doctores nostros, præceptum de fabricatione tabernaculi & aliis prædictis datum fuit Mosi sicut scriptum est ante fabricationem vituli: sed propter huiusmodi peccatum impeditum fuit opus, quousque Dominus fuit eis placatus. & sic ly huiuscemodi sermonibus, refertur ad omnia prædicta à principio. xxv. ca. vsque ad locum istum.*

10 Duas tabulas testimonij lapideas scriptas *secundum doctores nostros in vna tabula erant scripta tria præcepta, in alia septem. secundum Hebræos in qualibet tabula erant quinque scripta vt patebit capite seq.*

11 Digito Dei. *idest opere eius, & non opere humano.*

✠CAP.

MORALITER.

† 8 *Dedit quoque &c.* in quibus scripta erãt decem præcepta decalogi digito Dei: propter quod significant intellectum hominis & affectum, in quibus lex noua scripta est per fidem & charitatem opere spiri tussancti, qui dicitur digitus Dei suprà. viij. cap. De hac autem descriptione nouæ legis dicitur Hiere. xxx. f. Post dies illos dicit dominus, *Dabo legem meam in visceribus eorum: & in corde eorum scribam eam.* Et quòd loquatur de lege noua patet ibidem per literam præcedentem, vbi dicitur: *Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manus eorum, vt educerem eos de terra Ægypti.*

†MORAL.

CAP. XXXII.

A a FAc nobis &c. Deos pluraliter, cùm vnus tantùm vitulus factus fit ad similitudinẽ. s. bouis Apis quẽ in Ægypto coluerunt, sed qui idololatriã colit omnibus vitijs subijcit se, & quasi tot diis & dæmonibus quot vitijs seruit.

Epistola 56. ad Romul.

✠AMBROSIVS. Cum Moyses in monte Sinai Legẽ acciperet, populus erat cum Aaron facerdote. Et quamuis frequenter ad culpã lubricus, tamen quandiu lex dabatur, sacrilegio errasse non proditur. Verũ vti diuinũ conticuit oraculum, peccatum

†desecdere.

B i repsit, vt peteret sibi fieri deos.

Hom. de regressu ex Asia.

✠CHRYSOSTOMVS. Moysi accidit quod in seculari conjugio solet euenire. Etenim vir quando impudicã vxorem habere se nouit, nec prospicere ei de domo pmittit, qui &, si peregrinari aliquãdo coactus fuerit, cogitat citò reuerti, quasi quodã suspicionis aculeo stimulatus. Qui autem sobriã & castam habet, foras securus uioratur, sufficiẽtes procuratorũ munimine mores relinquens vxoris. Hoc Moyses passus est, quia inemendabilem synagogam habebat vxorem, reliquit eam, & fornicata est.

Quæst. 141.

b *Dixitq; ad, &c.* AVGVST. Intelligitur Aaron difficilia præ-

C cipere, vt hoc modo eos ab illa intentione reuocaret. Factũ est tamen illud ipsum difficile, vt esset aurũ ad faciendum idolum: quod propter eos notandum putaui, qui cõtristantur si quid tale propter vitam æternam diuinitus fieri, vel æquo animo tolerare iubeantur.

D

✠THEODORETVS. Aaron in vitulo formãdo non omninò venia indign⁹ fuit. Nam cum Moses quadraginta dies in montis vertice cõstitisset, & populus ille rabie quadam insaniret, atque in Ægyptũ remigrare' vellet, primò quidẽ populi impetũ * & verbis cõpescere tentauit, sed postquã dicto audiẽtes minimè esse intellexit, mulierũ aureas inaures postulauit, vt animũ ornatus pecuniarumq; maxime amãtem, superstitionis insa niãquã militẽ militi in acie opponeret. Verũ ne hac quidẽ ratione illorũ rabiẽ extinxit. Quapropter vitulum formare coactus est. Huiusmodi itaq; propositũ à diuina benignitate illi ignoscendũ erat. Id quod Moyses ipse in Deuteronomio satis declarauit, cum ait, *Deprecatus sum dominum pro Aarone fratre meo, & mortuus non est.*

Quæst. 66

✠TERTVLLIANVS. Quare benedictæ proijciamus ornamenta terrena, si cœlestia optamus. Ne dilexeritis aurum, in quo prima delicta populi Israëlis denotãtur. Odisse debetis quod Iudæos perdidit, quod dereliquentes Deum, adorauerunt. Iam

Lib. de cultu fœminarũ.

F

tunc

CAP. XXXII.

IDens autẽ populus, quòd moram faceret† descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron ait: Surge, * facnobis deos, qui nos præcedant. Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit ei. Dixitq; ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de vxorum filiorumq;, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecitq; populus quod iusserat, deferens inaures ad Aaron. Quas cùm ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum cõflatilem. Dixeruntq;: Hi sunt dij tui Israël, qui te eduxerũt de terra Ægypti. Quod cùm vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis positũ à diuina benignitate illi ignoscendũ erat. Id quod Moyses ipse in Deuteronomio satis declarauit, cum ait, *Deprecatus sum dominum pro Aarone fratre meo, & mortuus non est.*

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

a ¶ Non est ausus resistere, quia sciebat populum pronum ad occidendum. a ¶ Quia hoc aurum purius & charius ¶ Rem difficilem præcipit, vt ab intentione reuocet. a ¶ Etiamsi difficile. a ¶ Quia bouem adorauerunt in Ægypto aliud forsitan idolum non suscipierent.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXII.

Diuisio.

1 IDens autẽ populus. *Post præceptũ de constructione tabernaculi: hic cõsequenter describitur superuenies impedimentũ ex peccato populi: & primò ponitur populi transgressio. secũdò Moysi deprecatio, ibi: Factoautẽ die altero. Circa primũ primò ponitur peccati perpetratio. secũdò perpetrati cognitio, ibi:* Locutus est aũt. *tertiò cognitio examinatio, ibi:* Arripiẽsq;. *& c. quarto examinati punitio, ibi:* Vidẽs ergo Moyses. *Circa primum dicitur sic.*

2 Videns autẽ po. *Dicit Ra. Sa. q. isti fuerunt Ægipty conuersi ad Iudaismũ, qui ascẽderunt cum Iudæis de Ægypto, vt dictũ est suprà xij. ca. & isti quia erant nutriti in idololatria, ad eã incitauerunt magnam partem de filijs Israël.*

Quomodo Populus seductus fuerit.

3 Quod moram, &c. *Dicit Rab. Sa. q. Moyses recedens de castris, volens ascẽdere ad dominũ dixit se rediturũ quadragesima die circa horã sextam. Populus autẽ intellexit, q. dies sui recessus esset de numero illo: sed non erat. quia Moyses intelligebat de diebus naturalibus integris. dies autẽ illa non erat integra: quia tota nox iam præcesserat & aliqua pars diei artificialis. Triceſimonono autem die, quem populus credebat esse xl. Sathan turbauit aerẽ, & ostendit similitudinẽ feretri, dicẽs q. mortuus esset Moyses, & tunc populus cõcitatus fuit ad fabricandũ idolum, cuius nutu deducerentur loco ducatus Moysi. Sed hoc dictum patet ex textu esse confictum, quia subditur.*

4 Moysi enim huic viro qui, &c. *Si enim vidissent mortis eius signa prædicta, magis dixissent q. fuisset mortuus: quia hæc esset causa rationabilis & efficacior ad quærendum alium doctorem. Aliter etiam patebit falsitas huius dicti per sequentia.*

5 Congregatus aduersus Aaron, &c. *Quare hic non fit mentio de Hur, quẽ constituerat Moyses ad regimẽ populi cum Aaron, vt dictũ est suprà xxiij. ca. dicit Rab. Sa. q. populus interfecerat eum, eò quòd ipsum argueret de tanto scelere.*

6 Dixitque ad eos Aaron. *timore mortis assentiens eis, licet non ex corde.*

7 Tollite inaures aureas. *Credebat enim Aaron, q. vxores filij & filiæ grauiter ferrent si acciperentur eorum ornamenta: & sic ex hoc & ex cupiditate Iudæorum credebat impedire conatum populi, vel saltẽ retardare vsque ad aduentum Moysi, qui populum reprimeret.*

8 Fecit populus quod iusserat. *Ex quo patet magna voluntas idolatrandi, non solum in viris. sed etiam in vxoribus & liberis, qui ita promptè ornamenta sua pretiosa tradiderunt.*

9 Formauit opere fusorio, &c. *In Hebræo habetur: In stilo quod exponit Ra. Sa. dicẽs, quòd Aaron primò depinxit cum stilo in tabula formã vituli, & tradidit artificibus, vt facerent ad similitudinẽ illius, qua Apis quod reputabatur maximũ numẽ Ægypti, apparuerat eis in Ægypto in specie tauri, vt dictum est suprà viij. cap.*

Vitulus quo modo factus.

10 Dixeruntque, &c. *Ex quo patet magna insania populi. qui mirabilia inaudita à Deo facta in exitu eorũ de Ægypto attribuebat idolo, & licet esset vnum idolũ tantum, tamen dixerunt: Hi sunt dij ad reuerentiã idoli, sicut magna persona de se loquuntur in plurali ad magnificentiã, vt: nos præcipimus, nos volumus, & huiusmodi.*

11 Quod cum vidisset Aaron, &c. *Dicit Ra. Sa. quòd vidit spiritum vitæ in vitulo sicut dicitur.* Et mutauerunt gloriã suam in similitudinem vituli comedentis fœnum. *Sed patet manifeste, q. hæc est filtio & scripturæ peruersio. Si enim in vitulo fabricato spiritus vitæ fuisset, scriptura non dixisset, in similitudinẽ vituli, sed in vitulũ. Et ideo aliter dicendum, q. Aaron vidit tantam voluntatem immolandi victimas idolo in populo, quòd non poterat resistere: ideo sequitur,*

12 Ædificauit altare coram eo: & præco. &c. *Ad retardandũ immolationem, quia statim sine altari immolassent. Vel dicitur: Ædificauit scilicet ipse & non populus, vt tardius fieret, vt dicit Rab. Sa. quia si dixisset quod facerent in momento sic fuisset factum per manus multorum.*

✠1 Cras

MORALITER.

† 1 *Videns autem populus.* secundum quod dicit Greg. pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regentium: vnde sæpe fit, vt pro culpa gregis, vere boni delinquat vita pastoris. Et ponit exemplum de Dauid, qui pro culpa populi permissus fuit à Deo peccare in eius numeratione ij. Reg. xxiiij. propter quod Dauid non fuit punitus in persona, licet hoc peteret à domino, vt habetur ibidem, sed populus fuit grauiter punitus. Similiter credẽdum est quòd Aaron propter malitiam populi petentis sibi deos fieri, permissus fuit peccare in vituli cõflatilis fabricatione: propter quod Aaron in persona propria non fuit punitus, sed populus: & in hoc Aaron figuram tenuit boni principis, vel prælati qui propter malitiam subditorum aliquando permittitur in peccatum labi.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ tunc aurum ignis est esca.

A ✻IDEM. Vrgetur Aaron, iubet inaures fœminarum suarũ in ignem conferri. Amissuri enim erant in iudiciũ sibi vera ornamenta aurium, Dei voces.

In Scorpiaco. Moraliter. a *Et sedit populus comedere, &c.* Esus potusq; ad lusum impulit, quia si vanitatis culpa non eáutè cõpescitur: ab iniquitate més incauta non foratur. Vnde: *Qui modica spernit, paulatim decidit.* Si enim curare parua negligimus insensibiliter seducti, etiá maiora audenter perpetramus.

†mandu-care. †ac. Eccle.19.a. †præcepisti.

Lib.2.moral. cap.5. ✻GREGORIVS. Nonnulla sunt vitia b quæ à cõiuiis aut separarivix possunt, aut certè nequaquá possunt. Pene enim semper epulas comitatur voluptas. Nam cum corpus in refectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde scriptũ est, *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerũt ludere.*

B †45.dist.c. disciplina, †forte. Quæst.142 †eos de.

b *Isti sunt dij tui.* AVGVST. Dominus indicãs Moysi, quid fecerit populus de vitulo & de idolo quod ex auro suo fecerãt, dicit eos dixisse: Hi sunt dij tui Israël qui te eduxerunt de terra Ægypti. Quod eos dixisse non legitur: sed animum eorum hunc fuisse deus ostendit, horum quippe gerebant verborum in corde sententiam, quæ deum latere non poterat.

Mystice. Lib.9.mor. cap.11. & 12. Precatio iusti. Iob 9. b. Nu.24.c.

c *Dimitte me, &c.* GREG. Quid est seruo dicere, dimitte me, nisi deprecãdi ausum præbere: quasi pensa quãtùm apud me valeas: & cognosce quia obtinere poteris quicquid pro populo exoras. In Iob tamẽ dicitur: Deus cuius iræ resistere nemo potest, cùm iræ Dei restiterit Moyses, qui supernæ percussionis impetũ mortis suæ oblatione restrinxit dicens: Dimitte eis hanc noxam alioquin dele me de libro tuo quẽ scripsisti. Aaron quoq; ignem diuinæ animaduersionis incensũ fumo tẽperauit: & Phinees luxuriantes cum alienigenis trucidãs, zelum suum diuinæ indignationi obtulit, & furorẽ gladio placauit. Dauid angelo ferienti se offerens, placationis gratiá ante tẽpus propositũ exegit. Sed resistit iræ Dei non potest, cum sese (vt ita dixerim) medullitus mouet: nec se vtiliter alicuius deprecatio obijcit, cum semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Hinc est enim q Moyses, qui reatum totius populi precibus suis ferre, & diuinæ iracundiæ vim placauit, ad petrã Horeb veniens, pro aquę exhibitione diffidens, terrá promissionis ingredi domino irascente non potuit: & se hac de re affligit, & desiderio turbatur, & dispositæ vltionis iracundiá repellere à se nõ valuit, qui volente domino à populo amouit. Hinc Dauid, prostrata plebe angeli gladiũ prece cõpescuit, cùm prius plorans & eiulãs nudis pedibus filium fugeret, & quousq; perpetrati facinoris vltionem ad plenũ recuperet, iram Dei non valuit pro seipso temperare. Nu.20.b.

D

GREGOR. Ædificare lectorem iuxta historiá potest, si perpendat quomodo bonis rectoribus mista sit regendi autoritas, & consolandi benignitas. Disciplina enim vel misericordia multùm destituitur si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos debet inesse doctoribus vel rectoribus, & iustè consolans misericordia, & piè sæuiés disciplina. Vide enim Moysen piè amantem & districtè sæuientem. Cùm enim diceretur: Descende, peccauit populus tuus, quasi qui in tali peccato lapsus est, iam meus non est, & adderetur: Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, &c. Sæpe se iræ Dei opponens ait: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo. Pensemus quibus visceribus populũ amauit, pro cuius vita se deleri petiuit, & quanto zelo rectitudinis, cum veniam obtinuisset, ad populum veniens ait: Ponat vir gladiũ super femur, &c. Ecce qui vitam omni um cum sua morte petiuit, paucorum vitá gladio extinxit, intus ignibus amoris, foris accẽsus est zelo seueritatis, sic amauit quibus præfuit, vt pro eis non parceret sibi: delinquentes sic persecutus est, vt etiam domino

Lib.2.mor. cap.6.

E

F

☞ parcente

☞ parcente prosterneret vtrobique legatus fortis causam populi

A apud Deum precibus causam Dei apud populũ gladijs allegauit. Intus amans, diuinæ iræ supplicando obstitit, foris sæuiens culpam feriendo consumpsit. Succurrit citius omnibus in offensa paucorum. Sed idcirco Deus eum citius audiuit agentẽ pro populo, quia vidit quid super populum acturus esset pro Deo. In a regimine ergo populi vtrunq; Moyses miscuit, vt nec disciplina deesset misericordiæ, nec misericordia disciplinæ.

Quæst.149. ✻AVGVSTINVS. Admonemur, cũ delicta nostra nos grauant, ne diligamur à Deo, releuari nos apud eum illorũ meritis posse, quos Deus diligit. Nam cum ab omnipotente dicitur homini, *Sine me & conterã eos*, quid aliud dicitur, quã conterem eos nisi diligerẽ

B †victorum neque eorũ tur abs te. Ita ergo dictum est, *Sine me* ac si diceretur, noli eos diligere, & conteram eos, quia ne'id faciam dilectio tua intercedit mihi. ‡victi sunt: sed.

*sua. a *Recordare Abrahã Isaac, &c.* Patres qui diliguntur inducit pro filijs qui offendunt, nec merentur audiri, quia bona sanctorum patrum sæpe subueniunt filijs.

Quæst.67. ✻THEODORETVS. Obseruandum est igitur Mosem cum legationem suam ad Deum placandum non satis idoneam esse existimaret, patriarcharum quoque nomina in patrocinium inuocasse.

Malitiam Deum face re. Sap.3.a. b *Placatusque est dominus ne faceret mal.* AVGVSTINVS. Malitiam hic pœnam intelligi voluit, sicut est illud: Æstimata est malitia exitus illorum. Secundum hoc dicitur & bonum & malum esse à Deo, non secundum malitiã qua homines mali sunt. Malus enim Deus non est, sed malis ingerit mala: quia iustus

C est.

Quæst.144. c *Iratusq; valde.* AVGVST. Iratus Moyses, tabulas testimonij digito Dei scriptas fregisse videtur. Magno tamẽ mysterio figurata est iteratio testamenti noui, quia vetus fuerat abolendum, & nouum constituendum. Notandum sanè, quanta pro populo ad Deum supplicatione laborauerit, qui tam sæuerus in eos vindicando fuit.

D

placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, 1
a ¶ Firmiter promisisti, non licet mutari. b ¶ Quem homines non audent peierare. ¶ Quia maiorem non habuisti.
Isaac, & Israël seruorũ tuorũ, quibus iurasti per temẽtipsum, 2
dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli, & vniuersam terram hác, de qua locutus sum, dabo semini vestro,
b & possidebitis eam semp. Placatusq; est dominus, ne faceret 3
a ¶ Afflictionem.
malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et † 4
a ¶ Ad regendum populum & corrigendum. b ¶ contemplationis.
reuersus est Moyses de mõte, portans duas tabulas testimo- 5
a ¶ Opere.
nij mánu sua scriptas ex vtraque parte, & factas opere domi- 6
¶ Præcepta diuina.
ni: Scriptura quoq; Dei erat sculptá in tabulis. Audiens autẽ 7 8 9
Iosuë tumultum populi vociferantis dixit ad Moysen: Vlulatus pugnæ auditur in castris. Qui respondit: Non est cla-
a ¶ Contra diabolum vel peccatum. b ¶ Quæ moneat vitia fugere, secundum illud: Fugite fornicationem, &c. 1. Cor. vj. d.
mor † adhortantium ad pugnam, neq; vociferatio compel- 10
¶ Ante idola.
lentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio. Cúm- 11
¶ Ludentium & canentium.
c que appropinquasset ad castra, vidit vitulum & choros: Ira-
a Quia iudicauit indignos quibus legerentur præcepta Dei.
túsque valde, prõiecit de manu * tabulas, & confregit eas ad 12

AVGVSTINVS. Quæritur, cur tabulæ quas dominus scripsit, & fecit cõfractæ fuerint. Quæ verò manu hominis dolatæ fuerunt, perduranerũt? Sed in hoc significatur, q Deus primum hominẽ ratione & ingenio decorauit, cor sapiens & intelligens dedit, vt sine difficultate & errore scire & implere posset. Hoc ergo faciendo quasi tabulas quasdam scripsit & dolauit: sed eas homo confregit cùm diabolo acquieuit: & se illa gratia indignum reddidit. Iubetur ergo iterũ tabulas dolare, id est, latitudinẽ cordis præparare ad suscipiẽda mãdata Dei, & quia liberum arbitriũ ita violauit, vt iam sine Dei gratia bonum per se agere non possit, enitatur laborare ad virtutes. Adam enim in delitiis victus fuit: Iob in sterquilinio diabolum vicit.

Quare tabulæ cõfractæ. Lib.22. contra Faustũ. cap.93.

†aspexit & descendit.

Gen 3. b. Iob. 2.c.

✻THEODORETVS. Nam quia dotalium libellorum typum tabulæ gerebant, sponsa verò iam antequam in thalamum duceretur, adulterium perpetrarat, iure optimo dotalem libellum fregisse existimandus est. Quæst.68.

✻HIERONYMVS. Moyses quadraginta diebus & noctibus ieiuniis in monte cum domino loquitur, populus autem fatur idola fabricatur. Ille vacuo ventre legem accipit scriptam digito Dei: iste manducans & bibens, consurgensque ludere, aurum conflat in vitulum, & Ægyptium bouem præfert domini maiestati. Tot dierum labor vnius diei saturitate perit, frangit audacter Moyses tabulas, sciebat enim domini sermonem non posse audire temulentos. Lib.2. cõtra Iouinianũ.

F

☞ a *Arripiensq;*

Quæ facta fuerint ante aduentum Moysi.

✻ 1 Cras solennitas. *non hodie: quod dixit ad retardandum immolationem, si fortè interim veniret Moyses & impediret eam.*

2 Surgentesq; mane. *antequam veniret Moyses, qui tamen venit eadem die. Ex dictis patet falsitas, prædictæ fictionis s. quòd populus fuit excitatus ad idolatriam, eò quòd altera die præcedenti hora vj. viderant signa mortis Moysi, vt prædictum est. quia ad hoc sequitur quòd ab illa hora vsque ad horam vesperarum omnia ista fuerant facta successiue per ordinem. s. prouocatio Ægyptiorum conuersorum, deceptio Iudæorum, occisio Hur eos arguentis, assensus Aaron timore mortis, petitio inaurium, apportatio earum etiam ab extremitatibus castrorum, quæ occupabant magnum terræ spatium, cum essent ibi sexcenta milia virorum absque mulieribus & paruulis. Item formatio vituli, constructio altaris, & proclamatio crastinæ solennitatis: quæ nullo modo potuerunt fieri successiue in tam breui tempore. Et ex hoc patet quòd pluribus diebus antequam complerentur xl. dies prædicti inceperunt tractare istud negotium.*

3 Et sedit populus man. *de immolatis coram idolo.*

4 Et surre. ludere. *a. chorizare & cantare, vt patet ex sequentibus. & hoc faciebat in veneration em idoli, quod pertinet ad idololatriam. vnde in Hebræo habetur:* Et surrexerũt illudere, *quia idololatria est illusio diuina.*

Diuisio.

5 Locutus est. *Consequenter ponitur peccati perpetrati cognitio, & primò per diuinam reuelationem, secundò per sensus experientiam, ibi: Et reuersus est Moyses. Circa primum præmittitur peccati reuelatio secundò pœnæ comminatio, ibi:* Rursumque. *Circa primum dicitur*

6 Locutus

6 Locutus, &c. *reuelans populi transgressionem dicens:*

7 Vade descen. *quia ad prælatum pertinet peccata subditorum manifesta corrigere. Aliter exponit Ra. Sa. dicens: Descende, s. à tua dignitate & gloria: quia sicut dignitas & gloria prælati consistit in bonitate subditorum, secundum quod dicit Ioh. iij. cano. b.* Maiorẽ horum non habeo gratiã, quam vt audiam filios meos in veritate ambulantes, *sta deiectio sui honoris est in eorum peruersitate.*

8 Peccauit populus, &c. *q. d. iam non est meus, quia me per idolatriam abnegauit.*

9 Recesserunt cito, &c. *tanquam instabiles in bono, & proni ad malum.*

10 Rursumque. *Hic consequenter ponitur pœna comminatio cùm subditur:*

11 Cerno quòd populus. du. cer. &c. *id est, non recipiens correctionem.*

12 Dimitte me, &c. *Loquitur modo humano, cum filius offendit patrem, & pater tenens gladium quasi ad iugulandum ipsum, dicit alicui existenti iuxta se: ne tineas me à percussione, per hoc magis insinuans contrarium, scilicet quòd velit retineri, & ex hoc accepit Moyses audaciam orandi pro populo ad retinendum Dei vindictam dicens:*

13 Cur domine, &c. *quem reputas specialem filium, sicut dictum est suprà iij. s.* Filius meus primogenitus Israël.

14 Ne quæso dicant Ægyptij callidè eduxit, &c. *q. d. Istud reuerteretur in blasphemiam contra te. Allegat etiam ad hoc Dei pietatem dicens:*

15 Quiescat ira tua & esto, &c. *q. d. tibi proprium est parcere & misereri & non irasci. Allegat etiam consequenter merita patrum dicens:*

✻ 1 Recor

Nota. ✻ 1 Recordare Abraham Isaac & Iacob, &c. *q. d. Si populus iste meruit mori per incendium, ecce Abraham pater eorum propter amorem tuum proiectus fuit in ignem Chaldæorum. Si per gladium, ecce Isaac fuit paratus pro te immolari. Si meruerunt exilium, ecce Israël tanquam exul fugit in Mesopotamiam obediens patri suo & tibi.*

2 Quibus iurasti per temetipsum dicens: Multiplicabo semen, &c. *quia es omnino immutabilis: & ideo iuramentũ tuum debet inuiolabiliter teneri de terra Chananæorum dãda semini eorum, quod tamen frustraretur, si deleres populum tuum de terra.*

3 Placatúsq; est dominus ne faceret malum suum, &c. *Non quòd pœnam omnino dimitteret: vt patet ex sequentibus, sed ne omnino deleret sicut dixerat:* Dimitto me vt deleam eos.

4 Et reuersus est Moyses de monte. *Hic consequenter ponitur peccati cognitio per experientiam, scilicet sensus visus, & auditus. præmittitur tamen reuersio Moysi ad castra, cũ dicitur:* Et reuersus est Moyses de mandato domini, *vt patet per prædicta.*

5 Portans duas tabulas: *quas dominus sibi tradiderat, vt patet ex fine præcedentis capituli.*

6 Scriptas ex vtraq; parte & factas opere domini. *Dicit Ra. Sa. quod vnica scriptura erat ibi, quæ tamen erat legibilis indifferenter ex vna parte sicut ex altera: quod erat mirabile, quia litera ex vna parte figurata ordine recto, in parte opposita apparet eius figura modo opposito. Vel potest dici absque miraculo tali, quòd litera erant duplices, ita quòd præcepta erant sculpta ex vna parte, & similiter*

ex

ex altera. *Vade subditur:*

7 Scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis. *secundum Aug. verò in vna tabula erant tantum tria præcepta: ideo dicuntur præcepta primæ tabulæ: quia ordinant hominem ad Deum. In alia autem tabula erant alia septem quæ ordinant ad proximum: ideo dicuntur præcepta secundæ tabulæ. Secundum Rab. Sa. & doctores Hebraicos quinque erant scripta in vna tabula, & quinque in alia. Aliter tamen distinguunt præcepta, quam Augustinus vt dictum est suprà xx. cap. Vt autem ista melius intelligantur, expressi ea hic in figura.*

Quantum scriptum in qualibet tabula.

8 Audiens autem Iosue. *Hic consequenter ponitur cognitio peccati per sensum auditus, cum dicitur:*

9 Vlulatus pugnæ auditur in castris. *Ex hoc patet quòd Iosuë non fuerat ibi, sed remanserat iuxta montem expectans Moysen: vt dictum est suprà xxiij. ca.*

10 Vocem cantantium ego audio. *Hoc autẽ melius cognouit quàm Iosue: tum propter viuacitatem sensus: quia cùm esset xxx. annorum, vt dicitur Deuteron. vl. c.* Non caligauit oculus eius, &c. *Et idem intelligitur de aliis sensibus: tum quia idolatria populi erat sibi reuelata: ideo melius potuit cognoscere clamorem idolatrantium. Consequenter describitur cognitio per visum, cùm dicitur:*

11 Vidit vitulum & choros. *quia magis mouent animũ visa quàm audita, & ideo licet fuisset iratus ex auditu peccati, magis tamen ex visu.*

12 Proiecit de manu tabulas: & confregit eas ad radices montis. *reputans quòd populus esset indignus recipere legem Dei digito scriptam. Hac autem fractio tabularum signum fuit euacuationis legalium in aduentu Christi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ a *Arripiens, vitulum quem fecerant.* ISIDORVS. Diabolo corpus significatur in vitulo, id est, homines in omnibus gentibus quibus ad hęc sacrilegia caput, id est auctor est diabolus. Aureus vitulus, quia videntur idolatriæ ritus instructi à sapientibus, de quibus dicitur: *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis cor.* &c. Et hæc sapientia iste vitul' aureus qualia solebãt etiã Ægyptiorũ sapientes adorare figmenta. In vitulo ergo significatũ est omne diaboli corpus, id est, omnis societas Gentiliũ idolatriæ deditorũ. Hanc sacrilegam societatẽ Christus combussit igne, de quo ait: *Ignẽ c vens mittere in terram, &c.* Et alibi: *Nõ est qui B se absondat à calore eius,* dum in eum credunt gentes, igne virtutis eius diabolica forma soluitur: deinde corpus cõminuitur, id est, ab illa malè conspirationis collatione† discussum, verbo veritatis humiliatur, & cõminutum in aquã mittitur, vt eos Israël, id est, Euangelij prædicatores ex baptismo in sua mẽbra, id est, dominicum corpus transferant: vnde Petro dicitur: *Macta & manduca,* cùm similiter dici potuit: Concide & bibe. Ita vitulus per ignem cœli, & aciem verbi per aquã baptismi ab eis potius quos absorbere conabatur, absorptus est.

Rom.1.c. † vel dicit. † 76.dist. ieiunium quarti. Lucæ 12.f. Psal.18.b. †ad infamiã inter hostes eorum lxx. quæ res futura erat gaudio hostibus eorum. † discussum. Act.10.b.

✻ AMBROSIVS. Idolatriæ indignitate percitus, fregit tabulas Moyses, & comminuit vituli caput, atque in puluerem redegit, vt omnia impietatis aboleret vestigia. Epist. 56.

✻ HIERONIMVS. Vituli puluerem quem adorauerat Israël, in contemptum superstitionis in potum accipit, vt contemnere discat, quod in secessum projci videat. Epist. ad Fabiolam.

C

a ¶ Corpus diaboli id est idolatras. b ¶ Igne cæli & spiritussancti.

† montis. Arripiensq; vitulum quem fecerant, com- † 1
a ¶ Acie verbi vel malco. ¶ Baptismi.
bussit & cõtriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquã, 2
a ¶ Vt colere erubescerent, quem in secessum mitti viderent. b ¶ Euangelij prædicatoribus.
& dedit ex eo potum filiis Israël. Dixitq; * ad Aaron: Quid 3
tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respondit: Ne indignetur dominus meus. 4
Tu enim nosti populum istum, quòd † pronus sit ad malum. 5 † malus sit. E
Dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui præcedant nos. Huic 6
enim Moysi, qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid 7
acciderit. Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tu- 8
¶ Compendiosè locutus est.
lerunt & dederunt mihi, & proieci illud in ignem, egressusq; 9
est hic vitulus. Vidẽs ergo Moyses populum, quòd esset nu- 10 11
¶ Id est, propter.
datus: spoliauerat enim eum Aaron† in ignominiam sordis, 12 Totum peccatum Aaró tribuitur.
¶ Seueritate iustitiæ.
& inter hostes nudum constituerat: Et stans in porta castro- 13
rum, ait: Si quis est domini, iungatur† mihi. Congregatiq; 14 † mecum.
sunt ad eum omnes filij Leui. Quibus ait: Hæc dicit domi- 15 16
¶ Fortis, strenuus. a ¶ Prædicationis. b ¶ Voluptates carnis.
nus Deus Israël: † Ponat vir gladium super femur suum. † 45. dist. c. disciplina 33. q.4. ca. guidã sanctus, & c. quid crudele.
a ¶ Increpando discurrite. b ¶ De vitio vsque ad vitium, per quod culpa intrat ad mentem. c ¶ Aequaliter vt nulli parcant. d ¶ Ecclesiæ.
Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castro- 17
rum, & occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum suum, & vnusquisque proximum suum. Et fecerunt filij Leui iuxta sermonem Moysi: & cecide-

b *Et dedit ex eo potum filijs Israël.* Tradunt Hebræi q; filij Israël D bibentes aquã vituli puluere infectã qui cõmiserant idolatriam in barbis puluerem auri præferebant, quo etiã signo rei vel immunes scelleris apparebant, & rei interficiebantur.

c *Et dederunt mihi, &c.* AVGVSTINVS. Compendiosè locutus est, non dicens, q; ipse formauerit, vt exiret vitulus fusilis: an excusationis causa timẽdo mentitus est, tanquam in ignem periturum aurũ proiecerit, atque ipso nõ id agẽte forma vituli exierit? Quod ideo non est credendum, quia nec latere Moysen posset verum cũ quo Deus loquebatur, & fratrẽ de mẽdacio non redarguit. d *Spoliauerat enim eũ Aaron in ignominiam sordis & inter hostes, &c.* Notandum quod populus fecit, ipsi Aaron tribuitur, quia cõsensit ad faciendum quod malè petierat. Magis enim dictum est, nudauit eos Aarõ, quia cessit eis, quam nudauerunt se ipsi, qui tantùm malum flagitauerunt. Ornamentis quibus fabricatum fuerat idolum, vel quia malam voluntatem prius latentem ostenderat, vel auxiliũ & protectionem Dei perdiderat. Quæst. 145. in Exod. † malus sit. E Totum peccatum Aaró tribuitur. † mecum.

e *Ponat vir gladium, &c.* GREGORIVS. Gladium super femur ponere, est prædicationis studium voluptatibus carnis auferre, vt cùm sancta quis studet dicere, curet necesse est suggestiones edomare. De porta vsque ad portam ire, est à vitio vsque ad vitium, per quod ad mentem culpa ingreditur, increpando F discurrere. Per medium verò castrorum transire est tanta æqualitate intra ecclesiam viuere, vt qui delinquẽtium culpas redarguit, in nullius resideat fauore. Vnde subditur: In pastorali 3.p.cap.26.

☞ a *Occidat*

☞ a *Occidat vnusquisque fratrem suum, &c.* Hos interficit, quos A puniendos inuenit ab increpationis gladio, nec eis quos per cognationẽ carnis diligit, parcit. Si ergo ille Dei dicitur, qui ad feriẽda vitia zelo diuini amoris excitatur, profectò esse se Dei negat, qui quantùm sufficit, vitam carnalium increpare recusat.

In locutionib. locut. 124.

b *Fecerunt que, &c.* AVGVST. Plurale pro singulari posuit, a sicut ibi: *Hi sunt dij tui Israël, qui te eduxe, &c.* Sed hæc locutio non B reperitur, nisi vbi etiã de plurib' dici vel intelligi potest. Non enim qa vitulus vnus erat, ideo plures fieri nõ poterant, aut ideo cum multis idolis similis fuerat: hac locutione dictũ est, latrones insultasse domino, cùm vnum hoc fecisse scriptura testetur: sed non solus fuerat latro: quin etiã cùm ista locutio sit p propria nomina (qualiter eam in diuinis scripturis nondum factam cõperimus) plures illic intelligũtur, sicut C cum fuerit vna Phedra & vna Medea, sed Phedras & Medeas quidam dixerunt, appellauerunt omnes similes Phedræ, & Medeæ. Ita non sine causa, nec passim sicut ab imperitis vitiosè fit: sed certo modo, certisq; regulis istæ locutiones interponuntur. D

✻ AMBROSIVS. Quod occidit fecit à proximis proximos Moses, filios à parentibus, à fratribus fratres, præceptum euidens, quia præferẽdã est religio necessitudini, pietas propinquitati. Ea est enim vera pietas, quæ præponit diuina humanis, perpetua temporalibus. Vnde & Moyses ad filios Leui dixit, Qui paratus est à domino veniat ad me. Et dixit illis, *Hæc dicit dominus Deus Israël, Imponite vnusquisque gladium suum in fœmore suo & pertransite*, vt amore diuinæ reuerẽtiæ, perimeretur omnis affectus necessitudinis. Neque verò aliquid durum videtur pro vindicta iniuriæ cœlestis. Deniq; sanctiora cæteris ad hoc munus eliguntur ministeria Leuitarum, quorum portio Deus. Nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum norunt. Epistola 56. ad Romulũ. E † Deum. † 23.q.4.c. quid crudele.

c *Aut dimitte eis, &c.* AVGVSTIN. Securus quidẽ hoc dicit, vt à consequentibus ratiocinatio concludatur, id est, vt quia Deus Quæst. 147. in Exod.

☞ Moysen F

✻ 1 Arripiensq, vitulum quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem quem sparsit in aquam. *Hic consequenter describitur peccati examinatio, quod debuit fieri ante punitionem: quia non omnes culpabiles erant nec æqualiter. Fit ergo primò examinatio per signum, cum dicitur:*

2 Et dedit ex eo potum filijs Israël. *Dicit Rab. Salomon quòd ista aquæ potatæ erant nocuæ culpabilibus causando in eis inflationem & languorem, per quem poterant ab eis discerni: alijs autem erant dulces, & vtiles: sicut aquæ in sacrificio zelotipiæ ostendebant per effectũ culpam mulieris, vel eius innocentiam, vt habetur. Alij autem doctores dicunt, quòd color auri remansit circa ora eorum, qui erant culpabiles ita quod barbæ eorũ videbantur aureæ, & sic ab alijs distinguebãtur: secundò fit examinatio peccati per hominis responsum, cum dicitur:*

3 Dixitque Moyses ad Aaron, &c. *aeſi diceret, primo debuisses sustinere mortem.*

4 Cui ille respondit. *humiliter dicens:*

5 Ne indignetur dominus meus. *quia ressõsio mollis frangit iram.*

6 Tu enim nosti populum istum, &c. *per multas experientias malitiam huius populi.*

7 Dixerũt mihi. *sub cõmunicatione mortis sicut interfecerant Hur.*

8 Quis vestrum habet aurum? &c. *aeſi diceret, propter eorum auaritiam ex petitione auri credidi eos à suo impetu retardare.*

9 Proieci illud in ignem: egressusque est hic vitulus. *Dicunt aliqui quòd Aaron proiecit aurum in ignem, vt ibi periret, non vt idolum fieret, sed opere diaboli formatus est inde vitulus. Alij autem dicunt contrarium: vnde supra dictum est, quòd primò depinxit imaginem in tabula, & videtur hoc verius: quia timore mortis petuit ab eis aurum ad faciendum idolum, & si proiecisset in ignem, vt periret, ex hoc fuissent magis prouocati ad eum interficiendum, quia priuati fuissent auro & idolo. Item ex hoc, quòd statim ædificauit altare & solennitatem in crastinum proclamauit: ideo videtur quòd dixerit mendacium dicens:* Egressusque est hic vitulus, *insinuans quòd hoc esset præter intentionem suam. Nec oportet eum excusari de mendacio, cum incomparabiliter peiora fecerit: vt patet per prædicta: non tamen fuit punitus morte: quia non fecit ex corde, sed ductus mortis timore.*

10 Videns ergo Moyses populum quod esset nudatus. *Hic consequenter describitur peccati examinati punitio, cum dicitur:*

11 Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus. *à pretiosis localibus, cuius causa subditur:*

12 Spoliauerat enim eum Aaron in ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat. *Id est fabricationem vituli, quod nomine sordis & ignominiæ appellatur in scriptura veteris testamẽti. Alii qui exponunt istam denudationem populi propter sceleris manifestationem: vnde factum apertum dicitur denudatum.* Denudatio populi.

13 Et stans in porta castrorum *quia in portis ciuitatum antiquitus dabantur sententiæ & iudicia.*

14 Aitsi quis est domini. *Id est, habens zelum ad vindicandum eius opprobrium.*

15 Iungatur mihi. *ad faciendum vindictam de peccatoribus.*

16 Congregatiq; sunt ad eum omnes filij Leui, &c. *Ex hoc dicit Ra. Sa. quòd nullus de filijs Leui erat culpabilis in fabricatione vituli. Sed hoc non bene consonat literæ: tum quia Aaron qui erat principalis in illa tribu post Moysen, non fuit omnino sine culpa, vt visum est: tum quia subditur:*

17 Ite & redite de porta ad portam per medium castrorum, &c.

✻ *diligenter*

✝ 17 *Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum &*

✻ *diligenter querendo transgressores per signa prædicta.* Et occidat vnusquisque fratrem suum, &c. *Item infrà subditur:*

1 Consecrastis manus vestras hodie, &c. *scilicet faciendo vindictam zelo Dei.*

2 Vnusquisque in filio & fratre suo. *Ex quibus videtur quod aliqui de Leuitis fuerũt interfecti tunc, sicut transgressores in peccato vituli, & ideo aliter potest dici, quòd cum dicitur:* Omnes filij Leui, *est vsitatus modus loquendi, quo accipitur maior pars pro toto: sicut dicitur totum collegium facere, quod maior pars facit: sacra enim scriptura frequenter vtitur modis loquendi inter homines vsitatis. vnde Iudic. xx. a. dicitur:* Congregati sunt omnes filij Israël quasi vir vnus, *& tamen non fuerunt ibi viri Iabes Galaad, vt ibidem subditur ca. xxj. Qui tamen vult sequi dictum Rab. Sal. potest soluere prædicta, sicut ipse soluit dicens, quòd frater hic accipitur ex parte matris tantum, mortuo enim Leuita, vxor sua potuit contrahere cum viro alterius tribus, & filius inde natus non erat Leuita: quia denominatio tribu accipitur ex parte patris, & tamen erat frater Leuitæ. sf filij prioris viri: similiter hic dicitur filius nepos Leuitæ, qui erat filius filiæ suæ coniunctæ viro alterius tribus: & sic non erat Leuita.* Fecerunt filij Leui. *obedientes Moysi zelo Dei:* Ceciderunt q; in die illo quasi xxiij. milia. *In Heb. habetur* tria milia *quam diuersitatem aliqui sic concordant dicentes, quòd in Hebræo numerantur tantum illi qui fuerunt principales in transgressione, & ad transgrediendum alios inducentes, sed cum istis de alijs tot fuerunt occisi, quòd ascendebat numerus ad xxij. milia. Aliter etiam concordatur secundum dicta Ra. Sa. vt videbitur in fine huius cap.*

3 Facto autem die al. *Hic consequenter ponitur Moysi deprecatio, & secundò domini responsio sibi:* Cui respondit dominus, *circa primum, primò ostendit populo grauitatem peccati perpetrati dicens:*

4 Peccastis peccatum ma. *sicut enim in humanis ille qui honorem regium attribuit alteri, maximè peccat in dignitatem regiam, quia quantum est in se subuertit totum regnum, ita qui honorem latriæ soli Deo debitum attribuit idolo, maximè peccat contra Deum.*

Quæstio.

Sed quæritur hic quomodo Moyses dixit populo: Peccastis, *cũ peccatores iam essent exterminati? Dicendum quòd licet illi qui fuerunt principales & idololatrantes ex corde & eis consentientes fuissent occisi, non tamen omnes consentientes timore, ac etiam illi qui potuissent ipsis resistere & non restiterunt, quibus tamen peccatum imputatur. Potest etiam aliter dici, quòd peccatum perpetratum à parte alicuius communitatis, bene imputatur toti communitati quantum ad pœnam infligendã, vel quantum ad boni subtractionem, & hoc timebat Moyses, ne propter peccatum multitudinis aliqui in nocentes punirentur, & diuina beneficia à toto populo. subtraherentur.*

5 Ascendam ad dominum. *Ex quo patet quòd prædictam occasionem non præcepit, nisi ex zelo iustitiæ & honoris diuini.*

6 Si quo modo, &c. *ne scilicet pro ipso deleat vos, vel subtrahat sua beneficia, licet enim prius dictum sit, quòd placatus erat dominus in hoc quòd non deleret totum populum simul & subitò, non tamen erat assecuratus Moyses quin deleret per partes.*

7 Obsecro, peccauit, &c. *In oratione sua primò confitetur peccatũ, quia confiteri culpam via est ad veniam.*

8 Aut dimitte eis hanc noxam. *non solùm remittendo culpam, sed etiam conferendo beneficia à re prius inchoata scilicet in deductione huius populi ad terrã promissionis, & reparatione legis quæ facta erat in tabulis.*

9 Aut si non facis, dele me de libro tuo. *Dicit Ra. Sa. quòd iste liber intelligitur lex quæ denominatur à Moyse, eò quòd fuit eius minister. Vnde dicitur Deutero. xxxij. a.* Legem præcepit vobis Moyses. *Et Iohan. j. b.* Lex per Moysen data est. *Est igitur sensus secundum eum:* Dele me de libro *s. vt lex non denominetur nomine meo, nisi populus iste sibi reconcilietur. Sed hoc expositio non consonat literæ sequenti, cùm dicitur,* Qui peccauerit mihi, delebo eũ de libro meo. *Et Psalm. lxviij. f.* Deleãtur de libro viuentium, & cum iustis nõ scribantur. *Ex quo patet quòd prædicta deletio intelligitur de omnibus peccatoribus, & tamen ab eis non est lex denominata, & ideo per librum illum non intelligitur lex, sed liber vitæ, de quo delentur peccatores & iniqua. Sed tunc occurrit duplex difficultas. Prima est, qualiter* aliqui delentur de libro vitæ, *cùm sit idem quod diuina prædestinatio, quæ est immutabilis, &c. Ad quod dicendum, quòd in libro vitæ dicuntur aliqui scribi dupliciter. Vno modo simpliciter, inquantum prædestinati sunt in notitia diuina, vt ordinati ad vitam æternam ex Dei prædestinatione & sic scripti nunquam delentur. Alio modo dicuntur scripti secundum quid scilicet, non secundum diuinam prædestinationem seu ordinationem, sed secundum dispositionem in eis actu existentem, scilicet secundum præsentem iustitiam, quia existentes in* Quæstio. Deleri de libro vitæ.

✻ *gratia*

✝ cendum, & Philoso. dicit 5. Ethicor. Quòd ambobus existentibus amicis sanctum est præhonorare veritatem. Item notandum quòd moram faciente Moyse cum domino xl. diebus, populus suus ad idololatriam declinauit, propter quod multò plus prælati qui non solùm quadraginta diebus sed annis pluribus moram contrahunt in curiis regum, timere debent ne propter eorum absentiam populus sibi commissus ad ignominiosa crimina dilabatur, & eis imputetur, sicut periclitatio nauis imputatur nautæ absenti, qui tenetur eam gubernare.

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

Moyses non deleret de libro suo, populo peccatum illud remitteret. Aduertendum verò quantum malum in peccato prosperit Moyses, quòd tanta cæde credidit expiandum, qui eos sic diligebat, vt pro eis illa verba Deo funderet.

Epistola ad Gaudentium.

✠ HIERONIMVS. Moyses compassionis loquebatur affectu, *Si dimittis populo huic, dimitte: sin autem, dele me de libro tuo.*

Vult perire cum peruntibus, nec prius salute contentus est. Gloria quippe Regis, multitudo populi.

✠ HYGO VICTORINVS. *Dele me de libro tuo.* Non ex

B ratione, sed ex impetu humanæ affectionis, & fiducia magna in Deum hoc dicit, & quòd non fuerit crudelitas in occidendo, ostendit magna pietas quæ secuta est in orando. Scribi autem in libro vitæ aut deleri, dupliciter intelligitur, aut secundum præscriptum Dei, aut secundum præsentem statum, secùdum quem quandoque contingit, quod si talis permaneret aliquis, saluaretur, sed quia præsentem quam habet iustitiam deserit, dicitur deleri de libro vitæ, in quo Deus eum tunc scripsit, quàdo illam iustitiam ei dedit. Secundum præscientiam verò qui scriptus est, nunquam secundum eandem delebitur.

Sermone de lapsis.

a *Qui peccauerit mihi, &c.* ✠ CYPRIANVS. Credimus posse apud iudicem plurimum valere martyrum merita & opera iustorum, sed cùm iudicij dies venerit. Cæterùm si quis præpostera festinatione temerarius, remissionē se cunctis dare putat posse,

C aut auder domini præcepta rescindere, non tātum nihil proderit, sed & obesse lapsis. Mandant aliquid martyres fieri? Sed si scripta non sunt in lege domini quæ mandant, antè est vt sciamus illos de Deo impetrasse quod postulant, tunc facere quod mandant. Neq; enim statim videri potest de diuina maiestate cōcessum, quod fuerit humana pollicitatione promissum. Nā & Moses pro peccatis populi petit, nec tamē peccantibus veniam cùm petisset, accepit. Dixit dominus ad Moysen: *Si quis deliquit antè me, delebo eum de libro meo.*

D

a ¶ Quasi, te non delebo, quia non peccasti.

1 Cui respondit dominus. Qui peccauerit † mihi, delebo eum de libro meo. Tu autem vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi. † Angelus meus præcedet te. Ego autem in

† in me.

a ¶ Romanæ captiuitatis, vel generalis iudicij. b ¶ Non tamen

Aaron percussus est, parcitur ei vt in melius commutetur.

die † vltiōnis visitabo & hoc peccatum eorum. Percussit ergo dominus populum pro reatu vituli, quem fecit Aaron.

† Visitationis.

b *Quem fecit Aaron.* AVG. Quæritur cum superius populū nudasse dictus sit Aaron, cur in ipso non est vindicatum, neq; cum Moyses præcepit interfici omne quod occurrisset armatis à porta vsque ad portam neque postea cùm percussit dominus populum propter factum vituli, quem fecit Aaron, nec dictum est, quem fecerunt, sed quem fecit Aaron, & tamen non est percussus Aaron. Quid etiam illud quod de sacerdotio eius ante peccatum præcipiebat Deus impletum est, sed iussit illum & filios ablui, & sic ordinati sunt in sacerdotio. Ita nouit ille cui parcat vsque ad commutationem in melius, & cui parcat ad tempus: quāuis eum præscierit in melius non mutari, & cui non parcat vt mutetur in melius: & cui non parcat, vt nec mutationem eius expectet, & hoc totum ad id redit, quod Apostolus dicit exclamans: *Quàm inscrutabilia enim sunt iudicia eius:* &c.

Quæst. 148. in Exod.

Quare Aaron occisus.

Nota.

Rom. 11. d.

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *gratia ex hoc sunt digni vita æterna: & ad eam ordinati secundū dispositionem quæ actu est in ipsis, sed quia aliquando cadit à gratia, sic dicuntur deleri, ita quòd ista deletio non refertur ad diuinam notitiam, sta quòd aliquid ignoret quod prius nouerat, sed ad mutationem de gratia ad culpam in hominibus existentem. Secunda dubitatio est, quomodo Moyses potuit petere deleri de libro Dei, nisi dominus remitteret peccatum populi: quia si accipiatur scribi simpliciter in illo libro, impossibilis est deletio vt visum est. Super impossibile autem non cadit appetitus, nec per consequens petitio: cùm Moyses sciret talem impossibilitatem. Si autem accipiatur scribi secundum quid, deletio est ei opposita per hoc quòd aliquis per peccatum mortale cadit à gratia, & sic Moyses qui erat sanctus, elegisset Deum offendere per peccatum mortale, nisi peccatum mortale populo remitteretur, quod est inconueniēs, cum sit contra charitatem. Dicunt igitur aliqui, quòd Moyses hoc dicit ex impetu passionis, non ex deliberatione rationis. Sed hoc non videtur conuenienter dictum: quia sequeretur, quòd Moyses accessisset ad loquendum cum Deo, vbi requiritur tranquillitas mentis, qui secundum eos fuit passionibus perturbatus, ideo aliter dicit Augustin. quod Moyses hoc dixit ex confidentia & familiaritate diuina, vt sit sensus: Sicut certus sum, quòd non delebis me de libro tuo, ita peto, vt certifices me, quòd remittas noxam istam populo. Hæc autem expositio videtur aliquantulum extranea à litera, & ideo aliter potest dici, quod verbum Moysi proditum est ipsius rationis proponentis dispositionem*

Lucæ 22. c. *partis inferioris animæ: licet non esset ita in voluntate rationem superiorem sequente: sicut saluator petiuit transferri calicem passionis ab eo licet simpliciter vellet patrista Moyses volens ostendere magnum affectum ad remissionem peccati populi dixit:* Aut dele me, &c. *Licet simpliciter nullo modo vellet deleri. Et hoc modo contingit in humanis quod aliquis petēs ab alio aliquid cum magno desiderio dicit: Aut facias hoc vel auferas mihi vitam, licet magis vellet carere non solum in illo quod petit sed etiam multis aliis quam vita. Et tali modo loquendi qui dicitur hyperbolicus, vtitur frequenter sacra scriptura. Nec est ibi falsitas, quia talibus locutionibus vtitur, non ad significandum illud quod per orationem importatur quantum ad plenū significatum: sicut Iudicum xx. b. dicitur de filijs Benamin quòd fundis ita ad certum iaciebant locum, vt capillum possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus deferretur lapidis, per quod intelligitur quòd erant bonifundibulary notabiliter, & non plus.*

1 Cui respondit. *Hic ponitur domini responsio & primò breuiter in generali secundò magis explicitè & in speciali, in principio sequentis ca. Circa primum dominus in sua responsione primò remouet alteram partem disiunctiue, quam proposuerat Moyses dicens:*

2 Qui peccauerit in me delebo eum, *quasi diceret: Non te delebo, quia non peccasti. Secundò respondet ad petitionem dicens:* Tu autē vade, vade, &c. *sequitur:*

3 Angelus meus præcedet te. *ducendo ad terram promissionis. Ista tamen responsio magis explicatur sequenti ca.*

4 Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. *Ex quo patet quod nolebat dimittere absque punitione, volebat tamen diminuere & differre, ita quod non deleretur populus totaliter & semel. Ex hoc autem dicit Ra. Sa. quòd in omni infortunio, quod postea accidit Iudæis solutum est aliquid de pœna debita pro peccato illo, & in hoc etiam conueniunt aliqui expositores nostri, dicentes quòd per diem vltionis intelligitur hic captiuitas Babylonica vel Romanorum. Sed hoc non videtur consonare scripturæ veteris testamenti ac noui, quia sequens ca. dicitur:* Qui reddis iniquitatem patrum filijs in nepotibus in tertiam & quartam generationem, *& in pluribus aliis locis veteris testamenti idem habetur: ita quod videtur ad non plus se extendere vindicta Dei, nisi respectu alicuius peccati determinati. Captiuitas autem Babylonica fuit longè post quartam generationem, quia à fabricatione vituli vsque ad captiuitatem Babylonicam fluxerunt nongenti anni vel circiter, & vita humana tam erat reducta ad centum annos, vel centum viginti ad plus, & in paucis hominibus & multò plures fuerunt anni vsque ad captiuitatem factam per Romanos, quæ fuit anno xlij. post passionem Christi. Item Lucæ xix. f. Saluator loquens de ista captiuitate futura per Romanos secundum omnes expositores dicit:* Videns ciuitatem sicut super illam. *& subditur:* venient dies in te & circundabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. *Cuius causa subditur:* Eò quòd non cognouoris tēpus visitationis tuæ, *scilicet per Christum tibi prædicantem, ita quòd captiuitatis factæ per Romanos causa fuit malitia Iudæorum Christum non recipiendo sed ipsum crucifigendo. Et ideo dicere, quòd causa huius captiuitatis fuit peccatum vituli, non bene consonat veritati Euangelij: ideo aliter dicendum, quòd dies vltionis hic accipitur pro mortalitate quam induxit dominus super populum Israel post occisionem factam per Leuitas, vnde statim subditur:*

Lucæ 22.

Dies vltionis domini.

Triplex mors pro adoratione vituli.

5 Percussit ergo dominus, &c. *vnde dicit Rab. Sa. quòd populus post adorationem vituli fuit punitus triplici morte. Prima fuit in potu aquæ, de qua facti fuerunt morbidi & inflati, & etiam aliqui stātim mortui. Secunda fuit gladio Leuitarum, tertia fuit mortalitate à Deo immissa: De qua dicitur,* Percussit autem dominus populum. *Et per hoc vno modo soluitur contrarietas prædicta de tribus milibus & de viginti tribus milibus, vt dicatur quod gladio Leuitarum ceciderunt tria milia. Alijs autem punitionibus tot ceciderunt, quòd in vniuerso bene ascenderunt ad viginti tria milia. Potest etiam dici aliter: quòd dies vltionis hic accipitur iudicium futurum, quod in pluribus locis sacra scriptura vocatur dies vltionis, non enim omnia punit Deus in præsenti, sed multa reseruat extrema vltioni, & sic pars illius punitionis vsque tunc reseruatur.*

ADDIT.

A

ADDITIO I.

In ca. xxxij. vbi dicitur in postilla: Videns autem populus. *Non fit mentio in litera de hoc quod dicit Ra. Sa. s. q. Ægypti qui ascenderunt cum Iudæis de Ægypto, incitauerunt filios Israel ad idolatria, sed populo hoc communiter attribuit: cum tamen scriptura consueuit exprimere similes incitationes cum cōtingunt, vnde Nu. xj. g. vbi agitur de peccato populi in loco qui vocatus est, Sepulchra concupiscentiæ, quod quidem peccatum fuit incitatum per Ægyptios inter eos mistos, dicitur in litera: Vulgus quippe promiscuum quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio carnium, &c. quod etiam in proposito expressisset si similiter contingeret, & ideo dictum Rab. Salo. an hoc loco nullum habet fundamentum.*

ADDITIO II.

Hur quomodo mortuus.

In eo. c. xxxij. vbi dicitur in post. Quare hic non fit mētio de Hur, &c. Ex hoc quod hic non fit mentio de Hur non sequitur q. fuit interfectus à populo, eò q. ipsum argueret de scelere: possibile enim est, quod præuentus fuisset morte naturali vel aliter impeditus, sic vt non interuenisset in illo actu. Non enim est verisimile, quòd scriptura prætermisisset exprimere actum tam virtuosum & narratione dignum & exēplare. Aaron etiā hoc retulisset Moysi in suam excusationem. Similiter & Moyses redarguisset populum de homicidio tam nephando: nullum tamen istorum legitur, vnde dicta Ra. Sa. an hoc loco sunt fictitia, nec sequuntur cum in hoc alij expositores Hebræorum.

ADDITIO III.

In eo. c. xxxij. vbi dicitur in post. Quod cùm vidisset Aaron. *Licet insania populi circa cultum istius idoli & eius venerationem maxima fuerit, non tamen verisimile est, quòd quantumcunque appetitus in eis corrumperetur, quòd iudicum rationis tamum in se extinctum fuisset, quòd iudicasset rem penitus inanimatam fuisse Deum, nisi in eo apparerent aliqua signa monstruosa, vel quasi miraculosa, vnde quidā dicunt & verisimiliter, quod ille vitulus videbatur exercere quadam opera similia operibus vitæ, sicut est comestio & huiusmodi, quod potuit esse operatione dæmonum, qui in vitulo fabricato hoc faciebant vt eos attraherent ad idolatriam, sicut solent facere, dando responsa in idolis, vt homines decipiant: prout communiter traditur in legendis sanctorum, & sic ille vitulus aureus non erat verus vitulus, sed inquātum videbatur comedere fœnum. Dicitur in Psal. cv. c. fuisse in* B *similitudinem vituli comedentis fœnum. Ad hoc etiam facit illud quod Aaron dixit Moysi.* Egressus est vitulus iste, &c. *vt infra patebit.*

Nota.

ADDITIO IIII.

In eo. ca. xxxij. vbi dicitur in post secundum Ra. Sa. & alios doctores Heb. Secundum doctores Hebræorum tantùm quatuor præcepta erant in prima tabula, primò s. Ego sum dominus, *secundum:* Non erunt tibi dij alie. *tertium:* Non assumes nomen domini tui in vanum. *quartum:* Memento vt diem sabbati sanctifices. *Cætera verò sex in secunda tabula, quorum primum est:* Honora patrem, &c.

ADDITIO V.

In eo. ca. xxxij. vbi dicitur in postil. Hæc autem fractio tabularum. Fractio tabularum non videtur esse, propria significatio euacuationis legalium in aduentu Christi, principalia enim quæ in tabulis continebantur erant moralia & valde propinqua iuri naturali, quæ non sunt euacuata in aduentu Christi. Sed melius videtur dicendum, q. fractio tabularum significat translationem legis, de qua ad Heb. vij. b. Translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat. *Vnde prima tabula significabant legem veterem imperfectam, quam irritauerunt* C *transgressores, secunda verò tabula quæ facta sunt post reconciliationē: significant legem nouam, per quam populus est Deo reconciliatus.*

ADDITIO VI.

Quomodo Aaron peccauit.

In eo. ca. xxxij. vbi dicitur in post. Ideo videtur quod dixerit mendacium. d. Egressus est hic vitulus. *Licet quidam Hebræorum exponsito teneant, q. Aaron non peccauit in facto vituli, introducētes quasdam excusationes friuolas, ad quarum euacuationem sufficit autoritas scripturæ infrà Deut. xx. c. vbi de hac materia tractās dicit:* Aduersū quoque Aaron, &c. *ex quo patet manifeste Aaron in hoc casu grauiter peccasse: non tamen videtur dicendum (prout quidam volunt) quòd peccasset peccato idolatriæ: quod quidem peccatum est maximum simpliciter inter peccata, vt habetur in glo. Leui. xv. Aaron enim non legitur adorasse nec coluisse vitulum: nec alios ad hoc induxisse, sed solum fecisse & fabricasse vitulum, & quia in hoc facto minus rectō occasionem dedit alijs idolatrandi, idcirco proprie commisit peccatum scandali actiui, inquantum ex tali facto inordinato alijs præbuit occasionem ruinæ. Circa quod attendendum, quòd talis ruina populi non fuit ab eo intenta, quod patet sic: Nam populus ab Aaron non petiuit, vt faceret sibi deos quos colerent, seu adorarent, sed dixerunt:* Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant, &c. *s. ad ducatum itineris, vt nubes vel Angelus solebat eos præcedere in via, quibus non debebatur* D *diuinus cultus: ex promitate tamen populi ad malum, facto vitulo, & apparentibus in eo operationibus diaboli aliquibus similitudinibus operum vitæ, vt supra dictum est. Statim adorauerunt, & dixerunt:* Hi sunt dij tui Israel: *& sic idolatria populi fuit omnino præter mentem Aaron secuta, sicut nec in prima petitione populi hoc includebatur vt dictum est. Et huic sententiæ consonat planus sensus litera: nam cùm Moyses dixisset ad Aaron:* Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum magnum? *In quibus verbis videbatur Moyses attribuere ipsi Aaron, q. induxisset populum ad idolatriam, quod est simpliciter peccatum magnum, vt dictum est. Ad hoc respondit Aaron excusans se ab hoc, quod populum ad idolatriam induxisset dicens:* Tu enim nosti populum istum, q. pronus sit ad malum, &c. *quibus verbis bene consideratis Aaron non excusauit se per timorē dicens:* tinui populum, *sicut Saul 1. Reg. xv. f. sed ex promitate populi ad malum. q. ad hoc peccatum tam magnum ex promitate eorum ad malum processit, non ex inductione, nec intentione mea. Quod Aaron probauit ex hoc quod sequitur:* Dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant, &c. *id est, non petierant à me deos ad colendum vel ad adorandum, absit enim à me q. hoc facerem: & sequitur:* Egressusque est vitulus iste: *scilicet in tali similitudine vitæ q. populum inclinauit ad idolatriam, vt dictum fuit suprà eo. ca. in additione ij. Nec curauit Aaron exprimere quod ipse formasset opere fusorio vitulum, quia hoc non fuit motiuum principale erroris populi, sed similitudo vitalis quæ in eo erat, & sic compendiose narrauit ea quæ ipse fecerat, vt in glo. Ex quibus patet quòd Aaron excusauit se à peccato idololatriæ, quod est maximum, non tamen à peccato scandali actiui, quod quidem scandalum fuit per accidens, non per se, eò quòd fuit præter intentionem, vt dictum est. Nec etiam mendacium locutus est Moysi. esset enim absurdum. q. per mēdacia excusaret se à Moyse, qui à Deo nouerat veritatem facti. vnde Aug. in hoc loco prout in glo. Compendiose locutus est Aaron, non dicens q. ipse formauerit, vt exiret: an excusationis causa timendo mentitus est, tanquā in ignem perituram aurum proiecerit, atque ipso non id agente forma vituli exiuit, quod ideo non est credendum, quia nec latere Moysen posset verum,* E *cum quo Deus loquebatur, & fratrem de mendacio non redarguit. Hac ille. Patet ergo ex sententia Augustini. quod non est dicendum, quòd mendaciter fuit locutus Aaron: tum quia loquebatur cum illo qui sciebat veritatem à deo, scilicet Moyse: tum quia non fuit redarguitus de mendacio, &c. Si autem quæratur, quid intendebat Aaron in fabricatione vituli, cùm ipse sciebat q. vitulus ille non posset deducere populum nec etiam intendebat, vt adoraretur vel coleretur vt Deus: Ad hoc potest dici q. forte intendebat illudere populum, qui ipsum Aaron incitabat ad faciendum illud quod manifestè excedebat potentiam sua, scilicet facere deos qui eos præcederēt, quod videtur ridiculum. Et isto modo legitur de Helia, qui illudendo prophetas Baal, vt patet iij. Reg. xviij. eo. dicebat eis:* Clamate voce maiori: deus enim vester in diuersorio est, forsitan loquitur, aut certè dormit, vt excitetur. *Sciebat enim Helias, quod ista quæ dicebant de Baal non erāt vera, & tamen vt existimationem prophetarum Baal ostenderet esse fatuam & inanem, scilludebat eos. Similiter in proposito, cùm Aaron sciusset ipsum non posse facere quod petebant: finxit se tamen hoc attentare seu facere, formando vitulum quem sciebat inutilem ad hoc quod petebant ipsi, vt æstimationem eorum vanam esse ostenderet: quo quidem fabricato, quia per operationem diaboli in eo apparuerunt aliqua opera similia operibus vitæ, vt dictū est, populus ex sua promitate ad malum adorauerunt. Aaron licet intentio Aaron in hoc non fuerit peruersa, factum tamen eius fuit minus rectū, tanquam habens speciem mali, à qua est abstinendum iuxta doctrinā Apostoli. j. Thess. v. d.* Ab omni specie mali abstinete vos *&c. præsertim cum ipse nouisset promitatem populi ad malū, & sic Aaron peccauit peccato scandali, quia per* F *suum factum minus rectum præbuit populo occasionem ruinæ. Nec est simile de verbis Heliæ ad prophetas Baal. Dicta enim Heliæ prædicta non præbuerunt occasionem ruinæ prophetis Baal, quia iam ipsi erant pessimi idololatræ: sed hoc factum Aaron licet non præbuerit causam perfectam idolatrandi, præbuit tamen occasionem, in quo manifestum est, quod grauiter peccauit, non peccato idololatriæ vel mendacij, sed peccato scandali actiui, vt dictum est: quod quidem peccatum Aaron non celauit à Moyse, sed confessus est cum respondit:* Ne indignetur dominus meus. *q. d. licet merear indignationem ex facto inordinato, tamen factum sic contigit.* Tu enim nosti. *exponatur vt suprà: vnde & Moses non replicauit redarguendo eum de mandacio, nec de peccato magno idololatriæ, sed orauit deum pro ipso seorsum à populo, & non cum tanta instantia orationis, vt patet Deutero. ca. allegato, eò quod longè minus peccauerat quam populus. Si enim à peccato à Moyse sibi imposito se per mendacia excusaret, peruersius se haberet quam populus qui vindictam diuinam à Moyse illatam patienter sustinuit, de quo non legitur populum restituisse, nec murmurasse. Ex qua quidem expositione litera consona tollitur quædam obiectio malitiosa, quam quidam non bene sentientes in hoc loco*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *inducunt: dicentes: quòd Aaron qui idololatrare fecit populum: nec peccatum suum confessus est. sed potius per mendacia se excusauit. statim fuit assumptus ad summum sacerdotium, nulla mentione facta de pœnitentia interposita. Qua quidem obiectio manifestè assumit falsum, vt patet ex dictis. Nec tamen peccatum Aaron debet multum aggrauari ex magnitudine nocumẽti quod in populo fuit subsecutum: quia euentus sequens non addit ad malitiam seu bonitatem actus, nisi sit præuisus & intentus ab agente, vt in prima secundæ.quæst.xx.art. v.in cor.q.quod non fuit in proposito, vt dictum est. Concordat etiam huic sententiæ, quod immediatè sequitur:* Videns ergo Moyses populum q; nudatus esset, &c. Spoliauerat enim eum Aaron, &c. *Circa quod considerandum, quod si populus ex inductione Aaron peccasset, vt contrarium opinantes dicunt, populus fuisset excusabilis saltem à tanto, cum in absentia Moysi ipsi Aaron debebat obedire tanquam rectori: & sic principalitas huius peccati erat attribuenda ipsi Aaron, tanquam principali actori & inductori, populo verò ex consequenti: sed quia sic non contigit in facto, vt dictum est, ideo huiusmodi peccatum principaliter fuit in populo, cui etiam principaliter pœna debebatur: qua ratione Moyses tanquam iudex rectus primò inquisiuit, vtrum Aaron induxisset populum ad peccandum dicens:* Quid fecit tibi populus, vt induceres super eum peccatum magnum? *postquam verò certificatus est de oppositio per responsionem Aaron, modo suprà exposito, statim misit manum ad exercendam vindictam in transgressoribus. vnde sequitur:* Stans in porta castrorum. *vnde verba prædicta cum dicitur:* Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus, &c. *intelligenda sunt de manifestatione sceleris, prout in secunda expositione postillatoris, & est sensus, quòd vidit Moyses per inquisitionem supradictam, quod huiusmodi scelus manifestè seu apertè erat in populo. vnde quod dicit:* Nudauerat enim eum Aaron: *intelligitur de hoc quod Aaron aperuit Moysi facti veritatem vt dictum est. Si autem dicatur quòd Moyses non debuisset credere Aaron in hoc facto, eò quòd loquebatur pro se: Dicendum quòd Moyses rationabiliter considebat Aaron in hoc, quòd si forte illud peccatum magnum ex fragilitate vel aliàs commisisset, non illud celaret, sed potius confiteretur, & peteret veniam præsertim Moysi quem sciebat esse verum prophetam domini, vt dictum est. Licet enim quandoque contigit vt sancti viri incurrat magna peccata, tamen cum à Deo vel eius nuncio requiruntur statim confitentur, vt legitur de Dauid y.Reg.xy.d.*

B

ADDITIO VII.

An omnes Leuitę inculpabiles.

In eodem ca.xxxij.vbi dicitur in postilla: Ex hoc dicit Rab. Salo. quod nullus de filijs Leui. Hæc opi. Ra. Sa. est communis apud omnes expositores Hebræorum antiquos, non sic intelligendo, quòd nullus de Leuitis fuit culpabilis in facto vituli, quia forte multi eorum non restiterunt colentibus seu adorantibus, in quo erant culpabiles, non tamen idololatrauerunt consensu mentis, nec facto exteriori, prout clarè & determinatè Ra. Moy. Ægyptius tradit in suo Directore neutrorum, dicens de idololatria ca.j. Quòd licet populus Israëliticus pluries idololatrasset seu ad idololatriam declinasset, Leuitæ tamen nunquam idololatrauerunt: vnde non valet quod obijcitur de Aaron. Nam licet in fabricatione vituli non fuerit sine culpa, non tamen dicendum est quod idololatrauerit, vt in præcedenti additione ostensum est. Similiter videtur tenendum circa peccatum occisionis Christi, scilicet quòd Leuitæ prout à sacerdotibus distinguuntur, non fuerunt participes in illo crimine pessimo, in quo cæteri status Hebræorum fuerunt rei, vt plenius Deo duce est tractandum in quadam additione super Ioh.xj.

Ad hoc autem quod obijcitur, do hoc quod dicit: Occidat vnusquisque fratrem suum, *satis respondetur in postilla.*

ADDITIO VIII.

Liber vitæ.

In eo.ca.xxxij.vbi dicitur in post. Sed tũc occurrit duplex difficultas. Secundum sanctum Thoam prima parte.q. xxxiij.ar resp̃sione ad primum arg. C *Liber vitæ potest dici tripliciter sicut & liber militiæ. Primo enim modo potest dici liber vitæ, scriptio eorum qui sunt electi ad vitam æternã, sicut liber militiæ potest dici in quo scribuntur electi ad militiam. Secundo modo potest dici liber vitæ, in quo scribuntur ea quæ ducunt ad vitam æternam: sicut liber militiæ potest dici in quo traditur ars militaris, & isto modo nouum & vetus testamentum dicuntur liber vitæ: prout in glo.super illud Eccles.xxxiij.c. Hæc omnia liber vitæ sunt. Tertio modo potest dici liber vitæ illa vis diuina qua fit, vt cuilibet in memoria reducantur facta sua, sicut & liber militiæ dici potest in quo recitantur facta militum, & isto modo intelligitur illud Dan.vij.d.* Libri aperti sunt. *Quarto etiam modo dicitur liber iustorum, vt in ij.Reg.j.ca. In quo libro facta exemplaria iustorum, vel sanctorum intelliguntur scribi ad memoriam futuram: vnde in proposito licet à libro vitæ primo modo vel tertio modo intellecto Moyses non petiuisset deleri, petiuit tamen deleri à libro vitæ secundo & quarto modo intellecto: petebat enim Moyses, quòd lex non denominaretur nomine suo: nec etiam quòd gesta sua in eductione populi de Ægypto & in alijs similibus in memoriam reducerentur, ex quo populus propter quem laborauerat erat perpetuò condemnandus. Quod autem dicitur in Psalm.lxxviij.f.* Deleantur de libro viuentium, *&c. intelligitur de libro vitæ primo modo intellecto, eò quòd in libro sic intellecto dicuntur scribi aliqui secundum quid, prout in postilla: secundum istam expositionem Moyses non petiuit aliquid impossibile, nec contra charitatem, vt patet consideranti, & quia etiam talis deletio à libro secundo & quarto modis accepto videtur habere rationem pœnæ, ideo respondet dominus:* Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. *q.d. tu qui non peccasti, non debes deleri.*

D

ADDITIO IX.

In eo.ca.xxxij.vbi dicitur in postilla: Ex hoc autem quòd dicit Ra. Sa. quòd in omni infortunio. Rationabiliter obijcit postillator contra asserentes, quòd per diem vltionis intelligitur hic captiuitas Babylonica vel Romanorum, prout in postilla. Potest etiam vlterius confirmari prima ratio postillatoris, quæ sumitur ab autoritate veteris testamenti sic: Nam ratio quare Deus reddit iniquitatem patrum filijs ac nepotibus in tertiã & quartam generationem, communiter sumitur ex hoc quòd filij & nepotes pluries inueniuntur imitatores paterni sceleris: quod non habet locum in peccato vituli: quod peccatum omnes cõmittentes dimiserunt, & pro eo sustinuerunt diuinam vltionem patienter, vt patet expresse in hoc ca. similiter in sequenti ca. habetur, quod populus luxit, & in signum tristitiæ & contritionis deposuerunt ornamenta sua. Postremi etiam eorum vsque in præsentem diem hoc peccatum, scilicet vituli detestantur, vt est manifestum. Vnde dicere, quod Deus exercet in eos vindictam propter hoc peccatum etiam hodiernis temporibus, videtur dicere contra diuinam misericordiam, quæ nunquam pœnitentibus & dimittentibus, peccata dimittere denogat. Item circa hoc attendendum est, quòd hæc expositio Ra. Saãn hoc loco non est solum falsa, sed etiam malitiosè fabricata. Nituntur enim celare, quod destructio ciuitatis Ierusalem per Titum & Vespasianum facta quæ fuit acerbissima, similiter & captiuitas eorum hodierna qua excedit cæteras in duratione & ignominia & huiusmodi, fuerunt sicut & sunt in vltionem occisionis Christi ab eis inductæ, & ideo volunt istã attribuere peccato vituli, quod nullum habet fundamentum, prout Deo duce videbitur, vbi propriè de hac materia fuerit tractandum.

E

REPLICA correctorij contra Bur. fingentem in ca.xxxij. cum postillator exponeret illum locum: Quod cum vidisset Aaron ædificauit coram eo altare, *per hunc modum, quod Aaron videns populi maximam pronitatem ad vituli adorationem, nitebatur impedire per dilationes, sperans reditum Moysi, & sic ædificato altari fecit proclamationem solemnitatis in crastinum, &c. Hic Burgen. dicit, quòd verisimiliter visus est populo vitulus ille exercere quadam opera similia operibus vitæ sicut est comedere, & cætera huiusmodi: quod fieri potuit illusione dæmonum, & cætera quæ ibi ponit. Hæc autem Burgen. cum fingentibus fingit, vt excuset insaniam populi Iudaici, cum aliquando Iudæus fuerit, quasi iudicium rationis in eis non fuerit sic absorptum, vt crederent rem penitus inanimatam esse Deum. Simile ar. potest fieri, si vitulum viuum crederet esse Deũ, & multò fortius conflatilem comedentem fœnum crederet esse Deum, non enim oportet hic dubitare de oppressione iudicij rationis per malitiam populi abundantem & fortissimam complacentiam ad idolatrandum. Quis enim dubitabit iudicium rationis absorptum, vbi traduntur oblationi ea etiam quæ in vacuis membibus haberent? de quibus dicitur Psalm. cv.d.* Obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Chanaan, terribilia in mari rubro. *Vt videatur glosa magistralis de extrema illius populi obcæcatione: vnde ad eorum insaniam palliandam non oportet fingere vitulum illum comedisse. Nam beatus Augustin. primo mirabilium sacræ scripturæ cap.xxvulti quòd filij Israël in deserto cum adorare idolum vellent, non aliam statuam quam vitulum fecerunt, quia vitulus in Ægypto iuxta sepulchrum Ioseph sculptus adorabatur ab Ægyptijs, à quibus Iudæi didicerunt. vide ibi beatum Augustin. Idem dicit gloss. interli. infrà super verbo:* Fecit eis vitulum, *&c. & tamen in Ægypto illum vitulum comedere non viderunt, nec prædicta figmenta sunt ad propositum litera præsentis, cum dicitur:* Quod cùm vidisset Aaron, ædificauit coram eo altare, *&c. Nam hîc non dicitur populus in vitulo aliquid vidisse, sed solus Aaron quem constat circa vitulum deceptum non fuisse, quasi per operationem diabolicam inclinatus fuisset ad vitulum colendum: quia & ipse Burgen. nullum malum imponit ipsi Aaron nisi factum scanduli actiui: & cũ sufficeret ad illam infamiam populi malitia & pronitas ad idolatrandum, non est theologicè dictum, quòd diuina permissio accesserit, permittendo dæmones, vt per huiusmodi exercitium vitæ in vitulo populum sic peculiariter deductũ seducerent, & alia pars excusationis illi*

An vitulus fecerit alia quã opera vitæ.

Quæstio.

Nota.

F

A *illi populo remanenti, quasi seductus esset Deo permittente, propterea similitudo de paganis recipientibus responsa in idolis, & istis pessimis Iudæis quam Burgensis adducit non valet, nec probat vitulum conflatilem apparenter comedisse, per hoc quod adducit de Psalmo:* In similitudine vituli comedentis fœnum: *quia non vult litera Psalmi, quod conflatile comestionem exercuerit, vel aliquod aliud opus simile operi vitæ, sed quod verus vitulus comederit fœnum, cui istud idolum fuit simile in figura & forma artificiali, non in actu comedendi: ideo dicitur eos mutasse gloriam Dei non in vitulum sed in similitudinem, id est idolum & imaginem veri vituli comedentis fœnum. Nec ideo dixit Aaron:* Egressus est hic vitulus *quasi gressus ille vitulus aliquid operis vitæ ostenderit, quia egressus ille fuit opere fusorio, prout probat beatus August. & glo. suprà prælegata.*

In eo. cap. vbi postillator dicit fractionem tabularum significare legis veteris euacuationem tempore euangelij: Burgensis dicit significare translationem, vtrunque potest stare secundum diuersam applicationem. Allegoricè neutrum tamen ad literalem sensum videtur pertinere.

In eod.ca. ponit Burgensis digressionem modicum facientem ad literæ veritatem, quia multa extra literam præsupponit contra quandam sui ipsius regulam pretensam positam in quæstione sua præambula. Supponit enim, quod vitulus sit visus à populo exercere opera vitæ, vt comedere & huiusmodi, quod ex litera non habetur, vt suprà ostensum est in correctorio primo huius ca. Item supponit quod populus non petiuit Deos vt coleret, sed vt haberet eos ductores, quod etiam ex litera non sequitur: imò ex litera iuncta glosa habetur oppositum, quia dicitur in glosa interli. super verbo: Fecit eis vitulum: *bouem in Ægypto adorauerunt, & fortassis aliud idolum non suscepissent: vnde patet quod populus petiit Deos quos coleret, imò vt ductores eos nemo expeteret, nisi eis cultum exhibere proposuisset, à quo enim quis petit in ea necessitate conductus beneficium, restat vt ei debitum exhibeat cultum ad Deum verum, cum non habuisset recursum ad Deos postulatos habebat animum inclinatum vt videtur, nec petierunt eos vt columnam vel angelum, quia huiusmodi in scripturis Deos vocari non consuetum. Supponit Burgensis tertiò, quod Aaron coram Moyse se non excusauit præ timore, quasi populum pronum ad occidendum timuisset, quia pronitatem populi ad malum, ad solam idololatriam restringit. Sed huius suppositionis oppositum patet ex litera iuncta glo. interli. super verbo:* Tollite inaures &c. *Ibi enim dicitur: Non est ausus resistere, quia sciebat populum pronum ad occidendum. Item Burgensis nititur Aaron excusare à mendacio*

B

C

dacio quasi Moysi qui cum Deo locutus fuit, mentiri non posset, & D *quia Moyses eum de mendacio non redarguit: Sed illæ rationes non sunt sufficientes: Deus enim loquendo prophetis non loquitur semper de omnibus, imò quandam celat, prout dixit Helisæus iij.Reg. iij.* Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. *In proposito enim patet ex litera, quod Deus Moysi peccatum Aaron non specificauit, quia eum redarguit quasi populum ad idololatriam induxisset, de quo se excusauit, vt dicit Burgensis in eadem digressione. Patet igitur primam rationem non valere: Nec secunda valet, quia non sequitur: Moyses non redarguit Aaron de mendacio: igitur mentitus non fuit: fortassis mandacium eius non attendit, sed Deo supplicando commisit. Cætera quæ in hac digressione ponit, transeant vt addita, cum contra postillatorem militare non videantur.*

Item in eo.c. vbi postillator exponit, quomodo Moyses se petiit deleri de libro vitæ &c. Burgensis addit quasdam involutiones dicens: Librum vitæ accipi tribus modis. Primo modo pro inscriptione ad vitam æternam, & illo modo dicit Moysen non petisse se deleri. Sed hoc dictum est contra beatum August. & glo. dicentes: Securus quidem hoc dixit, vt à sequentibus ratiocinatio concludatur, id est vt quia Deus non deleret Moysen de libro suo, populo illud peccatum remitteret &c. vnde patet librum vitæ hîc accipi pro inscriptione ad vitam æternam: de alijs enim acceptionibus libri quas ponit Burgensis non esset talis consequentia ad propositum. Quid enim magnum si Moyses non scriberetur in biblia quam dicit Bur. librum vitæ secundo modo dictum? Ad propositum consequentia quam bea. August. intendit & glos. est quod vi diuina ad memoriam reducantur facta cuiuslibet, quam dicit librum vitæ tertio modo dictum: quia hæc diuina vis est liber apertus, & erit tam bonis vel malis, vt dicitur in glo. Dan. vij. Similiter de libro quarto modo dicto, quia ille non dicitur simpliciter liber vitæ sanctorum, in quo scripta sunt facta exemplaria iustorum, non enim magnum est in illo libro non scribi: quia multorum sanctorum gesta non sunt, imò & multa gesta sanctî sanctorum scripta non sunt, vt dicitur Iohan. vlti. Cum illa igitur distinctione Burgensis modicum facit ad veritatem litera: nec respondet rationibus postillatoris, quæ faciunt contra quæstionem principalem. sed nec conclusio Burgensis potest esse vera, qua dicit quod Moyses solum petiuit deleri de libro vitæ, secundo & quarto modo dicto, quia ad petitionem Moysi dominus respondit. Qui peccauerit mihi, delebo cum de libro meo. *certum tamen est multos sanctos qui domino fuerunt grati in libro secundo & quarto modo dicto non scribi: quia nec in libro* F *scripturæ, nec in libro vitæ sanctorum.*

E

CAP. XXXIII.

Quæst. 149.

Locutúsque &c. Vade &c. AVGVST. Deus iratus videtur dicere: *Tu & populus tuus quem eduxisti.* alioquin dixisset: Tu & populus meus quem eduxi. Sed quando idolum poposcerũt, ita locuti sunt: *Moyses hic homo, qui eduxit nos de terra Ægypti &c.* liberationem suam in homine constituendo. Hoc eis modo replicatur, cum dicitur: *Tu & populus tuus, quẽ eduxisti de terra Ægypti:* quod illis crimen est, non Moysi. Volebat enim Moyses, vt in domino spẽ ponerent, & in eius misericordia, se ab illa seruitute liberatos crederent: cuius tamen apud Deum erat tãtum meritum per Dei gratiam, vt ei diceret: *Sine me,* † *vt irascar cõtra eos.* Quod vtrunque iubentis sit, cum ait: *Sine me,* aut quasi petentis, vtrunque videtur absurdum: Nam si Deus iubebat, famulus inobedienter non parebat, & Deum hoc à seruo pro beneficio petere non decebat, qui poterat eos etiam ipso nolente conterere. Significat ergo his verbis Deus velut plurimum prodesse apud se illi populo, sic ab illo viro diligi, quem sic dominus diligebat, vt eo modo admoneremur cum merita nostra nos grauant ne diligamur à Deo, releuari nos apud eum illorum meritis posse quos verè diligit. Nam cum à Deo dicitur homini, *Sine me & conteram eos,* hoc est, contererem eos, nisi diligerentur à te. Quasi, noli eos diligere, & conterã eos: quia ne id faciam, dilectio tua intercedit. Obtemperandum esset domino dicenti: Noli eos diligere, si hoc iubẽdo dixisset, & non potius admonendo & exprimendo, quid illũ ab eorum supplicio reuocaret: nec tamen etiã populum dereliquit. Nescio enim quomodo, vt sic eos diligeret ipse Moyses, Deus illos occultius diligebat, qui manifesta voce tertebat.

* &

† & iratus conterã eos. Gene. 22.g.

CAP. XXXIII.

a Locutúsque est dominus ad Moysen dicẽs: 1
Vade, * ascende de loco isto, tu & po- 2
b pulus tuus quẽ eduxisti de terra Ægy- 3
pti, in terram quam iurauí Abraham, 4

a ¶ Non meus. b ¶ Non ego ¶ sicut supra dictum est.

a ¶ Hic ostendit se pro patribus hoc facere non quia illi sint digni.

Quæst. 150.

illo intercedente, sine flagello disciplinæ populum dereliquit. Nescio enim quomodo, vt sic eos diligeret ipse Moyses, Deus illos occultius diligebat, qui manifesta voce tertebat.

b *Vade &c.* AVG. Cõtinuò tanquã ad ipsum Moysen, adhuc loquatur occulta cõuerhone quæ Græcè apostrophe dicitur, ait ad populum: *Mittã angelũ meũ ante te &c.* Magna & mira sacramẽti profunditas, tanquã maiore misericordiam posset angelus habere, quàm dominus, qui populo duræ ceruicis parceret, & tamen

☞ per angelum

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXIII.

Diuisio.

Locutusque est dominus ad Moy. *Hic consequenter ponitur domini responsio in speciali & magis explicita, & primò quantum ad aliquid quod videbatur durum. secundò quantum ad id quod est gratiosum. ibi:* Dixit autem Moyses. *Adhuc primò ponitur dicta responsio. secundò populi increpatio, ibi:* Dixitque dominus. *Petitio autem Moysi includebat, quod dominus deduceret eos ad terram promissam, & dominus respondet, quod daret eis angelum ducem, ideo hîc explicatur qualiter intelligitur, cum dicitur:*

Gene.12.c.

2 Vade ascende de lo. *Hoc dicitur quia terra promissionis altior est quàm desertum in quo erant.*

3 Tu & populus tuus quem edu. de ter. *& non additur hîc tuus, quia dominus iam incipiebat illi populo reconciliari.*

4 In terram quã iur. Abra. Isaac, & Iac. di. *vt habetur Gene.xxv.g.*

☞ Quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

per angelum se quodammodo absente qui nusquam abesse potest, implere se dicit, quod patribus eorum iurauit, tanquã & hic ostendens se hoc facere, quia patribus promisit, non quod isti essent digni. Quid ergo significat: nisi fortè ideo se non esse cũ eis qui duræ ceruicis sunt, quia non eum propitium & salubrem ni-

Psal. 50.c. Psal.67.a. Quomodo Deus adest hominibus.

si humilitas & pietas capit. Esse autẽ Deũ cũ duræ ceruicis hominib⁹, nihil est aliud quàm vindicãdo adesse atque puniendo. vnde: *Auerte faciem tuam à peccatis meis: quia si aduerterit, euertit. Sicut enim fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie domini.*

† in medio tui.

a *Mittam præcursorem.* AVGVST. Deus cum iustis est visitando, miserendo, & cõfortando: cum impiis verò, vlciscẽdo & puniendo. Et est sensus: Cum his non possum esse propter te, vt vindicem & puniã, nec propter eos vt visitẽ & confortem: mittã angelum meũ saltem.

Quæst. 150.

B

† momento vno vel vno impetu.

✠ RVPERTVS. Ergo *angelus meus præcedet te* (inquit) siue, *emittam præcursorem tui angelum*, subaudiatur, ad hoc tantum vt intres in terram Chananæorum, non etiã ad hoc vt intres in terram viuentium. Non enim sum Deus tuus, non tuipse es populus meus. Nam hoc est quod dicit, *Non enim ascendam tecum, &c.* ac si dicat, quoniam populus duræ ceruicis es, non tibi expedit, vt me Deum tuum nomines, vt culturam meam profiteatis, vt leges meas baiules, ad præuaricandum tam pronus & facilis. Leuius enim multò est Deum nescire, quàm cognitum irritare.

Libr.4 in Exod. ca. 31.

† quærebat dominum. Chal. interpres, qui quærebat doctrinam à facie domini.

b *Audiens populus.* RABANVS. Pessimum sermonem dicit audiuisse populum, hoc est, crudelissimũ atq; mœstissimum. Quod enim maius alicui præstari potest beneficiũ, quàm Dei gratiã habere præsentem, ac

† Ioſe.24 c.

Isaac, & Iacob dicens: Semini tuo dabo eam. † Et mit-

a ¶ Quem Christum possumus intelligere, qui est angelus magni consilij, qui præsentia carnis humanum genus visitauit, & peccata diminit. 1

a tam præcursorem tui angẽlum, vt ejciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pheresæum, & Heuæum, &

¶ Ecclesiam simplici & perfecta doctrina abundantem.

Iebusæum, & intres in terram fluentem lacte & melle. Non 2

¶ Quia indigni gratia mea & præsentiæ meæ consolatione.

enim ascendam † tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne 3 4

¶ Populum tuum. 5

b fortè disperdam te in via. Audiens populus sermonem hunc 6

¶ Quia Deum offenderat. ¶ Vt habitu quoque pœnitentiam demonstraret. ¶ Misertus est & dilecti sui.

¶ Mœstissimum.

pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Di- 7

¶ Misertus scilicet lugentibus. ¶ Indomitæ superbiæ.

xitq; dominus ad Moysen: Loquere filijs Israël: Populus duræ 8 9

a ¶ Babylonicam captiuitatem vel Romanam, vel vltimi iudicij vindictam minatur.

ceruicis es, † semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam 10 11

a ¶ Manifestam Dei præsentiam qua illi populo per angelum apparebat, vel quod infra castra erat in medio eorum quò orationis consulendi gratia confluebat populus.

b ¶ Id est scire faciam te quantum mali perpetraueris, quo mea præsentia & angelica visitatione priuaris. Nã ab illo die non ita manifestè apparuit Deus illi populo.

a nunc depone ornatũ tuũ, vt sciam quid faciã tibi. Deposue- 12 13

runt ergo filij Israël ornatum suum à monte Horeb. Moy- 14

c ses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitque nomen eius tabernaculum fœderis. Et o- 15 16 17

mnis populus, qui † habebat aliquam quæstionem, egredie-

d batur ad tabernaculum fœderis extra castra. Cúmque egre- 18

a ¶ Prædicator altã loquendo. b ¶ Supernæ habitationis. c ¶ Voluntate.

deretur Moyses ad tabernaculum, surgebãt vniuersa plebs, 19

tabernaculum remoueretur à monte Horeb versus populum. Moyses verò tunc extra castra, non intra, ipsum locauit. Vocauitque nomen eius tabernaculum fœderis. Non modò, sed antè, vt pro plusquamperfecto perfectum accipiamus.

F

C

d *Cumque egrederetur, &c.* GREGORIVS. Hebræus populus de pronus

Homil.11.in Ezechielẽ.

☞ Ægyptiaca

NICOLAVS DE LYRA.

c ✠ Quia fecisti hãc rem, & nõ pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicã & multiplicabo semẽ tuũ, sicut stellas cœli &c.

1 Et mittã præcur. &c. *supra.xxxij.d. dicitur, Scrabrones. Dicendũ quod omnia quæ fecerunt ad electionem populorum de terra Chanaan, fuerunt facta ministerio angelico.*

Deut.7.c. suprà.23.c.

2 Et intres in terram &c. *Per hoc intelligitur abundantia lactis & mellis in terra promissionis, quia in pluribus locis est multum pascualis. Apes etiam ibi mellificant absque sollicitudine humana.*

3 Non enim &c. *id est non ero ductor vel comes tui itineris per meipsum, hoc siquidem in sua responsione non expresserat, ideo hic explicat: vt sic intelligatur angelus ductor, & non dominus cum eo. Sciendum tamen, quod cum Deus sit vbique, non sic intelligendum est, quin' esset cum eis per essentiam, potentiam, & præsentiam: sed quod non adesset eis per miraculorum operationem sicut ante fuerat.*

4 Quia populus &c. *& ideo indignus talibus beneficiis diuinis.*

5 Ne forte &c. *non est per hoc intelligendum, quòd angelus de quo dixerat, quod esset eis ductor, esset misericordior ipso Deo: sed quod si adesset Dei præsentia modo prædicto, ex hoc rebellio populi esset grauior, & per consequens grauius punienda.*

6 Audiens populus &c. *scilicet quòd Deus non adesset eis in administratione, sicut antea.*

7 Luxit &c. *ad est, honestioribus vestimentis in signum tristitiæ.*

8 Dixitque do. *Hic consequenter ad aggrauationem ponitur increpatio populi, cum dicitur:*

9 Populus duræ ceruicis es. *id est superioribus rebellis & contumax in malis.*

10 Semel ascen. &c. *non ad consolandum, sed ad puniendum propter tuam duritiam.*

Comminatio Dei ad delendum.

11 Et delebo te. *ita quod non remaneat memoria tui. Ista commissio Dei, sicut & alia in sacra scriptura communiter posita, intelligitur sub conditione, scilicet nisi pœnitea & corrigas te, sicut dicitur de Niniuitis, Ionæ iij. b.* Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur: *quæ tamen non fuit subuersa, eò quòd pœnitentiam egerunt: & sic fuit in proposito.*

12 Iam nunc depone ornatum tuum. *Dicunt aliqui quòd iste ornatus erat paruum tabernaculum, in quo cum Moyse conueniebant senes ad tractandum negotia populi, & ibi offerebantur oblationes ante constructionem magni tabernaculi. Sed hoc non videtur verum: quia post depositionem ornamenti hîc dicti, statim subditur de amotione illius tabernaculi, vt patet in litera, & ideo dicit Rab. Salo. quod per ornatum hîc dictum non intelliguntur pretiosa vestimenta, quæ tam deposuerant, vt prædictum est: sed intelliguntur coronæ quas sibi principales populi imposuerant in die dationis legis, quando dominus locutus est eis decem verba, vt dictum est supra. xx. ca. Tunc enim populus fuit Deo desponsatus per susceptionem legis, & ideo fuerunt coronati ad modũ sponsæ, & has coronas non deposuerant, ad ostendendum quod volebant esse subiecti legi, sed quia peccauerant per idololatriam, & tabulæ legis erant fractæ ideo ad eorum confusionem & humiliationem præcepit dominus eas deponi.*

Ornatum deponere.

13 Vt sciam quid fa. tibi. *id est, pro te: si videro te humiliatum, nec intelligendum est per hoc quod Deus aliquid cognoscat de nouo, sed quia ex mutatione populi de superbia in humilitatem apparet quid illi populo condecens sit fieri a Deo.*

14 Deposuerunt ergo filij Israël ornatum &c. *id est coronas eis impositas iuxta montem Horeb in datione legis.*

15 Moyses quoque tollens tabernaculum. *in quo conueniebant ad eum senes, vt dictum est.*

16 Tetẽdit extra castra procul. *scilicet duobus milibus cubitis longe à castris, vt dicit Ra. Sa. & hoc etiam factum est ad humiliationem populi, sic. t de coronis dictũ est, quia sicut Deus reddebat se elongatũ a filijs Israël, dicens quod non ascenderet cum eis, ita & Moyses, qui erat medius inter populum & Deum, se elongauit à castris.*

17 Vocauitque nomẽ eius tabernaculum fœderis &c. *Tum quia dominus ibi cum eo familiariter loquebatur, vt habetur infrà: Tum quia ibi decidebantur causæ quæ poterant esse causa contentionis & discordiæ in populo: ideo subditur,*

18 Et omnis popul⁹ q ha. ali. quæsti. &c.

18 Cumq; egre. Moyses. *scilicet de castris vt iret ad tabernaculum.*

19 Surgebat vni. &c. *ad faciendum reuerentiam Moysi, tanquam prælato & superiori.*

✠ 1 Descen-

☞ Ægyptiaca seruitute liberatus, cũ loquente Deo columnam nu-

A bis cerneret, vnusquisque in tabernaculi sui foribus stabat & adorabat. Vnde dicitur: *Cumq; egrederetur Moyses, &c.* Quid est enim populum columnam nubis aspicere, & in tabernaculi sui foribus stare & adorare, nisi quia cum mens humana illa superiora & cœlestia vtcũque in ænigmate conspicit, iã clausa corporeæ habitationis p

Mysticè.

a ¶ In egressu, id est corporeæ habitationis.

b ¶ Papilio est tentorium à similitudine volatilis sic dictum. c ¶ Alias respiciebant.

a & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciẽbantq; 1

a ¶ Sequentes scilicet per intellectum postrema quæ possunt. ¶ Cœlestis habitationis.

tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Ingresso au-

a ¶ Illuminatio spiritussancti. c ¶ Quia conspicit populus cœlestia vtcunque in cœnigmate.

tem illo tabernaculum fœderis, descẽdebat cõlumna nubis, 1

& stabat ad ostium, loquebaturq; cum Moyse, cernentibus vniuersis, quòd columna nubis staret † ad ostiũ tabernaculi. † surgebant quisque.

† Stabántque ipsi, & adorabant † per fores tabernaculorum 2

¶ Manifesta visione.

b suorum. † Loquebatur autem dominus ad Moysen facie 3

† singuli in ostio tabernaculi sui.

† 8.q.1.ca. Moyses de pe. dist. 2.§. opponitur.

a ¶ Christus cum ecclesia est vsque ad consummationem seculi, & semper pronuntiabatur in lege, quamuis occultus.

ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Cúm- 4 5

que ille reuerteretur in castra, minister eius Iõsue filius Nun, 6

a ¶ Quia si ad necessaria corporis secedebat statim redibat.

b ¶ Non quod remaneret in tabernaculo, sed in quolibet loco atrij sibi constituto.

puer non recedebat de tabernaculo. Dixit autem Moyses 7 ad dominum: Præcipis vt educam populum istum, & non 8 indicas mihi quem missurus † es mecum, præsertim cùm di- 9 10

¶ Approbauit.

xeris: Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Si

c ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostẽde mihi † faciem 11 tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: Re-

† est.

spice † populũ tuũ gẽtem hanc. Dixitq; dominus: Facies mea 12

† viam.

† quod populus tuus est gẽs hæc.

suum arcana inuestigant.

b *Loquebatur autem do.* Secundum opinionem populi loquitur scriptura, qui putabat Moysen ore ad os loqui cum Deo, cum per subiectam creaturam, id est per angelum & nubem ei loqueretur & appareret. Nam eius substantiam nec hominum nec angelorum (sicut est) quisquam videre potuit, vnde: *Regi autem seculorum immortali, inuisibili, &c.* Et alibi: *Lucem habitat inaccessibilem, &c.*

1. Timo.1.d. 1.Timo. 6.c.

✠ AMBROSIVS. Quadraginta dierum noctiumque ieiunio meruit Moses cũ Deo loqui, stare & consistere. Quamuis enim illũ ab obtutibus Dei humana cõditio subtraheret, ieiuniorum tamen gratia, proximum illum diuinitatis cõfortio faciebat. Hæc enim in nobis virtutum Dei portio est, vt ieiunemus frequenter, quoniã semp Deus ipse ieiunat. Vnde Christus virtutes suas quadraginta dierum noctiumque ieiunio dedicauit, vt ostenderet non panẽ esse vitã hominum.

Sermo 27.

† ante

E

GREG. Facies Dei cognitio eius est. Co-

In 1. Reg. cap. 10.

gnoscitur autẽ Deus per speculum, cognoscitur per seipsum. Per speculũ hîc, per semetipsum in cœlo. Speculum verò est illa lux, quam habitat Deus: ipse autem lux illa, quæ ipse est.

F

HVGO VICTORINVS. *Ostende mihi faciem tuam*, id est, præsentiam.

c *Si ergo inue. gratiam. &c.* AVG. His verbis ostendit Moyses, q non ita videbat Deũ familiari cõspectu, vt desiderabat: ga omnes illæ visiones Dei, quæ mortalium præbebantur aspectibus, & ex quibus fiebat sonus quo mortalis attingeretur auditus, sic exhibebantur assumptę, sicut Deus volebat specie quam volebat: vt non in eis ipsa vllo sensu corporis sentiretur diuina natura, quæ inuisibilis vbiq; tota est, & nullo cõtinetur loco. Et quia in duobus præceptis dilectionis. s. Dei & proximi tota lex pendet, ideo Moyses in vtroq; suũ desideriũ demõstrabat. In dilectione. s. Dei, vbi ait: *Si inuem gratiã in cõspectu tuo, ostẽde mihi teipsum &c.* In dilectiõe autẽ ꝓximi, vbi ait, & vt sciã qa popul⁹ tu⁹ est gẽs hęc &c.

Quæst.151.

☞ Præmissum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Descendebat columna nubis. *ad designandum Dei præsentiam specialem.*

2 Et adorabant. *scilicet deitatem in signo visibili apparentem.*

3 Loquebatur autem &c. *id est valde familiariter, ideo subditur:*

4 Sicut loqui, &c. *non enim tunc vidit diuinam essentiam, quia cum peteret hoc, dixit ei dominus. Non poteris videre faciem meam, vt infrà habetur.*

5 Cumque ille re. &c. *ad visitandum populum post collocutionem cum Deo:*

6 Minister &c. *ad est iuuenis respectu Moysi tamen non erat ita iuuenis quin iam fuisset factus dux exercitus in prælio contra Amalech, vt dictum est supra xvij. c. Accipitur hic etiam puer, id est minister sicut & in pluribus aliis locis scripturæ.*

Dimisso.

7 Dixit autem Moyses. *Hic consequenter ponitur domini responsio gratiosa, & primò quãtum ad deductionem populi ad terram promissionis: secundò quantum ad reparationem legis in principio sequentis cap. Adhuc primò ponitur domini responsio gratiosa, respectu Moysi & populi communiter: secundò respectu Moysi singulariter ibi, qui ait:* Ostende mihi gloriam tuam. *Circa primum præmittitur insinuatio Moysi dicentis domino:*

8 Præcipis

8 Præcipis vt educam po. istum. *scilicet de loco isto. Dixerat enim ei dominus ca. prac. Vade, & duc populum &c.*

9 Et non indi. mi. quem missurus, &c. *qui, scilicet sit ad pacem meam & populi: licet enim dominus dixisset ei quod mitteret angelum cum eis, hoc tamen non sufficiebat Moysi, nisi dominus assisteret eis modo prædicto.*

10 Præsertim cum dixeris, noui te. &c. *quod est signum magnæ dilectionis tanti domini ad seruum suum: & per hoc insinuat Moyses, quod non debebat esse contentus alio ductore, nisi ipse dominus cum hoc eos duceret, vt patet ex sequentibus: ideo concludit,*

11 Ostende mihi faciem tuam: *id est, te mihi familiarem, sicut ante fabricationem vituli dedicendo me & populum istum per teipsum, vnde in Hebræo habetur.* Ostende mihi. אראני deraeheca, *ad est* viã tuam. *Ex quo patet quod adhuc non perebat Moyses visionem diuinæ essentiæ, sed in petitionibus suis procedebat ordinatè à minoribus ad maiora, prout inuenebat sibi Deum propitium in responsionibus, vnde subditur:*

12 Dixitque domi. Facies mea præcedet &c. *ad est, egomet dedicam te sicut tu petis. Veritatem quia ista responsio non se extendit expresse nisi ad Moysen, ideo petit vltrà Moyses, quòd se extendat ad populum dicens:*

✠ 1 Si non

MORALITER.

✝ In hoc capitulo dicitur:

3 *Loquebatur dominus ad Moysen. &c.* Per quem significatur homo quicunque perfectus in contemplatione præsentis vitæ quæ consistit in oratione, & scripturæ sacræ meditatione. Nam in oratione homo cum Deo loquitur, & in lectione sacræ scripturæ Deus loquitur cum homine, & quoniam talis contemplationem patriæ cælestis desiderat, subditur:

✝ *Ostende*

Præmissum est, *inueniſti gratiam in conſpectu meo*, iterum poſtulat vt gratiam inueniat. Sanctis enim non ſufficit vna gratia. Matt.11.d. Eſt enim gratia quæ præcedit, vt Deum cognoſcant & diligant. Quæſt. 153. Eſt quę ſequitur, vt ſe mũdos & inuiolatos cuſtodiãt & proficiãt. Quæſtio. a *Et teipſum noui, &c.* AVGVST. *Quoniã ſcio te præ omnibus &c.* vt vocetur dominus in omnibus gentibus.

d *Et miſerebor &c.* AVGVT. Quòd addidit: *Et miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericordiam præſtitero,* Expreſſius oſtendit vocationem, qua vocauit nos in regnum ſuũ & gloriam ſuã, non pro meritis noſtris, ſed pro miſericordia ſua. Vbi ſupra.

¶ Vitam æternam.

præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyſes: Si non † tu- 1
ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto. In quo enim ſcire 2
poterimus ego & populus tuus inueniſſe nos gratiam in con- 3
ſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcum, vt † glorificemur ab
omnibus populis qui habitãt ſuper terram? Dixit autem do-
minus ad Moyſen: Et verbum iſtud quod locutus es, faciam.

¶ Proprie & ſpecialiter placuiſti mihi.

a Inueniſti enim gratiam coram me, & teipſum noui ex nomi- 4
ne. Qui ait: Oſtende mihi gloriã tuam. Reſpondit: Ego oſtẽ- 5 6
a ¶ Requiem æternam in qua eſt omne bonum in viſione Dei, ſicut Pſalmiſta ait: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Pſal.xvj.b. b ¶ Per prædicatores & apoſtolos meos inuocabor. c ¶ Filij mei, cuius incarnationem prædicabunt.

c dam ômne * bonum tibi, & vocabo in nõmine domini co- 8
a ¶ O plebs Iudaica. ¶ Gratuita & ſpontanea eſt omnibus Dei miſericordia, cum enim miſereatur gratia eſt cum indurari permittit, iuſtum iudicium eſt, quamuis occultum.

d rã te, † & miſerẽbor cui voluero, & clemens ero in quem mi- 9

meum. † Ad Rom 9.c.

talibus, ſed *cui miſericors fuero*, vt neminem præcedentibus operibus vel meritis miſericordiam tantæ vocationis meruiſſe ſe domõſtret, etenim Chriſtus pro impiis mortuus eſt. Sed vtrum hoc idem repetere voluerit, cum addidit: *Miſericordiam præſtabo, cui miſericordiam præſtitero*, vel ſicut alij interpretati ſunt, *cui miſericors fuero*: an aliquid interſit, neſcio, poteſt enim iſta repetitio ne firmitatem miſericordiæ ſuæ Deus monſtrare, ſicut dicitur: amen amen, & fiat fiat, & repetitio ſomnij Pharaonis, pluráque ſimilia aut in vtriſque populis, gentibus, ſcilicet & Hebræis, ſic Deus pronuntiauit miſericordiam ſe eſſe facturum. Roma.5.a.

✠ HVGO VICTORINVS. *Oſtẽdam tibi omne bonum.* Hoc erit in futuro, in quo viſio Dei erit vita æterna. Et in præſenti, vocabo, vel ſecundum alia exemplaria, vocabor in nomine domini, ſcilicet faciam me vocari Deum ducem veſtrum ex miraculis quæ faciam. Et ſi quis cauſam quærat quare ego hoc faciam, non eſt alia cauſa, niſi quia volo, & hoc eſt, *Miſerebor cui voluero.* Lib. de prædeſtinatione & gratia cap.10.

AVGVSTINVS. A Deo homines nullis præcedentibus meritis vocare, & vocatos, vt boni aliquid operentur Dei adminiculis iudicare, Apoſtolis monſtrat exemplo geminorum, quod etiam confirmat legis exemplo. Sic enim intelligi voluit, quod Moſes dixerat, *Miſereor cuius miſerebor, & miſericordiam præſtabo, cui miſericors fuero*, vt primam miſericordiam vocatione credamus hominibus prętorogari, quę ſola ad rectè viuendum non ſufficit, ſi deſerat, qui vocauit.

Ioh.13.a. *Non poteris. &c.* AVGVSTINVS. Poſt miſericordiæ ſuæ commendationem reſpondet ad hoc quod ei dictum fuerat: *Oſtende mihi gloriam tuam*, vel *oſtende mihi teipſum. Non poteris*, inquit, *videre faciem meam. Non enim videbit homo* Quæſt. 154.

☞ *faciem*

✠ 1 Si non tuipſe præcedas. *non ſolum me, ſed etiam populum.*
2 Ne educas nos de loco iſto. *Prius enim ſingulariter dixerat:* Oſtende mihi faciem tuam, *ſed hic ponit populum ſecum loquendo pluraliter, quaſi dicat: Ne educas nos niſi ſis ductor noſter. Cuius ratio ſubditur.*
3 In quo enim ſcire pote. &c. *niſi tu deduxeris nos in ſignis mirabilibus, ſicut ante peccatum vituli, & ſubditur conceſſio domini dicẽtis.* Et verbum iſtud quod locutus es, faciam: *cuius cauſa ſubditur.*
4 Inueniſti enim gratiam coram me. *id eſt, faciam hoc propter meritum tuum: non propter meritum populi.*
5 Qui ait. *Hic ponitur reſponſio domini gratioſa reſpectu Moyſi ſingulariter. Sicut enim in humanis ſeruus videns dominũ voluntarium ad concedendum, accipit audaciam plus petendi, ita Moyſes videns petitionem ſuam exauditam proſe & pro populo gratioſe, accepit audaciam petendi viſionem diuinæ eſſentiæ dicens:*
6 Oſtende mihi gloriam tuam, *id eſt, teipſum ſicut videris in gloria tua.*
7 Reſpondit: Ego oſtendam & cæte. *In Hebræo habetur. Ego faciam tranſire omne bonum ante te, & refertur ad illud quod poſtea ſubditur.* Cúmq; tranſierit gloria mea & *cæt. ſecundum Rabbi Salom.*
8 Et vocabo &c. *Alia litera habet ſic:* Et legam in nomine domini &c. *Dictio tamen Hebraica* קָרָא *quara, vocare potius ſeu clamare ſignificat. Vnde & alta voce legens, Hebræi dicitur clamare. Dicit igitur Rabbi Salo. quod in tranſitu gloriæ quæ hic exprimitur, intelligitur apparitio Dei facta Moyſi ſub ſimilitudine hominis, quem Moyſes vidit tantum a parte poſteriori, & vidit ibi ſcripturam, in qua continebantur tredecim modi impetrandi pietates diuinas, abſque allegatione meritorum Abrahæ & aliorum patrum. Eſt igitur ſenſus ſecundum ipſum:* Et legam, id eſt, *legere te faciam: ſicut Gen.22.c. dixit dominus:* nunc cognoui &c. *id eſt cognoſcere feci.* In nomine domini coram &c. *id eſt habebis recurſum ad impetrandum Dei pietatem abſque meritis patrum.*
9 Et miſerebor cui voluero &c. *Acſi dicat, non defecerunt pietates meæ, imò ſicut fuerunt ad Abraham & ad alios patres, ita erunt ad te & ad populum iſtum, ita quòd non indigebis allegare merita ipſorum patrum ſicut prius allegaſti.*

✠ 1 Non

✠ 6 *Oſtende mihi gloriam tuam*, ſcilicet per apertam viſionem, veruntamen propter bonum populi aliquando talis detinetur in vita præſenti, ſicut Paulus apoſtolus ſcribens ad Philippenſes primo d. dicit de ſeipſo: *Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto, manere autem in carne neceſſarium propter vos*: Ideo tali dicitur à domino.

✠ 1 *Locut*

☞ *faciem meam & viuet*, oſtendens huic vitæ corruptibilis carnis A Deum ſicuti eſt apparere non poſſe. id eſt, ſicuti eſt videri. In illa enim vita poteſt, vbi vt viuatur, huic vitæ moriendum eſt.

Epiſtola 111. ad Paulinũ. ✠ ET IDEM. Quod reſponſum eſt Moyſi, quia nemo poteſt faciem Dei videre, & viuere, id eſt, nemo poteſt eum in hac vita videre viuens ſicuti eſt. Nam multi viderunt, ſed quod voluntas elegit, non quod natura formauit.

† 24.q.1. ca. quia ex ſola. Tractatu de fide. NAZIANZENVS. Filium Dei viſum à patrib⁹ approbamus, vt non totum in illo quod eſt Deus videretur, ſed vt diſpoſitiones rerum futurarum, quæ ſuis quibuſque temporibus complendæ erant, in illo per imaginem cernerentur. Qui ſi Abrahę viſus eſt, ſed in forma humani corporis viſus eſt, quod ſcilicet poſtremis temporibus in homine venturus eſſet, oſtendit.

Lib. de vita Moſis. GREGORIVS NYSSENVS. Non poteris videre faciem B meam. Non enim videbit me homo, & viuet. Non quia cauſa mortis videntibus ſit illa facies. Nam quomodo vitæ facies cauſa appropinquantibus mortis eſſe poterit. Verùm quoniam et ſi viuificat quidem Deus natura, proprium tamen ſuum eſt, vt omnem cognitionem excedat. Idcirco qui eorum quæ cognoſcuntur Deum eſſe opinatur, quaſi deuiaſſet ab eo qui eſt, ad id quod eſſe putatur, vitam non habet. Nam qui verè eſt, is vera vita eſt, & hic cognitione non comprehenditur.

Hom. 1. de natiuit. do. MAXIMVS TAVRINENSIS Non poteris videre faciem meam, id eſt, non poteris carnalibus oculis, meam ſicuti eſt, inſpicere deitatem.

Libr. 4. in Exod. ca. 40. RVPERTVS. Notanda in hoc loco gemina ſubdiſtinctio. Quædam enim loquitur dominus Moyſi, in perſonam Iudaici populi pro parte olectorum, ſicut ſupra viſum eſt, Ego oſtendam omne bonum tibi & cætera. Quædam verò pro parte reproborum vt illud, Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet, ac ſi dicat. In medio populi huius pro quo poſtulas, non ſic aſcendam, vt faciem meam videat, vt oſtendam illi gloriam meam. Quare? Non enim videbit me homo & viuet. Ego autem idcirco aſcendam, homo factus inter homines, vt in me reuiuiſcat homo, qui in Adam mortuus eſt. Si igitur aſcendero, non in homine Deus abſconditus, ſed Deus manifeſtus, crucis vtilitas impedietur, & homo non viuet, quia non erit redemptus. Veruntamen fidem habentibus opportunitas videndi C non negabitur.

Moraliter. Lib. 28. moral. cap. 37. Iohan. 1.b. a *Non enim &c.* GREGO. Iohannes quoque ait: *Deum nemo vidit vnquam.* Quandiu enim hîc mortaliter viuitur, videri per quaſdam imagines Deus poteſt, ſed per ipſam naturæ ſuæ ſpeciẽ non poteſt. Hinc eſt quod Moyſes qui cum Deo facie ad faciem loquebatur, ſicut loqui ſolet homo cum amico ſuo, dicit: *Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi teipſum manifeſtè.* Si enim Deus non eſſet, cum quo loquebatur, oſtende mihi Deum diceret, non oſtende teipſum. Si autem Deus erat, cur petebat videre quem videbat? Sed eum ſitiebat per incircumſcriptæ naturæ claritatem cernere, quem iam cœperat per quaſdam imagines videre. Viderunt ergo patres veteris teſtamenti Deum, & tamen *Deum nemo vidit vnquam*: quia in hac carne viuentibus videre potuit per circunſcriptas imagines, & videri non potuit per incircumſcriptum lumen æternitatis. Sin verò quibuſdam in hac carne viuen

¶ Ipſam vim diuinæ eſſentiæ.

a hi placuerit. Rurſumq; ait: Nõ poteris videre facię meá. Non 1 2
a ¶ Per incircunſcriptam eſſentiam. b ¶ Mortali carne.

b enim vidẽbit me hõmo, & viuet. Et iterum. † Ecce, inquit, 3
a ¶ Eccleſia. b ¶ Quia ex ſola catholica eccleſia veritas conſpicitur, apud ſe dicit eſſe locum de quo videatur. ¶ Firmiter. ¶ Meipſum ſcilicet. ¶ De mundo ad patrem. 4

c lõcus eſt ãpud me, & ſtabis ſupra firmã petrã. Cumq; tranſi- 5 †
ne viuentibus ſed inæſtimabili virtute creſcentibus contempla- D
tionis acumine poteſt æterni Dei claritas videri: non tamen vi-
debit eum homo & viuet, quia qui ſapientiam quæ Deus eſt, videt, huic vitæ funditus moritur, ne eius amore teneatur. Fuerunt autem qui dicerent etiam in illa regione beatitudinis in claritate ſua deum conſpici, ſed in natura non videri. Sed nõ eſt aliud claritas, aliud natura, ſed ipſa natura claritas eſt. Ipſa autẽ promittit dilectoribꝰ ſuis dicẽs: *Qui diligit me, diligetur à patre meo:*

† facies tua præcedet.

& ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum, quaſi qui in veſtra natura me cernitis, reſtat vt in mea natura me videatis. Et alibi: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Hinc Paulus ait: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem &c.* Sed quia Petrus ait: *In quem deſiderant angeli proſpicere.* Sunt qui nec angelos Deum videre ſuſpicantur, cum dominus dixit: *Angeli eorum in cœlis vident ſemper faciem patris mei*, ſed angeli Deum vident, & videre deſiderant. Si enim ſic videre deſiderant, vt deſiderio non perfruantur, deſiderium ſine fructu anxietatem habet, & anxietas pœnam: ſed angeli ab omni pœna alieni ſunt, quia nunquam pœna & beatitudo conueniunt. Rurſus cùm eos dicimus Dei viſione ſatiari ſecũdum illud: *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Conſiderandum eſt, quia ſatietatem ſolet faſtidium ſequi. Sed ne ſit in deſiderio anxietas, deſiderantes ſatiantur: ne autem ſit in ſatietate faſtidium ſatiati deſiderant: deſiderant ſine labore, quia deſiderium ſatietas comitatur, & ſatiantur ſine faſtidio, quia ſatiotas ex deſiderio ſemper accenditur.

Iohan. 14.c. Matt.5.a. 1.Cor.13.d. 1.Pet.1.c. Mat. 3.b. Pſal.16.d.

b *Ecce, inquit, locus eſt apud me, & ſtabis ſupra &c.* AVGVST. Itẽ interpoſito articulo dicente ſcriptura, & ait dominus. Sequitur: *Ecce locus penes me.* Quis locus eſt qui non penes Deum eſt, qui nuſquam abeſt: Sed eccleſiam ſignificat, tãquam templum ſuum commendans. *Et ſtabis*, inquit, *ſupra petram*: quia *ſupra hanc petram* (ait dominus) *ædificabo eccleſiam meam*, ſtatim *vt tranſiet gloria mea*, ſtabis, ſcilicet ſupra petram, puta poſt tranſitum Chriſti, id eſt paſſionẽ & reſurrectionẽ ſtetit populus fidelis ſupra petrã. Quæſt. 154. Mat.16.c. Lib. 35. moraliũ ca.16. Myſticè.

GREGORIVS. *Eſt locus apud me &c.* Locus, eccleſia. Petra dominus. Moyſes Iudaica plebs quæ domino prædicante in terra non credidit. Ipſa ergo in petra ſtetit terga domini tranſeuntis aſpiciens, quia, ſcilicet poſt paſſionem, aſcenſionemque domini intra eccleſiam deducta per fidem, Chriſtum percipere meruit, & cuius præſentiam non vidit, eius poſteriora cognouit.

GREGO. *Eſt locus apud me, &c.* Eccleſia, ſcilicet de qua ſola veritas conſpicitur, ſacrificiũ accipitur, ſola pro errantibus fiduciaIiter intercedit: vnde de agni hoſtia præcipitur ſuprà. xij. g. *In vna domo comedite, nec offeretis de carnibus eius foras*, quia in vna catholica eccleſia vera hoſtia redẽptoris immolatur, nec canibus ſanctũ datur. Sola eſt in qua opus bonum fructuosè agitur. Vnde & mercedem denarij ſoli qui intra vineã laborauerunt acceperunt, ſola eſt quæ intra ſe poſitos valida charitatis compage cuſtodit. Vnde aqua diluuij arcam quidem ad ſublimiora ſuſtulit, omnes autem quos extra arcam inuenit extinxit. Ibidem. Mat.20.b. Gene.7.c.

In petra Moyſes ponitur, vt facię Dei contẽpletur. Qui eñ nõ tenet ſoliditatẽ fidei diuinã præſentiã non agnoſcit. De qua ſoliditate dicitur: *Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Lib. de fortalitiis.

c *Cumq; tranſibit.* EVCHERIVS. Sed & trãſire dicitur Deus, cum de

☞

✠ 1 Non poteris videre faciem meam &c. *id eſt, in apparitione qua apparebo tibi, non dabo tibi licentiam videndi faciem meam.*
2 Non enim videbit me homo & viuet *id eſt, talis viſio non conceditur in vita præſenti. Aliter exponitur ſecundum doctores noſtros ab illo loco:* Ego oſtendam omne bonum tibi, *id eſt, vitam beatam, licet non modo.* Et vocabo in nomine domini coram te, *id eſt, vocationem electorum in notitia mea exiſtentem manifeſtabo tibi:* & miſerebor cui voluero. *Acſi diceret, ſi quæras quare aliqui ſunt vocati, & non alij: ſciias quòd hoc dependet ex ſola voluntate mea: vnde dicitur Roma.xx.d.* Cuius vult miſeretur & quem vult indurat. Non poteris videre faciem meam, *quia hoc excedit facultatem humanam. Ideo ſequitur:* Non videbit me homo & viuet, *talis enim viſio non conceditur in præſenti vita, vbi eſt locus pugnæ & meriti: ſed in futuro vbi talis viſio conceditur pro præmio, ſecundum quod dicitur, Iohan.xvij.a.* Hæc eſt vita æterna. *Sciendum tamen, quòd licet viſio diuinæ eſſentiæ non fuerit hîc conceſſa Moſi: tamen altas fuit ſibi conceſſa in vita præſenti ſecundum quod dicit Auguſtinus libro de videndo Deum ad Paulinam, & de hoc habebitur ſuper libro Nume. vbi magis habet locum.*
3 Ecce inquit locus eſt apud me. *Id eſt, in monte Sinai, vbi conſueui tibi loqui. Dicebatur enim mons ille mons Dei, vt dictum eſt ſuprà. xix. cap.*
4 Et ſtabis ſupra petram. *In Hebræo habetur*, ſuper rupem.
5 Cumque tranſibit gloria mea *id eſt ſpecies glorioſa, diuina enim eſſentiæ non competit tranſitus.*

✠ 1 Ponam

✠† *Locus eſt apud me.* Per quem intelligitur eccleſia militans, Matt. vlt. d. *Ecce vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.*

4 *Stabis ſupra &c.* id eſt firmus in fide j. Cor. x. d. *Petra autem erat Chriſtus.*

5 *Cumque tranſibit gloria mea*, id eſt, eſſentiæ meæ viſio clara, quæ dicitur in hac vita tranſire ab hominibus, eò quod non datur eis ſicut prædicitur in hoc cap. *Non videbit me homo & viuet.*

✠ 1 *Ponam te*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum de cordibus quorundam hominum, in quibus antè per fidem credebatur: posteà surrepente perfidia, vel quolibet delicto, ab eis recedit, & ad alios transit, quemadmodum do Iudæis ad gentes, de hæreticis ad catholicos, & de quibuslibet irreligiosis ad religiosos.

Vbi supra.

a *Et protegam.* A V G V S T. *Et tegam manu mea super te, donec transeam & auferam manum meam, & tunc videbis posteriora mea: facies autem mea non videbitur tibi.* Cum dixisset *stabis supra petram*, statim ait, *trasiet gloriâ mea*, vbi intelligitur post trâsitû suis promisisse super petram stabilitatem, quomodo accipiendum est quod ait: *Ponam te in cauerna petræ, & tegam manu mea super te donec transeam, & auferam manum meam, & tunc videbis posteriora mea*: quasi iam illo in petra cõstituto tegat manum suâ super eũ, & deinde transiet, cumesse in petra non possit, nisi post eius trâsitũ? Sed recapitulatio intelligenda est rei prætermissæ, qua sæpe vtitur scriptura: posteà enim dixit quod ordine tẽporis prius est. Qui ordo ita se habet: *Tegam manu mea super te donec transiet & tunc videbis posteriora mea.* Nam facies mea non videbitur tibi, & stabis

a ¶ Et ponam te in cauerna petræ, munimentum firmissimum significat. ¶ In fide passionis filij solidabo te. ¶ Firmissimo minimine. b ¶ Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua &c. Psal. xxxj. a. ¶ Velamen, scilicet ponam super oculos tuos, ne mysterium incarnationis cognoscas.

† auferámque.

a bit gloria mea, ponam te in forãmine petræ, & prõtegam † 1
a ¶ Ad cœlos ascendam. ¶ Postquam transiero. b ¶ Auferam velamen à corde tuo. 2
manu mea, donec transeãm. † Tõllámque manum meam, & † 3
a ¶ Incarnationem, scilicet credes. b ¶ Præsentiam in carne. c ¶ Superposita excitate. 4
vidẽbis posteriora mea: faciem autem meam vidẽre non poteris.

B

mo moriebatur. Postea verò compuncti corde dixerunt, *quid faciemus?* & iussi sunt ab apostolis agere pœnitẽtiam: antè verò excæcati erant, vt non cognoscerent. *Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Hanc etiam prophetiam fuisse ipsa res indicat: quia de petra vel cauerna eius, & de manus superpositione & posteriorum visione nihil visibili opere subsecutum legitur. Mox enim adiungit scriptura: *Et dixit dominus ad Moysen*, cum etiam suprà dicta loqueretur, deinde contexit quid dominus postea dicat: *Excide tibi duas tabulas lapideas, &c.*

C

C A P.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ponam te in foramine petræ. *In Hebræo habetur: in cauerna rupis.*

2 Et protegam manu mea, do. transeam, *id est, non videbis me transeuntem in similitudine me repræsentante donec transiero.*

3 Et vide. po. me. *id est, concedam tibi cognitionem mei, imperfectã tamen, sicut aliquis videns hominem à parte posteriori cognoscit ipsum esse hominem, non tamen cognoscit quis sit, scilicet Socrates vel Plato vel huiusmodi.*

4 Faciem autem vi. non po. *Per hoc enim quod non vidit tunc faciem illius similitudinis, intellexit, quod tunc non concederetur sibi visio Dei perfecta & clara: tales enim apparitiones sensibiles vel imaginariæ fiunt communiter ad denotandum illud quod vel sit vel fieri debet intellectuæ cognitioni.*

C A P.

F

MORALITER.

† 1 *Ponam te in fo. &c. & protegam.* id est, adhuc retinebo te in contemplatione Christi passi quæ est per fidem: quia tamen talibus datur aliquando maior cognitio quàm simplicis fidei: sicut data est prophetis, & maximè apostolis, ideo subditur:

† *Tollámque ma. me. & videbis.* scilicet maiorĩ cognitione quàm per fidem simplicem: minori tamen quàm sit clara visio Dei: ideo sequitur:

† *Et videbis posteriora mea.* Qui enim videt hominem à parte posteriori cognoscit quod sit homo: non tamen cognoscit determinatè si sit Socrates vel Plato, ideo subditur: *Faciem autem meam videre non poteris.*

† MORAL.

ADDITIO. I.

In ca. xxxiij. vbi dicitur in postil. Non enim ascendã tecum &c. *Non videtur conuenienter dictum vt intelligatur illud quod dicitur hic:* Non enim ascendam tecum, *id est, quod non adesset eis per miraculorum operationem sicut antè fuerat. Num impossibile erat eis eiycere illas gentes, nisi per potentiam diuinam miraculosè operantem: vnde infra Deute. vj. c.* Si dixeris in corde tuo, &c. *Ex quo patet quod secundum cursum communem non erat possibile eis, nisi per miracula facta virtute diuina, delere aduersarios suos, sicut nec ab Aegyptijs euadere aliter poterant, vel aliter videtur intelligendum hoc quod dicitur hic:* Non ascendam tecum. *Pro quo sciendum, quod suprà xix. a. volens Deus inducere populum ad obseruantiam præceptorum quæ eis dabat, promisit eis:* Si custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium inter omnes gentes, & *vltrà* eritis mihi in regnum sacerdotale, & gẽtem sanctã &c. *in quorum executione suprà xxv. a. dixit:* Facient mihi sanctuarium, & habitabo inter eos: *in qua cohabitatione mandauit fieri arcam & propitiatorium cum cherubin, inter quæ locuturus erat Deus cum Moyse illa de quibus mandaturus erat populo, vt in eo. ca. declaratur, in quibus sic ordinatis manifestè ostendebatur residentia Dei inter populum Israël, tanquam inter populum peculiarem & gentem sanctam, cum tamen non fecerit taliter omni nationi, de qua residentia intelligitur illud Deu. xij. b.* Quam est gens magna, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, & multa similia. *Nunc autem ratione peccati commissi, quia irritum fecerunt pactum diu meritò debebant amittere huiusmodi excellentiam seu præeminentiam, quæ eis fuerat concessa singulariter inter gentes: & hoc est quod dicitur,* Non enim ascendam tecum, *seu* in medio tui, *prout in Hebræo, id est non ponam tabernaculum meum in quo habitatio mea & repræsentatur, & respõsa mea diuinitus dantur, & sacrificia mihi oblata acceptantur, & huiusmodi, in medio tui, & ideo sequitur:* Quia populus duræ ceruicis est: *& ideo indignus ad prædictam cohabitationem diuinam modo prædicto, præsertim cum ex hoc posset eis imminere maximum periculum, eò quòd grauius peccarent, si Deum haberent præsentem modo prædicto, & hoc est quod dicitur:* Ne fortè disperdam te in via. *Consonat propriè huic expositioni quod sequitur. infra:* Moyses quoque tollens, &c. *Nõ enim legitur Moysen habuisse aliud mandatũ à Deo, vt hoc fecisset, nisi ex hoc quod audiuit à Deo:* Non ascendam tecum, id est, *cũ filius Israel, vnde & populus adorabat de longè Deum descendentem in columna nubis ad Moysen extra castra. Similiter Deus loquebatur cum Moyse facie ad faciem extra castra non in castris, vt patet in litera: quæ omnia denotãt quod residẽtia diuina præsentialis in medio populi quæ fuerat concessa eis ante peccatum, post peccatum subtrahebatur ab eis, & hoc est quod dicitur:* Nõ ascendam tecum, seu in medio tui, *modo prius exposito. vnde ex his verbis intelligebatur prohibitio fabricationis tabernaculi, & omnium ad hoc pertinentium: quod ad magnum populi cedebat detrimentum: tum quia ex hoc iudicabantur indigni gratia Dei & præsentia diuina cõsolationis, prout in gloss. interli. tum quia ex tali cohabitatione Deus operabatur, tanquam ambulans in medio castrorum, ad defensionẽ eorum, & inuasionem inimicorum: & sic eorum castra fuerũt sanctificata, vnde & Deut. xxij. c.* Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, &c. *prout sequitur in litera.*

Quare dominus noluit cum populo Israel ascendere.

† præmisit.

ADDITIO II.

In eo. ca. xxxiij. vbi dicitur in postilla. Semel ascendam in medio tui. &c.

Hoc quod dicitur: Semel ascendam in medio tui, & delebo te, *potest intelligi non solum comminatoriè sed propheticè, scilicet referendo ista verba ad ea quæ postea in aduentu Christi in carnẽ in medio eorũ contigerunt. Semel enim ascendit Deus s. filius Dei incarnatus in medio eorũ, & propter hoc quod erat populus duræ ceruicis, deleuit eos, ita quod iam de cætero eorum status nõ remãsit sub prima forma: & ex hoc Deus innuebat populo, quod propter duritiam ceruicis eorum non expediebat eis habere tantam adhærentiam seu familiaritatẽ cum Deo, vt in medio eorum ambularet, ne ex hoc peccata eorum aggrauarentur iuxta illud Iohan. xv. d.* Si ego nõ venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, &c.

ADDITIO III.

In eodem cap. xxxiij. vbi dicitur in postilla: Ideo dicit Rabb. Salo. quòd per ornatum hic dictum non intelligitur. &c.

Per hoc quod dicitur: Iam nũc depone ornatũ tuum, *secundum quosdam Hebræorũ expositores nõ intelligitur quod Deus de nouo præciperet eis, vt deponerent ornatum, quia ita hoc fecerant, sed intelligitur per modum cuiusdã approbationis. q. d. ex quo estis populus duræ ceruicis, & incur-*

A *& incurristis tantum peccatum, conueniens est vt deponatis ornamenta vestra in signum contritionis & pœnitentiæ. Nec oportet quod hoc referatur ad coronas aureas quas receperant in datione legis: vt dicit Rabb. Salo. hoc est enim manifestè fictitium, cum nulla mentio de hoc fiat in scriptura, sed planè est intelligendum, sicut nostra translatio dicit, scilicet quod nullus ex more indutus est cultu suo. vnde sequitur:* Vt sciam quid faciam tibi. *scilicet cum videro te humiliatum, & hoc est quod dicitur:* Sciam *intelligendum est prout in po.*

ADDITIO IIII.

In eod. ca. xxxiij. vbi dicitur in postilla: Dixit autem Moyses. *Hîc consequenter ponitur responsio &c.*

Circa plurima de his quæ continentur in hoc capitulo ab hoc loco: Dixit autem Moyses, *vsque in finem. Similiter in sequenti ca. multæ variętates inter expositores inueniuntur tam Hebræos quàm Latinos: quarum repetitio esset magis fastidiosa quàm vtilis: vnde melius videtur, vt illis varietatibus prætermissis, quandam expositionem, quæ saltem meliori iudicio videtur magis cõsona literæ & rationi proponam, quæ licet in aliquibus concordet cum postilla, in multis tamen ab ea deuiat, & sic discretus lector eligat sibi meliorem. In primis autẽ quærendum videtur cur Moyses petiit à Deo habere maiora seu perfectiora post peccatum vituli quàm antea: non enim legitur antea petiisse quem angelum volebat Deus mittere cum populo suprà. xxiij. ca. quando ei dixit Deus:* Ecce ego mitto angelum meum, &c. *Similiter nec legitur quæsiisse, quod Deus ostenderet sibi vias suas: nec gloriam suam & huiusmodi ante peccatum, sed tantum post, vt in hoc loco: quod videtur dignum admiratione, nam prout suprà. xxxij. cap. dictum fuit in postilla: Ex peruersitate subditorum sequitur deiectio honoris sui prælati, magis quàm sui profectus. Ad quod dicendum, quod licet Moyses credendus est fuisse in magna perfectione post quam vocatus est à Deo, & specialiter tempore dationis legis, quando fuit sequester inter Deum & populum: vt habetur Deuter. v. nihilominus tamen tenendum est eum postea profecisse, tam in vita contemplatiua quam actiua. De contemplatiua patet saltem per ieiunium, in quo perseuerauit per xl. dies, vt suprà Exod. xxxiij. ca. residens in cõsortio diuino semper. Legitur enim:* Fuit ibi cum domino. xl. diebus & xl. noctibus, Panem non comedit &c. *Per ieiunium autem mens liberius eleuatur ad sublimia contemplanda: vt secundum Aug. ieiunium mentem elevat, & ideo de Daniele legitur quod post ieiunium trium hebdomadarum reuelationem accepit à Deo. Ex quo sequitur quod in tanto ieiunio & cum tanta separatione à mundanis & corporalibus, & cum continua adhærentia ad Deum, mens ipsius Moysi maximè eleuaretur in diuina contemplatione. In vita actiua etiam legitur maximè profecisse post lapsum populi in peccatum. Primò in vltione quam exercuit contra idolatras ex zelo iustitiæ præcipiens suis, scilicet Leuitis.* Occidat vnusquisque fratrem & amicum suum &c. *in quo maximè demonstrauit non solum se habere iustitiam quæ maximè pertinet ad vitam actiuam, sed etiam esuriem iustitiæ, de qua saluator Matt. v. a.* Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam &c. *vnde in secunda secundæ quæst. cxxxix. art. ij. an cor. quæstio. quod aliquis non solum virtuosa opera faciat quæ communiter dicuntur opera iustitiæ, sed quod faciat ea insatiabili quodammodo desiderio: quod potest significari per famem & sitim iustitiæ, vnde & factã vltione dixit Leuitis ostendens se viscerãliter approbare prædictam vltionem diuini honoris.* Consecrastis hodie manus vestras domino &c. *Ostendit etiam se charitatem proximorum † & inæternalem habere, cum statim facta vltione reuersus ad dominum ait: Exo. xxxij. g.* Aut dimitte eis hanc noxam: aut dele me de libro quem scripsisti. *Ex quibus manifestè patet quòd licet populus post peccatum commissum meruerit amittere ornatum suum quod pertinet ad detrimentum dignitatis seu perfectionis eorum qualitercunque ex ponatur. Moyses tamen meruit maiora & potiora, quam prius, rationibus suprà dictis, & ideo post prædicta, & nõ antè, de eo legitur statim suprà:* Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, *scilicet manifesta visione prout in gloss. sicut solet loqui homo ad amicum suum, quod non legitur de aliquo patriarcha seu propheta. Quod enim legitur de Iacob Gene. xxv. g.* Vidi dominum facie ad faciem: *& intelligitur ad literam de angelo loquente cum Iacob, vnde ibidem vbi dicitur Deus, habetur in Heb.* אלהים *heloim quod est nomen communicabile angelis & iudicibus, hic autem vbi dicitur dominus ponitur nomẽ tetragrammaton incommunicabile, quod etiam legitur infrà, Deutero. v. a.* Facie ad faciem locutus est vobis dominus &c. *hoc intelligitur secundum August. propter rerum euidentiam, & quodammodo diuinæ maiestatis præsentiam, de qua dubitari non possit: non tamen ibi dicitur: Sicut loqui solet homo ad amicum suum, sicut hic: sed potius contrarium. Dicit enim:* Timuistis enim ignem & non ascendistis in montem: *Moysi verò sic familiariter Deus loquebatur, quod quocunque terrore impediente sublato, conceptus suos Deo exprimeret, & eius reuelationes manifestè haberet, vt in proposito satis apparet, quam tamen perfectionem non legitur prius habuisse.*

An Moyses in perfectio ne profece rit.

B

C

D

E

Daniel 4.

† De inæternalem. diligere.

Præsupponendum est etiam ad expositionem literæ, quod Moysi non fuit commissum ante ieiunium, & alia prædicta quæ post ieiunium sunt secuta, vt duceret populum, sed quod duceretur ipse Moyses & populus per angelum, vnde suprà. xxxij. c. Ecce ego mittam angelum &c. *cui quidem angelo Moyses & populus tenebatur obedire. Dicitur enim ibi:* Obserua eum, & audi vocem eius, &c. *Nunc autem postquam Moyses fuit ad maiorem perfectionem subleuatus (vt dictum est) commissus fuit sibi quasi singulariter ducatus populi. vnde suprà xxxij. g.* Tu autem vade & duc populum istum, cum *hoc etiam fuit dictum sibi, quod haberet angelum præcedentem se, vnde dicit:* Angelus meus præcedet te, *qui quidem angelus videbatur missus vt præcursor specialiter ad expellendos aduersarios, vnde suprà eo. ca.* Mittam præcursorem tuum angelum, vt eijciat &c. *quia tamen non exprimebatur an iste angelus de quo modo loquitur præcursor esset tantum, an præcursor & præceptor, sicut de primo angelo dictum fuit in xxiij. ca. suprà dicto, idcirco rationabiliter petebat Moyses huius dubij declarationem dicens:* Dixit autem Moyses &c. *quasi dicat ex quo præcipis mihi de nouo educere populum istum, vellẽ vt indicares mihi quem missurus sis mecum. scilicet an angelum præceptorem & præcursorem cui ego debeam obedire in regimine populi, an angelum præcursorem tantum & ad expellendas gentes missum, non tamen ad regimen populi. Et sequitur:* Præsertim cum dixeris noui te ex nomine, & inueneris gratiam coram me &c. *In quibus verbis rationem sua dubitationis fortificat, quasi dicat ex quo metu approbasti, quod intelligitur per hoc quod dicitur:* Noui te ex nomine, & similiter testaris quod inueni gratiam coram te: *non immerito æstimare possum quod non mittas angelum mecum, vt mihi præcipiat in regimine populi, sed quod à te solo & immediatè procedam in huiusmodi regimine: vnde in præmissis intelligitur Moyses implicitè petiisse quod regimen populi esset sibi à Deo commissum sine alicuius angeli præsidentia. Si autem quæratur quando dixit dominus ad Moysen:* Noui te ex nomine &c. *Dicendum, quod licet hoc nõ legatur fuisse dictum antea Moysi, tamen sufficit autoritas scripturæ ad hoc, vt credatur sibi fuisse dictum, sicut in multis aliis locis sacræ scripturæ hoc contingit. Vel dicendum, quòd licet prædicta verba sub eadem forma non fuissent dicta Moysi, aquiualenter tamen seu interpretatiuè intelliguntur sibi fuisse dicta: & hoc cum suprà xxxij. c. legitur Deum dixisse Moysi:* Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, faciamque te in gentem. *In hoc enim quod dicit:* Dimitte me vt irascatur furor meus, *satis datur intelligi Moysen † meruisse gratiam apud dominum: vnde Greg. super his verbis quasi in persona Dei loquens Moysi sic ait:* Pensa *quantum apud me valeas, & cognosce quòd obtinere poteris quicquid pro populo exoras. Hæc ille. In hoc autem quòd sequitur:* Faciamque te in gentem magnam. *scilicet in generationem sanctorum, prout in glo. satis ostenditur Moysen fuisse notum singulari modo apud Deum, cum generatio sanctorum, quæ ab Abraham descensura erat, ab ipso Moyse si voluisset Deo disponente descendisset.*

Vlterius autem sequitur in litera: Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo &c. *prout veritas Hebraica habet.*

Circa quod attendendum est, quomodo ista verba continuantur in sententia præcedentibus. Ad quod sciendum, quod ad hoc quod huiusmodi officium scilicet regimen populi conuenienter Moyses exequeretur, oportebat vt Moyses esset à Deo competenter informatus de † his quibus Deus regit rationalem creaturam & hoc propter duo. Primum, vt regimen ipsius Moysi conformaretur quantum possibile esset diuino regimini, quod est optimum. Secundum, vt cum aliqua occurrerent in populo, super quibus oporteret, vt Moses Deum oraret, fuisset ipse instructus de his quæ erant Deo beneplacita, vt oratio sua esset efficax, iuxta illud quod ecclesia orat in quadam collecta dicens: Vt perentibus desiderata concedas fac nos quæ tibi sunt placita postulare. Id. circo dicitur: Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo. *scilicet vt hoc regimen mihi committas modo prædicto, ostende mihi vias tuas, vt sciam te: Cuius sensus est: nam* vniuersæ viæ domini *quibus mundum regit,* misericordia & veritas *scilicet, & iustitia sunt, secundum Psalm. Quæ quidem viæ licet nobis ad plenum inuestigabiles non sint. Iuxta illud ad Roma. xj. d.* Inuestigabiles viæ eius: *tamen participatiuè ab hominibus (præsertim perfectis) cognoscuntur, vnde qui eas diuino manere cognoscit, Deum dicitur nosse: Iuxta illud Hieremiæ ix. g.* In hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me &c. *& hoc est quod dicitur:* Ostende mihi vias tuas &c *scilicet vt possim te imitari in huiusmodi regimine. Et in hoc innuit Moyses primam rationem suæ petitionis suprà dictam. Nec talis imitatio debet impossibilis æstimari. Nam saluator dicit Luc. vj. e.* Estote misericordes &c. *& sequitur in litera:* Et inueniam gratiam ante oculos tuos, *scilicet impetratione eorum pro quibus orabo: & in hoc innuit secundã rationẽ suæ petitionis, & quia ista petebat Moyses propter bonum populi qui maximè indigebat bono regimine, & quod oratio Moysi sic cum occurreret necessitas haberet efficaciam impetrãdi. Ideo sequitur:* Re-

† inuenisse.

† viis.

F

Universidad de Sevilla Biblioteca

A spice populum tuum gentem hanc. *q.d. non peto quæ mea sunt, sed*
quæ tua sunt, nam gens ista populus tuus est. Ad quod respondet Deus:
Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi: *cuius sensus est, quòd*
ipsemet Deus volebat deducere ipsum Moysen absque aliquo medio
sicut petebat, & sic daret sibi requiem scilicet sufficientiam eorum quæ
desiderabat. vnde in hoc solum videtur Deus respondere ad primam
petitionem implicitam ipsius Moysi, in qua volebat quod nullus angelus
interponeretur in regimine populi: non autem per hoc fuit responsum
ad secundam scilicet illam in qua dixit: Ostende mihi vias tuas, &c.
Quæ quidem responsio fuit hic prætermissa, eò quòd Moyses non solum
desiderabat requiem suam propriam, habendo diuinam gubernationem
immediatam quo ad se sed etiam quo ad populum sic quod Deus
ambularet cum eis per cohabitationem in tabernaculo in medio popu-
li, prout fuerat ante peccatum per Deum ordinatum supra. Exod.
xxxiij. vnde sequitur: Ait Moyses: Si non tu ipse præcedas, &c.
Qualiter autem ipse petebat, quod Deus eos præcederet, statim decla-
rat dicens: In quo enim scire poterimus ego & populus tuus in-
uenisse nos gratiam in conspectu tuo, niti ambulaueris nobis-
cum, &c. *In quo petebat vltra prædicta in signum diuinæ placationis,*
quod tabernaculum fœderis, in quo Deus facie ad faciem loquebatur
Moysi: quòd tunc erat propter peccatum populi elongatum extra ca-
stra, vt supra eod. ca. reduceretur intra castra in quo sciretur, quod non
solum Moyses, sed etiam populus inuenisset gratiam in conspectu do-
mini, vt sic glorificaretur ab omnibus populis, prout litera immediate
sequens declarat, ad quod sequitur responsio domini, scilicet: Dixit au-
tem dominus ad Moysen, &c. *Ex quibus verbis videtur Deum con-*
cessisse Moysi duo. Vnum enim implicitè quod etiam implicitè Moy-
ses petierat, scilicet quod regimen populi esset per Deum, & non per
angelum. Secundum autem, quod Deus ambularet cum populo per co-
habitationem in tabernaculo prædictam: quorum primum patet in
executione: tum quia non legitur in toto processu Mosaicæ vitæ, quod
fiat mentio de angelo loquente cum Moyse vel ei apparente post hoc
sicut antea: tum quia de Iosue immediate successore ipsius Moysi le-
B *gitur Iosue. v. d. quod apparuit ei angelus in persona viri cum gladio*
euaginato dicens: Ego sum princeps exercitus domini, nunc ve-
ni, *quasi dicat prout exponitur ab antiquis: Ego fui impeditus tempore*
Moysi magistri tui, sed nunc venio. Cui Iosue inclinatus in terram
dixit: Quid dominus meus loquitur cum seruo suo? *Ex quo patet*
quod suo electio præsidentis populi Israelitici ad angelum incepit à Io-
sue, non autem tempore Moysi. Facit etiam ad hoc quod legitur Deut.
xxxiv. b. vbi agitur de deductione populi per desertum, dicit: Domi-
nus solus dux est eorum, & non fuit cum eo Deus alienus, &c.
vnde *in hoc quod dicitur,* Dominus solus, *intelliguntur excludi an-*
geli a ducatu illius populi. In hoc autem quod sequitur: & non fuit
cum eo Deus alienus, *intelliguntur excludi dæmones. Executio au-*
tem secundi concessi scilicet de habitatione diuina in medio populi, pa-
tet manifestè, cum post prædicta statim fuit mandata executioni fabri-
catio tabernaculi: sicut prius ante peccatum fuerat ordinatum, &
ideo dominus durante hac collocutione cum Moyse mandauit præcidi
duas tabulas, vt super eis scriberentur verba in primis tabulis scripta:
in quo manifestè demonstrauit, quod volebat tabernaculum fieri: in
quo arca testamenti cum prædictis tabulis erat principalis): & per
consequens reconciliatio populi ad Deum fuit in hoc concessa. Conse-
quenter autem quia prædicta tam gratiosa Deus concesserat populo
ex meritis ipsius Moysi, dicit ei reddens causam huius concessionis: In-
uenisti enim gratiam coram me, &c. *quasi dicat ista non concedo*
intuitu populi: nec etiam per merita patrum: sed quia inuenisti, &c.
Ideo Moyses accepit quodammodo audaciam ulterius petendi sum-
mum bonum quod ab homine supernaturaliter potest attingi, scilicet
C *claram visionem diuinæ gloriæ: quæ idem est cum essentia diuina, vnde*
ait: Ostende mihi gloriam tuam. *Circa quam petitionè quidam He-*
bræorum specialiter Rabb. Moy. Ægyptius in suo libro de directione
parte 3. magnam mouet difficultatem, dicès magnam inconuenien esse,
quod Moyses petiuisset à Deo illud quod est impossibile in hac vi-
ta, infrà enim dicitur: Nõ videbit me homo & viuet: *Sed hoc dubium*
Philoso. *non videtur esse difficilis solutionis: tum quia voluntas secundum Philo-*
sophum est impossibilium, petitiones autem sunt eorũ quæ homo vult:
tum quia licet sit hoc impossibile secundum naturam, non tamen est
impossibile apud Deum, qui est supra naturam, vnde & hæc visio fuit
concessa Moysi secundum Augustì. de videndo Deum, licet non in hoc
loco, vt patet per literam dicentem: Non poteris videre faciem
meam.

Sequitur in litera: Ait, *scilicet dominus:* Ego ostendam omne bo-
num tibi, *vbi in Heb. habetur prout in postilla:* Ego transire faciam
omne bonum meum ante te. *Ad cuius intellectum attendendum est,*
quod Moyses de duabus suis petitionibus petebat responderi à Deo.
Vna scilicet in qua petierat scire vias domini, cum suprà dixit: Osten-
de mihi vias tuas, vt sciam te, &c. *Alia verò in qua petiit videre*
gloriam Dei, scilicet diuinam essentiam, cum dixit: Ostende mihi
gloriam tuam, *vt dictum est. Ad quas duas petitiones Deus sibi re-*
spondit ab isto loco vsque ad finem ca. Quæ quidem responsio diuiditur

in tres partes secundum tria distincta quæ Deus Moysi successiuè re- D
spondit. Primum, scilicet cum dicit: Nam ego transire faciam omne
bonum, &c. *Secundum cum dicit:* Rursumque ait: Non poteris, &c.
Tertiũ cum dicit: Et iterũ, Ecce, inquit, locus est apud me, &c. *Circa*
primũ sciendũ, quod bonũ diuinum potest dupliciter intelligi. Vno modo
pro ipsa bonitate diuina, quæ essentialiter est ipse Deus, qui est sum-
mum bonũ increatum. Alio modo pro bono vniuersi, quod ad primum
bonum ordinatur sicut bonum exercitus ordinatur ad bonum ducis, se-
cundũ Philosophum in xj. Metaphy. vnde per hoc quod dicitur, Transi- Philoso.
ire faciam, &c. *intelligendum est, vtrumque bonum prædictum. Non*
enim dixit: Transire faciam bonum meum coram te, sed omne bonum,
quod vtrumque comprehendit. Bonum autem vniuersi creatum maxi-
mè videtur consistere in bonitate diuinæ prouidentiæ, qua mundus gu-
bernatur prout ordinatur in ipsum Deum, vt dictum est. In qua qui-
dem gubernatione creaturæ rationales singulariori modo reguntur à
Deo quàm aliæ, vnde Apostolus j. Corinth. ix. d. Nunquid de bobus
cura est Deo? *quod non est sic intelligendum, vt boues totaliter subtra-*
hantur à cura diuinæ gubernationis, sed solum subtrahuntur à modo
gubernationis, qui propriè competit rationali creaturæ, quæ non so-
lum gubernatur à Deo per hoc quod mouentur ab ipso Deo in eis inte-
rius operante, sed etiam quod per hoc à Deo inducuntur ad bonum, &
retrahuntur à malo per præcepta & prohibitiones præmia & pœnas,
prout in j. parte. q. xciij. argu. vlt. & in responsione ad ij. argu. Et istæ sunt viæ
domini quas Moyses petebat sibi à Deo ostendi, cum dixit: Ostende
mihi vias tuas, &c. *scilicet vt cognosceret quomodo Deus per miseri-*
cordiam & veritatem seu iustitiam, quæ sunt viæ domini, & quodam-
modo videntur oppositæ creaturam rationalem regebat, ad quem au-
tem finem Moyses ista petebat dictum est suprà. In hoc igitur quod di-
xit Deus: Ego transire faciam omne bonum meum ante te, con-
cessit Moysi quod vtrumque bonum prædictum faceret transire ante
Moysen, scilicet in specie gloriosa, ipsum Deum repræsentate & etiam
diuinam gubernationem prædictam.

Sequitur in litera: Et vocabo in nomine domini corã te. *Quod* E
verbum exponitur: in postilla de vocatione electorum in notitia diuina
existentium, quod non videtur conuenienter dictum: tum quia non con-
sonat literæ: tum quia non legitur quod Moyses hoc petiuisset, nec etiam
fuisset sibi ostensum: tum quia hoc esset contra autoritatem ecclesiæ quæ
in collecta dicit: Deus cui soli cognitus est numerus electorum, vnde di-
ctum verbum videtur exponendum: continuando ipsum ad præceden-
tia sic: Dixerat enim Deus Moysi statim suprà: Ego transire faciam
omne bonum meum ante te, &c. *quod intelligitur per speciem re-*
præsentantem, vt dictum est: & quia intelligentia opus est in visione:
vt habetur Daniel. 10. Idcirco subdit: Et vocabo, &c. *vbi in Hebræo*
ponitur vnũ verbum quod indifferenter significat vocare, clamare, seu
legere, & est sensus, quod ea quæ per illam speciem gloriosam transeun-
tem repræsentabantur, declarentur ipsi Moysi, per hoc quod Deus co-
ram ipso Moyse vocaretur seu legeret nomen suum, scilicet diuinum,
ipsum sic exprimendo, vt Moyses intelligẽs iam haberet prædictorum,
quod totum fuit impletum prout in sequenti ca. continetur, vbi dicitur:
Quo transeunte coram eo, &c. *prout ibidem exponetur. Et quia via*
domini quæ ostensæ fuerunt Moysi pro maiori & notabiliori parte vi-
detur sonare misericordiam & pietatem seu remissionem peccatorum
& huiusmodi, & cum dicitur: Misericors & miserator, &c. *ne forte*
ex hoc Moyses putaret quod ista respectu cuiuscunque delinquentis in-
telligerentur, idcirco subdit: Miserebor cui voluero, *hoc est dicere*
prout in glo. Gratuita & spontanea est omnibus Dei misericordia, cum
enim misereatur, gratia est: cum verò indurari permittit, iustum iudi-
cium est, quamuis occultum: Hæc in gloss.

Sequitur secunda pars responsionis, cum dicitur: Rursumque ait:
Non poteris videre faciem meam, &c. *cuius sensus continuatur ad*
prædicta sic: Quia Deus statim dixerat suprà, Moysi: Ego transire fa- F
ciam, &c. *quod intelligitur etiam de bono increato, vt dictum est: ne ex*
hoc forte Moyses putaret sibi concessum esse, videre ipsam Dei faciem,
seu essentiam prout petierat, idcirco expressit quod in hoc non conce-
debatur sibi talis visio, quia non pertinet existentibus in hac vita, vn-
de Gregorius in Homil. Quandiu enim hîc mortaliter viuitur, videri per
quælibet imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem non
potest videri.

Sequitur tertia pars responsionis, vbi dicitur: Ecce, inquit, locus
est apud me, &c. *in quo Deus declarat Moysi id quod de suis petitio-*
nibus assecuturus esset, & primò assignando sibi locum, cum dicit: Ecce
inquit, locus est apud me. &c. *exponatur prout in postilla. Secundò*
ostendendo sibi modum quo prædicta essent sibi ostendenda, & hoc
cum dicit: Cumque transibit gloria mea. *vsque ibi:* Faciem autem
meam videre non poteris. &c. *Ad cuius intellectum sciendum,*
quòd secundum sanctum Thomam j. parte quæst. j. art. xi. an cor. art. Et
est communis opinio sanctorum doctorum in sacra scriptura traduntur
nobis spiritualia sub metaphoris corporalium, vnde in hoc loco duo
metaphoricè sunt intelligenda. Vnum est cum dicit: Protegam te dex-
tera mea. &c. *quod intelligitur ad similitudinem hominis qui non po-*
test videre alium trãseuntem coram se, propter hoc quod protegitur per
manum

A *manum eius ne ipsum videat, & post transitum, alio auferente ma-*
num suam, videt posteriora illius transeuntis, non autem eius faciem,
quia iam transierat ab ipsius oculis. Aliud metaphoricum est, quòd
per faciem Dei in hoc loco sicut & in multis aliis intelligitur meta-
phoricè diuina essentia: per posteriora verò intelliguntur in hoc loco ef-
fectus diuinæ prouidentiæ in creaturis, quia effectus est posterior sua
causa. Vnde in hac tertia parte Deus concessit Moysi quòd transeun-
te gloria sua ante eum, scilicet per speciem gloriosam, ipsum bonum
increatum, & bonum creatum ab ipso procedens repræsentantem:
prout in prima parte responsionis dixerat: Ego transire faciam, &c.
quòd tunc videret posteriora eius scilicet effectus diuinæ gubernationis,
qui sunt propria viæ domini, quas Moyses primò scire petiuit, sed
cum hoc tamen, faciem domini non videret, ratione tacta in secun-
da particula responsionis. Sed circa hoc notandum, quòd non solum
hic fuit concessum Moysi scire vias domini quæ sunt eius posteriora,
sed etiam qualiter ista emanant à sua causa quæ est facies Dei seu
diuina essentia: licet ipsa essentia diuina à Moyse non videretur: quod
innuitur in hac metaphora: nam tam facies quàm posteriora coram
Morse transierunt modo prædicto: sed notitiam posteriorum habuit
perfectam, prout dicit: Et videbant posteriora mea. *Ille enim*
qui posteriora alicuius videt, scit illa esse posteriora illius, licet faciem
eius non videat. Qualiter autem ista intelligantur declarata fuisse
Moysi in se. ca. vbi ista promissiones fuerunt impletæ, amplius sunt de-
claranda in illo loco scilicet vbi dicitur: Quo transeunte, &c.

REPLICA *Correctorij contra Burg. detractorem. In cap. xxxiij.*
vbi postil. exponit illud: Non ascendam tecum. *quòd videlicet in-*
B *telligatur de miraculorum operatione. Burgen. dicit illud inconuenien-*
ter dictum, quia post electionem gentium miraculose Deus operaba-
tur: vnde dicit quòd debeat exponi de cohabitatione Dei in medio po-
puli in tabernaculo & propitiatorio. Sed tunc argumentum Burgen.
valet contra se, sicut contra postillatorem, quia post per omnem mo-
dum cohabitabat, responsa dabat & sacrificia accepiebat, &c. quem-
admodum Burgen. enumerat. Respondeo igitur ad argumentum pro
concordia vtriusque, quòd hoc dictum, Non ascendam tecum, *Con-*
clusionem subintelligit, scilicet nisi pœnituerit, prout etiam Burgen. di-
cit: sed quia populus pœnituit de peccato vituli, & hodie Iudæi hoc
peccatum detestantur, idcirco ascendit cum eis, & per miraculorum
operationem quo ad expositionem postillatoris, & per cohabitationem
quo ad expositionem Burg.

Item in eodem. capit. Burgen. facit longam digressionem, in quo
tangit aliqua quæ apud multos probabilia non sunt, transeo tamen ea
nisi vbi nostat postilla. In primis vt postillator seruet ordinem eccle-
siasticæ hierarchiæ ad angelicam hierarchiam exponit hoc capit. quòd
ducatus populi fuerit commissus Moysi sub directione angelica potis-
simè principis synagogæ. Burgen. autem vult quòd Moyses petierit à
domino populi ducatum immediatè sine alicuius angeli præsidentia,
& quòd Deus concesserit ei immediatum regimen populi absoluendo
Michaelem à principatu vsque ad tempora Iosue, qua facta sunt pro-
pter Moysi perfectionem, quam habuit post peccatum vituli, prout
latè declarare nititur Burgens. in ipsa digressione. Sed salua pace
grandipendentium deliramenta Burgen. istud dictum nullum habet
fundamentum ex autentica scriptura, nam quòd Michael princeps
synagogæ fuerit absolutus à suo principatu, & impeditus vsque ad
tempora Iosue, aut hoc fuit ex culpa principis, aut subiectorum, aut
C *perfectione Moysi. Prima duo dici non possunt, quia princeps ille in*
beatitudine confirmatus peccare non posset, & culpa subiecti populi
fuit punita, & per pœnitentiam remissa, vt dicit Burgen. in additione
vltima circa illud ca. Si igitur detur tertium quòd tam à perfectionis
fuerit Moyses, quòd nullus fuerit eis custos & cooperator, vt videtur
sentire Burg. hoc videtur phantasticum & modicum fauere fidei Chris-
tianæ: nam nemo sanæ mentis dicere audebat Christum non præcelle-
re Moysen in natura & gratia: & tamen de Christo homine scriptum
est Psalm. xe. c. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant, &c.
Vnus est enim Christus ministerio angelorum in multis, non quòd in-
digeret, sed propter hierarchicam institutionem, quam declarat san-
ctus Dionys. capitul. ix. Angelica hierarchia, dicens: Equidem diuini
luminis distributio à Deo indita est omnibus hierarchys Angelicis &
humanis ordinatissimè superuenens ad communicandum omnibus per-
sonis hierarchicis. Burgen. igitur per hanc phantasiam excludit solum
Moysen ab ecclesiastica hierarchia: Nec quis fidelis audebit dicere
ecclesiam sanctam minus gratia præditam quam synagogam cum suo
Moyse. tamen ecclesiam totam & singulas eius partes secundum actus
hierarchicos angelico ministerio dirigi, purgari, illuminari, & perfi-
ci credimus, vt sancta sanctis Dionysij tradit autoritas, vbi supra. Po-
test etiam à sanctis sanctus Michael fore princeps ecclesiæ transla-
ta à principatu synagogæ: idcòque sub nomine eius omnes Angelos
ecclesia veneratur, nec puto fauere fidei nostræ dicere Moysen ducto-
rem synagogæ potiorem quam Petrum pastorem ecclesiæ. Quot au-
tem & quibus modis Petrus in regimine ecclesiæ sit directus, adiutus, &
custoditus ab Angelis, non nisi actus apostolorum ignorans ignorat.

Error igitur videtur quod hic imaginatur Burgen. Nec motiua eius D
ad id valent, extorta est enim expositio illius Iosue. v. quæ dicit ange-
lum tempore Moysi impedimum fuisse, quia transitus columnæ ignis
& nubis fuit ministerio angelico. Si enim dictio legis fuit facta per
angelos in manu mediatoris, vt dicitur ad Galat. iij. multò rationabi-
lius motio columnæ & catera omnia, quæ nomine domini facta sunt,
per ministerium angelorum facta intelliguntur, domino tamen im-
mutabiliter præsente & præsidente. hæc est sententia beati Greg. vt pa-
tet suprà correctorio primo iij. cap. Nec allegatum Burg. ex Deu. pro-
bat quod intendit. Cum enim dicitur: Dominus solus dux eius fuit:
dictio exclusiua non excludit essentialiter ordinata ordine hierarchico,
in quo ordine angeli includuntur, vt patet per beatum Dionysium vbi
suprà: & ideo non sequitur: Tantum homo currit, igitur animal non
currit propter ordinem essentialem inter hominem & animal. Talis
autem ordo est inter hierarchiam supercaelestem & terrenam ex insti-
tutione non ex rerum formatione, quia secundum actus hierarchi-
cos se debito ordine præsupponum. vnde dicitur. xij. Metaphys. Entia Philosoph.
nolunt malè disp̃m, secundum quam optimam dispositionem influ-
xus à primo per media procedunt in inferiora. Quod autem exclu-
ditur cum dicitur: Dominus solus dux eius fuit. continuò subinfertur,
& non erat cum eo Deus alienus. Solus enim Deus ducter populus
existens angelicam seruitutem sibi ordine essentiali subordinatam ne-
quaquam excludit, sed potius includit secundum doctrinam beati
Diony. vbi supra. Et si quis obiecerit dicens: Deus ad omnia sufficit
specialiter in genere causæ efficientis, vt patet per Proclum de causis:
igitur ministeria angelorum in hoc ducatu non erant necessaria. Re-
spondeo: hæc obiectio valet de ministerio hominum sicut & angelorum,
igitur nec Moysi ducatus fuit necessarius, iuxta allegatum Burgen.
Deuteron. dominus solus dux eius fuit. Qua ratione enim dictio ex- Deut. 31. b.
clusiua excludit ministerium angeli, eadem ratione & hominis. Ad as- E
sumptum igitur autoris de causis dico, quòd Deus solus sufficit ad om-
nia sine medio sufficientia thearchica, sed non hierarchica, & tantum
valet dicere: Deus immediatè sufficit ad omnia potentia absoluta,
sed non ordinata. Ordinem enim hierarchicum Deus à principio con-
ditionis naturæ instituit, vt vult beatus Dionys. vbi suprà & sic eas
condidit: vt eos ordine sacro suos motus habere sinat secundum beatũ
Augustì. Gubernat enim Deus ecclesiasticam per medium hierarchicæ ce-
lestis, & inferiora per media, & media per superiora Deus regi insti-
tuit sua voluntate, cuius causa quærenda non est. & si quandoque hu-
iusmodi ordinem potentia sua absoluta suspendit & immediate ali-
qua facit huius est magna causa, quam tempore Moysi Burgen. fingen-
do rationabiliter non assignat, nisi Moysi perfectionem, quæ tamen
perfectio tanta esse non potuit quanta principis gloriosissimi Mi-
chaelis, cuius principatum dicit tempore Moysi impeditum, per con-
sequens & eius meritum: quia ministerio ecclesiastico hierarchiæ an-
geli merentur vsque in finem mundi aliquod præmium accidentale, vt
habetur ij. sententiarum.

Item in eadem digressione Burgen. notat postillatorem exponentem
hoc verbum domini ad Moysen, Vocabo nomen domini coram te,
de vocatione electorum in notitia diuina existentium: quam exposi-
tionem dicit Burgẽ. inconuenientem ex tribus, qua vt dicit non con-
sonat literæ, & quia non legitur Moysen id petiisse: etiam quia non
fuisset ei ostensum contra autoritatem ecclesiæ dicetis in collecta: Deus
cui soli cognitus est numerus electorum, &c. sed certe istæ obiectiones F
Burgen. nihil videntur valere. Non prima, quia expositio postillato-
ris ad intentionem etiam aliorum literæ bene consonat: quod sic patet:
nam cum Moyses petiisset signum miserationis diuinæ, dicens: In quo
poterimus scire gratiam apud te inuenisse, &c. & cum tam fiducialiter
subiungeret: Ostende mihi gloriam tuam, qua non solum consistit
in visione verbi, sed etiam reducentium in verbo: ideo intelligitur
Moyses petiisse cognitionè vocationis electorum in notitia diuina exi-
stentium. Ad quam petitionem sic intellectam respondit Deus quo ad
visionem Dei: Ostendam tibi omne bonum: quo autem ad relucentiam
in Deo, subdit: Et vocabo, vel legam secundum Hebraicam veritatem
coram te. sc. exaratum in nomine domini, vt supple videre & cogno-
scere possis signũ miserationis quod petis non esse ex præcedentibus me-
ritis: sed à sola mea voluntate. Ideo sequitur: Cui volo miserebor. &c.
Hæc igitur expositio postillatoris optimè consonat literæ contra primã
obiectionem Burgen. & ipse Burg. videtur cum ista expositione quam
improbat postea coincidere, cum dicit quòd sensus illorum verborum, &
legã coram te in nomine domini, est quòd Moysi promitteret Deus da-
re intelligentiam eorũ quæ in gloriosa specie transeunte repræsentabã-
tur illa autem relucentia sunt in essentia diuina, quæ ipsam repræsen-
tant. vnde patet Moysen hæc petisse contra secundam obiectionem Bur-
gen. Tertia etiam obiectio Burgen. nihil valet: quia quam possibilis
est petitio, vt ostendatur visio Dei, tam possibilis est petitio visionis re-
lucentium in eo: & quam possibilis est collatio primi, tam possibilis est
& secundi. Apud Burgen. autem & alios possibilis est collatio primi, igi-
tur & secundi, sed & illud quod adducit de collecta ecclesiæ non vrget,
quia etsi ostendantur aliqui relucentia in Deo, non oportet quòd osten-
E

Error

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

☞ *dantur omnia, nec numerus omnium : deo scit, ut aliquem videre electio-*
A nem diuinam esse ex gratia, & videre aliquam certam gentem, puta
Israëliticam, ex quouismodi electione inuenisse gratiam, qui tamen non
videret numerum electorum omnium : quod solius Dei est iuxta colle-
ctam allegatam: Et videtur illa tertia obiectio rendere ad vnum erro- D
rem Parisijs damnatum, videlicet quòd omnis verbum videns & re-
lucentia in verbo, videt omnia quæ verbum : error est.

CAP. XXXIIII.

Vt reddit iniquitatem patrum filijs ac nepotibus in tertiam & quartam, &c. GREGOR.

Lib.15.moral.cap 22 Ezech. 18.a. Hiere.31.e.

Cùm scriptum sit: *Quid est quòd inter vos parabolam veritis in proverbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: vnde ego dicit dominus. Si erit vltra vobis parabola hac in proverbium in Israel, vt anima patris ita & anima filij mea est: anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Quid est quòd dicitur: *Qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus.* Peccatũ originale à patribus trahimus, & nisi per

† fers gratiã baptismi soluamur, etiam parentum culpã portamus, quia vnum adhuc cũ illis sumus. Reddit iniquitatem patrum in filiis, dum pro culpa

C luitur pœnis. Et rursum non reddit iniquitatem patrum in filiis,

CAP. XXXIIII.

AC deinceps, præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas, instar priorum, & scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. Esto paratus manè, vt ascendas statim in mõtẽ Sinai. Stabisq; mecum super verticẽ montis. Nullus ascẽdat tecum, nec videatur quispiam per totum montem, bouesq; & oues non pascantur econtra. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant,† & de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut ei præceperat dominus, portans secum *tabulas*. Cúmque descendisset dominus per nubem, stetit* Moyses† cum eo inuocans nomen domini. Quo trãseunte coram eo,†ait: Dominator domine Deus misericors & clemens,†patiens,& multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in milia, qui † aufers iniquitatem & scelera atque peccata, nullusq; apud te per se innocens est. Qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam & quartã progeniem.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

a ¶ In initio boni operis.
a ¶ Spiritualem scilicet intelligentiam legis. b ¶ Sine me nihil potestis facere. Iohan.xv.a.
a ¶ Eminentiam contemplationis. ¶ Indignus.
a ¶ Terrenis cutis implicati. b ¶ Simplices, imperiti. c ¶ Pascua sanctæ scripturæ & contemplationis vtrorum.
a ¶ Non potest mens humana Deum contemplari nisi condescendat ei.
a ¶ Ab humana obscuritate transit in montem spiritualis intelligentiæ.
a ¶ Originalem.
¶ Quamuis nec. ¶ Non baptizatis.
a ¶ Imitantibus.f. b ¶ Vsque ad eos vltio extenditur, qui viderunt quod male sequerentur.

parentis ex originali peccato anima pollicato perimuntur. Deleto autem originali peccato, ex parentum nequitia in anima non tenentur. Quid est enim quod paruuli F

☞ filij

liis, quia cum ab originali culpa per baptismum liberamur, non iam parentũ culpas, sed quas ipsi cõmittimus habemus. Aliter: Qui praui parentis iniquitatẽ imitatur, otiam ex eius delicto constringitur. Qui autem non imitatur, delicto eius non grauatur. Vnde fit, vt iniquus filius iniqui patris non so- E

† De peccat. 4. cap. quid est quod dicitur. lùm sua quæ addit, sed etiam peccata patris persoluat, † cum iratum Deum non ignorans malitiam fuam adiungere non formidat. Et iustum est vt qui sub districto iudice vias patris iniqui nõ timet imitari, cogatur etiam culpas eius persoluere. Vnde anima patris mea est, anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: quia in carne nonnunquam filij etiã ex patris pec-

*duas *lapideas *Ibidem. † coram. † clamatur. † tardus ad iram.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXIIII.

Diuisio. 1 AC deinceps. *Hic consequenter ponitur responsio de reparatione legis: vbi primò ponitur ad hoc prima dispositio, secundò legis repetitio, ibi:* Obserua, *& tertiò eius scriptio, ibi:* Dixit dominus ad Moysen. *quarto legis iterata promulgatio, ibi:* Cumq; descenderet. *Circa primum præmittitur dispositio materialis secundò spiritualis, ibi:* Cumq; descendisset *dispositio materialiter fuit dilatio tabularum, de qua datur dominus mandatum, cum dicitur:*

2 Præcide ait, tibi duas tabul. &c. *Id est, similes aliis prius fractis in materia & quantitate: de quo autem lapide fuerit non habetur ex lex.* Dicit autem Ra. Sal. *quòd fuerunt de lapide saphiri, & quòd dominus ostendit Moysi massam talis lapidis formatam de nouo virtute diuinitatis qua Moyses dolauit duas tabulas, & dolatura superflua fuerunt sica, & inde ditatus fuit valde. & ideo dictum est:* Præcide ait tibi. *In He. habetur:* Dola tibi. *ad vtilitatem tuam. sed istud videtur sibi. Ibi. tantum: quia tantum vel plus fuisset ditatus de fragmentis tabularum prius fractarum. Item quia Iosephus non dicit de quo lapide fuerunt: qui tamen longè fuit ante Ra. Sal. ideo videtur melius dicendum: quòd de hoc non habetur certitudo.*

3 Et scribam. *In primis enim tabulis Moyses nihil fecit: in secundis verò ipse disposuit materiam dolando vt visum est: quia sicut alias fregerat, iustum fuit quòd istam dolaret, sed dominus scripsit ibi decem verba.*

4 Esto. *Quia talis hora est conuenientior ad loquendum cum Deo.*

5 Nullus ascendat tecũ. *Quia alij non sunt digni accedere ad me.*

6 Nec videatur quispiam per totum montem, &c. *Obreuerentiam dei ab his descendentis in signo visibili.*

7 Excidit

7 Excidit ergo, &c. *Exequens mandatum domini prompte.*

8 Cumque descẽdisset, &c. *Hic ponitur dispositio spiritualis quæ fuit oratio Moysi, cum dicitur.*

9 Stetit Moyses cum eo inuocans nomen dom. &c. *Scilicet in nube glorioſa eum representante.*

10 Ait dominator. *Hic exprimitur forma orationis, cum dicitur: Dominator, scilicet in populi gubernatione.*

11 Domine. *In legis datione.*

12 Deus. *In cultus veri institutione.*

13 Misericors. *misericors hominum compatiendo.*

14 Et clemens. *Offensas remittendo.*

15 Patiens. *Emendationem peccantium expectando.*

16 Et multæ miseratio. *Effectus tuæ pietatis impendendo.*

17 Ac verax. *Id est iustus, quia misericordia sine iustitia est pusillanimitas, & iustitia sine misericordia est crudelitas: & ideo in omnibus operationibus diuinis semper simul reluceret veritas & misericordia & iustitia secundum illud Psalm. xxiiij.c.* Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. *Vel aliter: Ac verax, iustis præmia reddendo. ideo subditur,* Misericordia.

18 Qui custodis misericordiam in milia. *Reddendo bona, non solum operantibus, sed etiam descendentibus ex eis absque numero.*

19 Qui aufers iniquitatem, &c. *Id est peccata commissa in proximum remittis verè pœnitentibus.*

20 Et scelera. *Id est peccata contra Deum facta.*

21 Atque peccata. *Quæ facit homo in seipsum. Nullusq; apud te per se innocens est, quia homines contrahunt peccatum originale & cum hoc actuale, saltem veniale si peruenium ad ætatem adultam.*

22 Qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotib. &c. *Hoc expositum est suprà xx. cap.*

✠ 1 Festinus-

MORALITER.

✠ 1 *Ac deinceps, &c.* Per primas tabulas quæ fractæ fuerunt, significatum fuit vetus testamentum quod per nouum euacuatum est modo qui sequitur. Nam à tempore publicationis euangelij ceremonialia sunt mortifera: iudicialia verò non obligant nisi de nouo fuerint instituta: moralia verò remanent inquantũ continent dictamen iuris naturalis: & hoc notatur cùm subditur,

3 *Et scribam super eas.* Sequitur

5 *Nullus ascendat tecum, &c.* Quia solus Christus per Moysen significatus seu figuratus, accepit nouum testamentum à patre, ✠ & aliis

☞ filij plerunque à dæ-
A monibus arripiũtur, nisi quod caro filij ex patris pœna mulctatur? In semetipso enim percutitur pater iniquus & contemnit: percutit ergo in filiis, vt acrius vratur, & dolor patris per carnem filiorum redit, vt filiorum pœna mens patris iniqua puniatur. Cum verò non paruuli sed iam perfectiores filij, & parentum culpa feriuntur,

B illorum etiam pœnas

† Deut.7.a. launt quorum facta secuti sunt. Vnde recte dicitur, vsque ad

-& tertiam & quartam progeniẽ, quia enim vsque ad tertiam & quartã progeniẽ eam quam imitentur filij parentum vitam possunt videre, vsque ad

13.Reg.11.a. eos vltio extenditur, qui viderũt quod male sequerentur.

Quæst.1.in Exod. a *Dominus zelotes.* AVGVSTINVS. Dominus Deus enim zelans, eius nomen

† aprilis. Deus zelator est, id est nomen ipsum

C quod dominus Deus dicitur zelans est, quia Deus zelator est. Quod non humanæ perturbationis vitio facit Deus, sem per & omnino incommutabilis & trãquillus, sed hoc verbo indicat non impunè plebem suam per alienos Deos fornicaturam. † Dictum est enim hoc verbum tropicè à zelo maritali, qui castitatem custodit vxoris, & perdit omnẽ qui fornicatur à se.

D † Ductum.

b *Primogenitum asini, &c.* ISIDORVS. Per asinum immunditia, per ouem innocentia designatur. Asini ergo primogenita quæ mutare est immundæ vitæ primordia ad innocentiæ simplicitatẽ conuertere, vt postquam illa peccator egit, quę vt immunda dominus respuit, ea iam E agendo proferat, quæ Dei sacrificio munda imponat.

†coram populo tuo.

c *Die septimo.* AVGVST. Cum de sabbatho præciperet, quid est quod adiunxit de satione & messe: Videtur enim dicere tempore sationis & messis. An fortè ita obseruandam requiẽ sabbathi præcepit, vt nec illa tempora habeant excusationem quæ agriculis valde sunt necessaria propter victum & vitam. † Iustum est ergo etiam F tempore sationis & messis, quando multùm vrget operatio, vt requiescatur in sabbatho, & sic per hæc tẽpora quæ opus plurimũ flagitat: significatũ est omni tpe sabbathi debere cessari.

Quæst. 160. Historicè.

* suis.

†aprilis in quo omnia renouantur.

† Iussum.

☞ *Nullus*

† Cessa.

NICOLAVS DE LYRA.

☞ 1 Festinusq; Moyses incuruatus est, &c. *Exhibens reuerentiam Deo.*

2 Et adorans ait. *Actu interiori corde & etiam ore: ideo subditur,* ait.

3 Si inueni, &c. *Licet enim iam dominus Moysi concessisset quòd ipse etiam ductor eorum in itinere, timebat tamen ne superueniret impedimentum propter peccatum populi, quem sciebat esse pronum ad malum: ideo orabat vt istud impedimentum non superueniret. vnde subditur:*

4 Populus enim duræ, &c. *Et ideo quia tues misericors indigemus præsentia tua.*

5 Vt auferas iniquitates nostras. *Præterita remittendo.*

6 Nosque possideas. *à futuris præseruando.*

7 Ego inibo pactum. *Id est fœdus amicitiæ vobiscum.*

8 Signa faciam, &c. *Sicut postea fecit quando terra Dathan & Abiron deglutiuit, & in siccatione Iordanis, & in subuersione ciuitatis Hiericho sonantibus tubis.*

9 Obserua cuncta. *Hic consequenter ponitur legis repetitio, breuis tamen & per modum epilogi, cum dicitur:* Obserua cuncta quæ ego hodie mandaui tibi. *repetendo quæ suprà præcepit à xx. cap. vsque ad xxij. cap. licet non omnia sint hic scripta iterum.*

10 Ego ipse, &c. Amorrhæum. *Non nominat hic Gergezæum: quia*

11 Caue ne vnquam cum habitatoribus, &c. *Quia ex diuina sententia debebant interfici, & ne inducerent populum Israel ad idolatriam, si contraherent cum eis amicitiam.*

12 Sed & aras eorum, &c. *vt non remaneat memoria idolatriæ.*

13 Lucosque succide. *Circa templa enim idolorum erant luci, vbi exercebant carnalem lasciuiam.*

14 Dominus zelotes, &c. *Hoc est expositum supra. xx. cap.*

15 Vocet te quispiam, &c. *an veneratione idoli, & sic trahat te ad idolatriam.*

16 Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis. *cuius causa subditur:*

17 Ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ. *per idolatriam, quæ est fornicatio spiritualis.*

18 Fornicari faciant: *Id est ad idolatriam pertrahant.*

19 Deos conflatiles non facies tibi. *Per hoc etiam intelliguntur prohiberi idola per sculpturam facta, vel quocunque modo. Dicit tamen conflatiles, quia de nouo sibi fecerant ritudum conflatilem. Consequenter repetit aliqua quæ pertinẽt ad verum Dei cultum, & primo de solennitate paschali dicens: Solennitatem azymorum, &c. Secundò de redemptione primogenitorũ, cum dicit: Omne quod aperit vulua, &c. Tertiò de obseruatione sabbathi, cum dicit: Sex diebus operaberis, &c.*

Diuisio.

☞ *Quartò*

MORALITER.

✠ & aliis publicauit. Quòd autẽ subditur postea, quòd Moyses velata facie loquebatur ad populum, fuit ad significandum quòd ea quæ

ea quæ traduntur explicitè in nouo testamento fuerunt sub velamento figurata in veteri testamento, & quòd tempore noui testamenti velamen remaneret supra corda Iudæorum pro maiori parte. Quod autem subditur de Moyse:

Universidad de Navarra Biblioteca

a *Nullus ascendat.* AVGVSTIN. Quòd dixit: Non concupiscet quisquam terra tua, &c. Hoc vult intelligi, vt securus quisque ascenderet, nec de terra sua sollicitus esset, Deo promittente custodiam, quòd nemo inde aliquid concupisceret, propter illum qui ascendit, ne tuam inde timeret absentiam. Et hoc satis ostendit quid supra dixerit. Non apparebis in cōspectu Dei tui inanis: quia in illo loco dixit, vbi tabernaculum vel templum Deus fuerat habiturus.

b *Non immola. &c.* AVGVSTIN. Quid est quod ait: Non occides super fermentum sanguinem immolatorū meorum. An illa hoc loco dicit immolata sua quę per pascha occidūtur, & præcepit ne tunc sit in domo fermentum, quādo sunt dies azymorum.

c *Non coques hædum in lacte.* AVGVSTINVS. Non coques agnum in lacte matris suæ. Ecce dixit iterum, quod quemadmodū intelligi possit, ignoro. Magna tamen est de Christo prophetia etiāsi fieri ad literā possit, quantò magis si non potest. In sermonibus enim Dei nō sunt ad proprietatem operū omnia reuocanda, sicut nec illud de petra & cauerna eius & man⁹ superpositione. Sed planè de fide narrationis hoc exigendum est, vt quæ dicit facta esse, verè facta sint, & quæ dicit dicta esse, verè dicta sint, quod exigitur etiam à narratoribus euangelij, cùm Christum narrēt quædam dixisse, quæ in parabolis dixit, tamen hoc cum dixisse non parabola, sed historica narratio est.

d *Quadraginta dies, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quid detulit Iudæis legem de monte? Ieiunium Moysi quod quadraginta diebus fiebat, sed priusquam deferretur lex, visus est populus veritatem amisisse.

✠ BASILIVS. Moyses per ieiunium mandata Dei digito in tabulis conscripta suscepit. Item supra montem, ieiunium legis latæ conciliator erat, inferius verò gula ad idolatriam populū deduxit. Quadraginta dierum laborē ac perseuerantiam, Dei seruo cōtinuò ieiunante & orāte, vna populi ebrietas cassam reddidit.

✠ HIERON. Sed vide quod nec secunda conscriptio tabularum absque ieiunio potuit impetrari: quod ebrietas perdiderat, inedia reperit. Ex quo ostenditur posse nos per ieiunium redire in paradisum, vnde per saturitatem fueramus reiecti.

C ISIDORVS. Moyses quadraginta diebus ieiunauit, & Helias, & ipse dominus. Præcipitur enim nobis ex lege, ex prophetis, & euangelio. Quod testimonium ex his habet. Vnde in mōte inter vtranq; personam medius saluator effulsit, vt ab omnibus mūdi illecebris auiditatem nostram tanquam ieiunio temperantiæ refrænemus, quādiu perfectio decalogi per quatuor eiusdē mundi partes, id est toto orbi prædicatur, vt decem quater ducta quadragenarium numerum signent.

D

c *Et scripsit in tabulis, &c.* AVG. De Moyse dictū est q⁹ ipse scripsit, cui & Deus paulò ante dixit: *Scribe tibi verba hæc.* Cū verò primū legem accepit, cuius tabulas abiecit & fregit, nec ipse excidisse dictus est, nec ei dictum est vt scriberet, nec eas scripsisse narratur, sicut modò dicitur. Scripsit in tabulis verba testamenti, &c. Sed tunc dictum est, & dedit Moysi statim vt cessauit loqui ad eum in monte Sinai duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito Dei, & paulò post: Conuersus, inquit, Moyses descendit de monte, & duæ tabulæ lapideæ, & tabulæ opus Dei erāt, & scriptura Dei scripta in tabulis. Magna ergo quæstio oritur quomodo illæ tabulæ quas erat Moyses domino prēsciente facturus, non hominis opus esse dicūtur sed Dei: nec ab homine scriptæ, sed digito Dei: posteriores verò diu mansuræ, & in tabernaculo & in templo Dei futuræ iubēte Deo, tā ab homine excisæ sunt, quā ab homine scriptæ. An in prioribus gratia Dei significabatur, nō hominis opus qua indigni facti sunt reuertētes corde in Ægyptū, & facientes idolū: vnde illo beneficio priuati sunt, & propterea Moyses tabulas fregit. His verò tabulis posterioribus significātur, qui de suis operib⁹ gloriātur. Vnde Apostolus: *Ignorantes Dei iustitiam: & suā volentes constituere iust. Dei non sunt sub.* & ideo tabulæ humano opere scriptæ sunt, quæ cū ipsis manerēt, significantes eosdē suis operib⁹ gloriatuos, non de digito Dei id est de spiritu Dei. Certè ergo repetitio legis nouum testamētum significat. Illud autē vetus significabat: vnde confractū & abolitū est: Maximè quia cū secūdo datur lex, nullo terrore datur, sicut illa in strepitu igniū, nubiū, & tubarum: vnde tremefactus populus dicit: *Non loquatur dominus ad nos ne moriamur.* Vnde significatur timor esse in veteri testamento, in nouo dilectio. Quomodo igitur hæc soluitur quæstio: quare ille opus Dei, iste op⁹ hominis, & illæ scriptæ digito Dei, istæ scriptæ ab homine: An fortè idco magis in prioribus votus significatur testamentum: quia Deus ibi præcepit, sed homo non fecit: Lex enim posita est in veteri testamēto, quæ cōuinceret transgressores, quæ subintrauit vt abundaret delictū. Non enim implebatur timore, quę non impletur ntſi charitate. Et ideo dicitur opus Dei, quia Deus legē cōstituit, Deus scripsit, non opus hominis: quia homo Deo

☞ non

¶ Pentecosten.

a ¶ Tabernaculorum. f. quæ scenophegia dicitur.

¶ In vere. f. in æstate, in autumno.

¶ Vitia.

¶ Ecclesia.

¶ Principia omnium bonorum ascribe Deo non tibi.

¶ Corporaliter. f. ¶ Nomine panis omnem cibum significat à parte totum, sicut & nomine aquæ omnem potum.

Quæst. 161. Supra 23. c. Quæst. 162. & 163. † meæ. Vbi supra. Sermone 1. de ieiunio. Sermo. 1. de ieiunio. Lib 2. aduersus Iouinianum. Ieiunio xl. dierum consecratum. Supra. 23. b. Deut. 16. d. Quæst. 166. Historiè. Rom. 10. a. Supra. 30. a. Quæstio. Rom. 3. d.

Exodi Cap. XXXIIII.

867 868

☞ non obtemperauit, & eum potius reū lex fecit. In secūdis autem A tabulis homo per adiutoriū Dei tabulas fecit: vnde dicit dominus: *Nō veni soluere legē sed adimplere.* Et Apostol⁹: *Plenitudo legis Charitas.* Factum est ergo homini facilè in nouo testamento, quod in vetteri difficile fuit habēti fidē, quæ per dilectionē operatur: atq; illo digito Dei. i. spiritu Dei intus eam in corde scribente, non foris in lapide. Vnde non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib⁹, quoniā *charitas* Dei qua veraciter impletur præceptū, *diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis.* Hæc est ergo prima lex data, vbi significatur vet⁹ testamētum, quod est opus tantum Dei, & scriptum digito Dei: vnde Apostolus dicit: *Itaque lex quidem sancta & mādatum sanctum & iustum & bonum.*

B Lex ergo sancta & bona Dei opus est, vbi homo nihil agit: quia nō obtēperat, sed reatu potius premitur lege minante & dānante. Beatus autē homo est cùm hoc mandatū sanctum & iustum & bonum facit, hoc etiam opus eius, sed per gratiam Dei.

a *Cumq; descenderet.* ISID. Ascendit Moyses denuo in montē, iterumq; dat ei legem Deus in aliis tabulis adinstar priorum excisis. Sed quas primum accepit sine mora cōfregit, quæ imaginē gerebāt priscæ legis, quæ non potest lōgo interuallo pro populi peccato cessauit. Illæ verò adinstar priorū excisæ nouū significabāt testamentū, quæ non sunt fractæ, quia nouū testamētum manet in æternū: vnde meritò decē verbis signātur, vt per ipsum numerū figura crucis exprimeretur, quē significat, x, litera q̄ in specie crucis formatur. Christus enim non venit legem soluere, sed adimplere per passionem. f. crucis, cuius imago fuit in tabulis.

Mysticè.

ISID. Descendente Moyse cum tabulis facies eius glorificata videtur, sed tamen velamine tegitur in quo significabat legē mystico velamine esse coopertā, & infidelibus occultā. Sermo enim legis habet scientiam gloriæ, sed secretā: habet & cornua duorū testamentorū, quib⁹ cōtra dogmata falsitatis incedit armata. Cū enim Moyses regitur, velamē est positū super cor eorū & manifestè dum legis & prophetarū scripturā carnaliter accipiūt infideles: tota facies Moysi quodā velamine tegitur, vt non possint loquēris legis gloriā sustinere: sed si cōuersi fuerint ad Deū, auferetur velamē: occidēs litera morietur: viuificās spiritus viuificabitur: dominus enim spiritus est, & lex spiritualis est, vnde: *Reuela oculi. meos & considerabo mirabilia de lege tua.*

C

Iohan. 4. d. Psal. 118. c. Horm. 12. in Exod. Allegoricè. 2. Corin. 3. b.

b *Videns autem Aaron, &c.* ORIG. Scriptū est quia vidit Aaron & omnes filij Israël Moysen, & erat glorificata facies eius & color vultus eius & timuerunt accedere ad illū. Et post pauca ponebat Moyses super faciē suam velamē. Cum autē introiret in conspectu domini, vt loqueretur ei, auferebat velamē. Quod ediserens Apostolus ait: *Quæ si ministeriū mortis in literis formatū in lapidibus fuit ad gloriam, sic vt non possent intendere filij Israel in faciē Moysi propter gloriam vultus eius, quæ aboletur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria.* Et paulò post: *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suā, vt non intenderent in faciē vultus eius filij Israël. Obtusi enim sunt sensus eorum, &c.* Quis non pertimescat notā obtusi cordis? Glorificata est facies Moysi, sed non possunt intēdere filij Israël in faciē eius. Nō potest populus synagogæ intehdere. Si quis autem vitam habet eminētiorem quàm vulgus, ille potest. Et nunc enim velamē positū est in lectione veteris testamēti: & Moyses glorificato vultu loquitur. Sed gloriam non possumus intueri, quia adhuc populus sumus, & nihil studij, nihil meriti, plusquàm reliqua plebs habemus. Cùm autem quis conuersus fuerit ad dominum, auferetur velamen: conuersio ergo nostra causa est auferendi velaminis. Dum ergo legentes diuinas scripturas non intelligimus, dum obscuræ sunt & claūsæ, nondum conuersi sumus. Conuersis enim statim auferetur velamen. Omnis qui, cùm recitantur verba legis, communibus occupatur fabulis, auersus est, & qui de negotiis secularibus, de pecunia, de lucris, de possessionum curis, & diuitiarum cupiditate sollicitus est, qui gloriæ & seculi mūdi honoribus studet, auersus est. Qui etiam ab his videtur alienus: adhibitus autē & audit verba legis vultu atq; oculis intentus: corde tamen & cogitatione vagatur auersus est. Quid ergo est conuertit? Si his omnibus terga vertamus, vt studio, actibus, mēte, & sollicitudine, verbo Dei operam demus. In lege enim die ac nocte mediteamur omissis omnibus, Deo vacemus & exerceamur in testimoniis eius: hoc est conuersum esse ad dominum. Quis autem nostrum tanto labore & studio diuinas quærit literas, quanto quæsiuit humanas? Aliqui vt recitari audierint quæ leguntur statim discedunt, nulla de his quæ lecta sunt adinuicem inquisitio, nulla collatio: non interrogant patres suos vt dicant sibi, nec presbyteros vt annuntient. Alij nec patienter expectant vsq; dum lectiones in ecclesia recitentur. Alij nec si recitentur sciunt, sed in remotioribus ecclesiæ locis secularibus fabulis occupantur: quibus iam non velamē super cor, sed paries & murus positus est. Si enim qui adest audit, intendit, & quæ audit retractat & discutit, percunctatur & discit: vix potest ad libertatem scientiæ peruenire: qui absconditaures suas ne audiat, & torga in faciē legentis obuertit, quomodo dicēdus est velamen habere superpositum cordi, ad quem nec ipsum quidem velamen literæ quo sensus velatur, qui est sonus vocis accessit. Gloriosa ergo efficitur facies Moysi: habent enim gloriam ea quæ loquitur, sed tegitur & occultatur, & omnis gloria eius intrinsecus.

D

E

F

ORIG. Illud quoque intuere quòd in lege vultus Moysi glorificatur, licet velamine contegatur. Manus intra sinum missa leprosa facta est. In quo mihi videtur forma totius legis plenissimè designari. In vultu enim sermo legis, in manu opera signantur: quia ergo ex operibus legis & nullus erat iustificandus, nec aliquem ad perfectum poterat ducere lex, manus leprosa fit, & in sinum reconditur: tanquam nihil perfecti operis habitura. Facies quoque glorificatur: sed velamine tegitur: quia sermo eius habet scientiæ gloriam sed occultam. Vnde: *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Facies ergo Moysi habet gloriā, manus contumeliam. Denique soluere iubetur calciamentū suum, sic nulla gloria erat in pedibus eius, sicet hoc fieret non sine mysterio. Nouissima enim pars hominis pedes sunt. Ostendebatur ergo quòd in nouissimis temporibus solueret calciamentum suum Moyses, vt alius acciperet sponsam, & illa vocaretur discalciati vsque in præsens. Nihil ergo in lege gloriosum habet Moyses nisi solam faciem. In euangelio autem totus glorificatur. Vnde: *Apparuerunt Moyses & Helias in gloria loquentes cum eo.* Hic non dicitur, quia vultus eius glorificatus est, sed quia totus apparuit in gloria loquens cum Iesu, vbi completur quod ei promissum est in monte Sinai, posteriora mea videbis. Vidit enim quæ in posterioribus diebus facta sunt, & gauisus est: quia non solum vultu glorificatus de monte descendit, sed totus glorificatus ascendit ex monte, & cum de quo dixerat: Propheram suscitabit vobis Deus vester ex fratribus vestris, sicut me, &c. nunc adesse cernebat & fidem facere sermonibus suis. Et ne cunctaretur in aliquo audit patrem dicentem: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Moyses dixit: Illum audietis. pater dicens: Ipsum audite, præ-

☞ sentem

Ibidem. Deut. 15. c. Matt. 17. a. Deut 18. c. Mar. 3. d.

1 Cumque descenderet* de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, † q⁹ cornuta esset facies sua ex

a ¶ Facies Moysi glorificata, lex diuinis mysteriis illustrata.

¶ Quibusdam radiis splendoris quos humanus visus ferre non poterat.

2 consortio sermonis domini. † Videns autem Aaron & filij Israël

b ¶ Quia cum domino. f. tandiu locutus fuerat.

a ¶ Duobus. f. testamentis, quæ erant in facie Moysi. i. in lege vetus. f. apertis nonum occulte.

b ¶ Quia incem diuinorum mysteriorum Iudæi non intelligum, sed ab horrent a lege.

raël † cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere. 3 Vocatiq; ab eo reuersi sunt tam Aarō, quàm principes synagogæ, & postquā locutus est, * venerūt ad eum etiam omnes 4 filij Israël, quibus præcepit cuncta quæ audierat à domino 5

descendisset. * Moyses. 1. Cor. 3. a. † quòd resplenderet cutis faciei Moysi. † splenderet cutis faciei suæ. † videntes. * ad eos.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Quartò de solennitate pentecostes, cum dicitur: Solennitatem hebdomadarum. Quintò de solennitate tabernaculorum cum dicitur: Et solennitatem, quando reducente anni tempore, &c. Scilicet in principio septembris. Sextò iterum addit de solennitate paschali, cum dicitur: Non immolabis super fermento, & exponantur omnia ista sicut exposita sunt supra. xy. cap. & xxiy.*

1 Dixitq; dominus ad Moysen. *Hic ponitur iteratæ legis conscriptio cum dicitur:*

2 Scribe tibi verba hæc. *Hoc videtur esse contrarium ei quod dominus supra dixit in principio ca.* Et scribā super eas. *Ad hoc dicunt aliqui, quòd dominus scripsit autoritatiue & dictando, sicut Augustinus dicitur scripsisse librum de ciuitate Dei, vel huiusmodi, sed Moyses scripsit ministerialiter & figurando. Sed hoc non videtur verum: quia cum illa tabula essent lapidea, litera fuerunt ibi figurata per sculpturā: non autem est verisimile quòd Moyses ascendens in montem ad orandum dominum, & vacandum contemplationi, portaret secum instrumenta ad sculpendum cum ferrtu & malleatione. Et ideo dicendum, q⁹ dominus illas literas figurauit, vt prædictum est. Et ideo quòd hic dicitur: Scribe, intelligendum est quòd Moyses scripsit illa verba non in tabulis lapideis, sed postea in libro. Potest etiam aliter dici, scilicet q⁹ Moyses manum ad tabulas apposuit, sed dominus tunc literas miraculose formauit sicut ad impositionem manuum Apostolorum, dabatur spiritus sanctus, non quòd illa impositio in recipientibus spiritum sanctū aliquid faceret: & tunc redit in hoc quod prædictum est, scilicet quòd Deus illas literas figurauit.*

3 Fuit ergo ibi cum domino Moyses quadraginta dies. *Alios. f. quadraginta à præcedentibus.*

4 Et scripsit in tabulis. *Hoc refertur ad dominum, vt dictum est. Si autem refertur ad Moysen, exponendum est modo prædicto immediatè. Aliter etiam exponunt aliqui, dicentes:* Scripsit, *id est scriptas à Deo recepit.*

✠ 1 Cumque descenderet, &c. *Hic consequenter describitur legis iteratæ promulgatio: vbi præmittitur publicantis conductu cum dicitur:*

2 Et ignorabat, &c. *Erant enim quidam rady meri splendoris procedentes in altum ad modum cornuum, quos Apostolus vocat gloriam vultus Moysi. 2. Cor. 3. d. vnde in Hebræo habetur: Et non cognouit quòd cornua esset lux faciei suæ. Sed quare non habuit ante, cum locutus fuisset cum domino diu in mōte. Dicunt aliqui quòd non habuit tūc ita lympidam cognitionē de Deo sicut postea, ad quod denotādum apparuerūt tales radij. Alij dicunt quòd hoc factum est vt populus qui peridolatriam peccauerat, magis eum timeret & haberet in reuerentia. Rab. Sal. dicit quòd hoc fuit ex hoc quòd dominus posuit manum suam super faciem eius, vt habetur in fine præcedentis capituli. Sequitur:*

Cornua Moysi.

3 Timuerunt prope, &c. *Propter dicti splendoris reuerentiam.*

4 Vocatique ab eo reuersi sunt. *Ex reuerentia enim reuocasserat, & ex obedientia redierunt.*

5 Quibus præcepit cuncta quæ audierat à domino. *Publicando ea quæ à domino audierat.*

Universidad de Deusto Biblioteca

sentem offendit. Gauder etiam Moyses, quia & ipse nunce quo-
A dammodo velamen deponit conuersus ad dominum. cum euidenter quæ prædixit impleturetiam cum tempus aduenit vt per spiritum quæ obtexerat reuelentur. Sed videamus quid dicat
1.Cor.3.d. Iohan.1.c. Apostolus: Dominus autem spiritus est, vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Puto quòd verbũ Dei pro eo quòd auditoribus interest, nunc via, nunc veritas, nunc vita, nunc resurrectio nominatur, nunce etiã caro, nunce verò spiritus. Quamuis enim verè ex virgine substantiam carnis accepit, in qua crucẽ pertulit, resurrectionem initiauit: dicit tamen Apostolus: *Et si cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus.*

a ¶Quia vsque hodie dum legitur Moyses, velamen positum est super corda Iudæorum.

in monte Sinai. Impletisq; sermonibus † posuit velamẽ su- 1
per faciem suam, † quod ingressus ad dominum & loquens †
b ¶ Quia conuersus ad dominum aufertur velamen. ¶ Velata facie.
a cum eo, auferẽbat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios
Israël omnia quæ sibi fuerant imperata. Qui videbãt faciem
a ¶Plenitudo huius sabbathi erit in æterna beatitudine.
egredientis Moysi esse † cornutam, sed operiẽbat rursus ille 2
faciem suam †, si quando loquebatur ad eos.

† resplendẽtem. † donec ingrederetur ad loquendum cũ eo 2.Cor.3.c.

Quia ergo nunc sermo eius ad subtiliorem intelligentiam pronocat, & vult nos nihil carnale in lege sentire dicit, vt qui vult auferre velamen, conuertatur ad dominum: non quasi ad carnẽ,
B sed quasi ad spiritum, vt de carnalibus ad spiritualia veniat: &
2.Cor.2.a. de seruitute ad libertatem. Vbi enim spiritus domini, ibi libertas. Alibi autem dicit: Nihil iudicaui me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Istis non dicebat, quia dominus spiritus est & Dei sapientia qua non poterant agnoscere Christum secundum hoc quod sapientia est, sed secundum hoc quòd crucifixus est. Illi autem quibus dicebat: Sapientiam loquimur inter perfectos, non huius seculi sed Dei sapientiam in my-
1.Cor.1.b. Iohan.1.b. Iohan.4.d. sterio absconditam, non indigebant verbo Dei secundum hoc verbum caro factum est, sed secundũ hoc quòd sapientia in mysterio abscondita est. His ergo qui ad spiritualem intelligentiam prouocantur, dicitur: Dominus autem spiritus est, vbi autem spiritus domini, ibi libertas. qua sc. conuersi ad dominum, de seruitute seculi liberari libertatem scientiæ requiramus.

a *Et tunc loquebatur ad filios Israël omnia quæ sibi fuerant, &c.*
Quæst. 172. in Exod. AVGVSTIN. Postquam descendit Moyses de monte, opera mandantur tabernaculi construẽdi, & vestis sacerdotalis, de quibus faciendis antequam aliquid præciperet, locutus est ad populum de sabbathi obseruatione. Vbi meritò mouet, cum decem verba legis acceperat in tabulis, quas ipse excidit & scripsit, cur de solo sabbatho postquam descendit populum monuit: Si enim propter eadem legis præcepta, superfluũ erat vt populus iterum audiret: cur non & hoc superfluum, cùm in eisdem decem præceptis legatur. An & hoc simile est velamento, quo faciem texit: quia
Quæstio.
C

quia splendorem vultus eius filij Israël non poterant intueri. D
Nam ex decem præceptis hoc solum populo præcepit, quod ibi figurate dicitur. Alia enim nouem sicut ibi, etiam in nouo testamento obseruanda non dubitamus. Illud autem vnum de sabbatho adeò velatum & in mysterio præceptum fuit, vt hodie à nobis non seruetur, † 2.Cor.3.c.
sed solum significatum intueamur. In illa autem requie, vbi opera seruilia iubentur cessare, magna est altitudo gratiæ Dei. Gal.5.b. Iohan.4.d. Rom.5.a.
Tunc enim fiũt cum requie opera bona, cũ fides per dilectionem operatur, timor autem tormentũ habet, & in tormento, quæ requies? vnde timor non est in charitate. Charitas autem diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ideo sabbathum requies sancta domino dicitur, Dei s. gratiæ tribuenda, non nobis velut ex nobis. alioquin nostra opera sic erunt, vt sint humana, aut cum peccato, aut cum timore, non cũ dilectione, & ideo seruilia sine requie E
sempiterna sunt. Non enim frustra institutũ est sabbathũ, & sabbathũ sabbathorum. Superius quando prius locutus est Deus de tabernaculo vngendo, dixit eadẽ vnctione sanctificari illa omnia & fieri sanctasanctorum. Altare autẽ holocaustomatum eadem non sanctificatum vnctione, dixerat sanctumsancti. Et hoc interesse videbatur, quòd nihil eorum dixisset sanctasanctorum, nisi quod tantùm velo separabatur à sancto: vbi s. erat arca testamenti & altare incensi. Nunc cùm eadem repeteret, dixit de tabernaculo vncto & his quæ in illo essent, quòd eadem vnctione sanctificarentur & fierent sancta. Altare verò holocausti quod prius dixerat fieri sanctumsancti: eadem vnctione nunc dixit fieri sanctasanctorum. Vnde intelligitur idem esse sanctum sancti & sanctasanctorum, ac per hoc illa omnia vncta, id est totum tabernaculum, & quæcunque in eo essent, quæ prius appellauit sanctasanctorum, tantùm valeret quod nunc ait sancta, nec vnumquodque eorum dici tantummodo post illam vnctionem sanctumsancti, sed etiam sanctumsanctorum, sicut altare holocausti, vt iam nihil quantum ad hanc appellationem attineret, inter illa quæ intra velum fuerant, vbi scilicet erat arca testimonij, & cætera quæ foris sunt intersit, nisi quòd ista interius ita dicebantur sanctasanctorum, vel sanctumsanctorũ, vt etiam ante vnctionẽ sic dicerentur: cætera verò vnctione sanctificata F
sunt, vt hoc nomen acciperent.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Impletisque sermonibus posuit velamen super faciem suam. *Quando cognouit faciem suam esse cornutam per aliorum insinuationem.*

2 Sed operiebat rursus ille, &c. *In Hebræo habetur: & reponebat velamen super faciem suam, donec veniret ad loquendum cum eo, id est, cum Deo.*

✠ CAP.

MORALITER.

✠ † *Quod ingressus ad dominum, & loquens cum eo, &c.* Scilicet velamen significat quòd in patria non remanebit velamẽ figuratum veteris testamenti, nec & ænigma nouiquia sicut dicit Apostolus j.Cor.xiij.d. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

✠ *MORA-*

ADDITIO.

In cap.xxxiiij. vbi dicitur in postilla: Præcide tibi.

Cor sequenter ait dominus Moysi: Præcide tibi duas tabulas, &c. in quo Deus ostendebat se iam placatum populo veteris vt fierẽt aliæ duæ tabulæ testamenti, quæ ponendæ erant sub propiciatorio: & per consequẽs tabernaculum erat sicut prius fuerat dedicandum, ædificandum: & sic
Descensus Dei in igne visibili. *Deus ambularet inter eos, prout Moyses petierat. Et exponatur litera vt in postilla, vsque ibi: Nec videatur quisquam per totum mõtem, &c. Vot attendendum est q̃ ista prohibitio non fuit solum facta ob reverentiam diuinitatis in montem descendentis in signo visibili, prout dicit postillator: quia sæpe Deus apparuit in signo visibili tam in monte Sinai, quam in alijs locis præsente populo: & tamen non sit similis prohibitio, nisi solum in datione legis supra xix.cap. vbi populus fuit prohibitus ne ascenderet in montem, nec ipsum tangeret. Sed prohibitio hic de hoc facta, est maioris restrictionis quam ibi: quia ibi solum videtur prohiberi, ne quis ascenderet in montem, nec tãgeret eum: hic autem prohibetur ne quispiam videatur per totum montem, quod est maius. Similiter ibi præcipiebatur Aaron ascendere cum Moyse: vt dicitur in litera hic autem dicitur: Nullus ascendat tecum. Ex quibus patet, quòd ista descensio Dei in signo visibili hoc tempore facta erat maioris solennitatis, quam illa quæ fuit datione legis. Cuius ratio est, quia ibi proponebantur præcepta communia toti populo: hic autem ostendebantur Moysi arcana Dei quæ alijs non licebat, vt sic ostenderentur: & inde est quod post hãc reuelationem in facie Moysi apparuerunt radij mirę splendoris, vt patet infrà in fine huius capituli, quos tamen non legitur habuisse in datione legis, nec in alijs apparitionibus seu collocutionibus cum Deo ante hoc factis.*

Sequitur in litera. Cum descendisset sc. Deus modo prædicto, stetit Moyses cum eo s. Deo. Fuerat enim sibi præceptum expresse: Stabis q̃ mecum: & sequitur in litera: Invocans nomen domini s. Moyses, qui invocabat dominum, quasi diceret: Assume domine: quia vocasti me. Et sequitur in litera secundum translationem nostram: quo transeunte coram eo ait: Dominator domine Deus, &c. Quæ quidem verba exponuntur communiter, vt in postil. sic s. Cum transisset dominus ante Moysen in nube gloriosa, vt dictum est: Moyses ait sc. adorando: Dominator domine Deus, &c. & sic cum dicitur: Dominator domine, &c. exprimitur forma orationis ipsius Moysi. Sed bene intuenti Hebraica veritatem, & alia præcedentia & sequẽtia quæ ad intellectum huius loci pertinent, manifestè patet, q̃ prædicta verba non sunt Moysi orantis, sed potius verba Dei docẽtis Moysen vias suas, prout ab eo in præcedentibus erat inchoatum: vnde hæc tria nomina diuina, quæ primò ponuntur sunt indeclinabilia in Hebræo: & non sunt intelligẽda in sensu vocatiui casus, quasi Moyses

A *Moyses vocasset Deum per illa tria nomina ipsum orando: sed intelligenda sunt in sensu nominatiui casus, sic vt intelligatur Deum clamasse seu legisse coram Moyse omnia diuina nomina quæ hic continẽtur, tam substãtiua quam adiectiua, in quibus via domini supradicta declarantur: vnde Hebraica veritas sic habet in hoc loco: Et transiit dominus corã eo, & vocauit seu clamauit vel legit: Dominus Deus, &c. Verbum enim quod hic ponitur quodlibet istorum trium significat indistinctè scilicet vocare, legere, vel clamare, sicut suprà cum dicitur in prece.ca. Et vocabo in nomine domini coram te. quodlibet illorum triũ intelligitur: Vnũ enim & idem verbum ponitur hic & ibi: vnde in hoc cum dicitur: Et transiit dominus, impletur illud quod promiserat: Ego transire faciam, &c. In illa enim specie gloriosa transeunte ante Moysen repræsentabatur Deus, qui est summum bonum increatum, quod hic designatur per faciem: & etiam bonum creatum à Deo in creaturis per diuinam prouidentiam procedens: vtrumque enim bonum prædictum includebatur in hoc quod dixit: Ego transire faciam, &c. Vt dictum est. In hoc autem quod sequitur: Et vocauit seu clamauit, vel legit dominus Deus, &c. Impletur illud quod Deus prædixerat in prece.cap. Et vocabo seu clamabo vel legam nomen domini, &c. Eadẽ enim verba ponuntur vtrobique, nisi quòd in primo loco illud verbum quod dicitur: Vocabo vel legã, est futuri temporis, quia hoc promittebat esse faciendum: in hoc autem loco ponitur idem verbum præteriti temporis quia hic adimplebat promissionem prædictam, in qua quidem clamatione seu lectione diuini nominis Deus ostendit Moysi vias suas, prout ab*
B *ipso petierat. Circa quod licet ten endum sit, quòd ista prout sunt arcana Dei, Moysi tanquam fidelissimo in tota domo domini fuerunt altiori modo declarata, quam nostra fragilitas capere possit: quia tamen secũdum Apostolum, Rom.xv.a. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: insistendum videtur circa singula in hac clamatione seu lectione nominis diuini contenta, prout modulus nostræ fragilitatis attingere valet, vt inde sensus literalis saltem planus, aliqualiter elucidetur.*

Dominus *Vnde notandum quòd in hac clamatione seu lectione primò ponitur nomen proprium diuinum, & hoc cum dicitur: Dominus in cuius loco est in Hebræo nomen tetragrammaton, quòd propriè significat infinitatem diuini esse, quam Damascenus pelagum substantiæ infinitæ nominat: in qua infinitate fundantur cætera attributa diuina, prout suprà in addi. super Exod.xij.ca.ar.v. tractantur. Secundo verò loco repetitur idem nomen, ad denotandum omnipotentiam diuinam, quæ fundatur in esse diuino secundum quod est infinitum, prout in prædicta addi.ar.vij. habetur.*

Deus *Per hoc autem quod sequitur, Deus, intelligitur quòd ille dominus prædictus sua bonitate perfecta habet prouidentiam vniuersalem de rebus: vnde Dionys.xij.cap. de di.no. Deus est qui videt omnia prouidentia & bonitate perfecta: quæ quidem prouidentia præcipuè constitit in miserationibus diuinis erga creaturas: vnde in Psalm. cxliij.b. Miserationes eius super omnia opera eius. Omnipotentia verò diuina prout ecclesia in collecta cantat, parcendo maximè & miserando manifestatur, & ideo illa quæ sequuntur, quæ pertinent ad vias domini ostendendas, maximè & præcipuè tendunt ad misericordiam, in quibus tamen semper saluatur ratio iustitiæ seu veritatis: quod sic patet,*
C *per hoc enim quod dicitur: Misericors, intelligitur Deus, prout regit vniuersum secundum suam misericordiam absolutè sumptam, quæ creationem rerum includit: in qua ratio diuina misericordiæ relucet, inquantum res de non esse in esse producit, quod soli Deo competit: & est primus modus diuinæ misericordiæ erga creaturas in ordine naturæ, an qua quidem miseratione saluatur etiam ratio veritatis seu iustitiæ, inquantum sic Deus res in esse producit, secundum quod conuenit diuinæ sapientiæ & bonitati, prout in j.parte.q.xxj.ar.iij. in cor.q.*

Clemens. *Sequitur in litera nostra: Et Clemens: vbi in veritate Hebraica habetur: Gratuitus seu gratificus. Nomen enim adiectiuũ quod in Hebræo in hoc loco ponitur à nullo alio deriuatur, nisi à nomine gratia gratificãte: per quòd intelligitur quòd suprà naturam quam Deus creat quandoque infundit seu dat gratiam superadditam naturæ: & hoc siue intelligatur de gratia, per quam participatio diuinæ similitudinis est in creaturâ quæ dicitur gratia gratum faciens, siue de alijs gratijs quæ gratis dantur à Deo ipsis creaturis: per vtramque enim Deus mouet seu gubernat creaturam rationalem secundum propositum suæ voluntatis, in quo etiam saluatur ratio misericordiæ & veritatis modo prædicto.*

Patiens. *Per hoc autem quod sequitur: Patiens, & in alijs locis, longanimis: videtur quidam effectus intelligendus diuinæ miserationis circa creaturas rationales, delinquentes à vita salutis, quarum defectus quan-*
Dissimulãs. *doque dissimulat vt pœnitentiæ locus detur: vnde Sap. xj. d. Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Cuius exemplum habetur suprà. Gene.vj. an prima ætate diluuio condemnata Deus concessit dilationem pœnæ per cxx. annos, vt spatium possent habere pœnitentiæ, in quo sicut miseratio diuina relucet pœnam differendo sic eius iustitia manifestatur pœnas in pœnitentibus inferendo. Per hoc autem quòd sequitur: Et multa misericordia, intelligitur quòd Deus multifarie multisq; modis creaturis rationabilibus suam impendit misericor-* D
diam. Deus enim quandoque releuat miserias hominum, non intuitu meritorum vel demeritorũ: sed solum intuitu tribulationis seu oppressionis quas patiuntur. In quo videtur quodammodo habere se erga homines, sicut ille qui miseris aliorum eõpatitur, vt dicitur in Psal.cvij. Vidit cum tribularentur, &c. & sic in multis alijs in quibus nulla exprimitur ratio, quare Deus talibus misereatur, nisi sola tribulatio & afflictio miserorum. Quandoque etiam releuat miserias seu defectus hominum non intuitu meritorum, seu demeritorum: nec etiam afflictionis seu tribulationis, sed tantum ex sola gratuita diuina voluntate, cuius exemplum habetur in Paulo, Act.xx. de quo nulla ratio miserationis diuinæ ex parte meritorũ erga eum assignari potest, cum nulla merita in eo præcesserunt sed demerita, sicut ipse testatur. j.Tim.j.c. Blasphemus fui & persecutor, &c. Nec etiam ex hoc affligebatur se tribulabatur, sed potius alios affligebat & opprimebat, vt patet Act. cap. præalle. ideo de seipso dicebat. j. ad Cor.xv.b. Gratia Dei sum id quod sum. Et hoc enim quod alibi dicit. j.Tim.j.c. Quia ignorans feci in incredulitate mea, ideo misericordiam consecutus sum, non habetur q̃ Deus ex suis meritis misertus esset sui, sed quia sua demerita non essent sic grauia, vt si ex certa malitia peccasset. Quandoque aut releuat miserias & defectus hominum inquantum sunt aliquibus iustis viris coniuncti, ne forte eradicentur cũ malis, vt patet suprà Gen.xviij.d. de Sodomitis, vbi Deus concessit Abrahæ, quòd si forte ibi inuenirentur decem iusti, quòd parceret, seu voleret peccata aliorum. Quandoque verò misereatur Deus fidelibus peccatoribus ne detur infidelibus E
occasio blasphemandi seu detrahendi de diuina omnipotentia, sicut infra. Num.xiiij.d. Moyses deprecans pro populo quem volebat Deus delere propter peccata eorum dicebat: Et dicent sc. gentes, quia non potuit sc. dominus introducere in terram pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine, vnde ad istam deprecationem Moysi Deus respondit: Dimisi secundum verbum tuum. Idcirco Psalm. in pluribus locis ad impetrandam diuinam misericordiam, nullam aliam rationem allegat nisi: Ne forte dicant gentes, vbi est Deus eorum, & huiusmodi. Aliquando verò Deus propitiatur multitudini delinquenti propter vnum iustum qui ex zelo iustitiæ & honoris diuini feruenter insurgit in vindictam malorum, sicut infrà. Num.xxv.c. de Phinees legitur: Auertit iram meam à filijs Israel, &c. Aliquando verò & frequenter Deus misereatur hominibus, assistens eorum fragilitatem & promitatem ad inclinationem fomitis peccati sibi connaturalis: vnde Psalm. cum dixisset: Quomodo misereatur pater filiorum, &c. Subiungit, reddens rationem: Quoniam ipse cognoscit figmentum nostrũ. Et quia isti modi miserendi sunt multi, & quasi nobis innumerabiles, Multæ misericordiæ.
ideo summariè concludit dicens: Et multa misericordia vnde Dauid ij.Reg.xxiij.c. dicebat: Incidamus in manus domini: multa enim sunt miserationes eius q.d. miserationes eius sunt plures, quam nos possimus cogitare. Huic autem quod dicitur: Et multa misericordia, subiungitur: Et verax, quia in omnibus prædictis quæ pertinent ad diuinam misericordiam, saluatur ratio diuinæ veritatis & iustitiæ, inquantum sic misereatur, secundum quod conuenit diuinæ sapientiæ & bonitati, prout in j.parte q.xxj. ar.iij. in cor.q. sequitur: Qui custodit misericordiam in milia, hoc est quia diuina misericordia tanta latitudinis est, vt se extendat ad descendentes vsque ad longissimam F
successionem: quia cum dicitur, mille, accipitur numerus determinatus pro indeterminato, & hoc patet infrà. Leuit.xxvj.g. vbi dicitur: Memor ero pa. &c. & loquitur ibi de temporibus nouissimis quæ sunt valde distantia à temporibus patrum. Intelligitur tamen talis misericordia erga illos qui non ponunt obicem, sed confitentur peccata sua, vt ibidem habetur. Si enim dicatur quòd iste modus miserendi patet includi sub illa clausula generali, quæ habetur immediatè ante scilicet. Et multa misericordia: & ideo non oportebat, vt per se singulariter poneretur. Ad hoc dicendum, quòd iste modus est generalis, quòd comprehendit totum statum veteris testamenti, cui pluries Deus misertus est propter merita patrum, vt patet in auctoritate Leuit. præall. & adhuc amplius comprehendit statum noui testamenti, in quo Deus misertus est generi humano, mittendo filium suum saluatorem nostrum ex recordatione misericordiæ, quem petribus promiserat. Vnde virgo gloriosa in canticis de hac materia dicit Luc.j.c. Recordatus est misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres, &c. Sequitur: Qui aufert iniquitatem, scelera atque peccata. In quo ostenditur, quòd misericordia diuina se extendit ad omnes modos peccandi, siue sit peccatum per infirmitatem, quod proprie potest dici iniquitas, quia committitur ex eo quòd appetitus inferior superat superiorẽ: quod est manifestè contra æquitatem conditionis naturalis humanæ, siue sit peccatum ex propria malitia, quod intelligitur per hoc quod dicitur: Et scelera. Dictio enim hic posita in Hebræo sæpe significat peccatum proditionis: Extendit se etiam ad peccatum per ignorantiam, cum dicitur: Atque peccata, vnde infra Leuit.iij.a. Anima quæ peccauerit per ignorantiam: licet enim prædicta tria vocabula quandoque sumuntur large vnum pro reliquo: propriè tamen sumpta habent prædictas significationes iuxta Hebraicam veritatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *Sequitur in litera secundum translationem veram. Nullúmque innoxium derelinquens: eadem enim verba ponuntur hic & Numer. xxiij. vbi de hac materia tractatur: & est sensus, quòd licet in præditis maximè appareat diuina misericordia, non tamen totaliter diuina iustitia dimittitur. Quandoque enim non totam pœnam relaxat, sed pœnam æternam in temporalem commutat: vt 13. Regum xxiiij. & sicut cui dimittit culpam, non relinquitur totaliter innoxius. Quandoque verò etiam dum culpam & pœnam relaxat, hoc facit propter dilectionem, quam tamen ipse misericorditer infundit, vt patet de Magdalena: Luc.vij. g. Dimittuntur ei peccata multa. Pœnas etiam quandoque relaxat non totaliter eas remittendo, sed reddendo iniquitatem patrum filijs ac nepotibus, vt sic pœna quorundam alleuientur per pœnas aliorum ab eis descendentium, in quibus antecessores puniantur vsque ad tot generationes, in quibus aliquando homines vident succedentes suos. Et ideo subdit: Qui reddit iniquitatem patrum filijs & nepotibus, &c. In tot enim generationes contingit primogenitores notitiam habere descendentium.*

Sequitur: Festinusq; Moyses curuatus est & adorans ait. Circa quod notandum quòd cum dominus Moysi vias suas reuelaret modo prædicto, non curuatus nec pronus sed stans legitur fuisse, sicut dictum fuit prius. Stetit Moyses coram eo: mos enim erat inter eos audire doctrinam seu legem diuinam stantes: vnde supra xx.d. in datione legis dicitur: Steteruque populus. Similiter & Nee.viij.b. habetur, quòd cum aperuisset Esdras librum domini ad legendum populo, stetit omnis populus, sed lectione seu proclamatione diuina finita, per quam Moyses vias domini sibi modo prædicto reuelatas didicit seu percepit, merito festinus ex feruenti deuotione curuatus est in terram, re-
B *putans se puluerem, sicut Abraham, Gene. xviij. respectu tantæ misericordiæ sibi reuelatæ: in qua curuatione non immemor charitatis proximorum, quorum curam habebat qui huiusmodi miseriationibus maximè indigebant, adorans ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo, &c. & est sensus, licet propter duritiam populi dixisses suprà. Exod.xxxiij. Non ascendam in medio tui, quia populus duræ ceruicis est, ne forte, &c. Tanta tamen est excellentia tuæ misericordiæ, quòd te solo indigemus ductore, vt auferas iniquitates nostras atque peccata, ad quæ sumus maximè prompti: non enim angelus posset hoc facere, vt supra Exod.xxxiij. Nosque possideas, id est, tanquam propriam hæreditatem immobiliter nos habeas: vnde licet in præc. cap. iam fuisset sibi concessum, quòd Deus grederetur cum eis, cum sibi fuisset responsum: Et istud verbum quod locutus es faciam: iterum tamen hoc ipsum petit sub alia ratione, scilicet quia dura ceruicis est, & auferas, &c. Et notandum quòd Moyses non fecit mentionem nisi de duobus modis peccandi, scilicet de iniquitate & peccato, non autem de scelere, licet Deus de tribus fecerit mentionem, dicens: Auferam iniquitatem & scelera atque peccata, quod concordat prædictis. Nam cum scelus proprie sumptum, sit peccatum commissum ex certa malitia vt dictum est, quod pertinet ad summum modum peccandi, Moyses de eo non fecit mentionem: tum quia videretur magna audacia: tum ne populum videretur tam duræ ceruicis æstimare, vt eum ad peccatum sceleris pronum iudicasset. Huic autem sententiæ secundum quam tenetur, quòd illa verba diuinas miserationes exprimentia, scilicet cum dicitur: Dominus Deus misericors & clemens, &c. Non sunt verba Moysi orantis, sed Dei notifican-*
C *tis vias suas Moysi, consonat quod legitur infrà. Nume.xiij.c. Vbi Moyses orans Deum pro populo dicebat: Magnificetur ergo fortitudo domini sicut locutus es. d. Dominus patiens & multæ misericordiæ: auferens iniquitatem prout ibidem Deo dante declarabitur. Consonat etiam prædictæ sententiæ illud Psalm.cij.b. vbi dicitur: Notas fecit Moysi dominus vias suas: in quo datur intelligi quòd sicut filijs Israël Deus notificauit voluntates suas, id est, voluntates præcepti & prohibitionis, & hoc in lege data per Moysen, præcepta enim & prohibitiones huiusmodi, voluntates Dei dicuntur, vt in primo sententiarum. dist. xlv. cap. vij. sic vias suas notificauit Moysi. Quæ autem sunt illa via statim subiungit dicens: Miserator & misericors dominus, longanimis & multum misericors: quæ sunt verba satis conformia prædictis. Concordat autem prædicta sententia, quòd patriarchæ, seu sancti qui fuerunt ante Moysen, non leguntur proclamasse misericordias domini: etiam in casu in quo malium videbantur requiri, vt suprà Genes. xviij. c. Cum Abraham intercessisset pro Sodomitis, non legitur imploraſſe misericordias diuinas, sed eius iustitiam dicens: Absit à te vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, qui iudicas omnem terram, &c. In quo manifestè proclamabat iustitiam diuinam, non autem Dei misericordiam. Cuius ratio videtur esse, quia huiusmodi via domini, ostendentes ipsius miserationes, prius fuerunt notificatæ ipsi Moysi, quàm alicui alteri. & ideo Psalm. dicit: Notas fecit vias suas Moysi. Psalm. cv. b. Vt dictum est suprà non autem patribus: sicut nec etiam nomen Dei magnum non patribus, sed Moysi fuit notificatum, vt suprà. Exod.vj. Nomen meum adonai non indicaui eis: post Moysen verò multi sanctorum eius doctrinam sequentes leguntur imploraſſe diuinas miserationes, vt patet de Dauid, de Ezechia, & Daniele, D & de multis alijs. Quærere autem rationem istius differentiæ, forte esset scrutari maiestatem, cum Deus distribuat dona & reuelationes suas prout vult: sed salua semper secretorum reuerentia pro modulo fragilitatis nostræ posset ratio assignari. Pro quo sciendum, quòd misericordia videtur importare aliquid quod Deo non competit, præsertim apud illos qui minus bene sunt exercitati de his quæ de Deo dicuntur. Misericordia enim videtur importare relaxationem iustitiæ: non enim dicitur aliquis misereri eius cui dat quod sibi debetur: relaxatio autem iustitiæ nullo modo videtur Deo pertinere, de quo legitur: Iustus dominus in omnibus vijs suis. Similiter rectus & absque villa iniquitate: & ideo in primordijs patrum ista non fuerunt publicata, ne ex hoc timor Dei seruilis nec initialis diminueretur per confidentiam relaxationis iustitiæ & huiusmodi, sed tempore legis quando tam magnus populus fuit adunatus in cultu vnius Dei, oportebat ista publicari: tum vt regimen istius populi quodammodo participaret perfectionem diuini regiminis, in quo misericordia non contra iustitiam exercetur, sed aliquid suprà iustitiam operatur, vt in prima parte quæstio.xxj. artic.ij. in respon. ad ij. ar. Tum quia duritia istius populi, & eius magna pronitas ad peccandum maximè indigebat multitudine miserationum diuinarum, & quod Moyses de hoc esset instructus à Deo, vt frequenter pro eis posset misericordias domini implorare: similiter & alij sancti qui Moysi in regimine populi successerunt, prout patet pluries in gestis eorum. Sequitur in litera: Respondit dominus: Ego inibo pactum, videntibus cunctis signa faciam, &c. Circa quod attendendum, quòd dominus non respondit ad petitionem factam per* E *Moysen dicentem: Obsecro vt gradiaris nobiscum, quia iam hoc sibi fuerat concessum, vt dictum est præceden. capit. sed ad hoc quod dixerat Moyses in petitione seu oratione sua: Et auferas iniquitates nostras, nosque possideas: & ratio est, quòd Deus concessit Moysi, quod non solum se haberet erga populum misericordem & pium, &c. prout via domini explicata requirunt, sed etiam cum hoc, videntibus cunctis signa faceret, quæ nunquam sunt visa super terram: per quæ quidem signa terribilia populus deberet retrahi à peccato. Et sic dupliciter Deus se obtulit ad iuuandum populum: Vno modo auferendo iniquitates, &c. Pro loco & tempore, quas via domini suprædictæ requirunt. Alio modo ad faciendo terribilia in conspectu populi, vt ab errore retraherentur. Quæ autem sint illa signa, declarantur in postilla, prater vnum de quo propriè agitur in hoc loco, scilicet quòd ex facie Moysi cum descendisset de monte procedebant radij miri splendoris in altum ad modum cornuum: quod non legitur de aliquo alio patriarcharum seu prophetarum: & de hoc videtur intelligendum quod sequitur in litera scilicet. Vt cernat populus in cuius medio es opus domini terribile, quod facturus sum tecum, scilicet in persona tua. Per hoc autem signum singularis-simum, quod Apostolus vocat gloriam vultus Moysi ij. Corinth. iij. significabatur secundum glos. ibidem quòd Moyses clarè videbat id ad quod illi non possent accedere: nam Ecclesiast. viij. a. Sapientia hominis lucet in vultu eius: vnde probabile videtur, quod hoc singulare habuit Moyses per visionem diuinæ essentiæ, secundum quam ex lumine animæ in faciem, vbi maximè nitidia viget humana, radij illi splendidi redundabant. Si autem teneatur quòd pro* F *tunc non vidit Deum: dicendum tamen videtur quòd fuit ibidem ex consortio diuino in tantum dispositus ad hoc quòd prædictum signum mirissimum in eo apparuit, quod ad vtilitatem populi spiritualem cedebat, scilicet ad retractionem eorum à peccato: habebant enim eum in maiorem reuerentiam & obedientiam. Vnde sequitur, videntes autem Aaron & filij Israël cornutam Moysi faciem, timuerunt prope accedere.*

REPLICA *Correctorij contra Burgens. Item Burgen. continuans suam digressionem circa capit. xxxiij. ingreditur conflictum ad modum Ismaelis, non modò contra postill. sed & contra omnes corrumpentes nostrum translationem, & dicens esse diuinam clamationem vel relationem in nominatiuo casu, cum dicitur: Dominator domine Deus misericors & clemens, &c. Cum tamen & litera nostra & omnes catholici expositores dicant illam esse orationem Moysi in vocatiuo, quia post prædicata diuina sequitur: Qui custodis misericordiam in milia, qui auferis iniquitatem, nullus apud te per se innocens est, & cætera quæ sequuntur: quæ omnia sonant in vocatiuo casu & secunda persona, non in nominatiuo casu & tertia persona. Et mirandum bene est de hoc sene, quòd hic nititur declinare nomen domini tetragrammaton, & dicere ipsum hic esse nominatiui casus, cum supra circa capit. iij. dixit ipsum ineffabile, non humanæ, sed diuinæ impositionis, nec concretum, nec abstractum, nec absolutum, nec respectiuum: quæ ibidem satis latè tractantur & retractantur: ideo hic non repeto dimittens hic per Burgens. dicta tanquam filia & aliena, præsertim quia prædicata diuina substantialia sicut Deus, &c. dicit significare vias domini quas Deus Moysi ostendit. Nam cum viæ domini sint respectus ad extrà, & non*

& non nisi quandam sui virtutis imitationem significant prædicata perfectionalia maximè substantialia, sicut Burgen. dicit, tetragrammaton vias domini significare non potest. Deo enim non sunt assignandæ viæ per quas ipse incedat secundum deitatem, quæ vbique est, nisi per extrinsecum respectum, vt illæ dicantur viæ Dei: in quibus nos oporteat ambulare & placere Deo, vt Dei imitatores in dilectione ambulantes, vt sic velimus ad Deum peruenire, oportet ingredi per viam mandatorum Dei, & hæ sunt viæ quas dominus ostendit Moysi, renouans tabulam præceptorum, nec alias Moyses hic petiit, nisi illas prius datas reformari, quatenus populus qui per peccatum vituli ab illis viis declinauerat, ad eas de reduceretur. vnde dicit: Ostende mihi viam tuam, & respondit dominus: Facies mea præcedet te secundum beatum Greg. Per faciem vnusquisque cognoscitur. Per faciem igitur Dei ipsius cognitio denotatur. q.d. dominus respondendo Moysi: Tu petis tibi ostendi viam: cognosce me, & cognoscendo dilige, hæc est enim via in qua vniuersa lex pendet & prophetæ, scilicet in cognitione & dilectione Dei, quæ per faciem ipsius designatur. Confirmationes quas Burgen. adducit pro intentione sua medicū valent. Non prima de xiij. cap. Nam quia literam malè & extortè exponit, vide ibi postil. & malè adducit, quia ibi scribitur, non sicut dixisti, sed sicut iurasti. In tota autem sacra scriptura non reperitur Deum iurasse illa quæ ibi sequuntur scilicet dominus Deus, &c. Nec oportuit eum doctrinā viarum suarum iuramento firmare si doctrina est vt Burg. vult. Iuramenta enim Dei solum in communicationibus & promissionibus interponi consueuerunt. Nec secunda confirmatio est ad propositum. Viæ enim domini notificatæ Moysi, & voluntates eius sunt præcepta data Moysi pro populi directione. Nec magister sententiarum (quem hic allegat) ita exponit hos versus Psal. Quasi viæ domini sint, dominator dominus patiens & misericors, sed potius distinguit versum sequentem à versu precedente: Nec illud huic sententiæ Burg. concordat quod de patribus ante Moysen allegat: quasi primum reuelata sit Moysi de misericordia, & nulli ante eum nota. Nam à principio Cain cum sciret Dei misericordiam de ea desperauit dicens: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear, Gene. iij. b. Nunquid Noe inuenit gratiam coram Deo. ibidem. vij. Nunquid effectus misericordiæ Dei fuit post exercitium seuerissimæ iustitiæ per diluuium statuere fœdus cum homine, & dare signum fœderis, vt patet ibidem. x. c. Et in aliis effectus misericordiæ ante tempora Moysi erant notissimi, quia Deus multa bona contulit hominibus præter merita, imò vltra: & puniuit citrà sicq; promissa facta Abrahæ, Isaac, & Iacob. Super misericordia principaliter fuerunt fundata: Nunquid & misericordia & miserationis opus excellentissimum fuit eductio filiorum Israël de Ægypto & pertinentia ad eam. Et quanquam in Gene. ante Moysen non ita communis mentio fiat de misericordia Dei sicut in Exod. & infrà hoc non est ideo: quia misericordia eius fuerit ignota: sed ideo quia cultus vnius Dei fuit valde restrictus, sicq; non fuit nisi in vna familia, puta in domo Abrahæ post Isaac, deinde Iacob. Tempore autem Moysi quia erat in gente magna, euidentior facta est Dei misericordia, & eius effectus & exercitium, quia peccatum post datam legem plus abundauit, vt dicit Apostolus, ideo misericordia fuit magis necessaria. Nec ante peccatum vituli nomen mi- Rom.5.d. *sericordiæ Moysi fuit adeo commune sicut post, & ad illum intellectum tendit ratio Burg. quam reddit finaliter post suam extensam digressionem.*

CAP. XXXV.

a *Separate.* ORIG. Alia litera: Sumite à vobis ipsis redemptionem domino. Omnis qui concepit corde, offerat initia domino. Non vult Moyses vt aliquid offeras Deo, quod extra te est. A vobis ipsis, inquit, sumite: & initia offerte domino, prout vnusquisq; corde cōceperit aurū, argentum, &c. Spiritualis lex aurū requirit ad tabernaculū, & alias materias quas intra nos habemus, & de nobis proferre possumus. Dicit enim scriptura: *Quia prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Quia si confessus fueris dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quòd dominus illum suscitauit à mortuis, saluus eris.* Si ergo credideris in corde tuo, cor tuum & sensus tuus aurum optimum est. Obtulisti ergo aurum ad tabernaculum fidem cordis tui. Si confessus fueris sermonē confessionis, argentum: Hæc intra te sunt, hæc etiam si nudus sis, habere potes. Sed & quod addit: vnusquisque sicut concepit corde, huc respicit. Nō enim poteris aliquid de sensu tuo offerre Deo vel de verbo: nisi prius quæ scripta sunt, corde conceperis: nisi intentus fueris & diligenter audieris, non potest aurū tuum probatum esse, nec argentum. Requiritur enim vt probatum sit. vnde: *Eloquia domini eloquia casta: argentum igne exa. pro. xxv. pur. sep.* Si ergo quæ scripta sunt corde conceperis, erit aurum tuum, id est sensus, probatum, & argentum tuum, id est sermo tuus, probatum.

Hom.13. in Exod. Moraliter. Roma.10.b. Oblationē. Psal.11.b.

IDEM. Nostis qui diuinis mysteriis interesse consueuistis, quomodo cum susceperitis corpus domini cum cautela & veneratione seruastis, ne ex eo paruum quid decidat. Si enim decidat, reos vos creditis, & rectè creditis, quomodo putatis minoris esse piaculi verbum Dei neglexisse quàm corpus. Initia ergo iubemur offerre, id est primitias. Qui offert quòd primū est, necessario habet ipse quod reliquum est. Vide quantum nos oportet abundare auro, vel argento, & reliquis omnibus, quæ iubentur, vt & domino offeramus, & nobis supersint. Primò enim sensus me deber intelligere Deū, & ipsi offerre primitias intellectus sui, vt reliqua cōsequenter agnoscat: hoc etiam sermo faciat, hæc o-

Vbi supra. Verbū Dei negligere.

CAP. XXXV.



IGitur congregata omni turba filiorum Israël, dixit ad eos: Hæc sunt quæ iussit dominus fieri: Sex diebus facietis opus: Septimus dies erit vobis sanctus, sabbathum & requies domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habituculis vestris per diem sabbathi. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israël: Iste est sermo quem præcepit dominus dicens: Separate apud vos † primitias domino. Omnis vo-†

¶ Seruile.

a ¶ Cupiditatis, vel libidinis, vel iræ. b ¶ Mentibus vel corporibus vel quibuslibet conuenientibus.

a ¶ Lxx. Sumite à vobisipsis, quia hæc omnia scilicet intra nos sunt. b ¶ Cætera scilicet sint vobis. ¶ Hilarem enim datorem diligit Deus. ij. Cor. ix. b.

a b

mnia quæ in nobis sunt faciant.

b *Omnis.* ORIG. Alia litera: Vnusquisq; vestrum, inquit, sicut cordo concepit, offerat initia domino. Quæro quæ sunt initia auri, vel primitiæ argenti: Quomodo autē de byſſo, cocco, & pur- Quæstio. pura videntur cōseruari primitiæ, aut quomodo sicut corde cōceperit, debet qsq; offerre. Sunt q cōcipiūt cordo quæ lecta sunt. Sunt qui omnino nō cōcipiunt intēti operibus seculi, aut suppu tationibus lucri. Mulieres tantùm garriunt, fabulis perstrepunt, nec sinunt esse silentiū: de infantibus suis, aut de lana, aut de necessariis cogitant, discunt circumire domos, non solū verbosè, sed curiosè loquentes quæ non oportet. Quomodo ergo concipiunt? Non concipit corde, nisi qui vacat corde, mente liber,

☞ & totus

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XXXV.

Diuisio. IGitur congrega. *Remoto impedimento quod superuenerat in adoratione vituli, hîc consequuntur describitur executio de constructione tabernaculi: & primò repetitur quod suprà. xxv. ca. dictum est de materia præparatione. Secundò Secundò de artificum electione, ibi: Dixitque dominus. Tertiò agitur de operis executione in principio se. ca. Circa primum præmittitur repetitio de obseruatione sabbathi, ne crederetur quòd infringi posset propter opus tabernaculi, exponatur sicut suprà. xvj. & xx. consequenter reperitur materia præparatio cum dicitur: Et ait Moyses, &c. & patet expositio de his quæ dicta sunt suprà. xxv. cap. & ca. se. paucis verbis excepris, quæ discurremur.*

☞ 1 Taber

MORALITER.

† 1 *Igitur congregata omni turba, &c.* Hic agitur de oblationibus populi pro constructione tabernaculi, & aliorum pertinentium ad ipsum, de qua subditur.

† *Omnis voluntarius, &c.* Non enim placent domino sacrificia coacta, coacta, propter hoc dicitur: Omnis voluntarius & prompti, &c. Per ea quæ fuerunt oblata ad constructionem tabernaculi corporaliter, intelliguntur ea quæ faciunt ad ædificationē ecclesiæ spiritualiter. Per aurū enim intelligitur fulgor sapientiæ, quam offerūt doctores. Per argentum verò puritas conscientiæ, quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ & totus intortus aliter non potest Deo offerre. Iustum est autē
A vt in templo domini inueniatur quisq; habere portionē suam.
Non enim latet dominum, quid quisq; offerat. Quām gloriosum est tibi, si dicatur in templo domini aurum istud quo arca testamenti tegitur, illius est, argentum ex quo bases & columnæ sunt, illius est, vel æs de quo anuli etiam labrum & quædā coluinarum bases factæ sunt, vel lapides humeralis & logij, vel purpura qua ornatur pontifex, & coccus illius est: & cætera quæque per singula. Quām indecorum, quām miserum, si dominus visitans tabernaculum, nihil muneris tui inuenat, & nihil à te oblatū cognoscat. Sic indeuotus, sic infidelis vixisti, vt nihil memoriæ tuæ in templo domini posueris. Sicut enim princeps huius mundi venit ad vnumquenq; quærens si inueniat quippiá de actibus suis in nobis: & si inuenerit nos vendicat sibi. Ita si veniēs dominus inueniat aliquid tuū in tabernaculo suo, sibi te defendit & suū dicit.

Ioan.14.d.

Vbi supra. a *Æs.* ORIG. pro fortitudine poni videtur: puto etiam pro voce accipi posse. Aliud est enim sermo, aliud vox. Sermo enim dicitur loquela ratione subnixa. Vox verò est, si Latinè, si Græcè dicatur: si eleuatius, si depressius. Vnde: Factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. 1. Cor. 5. d. Loqui ergo linguis, & interpretari ex alia in aliam linguam æris oblatio est, necesse est enim habere omnia tabernaculum domini, & nihil deesse in domo Dei. Est igitur æris oblatio vox, quæ alterius sensum in alteram linguam vertat. Sermo verò est qui sensum proprius profert. Omnia ergo offerantur Deo, sensus, sermo, & vox.

1.Cor 13.a.

Vbi supra. b *Hyacinthum.* ORIG. Videamus cætera hyacinthum, purpuram, coccum duplicatum, & byssum retortam. Hæc ergo quatuor elementorum ex quibus mundus constat, & corpus humanum, tenent figuram, id est aëris, ignis, aquæ, terræ. Hyacinthus ad aërem refertur, quod indicat ipse color. Et coccus ad ignem. Purpura ad aquam: quia de aquis accipit succum. Byssus ad terram de qua oritur. Habemus ergo & nos hæc omnia in nobis,
B quia ex his domino primitias iubemur offerre. Ideo dicit: Sumite ex vobis ipsis, & offeretis primitias domino.

Hom 13. in Exod.

c *Coccumq; bis tinctum.* ORIG. Videamus quare coccus duplicatur. Color iste ignis indicat elementum, qui duplicem habet virtutem, vnam qua illuminat, aliam qua incendit. Hæc historiæ ratio est. Mysticè quoq; ignis duplex est. Ignis enim in hoc seculo est & in futuro. Dicit dominus: *Ignem veni mittere in terrā.* Iste ignis illuminat. Dicet in futuro: *Ite in ignem æternum, &c.* Ille ignis incendit. Hic autem quem venit mittere, *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Habet tamen aliquid quod incendat. vnde, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum aperiret nobis scripturas.* Nescio autem si ille ignis in futuro seculo qui incendit, habeat aliquid quod illuminet. Sed quomodo offerro possumus istum ignem duplicatum, videamus. Si doctor es, & struis tabernaculum, id est ecclesiam Dei, & dicitur tibi: *Ecce dedi verba mea in os tuum, ignem.* Si ergo docens & ædificās ecclesiam Dei, increpes tantum, arguas & castiges, & peccata populi exprobres, nihil autem consolationis proferas de diuinis scripturis, nihil obscurum explanes, nihil intelligentiæ secretioris aperias, obtulisti coccum, sed non duplicatum. Ignis enim tuus incendit tantummodo, non illuminat. Item si docens mysteria legis aperias, arcana discutias, peccantem verò nō arguas, negligentem non corripias, seueritatem disciplinæ non teneas, coccum obtulisti, sed non duplicatum. Ignis enim tantùm tuus illuminat, non incendit. Qui ergo rectè offert, & rectè diuidit, coccum offert duplicatum: vt cum scientiæ lumine igniculum seueritatis admiscat.

Hiere.5.d.

I DEM. Si quis dignè intelligat exitum Hebræorum de Ægypto, & transitum maris rubri, & omnem viam quæ agitur per desertum, & singulas mansiones castrorum, vt etiam legem Dei suscipiat scriptam non atramento, sed spiritu Dei viui: & in his
C intelligat augmenta virtutum, & singula in se impleat, potest ad intelligentiam tabernaculi peruenire, de quo dicit apostolus:

Tabernaculum factum est primum in quo erat candelabrum, & propositio panum, quod dicitur sancta: post velamentum autem secundum tabernaculum, quod sancta sanctorum, habens aureum thuribulum, & arcam testamenti, & intra eam duas tabulas & manna, & virgam Aaron quæ fronduerat. Sed quod addit, de quibus non est modò dicendū per singulas quidam ad illud tēpus referūt quo Hebræis scribebat. Aliis videtur quòd pro magnitudine mysteriorum omne tempus præsentis vitæ ad hoc neget esse idoneum. Sed more suo aperit pauca de multis, vt clausum negligentibus sit. Inueniatur autem quærentibus, & aperiatur pulsantibus. Vnde rursum dicit: *Non enim in mansuetā a sancta ingressus est Iesus exemplaria verorū, sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei per velamen,* id est carnem suam. Quòd ergo velamen interioris tabernaculi carnem Christi interpretatus est, sancta autem ipsa cælum vel cælos. Christum verò pontificem quem dicit introisse semel in sancta æterna redemptione inuenta. Ex his paucis si quis intelligere nouit sensum Pauli, magnum nobis intelligentiæ pelagus patefecit. Dauid quoq; ait: *Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.* Et alibi: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, &c.* Num est istud tabernaculum, quod propheta desiderat ex pellibus, & cortinis, & operimētis cilicij, cæteriſq; nostri vsus materiis? Quomodo autē verum est, quòd non habitet in hoc tabernaculo, nisi innocens manibus & mūdo corde, cùm in materiali tabernaculo sæpe habitauerunt sacerdotes pessimi, pestilentiæ filij, & arca testamenti ab Allophilis capta sit & detenta? Oportet ergo innocentē manibus, & mundo corde esse habitatorem tabernaculi, quod fixit Deus & non homo. Dominus quoq; non vnum tabernaculum sed plura, nec temporalia sed æterna memorat dicens: *Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Et apostolus: *Tabernaculū vestrum quod de cælo est superindui cupientes.* Sequere ergo relicta tempora propheticum & apostolicum sensum, & quod magis est Christi verbum, & tota mente ascendas in cælum: ibiq; æterni habitaculi vel tabernaculi magnificentiam quæras cuius figura per Moysen adumbratur in terris. Cui dominus: *Vide,* inquit, *omnia facto secundum figuram qua tibi in monte ostensa est.* Iubetur ergo vniuersus populus quisque pro viribus conferens facere tabernaculum: vt omnes quodammodo vnum sint tabernaculū: collatio verò non fit necessitate, sed sponte. Facies, inquit, mihi sanctificationē, & inde videbor vobis. Vult ergo Deus vt faciamus ei sanctificationē: promittit enim: Quia si feceritis ei sanctificationem, videbitur nobis. vnde Apostolus: *Pacem sequimini & sanctificationem sine qua nemo videbit Deum.* Qui autē sanctificatus fuerit corpore & spiritu, per cordis & corporis puritatem videbit Deū. Faciamus ergo sanctificationē domino, & omnes vnam & singuli vnam. Omnes enim facimus vnam, id est ecclesiam: quæ est sancta non habens maculam aut rugam, sed columnas, scilicet habeat doctores & ministros suos, de qb⁹ dicitur: Petrus, & Iacobus, & Ioannes qui videbātur columnæ esse, dextras mihi dederunt, & Barnabę & Cephas. In tabernaculo colūnæ ferè interiectis iungūtur. In ecclesiis doctores datis sibi dexteris sociantur. Sed columnæ istæ inargētatæ sunt & bases earū. Binæ autem bases columnis singulis deputantur, vna quæ caput dicitur & superponitur, alia quæ verè basis dicitur, & columnæ pro fundamēto subiicitur. Inargentatæ sunt colūnæ † quæ verbū Dei prædicāt, & accipiūt per spiritum sanctū. *Eloquia domini eloquia casta: argentum exa-*

Suprà. 15.a.

Luc. 11.b.

Heb. 9.c.

Heb. 10 d.

Psal. 41.a.

Psal. 14.a.

1.Reg. 4.b.

Luc. 16.c.

2.Cor. 5.a.

Heb. 8.b.

Heb. 12.d.

Ephe. 5.f.

Gal. 2.b.

† quia. Psal. 11.b.

quatum. Hi autē prædicatores, bases habēt ꝓphetas. Super fundamentū enim apostolorū & ꝓphetarū ecclesiā collocāt, quorū testimoniis † vtentes fidē Christi cōfirmāt. Caput verò colūnarū est, de quo dicit Apostolus: *Caput viri Christus.* Per tēporia quæ ansulis insita, & circulis suspēsa atq; innexa funibus ad modū cortinarū xxviij. cubitis in lōgū, & i latū quatuor cubitis distēdūtur, habetur plebs credētiū q̄ hæret & pēdet funib⁹ fidei. Funis em triplex nō rūpitur: quę est fides trinitatis, ex qua pēdet

† intentius. 1.Cor. 11.a.

Ecc. 4.c.

☞ & sustinetur ecclesia. Viginti autem & octo cubitis in longum
A distenditur, & quatuor in latum atrij vnius mensura, in quo lex inserta quatuor euangeliis signatur, septenarius enim legem significatiqui cum quatuor sociatur, quater septrem viginti octo fiunt. Decem sunt hæc atria vt integrum perfectionis numerum teneant, & legis decalogū significent. Iam vero hyacinthi & byssi & purpuræ species multa & diuersa opera explicant. Inde tentoria. Inde velum exterius & interius. Inde tota sacerdotalis & pontificalis vestis auro & gemmis confecta, per quæ species virtutum possumus intelligere, quibus ornatur ecclesia. Fides auro comparatur, sermo prædicationis argento, æs patientiæ, lignis imputribilib⁹ scientia, quæ per lignū venit, vel incorruptio castitatis quæ non veteratcit, hyacintho spes virginitas, cocco cōfessionis gloria, purpura castitatis fulgor, hyacintho spes regni cælorum. Quæ verò sint vel qualia sacerdotum indumēta, propheta pronuntiat dicens: *Sacerdotes tui induantur iustitiā,*
B *&c.* Et Apostolus, *Induite vos viscera misericordiæ,* & nobiliora designat indumenta: *Induite vos dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis.*

† Pelles tarorum.

† Plenitudinem, id est lapides inclusos, & qui impleāt exteriora quæ sunt in superhumerali.

† Colūnas.

† appēditur.

† basim.

* paxillos.

Psal. 111. b. Colos. 3. b. Rom. 13. d.

GREG. In constructione tabernaculi, vt columnæ argenteæ interius stent, paxilli ærei fieri per circumitū exterius iussi sunt, in quibus religatum tabernaculum teneretur. De quibus scriptū est: *Facies paxillos tabernaculi & atrij cum tunicis suis.* Exod. 38. c. Per veteris testamenti qui ab incarnatione Christi per interualla temporum longius constiterunt, foris esse visi sunt. A sanguine verò Abel passio cœpit ecclesiæ: & vna est ecclesia electorum præcedentium & sequentium. Sed quia discipulis dicitur: *Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.* Matt. 13. d. Luc. 10. d. Antiquis patribus quasi foris stetisse, est redemptoris præsentiam corporaliter non vidisse. Exterius igitur sed non diuisi ab ecclesia fuerunt, quia mente & opere prædicationis ecclesiæ cel situdinem tenuerunt, quam nos non præstolando sed habendo conspicimus. Sicut nos enim in præterita passione ita illi per fidem in eadem venturi saluati sunt. Illi ergo foris non extra mysterium, sed extra tempus. Vnde in constructione tabernaculi, vt columnæ argenteæ interius starent, paxilli ærei exterius per circumitum fixi sunt, in quibus religatum teneretur tabernaculū, & in paxillis funes ligati sunt, vt fixum maneret tabernaculum: quia vt apostoli in luce sermonis sui solidi starent, & totum tabernaculum, id est ecclesia fidei integritate consisteret, tanquam paxilli patres veteris testamenti & prophetæ exterius fixi sunt: vt verborum suorum funibus, mentibus nostris fidem alligarent: & hoc Dei † tabernaculum inconcussum maneret. Ante tēpus ergo huius ecclesiæ fuerunt, sed tamen ligant eos qui in ipsa sunt: quia dum cælestia mysteria ventura prędicunt postquā ostensa sunt, credibilia omnibus fuerunt. Vt ergo intus colūnæ immobiles stent, foris paxilli funes continent, quia vt sancti apostoli perfectè mysterium vitæ crederent, illorum prædicatio obtinuit, qui hoc priusquā fieret, & videre & prædicare potuerunt. Columnæ argenteæ paxilli ærei facti sunt, quia quod apostoli clarè prædicant, hoc prophetæ sub mystico intellectu obscurè locuti sunt. Rectè ergo per æs signati sunt, quia clari in
D prædicatione non fuerunt. Apostoli verò quia in mysterio redemptoris lucē prædicationis habuerunt, argenteis colūnis expressi sunt. Et notandum quòd argentum sonat & lucet: æs verò sonat & non lucet, quia prædicatores noui testamenti, apertè locuti sunt, quæ etiam monstrare potuerūt: prędicatores verò veteris, quia per allegoriarū vmbras de cælesti mysterio obscura dixerūt, quasi sine luce sonitū dederūt.

† habitaculum.

ORIG. Post hæc viri acceperunt à mulieribus suis omnes quibus visus est sensus & attulerunt gēmas, & inaures, & anulos, & discriminalia, & dextralia. Hæc quoque illi offerunt dona Deo, qui intellectum corde concipiunt, qui mentē deditam & intentā habent ad verbum Dei. Et offerunt viri à mulieribus suis inaures & gēmas & dextralia. Mulier caro accipitur, vir rationalis sensus. Bonę sunt istę mulieres quæ obediunt viris. Bona est caro quæ iam spiritui nō repugnat, sed obtemperat & consen-
E tit. Ideo si duobus vel tribus in vobis conuenerit ex quacunq; re petieritis, fiet vobis, dicit dominus. Offerunt ergo inaures à mulieribus suis, cùm domino offertur auditus, & dextralia opera scilicet bona, quæ per carnem geruntur, hæc offert domino rationalis sensus. Et discriminalia, qui bene scit discernere quid agendum sit, quid virandū: quid Deo placeat, quidve displiceat, quid iustum sit, quid iniustum. Hæc sunt discriminalia quæ Deo offerunt, quia sunt mulieres sapientes. Venerunt, inquit, mulieres sapientes & fecerunt quæcunq; necessaria fuerant ad indumenta pontificis. Illæ verò mulieres, quæ inaures suas obtulerūt, vt fierent vitulus, insipientes erant, quæ à veritate auditum auerterunt, ad fabulas autem & impietatem peruerterunt, & ideo obtulerunt inaures suas, vt fieret caput vituli. Sed & in Iudicum libro, idolum inuenimus ex mulierum inauribus factum. Istę ergo beatæ mulieres, beata caro, quæ domino offert inaures suas, & dextralia, & anulos & omnia opera manuum suarum, quæ in mandatis domini agit, & apud quem inuenta sunt ligna imputribilia, obtulit domino. Si quis diligit Christū in incorruptione, lignum imputribile offert Deo. Beatus ergo apud quem inuenitur sensus incorruptus, vel corpus incorruptum, & hoc offert Deo. Vnde & benedixit, apud quem inuenta sunt ligna imputribilia: non enim apud omnes inueniuntur. De auro non dixit neq; de argento apud quem inuentū est, potest enim apud omnes inueniri sensus & sermo. Sed nec de quatuor coloribus. Omnium est ex quatuor elementis secundum corpus constare, ligna autē † incorruptibilia, id est incorruptionis & virginitatis gratia apud taros inueniri potest. Vnde: *Non omnes capiunt verbū istud, sed quibus datum est.*

2.Tim. 4.a.

Iudic. 8.f.

† imputribilia.

a *Pilosq; caprarum.* ORIG. Pili caprarū offeruntur. Hoc genus pecudis pro peccato in lege iubetur offerri. Pilus verò species emortua, exāguis, & exanimis. Hāc q offert, ostendit in se iā mortuū sensū peccati: nec in mēbris vltrà viuere & regnare peccatū.

Matt. 19. b. Hom. 13. Leuit. 5. b.

b *Et pelles arie, &c.* ORIG. Pelles quoq; offeruntur arietū, quas ante nos qdā ꝓ furore posuerūt: & qa pellis mortui animalis indiciū est, ostēdit in se furorē mortuū q dño offert pelles arietū.

Ibidem.

☞ a *Quicquid*

MORALITER.

† offerunt innocentes. Per æs sonoritas eloquentię, quam offerunt prædicatores. Per hyacinthum qui coloris est cęlestis, intelligitur meditatio cælestium quam offerunt contemplatiui. Per purpuram recordatio dominicæ passionis, quam offerunt Christo capiti compassiui. Per coccum bis tinctum geminæ charitatis incendium, quod offerunt charitatiui. Per byssum, honestas conuersationis, quam offerunt honestate decorati. Per pilos caprarum, ex quibus fiunt cilicia, asperitas pœnitentiæ quam offerunt

a ¶ Quæ ad terram referūtur, quia de terra oriūtur. ¶ Retortam, scilicet non [illegible] Vnde: Macero corpus meum, & in seruitutem redigo. 1. Cor. 9. g. ¶ Quæ ostendunt in offerente furorem mortuum. [illegible] Mortificationem peccati.

a & byssum, pilosq; caprarum, & b pelles arietum rubricatas &
a b ¶ Vt supra.

† ianthinas, ligna setim, & oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum & thymiama suauissimum,

¶ Vel ornandum. ¶ Vel superhumerale.

lapides onychinos, & gemmas † ad ornatum superhumeralis
¶ Vel rationale. ¶ Sacrificium sine fide sapientiæ non suscipitur. a ¶ Sponte.

& rationalis. Quisquis vestrum est sapiens, veniat & faciat quod dominus imperauit, tabernaculum scilicet & † tectum 1
eius, atque operimentum, anulos & tabulata cum vectibus, 2
† paxillos, & bases, arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud † oppanditur, mensam cum vectibus & vasis, & propositionis panibus, candelabrum ad luminaria sustendanda, vasa illius & lucernas & oleum ad nutrimenta 3
ignium, altare thymiamatis, & vectes, oleum vnctionis, & thymiama ex aromatibus, tentorium ad ostium tabernaculi, altare holocausti, & craticulam eius æneam cum vectibus & vasis suis, labrum & † bases eius, cortinas atrij cum columnis & basibus, tentoriū in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi & * atrij cū funiculis suis, vestimēta quorū vsus est in ministe 4
rio sanctuarij, vestes Aaron pōtificis ac filiorū eius, vt sacerdotio fungantur mihi. Egressaq; oīs multitudo filiorū Israël

† tentoriū.

NICOLAVS DE LYRA.

☞ 1 Tabernaculum, scilicet & tectū. *Tabernaculum hic dicuntur parietes tabernaculi, qui erant de tabulis. Tectum hic dicitur operimentum de cortinis, quod erat immediatè super tabulas.*

2 Atque operimentum. *Scilicet de sagis & pellibus.*

3 Candelabrum ad lu. sustentanda. *Non erant ibi alia luminaria quam lucernæ ardentes.*

4 Vestimenta quorum, &c. *Erant enim quædam panni in quibus inuoluebantur arca testamenti, & propitiatorium quando mouebantur castra, vt habetur Nume. iij. Non enim potest hoc intelligi de vestibus sacerdotum, aliter esset rugatio, quia de ipsis subditur:* Vestes Aaron, &c.

☞ 1 Armillas

Universidad de Deusto Biblioteca

D E hyacintho verò & purpura, vermiculo, ac byssо fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit dominus Moysi. Fecit igitur & superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byssо retorta opere polymitario. †Inciditq; bracteas aureas & † extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorum colorum subtegmine, duasq; oras sibi invicem copulatas in vtroque latere summitatum, & baltheum* ex eisdem coloribus sicut præceperat dominus Moysi. Parauit & duos lapides onychinos astrictos, & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israël. Sex nomina in lapide vno, & sex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Posuitq; eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorũ Israël, sicut præceperat dominus Moysi. Fecit & rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoq; bis tincto, & byssо retorta: quadrangulũ duplex mensuræ palmi*, & posuerunt in eo gemmarũ ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. In secundo carbũculus, sapphirus, & iaspis. In tertio ligirius, achates, & amethistus. In quarto chrysolithus, onychinus, & beryllus: circundati & inclusi auro per ordines suos. Ipsiq; lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuũ Israël, singuli per nomina singulorũ. Fecerunt in rationabili & catenulas sibi inuicem cohærentes de auro purissimo, & duos vncinos, totidemq; anulos aureos. Porrò anulos posuerunt in vtroque latere rationalis, è quibus penderent † duæ catenę aureæ, quas inseruerunt vncinis, qui in superhumeralis angulis eminebãt*. † Hæc & ante & retrò ita conueniebant sibi: vt superhumerale & rationale mutuò necterentur, stricta ad baltheum, & anulis fortius copulata, quos iũgebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à seinuicem mouerentur, sicut præceperat dominus Moysi. Fecerũt quoque tunicam superhumeralis* totam hyacinthinam, & capitium in superiori parte contra medium*: oramquę per gyrũ capitij textilem: deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byssо retorta, & tintinabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter mala granata in extrema parte tunicæ per gyrum: tintinabulum* aureum, & malum punicum. Quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut præceperat dominus Moysi. Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron, & filiis eius, & mitras, cum coronulis suis ex byssо, fœminalia quoque linea byssina: cingulum verò de byssо retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo distinctum arte pluraria, sicut præceperat dominus Moysi. Fecerunt & laminam † sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntque in eaopere gemmario sanctum domini, & strinxerunt eam cum mitra & vitta hyacinthina, sicut præceperat domin⁹ Moysi. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi, & tecti testimonij. Fecerunt-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 B C D E F

in eo sibi ministrari legem constituit, vt ne dæmonum cultui operam daret, ita iter facientibus, & desertum pertranseuntibus, tabernaculum ędificare præcepit, vt ibi precationes ac rẽ diuinam facerent.

☞ CAP.

-opere polymitario

†absscidit fila.

* cinguli ei⁹ quod erat super illud.

† duo funiculi aurei quos.

† fecerũt & duos anulos aureos quos posuerũt in duob⁹ angulis pectoralis (superhumeralis infernè contra faciẽ⁹ (i. vnum è regione alterius) vbi copulatur superhũerale ad baltheũ. Et cõiunxerunt pectorale ex anulis suis ad anulos superhumeralis.

NICOLAVS DE LYRA CAP. XXXIX.

Ibidem.

1 DE hyacintho. *Hic ponitur executio operis quantum ad vestes sacerdotum. Et primò de superhumerali.*

2 Inciditq; bracteas. *id est laminas tenues, vt ex illis possent fieri fila. Secundò de rationali, ibi: Fecit & rationale. Tertiò de tunica hyacinthina, ibi: Fecerũ quoque tunicam. Quartò de vestibus byssinis, ibi: Fecerum & tunicas & mitras cum coronulis &c. Erant enim circuli in mitris illis in parte exteriori, qui vocantur hic coronulæ. Quintò de lamina sacra, ibi: Fecerum & laminam sacræ vnctionis. Cætera patent ex dictis suprà. xxxvij. ca.*

✠ CAP.

MORALITER.

† † *Fecit & rationale &c.* Per rationale iudicij in quo ostendebatur quid agi deberet aut dimitti, potest intelligi bon⁹ princeps aut prælatus secularis vel religiosus, per cuius iudicium debent agi vel dimitti opera subditorum. In hoc autem rationali fuerunt quatuor ordines lapidum pretiosorum, & in quolibet ordine tres lapides pretiosi. Igitur per quatuor ordines intelliguntur quatuor virtutes cardinales cum adiunctis sibi virtutibus, quæ debent esse in iudicibus bonis secularibus aut religiosis. Primus ordo pertinet ad prudentiam, quę est auriga virtutum & secundum Tullium ipsius prudentiæ sunt tres partes, scilicet memoria respectu præcedentium, intelligentia respectu præsentium, & prouidentia respectu futurorum. Secundus ordo pertinet ad iustitiam, cuius secundum Philosophum v. Ethicorũ sunt tres partes, scilicet iustitia distributiua pœnarum & honorum secundum demerita & merita hominum, & commutatiua quę est propriè mercatorum, & epikeia, quæ est propriè iudicum dirigens eos in casu particulari ad legislatoris intellectum. Tertius ordo pertinet ad fortitudinem, quæ respicit pericula bellorum pro republica sustentanda: & ad eam requiritur animositas in aggressu, constantia in progressu, & sequitur victoria in egressu. Quartus ordo pertinet ad temperantiam, cuius sunt tres partes, scilicet temperãtia particularis, quæ est repressiua venereorum extra legem matrimonij in coniugatis & simpliciter in alijs, & abstinentia quæ est repressiua ciborum, & sobrietas potuum, secundum tamen modum & regulam rectæ rationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filij Israël cuncta quæ præceperat dominus Moysi,& †obtulerunt tabernaculum & tectũ & vniuersam supellectilem,anulos, tabulas, vectes,columnas,acbases,opertorium de pellibus arietum rubricatis,& aliud operimentum cum de†ianthinis pellibus,velum,arcam, vectes,propitiatorium,mensam cum vasis suis, & propositionis panibus, candelabrum, lucernas, & vtensilia earum cum oleo, altare aureũ,&† vnguentũ,& thymiama ex aroma tib⁹,&tẽtoriũ in introitu tabernaculi,altare æneum, retiaculum, vectes, & vasa eius omnia,labrum cum basi sua,tentoria,& columnas cum basibus suis, tentoriũ in introitu atrij,funiculósque illius & paxillos.Nihil ex vasis defuit, quæ in ministerium tabernaculi & in tectum fœderis iussa sunt fieri. Vestes quoque quibus sacerdotes vtuntur in sanctuario Aaron scilicet & filij eius, † obtulerunt filij Israël, sicut præceperat dominus. Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa,benedixit eis.

† tulerunt ad Moysen.

† fecerunt

† oleum vnctionis.

CAP. XL.

CAP. XL.

a Locutusq; est dominus ad Moysen dicens:Mense primo,Die prima mensis,eriges †tabernaculũ testimonij, & pones in eo arcam†dimittesque ante illam velum,& illata mensa pones super eã, quæ ritè præcepta sunt.Candelabrum stabit cum lucernis suis, & altare aureum, in quo adoletur incensum coram arca testimonij. Tentorium in introitu tabernaculi testimonij pones,& ante illud altare holocausti.Labrum inter altare & tabernaculum,quod implebis aqua.† Circundabísque atrium tentorijs & ingressum eius.Et assumpto vn-

a ¶ Gratia spirituali. b ¶ Ecclesiam. c ¶ Sanctorum,scilicet singulis personis,quæ sunt vasa in honorem vnde Paulus vas electionis dicitur.Act.ix.c.

b ctionis oleo, vnges tabernaculum †cum vasis suis:vt sanctificentur altare holocausti & omnia vasa eius,labrum cum basi sua.†Omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint sanctasan-

a ¶ Præpositos. b ¶ Subditos. ¶ Apostolos. a¶Ecclesiæ vel regni cælestis.

c ctorum.Aplicabísque Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi,& vnctio eorum in sacerdotium † proficiat sempiternum.Fecítque Moyses omnia quę præceperat dominus. Igitur mense primo anni secundi,in prima die mensis collocatum est tabernaculũ. Erexítque illud Moyses,& posuit tabulas,ac bases,& vectes,statuítque columnas,& expandit tectum super tabernaculum,impósito desuper operimento,sicut dominus imperauerat. Posuit & testimonium in arca, subditis infrà vectibus,& oraculum desuper.Cúmque intulisset arcam in tabernaculum testimonij, appẽdit ante eam velum,& expulit arcã testimonij extra,sicut præceperat dominus.

a Compunctionis. b ¶ Ne nudi ambulent & appareat turpitudo eorum. c ¶ Virtutis operibus.

a ¶ Digni facti.

† habitationem tabernaculi.

† De cõsec. dist.1.in pri

Psal.64.b. Annus benignitatis. † eris eis in generationes eorum.

a ¶ Apalli.f.quo pascha Iudæi celebrant. ¶ Secundi anni. b ¶ In principio gratiæ.

† suspenẽs que

† ponesque atriũ in circuitu & tentorium ad portamatrij. Mystice.

† & omnia quę eo fũt, & sanctificabis illud & omnia vasa eius, & erit sanctum,vas & altare holocausti & omnia vasa eius:sic sanctificabis altare:& erit altare sanctũ sanctificatio sanctificationũ i.omnia in suo distillum virtutes erũt & benedictiones eius, & sanctificabis illud.

a ¶ vel omnia.

b cto in introitu ei⁹ tẽtorio.†Postq̃ cũcta perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij:& gloria dñi impleuit illud:

¶ Populus Iudaicus. a ¶ Secreta scripturarum. b ¶ Profunditate scripturæ.

c Nec poterat Moyses ingredi tẽctum fœderis,nube operiente

† actione

2 Cor. 10.

*& texit arcam testimonij.

Ioh.1.d. Ioh.10.c.

a mini.Posuit & altare aureũ sub tecto testimonij cõtra velũ,& adoleuit super eo incensum aromatum , sicut iusserat dominus Moysi. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij, & altare holocausti in vestibulo testimonij offerens in eo holocaustum & sacrificia, vt dominus imperauerat.† Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij, & altare,implens illud aqua. Laueruntque in eo Moyses & Aarõ, ac filij eius manus suas,ac pedes, cùm ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, sicut præceperat dominus Moysi.Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, du-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

† Num 9.b. 3.Reg.8.b.

† regimen.

† qua. Anima malos habet appellationes.

Epist.86.

Nouum testamentum habet suum altare.

Posuit & altare aureum sub tecto testimonij:*id est tabernaculi,quia vocabatur tabernaculum testimonij.*

Contra velum. *Dividens sanctum & sanctum sanctorum. Et per hoc quod dicit:Contra velum , & non intra , patet quod supra dictum est.xxx.c.scilicet quòd altare incensi quod est idem quod altare aureũ, non erat intra sanctum sanctorum,sed extra,inter mensam propositionis & candelabrum.*

Et adoleuit super eo incensum.*scilicet ipse Moyses,quia faciebat officium sacerdotale quousque Aaron & filij eius essent consecrati, secundum illos qui dicunt,quod consecratio sacerdotum non erat completa dse erectionis tabernaculi secundum alios , qui dicunt quod illa dies fuit octaua consecrationis suæ,non solum Moyses obtulit illo die,sed etiam Aaron & filij eius,vt habetur Leuitici.ix. De his opinionibus dicitur,Numeri vij.Consequenter agitur de erectione eorum quæ erant extra tabernaculum in atrio,cum dicitur:*

Et altare holocausti in vestibulo *id est in atrio.*

Offerens. *scilicet Moyses & etiam Aaron & filij eius secundum aliquos,ratione dicta.*

Labrum quoque statuit inter &c.*scilicet holocausti : non tamen directe inter vtrunque,sed aliquantulũ à latere:id est lauerunt quę in eo Moyses & Aaron,scilicet quando fuerunt consecrati,& poterant accedere ad tabernaculum testimonij.*

Erexit &c.*id est columnas & cortinas claudentes atrium per gyrũ tabernaculi:non tamen æquale erat spatium atrij in circuitu tabernaculi:quia ante ostium tabernaculi , quod erat in parte orientali spatium atrij habebat quinquaginta cubitos in quadrum : in alijs autem tribus partibus habebat viginti cubitos latitudinis excepta grossitudine parietum tabernaculi.*

Postquam cuncta perfecta sunt operuit &c.*in signum diuinæ acceptationis & præsentiæ suæ.*

Et gloria,&c.*id est nubes gloriosa quæ erat signum præsentiæ eius,non solum supra tabernaculum,sed etiam intra.*

Nec poterat Moyses ingredi.*scilicet propter reuerentiam præsentiæ domini:& habetur simile in.Reg.viij.b.vbi dicitur quod non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam,non quia obscuraret eorum aspectum,sed quia erat diuinæ præsentis signum.Vnde ibi subditur:Impleuerat enim gloria domini domum domini, & ideo non poterant ibi stare,propter Dei reuerentiam,sicut & Moysi volenti appropinquare ad rubum dictum est:*Ne appropies,*inquit,huc.Cum autem nubes recessit de medio tabernaculi stans supra tabernaculum,signum fuit quod Moyses tunc poterat ingredi ad ministrandum : sed quando nubes tabernaculum deserebat,sta quòd non stabat supra tabernaculum immediatè erat signum motionis castrorum,& sequebantur nubem,& vbi quiescebat nubes,ibi ponebant castra.*

dominus & vtrunque populum in vna fide dilectionis sociauit, & eorum doctores,vt in fide &†amore & prædicatione perseuerent,confortat.Nec mirum si & per capita ipsa,& per vectem capita ipsa continentem Christus accipitur: quia cuiusque electi regendo caput est.Vnde:*caput vero Christus est.*Et quia nõ solũ singulos ad quæreda cælestia erigit,sed etiam omnes continet, & ne à recto statu desleCti,nec ab inuicẽ discordando possint separari, vinculo pacis confirmat.Cui simile est quòd dominus dicitur & agnus & pastor & ostium , cùm pastor agnum pascat, & ambo intrent per ostium : cùm propriè sit verbũ in principio : horum verò nullũ sit propriè,sed figuraliter. Pastor , quia ducit ad pascua vitæ.Ostium quia nõ nisi per illum peruenitur ad patrem. Agnus , quia ab Ægypto saluat. Sic & hic per capita figuratur propter † regnũ,quo singulis præest,& per vectem, ob generalẽ prouidentiam:† quia omnes confirmat.

Bed a.Sic anima pro diuersis actionibus diuersa nomina sortitur.Dum viuificat corpus anima nominatur:dum vult,animus est:dum scit,mens est:dum recolit,memoria est:dum iudicat, ratio est:dum spirat,spiritus est:dum sentit,sensus est.

a *Posuit & altare.*✲Augustinvs.Dicit(Vrbicus)cessisse poculosanguinem,non cogitans etiam nunc se accipere in poculo sanguinem.Quanto ergo melius & congruentius vetera transisse, & noua in Christo facta esse sic diceret, vt cederet altare altari,gladius gladio,ignis igni,panis pani,pecus pecori,sanguis sanguini?

b *Postquam cuncta &c.*✲Procopivs.Vero in hoc mundo commõstrato tabernaculo scilicet ecclesia ex gentibus conflata, incredibile est dictu, quàm diuinæ claritatis lux hanc lustrauerit & circunfulserit.Instar nubis rore cœlesti miris modis rigatur & pinguescit.At Moses inquit,non potuit introire in tabernaculum,licut nec Iudæi potuerunt se insinuare ecclesiæ Christi.Non enim tulerunt diuinæ lucis clarissimos radios,nec intelexerũt Christi mysterium:at nos qui verè sumus Israelitæ,tecti nube vna cum illo properabimus ad supernam mansionem.

c *Nec poterat Moyses &c.* Strabvs. Moyses ergo in hoc loco sicut in alijs pluribus figuram tenet Iudaici populi. Moyses ergo nube obstante in tabernaculum non poterat intrare: quia Iudaicus populus nunquam sacramenta scripturæ valuit penetrare. Nubes enim domini per diem incubabat tabernaculo , & ignis in nocte. Hoc loco ignis diuinorum mysteriorum scientiam significat. Scriptura enim sancta sanctis, & ignorantiam suam parentibus lumen est. Iniquis verò & scientiam tactantibus nubes , quia excæcat eos.

Scriptura sancta.

Augvstinvs. Notanda est res mirabilis multum, quòd nube descendente & implente tabernaculum(quæ tamen gloria domini dicitur) non poterat Moyses intrare in tabernaculum, qui in monte Sina quando legem primitus accepit, intrauit in nubẽ , vbi erat Deus.Aliam ergo personam tũc figurabat, aliam nunc. Et tunc eorum qui principes fiunt intimæ veritatis Dei. Nunc autem Iudæorũ, quibus gloria domini qui in tabernaculo est (quod est gratia Christi) tanquam nubes opponitur non eam intelligentibus: & ideo nõ intrant in tabernaculũ testimonij.Et hoc credendum est semel factum,mox vt constitutum est tabernaculum significationis huius causa vel alicuius alterius.Neque enim semper sic erat nubes super tabernaculum vt Moyses intrare nõ posset:quandoquidem non remouebatur nubes nisi cùm eis dabatur hoc signum disiungendi,id est castra mouendi ex eo loco vbi erant , & accedendi quò nubes ducebat per diem , flamma per noctem.Quæ duo vicissim etiam super tabernaculum manebant vbi castra posuissent : nubes per diem , flamma per noctem.

*coram domino

Quæst. 173. Non potuit Moyses ingredi nubẽ.

† suprà.50.c.

In tabernaculo autem domini erant tabulæ , quarum anulis erant infixi vectes de lignis Sethim,quibus possent leuari & portari de mansione ad mansionem , quæ omnia mysterijs plena sunt. Per tabernaculum intelligimus ecclesiam præsentem , in qua sunt tabulæ,scilicet sancti humilitate pleni,quibus quinque vectes sunt affixi id est spiritualis notitia v. librorum Moysi per quam se & alios sustollant ad clari tatem æternæ beatitudinis. Per vectes ergo vt diximus v.libros Moysi intelligimus,qui sunt Genesis,Exodus,Leuiticus,liber Numerorũ,& Deuteronomiũ; in quib⁹ cõtinetur principiũ mũdi & mediũ & cõsumatio.In Genesi describit creatio mũdi:& in Exodo recreatio:in Leui. sacramento-

pẽtateuchũ.

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XL.

1 Locutusque est dominus ad &c. *Postquam descripta est tabernaculi constructio,hic consequenter describitur eius electio,vbi præmittitur præceptum domini, cum dicitur:*

2 Mense primo *,scilicet secũdi anni ab exitu de Ægypto.Secundò ponitur executio Moysi,cum dicitur:Fecitque Moyses omnia quæ præceperat dominus.Et primò quantum ad ipsum tabernaculum &c.cum dicit:Collocatum est tabernaculum:Secundò quantum ad ea quæ erant intra sanctum sanctorum ibi:*

3 Posuit & testimonium in arca.*id est tabulas quæ erant in testimonium fœderis inter Deum & populum.*

4 Et oraculum desuper.*id est propitiatorium. Tertiò quantum ad ea quæ erant extra sanctum sanctorum in tabernaculo,cum dicitur:Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagã septentrionalẽ &c.*

✲ 1 Posuit

MORALITER.

† 2 *Mense primo , Die &c.* Et hoc secundum suas partes descriptas superius & expositas , tamen per hoc tabernaculum domini conuenienter potest anima fidelis intelligi: nam in ea dominus per gratiam inhabitat. Apoc.xxj.a.*Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.*&c.Hoc autem tabernaculum sursum erigitur per spem bonorum cælestium, ex meritis & gratia prouenientem:& figitur seu stabilitur per firmam fidem eorum, quæ tenet & docet sancta mater ecclesia , & dilatatur per Dei , & proximi charitatem: & ista fiunt primo mense prima die mensis , id est in initio vitæ præsentis : & hoc quantum ad pueros baptizatos:secundum habitus dictarum virtutum qui dãtur diuinitus in baptismo,sed actus earum tunc apparent quando incipiunt habere vsum rationis,vt sic cum gratia operetur liberum arbitrium ad consecutionem veræ beatitudinis. Quam nobis concedat Iesus Christus,qui cum patre &c.

MORAL.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Posuit & altare aureum sub tecto testimonij:*id est tabernaculi,quia vocabatur tabernaculum testimonij.*

2 Contra velum. *Dividens sanctum & sanctum sanctorum. Et per hoc quod dicit:Contra velum , & non intra , patet quod supra dictum est.xxx.c.scilicet quòd altare incensi quod est idem quod altare aureũ, non erat intra sanctum sanctorum,sed extra,inter mensam propositionis & candelabrum.*

3 Et adoleuit super eo incensum.*scilicet ipse Moyses,quia faciebat officium sacerdotale quousque Aaron & filij eius essent consecrati, secundum illos qui dicunt,quod consecratio sacerdotum non erat completa dse erectionis tabernaculi secundum alios , qui dicunt quod illa dies fuit octaua consecrationis suæ,non solum Moyses obtulit illo die,sed etiam Aaron & filij eius,vt habetur Leuitici.ix. De his opinionibus dicitur,Numeri vij.Consequenter agitur de erectione eorum quæ erant extra tabernaculum in atrio,cum dicitur:*

4 Et altare holocausti in vestibulo *id est in atrio.*

5 Offerens. *scilicet Moyses & etiam Aaron & filij eius secundum aliquos,ratione dicta.*

6 Labrum quoque statuit inter &c.*scilicet holocausti : non tamen directe inter vtrunque,sed aliquantulũ à latere:id est lauerunt quę in eo Moyses & Aaron,scilicet quando fuerunt consecrati,& poterant accedere ad tabernaculum testimonij.*

7 Erexit &c.*id est columnas & cortinas claudentes atrium per gyrũ tabernaculi:non tamen æquale erat spatium atrij in circuitu tabernaculi:quia ante ostium tabernaculi , quod erat in parte orientali spatium atrij habebat quinquaginta cubitos in quadrum : in alijs autem tribus partibus habebat viginti cubitos latitudinis excepta grossitudine parietum tabernaculi.*

8 Postquam cuncta perfecta sunt operuit &c.*in signum diuinæ acceptationis & præsentiæ suæ.*

9 Et gloria,&c.*id est nubes gloriosa quæ erat signum præsentiæ eius,non solum supra tabernaculum,sed etiam intra.*

10 Nec poterat Moyses ingredi.*scilicet propter reuerentiam præsentiæ domini:& habetur simile in.Reg.viij.b.vbi dicitur quod non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam,non quia obscuraret eorum aspectum,sed quia erat diuinæ præsentis signum.Vnde ibi subditur:Impleuerat enim gloria domini domum domini, & ideo non poterant ibi stare,propter Dei reuerentiam,sicut & Moysi volenti appropinquare ad rubum dictum est:*Ne appropies,*inquit,huc.Cum autem nubes recessit de medio tabernaculi stans supra tabernaculum,signum fuit quod Moyses tunc poterat ingredi ad ministrandum : sed quando nubes tabernaculum deserebat,sta quòd non stabat supra tabernaculum immediatè erat signum motionis castrorum,& sequebantur nubem,& vbi quiescebat nubes,ibi ponebant castra.*

Universidad de Navarra
Biblioteca

mentorum ecclesiæ administratio: in libro Numerorum euangelica prædicatio: in Deuteronomio vltima benedictio. Vnde & in benedictionibus terminatur. Est itaque in Genesi ordo creationis: in Exodo mysterium recreationis: in Leutico sanctitas ecclesiasticæ administrationis: in libro Numerorum consolatio euangelicæ prædicationis:

† replente tabernaculū.

in Deute. consummatio æternæ benedictionis. Inter hos autem V. libros Moysi excellit Exodus, quē nunc ad manus habemus. In eo enim & q̄ filijs Israël in figura contingebant, & mysteria plene continētur Christi & ecclesiæ. Hic tamen primum de exitu actuali carnalium filiorum Israël, de historiali Ægypto agitur, in quo significatur spiritualis exitus spiritualium Israëlitarum de vera Ægypto, scilicet de tenebris vitiorum. Agitur etiam de transitu maris rubri, & submersione Pharaonis & exercitu eius, & de liberatione populi Dei. In quo figuratur baptismus sanguine Christi consecratus, in quo diaboli vitia submerguntur, & animæ fidelium liberantur. Agitur etiam de pugna Israëlitarum cum Amalech, in quo victoria Christi & suorum, & confusio diaboli figuratur. Tandem catalogo mansionum descripto agitur de lege data in monte Sina, in quo nobis innuitur, vt à terrenis subleuati discamus subijci cælestibus disciplinis. Agitur iterum de constructione tabernaculi & vasorum eius, & de vestibus sacerdotum, & vnctione, in quo intelligitur præsens ecclesia, & diuersæ personę fideliū diuersis officijs deputatæ, sicut vasa diuersis vsibus deputata erant, vel officijs & sacramentorum & orationum sacratarū suauissima odoramenta. De his hactenus nunc dicendum est, quòd secundum ordinem historiæ, & secundum allegoriam, congrue in Pentateucho: secundus est liber iste, postquam enim in Genesi egit de creatione cæli & terræ, & de introitu filiorum Israël in Ægyptum, congruit vt consequenter de exitu eorum agat. Ecce quod iuxta ordinem historiæ cōgruit: iuxta allegoriam

Allegoricè

quoque non incongrue factum est. Nam postquam dixit de carnali generatione, qua per peccatum primi hominis nascimur filij diaboli, congruit vt statim subdat de regeneratione spirituali, qua per iustificationem secundi hominis id est, Christi renascimur filij Dei. Liber autē iste vocatur ἐξοδος Græcè, ואלה שמות Exodus vocelle semoth Hebraicè: Exitus vel egressus Latinè. Ideo quia de exitu filiorum Israel de Ægypto agit. Sed quæri potest cur liber iste dicatur Exodus, quia de exitu illorum agit cum in principio non de exitu, sed de ingressu illorū agatur. Ad qd dici potest, quia quanquis specialiter de exitu illorū agere intendat: tamen quia multum temp⁹ prosluxit inter exitum de quo hic agit, & ingressum in quo primus liber terminatur vel terminauerat, vt competentius iungat narrationem suam breuiter, prius repetit de introitu, & ita melius descēdit ad exitum. Sic & nos in nostris sermonibus facta longa interpositione, dicturi alia repetimus superiora, vt melius dicta continuemus. His consideratis, videnda est materia, quæ est corporalis exitus filiorum Israël de Ægypto, & spiritualis exitus sanctus sanctorum de mundo. Intētione admonet nos spiritualiter exire de conformitate mundi, sicut illi qui corporaliter exierunt de Ægypto, vt sicut fuimus conformes seculo, ita simus conformes Deo. Modus talis est, breuiter tangens de introitu filiorum Israël in Ægyptum, agit de eorum multiplicatione, deinde de nouo rege, qui ignorauit Ioseph, & cœpit affligere populum: deinde de plagis Ægypti: tandem de exitu illorum & de transitu maris rubri & submersione Ægyptiorum. Tandem peruenit ad montem Sina, in quo lex data est, & agit de tabernaculo, & vasis eius, & de vestibus sacerdotum & vnctione, & sic terminatur.

Exodus

† non proficiscebantur vsque ad diē recederet.

Quare libri distincti.

Nota quòd cùm eadem sit & indiuisa historia, quam proposuit sibi Moyses describendam: tamen per capitula & partes siue per libros eam distingunt, vt lectoribus fastidium auferatur, sicut viator viam, quæ est indiuisa diuidit per dietas, vt labor minuatur, & absit fastidium.

☞ CAP.

† quandiu proficiscebantur.

omnia, & maiestate domini † coruscante, quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israël per turmas suas: si pendebat desuper † manebant in eodem loco. Nubes quippe domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israël † per cunctas mansiones suas.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nubes quippe incubabat per diem. *ad refrigerium æstus solis.*

2 Et ignis in nocte. *ad præstandum beneficium lucis. Vt autem prædicta melius intelligantur, expressi in figura situm tabernaculi, & atrij, & eorum quæ erant intra ipsa: prout in plano figurari possunt sed oportet multa supplere per imaginationem circuli parui in circuitu huius spatij positi significant columnas atrij, linea verò precedentes à circulo in circumitu significant cortinas ad columnas pendentes & atrium claudentes. Totum spatium autem intra contentum debet intelligi centum cubitorum longitudinis & quinquaginta latitudinis, & medietas huius spatij ab oriente vsque ad tabernaculum intelligenda est quadrata æqualatera, scilicet quinquaginta cubitorum longitudinis ab oriente in occidentem: & quinquaginta latitudinis, scilicet ab aquilone versus meridiem: & in hoc spatio ante tabernaculum debet situari altare holocaustorum. In alia verò medietate totius spatij debet situari tabernaculū, habens xxx. cubitos longitudinis, & x. latitudinis: à posteriori parte tabernaculi vsque ad cortinas atrij versus occidentem spatiū xx. cubitorum latitudinis: & à latere tabernaculi aquilonaris vsque ad cortinas spatiū viginti cubitorum, & similiter à latere eius meridionali vsq; ad cortinas spatium viginti cubitorum, & sic patet quòd medietas secunda intra cortinas contenti totius spatij quinquaginta cubitos habet longitudinis, & quinquaginta latitudinis: & defectum pictoris in hoc intellectus suppleat inspectoris. In orientali verò parte tabernaculi situandum est candelabrum, mensa propositionis, & altare incensi. In occidentali verò parte eius situanda est arca, duo Cherubin, & propitiatorium in locis infrà descriptis.*

✠ CAP.

GLOSÆ ORDINARIÆ IN LEVITICVM

PRÆFATIO.

In præfatione in Leuiticum

Quare Leuiticus.

ISichivs. Liber iste Leuiticus dicitur quia scilicet in hoc nomine totius libri argumentum manifestatur. Tribus Leui tabernaculi ministerium sortita est, in quo sacrificia, & primitias, & primogenitorum oblationes offerri præceptum est, quia omnia sicut cætera ad Leuitas pertinent. A quibus liber iste congruè sortitus est nomen, quibus hæc omnia digerit per ordinem.

Numer. 18.

Latinè offertorius vel sacrificatiuus dicitur: quia de sacrificijs & ceremonijs agit. Hic bene post Exodum ponitur: In eo enim tabernaculum ordinatur, in hoc ea continentur quæ dominus Moysi de tabernaculo loquebatur, & tabernaculi ceremoniæ.

Quare libri legis diuisi.

Si quis autem quærat quare libri legis diuisi sunt, cum historia tempore indiuisa sit. Respondendum est: vt fastidium, scilicet lectori auferret librorum diuisio: sicut & vię spatia diuidit viator, tanquam diuisus minuatur labor.

Rabanvs ab Isichi. Hieroſolymorum episcopo (qui Leuiticum satis plenè exposuit) multa collegit, & ab aliis quoque patribus, qui eius aliquas sententias exposuerunt, quędā operi suo apposuit, & ex confuso sententiarum ordine quędam expositionis ordinem multorum doctorum sententias alternando composuit.

Isichivs. Præ omnibus necesse est interpretationem legis ad anagogen trahi, & spiritualem intelligentiā in litera perscrutari. Hoc enim non contradicit legi, sed eam defendit. Spiritualē quippe intellectum diligenter esse inquirendum etiā ipse Christus ostendit, qui in parabolis suis agrum, mūdum: agricolam, seminantem semen bonū, iustos: zizania, malignos: messores quoque angelos: & inimicum superseminantem, diabolum appellauit. Quis ergo vetat, bouem cum qui operatur iustitiam, appellare, sicut cuem, simplicem, & innocentem, columbā: & turturem sublimius agentes: & contemplationi vacantes: Nunquid non Ezechiel, Hierusalem, leænam dixit: & catulum eius, Eliachim, qui ductus est in Ægyptum, & alium catulum Ioachim in Babylonem ductum: Non solum quæ in parabolis dicta sunt, sed & quæ secundum historiam sunt, ad sublimiorem ducendæ esse intellectū Paulus ostendit, dicens: *Scriptum est, quoniam Abraam habuit duos filios* &c. post quæ addidit, *quæ sunt secundum allegoriam dicta: Hæc enim sunt duo. t. &c.* Fortassis autem noxia erit litera spoliata spirituali intelligentia, & varijs reprehensionibus obnoxia. Vnde per Ezechielem, & bonam legem & non bonam dominus appellat, dicens: *Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciat homo & viuat in eis.* Et alibi: *Dedi eis mandata non bona, & iudicia in quibus non viuāt.* Patet ergo bona esse & nō bona, & in quibus viuant & in quibus nō viuant. Qui enim custodit sanctū spiritū, viuit in eis. Qui autem secundum carnem, moritur: quia vitam non cognoscit in eis. Deinde legislator non semper, sed certo tempore voluit custodiri legis superficiem: vt reprimeret durā Iudæorum cervicem: vnde, *Scio quòd populus iste dura cervicis sit:* Osee autem vocat Iudæos, vitulam consternentem, quæ scilicet nullo modo domatur. Et alibi: *Ephraim vitula docta diligere triturā, transiui super pulchritudinem colli eius:* in quo obedientia significatur. Iugum enim legis imposuit, vt humiliati libenter suscipiant leue & suaue iugum euangelij.

Matt. 11. d.

Homil. 1. in Leuit.

Psal. 118. c.

Orig. Si secundum quosdam etiam nostrorum simplicem intellectum sequamur, & absque vlla (vt ipsi nos videre solent) strophā verbi & allegoriæ nubilo, vocem Legislatoris excipiamus; ego ecclesiasticus sub fide Christi viuens, & in medio ecclesiæ positus, ad sacrificandum vitulos vel agnos, & ad offerēdam similam cum thure & oleo, diuini præcepti autoritate compellor: ipse ergo dominus, ipse spiritus sanctus deprecandus est, vt omnem nebulam peccati, quæ visum cordis nostri obscurat, auferre dignetur, vt spiritualem intelligentiam intueamur, secundum illud: *Reuela oculos meos & consi.* &c.

2. Cor. 15. d.

Psal. 118.

Libr. 2. contra Marcionem.

✠ Tertvllianvs. Sacrificiorum quoq; onera, & operationum & oblationum negotiosas scrupulositates nemo reprehēdat, quasi Deus talia sibi propriè desideraverit, qui tam manifeste exclamat, *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum?* Et, *quis exquisiuit ista de manibus vestris?* sed illam Dei industriam sentiat, qua populum pronum in idololatriam & transgressionē eiusmodi officiis religioni suæ voluit astringere, quibus superstitio seculi agebatur, vt ab ea auocaret illos, sibi iubens fieri quæ desideranti ne simulacris faciendis delinqueret.

Isa. 1.

Quæst. primas in Leuiticum.

✠ Theodoretvs. Qua de causa Deus offerri sibi sacrificia præcipit? Deus sacrificiis prorsus nō indiget. Cęterum quia populus qui longa per tempora vitam in Ægypto transegerat, dæmonibus sacrificare didicerat, permisit Deus sacrificia, vt illum à ne

lum à nefando dæmonum cultu vindicaret, quo quidam magnopere delectabātur, quemadmodum testificantur ea quę circa vitulum acciderunt. Hoc autem ipsum & per Ezechielem patefecit. *Videte sanguinem tuo perfusam, vitam producere.* Dicit itaque, vbi animaduerti te summam capere voluptatem de sanguine sacrificiorum, permisi hoc te frui desiderio: præterea hoc præcepto aliud quoque salutare medicamentum comparauit illis. Nam ea sibi sacrificari iussit, quæ pro Deo coluntur ab Ægyptiis, nempe de numero quadrupedum vitulum, capram, & ouem volatilibus autem turturem & pullos columbarum.

✠ Procopivs. Quidam præsentem librum contempsere, quod nimium videatur occupatus relatione sacrificiorum, nihil que dignum rerum vniuersi opifice contineat, quo temerario ausu non animaduertunt, se ipsum contumelia afficere mundi opificem, dum non omittunt eum spernere, vt qui inutiles posuerit leges. Stultissimi homines nequeunt perspicere sapientiam, quę sub his suolucris occultatur. Nā de victimis & sacrificiis ita disserit, vt confiteatur ea esse exemplaria & vmbram rerum cœlestium. Victimæ de quibus agit præsens liber, huc respiciunt, vt puritas & mundities humanis concilietur mentibus, dum ignis Dei consumit quicquid belluinum & rationis expers in perfectis reperitur, dumque affectus ferinos ponitus exurit, cuius rei typum gerunt holocausta. Illud existimatur in diuino sermone esse ignis, quòd consumit in homine quicquid terrena sapit.

In 1.c. Leuit.

✠ Rvpertvs. Sacrificia quorum hic ritus ordinatus est, non tanquam perficiendæ salutis instrumenta necessaria, sed tanquam obstacula quædam propter transgressiones posita sunt. Vnde Paulus: *Propter transgressiones, ait, lex posita est, donec veniret semen cui repromiserat ordinata per angelos in manu mediatoris.* Igitur sacrificiorum legem non propter ipsa, sed propter hoc quod ipsa quoque secundum exemplar veri & cœlestis sacrificij disposita sunt.

Lib. 1. in Leuit. cap. 1.

✠ Beda. Queri solet, si aliquis ordo sit qui hunc ordinem voluminum legis significaret. Quod ita soluitur: Quia Genesis istā sententiam significat quā dicitur, lex Domini immaculata conuertens animas. Exodus sapientiam præstans paruulis. Leuiticus verò demonstrans præceptum Domini illuminans. Numerus iudicia Dei vere iustificata. Deuteronomiū verò totum euangeliū quia Deuteronomium nouata lex interpretatur. Sed sciendū est, quomodo supradictus ordo, huic ordini voluminum conueniat. Idcirco sententia prima Geneſi coaptatur, quia Genesis enūciat omnia verbo Dei esse creata, quæ idcirco lex est. In illa quoque animarum conuersio, id est, a vita ad mortem, vt Adam intelligitur, & a morte ad vitam vt Noe. Exodus *sapientiam præstans paruulis*, adimplendo quod Abraham Isaac & Iacob, de terra promissionis Deus repromisit. Omnes enim in Dei comparatione paruuli sunt. Leuiticus præceptum Domini lucidum illuminans discernendo inter munda & immunda animalia. Numerus verò iudicia Dei vera sunt, maximè in prophetia Balaam, in benedictionibus maledictionibusque. Vna autem vocatio ante hanc inuenitur, id est, apud scientiam Dei in lege naturæ.

Expositione in c. 1. Leuit

Isidorvs. Omnis hostiarum diuersitas, Christi hostiam præfigurabat. Vnde *veritate oblata, cessauit vmbra.* verum sacrificium veri & æterni sacerdotis, præfigurans. Ideo autem hostijs animalium propter emūdationem oblatis, vna vera hostia Christi promittebatur, in qua fieret remissio peccatorum contractorum de carne & sanguine qui regnum Dei non possidebūt, quia substantia corporalis in cælestem mutabitur qualitatem. Christus, in vitulo, propter virtutem crucis offerebatur, in agno propter innocentiam; in ariete, propter principatum: in hirco, propter similitudinē carnis peccati, in turture & columba, quia de⁹ & homo. Mediator enim Dei & hominum in duarum substātiarum coniunctione monstrabatur, in similaginis cōsperſione, credentium per aquam baptismi, collectam etiam ecclesiam, id est corpus Christi ostendebatur. Nos autem moraliter offerimus vitulum, cum carnis superbiam vincimus; Agnum cum irrationabiles motus corrigimus: Hædum cum lasciuiam superamus: Colūbam, dum simplices sumus: Turturem, dum casti sumus, vel dum castitatem seruamus: Panes azymos, cùm non in fermento malitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis epulamur.

1. Cor. 11.

Rabanvs. singula sacrificia, imò singulas penè syllabas, & vestes Aaron, & totum Leuiticum ordinem cælestia dicit spirare sacramenta.

Orig. quoque ait: Quia sicut in nouissimis diebus, verbum Dei ex Maria virgine carne vestitum processit in mundum; cuius caro ab omnibus videbatur, diuinitas paucis & electis cognita tegebatur: sic verbum Dei per prophetas profertur ad homines ibi carnis, hic literæ velamine tectum. Litera tanquam caro aspicitur: spiritualis sensus, tanquam diuinitas sentitur.

Vbi supra.

Universidad de Deusto Biblioteca

CAP. I.

A a ¶ Ocauit &c. Ischi. Per coniunctionem sequentia iungit præcedentibus; initium, scilicet libri huius, cum fine præcedentis: Vnius enim & eiusdem diei fuit opus in vtroque cõtinetur. Liber quoque Numeri, quia nihil habet medium inter se & Leuiticum, similiter fortitur præmium, hoc est: *Locutus fuit dominꝰ ad Moysen in deserto Sinai*, &c. Nihil ergo post historiam Leuitici ante historiã Numeri populus egit: neque enim locum mutauerat, quia necdum tabernaculum dedicauerat, nec multum temporis prꝫterierat. In primo quippe mẽse secundi anni, eiusdem mensis initio agere cœperũt. In Exodo autem & Geneſi, B quia multum temporis medium, mortis Ioseph & egressionis filiorum Israel, fluxerat, cõiũctio nõ obtinet principium, sed opportunum dispensationi eorum dispẽsatur exordium. *Hæc sunt nomina filiorum Israël, qui ingressi sunt Ægyptum.*

Ischivs. Secũdum lxx. Reuocauit. Sicut secundum eos reuocauit Deus Beseleel ex nomine, quãdo præcepit fieri tabernaculum secundum figuram, quæ ostensa est in monte: ergo & nunc quandam sacrificiorum intelligibilium imaginem describere præcepit. hæc reuocatio quippe quandam dispensationẽ rerũ vel verborũ ad superiora respicientiũ innuit.

Vbi suprà Sacrificiorũ institutio.

Orig. *Vocauit autem &c.* In principio, leges sacrificiorum & munerum promulgans ait: *Si homo munus offert Deo, offerat de bobus vel pecoribus, id est agnis vel hædis. Si verò ex auibus, turtures vel pullos columbarum.* Si autem non homo, sed anima offerat munus C Deo, ex simila offerat azymos panes coctos in clibano, vel simi lam ex sartagine conspersam oleo aut ex craticula. Deinde dicit D quia fermentatum non oportet offerri, ita quòd super altare po infra.2.c. natur, neque mel sacrificiis admiscꝫri, sed sale omne sacrificium vel munus sꝫliri. Secundò primitiarum sacrificia recentia & purgata offerri iubet. Post hæc, sub eadem legis continentia, dẽ sacrificiis salutaribus annectit: primò ex bobus, secundò ex ouibus: ostendens in quibus liceat vel in agnis vel in hædis mares vel fœminas offerri. Nihil prꝫter hæc, de sacrificiis salutaribus offerendum decernit. Videndum verò quid sit qd dicit: *Homo ex vobis &c.* tãquam possit nõ homo offerre: cũ, *si quis ex vobis offerat*, sufficeret dicere. In sequẽtibus autem dicit: *Si autẽ anima offerat munus.* In posterioribus, E cũ secundò ad Moysen loquitur Deus de sacrificiis pro peccato offerendis, adiungit: *Si pòrifex peccauerit, offerat* illud, vel illud. Si aũt omnis synagoga, si princeps, si anima vna peccauerit, mãdatur quid offerant singuli. Non putemus hãc distinctionem personarum vel rerum inanẽ. *Beati oculi, qui abiecto velamine litera, spiritum possunt videre:* & beati, qui ad hæc audienda interiores aures afferunt mundas.



¶ Lxx. Reuocauit.

VOcavit autem Moysen, & locutus est a ¶ Cælo vel scriptura in qua imagines & figurꝫ mysteriorum in futurarum rerum testimonium sunt. 1
ei dominus de tabernaculo testimonij, b ¶ Iudæis. ¶ Carnalis, vel spiritualis. Non enim qui in manifesto Iudæus est: nec quæ palam in carne est circuncisio, sed quæ in occulto, cuius laus non ex hominibus sed ex Deo est. Ro.ij.d.
dicens: Loquere filijs Israël: & dices ad

Idem. Quòd non diligat Deus Iudæorum sacrificia, Esaias ostendit dicens: *Quo mihi multitudo victimarum vestrarum, dicit dominus? Plenus sum, holocausta arietum & adipem pinguium & sanguinem vitulorum & arietum & hircorum nolui. Quæ quæsiuit hæc de manibus vestris?* Quod ergo præceperat, abnuit: vndo Amos, *Nunquid victimas & sacrificia vestra obtulistis mihi in deserto?* Frequenter tamen obtulerant: sed quæ grata non habebat, quasi non oblata refutabat. Hinc F Esa.1.c. Sacrificia Iudæorũ nõ placẽt Deo. Amos.5.g

Hieremias: *Comedite carnes, quia nẽ locutus sum patribus vestris, & non præcepi eis de verbo holocaustomatum.* Sed negat idem qui mandauerat quia intentionem datoris qui acceperant, prꝫteribant. Erat enim subtilis lex, & sub literæ absconsa velamine, vt eam perscrutantes, & sese emendarent & futura intelligerent. Rationabilium ergo & intelligibilium sacrificiorum imago describitur, & apertè hæc a vocatio, dispẽsationem verborũ vel rerum respicientiũ ad superiora, innuit.

Hiere.7.e.

¶ Genus humanum. ¶ Hominis, id est rationabile est deum offerendo placare, quia non placet hostia sine ratione. ¶ Ischius. Possibile est eundem hominem appellari, & quæ sunt iumentorum agere. vnde: Homo cum in honore esset non intellexit. Psal.xlviij.c. b ¶ Voluntarie. c ¶ Hostia dicitur ab hoste, vel ab hostio quo adducebatur, vel quia ante bellum immolabatur, post victoriam veto victima.

eos. Hõmo qui obtulerit ex vobis hostiam domino de pe- 1
a ¶ Actiuæ vitæ operibus, de quibus agit hic. De contẽplatiue vero in sequentibus vbi de animus mandatur.
¶ Quasi quales sunt talia offerunt. b ¶ Pietatis operibus. c ¶ Innocentiæ simplicitate.
¶ Ouium nomine etiam caprarum genus includit. d ¶ Opus, scil. omnino perfectum.

In cap.1. ✠ Procopivs. *Vocauit &c.* Deꝰ vbique vocare solet Mosem vt etiam accidit, cum appareret in rubo. Cæterum sacra quæ fiunt in honorem dæmonum, peragũtur neglecto verbo Dei. In his conspiciuntur magicæ, prꝫstigiæ, & dæmonum invocatio. Adduntur quædam tacitæ obligationes, quas cum dæmonibus ipsorum sacrificuli conferunt.

Lib.1. in c.1. Leuitici. a *Homo qui.* Radvlphvs Flaviacensis. In hostiis legalibus quædam holocausta, quædam hostiæ pacificæ dicebantur. Holocausta tota in altari cremabantur: inde dicta holocausta, quasi tota incensa. Hostiarum autem pacificarum solis crematis adipibus, cætera in sacerdotum, seu eorũ qui obtulerãt, cedebant vsum. Sed quia iuxta Apostolum omnia hæc figuraliter fiebant in illis, ad nos eadem referamus, & quid mysticè in ecclesia fignent, discutiamus. Duo quippe hæc sunt conuersationis genera. Quicunque ergo seculo renunciantes ex integro diuinis se mancipant obsequiis, holocaustum & Deo exhibẽt, quia vinculis coniugalibus liberi, & carnis voluptatibus emancipati, omnes affectus suos ad cœlestia quærenda conuertunt. Hostias verò pacificas offerunt, qui ad culmen perfectionis minus idonei, per mediocrem conuersationem pacem cum Deo faciunt. Hi licet omnia sua non deserant, de his tamen quæ possident, fideliter domino ministrãt. Et idcirco carnes eorum, ea videlicet quæ adhuc carnaliter diligunt, nondum quidem spirituali feruore absumuntur, sed sanctificatæ quidem, sine criminis admixtione, ex magna parte offerentium voluptati deseruiunt.

Lib.in Leuiticum. ca.2. Rvpertvs. Oblationum sine sacrificiorum alia dicuntur holocaustomata, alia pacifica, alia pro peccato. Rursus eorum quæ pro peccato dicuntur, alia sunt quæ pro peccato sacerdotis simul & multitudinis, alia quæ pro peccato cuiusque principis siue popularis. Sed quæ pro peccato sunt sacerdotis tantum, atque pro peccato sacerdotis simul & multitudinis, parum aut nihil differre videntur. vtraque enim extra castra cremari iubentur, & hoc ab holocausto differunt, quod holocaustum in altari, C illa autem extra castra cremantur. Item quæ pro peccato principis, & quæ pro peccato sunt hominis plebeij, subeandem legem rediguntur, vtraque verò pari modo separato memoriali in pastum ignis dominici, adipe, s. qui operit vitalia & omni pinguedine interiori duobus renibus cum adipe quo teguntur illa, & reticulo iecoris cum renunculis: his, inquam, seperatis, cætera cedunt in vsum sacerdotis. D

Idem. In his tribus animalium generibus, tres intelligamus ordines, quorum sacrificiis legitimis, in cœlesti tabernaculo deseruitur, quos apud Ezechielem tres viri isti designant, Noe, Daniel, Iob vnũ scilicet rectorum, alium contemplationi vacantium, tertiũ in actibus seculi bene operantium. Cap.3. 2

Origenes. Hominẽ quẽ primò posuit ad offerendũ dominus, genus humanum intelligit, qui vitulum offert saginatum, scilicet quem pater pro regresso filio qui omnem substantiam suã dilapidauerat, ingulauit, magnum conuiuium fecit & lætitiam habuit, vt lętarentur in cælo angeli *super vno peccatore pœnitentiã agente.* Iste quia non habuit propriam substantiam quam offerret, quia omnia dissipauerat, obtulit vitulum cælitus missum de armento, id est, de patriarcharum genere: masculum, nihil fœmineę fragilitatis habentem: immaculatum, *qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius:* Ad ostium tabernaculi, non intrà, *quia in propria venit, & sui eum non receperunt.* Ad ostium quoque oblatꝰ est, quia extra castra. i. extra ciuitatẽ passus est. Mali enim coloni filiũ patrisfamilias extra vineam ieicerunt & occiderũt. Hic ergo offertur ad ostium tabernaculi testimonij acceptus cõtra dominum. Quid enim tam acceptum deo quàm hostia Christi qui seipsum obtulit. Ponet manum super caput, quia peccata humani generis posuit super corpus suum. Ipse est enim caput corporis ecclesiæ. Fortassis verò non sine causa fit quod supradictum est, *ad ostium tabernaculi testi.* Et infrà, *ad altare quod est ad ostium tabernaculi testimony.* Quasi non eundem locum semel designasse sufficeret: sed fortassẽ intelligi voluit, quod sanguis Christi non solùm in Hierusalem effusus est, vbi altare & basis eius & tabernaculum testimonij, sed & supernum altare quod est in cælis, vbi est ecclesia primitiuorum aspersus: secundum illud: *Pacificauit per sanguinem crucis quæ in terra sunt, & quæ in cælis* Quod autem duplex hostia fuerit, Paulus ad Hebræos dicit, *dum per velamẽ, id est, carnem suam.* Et iterum: *interius velamen cælum interpretatur quod penetrauit Iesus.* Si ergo duo velamina velut põtifex ingressus est, sacrificium quoque duplex est quod & terrestria & cælestia saluet. Hom.1. Luc. 15. e. Esa. 53. c. Ioan.1.a. Hebr.13.b. Mar.12.d. Colo.1.c. Colo.1.c. Hebr.10.d. Allegoricè.

Orig. Homo qui ad imaginem Dei & similitudinem factus rationabiliter viuit, moraliter offert vitulum, ouem, hædum, par turturum, aut duos pullos columbarum cùm castum coniugium seruauerit, & mysterium intellexerit, quo oculi sponsæ sicut co- F lumbæ Vbi supra. Allegoricè.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. I.

Dupliciter datur lex. 1 VOcauit &c. Sicut dictum fuit in principio Exodi, lex diuina, quæ dãda est populo adunato sub culiu vnius Dei dupliciter datur. Vno mò generaliter & succinctè, & hoc modo eius datio describitur in Exo.xx.ca. & citra: & hoc quantum ad præcepta moralia, iudicialia, & ceremonialia vt ibidem fuit declaratum. Alio modo datur magis particulariter & explicitè, & hoc modo datur in hoc libro & sequenti, quia sic adinuicem distinguntur, quia omma præcepta legis diuina ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, secundum quod dicit Apostolus j. Tim. j.a. Finis præcepti est charitas. Et saluator Matt. xxij.d. dicit quòd in duobus præceptis charitatis, scilicet Dei & proximi tota lex pendet & prophetę. Et in hoc libro ponũtur in speciali præcepta ordinantia ad Deum. In libro verò Numerorum ponuntur illa quæ ordinant ad proximum. Ista tamẽ diuisio non est ita præcisa, quin in hoc libro ponatur aliquæ etiam ordinantia ad proximum, & in illo aliqua ordinantia ad Deũ. Nec mirum, quia dilectio Dei mouet ad dilectionem proximi & dilectio proximi ad dilectionem Dei finaliter ordinatur: & sic illa quæ ordinant ad Deum & proximum, super se inuicem reflectuntur. Quantum verò spectat ad præsentem librum, considerandum quòd homo ordinatur ad Deum per debitum latriæ cultum qui cultus principaliter consistit in actu interiori mentis, secundum quod dicit Aug. in enchi. Fide, spe, charitate colitur Deus: Secundario verò consistit in quibusdam actibus exterioribus, qui sunt quædam protestationes interioris cultus: & de talibus tractatur in hoc libro, videlicet de sacrificijs & oblationibus, Sacrificia veteris testamenti quare instituta.

MORALITER.

✠ 1 *Vocauit autem Moysen &c.* In hoc libro principaliter agitur de sacrificijs offerendis domino, inter quæ principalius est holocaustum: igitur de ipso agitur primò, cum dicitur: ✠ 1 *Si holocaustum ignis dominici, adipe, s. qui operit vitalia & omni pinguedine interiori duobus renibus cum adipe quo teguntur illa, & reticulo iecoris cum renunculis: his, inquam, seperatis, cætera cedunt in vsum sacerdotis.*

Idem. In his tribus animalium generibus, tres intelligamus ordines, quorum sacrificiis legitimis, in cœlesti tabernaculo deseruitur, quos apud Ezechielem tres viri isti designant, Noe, Daniel, Iob vnũ scilicet rectorum, alium contemplationi vacantium, tertiũ in actibus seculi bene operantium. Cap.3. 2

h *Coctum in clibano* virginis, s. vtero. Clibanus enim panem suscipit & ignem, sic vterus virginis panē vitæ, id est, dei verbū, & ignem spiritussancti de cælo susceptū. Vnde: *Spiritussanctus*

Luc. 1. d.

superuenet in te &c. Si ergo offers munus in carnationis Christi, quę facta est in ventre virginis, non est acceptū deo, nisi desimila, id est, scientia vel notitia dei fiat. De hac re siquidem locutionem ab apostolis & à prophetis suscipimus. Verba apostolorum sunt panes, lagana prophetarum. Quantò enim panes laganis, ad nutriendum aptiores, tantùm præcellunt verba apostolorum verbis prophetarum. Vtrique autem azymi sine fermento scientiæ secularis. Vtraque tamen in oleo fiunt, concorditer enim ab illis de Christi miseratione scriptum est, quia apostoli & prophetæ scripserunt, sed apostoli plenius scripserunt, qui completum ostenderunt, quod illi nuntiabant futurum.

i *Laganа.* Panis latus & tenuis, qui prophetiam & legem significat, quantùm enim distat inter soliditatem panis & tenuitatem lagani, tantùm inter euangelium & verba legis & prophetarum: hæc tamen oleo lita, quia lex & prophetia charitatē Christi prædixerunt, qua in salutem humani generis venit.

✲ RADVLPHVS. Per clibanum huius mundi tribulatio intelligitur. Antequam ergo similā nostra clibani incendiis committatur, oleo superfundenda est, quia nisi mens virtute spiritus anteà solidetur, igne tribulationis coqui non poterit, sed consumi. Et notandum quod ita examinati dicuntur panes, quòd virtute constantiæ roborati, & quasi Christi cibus effecti, post tribulationis clibanum in societatem angelicum transferantur. Vnde Irenæus de martyrio Ignatio loquens: *Frumentum ego sum Dei, bestiarum dentibus molar, vt panis mundus efficiar.*

vbi supra cap. 5.

k *Si oblatio tua fuerit &c.* ISICHIVS. Alleg. Oblatio de sartagine dispensatio passionis de cruce. Sartago igne non consumitur, cibos superpositos aut statim aut longo intervallo esui reddit aptos. Crux quoque super omnia fortis omnem creaturam crucifixo subiecit. & carnē eius quæ ante passionē esui vidēbatur nō aptā, post aptā fecit. Si enim nō fuisset crucifixus, sa-

F

☞ crifi-

Quatuor modis farina coquitur.

poterat fieri quadruplicitur. Vno modo in clibano, & sic erat oblatio panium. Alio modo in aqua calida, & talis oblatio notatur cum dicitur: Et lagana azyma. *& hoc modo Italici vocant lagana cibos factos de pasta in aqua coctos. Tertio modo coquebatur in patella & quantum ad hoc dicitur:* Si oblatio tua fuerit de sartagine. *Quarto modo super craticulam, quod notatur cum dicitur:*

✲ Si autem

Universidad de Navarra Biblioteca

moria peccatis eius faciemus. Vnde ad Ezechielem dicitur: *Sumentes sortis agnum fermentum, & ponet eam vnusquisq; fermentum inter te & cognationem Hierusalem*. scilicet qui maxime in cruce domini offendit. & ideo ab eius scientia recessit.

a *Similia dispersa, &c.* Quia mortuus est & misertus nostri.

b *Absque fermento.* id est sine macula peccati.

c *Diuides eam minutatim:* vt sermonem passionis eius qui per partes processerunt, diuidamus, alapas scilicet colaphos, sputa. &c. vulnera diligenter distinguamus.

d *Et fundes, &c.* vt quemadmodum misericorditer pro nobis mortuus est, nos quoque pro fratrib⁹ vsque ad mortem misereamur.

e *De sartag.* Sicut enim sartago mediante igne & cibum, sic quodámodo crux inter impassibilem diuinitatem & humanitatem, quæ igne passionis est assata. Et sicut in sartagine mollia durescunt, dura mollescunt, sic in passione crucis lapidea corda mollita, mollia & dura solidata. De sartagine ergo sacrificium offerre, est de mysterio crucis cum veneratione disputare.

e *Si autem de, &c.* ISICHIVS. Sicut in sartagine crucem, sic in craticula mortem & sepulturam accipimus. Sartago enim super ignē ardētē & accēsū. Craticula autē super carbones ardentes & accēsos ponit, sic mors Christi nō fuit initiū passionis, sed subsistētia. Hoc minus ex similia, id est, ex Dei cognitione pficitur. Oportet enim Christum deum & immortalem prædicari, qui secūdum carnem mortuus est. In oleo fit munus, quia oportet disputantem & de morte & de resurrectione, misericordiam quoque addere ex misericordia quippe mortem sustinuit, & resurrectionem dispensauit.

Moraliter. *Si autem &c.* Similam offert qui in aliquibus cōmunis vitæ vsibus bene conuersari studet. Hæc oleo conspergenda est, quia omnis anima oleo eget misericordiæ, nec vitam præsentem euadere potest, nisi misericordia cælestis assuerit. Clibanus autem pondus tentationis exprimito: sartag constantiam & robur animi: craticula multiplicem impugnationem.

✠ RVPERTVS. Qui similam verbo Dei coquit in clibani, id est, scripturam sanctam tractat in spiritusancto, panes faciens absque omnis hæretici & prauitatis vel vanę gloriæ fermento, eōspersos charitatis oleo, et perfectio semper præsto est. Ait ergo:

Si oblatio tua, &c. id est, si intus habueris pugnas verborum a falsis fratribus pro studio sacræ scripturæ, diuides eam minutatim, id est, diligētissimē singula dicta discutes, ne forte quidpiam reprehendi iuste possit. Sartago vas a strepitu soni vocatū, sonat enim & strepit, dū in ea frigitur: oleū, internū significat fraternæ æmulationis incendium, id est, intus perstrepentē falsorum fratrum inuidiam. Craticula apertam eorum qui foris sunt significat malitiam, qui sanctos homines subiectis incendiis conflagrauerunt.

f *Omnis oblatio.* ORIGENES. Dicat aliquis: Melius ferè agebatur cum antiquis, quibus diuersis sacrificiis venia præstabatur: apud nos vna tantum venia peccatorum per baptismi lauacrum, nulla post † peccati misericordia. Decet enim districtioris disciplinæ esse Christianum, pro quo Christus mortuus est: boues, hirci, & oues iugulabantur & aues, & similia oleo conspergebatur: pro te Dei filius iugulat⁹ est, & iterū te peccare deleciat. Nō tamē desperes: audisti quāta in lege sacrificia pro peccatis: audi quantæ sunt remissiones, in euangeliis. Prima est in baptismo. Secunda in martyrio. Tertia per eleemosynam, vnde: *Date quæ habetis, & ecce omnia munda sunt vobis.* Quarta quia fratribus remittimus, vnde: *Si remiseritis fratribus ex corde, & vobis remittet pater vester, &c.* Quinta, qua conuertimus peccatorē ab errore viæ suę secūdū illud: *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, &c.* Sexta per abūdātiā charitatis. Vnde dicitur, *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multū*: Et alibi: *Charitas operit multitudinē peccatorū.* Septima per pœnitētiam durā & laboriosam: cum peccator lauat lachrymis lectum suum, & fiunt ei panes lachrymæ die ac nocte: nec erubescit sacerdoti domini peccatum suum confiteri, & medicinam quærere, secundum illum qui ait: *Dixi, confitebor aduersum me &c.* Hinc Iacobus: *Siquis infirmatur, vocet presbyteros ecclesiæ.* Tu ergo cum venis ad gratiā baptismi, vitulum obtulisti. quia in morē Christi baptizaris. Cùm ad martyriū duceris, hircū obtulisti, quia autorē peccati diabolum iugulasti. Cùm eleemosynam feceris, & erga indigētes misericordiæ affectū impenderis, sacrum altare hædis pinguibus honoraſti. Si fratri tuo ex corde dimiseris, & iracundiæ rumorem depoſueris, mitem, & simplicem animum habueris, arietem vel agnum sacrificasti. Si diuinis lectionibus instructus, meditando vt columba, & in lege domini vigilando conuerteris peccatorē ab errore viæ suæ, & ad simplicitatem columbæ reuocaueris, & sanctis adiungendo societatem turturis feceris imitari par turturum aut duos pullos columbarum obtulisti. Si autem proximum tuum non tantùm sicut teipsum dilexeris, sed sicut Christus (qui ait) *Maiorem hac charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Panes azymos simulatitios charitatis oleo subactos sine fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis syncteritatis & veritatis te obtulisse cognosce. Si in amaritudine fletus fueri, si carnem tuam macerueris, & multa abstinētia refeceris, vt dicas: Sicut in frixorio confrixa sunt ossa mea, in sacrificio similam à sartagine vel à craticula obtulisti. Hoc modo verius & perfectius secundum euangelium sacrificia offers, quę iam secundum legem non potest offerre Israel.

g *Fermenti ac.* Nihil voluptuosum, nihil suaue placet deo, sed quod habet aliquid mordacitatis & seueritatis. Vnde pascha cū amaritudinibus manducatur.

h *Ac mellis.* Gentilis eloquentiæ, quæ voce suauis est, non re. Vnde: *Fauus distillans labia meretricis.* Quòd autem dicitur in canticis: *Mel & lac sub lingua tua*, præsentibus non contradicit. Sub lingua enim dicitur, non in lingua: vt ostendatur paganorum sapientia, & ludæorum litera linguæ ecclesiæ, id est, doctrinæ subiecta esse. Horum non vult integrā doctrinam offerri. Vnde ait: *Non adolebitur in sacrificium*, id est, holocaustum *primitias tantum eorum offeretis.* Primitias enim illius sapientiæ offerimus non totam, sicut Paulus ad Athenienses inquit: *sicut vester poeta dixit: huius & genus sumus.* Quod enim

☞ inuenit congruum scientiæ Dei, non respuit: non tamē vltra testimonia multiplicauit, quia placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Vnde Moyses ait: *Super altare verò non imponentur, & cùm liceret dici non ponentur, dicit: Non imponetur in odorem suauitatis:* significans, quia si tentauerimus deexteriorib⁹ diuini

* domino. tantis adipisci notitiā, tale sacrificium ad altare non ascendit, sed de primitur in terrenis, quia de terra est.

Quæst 1. in 1. Leuiticum. 7. De consec. dist. 4. c. sal. ✠ THEODORETVS. Prohibet offerri mel ad altare, eo qđ apis, vt quidam ferūt, in locis impuris fedeat, & vndicunque cōficiendi mellis occasiones coaceruet.

† tritici cō fusum spicæ virentis ple nę. Nonnulli verò dixerunt inde nos instrui, ex propriis laboribus persoluēda esse sacrificia, ex cōsilio Salomonis, *Honora do ex iustis laboribus, & præbe primitias illi de fructibus iustitiæ.* At fructus apis de labore nostro non procedit. Quæ quidem verba nihil accuratum continent. Siquidē mellis confectio nō caret hominis industria. Quidam enim ex colēdæ terræ dant operam, alij melli conficiendo incumbunt. Quamobrem sub nomine apis voluptatem prohiberi puto.

† partē frumenti conſi. * oblatio est. a *Sale condies nec auferes sal fœderis.* Apostolica sapiētia. Vnde *Vos estis sal terræ, &c.* Sicut omnis cibus sine conditur, ita apostolica doctrina sermo prædicationis. Ideo præcipitur sal in omni sacrificio offerri, vt secundū Apostolicam doctrinam & institutionem & imitationem operis viuamus. Vnde Paul. ait: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Et alibi: *Super ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarū.* Vnde & legislator non dixit simpliciter sal: sed, *sal fœderis Dei tui.* Sicut enim fœdus rationale, sic etiam sal rationale. Testamenti ergo Euangelici & salis Apostolici nos cōmonere voluit. Oleū in sacrificium offertur, si cum hilaritate offeramus, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.

✠ PROCO

✠ PROCOPIVS. Sal qui stypticam vim habet, & contrarius est melli iubetur addi sacrificijs. Sal symbolum est prudentiæ, quæ restringit & exsiccat voluptatem.

✠ RADVLPHVS. *In omni oblatione, &c.* Placere enim Deo non poterit, quod non ad normam voluntatis eius correctū fuerit. Nam si in rebus humanis tanta cautela agendum admonuit quidā de mū di huius sapiētibus vt diceret, omnis actio temeritate & negligentia vacare debet: quid de Dei rebus æstimandum est?

4 b *Sin autem ob. &c.* ORIGENES, Secūdò in loco primitiarū i. de initijs frugū mādatur oblatio, qđ in die Pētecostes lex dei iussit fieri, sedillis vmbra data est: nobis veritas reseruata est. in die autē Pentecostes oblato sacrificio orationum spiritussancti primitias Apostolorū susceperit ecclesia. Et verè hæc fuerunt recentia: quia nouum erat. Vnde & musto pleni dicebantur.

Ignetosta. igne namque linguæ supra singulos consederunt.

ISICHIVS. *Sin autem obtuleris, &c.* Non modò præcepit eos Dei notitiam siue scientiam offerre, qui in ea diu permansarunt *Sed & rudes.* Vnde Apostolus mox vt vocatus est, prædicanit. Primitiuus Deo est, qui nouiter credere cōpit, qui dudū ei nul lum scientiæ fructum obtulit. Tales quia necdum subtiliter mysteria proferunt, vt farinam offerant aut similam, necesse est vt virentia ac torrida atque confracta offerant. Quemadmodum enim fructus humidos necdum molæ aptos vt fiant farina vel simila, igne confringentes paleas separamus, sic qui nondumsolidam scientiam habent nec subtilem theologiam, igne spiritus sancti indigent, vt literæ paleas separent, quò sufficientem Dei scientiam possideant. Oportet autem nos oleum super fundere, & thus ponere. Per eleemosynam quippe & orationem, scientia diuina nobis perficitur.

☞ CAP

Lia. 1. in Leuit. cap. 9.

Vbi supra.

Lucæ. 7. g.

1. Pe. 4. b.

Prou. 5. a. Cant. 4. c.

Homil. 2. in Leuit.

† peccanti

Ps. 31. b. Iacob. 5. c.

Sacrificia veteris oblationis quàm secundum legem

Act. 2. b.

Act. 9. d.

Matth. 5. b.

1. Cor. 4. d. Ephe. 2. d.

1. Cor. 9. b.

Prou. 3. a.

Sale cōditæ

Primitiæ ter in anno.

Anima pro persona humana.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sup altare vero nō ponentur *scilicet aliquid de ipsis ibi cremetur: Vnde in fra vj. ca. dicitur de simila, cuius vna pars erat cremata in altari, & totum residuum cedens in vsum sacerdotis, nō poterat fermentari. Cuius ratio ibidem assignatur sic, ideo autem non fermētabatur, quia pars eius in incensum domini offertur. Ex dictis patet, q illud quod dicitur hic: Omnis oblatio quæ offertur domino, absque fermēto fiet, intelligitur tantum de omni oblatione quæ secundum se tota vel secundum partem super altare crematur. Consequenter ponit tertium, quod in omni sacrificio includebatur, cum dicitur:*

2 Quicquid obtuleris sacrificij, sale. *Cuius ratio est, quia sal à corruptione præseruat, quæ debet esse longè à Dei sacrificijs. Item quia sal discretionem significat, secūdum illud Apostoli, Colo. iij. a.* Sermo vester in gratia semper sit salo cōditus, *& ideo ponebatur in omni sacrificio, ad designandum quòd nullum sacrificium Deo placet, nisi fuerit cum discretione factum.*

3 Sin autem obtuleris. *Hic agitur de oblatione, quæ fiebat de spicis nondum ad maturitatem deductis, quæ debebant igne torreri, & grana excuti & frangi, & tunc sacrificium fieri per modum qui in litera exprimitur, & patet intellectus ex prædictis.*

4 Munus primitiarum. *Sciendum quòd primitiæ ter in anno reddebantur. Primò in paschate de spicis virentibus. Secundò in Pentecoste de nouis panibus, & de his fiebat oblatio. Tertiò in festo tabernaculorum collectis frugibus, & illa cedebant in vsum sacerdotum, sicut decimæ vsum Leuitarum. Ex dictis autem in isto cap. & dicendis in sequentibus, patet quòd quinque offerebantur in sacrificium de terra nascentibus, scilicet panis sub quo continetur oblatio farinæ: & spicarum, quia sunt materia panis: vinum de quo fiebat libatio in sacrificijs vt patebit infrà oleum, sal, & thus. Cuius ratio potest accipi ex præcedentibus quia suprà dictum est, quòd oblatio debebat fieri Deo de his quæ communiter veniunt in vsum hominis ad sustentationem vitæ. De terræ nascentibus verò aliqua communius veniunt in sustentationem hominis per modum nutrimenti, & ista sunt panis & vinū. Aliqua per modum condimenti: cuiusmodi sunt sal & oleum: aliqua per modū medicamenti, & quātum ad hoc ponebatur thus, quod est aromaticum & solidatiuum. Ratio eiam specialis ad hoc est, quia per thus significatur deuotio, secundum illud, Psalm. cxl. a.* Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. *Et ideo ponebatur in oblationibus ad designandum q̄ non erat accepta Deo secundum se, sed tantum ex fide & deuotione offerentium, propter quod in sacrificio zelotypiæ non ponebatur thus, vt habetur Nu. v. d. quia non procedebat ex deuotione, sed ex suspitione contra vxorem.*

✠ CAP

ADDITIO.

In cap. ij. vbi dicitur in post. Anima cum. &c. *Frequentissimè in scriptura accipitur anima pro persona humana, in qua anima est pars principalior siue sit pauper, siue diues, siue offerat animal. siue oues, siue similam, vt patebit infrà. c. v.* Anima si peccauerit & audierit vocem iurantis, &c. Anima quæ tetigerit, &c Anima quæ iurauerit, &c. *& sic de multis aliis. Vnde expositio Ra. Sa. in hoc loco nō videtur habere fundamentum.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Si autē de craticula fuerit sacrificium & cætera.

1 Æque simila cō. oleo. *id est simila sic cocta conspergetur oleo, eodem modo sicut & aliæ similæ præcedentes.*

2 Omnis oblatio. *Hic interponuntur aliqua, quæ in omni sacrificio & oblatione sunt obseruanda exclusiuè siue inclusiuè: intelligendū tamen vt dicitur: præmittuntur duo, quæ ab omni oblatione excludūtur scil. fermentum & mel, quia istis idolatræ in suis sacrificijs vtebantur. Item quia fermentum corruptionem signat, secundum illud Apostoli 1. Cor. v. 1. Modicum fermenti totam massam corrumpit. Dulcedo verò mellis significat lasciuiam carnis, quæ non debet esse in sacrificijs diuinis. Dicit autem Ra. Sa. quod nomine mellis hic intelligitur omnis fructus dulcis.*

3 Primitias tantum eorum offe. *Vnde, infra. xxiij. ca. duo panes simulæ fermentatæ præcipiuntur offerri pro primitijs in festo pentecostes. Item, infrà. vij. ca. dicitur: Panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis, ex quibus vnus pro primitijs offertur domino.*

✠ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. III.

Vod si hostia, &c. ORIGENES. Transmissis cæteris de salutaribus sacrificijs, dicit quæ de animalibus, i. bobus & capris & ouibus offerunt, & nihil vltra ad immolandum substituitur. Nec aues quidé, quæ in offerendis muneribus substitutæ sunt superius. Qui enim saluare cs offert hostias salutis suæ conscius est. Necesse ergo habet vt magna & perfecta offerat. Vnde Apostolus: *Perfectorum autem, &c.*

Hom.3. in Leuit.

Salutaria sciẽtia.

† bubus. Heb. 5. d.

ISICHIVS. *Quod si hostia, &c.* Sunt secundum leges diuersæ hominum conuersationes, sunt in modũ scalarũ ordinatæ virtutes: vt alius quasdã, alius assequatur omnes, vt quisq; subleuetur à terra. Quod significat sacrificiorum differẽtiam. Vnde hic, holocaustũ, i. se totũ offert, sicut Paulus, qui Christo configitur cruci. Alius sacrificiũ pacificorum, vel salutare qui saluté desiderat, nec potest ascendere ad sublimia. Qui enim non potest esse virgo, si in sancto conuersatur coniugio, vitam percipit à domino qui ait: *Non omnes capiunt verbum istud*, & in ter saluatos necessario ordinatur. Hoc ipsum de contemptu rerũ, de iustitia, de cibo cum gratiarum actione percipiẽdo. Magnus est eñ qui magna, paruus non minimus qui saltẽ potest consequi mediocria, s. ergo secundũ duas cõuersationum species, duas sacrificiorum spõtaneorum ponit definitiones. Ait enim in Exod. *Altare de terra facietis mihi, & immolabitis super illud holocaustomata & pacifica vestra, oues, &c.* Subm fert pacifica, tanquam secundi ordinis & virtutis. Qui ergo sibi putat sufficere si saluetur, siquidem de bobus offert. Boues au-ẽ sunt, qui ea quæ legis sunt, faciunt: masculũ vel fœminã immaculatũ offeret munus. Cum autem qui holocaustũ offert, non præcipit offerre fœminã, non q̃ fœmina priuetur ab hac conuersatione, sed quia virorũ, i. fortiũ est perfecta sapere. Vnde: *Mulierem fortem quis inueniet?* Fortitudo enim vix in mulieribus inuenitur: pacificorũ sacrificiũ virorum est & mulierum, oportet enim eas dignè conuersari, vt perueniant ad salutem.

Golat.2.d.

Matt.19.b.

Exod. 20.d.

Prou.31.b.

Vbi supra.

✠ RADVLPHVS. Hostiarum pacificarum alia bouis, alia ouis, alia capræ oblationem continet. Bouem immolat, quisquis in seculari vita mũdi actibus dedutus, de ipsis laboribus suis Deo ministrat. Ouem offert, qui laborare non sufficiens, & infirmitate & ætate, seu etiam paupertate à misericordiæ actibus reuocatus, per solam innocentiam Deo placet. Capræ hostiã litat, quisque veterem conuersationem melioris propositi castigatione immutat.

b *Marem siue fœ. &c.* ISICHIVS. Superius in holocaustum tantum mares offerũtur. Per holocaustũ ergo summæ virtutes desiguantur, virginem, s. esse mundo renũtiare, & similia, quę pauorum sunt sacrificia. Hostię verò pacifico rum virtutes minores & cõmunia vota fidelium quibus pacatur Deus. Vnde fœminæ offerũtur cum maribus, i. infirma opera cum fortioribus.

CAP. III.

a ¶ Orige. Salutaris quæ ex bobus tantum offertur & ouibus vel capris. Nam pro peccatis anima generaliter iubetur offerri: sed post hæc per varias personas itur, vt si pontifex delinquat & offerat pro peccato, offeret vitulum non sicut pro mundo.

a ¶ Id est sanctia opera. b ¶ Vtrosque enim digne oportet conuertiari si volunt saluari.

a ¶ Infirma. b ¶ Labe peccati.

¶ In beneplacito domini. ¶ Vt supra.

-testimonij

† sup altare in circuitu.

† offerer.

c *Adipem qui, &c.* ISICHIVS. Oportet intelligibilẽ adipem offerri, i, desiderium quod Græci ἐπιθυμητικὸν dicũt, quioperit prius superiorẽ ventrẽ, de inde inferiorẽ: vt & cogitandi & faciendi desiderium offeramus: præcedit enim cogitatio, succedit impletio. Hoc autem in vẽtre i. in corde facimus, in quo prius actiones proponimus, tanquam appetamus: deinde perficere festinamus tãquam digeramus. Nihil ergo prauum proponamus, nihil expleamus. Bene autẽ super ventrẽ superiorem, i. appetitũ describit, adipẽ qui operit ventrẽ, quia maxima pars desiderij circa appetitum est vel propositum. Inferiori ventri duos renes cõiunxit, quia affinitas quædã est renum & cordis, Vnde: *Vre renes meos, & cor meum.* Alibi quoq; cõiungitur, *qui probat renes & corda*, Motũ siquidem irascendi medici ponunt in corde, in renibus autem memoriã, huius rei dicũt iacere, in quibus & feminis causa est. Vnde & eis cum temoribus cõmunio est. Vult ergo & nuptiarũ desideriũ Deo offerri, vt fiat causa prolis nõ fornicationis, vt sit honorabile cõiugium & thorus immaculatus. Iram quoq; Deo offeramus, vt contra peccatũ irascamur. Vnde: *Irascimini & nolite peccare.* Hĩc Moyses iratus valde, proiecit tabulas & confregit. Quia verò in epate concupiscentia est, pinnam, i summitatẽ præcipit cum renibus auferri, & offerri ad altare: vt primitiua cogitationum nostrarum Deo offeramus, & per deliberationem massam sanctificemus.

Psalm. 4.a. Exod. 32.d.

d *Vitalia.* Lxx. Ventrem, i. cor, cuius secundò facit mentionem iuxta Lxx. quia duplicem habet operationem secundum medicos, quia per vnam partem alimentum trahit, quam vocant ventrem superiorẽ. Per alteram purgationem discernit, quã vocant ventrem inferiorem. Renes sunt genitalium seminum ministeria, cum

☞

cum ventre & femoribus cõmunicantes. Primùm ergo adipem qui supra ventrẽ est, & duos renes, & adipem qui super eos est, i. super femora quę renibus sunt vicina, iubet offerri in medio eñ emoris & ventris sunt positi.

a *Reticulum iecoris:* Id est, epatis, in quo delectatio vel concupiscentia. Vnde iuxta Lxx. pinna epatis cũ renibus auferetur. Iecur enim in renibus vim operationis ministrat.

† qui est super ipsos, tegunt que ilia

* auferet.

a In quibus vis libidinis. ¶ In quibus vis generandi.

a cus est, duos rẽnes cum adipe † quo teguntur ilia, & reticu-

a ¶ In quo sedes caloris & initium desiderij, in quo appetitus gulæ notatur, quem offerimus cum de amore refrenamus. b ¶ Superfluum

lum iẽ coris cum renunculis *, adolebuntq; ea * super altare

a ¶ Exemplis. b ¶ Spiritussancti. ¶ Secundum mandata spiritus conuertendo.

c ¶ Quia sin samentum totius boni est.

in holocaustum, lignis ignẽ supposito, in oblationẽ suauissi-

a ¶ Cui placet perficere finẽctum, non solum centesimum vel sexagesimum, sed etiam tricesimum. b ¶ In que innocentia, sicut & in agno figuratur.

b mi odoris dominõ. Si verò de ouibus fuerit eius oblatio, † &

¶ Fortia. ¶ Infirma opera.

pacificorum hostia, siue masculum siue fœminam obtulerit,

¶ A labe peccati.

immaculata erunt omnia. Si agnum obtulerit * coram domi-

¶ Vt suprà.

no, ponet manum suam super caput victimæ suæ, † quæ immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij. Fundẽtq; filij Aaron sanguinem eius per altaris circumitum, & offerent

a ¶ Desiderij vel concupiscentiæ. b ¶ Cauda finis est corporis, hæc immolatur cum opus bonum ad finem perducitur.

c de pacificorum hostia sacrificium domino, ădipem & cãudam totam cum renibus & pinguedine, quæ operit ventrem

a ¶ Hæc iam exposita sunt.

atque vniuersa vitãlia, & vtrunq; renunculum adipe, qui

¶ Lxxx. pinnam.

† ilia. Amos 7. d.

est iuxta † vitalia, reticulumq; iecoris cum renunculis, * &

¶ Spiritualis. ¶ Ignis absumens sacrificia, absorbens mortem in victoria.

adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis & obla-

a ¶ Simplex qui ante peccauit & pœnitet vel pœnituit. ¶ Quæ habitum pœnitentiæ significat.

tionis domini. Si cãpra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam

a ¶ Qui pœnitentiam offert, in principio bonis operibus operam det.

domino: ponet mãnum suam super caput eius, immolabitq;

¶ Vt suprà.

eam in introitu tabernaculi testimonij: † Et fundent filij Aaron sanguinem eius super altaris circumitum, tollentq; ex ea

¶ Spiritussancti. a ¶ Iram vt suprà. b ¶ Quia impedit ira animum, ne possit cernere verum.

in pastum ignis dominici, ădipẽ qui operit ventrem, & qui

a ¶ Cor & iecur & quæ his adhærent.

tegit vniuersa vitalia, duos renunculos cum reticulo, qui est super eos iuxta ilia, & aruinam iecoris cum renunculis *, adolebitque ea sacerdos super altare † in alimoniam

a ¶ Vt omne desiderium offeratur domino, non parim mundo. Nemo militans Deo implicat se ne. 2. c. Timo. 2. 2.

ignis & suauissimi odoris. † Omnis ădeps domini erit iure

C ouibus & capris & bobus cętera eadẽ custodisset, hoc vnum plus in capras ab agnis distinxit.

☞ Nec

cundũ Lxx. pinnã epatis & renes, sed & caudã. Vel etiã secundũ Lxx. lumbũ immaculatũ cum renibus iussit offerri. Quia enim vt simplex, multa quæ facere debuit, omisit, vir ute sua debet vti in bonum faciendũ, non vt simplex, in malũ tantũ vitãdum, vt manifestũ sit, quiaq; scire potest, non omittit. Iure cauti redduntur simplices, qui ex simplicitate facilè possunt ad volũtatẽ trahi, vt nõ solùm renes & adipẽ qui sup ipsos est, sed & lumbũ offerant qui in renib⁹ est. Lumb⁹ eñ virtutẽ significat. Vnde Roboã mino. ait: *Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei.* Et alibi: *Lumbos vestros præcingetis.*

* filij Aarõ.

† in sacrificium pacificorũ dorum

3. Reg. 12. c. Exod. 12. b.

* oblationẽ suam offeret

ipsum.

In lumbis quoq; operatio generationis.

† quam matabit.

c *Et caudã.* Lxx. Lumbum sine macula integrũ, ne s. aliud offeratur Deo, aliud aduersario. Sufficit enim huic ad veniam quæ virtutis sunt, nõ agere, sin autẽ mala operatur, veniã non consequitur. Vnde: *Esbote simplices sicut columba.* Columbæ enim nimiam simplicitatẽ habent, malitiam nullam. Qui de bobus sacrificiũ offert, lumbum Deo offerre nõ egot: quem in bonis operibus constringit & exercet. Qui de capris immolat, nõ habet lumbũ immaculatum quem offerat, quia eum olim peccato maculauit. Qui ergo non fuit in peccatis, immaculatum lumbum offerre potest, nonqui peccator fuit. Hac causa in sacrificio pacificorum

remouebit

† ignis &c.

† Et offeret ex ea oblationem suã

† pabulum oblationis est in odorẽ quietis.

CAP. III.

QVod si hostia, &c. *Hic agitur de sacrificio, quod fiebat pro beneficij impetratione: & si illud beneficium iam erat obtentum, tale sacrificium habebat rationem gratiarum actionis: si autem obtinendum habebat rationem postulationis: & ideo vocabatur hostia pacifica, quia quando Deus exhibet beneficium homini, videtur ei pacificatus. Similiter homo percipiens beneficium postulatum pacificatur in animo, quia completur suum desiderium. Dicit autem hic Ra. Sa. quòd vocabatur hostia pacifica, cõ quòd facit pacem reddendo cuilibet quod suum est, s. Deo & homini cuius est oblatio, & sacerdoti offerenti: quia huius sacrificij vna pars in cendebatur ad honorem diuinum, vt habetur infra. Alia autem cedebat in vsum sacerdotis, s. armus dexter & pectusculum, & etiam lingua cum genis, & vt dicit Ra. Sa. cætera carnes erant offerentium. Ex hoc etiam patet quòd tale sacrificium non poterat fieri de auibus sicut sacrificium holocausti fieri. Aues in sacrificijs poterat, vt fuit dictum j. cap. quia hoc sacrificium diuidebatur in tres partes. aues verò in sacrificijs non diuidebatur, vt habetur Gen. xv. c. & ideo hostia pacifica fiebat de bobus vel ouibus vel capris, & secundum hoc istud cap. diuiditur in tres partes: secũda ibi:* Si verò de oui bus, *tertia ibi:* Si capra fuerit: *& quarò ponitur correlarium ratione dictorum in hoc capitulo, ibi:* Omnis adeps: *Prima pars patet ex dictis in hoc cap. & suprà, quia in diuersis sacrificijs eadem frequenter Diuisio. repetuntur, vt patet in litera. Aliqua tamen vocabula sunt exponẽda.*

Holtia pacifica.

Exod. 29. b.

2 Marem siue, &c. *Istud sacrificium non erat ita perfectum sicut sacrificium holocausti, ideo in isto poterat non solum masculus sed etiã fœmina offerri,*

3 Adipem, &c. *Adeps est pinguedo existens in interioribus partibus animalis. Aruina verò est pinguedo quæ est exterius inter cutem & Aruina. carnem, qua in porco vocatur lardus. Vnum tamen vocabulum frequẽter ponitur pro alio.*

Adeps.

✠ 1 Duos

✠ 1 Deos renes. *i. renunculos, & sic est in Hebræo, & ideo litera videtur hic corrupta vitio scriptorum, & in sequentibus, vbi ponitur renes pro renunculos: quia renes nõ cremabantur cum adipe, sed renunculi. Dicunt tamen aliqui, q̃ hic per renes secundum literam nostram intelligitur quædam pinguedo existens circa renes.*

Ilia. 2 Quo teguntur ilia. *Quædam membra sunt adiacẽtia renibus, dicta ab ilion, quod est intestinum, & inde dicitur iliaca passio.*

3 Et reticulum. *Quia quidam adeps est factus ad modum retis.*

4 Iecoris. *In Hebræo habetur* epatis, *& sic cõmuniter exponunt doctores.*

5 Cum renunculis. *Repetitio est eiusdem quod prædictum est. Intellectus igitur huius literæ est, q̃ pinguedo debebat auferri de partibus interioribus prædictis, & incendi super altare cum renunculis.*

9 Si vero de. *Hic agitur de hostia pacifica de ouibus.*

7 Si agnum ob. *Licet autem hostia pacifica fieret de mare & fœmina, & non solum modò de iuuenibus sed etiam de arietibus & ouibus magnis: tamen ponitur hic exemplum de agno, quia talis hostia pacifica frequentius fiebat, & ideo quod dicitur hic de modo oblationis & immolationis agni, intelligendum est etiam de aliis.*

8 Immolabitur in vestibulo tabernaculi. *i. in atrio q̃ erat ante tabernaculum.*

9 Et pinguedine, quæ ope. ventrem. *Non à parte exteriori sed interiori. Cætera patent ex prædictis.*

10 Si capra. *Hic consequenter ponitur oblatio pacifica, quæ fit de capra.*

11 Immolabitq; eam in introitu tabernaculi. *id est, in atrio quod erat ante introitum tabernaculi. Cætera patent ex dictis.*

12 Omnis adeps. *Hic infert correlarium, quia in præcedentibus dixit adipem esse incendẽdum ad honorem diuinũ, ideo concludit generaliter:* Omnis adeps domini erit iure perpetuo. *i. incẽdetur ad honorem domini: hoc tamen intelligendum est de sacrificijs.*

✠ 1 Nec

Allegoricè. ✠ 1 *Quod si bo. &c.* Per hanc autem hostiam allegoricè Christus intelligitur, nam per ipsum tanquam per hostiam pacificam Deus pater pacificauit ea quæ in cælis sunt & in terris, vt dicitur Colo. j. Hostia verò pacifica fiebat in lege de bob⁹, ouibus, & capris, p quas omnis figurabatur oblatio Christi facta in cruce, sicut vnũ perfectũ per multa imperfecta. Figuratus enim fuit pho stiã factã de boue: ,pter eius fortitudinẽ laborantẽ, & p hostiã de oue, ,pter innocẽtiã pseuerantẽ, ,pter quod in hoc sacrificio ponebatur cauda, q̃ perseuerantiã significat, sicut dicit Greg. homi. xv. in cauda quippe finis est corporis. Et ille bene immolat, q̃ sacrificiũ boni opis vsq; ad finẽ debitę pducit actionis. Itẽ signi ficatur p hostiã de capra, ,pter carnẽ Christi similẽ carni peccatrici: Rom. viij. a. *Misit filium suum in similitudinem carnis peccati.*

MORALITER autem nos Deo hostiam pacificam de boue offerimus, cum fortitudinem nostram in diuinis laboribus exercemus. Sed de oue cum cauda hostiã facimus, cum in innocentia perseueramus. De capris verò hostiam pacificum offerimus cùm carnem propriam ad peccata pronam per pœnitentiæ rigorem coartamus, In fine verò huius cap. vbi dicitur,

✠ 12 *Omnis*

✠ 12 *Omnis adeps, &c.* Esus adipis & sanguinis generaliter prohibetur, Per adipem vere bonum temporale & etiam spirituale designatur. Diuites enim temporaliter dicuntur pingues, similiter donũ gratiæ pinguedo nominatur Psalm. lxij. b. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, &c.* Ille igitur adipẽ comedit qui bonu tẽporale vel spirituale suis mẽritis & non Deo attribuit. Similiter sanguinẽ comedere, est labore alieno iniustè viuere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Nec adipem.* Propriè concupiscentiam, i. carnalè habere non debemus: quia q; enim tentatur à cõcupiscentia sua abstractus & illectus. Sanguinẽ prohibet comedi, ne quenquã interficiamus. Sanguinem enim edere, bestiarũ, i. crudelium est. Ideo aut omni no additur, vt & proximis pracamus & nobis: Deo autem debet anima immolari, vnde iussit sanguinẽ fundi circa basim altaris.

Lib 2. in Leuiticũ cap 1.

✠ Radvlphvs. Adeps affectus noster est. Qui cum p varia & noxia distrahitur diuersorum vitiorũ a nomina sortitur. Cum enim ad congregandum pecuniam, auaritia: cum ad corporis sui corruptionẽ impudicitia: cum ad proximi

a ¶ Omni tempore. b ¶ Per singulas ætates. ¶ Non quod figura semper obseruetur: sed quod per eam intelligitur. c ¶ Ecclesijs vel quibuslibet locis. ¶ Id est omni conuersatione siue sociali siue solitaria.

perpẽtuo in generatiõnibus, & cunctis habitãculis vestris,

a ¶ Carnis appetitum vel desiderium. b ¶ Omnis ratio & intellectus animi, quæ sanguis significat, deo consecranda sunt: anima enim in sanguine est.

nec ãdipem, nec sanguinem omnino comedetis.

ximi læsionem deflectitur, malitia: cum verò dominari alijs appetit, superbia nominatur. Qui si ad vtilium concupiscentiam conuertat, virtutum omnium radix & origo est. Adeps ergo noster, pinguedo scilicet interna, & laudabilis, & reprehensibilis est. Laudabilis, cum in Deum tendit: reprehensibilis, cum in eorum quæ carnaliter oblectant, appetitum cadit. Pro bono adipe canit Dauid, *Sicut adipe*, inquit, *& pinguedine repleatur anima mea.* De malo, habes in cantico Mosis, *Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.*

Psalm. 62.

Deuter. 32.

NICOLAVS DE LYRA.

Adipis eo-estio.

✠ 1 Nec adipẽ nec sanguinẽ omnino comedetis. *Occasione huius dicti sunt variæ opiniones de comestione adipis. Dicunt enim aliqui, q̃ hoc tantũ intelligendum est de animalibus immolatitijs. Sadipe bouis, ouis, & capræ. Adeps enim animalis morticini & capti à bestia cedebat in varios vsus Iudæorũ, vt pote ad lucernas vel vnctiones & huiusmodi, vt habetur infrà vij. cap. Adeps verò animalis liciti ad comedendum, non tamen ad offerendũ. poterat comedi, secundũ quod habetur infrà xvij. cap. vbi dicitur, q̃ si aliquis venatione vel aucupio feram vel auẽ acceperit, dum tamen esset fera licita ad comedendũ, vt ceruus, poterat comedi ita tamẽ q̃ prius sanguis effunderetur: & sic de tali bestia vel aue videtur esus sanguinis tantum esse prohibitus: & per consequens adeps poterat comedi, & eodẽ modo sentiendũ videtur de alijs animalibus non immolatitijs, tamen licitis ad esum. Confirmatur etiã hoc dictũ, quia moderni Iudæi sic viuuntur. Alij verò dicunt q̃ esus adipis erat generaliter Iudæis prohibitus, q̃ illud quod dicitur hic:* Nec sanguinẽ nec adipẽ omnino comedetis, *sta quòd vniformiter prohibeatur hic esus sanguinis & adipis. Esus autem sanguinis generaliter erat prohibitus de omnibus animalibus, etiam secundum Iudæos: & ideo idem videtur dicendum de adipe. Qui autem vult tenere hanc viam, quæ est cõsona textui in hoc loco potest dicere ad id quod obijcitur de adipe animalis venatione capti, quòd hoc non arguit propositum, sed magis oppositum: quia Deut. xij. dicitur, quòd in locis longinquis a Hierusalẽ poterant occidi & comedi etiã animalia immolatitia, de quibus dicitur ibidẽ:* Sicut comeditur capra & ceruus, ita vescẽris eis, *absque esu duntaxat sanguinis. Ex quo cõcluditur. quòd si argumentum inductum pro eis valet, quòd etiam de adipe animalis immolatitij in casu isto poterat comedi, quod ipsi negant. & pari ratione de adipe aliorum debent negare. Quod autem obijcitur de esu Iudæorum moderni temporis, non valet: quia à tempore Christi doctores Iudæorum multa illicita in lege reiecerunt, & multa licita restrinxerunt, malè interpretantes scripturam, vt habetur à saluatore Marci vij. Si autem velit aliquis terẽ reprimam viam, habet consequenter dicere, quòd illud quod hic dicitur:* Nec adipẽ omnino comedetis: *non est intelligendum sic generaliter, de sanguine, sed est referendum ad adipem animalium immolatitiorum, de quorum immolatione litera præcedens loquitur. Et huic dicto consonat illud quod habetur infrà vij. cap.* Adipem ouis, & bouis, & eapræ non comedetis. *& sic adipes aliorum animalium videntur concessi ad esum. Sciendum tamen, quòd secundum vtranque opinionẽ esus sanguinis & adipis prohibetur duplici ratione. Via est pro vitatione idololatriæ: quia idololatræ adipes suarum hostiarum comedebant secundum quod dicitur Deut. xxxij. a.* De quorum victimis comedebant adipes, &c. *De sanguine bibebant similiter. Alia est, quia sicut dictum est suprà de illis potissimè debebat fieri Deo oblatio, quibus vita humana maximè sustentatur: sanguis autem est huiusmodi, in quo consistit vita animalium: adeps etiam causatur ex abundantia nutrimenti quo vita sustentatur: & ideo vt homines recognoscerent se habere à Deo vitam & sustentationem, adeps ad honorem domini cremabatur, & sanguis ad crepidinem altaris effundebatur. Item prohibebatur esus sanguinis, ne sanguinem licitè comederent, effusionem humani sanguinis nõ abhorrerent: ad quam Iudæi erant proni. Similiter esus adipis prouocat ad luxuriam, & ideo prohibitus fuit Iudæis, qui erant proni ad ipsam.*

anima per ignorantiam, non tamen à carne cogitur, sed negligẽtia & imitatione deteriorũ, per quam quæ noxia sunt, vtilia putat. Notandũ quoque, q̃ sacerdotẽ in multis admiscet, quasi similem alijs pro peccatis offerentem. Christus enim tratibus similis esse debuit, vt fieret misericors & fidelis sacerdos. Sed legislator peccatũ sacerdotis, peccatum populi dicit. Sacerdos enim sensibilis negligens, aut peccans, aut non

Nota de peccato sacerdorum.

† De voto emagnæ.

a ¶ Christus qui est sacerdos in æternum. ¶ De genere transit ad speciem. b ¶ Oleo lætitiæ præ consortibus suis. Psalm 44. b. c ¶ Christus peccare dicitur, dum nos peccamus qui membra eius sumus.

d ¶ Longanimitate patientiæ, dum enim non statim punit, putatur hæc vel non curare, vel nescire: & ita impij in peius animantur. Vnde patientia Dei ad pœnitentiam te adducit, tu autem thesaurizas tibi iram, &c. Ro. 2. a.

a fecerit, † si sacẽrdos qui est vnctũs, peccãuerit, † delinquẽre

a ¶ Patri. b ¶ Quod in se suscepit qui peccata nostra portauit in corpore suo super lignum. c ¶ Carnem suam. ¶ Lex, eduxit de bobus, id est, de patribus qui in iustitia legis facie gloriũ. ¶ Qui in cruce inimicos nostros euentilauit. d ¶ Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1 Pe. 2. d

b faciens populum, offerẽt prõ peccato suo vitulũ immacu-

a ¶ Crucem. ¶ Quia crucẽ se tradidit. Vnde obiturus eã quia ipse voluit. ¶ Doctrinam & traditionem Apostolorum, secundum quam factum est sacrificium. Is est enim introitus ad cælum, quod est tabernaculum testimonij. Vnde Esa. Expandit cælum sicut tabernaculum ad habitandum.

latum domino: Et adducet illum ad ostiũm tabernaculi testi

a ¶ Insiciente patre, cui dicitur: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. f.

b ¶ Se enim ipsum obtulit, nemo coegit. vnde potest: tem habeo ponendi animam meam, &c. ipse opus suæ passionis fecit, ipse consummauit. c ¶ Principium passionis.

† De voto emagnæ.

monij coram dominõ, † ponetq; mãum super caput † eius,

Esa. 63. d.

Habac. 1. d.

Pſal. 109. c. Pſalm. 44. b. Hebr. 9. g.

Quare errare fecisti nos domine de viis tuis: indurasti cor nostrum, &c. Habacuc quoque similia quæritur: *Quare non respicis super iniquè agentes & taces deuorãte impio iustiorẽ se? &c.* videtur ergo legislator significare sacerdotem, cui dictũ est: *Tues sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Et qui à patre vnctus est, secundum illud: *Propterea vnxit te Deus, &c.* Hic p̃ peccatis nostris seipsum sacrificiũ obtulit. vnde & Paulus ait: *Christus semel mortuus est ad multorũ exhaurienda peccata.* Offert tamen se pro peccato suo, quia peccatũ nostrũ in se suscepit. vnde: *Qui nesciebat peccatum, pro nobis peccatum fecit.*

✠ Procopivs. Notãdum existimo quod scriptura vocat peccata illa, quę incõsultò & ignorantes delinquimus. Peccatum inconsultò comissum est, quod quis putat non esse. Tale erat Sauli delictum, cum ieiunium iuperasset.

Vbi supra. cap. 4.

✠ Radvlphvs. Animam, hominem appellauit, qui anima lem vitã agens, & in hisinfimis inquę per corpus sentit, occupatus, diuinam voluntatem aut per ignorantiam nescit, aut per infirmitatem implere non sufficit. Nam vbi nos *per ignorantiam*, legimus, Septuaginta transtulerunt, *anima cum peccauerit non volens*, id est, non pertinaciter ad peccandum prona.

Cor. 5. d. Vbi supra.

a *Si sacerdos, &c.* Origenes. Obseruandum est q̃ in peccato pontificis legislator non addit, q̃ ignorãs aut nolens peccauerit: neq; enim ignorãtia in eum cadere potest, qui vt doceret cęteros, prouectus est.

Vbi supra.

Origenes. *Si sacerdos, &c.* Terror simul & misericordia in diuinis legibus ostentatur. Ita ne nihil tutũ, nec ipse pontifex quidem. Qui pontifex? qui vnctus est, qui sacris ignibus diuina succendit altaria, qui munera & salutares hostias immolat, qui inter Deum & homines repropitiator interuenit, nec iste immunis à contagione peccati. Sed vide misericordiã Dei. Vnde Paulus ait: *Omnis pontifex ab hominibus assumptus, pro hominibus constituitur offerr. &c.* Et post. *Lex homines cõstituit sacerdotes infirmitatẽ habentes, vt possint sicut pro sua ita & pro populi infirmitate offerre*, nõ

Pontifex.

Heb. 5.

Heb. 7. b. 1. petri 2. d.

secundum delictum populi.

✠ R. David cimhi. Simplex sensus est, Si peccauerit sacerdos vnctus ille peccatum, quasi dicat, si docuit, & delinquere fecit populum suum doctrina, quam docuit eos non iuxta legem.

† vitull.

E

✠ Rabini ita interpretãtur: Potestne etiam esse vt reus sit sacerdos vnctus ille, si quid docuit quod alij postea fecerũt, prout ipse docuit. Respõdendũ est: Qui peccauit, pro eo quod peccauit adfert oblationem, nõ autem offert pro eo quod peccarunt alij.

✠ Rvpertvs. Sacerdos ille delinquere faciens populum primus homo est, qui cum deberet esse sacerdos, & iugi sacrificio honorificare dominum, & omnem posteritatis populum delinquere fecit. Nam in illo omnes peccauimus. Obtulit pro peccato suo vitulum immaculatum domino Adam, non idem in persona sed in natura: Adam, inquã, nouus, Deus & homo Christus Iesus, qui obtulit vitulum pro peccato non suo, sed suorum.

Lib. 1. in Le. uit. cap. 14.

Moraliter.

Origenes. Moraliter. Si sacerdos & cætera. Pontifex sensus pietatis & religionis, qui in nobis per orationes quas Deo fundimus, quasi sacerdotio fungitur. Hic si delinquit, populum bonorum actũ delinquere faciat, qui intra nos est. Nec aliquid rectè gerimus, si dux bonorum operum depranatur sensus. Ideo ad emendationem huius, singularis hostia vitulus saginatus requiritur. Similiter synagoga, i. virtutum nostrarum emundatio Christi morte reparatur.

Hom. 1. in Leuit.

b *Vitulum immaculatum domino, &c.* Origenes. Secundò inuenimus offerri à pontifice vitulum in holocaustũ semel pro munere, & semel pro peccato, sed qui pro munere sup altare holocausti cõsumitur: qui verò pro peccato, extra castra & in loco mundo: solis adipibus & renibus oblatis in altari. Hic est fortè Iesus qui per sanguinẽ suum pacificauit, & quæ in terris & quæ in cælis pro munere. In terris autem vbi ab Adam vsq; ad Moysen regnauit peccatum, oblatus pro peccato. Hoc est autem passum esse extra castra scilicet angelorum Dei. Vnde Iacob: *Castra Dei hæc sunt.* Extra hæc est locus omnis hic terrenus, in quo habitamus, in quo passus est Christus.

Allegoricè.

Rom. 5. d.

Gen. 32. a.

F

☞ a Hauriet

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *vt si quis per ignorantiam omiserit quod præceptum est fieri, quia in sacra scriptura maximè in transgressione præceptorum per comissionem intelligitur omissio & econuerso: aliter non esset institutum sacrificium pro peccato omissionis, quod videtur inconueniens, quia sic lex videretur insufficienter data.*

Diuisio.

1 Si sacerdos. *Hic descendit in particulari. quia tale peccatũ potest esse sacerdotis vel multitudinis, seu principis vel personæ singularis: & secundum hoc istud capitulũ diuiditur in quatuor partes. Secunda incipit ibi:* Quòd si omnis turba. *Tertia ibi:* Si peccauerit princeps *Quarta ibi:* Quòd si peccauerit ani. &c. *Circa primum dicitur sic:*

Expositio. Literalis.

Si sacerdos qui vnctus est. *Hic est sacerdos magnus, quia inferiores sacerdotes nõ vngebantur, sed tantum ex quadam comissione quæ fiebat ex sanguine victimæ immolatæ & vnctionis oleo ipsi, & vestes eorum aspergebantur, vt habetur Exod. xxx. & infrà viij. Vnde in veteri testamento soli reges & pontifices dicuntur proprie vncti.*

Vncti.

2 Peccauerit. *scilicet per ignorantiam, quia huc totum refertur ad principium principium capituli.*

3 Delinquere fa. populum. *Quia peccatũ sacerdotis est populo occasio peccandi. Vnde dicit beatus Gregor. in pastorali. Cùm pastor per abrupta graditur, consequens est vt grex ad præcipitium sequatur. Aliter exponunt Hebræi:* Delinquere faciens populum, *perignorantiã qui credit de aliquo quod sit licitum, & sic facit & docet populum, quod tamen postea percipit esse illicitum.*

4 Offerret pro peccato suo vitulum immaculatum, &c. *in memoriam vituli constatilis, quem fecit Aaron: Exod. xxxj. a.*

5 Et adducet illum. *Id est, ad atrium quod est ante ostium tabernaculi.*

6 Ponetq; manum super caput eius & immolabit, &c. *Ad resignandum iuri quod habebat in vitulo, & ad designandum q̃ sicut vitulus erat occidendus pro peccato suo, sta ipse offerens esset morte dignus pro transgressione præcepti domini, nisi accepta esset eius oblatio ex misericordia Dei, & idem intelligendum est in alijs sacrificijs pro peccato.*

✠ 1 Hauriet

CAP. IIII.

B a Anima peccat. Hom. 2. in Leuit.

Ocutuq̃, &c. b *Anima quæ pec. &c.* Origenes. Rectè animam dicit, quam peccare describit. Non enim spiritum vocaret, quę peccaturũ diceret, sed nec hominẽ, in quo peccato interueniente imago Dei nõ constaret. Nõ est ergo spiritus qui peccat. Fructus enim spiritus, vt ait Apostolus, *est charitas, gaudiũ* a *pax, patientia* & similia. Alibi verò ait: *qui seminat in carne, de carne & metet corruptionẽ. & qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitã æternam:* quoniã ergo alius est qui seminat, & aliud in quo seminatur: Seminatur enim in carne, cum peccatur, vt inde metatur corruptio: Vel in spiritu, cum secundũ Deũ viuitur vt vita æterna metatur, cõstat animã esse, quę vel in carne vel in spiritu seminat, & quæ in peccata ruere possit, & ab eis auertit. Corpus enim est sequela eius ad quæcunque delegerit, & spiritus dux ad virtutem si eum sequi velit.

Gala. 5. d. Galat. 6. b.

Isichivs. *Anima cum peccauerit, &c.* Nihil necessarium legislator omisit, differentias cõuersationũ assignauit, & in oblatione sacrificiorũ vias conuersandi, tandem Christi sacrificiũ exponit, per quod nobis peccatorũ remissio & redẽptio data est. Et notandum, q̃ peccatũ est animæ dixit esse contra eos, qui accusant corpus, quasi causam

Peccatũ est animæ.

C

viuitur

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IIII.

Diuisio.

1 Locutusq; est. *Hic consequenter agitur de hostia quæ fiebat pro peccati remissione, & primò de ea quæ fiebat pro peccato facto per ignorantiam. Secundò de ea quæ fiebat pro peccato facto ex passione vel negligẽtia in prin. v. cap. Tertiò de ea quæ fiebat pro peccato facto per malitiã, circa finem eiusdem cap. ibi:*

2 Locutusq; est dominus. *Circa primum primò loquitur in generali, cum dicitur:*

3 Anima cum, &c. *Quacunq; sit illa. Et accipitur hic anima pro homine, quia est pars principalis hominis.*

4 Et de, &c. *Ex hoc quod dicitur hic, vt non fierent. Dicunt aliqui Iudæi, quòd intelligitur tantum de præceptis negatiuis sit transgrediãtur. Expositores autem nostri dicunt communiter & melius, vt videtur: quòd intelligitur etiam de trãsgressione præceptorum affirmatiuorum.*

✠ vt si

MORALITER.

✠ 1 *Locutusq; est.* Hic agitur de sacrificio pro peccato, & quoniam sacerdos qui pro aliorum peccatis offert sacrificia, debet esse mundus à peccato, ideo primò agitur de sacrificio summi sacerdotis, cum dicitur:

✠ 1 Sisa

MORALITER.

✠ 1 *Si sacerdos qui est vnctus peccauerit, &c.* Nam à peccatis sacerdotum assumit populus peccandi argumentum dicens: Quare non faceré hoc ex quo sacerdos meus facit hoc. Vnde Gregorius in pasto. Cùm pastor per abrupta graditur, cõsequens est vt grex ad

ad præcipitium sequatur.

4 *Offeret pro, &c.* Vitulus est animal gulosum. Hiere. l. b. *Effusi estis sicut vituli super herbã.* Est & animal gesticulosum, Mala. iiij. a *Saltietis sicut vitulus de armento.* Sacerdos igitur vitulum immolat, quando gastrimargiam per abstinentiam, & leues gestus per maturitatem tunditusm actat.

Universidad de Navarra
Biblioteca

a *Hauriet quoq; de san, &c.* Sanguinem vituli in tabernaculum A i. in cœlũ intulit, cùm post resurrectionẽ cælos conscẽdens, vultui patris astitit, quasi offerens sanguinem passionis interpellans pro nobis.

b *Septies:* Pro dimissione, s. peccatorũ, & sub ministratione spiritualiũ donorum. Sãguis autẽ passionẽ significat, secundũillud: *Mundus ergo sum à sanguine iusti huius.* Et alibi: *Sanguis eius super nos, &c.* De hac aspersione Petrus ait: *Et aspersione sanguinis Christi, &c.*

c *Velum.* humanitatem Christi. Nã sicut velum erat inter sancta sanctorũ, & exterius tabernaculũ: ita caro Christi est inter nos, qui exterius tabernaculũ sumus, & diuinitatẽ, quæ p sancta sanctorũ significatur. Contra velũ ergo testimonij sacerdos sanguinẽ vituli aspersit, quia Christus carnem suam sanguine passionis cruentauit.

d *Contra velum, &c.* Multis nominib⁹ carnẽ domini appellat, qa operatio eius multa. Vnde ipse domin⁹ seipsum, modò sacrificiũ, modò pastorẽ, rursus vitem, deinde panẽ vitæ, & granum tritici, translatis vocabulis nominauit. Sic & Moyses carnẽ eius velũ appellauit. Vnde Paulus: *Initiauit nobis viã per velamen, i. carnem suam.* Velum quoq; sanctuarij exhinc appellatur, quia in eo sanctisanctorum caro figuratur.

e *Super cornua.* Hoc altare sedẽ Dei, i. Seraphin significat, vnde Esa. *Volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calcul⁹ quẽ sorcipe tulit de altari, &c.* Thymiama secundũ Lxx. cõpositiones omnium virtutũ. Vbi enim decet cõpositas esse virtutes nisi in sede Dei: de cælo namq; ad nos descẽdunt. Vnde Iacobus ait: *Quæ autẽ desursum est sapientia.* Quatuor autẽ virtutes, sapientia, iustitia, fortitudo, tẽperantia, qa cæterarum virtutum genera continent, nominantur cornua. Has inungit Deus proprio sanguine, confortans, s. maiori & perfectiori virtute, vt possint contra aduersarias potestates fortitudinesq; præualere.

f *Altaris, &c.* Angelicarũ virtutum. Si enim homines gratũ deo odorem bonorum operum reddunt, quantò magis sancti Angeli in puritate naturæ permanẽtes? Si autem peccatum quod Christi sanguine piaretur, non admiserunt: per sanguinem tamen eius nobis pacificati sunt, & numerus eorum reparatus.

g *In basim.* Basis pars altaris in ferior, infirmos homines significat. Sanguine enim Christi nõ solus numerus Angelorum restitutus est, sed & homo redemptus: ideo Angelorum quoque redemptio Christus dicitur.

h *Altaris holocausti.* Corpus Christi. Ipse enim est sacerdos, ipse sacrificiũ, ipse & altare. Sicut enim multa operatur: ita cõuenienter multis nominibus appellatur. Vnde Paulus: *Habemus altare de*

a ¶ Pro peccatis nostris.

& immõlabit eum domino. † Hauriet quoque de sanguine 1
a ¶ Vnde Paulus: per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. Hebr. 9. c.
b ¶ Cælum. Qui portans: ieatrices suæ passionis, à mortuis reiurrexit, & hic introiuit.

vituli in ferẽs illum in tabernaculum testimonij. Cúmque 2
a ¶ Qui est virtus Dei, hic in sanguine tingitur quia passio dominicæ carnis virtute diuinitatis agitur, quod probat sulis recessus, petrarum; sc ssura, & multa similia.
b ¶ Septies aspersit cum peccata nostra sui sanguinis effusione plene deterfit, vel septiformi spiritu nos ditauit.

b intinxerit digitum in sanguinem, asperget † eum septies co 3
a ¶ Coram domino hæc facta sunt, quia voluntatem patris in omnibus impleuit.
b ¶ Humanitatem vel carnem Christi.

c rã̃ domino contra velum sanctuarij, ponetq; de eodẽ san- 4
d guine super cornũa altaris thymiamãtis gratissimi domino, 5
a ¶ Quatuor principales virtutes. b ¶ Seraphin. c ¶ Lxx. compositionis, virtutum scilicet.
¶ Cælo.
e quod est in tabernaculo testimonij. Omnem autem reliquũ
f sanguinẽ fũdet in bãsim altãris holocausti in introitu taber 6
g h naculi. Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eũ qui vita-
i lia operit, quàm † omnia quæ intrinsecus sunt. Duos renun-
k culos, & reticulum quod est super eos iuxta ilia, & † adipem 7
a ¶ Euangelium. b ¶ Corporis Christi.
¶ Lxx. pinnam epatis.
¶ Vt superius significat esse intelligendum.

iecoris cum renunculis, * sicut † offertur de vitulo hostiæ pa
¶ Origẽ. Integre substantiam humanitatis Christum assumpsisse demonstrat.

cificorum, & adolebit ea super altare holocausti. Pellem ve- 7
c ¶ Quia principium. b ¶ Quia finis. c ¶ Mente.

rò & omnes carnes cum capite & pedibus & intestinis & fi-
a ¶ Lxx cum ventre & stercore. ¶ Peccati humani generis. b ¶ Quia extra castra passus est dominus, id est extra ciuitatem. c ¶ Golgotha. d ¶ Qui totum mundauit mundum. ¶ Quia ibi mundati sumus

mõ & reliquo corpore efferet extra castra in locum mũdũ,
a ¶ Quia in eo extincta sunt peccata humani generis, & calor peccati refrixit. b ¶ Id est, prophetarum dicta, quia & passio, & cuncta humanitatis mysteria.
¶ Secundum prophet. rum oracula completa sunt. Vnde Matt. Vt adimpleretor quod dictum est per prophetas.
¶ Scripturam, quæcunque enim in tempore passionis gesta sunt, prophetias impleuerunt. Vnde: Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scriptura prophetarũ: Matth. 26. f. Et alibi: Vt impleretur scriptura dixit: Sitio. Iohan. 19 c.

m vbi cinẽres effundi solent, incendétque ea super lignorum
struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabuntur.

de quo non habent potestatẽ edere, qui tabernaculo deseruium: hoc est, corpus Christi de quo non licet edere Iudæis: hoc est in introitu tabernaculi, i. cæliqa per ipsum, ingressum habemus in cælum. Mystice.

i *Et adipem.* Mystice. Delectationes & desideria carnis, quæ tamẽ omnia non sunt in Christũ recipiẽda, sicut gulæ & coitus desiderũ. Quæ autẽ habuerat, habuit ex nobis, vt sitim & esuriẽ & huiusmodi. Hęc autẽ patri obtulit, ad cuius trãstulit gloriã, & nobis in exẽplum protulit, vt ad Deum desideria nostra referamus.

k *Duos renunculos & reticulum, quod est super eos iuxta ilia.* Isichivs. Quæ fiũt & in sacrificio pacificorum vel salutari. Et in duo sacrificium diuidit vt sacrificiũ Christi liceat omnib⁹ imitari. tam his scilicet q inferioris sunt cõuersationis, quibus sacrificiũ pacificorum cõuenit, quã his qui altiora sequuntur, quibus sufficit si sequentia imitãtur. Pellẽ vẽrò & oẽs carnes cum capite & pedibus, & cætera. Hoc præcipit vt Christum non diuidas, sicut quidã diuidunt dicẽtes: Qui de Maria passus, qui de Deo passus non est: *Nobis aut vnus est Dominus Iesus Christus, per quẽ omnia.* Caro enim in domino, omnis humanitas est, secundũ quod dicitur: *Verbum caro factum est.* Vnde ait, Carnes eius cum capite, & pedibus, vel extremis secundum alios, vt per hæc verba, eum qui pro nobis passus est, primũ & nouissimum esse credamus. Ipse enim est ante omnia, & in ipso constant omnia. Cum intestinis & fimo. Lxx. cum ventre & stercore. Venter autẽ significat mentem. Eum ergo qui pro nobis passus est, mentẽ humanam habuisse minimè dubitemus, quod quidam hæreticorum negant. Fimus, peccatũ humani generis, signat, quod crucifixus in se susceptt. Fim⁹ cum sit immundus, gerentem non polluit, neque naturæ nostræ est. quãuis in nobis sit: sic peccata nostra quę dominus portauit, aliena ab illo fuerunt, nec eum polluerunt.

l *Intestinis & fimo, &c.* Origenes. Fortè ad cõparationẽ cæ lestiũ corporum, corpus humanũ stercus appellatur. Sed & cophinus ille stercoris qui ad radices ficulneæ mittitur, mysterium susceptæ in corpore dispensationis testatur, nec in teriora deesse dicuntur. Quamuis enim vilẽ serui formã gesserit, in eo tamen fuit plenitudo diuinitatis. Eadem quoq; de synagogæ vitulo intelligenda sunt.

Cum per singula figura dominicæ passionis appareat, plenius legislator in sequentibus figurat eius mysterium.

m *Vbi cineres effundi solent.* Rvpertvs. Locus in quo cineres effundi solent, communis terræ sinus, & humanæ sepulturæ necessitas est. Illic enim cineres, id est, omnium mortalium corpora mox in cineres resoluenda, effundi solent.

Mystice.

† eo.

Mystice.

Phil. 2. c.

Lib. 1. in Leuiticum cap. 16.

a Quod

NICOLAVS DE LYRA.

1 Hauriet quoq;. *In vase ad hoc apto.*

2 Inferens illum in tabernaculum testimonij. *De hostijs autem supradictis non inferebatur aliquid de sanguine intra tabernaculum.*

3 Asperget eum septies, &c. *Ad denotandum perfectum expiationem quæ per septenarium significatur:*

4 Contra velum sanctuarij. *coram altari thymiamatis, quia illud velum diuidebat sanctum & sanctum sanctorum. Sanguis enim iste nõ inferebat ut intra sanctum sanctorum, ideo dicitur hic: Contra velum & non intrã, vnde sequitur:*

5 Ponetq; de eodem sanguine super cornua altaris, &c. *Quod altare erat in illa parte tabernaculi quæ dicebatur sancta, & non in alia, quæ dicebatur sancta sanctorum.*

6 Adipem vituli, &c. *scilicet super altare holocausti quod erat in atrio.*

7 Pellem vero & omnes, &c. *Per hoc designabatur, quòd sacerdos debebat esse elongatus de cætero, non solùm à peccato, sed etiam ab occasionibus eius.*

Quod

a *Quod si omnis turba.* Isichivs. Idem præcipit in sacrificio A turbæ & sacerdotis, vitulũ scilicet immolari, & extra castra incẽdi, & sanguinẽ in tabernaculo offerri. Vnde apertissimè ostẽdit eadẽ esse peccata sacerdotis & plebis, quare idẽ sacrificium pro vtrisq; oblatũ. Hoc quoq, quod immutatũ est, ostẽdit, quia sacrificiũ vnum est. In sacerdote enim non dixit: Si cognouerit peccatũ suum. Non enim peccatũ Deus ignorauit, quod vt susciperet, carnẽ susccpit. Deturba autem, id est, de synagoga, vel de plebe adiũgit, Et postea intellexerit peccatũ suũ. Prius igitur ignorauit, sed postea cognouit. Vnde: *Nisi vemisse & locutus eis fuissem, peccatũ non haberent, sanquã ignorantes. Nunc autẽ excusationẽ nõ habẽt de peccato suo tanquam cognoscentes.*

Allegoricè.

Quãdo ergo suũ cognouerũt peccatum, ad sacrificiũ vnigeniti se verterunt. In sacrificio quoq; sacerdotis, ipse super caput vituli manũ ponit: hic autẽ seniores. In Christi enim sacrificio seniores populi, & scribæ, & Caiphas q ait, *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo*, agebant, & Christus q seipsum pro nobis tradidit ad dispẽsandam remissionẽ nostrã. Vnde ait: *Sic faciens quomodo fecit & prius.* Et rogãte pro eo sacerdote, propitius erit dominus. Christus enim factus est pro nobis propitiatio in sanguine suo. Pro ipsis enim crucifixoribus orauit: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt,*

Ioan. 25. d.

Luc. 23. c.

✠ Procopivs. Ignorantia intelligitur legis, aut si fortè quis maior vi adactus fuerit in legem committere. Quapropter ociferatur Dauid, *Ne memineris peccatorum iuuentutis meæ, & ab ignorantia mea absolue me.*

Lib. 1. in Leuit. cap. 5.

✠ Radvlphvs. Non dictũ est, si sacerdos qui est vnctus, peccauerit, & postea intellexerit peccatum suum, sed tantum si peccauerit. Quod non sine causa prætermisit. Pontifex quippe noster dominus Christus, in se quidem non peccauit, sed in eos quos sibi compaginauit. Horum peccatũ nec ipse vnquam ignorauit, qui omnia nouit antequam fiant.

b *Vitulum efferet extra castra* Isichivs. Sufficit nobis conclusio legis ad manifestãda præsentia, nihil enim præcipitur hic mutari pro peccato multitudinis. Manifestum est quod idẽ peccatũ plebis & sacerdotis intelligit, ideo in vtroque idem sacrificium D ordinauit.

c *Si peccauerit princeps & se.* Isichivs. Sicut in spõtaneis sacrificiis secundum differentias cõuersationũ differentias ordinauit sacrificiorũ, ita pro peccatis quorũ sacrificia ipsis iubet esse æqualia, quorũ magnitudo nõ modo ex peccato, sed ex persona peccantiũ ponitur.

a ¶ Synagoga vel plebs Iudaica quæ clamauit: Crucifige, crucifige, & Sanguis eius super nos & super filios nostros. Matth. 27. d. b ¶ Pater omnem synagogam posse delinquere per ignorantiam. Vnde: Pater, scio quia per ignorantiam fecistis. Actus 3. c. Sacerdotes autem scienter peccauerunt, in scripturis ante omnia prænunciata videntes, & ideo grauius delinquentes.

a Quòd si omnis turba filiorum Israël. † ignorauerit, & pẽr im- 13
b peritiam fecerit, quod contra mandatum domini est: & pò-
a ¶ Conuersa ad pœnitentiam & prædicationem Apostolorum. ¶ Hoc de sacerdote non dicitur.
¶ Credendo in crucifixum qui redemit genus humanum.

stea intellexerit peccatum suum, offerẽt* pro peccato suo vi- 14
a ¶ Christum. ¶ Eadem quoq; de synagogæ vitulo intelligẽda sunt. b ¶ Fidem suam, f. doctoribus ecclesiæ offerat, & ostendat. c ¶ Vt supra. d. ¶ Sicut sacerdos in sacrificio suo.

tũlum. Adducetq; eum adostium tabernaculi, & ponent 15
a ¶ Quia principes Iudæorum & summi sacerdotes Christum Pilato tradiderunt crucifigendum.
b ¶ Vnde: Collegerunt pontifices & Pharisæi concilium, vt Iesum morti traderent, & occiderent. Vnde Caiphas: Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo, &c. Iohan. 11. f.

niores populi manus super capũt eius coram domino. Immo 16
¶ Beneplacito. a ¶ Christus.

latoq; vitulo in conspectu domini, inferet sacẽrdos qui vn- 17
a ¶ Oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Psalm. 44. d.

ctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonij, tin-
a Quod expositum est non expensas, actum ne agas.

gẽt digito aspergens septies* contra velum. Ponetq; de eodẽ 17
a ¶ Quatuor virtutibus. ¶ De sanguine Christi cornua altaris, i. brachia crucis respersa sunt.
b ¶ Quod est genus humanum quod sanguine Christi aspersum est & redemptum: qui Christus quotid e saluat & redimit.

sanguine in cõrnibus altaris, quod est coram domino in ta-
¶ Vt supra. ¶ Eidem crucis.

bernaculo testimonij. Reliquum autẽ sanguinẽ fundet iuxta
a ¶ Aperte ostendit hæc eodem modo esse facienda & intelligenda.

basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi
a ¶ Christo qui interpellat pro nobis. ¶ Pater.

testimonij: Omnemq; eius adipem tollet, & adolebit super
a ¶ Vt supra. ¶ Eidem crucis.

altare. Sic faciens & de hoc vitulo, quòmodo fecit & prius: 18
a ¶ Aperte ostendit hæc eodem modo esse facienda & intelligenda.

& † rogãte pro eis sacẽrdote, propitius erit * dominus. Ipsum 18
a ¶ Christo qui interpellat pro nobis. ¶ Pater.

autem vitulum efferet extra cãstra, atque cumburet sicut & 19
¶ Quia extra portam passus est Christus, exeundum est ergo extra castra & portandum improperium eius.
b ¶ Quia Christus igne passionis assatus est.

prior vitulum, quia pro peccato est multitudinis. Si pec- 20
a ¶ Synagogæ vel humani generis.

cãuerit princeps, & fecerit vnumè pluribus per ignorantiã, 21
a ¶ Cui plus committitur, ab eo plus exigitur. b. ¶ Sapientia prædituis qui ignorare non debet.

†errauerit per ignorãtiam. Luc. 12. f. Matth. 25.

*congregatio

Hom. 2. in Leuit.

Moraliter.

timeamus:

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Quod si omnis turba. *Hic agitur de hostia pro peccato multitudinis, cum dicitur:* Quod si omnis turba &c. *Dicit Ra. Sa. quod intelligitur per turbam congregatio iudicum ordinariorum, qui erant lxx. seniores populi, ad hoc per impositionẽ manuum ordinati, & in istis totus populus virtualiter continebatur. Potest etiam intelligi, de toto populo, inquantum per ignorantiam senum populus delinquebat.*

2 Offeret pro peccato suo vitulum. Adducetq, &c. *In memoriam vituli vituli constatilis. in quo peccauit populus: Exod. xxij.*

3 Et ponent seniores populi manus super caput eius. *Protestantes prosę & tota multitudine. Illud dictum est supra de protestatione sacerdotis.*

4 Inferet sacerdos qui vnctus. *Id est sacerdos magnus vt suprà.*

5 De eodem sanguine in cornibus altaris, &c. *Hoc exponatur & totum quod sequitur quantum ad istam partem, sicut expositum est suprà in sacrificio pro peccato sacerdotis.*

6 Si pecca. *Hic agitur de hostia pro peccato principis,*

✠ 1 Offeret

MORALITER.

✠ 1 *Quod si omnis turba filiorũ.* Sicut populus sequitur sacerdotẽ in malum, ita sequi debet in bonum: & ideo post sacrificium pro peccato sacerdotis, ponitur sacrificiũ pro peccato multitudinis. Et ponitur simile sacrificium, cum dicitur:

2 *Offeret pro peccato suo vitulum.* Exponatur eius immolatio, sicut de sacerdotis peccato: tamen maior gradus virtutis requiritur in sacerdote, propter excellẽtiorem gradum ecclesiæ.

6 *Si pec.* Hic agitur de sacrificio ꝓ peccato principis, quod determinatur cum dicitur:

2 Offeret

Universidad de Deusto
Biblioteca

timeamus. *Vos estis sal terræ. Si vero sal infatuatum fuerit, ad nihilū*
A *valet nisi vt proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus.*
Matth. 5. b.

a. *Hircum de capris.* Non capram, facilem scilicet vel mediocré sed difficilé & asperā pœnitentiā. Quantò enim quis intellectu præeminet, tantò si peccat pro maiori culpa maiorem pœnam sustinet.

b *Ponet manum, &c.* per semetipsum peccatum manifestās, & offerens confessionē suam. Ipse autē iuxta Lxx. nō occidit, sed alij, quia illi est necessarium aliorum auxilium, vt pœnitentia suscipiatur, nec sacerdos occidere præcipitur, ait enim.

† & ponet super

c *Cumq; immolauerit, &c.* nec eddidit qui immolare debeat, licet enim in sacrificio pœnitentiæ alterius vti adiutorijs: vnde Iacob. *Orate pro inuicem vt saluemini.*

B

d *Vbi solet mactari, &c.* Quia similiter placent Deo digna peccatorum pœnitētia & fortia iustorū opera.

e *Cornua altaris, &c.* Super crucem offerūtur primitiæ sanguinis qui pro peccato offertur, quia op⁹ crucis & effectus, peccatorū nostrorum perfecta remissio est.

* eius † ponet sup

f *Et reliquū fundens.* Omnē scilicet pœnitentiam euangelicæ prædicationi tribués, cuius intentio est vt se corrigat: & saluetur qui pœnitet. Vnde in principio Euangelij dominus inquit prouidenter: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.*

Matth. 3. a.

Vbi suprà.

g *Quod si peccauerit, &c.* ORIGENES. Faciens vnum ab omnibus mādatis domini, quod non fiet. Diu me in hoc sermone stubus mādatis domini, quod non fiet. Diu me in hoc sermone stubor attonitū tenuit. Non enim cōsequēter dictū video: Quòd si peccauerit anima, & fecerit vnum ex mādatis domini, quod non fier. Si enim mandatū domini est, quomodo fieri nō debuit, cùm mandata, vt fiant, fuit data? Video tamen omnes interpretes similiter protulisse. Non est ergo error interpretationis, sed sensus profundus. Mandata enim domini quædā data sunt vt fiāt, quædam vt non fiant, sed quæ fieri debent, necessitas poposcit humana, vt illi inserta essent quæ fieri nō debent. Agnus immolari in pascha iubetur, nō vt agni hostiā p singulos annos requireret Deus

Mandata data vt fiant.

C

peccati noticiam nō A eam hic accipio, qua vnusquisque qui male agit, scit peccatum suum esse quod agit, sed eum solum peccata sua veraciter cognoscere existimo, qui peccatum quàm pernicioſiſſimū sit, quantue pœna plectēdū, pauido corde ppēdit.

Moraliter.

2 *Sin autem de pecu.* ISICHIVS. Oblationi capræ quam offerunt qui de populo sunt, ouem coniunxit. In populo enim possunt esse simplices aliqui quibus conueniat sacrificium ouis, quod in holocausti sacrificiis & pacificorum demonstratur. Non solum enim princeps, id est scientia sublimior vel popularis, est, quanuis simplex, si forte peccet, non ignoscitur ei, nisi per oblationem pœnitentiæ peccatum diluerit. Cætera expositione non indigent. Cum enim pro peccato sacrificium fit, de capra & oue similia præcipit.

† vel adolebit sacerdos ea.

a ¶ His oblatis pœnitentia nostra & oblatio non sufficit, nisi sacerdos magnus oret pro nobis.

bit super altare in odorem suauitatis domino, † rōgabitque

a ¶ Qui simplex in populo est.

¶ Quia per simplicitatem peccauit.

a ¶ Vt pœnitentia sit munda.

3 eum pro eo, & dimittetur ei. Si autem de pecoribus ōbtulerit victimam pro peccato, ouem scilicet immāculatā, ponet ma-

¶ Exposita ne exponas, grandis enim tibi restat via

num supra caput eius, & immolabit eam in loco, vbi solent cædi holocaustorum hostiæ. Sumetq; sacerdos de † sanguine eius digito suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. Omnem quoque adipem auferens, sicut auferri solet adeps, qui immolatur pro pacificis, & † cremabit super altare incensum domini, † rogabitque pro eo & pro peccato eius, & dimittetur illi.

D

† & expiabit eum sacerdos.

† sanguinē oblationis

† & expiabit sacerdos pec catum ipsi⁹.

Exod. 29. a. Leuit. 1. c.

Oseæ 4. b.

CAP. V.

a *Si peccauerit ani. &c.* AVGVSTINVS. Videtur dicere peccare hominem qui audit aliquem falsum iurare: & scit eum falsum iurare & tacet. Tunc autem scit, si rei de qua iuratur testis fuit aut vidit, scilicet aut

Quæst. 1. in Leuiticum. An sciens aliquem iurare falsum peccet &c.

E

conscius fuit, id est, aliquo modo cognouit: aut oculis conspexerit: aut qui iurat indicauit illi. Ita enim conscius esse potuit. Sed inter timoré huius peccati & timoré proditionis hominū, non parua extat plerunque tentatio. Possumus enim paratum ad periurium admonendo vel prohibendo à tam graui peccato reuocare. Sed si non audierit, & coram nobis falsum iurauerit, vtrum prodendus sit etiam si proditus incurrat periculum mortis, difficillima quæstio est? Sed quia non expressit cui indicandum sit, an cui iuratur, an sacerdoti, an cuipiam qui non solum non potest eum persequi irrogando supplicium, sed pro illo potest orare. Videtur mihi quod se homo à tali peccato exuit, qui talibus indicat, qui magis per iurio prodesse quàm obesse possunt corrigendo, scilicet vel orando: si ipse confessionis sibi adhibeat medicinam. Notandum tamē quod pro hoc peccato sacrificium non iussit offerri, sed statim subiunxit: Anima quæ tetigerit aliquid immundum &c.

B

✠ PROCOPIVS. Bifariam autem hic locus intelligitur. Aut si quis aliquem cognouerit peierasse, & productus testis vt id

C pœcatum indicet, & celare in animum induxerit. Hoc tergiuersatione peccatum non sibi paruum conflat. Aut si quis iureiurando adactus, vt aliqua quæ occulta sunt, proferat, cunctatur ea, licet

CAP. V.

a ¶ Quælibet non populo terræ vt supra. ¶ Hic pro peccatis sacrificium non præcipitur offerri.

a S I peccauerit animā & audierit vocem iurantis, testisque fuerit quòd aut ipse vi-

¶ Falsum. a ¶ Rei quæ iuratur.

b dit, aut conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Anima quæ

a ¶ Sacerdos, vel ei qui profit non obst.

1 2 3 4 5 6 7 8

tis, vt faciunt Scribæ & Pharisæi. Hæc semper meditant, sed tamen tacentes nunciare ad populum voluit, ne Christi fateantur aduentum.

Allegoricè.

ISICHIVS. *Si peccauerit, &c.* Non repetit quæ superius dixit: generaliter de omni peccato agens, & quæ debeant offerre præcipiés. Cùm enim dixit: Si peccauerit anima de populo terræ &c. Carnalem Israël ostendit, qui cognoscens mandata legis Dei, nō debuit quippiam transgredi: transgressus autem debuit pœnitere. Nunc autem dicens: *Si peccauerit anima*, non addit, de populo terræ. Ait enim de peccatis, quibus sit necesse etiam gentes abstinere, id est idolotithis suffocatis, sanguine & fornicatione, sicut & in sequentibus inuenies. Superius quoque peccatum per semetipsum delinquentis, hic autem alienis peccatis contaminatum demonstrat. Hoc enim innuit tactus immundi morticini & à bestia capti, apertissime ostendens, quia alterius peccatis vel errori non debemus consentire, sed arguere.

b *Anima quæ tetigerit.* ISICHIVS. Non corporis, sed rei immun

Moraliter.

F

das ta

c ✠ 1 Offeret hostiam, &c. *In quo designatur eius principatus, quia est dux populi sicut hircus caprarum. Intelligitur etiam per hoc grauitas sui peccati, quia hircus est animal fœtidum.*

Peccatum principis.

2 Tangens cornua, &c. *Sanguis enim huius victimæ non inferebatur intra tabernaculum, sicut in duobus prædictis sacrificijs.*

3 Rogabitq; pro, &c. *scilicet pro deuotione & oratione sacerdotis & ipsi⁹ offerentis, quæ fiebant in fide Christi venturi, non autem dimittebatur virtute virtute ipsius sacrificij, secundum quod dicit Apostolus Heb. 9. a.* Impossibile est sanguine hircorum aut vitulorum auferri peccata.

4 Quod si pec. &c. *Hic agitur de sacrificio pro peccato personæ singularis, quod notatur cum dicitur, de populo terræ.*

5 Offeret capram. *Ad denotandum ignorantiam suam.*

6 Ponetque manum &c. *Rationibus prædictis.*

7 Omnem autem adi. &c. *prout suprà dictum est 15. cap. Cætera patent ex prædictis.*

NICOL.

✠ 1 *Offeret ho. &c.* Nam hircus dux est caprarū, sicut princeps subditorum. Est etiam animal fœtidum, & per hoc significatur quod peccatum principis est infamiæ & scandali plenum, & ideo princeps pro peccato suo hircum offert, quando per emendationem debitam scandalum & infamiam aufert, sicut legitur Dauid fecisse ij. Regum xij. d. & Manasses ij. Paral. vlt.

Peccatum principis.

4 *Quod si pec. ani.* Hic agitur de sacrificio pro peccato singularis personæ, cum dicitur:

5 *Offeret capram.* vel ouem, vt dicitur infra eod. cap. Hoc autem moraliter facit, qui stoliditatem vel ignorantiam quæ sibi causa peccati fuit, per attentionem diuinæ legis & implerionem eius quantum ad ea quæ sunt de necessitate salutis excludit.

Allegoricè.

ALLEGOR. verò potest de Christo totū exponi. Dicitur enim j. Ioā. ij. quòd *ipse est propitiatio pro peccatis nostris: Et non pro nostris tantum sed etiam pro totius mundi:* propter quod figuratus fuit per sacrificium sacerdotis, multitudinis, principis, & personæ singularis, propter quod per vitulum immolatum figuratus fuit ratione suæ passionis: & per hircum & capram propter similitudinem carnis peccati, & per ouem ratione vitæ innocentis.

MORAL.

1 S I peccauerit anima. *Hic consequenter agitur de oblatione seu sacrificio pro peccato ex passione vel negligentia facto. Et primò*

Diuisio. in his, *quæ contingunt in commixtu hominum. Secundò in abusu sacrorum, ibi:* Locutusque est &c. Anima si. *Prima diuiditur in tres partes, secundum tria genera peccatorum. Secunda ibi:* Anima quæ tetigerit. *Tertia ibi:* Anima quæ iurauerit. *Primum contingit ex inordinata affectione amoris vel odij vel huiusmodi, videlicet quando requiritur ab aliquo iuramentum de dicenda veritate in casu testimonij, & tacet veritatem ex inordinato amore ad illum: qui damnificaretur vel alia pœna puniretur si ipse deferret testimonium veritati, vel econuerso, quando tacet veritatem ex odio, scilicet in casu in quo aliquis liberaretur à calumnia si veritatem diceret: & hoc est quod dicitur:*

2 Si peccauerit anima. *Et subditur modus peccandi cum dicitur:*

3 Et audierit. *Et accipitur, & pro id est.*

4 Vocem iurantis. *Id est aduocantis eius scilicet qui requirit ab eo iuramentum. Vnde in Hebræo habetur:* Vocem iuramenti, scilicet, *quod ab eo requiritur, vnde subditur:*

5 Testis fuerit &c. *Id est vocatus in testem de eo quod vidit, aut per alium modum sciuit.* 6 Nisi indicauerit, portabit. *Iudici requirenti, ita quod per eius taciturnitatem deficit declaratio veritatis. Ex quo patet, quòd ista lex non loquitur de occultis omnino, quæ non possunt probari.* 7 Portabit iniquitatem &c. *Quia si talis taciturnitas declararetur postea coram iudice, debet ab eo puniri: si autem fuerit occulta: debet pro peccato suo sacrificium Deo facere, & cum hoc damnum restituere proximo, quod per suam taciturnitatem intulit.*

8 Anima quæ tetigerit. *Hic ponitur secundum genus peccati, & accidit ex negligentia, scilicet quando aliquis ex tactu rei immundæ polluitur, & negligit ad purificationem recurrere, & tunc oblitus suæ immunditiæ intrat atrium tabernaculi, vel comedit de sanctificatis, quæ non sunt licita nisi hominibus mundis, & hoc est quod dicitur.*

✠ 1 Et obli-

✠ 1 *Si peccauerit anima.* Hic sensus literalis est moralis: nam ille qui tenetur testificari veritatem quam nouit & tacet, peccat: de quo debet satisfactionem facere per debitam pœnitentiam, & si per taciturnitatem proximum damnificauit, tenetur ad restitutionem.

Allegoricè.

8 *Anima quæ tetigerit aliquid immundum siue quod occisum.* Nihil apud Deum immūdum reputatur, nisi peccatum: & ideo moraliter immundum tangit qui peccato corde consentit, vel quod peius est, opere perficit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

das tactiones ostendit. Vnde: *Quod intrat in os non coinquinat hominem: sed quæ exeunt à corde, prauæ cogitationes, scilicet homicidia, adulteria & huiusmodi, hæc sunt quæ coinquinant hominem*: ideo immunda dicuntur. Morticinum enim hominem in peccato mortuum significat. Vnde: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*. A bestia captus est, qui à diabolo ad peccandū illectus est. Lxx. addiderunt immundū. Nō enim omnis qui à bestia capitur, omni modo occidit, vt Petrus, sed potest dicere cum Dauid: *Anima nostra sicut passer, erepta est de laqueo venantium*.

✠ Radvlphvs. Nō sine causa interpositum est, Et oblita fuerit immūditię suę: parcitur enim humanæ fragilitati. Quis enim est qui nesciat, humanorum affectuū omnia quæ solet, pferre homo cum iuramento. Bētur affect⁹ tuus repetè ad aliqua illicita se inflectat, qđ est quasi mortuū tangere, si tu sentiens statim repugnaueris, si teipsum reprehenderis, nequaquam propter hunc tactum immundus iudicaberis: imò si de teipso tibi cesserit victoria, corona donaberis. Si verò huiusmodi cogitatione illectus neglexeris, si libenter in ea mortuus fueris, etiam si opere non expleas, polluēris, eo quod immundum corde tangens, temetipsum non arguis. Hæc est obliuio de qua lex loquitur.

Greg. Iuramentū proferre est voto nos diuinæ seruituti alligare, cum bona opera promittimus, bene facere spondemus, cū abstinentiam & cruciatū carnis vouemus, nobis malè facere iuramus. Sed quia nemo est qui interdum inter pia vota nō peccet, pro peccato agna siue capra offerri præcipitur, per agnam actiuę vitæ innocentia: per caprā quæ in summis rupibus pascitur, contēplatiua vita significatur. Qui ergo se aspicit, pmissa nō implere, seipsum debet vel innocētia bonis opis, vel in sublimi pastu contēplationis ascēdere. Et notandū quia agna de gregibus, capra verò de gregibus iubetur nō offerri, q̄a actiua vita multorū est, contēplatiua paucorū: & cùm agimus quæ multos agere cōspicimus, quasi agnā de gregibus damus. Sed si offerentis virtus ad agnam capramq; non sufficit, in remedio pœnitentiæ duo pulli colūbarū, vel duo turtures offeruntur. Pulli columbarū gemitū habent pro cantu. Ergo per duos pullos colūbarū, aut duos turtures, duplex pœnitentium gemitus designatur, quia s. recta neglexímus, prauа

Mat.15.b. Matth.8.c. Pſal.113.c. Lib.3.in Leuitico ca.4. †laruerit eā †secundum †expiabit-q; sacerdos peccatūcius Moraliter. Actiua vita & contēplatiua.

a ¶ Imitando. b ¶ Quod procedit de corde coinquinat hominem. c ¶ Peccatum alterius. d Spiritualiter. e ¶ Diabolo scilicet. ¶ Spiritualia vitia significat, quæ instigante diabolo perpetrantur. vt est odium, inuidia, & huiusmodi.

tetigerit aliquid immundū, siue † quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, vel quodlibet aliud reptile, & † oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est & deliquit. Et si tetigerit quicquam de immūditia hominis iuxta ōmnē impuritatem, qua pollui solet, †oblitaq; cognouerit postea, subiacebit delicto.

a ¶ Propria concupiscentia. b ¶ In carnalibus peccatis, quæ sunt gula, luxuria & cætera, quæ ex humana concupiscentia procedunt. c ¶ Quod pectore & ventre graditur. ¶ Eos significat qui tantum terrena cupiunt & curant, nihil de exilibus cogitant: ergo polluitur qui tales imitatur. d ¶ Obliuio enim animæ inquinatio est: a ¶ Patientes fluxum sanguinis vel seminis, & menstruatas, & quæ istam alios significat, de quibus paulò post subtilius legislator agit. b ¶ Consentiendo vel faciendo.

a ¶ Non omnis immunditia hominis polluit tangentem.

a Anima quæ iurauerit & protulerit labiis suis, vt vel malè qđ facèret vel bēne, † & idipsum iuramēto & sermone firmaueb rit, oblitaq; postea intellexerit delictum suum, † agat pœnitētiā pro peccato, & offerat de gregibus † agnūm siue caprā, c † orābitq; pro ea sacerdos & pro peccātis eius. Sin autem nō præmissum est, sermo superfluit. Modus locutionis est, quē B. Augustinus in lib. Iudicum sic notat dicens, *Perforauit caput eius & percussit*. id est, percussit & perforauit. Sic hoc loco, Anima quæ protulerit labiis suis, & iurauerit, & idipsum iuramēto & sermone firmauerit, id est, prius sermone & postea iuramento. Nam iuramento vt diximus præmisso, sermo nihil conferret.

a ¶ Ex non fecerit. b ¶ Bene vel male facere.

a ¶ Prius ignorans. b ¶ In omnibus quæ dicta sunt.

a ¶ Perfectam innocentiam. ¶ Aptam simplicibus. ¶ Quia de populo. b ¶ Perfectam pœnitentiam.

a ¶ Patrem. ¶ Id est orare nos faciet vel sanctos pro nobis. b ¶ Christus. c ¶ Consuetis vitur verbis, ad memoriam reuocans ea quæ in deprecatione pro peccatis accepit.

b *Intellexerit delictum.* Isichivs. Notandum quòd delictum aliquando significat quod cōtra solum præsumitur Deum, vt in sanctis vel in iuramentis. Aliquando omne peccatum quod ad scientiam peruenit, legislator delictum dicit. Vbicunque autem cognitio peccati siue præferatur siue subinferatur, delictum vocatur. Cùm enim delictum cognoscitur, in Deum delinquitur. Non enim frustra legislator hoc sermone vtitur: nam quemadmodum differentes conuersationes hominum in exordio per holocausta & sacrificia salutaria designauit, vt vias multas aperiret, ita non vnam sed multas species oblationū pro peccato sanciuit, vt plures modos pœnitentiæ proponeret: quoniam non omnia possumus omnes, nec omnis pœnitentia omni peccato cōuenit. sed congrua. Saccum namq;, ieiunium, lachrymas, orationem cōtinuam & similia, senex vel infirmus quomodo sustinebit: sed habet alium pœnitendi modum, sicut sequentia ostendunt.

Delictum.

Virgilius in bucolicis.

c *Sic autem non potue, &c.* Isichivs. Hoc adijciamus, vt si

quid

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et oblita fuerit im, &c. *Et sic ingeret se iura atrium, vel ea medet sanctificatum,*

2 Rea est & deliquit. *Debet enim purgari sacrificio si fuerit ignoranter factum, si autem scienter debet puniri, vt dicitur infra v. ca.*

3 Et si tetigerit quicquam de immun. ho. *id est hominis mortui, vel seminiflui, vel menstruata, vel aliorum quibus polluitur homo ex contactu.*

4 Oblitaque &c. *sua immunditia, fecerit ea quæ prædicta sunt.*

5 Cognouerit postea. *Peccatum suum per recordationem suæ immunditiæ.*

6 Subiacebit delicto. *Modo prædicto. Considerandum quod in istis duobus generibus peccatorum prædictis non determinatur hic aliquod sacrificium quo debeant expiari: & ideo dicunt aliqui, quod tale debet fieri sicut in casu sequenti, vbi ponitur forma sacrificij pro illo casu & duobus præcedentibus. Alij dicunt, quod sacrificium hic non determinatur, quia debet fieri secundum arbitrium sacerdotis.*

7 Anima quæ iurauerit. *Hic ponitur tertium genus peccati quod similiter accidit ex negligentia, videlicet quando aliquis iurat se facturum aliquid, & negligit adimplere, & ex tali negligentia dat obliuioni, & postea recordatur, & hoc est quod dicitur:* Anima quæ iurauerit, &c. *Et sequitur.*

8 Vt vel male quid faceret. *Dicunt hic aliqui quod hoc intelligitur de malo pœna sibi infligenda, vt pote si iurauerit quod se affligeret ieiunio, vel alio modo ad carnis mortificationem. Dicunt aliqui quod hoc etiam potest intelligi de malo culpæ: vt si quis iurauerit dammificare proximum iniustè, vel aliquod huiusmodi: non quia tale iuramentum sit adimplendum, sed quia ficiurando peccauit.* 9 Oblitaq; postea intellexerit delictum suum. *s. male iurando, vel iuramentum licitum non implendo.* 10 Offerat de gregibus agnam siue caprā. *Si facultas eius ad hoc se extendit.* 11 Sin autem &c. offerat duos turtures vel &c. *Cetera patent ex prædictis vsque ibi:*

✠ 1 Et dimit-

MORALITER.

† 3 *Et si tetigerit quicquam de immunditia hominis &c.* Immunditiam hominis tangit, qui eo suadente verbo vel exemplo, peccatum consimile facit.

4 *Subiacebit delicto.* Id est, pœnæ pro peccato secundum arbitrium boni confessoris.

5 *Anima quæ iura.* Hic agitur de transgressione iuramenti per obliuio

obliuionem implendi. Idco subditur:

9 *Postea intellexerit.* per recordationem.

9 *Agat pœnitentiam.* de omissione eius quod iurauerat facere.

10 *Et offerat de gregibus agnam.* Id est, redeat ad innocentiā, quæ per agnā significatur, & hoc facit cū fideliter implet qđ omisit.

10 *Siue capram*, id est agat pœnitentiam corporalē, si eius quod omiserat, non habet implendi facultatem, vel:

† *Duos*

quid horum princeps peccauerit, hircum offerat de capris, con- D
A dignam scilicet pœnitentiam sibi, qui nec peccare debuit, nec communicare aliis, nec subditos ad peccādum prouocare. Quod
1.Tim.3.a ergo euenire non debuit, indiscussum reliquit.

Sin autem, &c. Isichivs. Qui non potest affligere se con-
Moraliter. & dignum nota. tinuè cinerem vt panem manducare, potum cum fletu temperare, & his similia, semetipsum ad contemplandum Deum, legis studium pœnitendo offerat, totam mentem suam cælesti conuersationi consecrās, terrena plenissimè deuitans, vnde speratur remissio peccatorum & iustificatio. Ideo
a vnū sit pro peccato, id est, pro emūdatione peccati, alterū in holocaustum, quia se ipsum plenissimè
c Deo sacrificat.

Homil.7.in Ezechiel. Allegaticè. a *Retorquebit caput.* Gregor. Mors Christi ad coniūctionem sui corporis, id est, ecclesiæ, non ad separationē valuit. Media-
1.Tim.2.b. tor enim est Dei & d hominū & caput nostrum, & veræ mūdationis hostia, & dum pro nobis hīc mortem pertulit verius inhæsit. Post sectionē ergo caput turturis suo corpori inhæret, quia Christū ab ecclesia nec mors diuidere valet. Persecutores intulerūt mortē, vt ab eo scinderēt fideliū deuotionē, sed inde fides creuit, cùm crucifixū & sepultū viderunt eū ab amore omniū diuisisse credidérunt. Sed caput turturis incisum est, nec à suo corpore abscissum, ex eo em ꝙ nobis mortē ptulit, oēs nos sibi veri⁹ in ipsā mortē suā cōiūxit.

Vide supra. Moraliter. Greg. *Retorquebit, &c.* In sacrificio Dei turtur esse debemus, vt caput nostrum pennulas retorqueatur, id est, sensus ad virtutes. Per caput mētē intelligimus quia sicut caput corpus, ita mēs actiones regit. Sed caput collo inhæret, nec fundit⁹ abscinditur, quia mēs nostra à carnis delectatione est separāda, non à carnis
Rom.13.d. necessaria cura, nec curā carnis faciamus in desideriis. Caput ergo turturis partim ascindatur, & partim collo inhæreat.

b *Abrumpatur, &c.* Vult nos non seruire corpori, sed abrūpi vel retorqueri, ne lex peccati regnet in membris nostris. Quia verò corpus nostrū non debemus odio habere, nec diaboli facturā socūdū hæreticos existimare, sed mētu supponere, nō præcipit separari corpus à collo, vtrunque enim vnius eiusdemq; creatura est.

c *Fundamentum, &c.* Lxx. basim quod est euangeliū quia secundum intentionem sacrificij Christi & euangelij debet sacrificium pro peccatis offerri. Vnde addit: *Quia pro peccato est*, nihil enim sic à peccato eripit quemadmodum imitatio Christi, & obedientia et angelicæ prædicationis.

d *Quo si non quiuit.* Quia non omne tempus ad pœnitentiam facile, quando scilicet ipsa pœnitentia abutimur, & fructum eius
Lib.3.in Leuit.cap.6. ad peccatum redeuntes abolemus, legislator innuit dicens: *Quod si non quiuerit manus eius: &c.*

✠ Radvlphvs. Multa hominum erga Dei cultum negligentia, sed maior Dei erga homines misericordia. Ecce enim cū C peccatoribus pœnitentiæ & vitæ correctoris remedia ostensa sunt, si quis salutis iter aggressus defecerit, diuina adhuc patientia supportatur. Et si morte imminente, exequendi voti facultas adempta fuerit, ne sic quidem deseritur, sed si vel tunc conuerti voluerit via illi ostenditur qua saluetur. *Si autem*, inquit, *nō potuerit offerre pecu, offerat duos turtures, &c.* Qui pecus offerre non possunt illi sunt qui mortis propinquitate iniunctam pœnitentiam explere, seu iustis laboribus so subdere nequeunt. Offerant igitur duos turtures, siue duos pullos, &c. Turtur enim & columba pro cantu gemitū habent. Qui ergo seipsū affligere nequit, gemat *Quod si nō quiuerit, &c. Offerat similam partem ephi decimam.* Similam offerat. Quod in potestate habet, faciat: & mala quæ apud se celabat, sacerdoti per cōfessionem prodat: Suprà diximus per similā, cogitationū subtilitatem designari. De hac igitur decimam partem ephi offerre præcipitur. Indenario pfectio intelligitur. Dignum enim est, vt qui peccatorum suorum cōfessionem facit, consummet eam omnia quæ ad memoriam reuocare potest, domino pādens, non alia prodens, alia abscondens.

Augvstinvs. Quæritur vtrum vbi- Quæst.8.in Leuit.

a ¶ Agnam vel capram. b ¶ Contemplatinam vitam, & meditationem legis intentam. c ¶ Scelum relinquat: turtur enim soliuagus solitudinem significat. d ¶ Mundi tum & simplicitatem.

potuerit offerre pecus, offeret duos turtures, vel duos pullos
a ¶ Ingentem gemitum & luctum mente & corpore. b ¶ Pro emundatione peccati.

columbarum domino vnum pro peccato, & alterum in ho-
a ¶ Quia tota conuersatio Deo consecratur. ¶ Qui a non offerebatur sacrificium pro peccato: cum autem de holocausto loqueb atur, turturem nominauit, & duos non dixit. b ¶ Christo quæ enim secundum spiritum aliquando ipsum sempiternum, & eo mediante offeruntur accepta sunt. c ¶ Nemo offerens potest holocaustum fieri, si prius à peccato liber fuerit, modum libertatis suę supponit dicens, retorquebit.

locaustum, dabitq; eos sacerdoti. Qui primum ōfferens pro
¶ Meotem. a ¶ Lxx sanandæ vel condili, toti scilicet corpori, quia colli firmitas, sanitas & substantia eor, oris est.

a peccato retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo ad-
a ¶ Vade: Solutre templum hoc & cætera Iohan 2.d.

b hæreat, & nō †penitus abrumpatur, & asperget de sanguine
† diuidat a ¶ Corporis Christi.

eius parietem altaris. Quicquid autem reliquum fuerit, fa-
c ciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est.
a ¶ Omnino abrenuntians seculo

Alterum verò in holocaustum adolebit, vt fieri solet: roga-
e ¶ Admirabilis legislator Deus, qui humanæ imbecillitati condescendit, & modum reperit per quem non minora mereantur infirmi.

bitque pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur
a ¶ Lxx. non inuenerit, quia scil. cer druitis pœnitentiæ abutendo importune expendit. b ¶ Minus ergo hædum vel ouem offerre potest.

ei. Quòd si nō quiuerit manus eius offerre duos turtures, aut
¶ Quasi ne desperet.

duos pullos columbarū: offeret pro peccato suo similæ partē

Iudit.4

Delictum.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et dimittetur ei. *Dicit hic Rab. Salo. quod si esset iuramentum de pecunia vel alia re quæ potest pecunia mensurari, vt si iurasset se daturum alteri centum solidos vel huiusmodi, non esset liber pro huiusmodi sacrificio: sed teneretur implere iuramentum, nisi excusaretur per impotentiam superuenientem: vel alio modo.*

2 Quod si non quiuerit, &c. *ad est facultas ipsius offerre aues.*

3 Offeret pro peccato similæ partem ephi de. *Quanta autem sit mensura ephi, dictum fuit. Exo. xxvj.*

✠ 1 Non

MORALITER.

† 2 *Duos turtures.* Scilicet corde & ore gemendo, si fuerit impotens ad pœnitentiam corporalem.

† *Duos*

† *Duos pul. &c.* id est, actus geminæ charitatis, nam *vniuersa delicta operit charitas* 1 prouerb. x. b. Vel similam. i. farinā tritici, quæ perfectam significat contritionē, eò ꝙ farina teritur inter molas.

✠ *Anima*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacrificiorum purgationem adhibere, vt cętera omnia ab istis ad illam generalitatem pertinerent.

Allegorice. a *Ephi.* ISICHIVS. Mensura est trium mensurarum, id est, tres modios continens. Christus ergo est, qui sacrificiū offert, & ipse sacrificium est. Quia ephi mensura trium modiorum trinitatem

Trinitas. innuit, quia vna non sura est, quia in ea vna deitas est. Tres vero habet mensuras, i. tres personas perfectas, & totidem subsistentias, vt nō peccemus, si partem, carnem domini dicimus propter inseparabilē incarnati verbi vnionem, pars autē est trinitatis, ga gloria eius & virtus est indiuisibilis, vnde Apostolus:

Coloss. 2. b. *In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Et Ioannes, *Qui negat filium, nec patrem habet. Qui confitetur Iesum, & patrem habet.* Christus ergo est ephi, habens in se plenitudinē trinitatis, decima eius, caro, in quo ostenditur sublimitas diuinitatis eius humanitatis respectu propter quod & pars dicitur, & integro homini verbum incarnatum est, qui & legem impleret. De

Num. 18. d. B narius perfectus est: & decem legis continet mandata. Vnde & decimæ decimam præcipuam sacerdoti, id est, Christo lex deputauit, quasi massæ nostræ primitias habenti Qui ergo post pręuaricationem pœnitētiam vult agere, in spe Christi agat, qui ait: *Nō dico tibi septies, sed vsque septuagies septies*, in quo frequenter peccantibus spem pœnitētiæ non aufert: ideo implet pugillū in memoriam eius qui obtulit, id est, memor verbi sui, quo ait: *Nō peribunt in æternum: & non rapiet eos quispiam de manu mea*: Pugillum

Mat. 28. c. monimentum offert, id est, verbum secūdum quod promisit non perire eos qui sub manu eius fuerint.

b *Non mittet in eum, &c.* Quasi non est hæc perfecta pœnitentia, ideo oleum non habet, id est, spiritualem lætitiam hilaritatis nec thus, quia nec confidendum est ei in orationibus. Sed tradat qui offert oblationem sacerdoti, id est, spem salutis committat diuinæ pietati.

c *Quia pro peccato.* Quia nescit vtrū boni odoris sit oratio eius qui frequenter præuaricatur. Vnde: *Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem?* Non finit ergo desperare, nec tamen præsumere, ne iterum negligentes sint.

Ioan. 3. d.

d *Pugillum.* In pugillo scriptura significatur quo scribitur. Scriptum est autem: *Non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies.*

Matt. 28. c. C Per pugillum ergo innuit Deum exorandum esse, vt meminerit scriptæ misericordiæ suę, vt eam nobis donet: sicut fratribus donari iubet: hoc enim orantem mundabit sacerdos magnus.

D Peccatū contra sanctā.

e *Anima si prauer. &c.* ISICHIVS. Ab omni peccato abstinendum est, sed maximè ab eo quod contra sancta cōmittitur: quantum autem sit horrēdum, oblatio testatur. Nusquam enim à principio historiæ, nisi hoc in loco aries offerri iubetur, in quo necessitas & vtilitas sacrificij phibetur: non offertur hic hirc⁹, nō capra, non ouis, non par turturum, aut duo pulli columbarum.

✠ THEODORET. Sępenumero contingebat quempiam negligentia lapsum, opportuno tempore nō offerre quæ Deo sunt consecrata, veluti primogenita, &c. Hunc ergo qui tam negligēter deliquerit, grauius punit. Primum enim iubet eū exoluere, quod Deo debetur: addita iusti pretij quinta parte, tum pro delicto arietem in sacrificiū offerre quinquaginta siclos valentem, & ita peccati remissionem consequi.

Quæst. 2. † super oblationes dominī oblatio est pro peccato. Et expiabit sacerdos ipsius & dimittetur ei & erit sacerdoti sicut sacrificium.

PROCOPIVS. Scilicet si quid ex illorum numero quæ domino consecrata sunt expilauerit sacrilegè, aut vota non soluerit Inquit enim, *Fili, si voueris votum domino, ne cunctaris id persoluere.* E

f *Ceremonias per, &c.* ORIG. Multæ species sanctificationis sunt. Est oleum, quo vngitur solùm tabernaculum. Et thymiama, de quo dicitur: Quicunque talem compositionem fecerit, peribit de populis suis. Panes quoque propositionis soli mares comedunt, qui sunt de stirpe Aaron. Homil. 2.

Mysticè autem in his quæ sanctificata sunt, peccat qui in sacro loco aliquid irreuerenter vsurpat, vel res diuinas indignè tractat.

g *Duobus sic.* Duo sicli, duo præcepta charitatis sunt, quibus peccator emit sibi confidentiam remissionis. Nihil enim valet pœnitētia sine gratia remissionis, vnde iuxta Lxx. aries quinquaginta siclis emitur, quia per pœnitentiam & geminæ charitatis obseruantiam perfecta requies acquiritur, quando remissio peccatorū datur. Lxx. argēti quinquaginta siclis, siclo sancto. Nemo enim acquirit domini sacrificiū nisi per spiritū sanctum, quia *nec* 1. Cor. 12. *potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto* Quinquaginta verò spiritus sancti aduētū significat, qa die pētecostes. i. quinquagesima ad apostolos venit. Lxx. siclo sancto. In siclo sancto, spiritus sancti virtutem & operationem significauit. Siclus xx. obolorum est, vicenarius obnoxius peccati non est Vnde qui de Ægypto exierūt cum essent xx. annorum, peccati populi pœnam nō susceperunt. Mundus quippe est ab omni peccato spiritualis homo.

☞ a *Et Numa.* F

¶ Perfectē credendo in sanctam trinitatem. Ephi namque tres modios continet, & denarius perfectus est.
b ¶ Timere debet, ne forte non suscipiatur cuius pœnitentia maculatur, quasi misericordia & compassione indignus. c ¶ Lætitiam hilaritatis. d ¶ Nec spem salutis ponat in orationibus.

¶ Christo.

a ¶ Quo scripta significatur misericordia. b ¶ Altare corpus est eius, quod omne suscepit peccatum: etiam quod videbatur non purgandum, ideo addit, quia pro peccato est, ostendens quia Christus omnia peccata suscipiet.

a ¶ Qui is misericors & fidelis sacerdos est, qui orat pro peccatis populi.

a ¶ Solus. b ¶ Id est, gratia sua offerentem saluabit.

a ¶ Vsurpauerit scilicet quod debetur sanctis vel sacerdotibus vel oblationibus.

a ¶ Firmiter credat, plenam fiduciam habeat in redemptione sanguinis Christi: hic est enim aries inter vepres hærens cornibus. b ¶ Delictum appellat quod in scientia est, quod in iurando aut in sancta agendo commissum est: quia æque contra Deum est. ¶ Saluatorem qui peccatum non fecit.

¶ Dilectione Dei & proximi cum innocentia.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Non mittet in eam oleum neque thus. *Dicit Rab. Sa. quod oblatio est pro peccato: ideo non debet decorari, oleum autem immissum decorat quantum ad colorem, quia lucidum facit illud, in quo immittitur: thus autem quod est aromaticum, decorat quantum ad odorem. Doctores autem nostri aliam causam assignant, videlicet, quia per oleum designatur Dei misericordia: per thus verò quod est odoriferum, acceptatio diuina, & ideo in oblatione pro peccato non ponebatur oleum nec thus: quia peccator non debet seipsum assecurare quod peccatum sit sibi dimissum, vel munus suum Deo acceptum, sed debet semper timere.*

2 Reliquam verò partem, &c. *Ratione laboris sui in immolatione sacrificij.*

Quibus facti⁹ erat licitum vti. 3 Locutusque. *Hic consequenter describitur oblatio pro peccato quod consistit in abusu sacrorum. Circa quod sciendum, quod aliqua fuerunt sacra quibus non erat licitum vti: sicut thymiamate pro delectatione odoris, & oleo vnctionis pro medicamine infirmitatis: & de abusu talium per errorem facto loquitur hic scriptura, vt dicunt aliqui. Alij dicunt, quod loquitur hic de abusu primitiarum quæ erant sanctificatæ domino, eò quod sacerdotes domino ministrantes debebant inde sustētari, & ideo si aliquis per errorem aliquid de talibus suis vsibus applicaret, debebat facere sacrificium quod hic determinatur, & huic dicto consonat litera sequens, cum dicitur: Ipsumq, quod intulit damni, restituet. Et quintam partem ponet supra tra. sacer. Ex quo enim restitutio ista debebat fieri sacerdoti, videtur quod illa quibus hemo abusus fuerat, ad vsum sacerdotis pertinebant.*

4 Duobus siclis. *scilicet argenteis: quorum autem valet siclus dictum fuit Exo. xxx. Alia vero erant sacra, quæ non poterant venire in vsum hominum modo prædicto sicut vasa sanctuarij: peccabant tamen illi qui ea tangebant, nisi essent deputati ad illud officium in quo erat necessarius vsus illorum vasorum, de tali abusu per ignorantiam facto loquitur hic scriptura, cum dicitur:*

✠ 1 Anima

MORALITER.

✠ † *Anima si præua. &c.* Hic agitur de sacrificio pro peccato illius, qui res diuino cultui deputatas indignè tractat, vel suis vsibus applicat, cùm dicitur:

Durissimum esset dicere, vt per talem comestionem homo puniretur capitaliter: Sed aliter est dicendum: nam in hoc loco dicitur de tali trãsgressore: Peribit *vel* interibit de populis suis: *& similiter in multis aliis dicitur similiter. Quod intelligit secundum glos. nostram, vt non dicatur ouis sed lupus rapax, vnde in quamplurimis locis, vbi similis sententia ponitur, secundum Hebræos diuina vltio intelligitur tale peccatum relinquit, non quòd per hominem ad pœnam capitalem iudicetur, & est humanior sententia: nam de illo in cuius domo inuenietur seu appareret quantumcunque modicum fermenti in tempore paschali: & in quamplurimis casibus leuissimis, talia verba in veteri lege leguntur in quibus durissimum esset crimen capitale introducere.*

ADDITIO II.

In eodem ca. vij. vbi dicitur in postil. Tenebit manibus adipem hostiæ, &c.

Sacerdos in huiusmodi oblationibus faciebat quatuor motus tantum, scilicet eleuare versus cælum & retrahere versus terrã, & mouere antrorsum & retrahere retrorsum, & sic in huiusmodi motibus propriè fiebat signum crucis vt patet considerãti, &c.

Crucis signum.

REPLI-

REPLICA *correctorij contra Burgen. In vij. cap. Leuitici cum postillator exponeret illum passum:* Qui fuerit mundus vescetur ea. *Inter cætera cũ dixit: Sed si aliquis immundus inde comederet scienter puniri morte debebat. Burg. eum notat inquiens: Durissimum esset dicere vt per talem comestionem homo puniretur capitaliter. Et dicit secundum nostram glos. (vbi de transgressoribus secundum Hebræos pœnalis verbis præfigatur:* Peribit *vel* interibit de populis suis) *hoc intelligi vt tale peccatum diuina vltio non relinquatur. Vnde inquit, hæc est humanior sententia. Quid est tunc quod dicitur Num. xv. d. de homine qui in die sabbathi ligna collegit, quem cum Moyses & Aaron carcere inclusissent, nescientes quid super eo facere deberent, nunquid iuxta verbum quod locutus fuit dominus ad Moysen, vt ibi legitur, Anima verò quæ superbia aliquid commiserit, siue peregrinus sit ille, quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo, &c. Dominus hoc ipsum verbum Moysi & Aaron nescientibus quid cum eo transgressore agere deberent, clarius exposuit, vt ibidem subditur:* Dixitque dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste; Obruet eum lapidibus omnis turba extra castra, &c. *In quo enim magis ille peccauit ligna colligendo, quàm qui scienter ex cõtemptu vel per superbiam contaminatus, & immundus de hostia pacifica vesceretur. Nec postillator de eo qui ignoranter faceret, hoc dixit, cum aperte inquit, sed si aliquis immundus inde comederet scienter, quasi ex contemptu vel superbia diceret.*

CAP. VIII.

A a TOlle Aaron, &c. ✠ PROCOP. Cum antea seorsim Moyses oleo & seorsim cruore alterius arietis vnxisset illos, qui sacris initiabantur, vt sacerdotio fungerentur: Nunc offerentes sacrificia maiore perfectione, qualem suppeditet lex, potiuntur. Nõ simplex oleũ admiscetur sanguini simplici, sed oleum vnctionis & cruor altaris confunduntur. Nec ipsi soli, sed & vestimenta ipsorum hanc sentiunt vnctionem. Verum hæc omnia in typo quodã contigêre. Cruor passionis dominicæ, vt oleum vnctionis quę in baptismo fit, symbolum habetur. Notabis autem in lege solos sacerdotes lustrari & perfici sanguine & oleo. At tempore gratiæ participes fiunt perfectionis, vniuersa multitudo *sacerdotium regium, gens sancta.* Præterea reges, solo inungebantur oleo: at sacerdotes cõsecrabantur adhibitis oleo & sanguine. Non licebat regibus sacerdotum munia obire: vicissim nec licitũ erat sacerdotibus, vt regio fungerentur officio. Solus autẽ Christus, qui excellit legem & rex, & sacerdos pronuntiatur secundum ordinẽ Melchisedech. Hic enim vtraque dignitate conspicuus fuit. Qua propter vtraq; concurrerunt corpori Christi in ecclesia, scilicet sanguis pretiosus & oleũ sanctũ.

Lib. 1. cap. 1.

✠ RVPERT. Superius vbi has vestes summo pontifici gloriam & decorem fieri fecit dominus, mysticas, per singula indumenta reddidimus. Vnum hic quærendum est, cur cum cæteris omnibus fratrem suum Moyses induerit, de solis fœminalibus lineis, quod erat primum indumentum secundum imperium domini, nulla hic mentio fit. Dicimus ergò, quia fœminalia quibus carnis turpitudo tegeretur, in figuram continentiæ, quæ sacerdotibus competit, fieri iussa sunt. Porrò continentia hæc vt omnimoda puritate sanctificetur homo, non est ex legis præscripto, sed ex euangelij consilio. Ritè igitur scriptura tacuit, vt ipso silentio fateatur de virginibus non esse legis præceptum, sed offerri gratiæ consilium.

b *Duos arietes.* Christi passio significatur, qui est dux populi Bene autem duo arietes immolantur, quia Christus bis nobis mysteria suæ passionis commisit. Primum quando agnum mysticum in cœna comedit. Secundò quando eadem mysteria in panis & vini consecratione constituit.

Quis ad sacerdotium eligendus.

C *Et congregabis.* Conuocauit Moyses omnem synagogam, quamuis dominus elegisset & præcepisset, conuocatur tamen synagoga. Requiritur enim in ordinando sacerdote præsentia populi, vt sciant omnes & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, doctior, sanctior, & virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium. Lauit ergo eum & induit. Quali indumento: tunica, & præcinxit eum zona. Et iterum, *Misisti enim tunicam talarem*, vel vt alibi legimus, *interiorem.* Videamus autem duabus tunicis indutum pontificem. Iesus autem prohibet apostolos duabus tunicis indui, cum Moyses & Iesus, id est lex & euangelium

D Eccl. 45. a. 2 Reg. 15. d. Matt. 10. b.

CAP. VIII.

Locutúsque est dominus ad Moysen dicens: 1
Tolle Aaron cum filiis suis, vestes eorum & 2
& Christum
vnctionis oleum, vitulũ pro peccato, duos 3
a ¶ Vas perplexo vimine factum, scripturam significat: quæ multiplici sententiarum conficitur textura. b ¶ Diuina sapientia in asymin synceritatis & veritatis. c ¶ Hoc factum est, quando prædicantibus apostolis vna die crediderunt quibusque milia post resurrectionem una die duo milia.
b arietes, cánistrum cum azymis: & congrẽgabis omnem cœ- 4
tum ad ostium tabernaculi. Fecit Moyses, vt dominus imperauerat, congregatáque omni turba ante fores tabernaculi, 5
a ¶ Euangelicus. Vnde Petrus: Hoc est verbum quod annuntiatum est vobis, euangelica. scilicet mysteria.
ait: Iste est sermõ, quem iussit dominus fieri. † Statim- 6
a ¶ Christum qui offertur parti. vnde Daniel: Obtutus est in conspectu eius, qui nobiscum & propter nos offertur. b ¶ Qui imitantur eum: Vnde. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. c ¶ Quia hæc oblatio per Christum celebratur, baptizatus est enim Christus, vt aqua baptismi sanctificaretur.
d que obtulit Aarõ & filios eius. Cúmque lauãsset eos, 7

E † 21. dist. c. 1. in principio.

B ses, quia circuncisio esset spiritualis: seruabat tamen & circuncisionem carnis, quia incircuncisus esse non poterat, habebat ergo duas tunicas, vnam carnalis mysterij; aliam intelligentiæ spiritualis. Non enim poterat esse pontifex eorum qui tunc erant, nisi carnalia sacrificia offerret, quamuis spiritualia esse debere sciret. Conuenienter ergo habebat duas tunicas. Apostoli verò qui dicturi erant: *Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit*, & literalem obseruantiam penitus reprobaturi, meritò duas tunicas habere prohibentur. Sufficit eis vna, & hæc interior, eam verò quæ foris est legis tunicam nolunt, quia vnam Iesus & ipsam interiorem habere permittit.

Gal. 5. a.

Lib. 2. cap. 1.

d *Cumque lauisset.* HIERON. Iam tunc purgationem mundi & rerum omnium sanctitatem baptismi sacramenta signabant. Non accipiunt vestes nisi loci, nec ornantur ad sacra, nisi in Christo noui homines renascantur. Vnum enim nouum in vtres nouos mittitur. Moyses lauat, id est lex. Vnde: *Habent Moysen & prophetas, audiant illos.* Ab Adam vsque ad Moysen omnes peccauerunt, præceptis Dei lauamur, & parati in aduentum Christi tunicas pelliceas deponimus, & induimus vestem lineam nihil in se mortis habentem, sed totam candidam, vt de baptismo surgentes stringamus lumbos in veritate, & rota pristinorum peccatorum turpitudo celetur. Vnde: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum, &c.* Post feminalia & lineam tunicam induimur hyacinthina veste, de terra confcendentes ad alta. Hæc est subucula iuxta Lxx. quæ sublimium rationem significat tantum patere maioribus atque perfectis. Hanc habuerunt prophetæ, Moyses & Aaron, & omnes quibus dicitur: *In montem excelsum ascende tu qui euang. Sion.* Non sufficit prior ablutio peccatorum, baptismi gratia, secretior doctrina, nisi habeamus opera, id est super humerale quod rationali copulatur, vt nõ

Matth. 9. a. Luc. 16. g. Rom. 3. c. Rom. 5. c.

Psal. 31. a.

Esa. 14. b.

F

☞ fit

NICOLAVS DE LYRA

CAP. VIII.

1 LOcutúsque est dominus. *Superius actum est de sacrificiis & oblationibus, hic consequenter agitur de ipsis offerentibus, & primò agitur de offerentibus ratione officij cuiusmodi erant sacerdotes. Secundò de offerentibus ex professione fidei, cuiusmodi erant alij infirmores: quia sacrificia illa erant quædam protestationes fidei offerentium, & de his agitur cap. xj. Prima in tres, quia primò describitur circa sacerdotes consecrationis ritus: secundò consecratorum vsus ca. ix. tertiò eorundem casus cap. x. Circa primum præmittuntur ea qua erant ad consecrationem sacerdotum necessaria, cum dicitur:*

2 Tolle Aaron cum filiis suis, & vestes eorum. *Quarum forma & materia descripta fuit Exod. xxviij.*

3 Et vnctionis oleum. *Cuius confectio descripta fuit Exod. xxx.*

4 Et congregabis omnem cœtum: *Vt videat omnis populus quòd Aaron non ingesserit se ad dignitatem sacerdotij, sed magis susceperit ex præcepto domini: secundò punitur consecrationis executio, cum dicitur*

5 Statimque obtulit Aaron, &c. *Et diuiditur in quatuor partes, quia primò ponit quædam communia Aaron & eius filijs circa eorum consecrationẽ secundò pertinentia ad solum pontificem, ibi:* Vestiuit, *tertiò filijs eius propria, ibi:* Filios quoque eius: *quartò reuertitur ad communia, ibi:* Obtulit & vitulum pro peccato. *Circa primum ponuntur duo communia Aaron & filijs eius. Primum est eorum oblatio, cum dicitur:* Obtulit Aaron & filios eius. *Statuens coram altari qui ea applicabantur diuino cultui. Secundum est eorum lotio, cum dicitur:*

6 Cumque lauisset eos. *Per hanc lotionem datur intelligi quòd debebant esse corde & conuersatione mundi, & ab omni immunditia peccati expediti.*

✠ 1 Vestiuit

MORALITER.

✠ 1 *Locutúsq; est dominus ad Moysen, &c.* In hoc capitulo agitur de inuestitione Aaron & filiorum eius vestibus suis & eorum con

consecratione eo modo, quo præcipitur suprà Exod. xxviij. & xxix. & ibi positæ fuerunt expositiones mysticæ: propter quod non oportet eas hic repetere, sed ibi recurrat qui voluerit videre: tamen in fine huius capituli vnum additur, cum dicitur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit laxum nec dissolutum. Ratio enim operibus, & opera ratione
A indigent, vt quod mente concipimus, opere perpetremus.
Hom. 6 in Leuit. ORIG. Lauerte Moyses, id est lex quæ te lauat, & diluit sordes tuas. Lex sacerdotes consecrat. Non potest esse sacerdos, quē lex non constituit. Si lotus fueris per Moysen, poteris peruenere ad indumenta quæ profert Moyses. Sed non solùm indumentis opus est ad sacerdotales insulas, verū
a ¶ Præcedentia communia sunt Aaron & filiis eius, id est Christo & nobis; hæc autem soli Deo & vero sacerdoti conueniunt. b ¶ Veste immortalitatis. c Vt lumbi in veritate stringantur & turpitudo peccatorum celetur.
a vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum baltheo,
Gen. 3. d. & cingulis. Tunicis pelliceis indutus est Adam & vxor eius, talibus peccatorem indui oportebat, quæ essent mortalitatis indicia, quam peccando contraxerat, & fragilitatis quæ ex corruptione carnis veniebat. Sed si ab his purgatus fueris per legem
Exod. 28. g. domini, induet te Moyses indumento incorruptionis, vt nusquā appareat turpitudo tua, & absorbeatur mortale hoc à vita. Videamus quali ordine pontifex constituatur.
✠ RADVLPHVS. Nota quod sacerdotes induturus, prius eos lauat: congruo satis ordine, vt quicunque ad sacerdotium accedunt, primò præcedentium delictorum veniam consequantur primo deponant sordes vitiorum, & sic demum suscipiant ornamenta virtutum.
Feminalia linea. Exod. 29. d.
a *Vestiuit.* HIERO. Ad Fabiolam: Discamus prius communes sacerdotum vestes atque pontificum. Lineis feminalibus vsque ad genu verenda celantur, quorum superior pars sub vmbilico vehementer astringitur, ne dum expediti victimas mactant onera portant, casu fœmora renelentur, & pateat quod opertum est. Inde etiam gradus altaris ascendere prohibentur, ne ascendentium verenda conspiciat inferior populus. Hæc secundum Iosephum de bysso retorta propter fortitudinem texebantur, & incisa consuebantur, quia in tela non potest fieri huiusmodi opus.
Ibidem Byssina.
IDEM. Secunda est ex lino poderis, id est talaris duplici syndone, quam Iosephus vocat Byssinam, hæc adhærer corpori ita arB cta & strictis manicis, vt nulla in veste ruga sit, & vsque ad crura descendat. Tales solent habere milites lineas quas camisias vocant, aptas membris & astrictas, vt ad omnia expediti sint. Hac sacerdores vtuntur tunica, habentes vestitorum pulchritudinem, & nudorum celeritatem, quæ dicitur linea.
Cingulum. Tertium cingulum, serpentis pelli quam in æstate exuit similimum, vt longum marsupium in rotundum textum, sub tegmine cocci, purpuræ, hyacinthi, & byssi: propter decorem & fortitudinem, ita polymite distinctum, vt diuersos flores & gemmas artificis manu non intextas, sed additas putes. Hoc baltheo inter vmbilicum & pectus linea tunica stringitur, qui quatuor digitorum habens latitudinem & magna ex parte ad crura descendens, cum expeditione ad sacrificia opus est, in læuum humerum retorquetur.
Pilleolum. IDEM. Quartum est rotundum pilleolum, quod Græci & nostri thiaram, non nulli galerum vocant, non habet acumen in summo, nec totum vsque ad comas caput tegit, sed tertiam partem à fronte nudam relinquit, vitta ne labatur constrictum, byssinum, & sic fabrè linteolo opertum, vt nulla sint foris acus vestigia, his quatuor tam sacerdotes vtūtur quam pontifices. Qua-
Tunica talaris. tuor reliqua propriè pōtificum sunt. Primum quod & hic quintum, tunica talaris tota hyacinthina eiusdem coloris, habens assutas manicas qua induitur, apertura quod vulgò capitium dicitur, oris firmissimis ne rumparur. In inferiori verò parte lxxij. tintinnabula sunt & totidem mala punica, iisdem contexta coloribus quibus cingulum: inter duo tintinnabula vnum malum, & inter duo mala vnum tintinnabulum, vt cùm pontifex in sanctasanctorum ingreditur, sit vocalis totus, si hoc non fecerit statim moriturus.
Ephod. Sextum Hebraicè אפוד Ephod, id est, superhumerale, vbicunque enim in Exodo vel in Leuitico superhumerale legitur,
1. Reg. 1. f. in Hebræo אפוד Ephod habetur. Samuel tamen Leuita adhuc
patuæ ætatis, & Dauid ante arcam ephod portauit. Sed aliud est
2. Reg. 6. c. ex hyacintho, byssō, cocco, purpura, auroque contextum, aliud in similitudine sacerdotum simplex & lineum. Auri laminæ, id est, bracteæ mira tenuitate tenduntur, ex quibus secta fila torquentur, cùm sub tegmine trium colorum hyacinthi, cocci, purC puræ, & stamine byssi, vnde efficitur palliolum vermiculatæ pulchritudinis, & miri fulgoris in modum caracallarum, sed sine cucullis contra pectus nihil texitur, locus rationali relinquitur, in vtroque humero singuli lapides clausi, auro astricti, qui Hebraicè dicuntur שוהם soham ab Aquila & Symmacho & Theodotione onychini, a Lxx. smaragdi. Iosephus sardios vocat, cum Hebræo consentiens, vt colorem lapidum vel patriam demonstret. In singulis sena patriarcharum nomina quibus Israeliticus populus diuiditur. In dextro humero filij Iacob maiores, in læuo minores, vt pontifex sancta sanctorum ingrediens populum pro quo rogaturus est in humeris portet.
Septimum parvulum est, sed ium sanctissimum est, Rationale Logion.
Hebraicè חושן hosen, Græcè λογίου Latinè rationale dicitur, pannus est brevis, auro & quatuor textus coloribus, quibus & superhumerale, habens palmi magnitudinem per quadrum, duplum ne rumpatur. Intexti sunt et duodecim lapides miræ magnitudinis & pretij, per quatuor ordines singulis versiculis terni lapides. In primò sardius, topazius, smaragdus. In secundo carbunculus, saphyrus, iaspis. In tertio lyguriusqui forsitan & hyacinthus, achates, & amethistus. In quarto chrysolythus, onychinus, beryllus. In singulis secundum ætates xij. tribuum scripta sunt nomina. De his lapidibus in Apoca- Apoc. 21. c.
lypsi struitur Ierusalem cælestis: horum nominibus vel specie ordo virtutum vel diuersitas indicatur per quatuor rationalis angulos quatuor annuli aurei habentes contra se in superhumerali alios quatuor, vt annulum contra annullum veniat, & sibi vittis copulentur hyacinthinis. Ne autem magnitudo & pondus lapidum stamina rumpant, auro ligati sunt, & inclusi. Catenæ quoque ex auro fiunt, quæ ob pulchritudinem fistulis aureis teguntur, & habent in rationali supra duos annulos maiores qui vncinis aureis superhumeralis nectuntur, & deorsum duos alios. Nam post tergum in superhumerali contra pectus & stomachum ex vtroque latere erant annuli aurei, qui catenis cum ratioE nale aureis annulis coniungebantur, vt rationale superhumerali astringeretur, & vna textura videntibus putaretur.
Octaua est lamina aurea in qua scriptum est nomen domini Ineffabile tetragramaton.
quatuor Hebraicis literis, ioth, he, vau, he, יהוה quod apud illos ineffabile dicitur, hoc super pilleolum lineum omnium commune sacerdotum in pontifice additur, vt vitta hyacinthina constringatur in fronte, totamque pontificis pulchritudinem Dei no men coronet & protegat.
Mala autem punica & tintinnabula in inferioribus posita sul gura demonstrant & tonitrua, vel terram & aquam & omnia elementa inter se consonantia, & sic sibi perplexa, vt sint in singulis omnia. Vbi supra.
HIERON. Hebræi quatuor colores ad quatuor elementa referunt, ex quibus vniuersa subsistunt. Byssum terræ deputant, quia ex terra gignitur. Purpuram mari, quia eius cocleis tingitur. Hyacinthum aëri pro similitudine coloris. Cocum qui Hebraicè thorac, id est vermiculus igni & ætheri. Peritsum enim esse commemorant, vt pontifex creatorem non solùm pro Israël, sed pro toto mundo roget, qui ex terra & aqua & aëre & igne constat: hæc enim omnium sunt elementa. Vnde primum lineum est vestimentum terram significans. Secundum hyacinthinum aërem demonstrans, qui de terrenis paulatim ad excelExod. 28. sa sustollitur, & vestis hyacinthina à capite vsque ad talos veniens indicat aërem de cælis vsque ad terram fusum. Quòd supradicti colores auro intexti sunt, id figurare volunt, quòd vitalis color & diuini sensus prouidentia penetrat vniuersa.
ORIG. In Exodo, vbi de sacerdotalibus mandatur vestibus, Hom. 6. in
inuenio octo esse species quæ pontifici præparantur, hic verò Leuit.
tantummodo septem. octaua enim omissa est, quæ est campestre vel vt alibi legimus seminalia linea. Sed fortè quia hoc genus indumenti indicium est castitatis, quo femora operiuntur vel renes constringuntur, non semper in illis sacerdotibus hæ partes erant constrictæ, aliquando enim de posteritate generis indulgetur. Sed in sacerdotibus ecclesiæ aliud video sacramentū. Posfunt enim in ecclesia filios generare. vnde: *Filiol. mei, quos iterum* Gal. 4. c.
parturio, &c. Et alibi: *Nam & in Christo Iesu per euange. ego. vos* 1. Cor. 4. d.
gener. In huiusmodi generationibus aliquando feminalibus F
vtuntur, & abstinent cum se videri in auditoribus fructum habere non posse, in quibus semen perfect, nec sobolem facere.
☞ Cum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vestiuit. *Hic ponuntur ea quæ erant propria ipsius Aaron: quorum primum erat induitio eius vestimentis pontificalibus: quod notatur cùm dicitur:* Vestiuit pontificem subucula linea. *Exo. xxviij. vocatur tunica linea, vbi vestimenta pontificis & modus induitionis plenius sunt descripta & exposita. Secundum est eius vnctio, præmittitur tamen vnctio tabernaculi & vasorum eius inter quæ est altare thymiamatis, & hæc vnctio notatur, cùm dicitur.*

✠ 1 Tulit

☞ Cum ergo incapaces vident, aut simulatos & hypocritas, imoA nunt campestre, vtuntur seminalibus ne sanctum detur canibus, & margaritæ ponantur ante porcos.
Marc. 7. c. a Allegoricè. *Etinduens, &c.* Lxx. *Induit tunicam & præcinxit zonam, & vestiuit eum epomidem.* Incarnationem Christi exequitur. Totum enim hominē susceperit, corpus scilicet & animam: tunicam terrenū appellauit, quia de terra est, epomidē cęlestem, quia ἐπωμὶς ἀπ' ὤμου poderis est. Et hiacinthinas qui est color cœlestis: vtrunq; enim suscepit & vtrunque saluauit.
a ¶ Id est, iugum Christi suaue, id est, euangelica vita, quam ipse demonstrans super humeros portabat, de qua ait: Tollite iugum meum super vos, & discite, &c. b ¶ Vt sibi coherentia auxilientur. Ratio enim operibus, & opera intenti sunt ratione. c ¶ Incarnationis mysterio qua succincti & confortati sumus. ¶ Zona qua sacerdotis pectus arctatur, & linea tunica, id est, tertia & incorrupta putatur.
a & induēs eum tunicā hyacinthina, & desuper humerale imb posuit, quod astringens cingulo, aptauit rationali, in quo
a ¶ Vt docet quod mente concepit. b ¶ Iuxta Lxx. m tram. ¶ Super omnia clarius & mira hyacinthina cœlum monstrant. ¶ Christi caput est Deus.
erat † doctrina & veritas. † Cidări quoque texit caput, & su-
a ¶ Dignitatem incarnati verbi, qui noster sacerdos factus est.
c per eam contra frontem posuit lāminam auream consecra-
d tam in sanctificationem, sicut præceperat ei dominus. † Tu-
e lit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni
a ¶ Corpus Christi. b ¶ Quia tota vnctio est plenitudo spiritus qui in septem operationibus designatur.
supellectili sua. Cūq; sanctificās asperssisset ad altarē septē vi-

† Vrim & Thummim, id est lumen & plenitudo.
† mitra
Ibidem.
1. Tim. 3. a. Mitth 5. e.
1. Cor. 3. b.
Vbi supra. Duplex cingulum.
Vbi supra.
Vbi supra.
Moraliter.
1. Pet. 3. c.
Vbi supra. Rationale duplex.

sis operibus destruatur. Seminate in iustitia, met te fructum vitæ illuminate vobis scientiam. Prius seminandum, & post fructum metendum, vt nobis scientiam vendicemus. Nec hoc sufficit nisi ratio operibus & opera hæreant rationi, & his præcedentibus doctrina & veritas sequatur.
IDEM. Duodecim lapides vel zodiacum circulum, vel duodecim menses, & in singulis mensibus singula tempora & terrenos menses. Pulchrè autem quod in medio est appellatur חושן hosen, id est, rationale, in quo sunt אורים vrim, & תומים thūmim, id est, lumen & plenitudo. Ratione enim cuncta illuminantur, cuncta sunt plena, & ratione terrena cœlestibus hęrent. Imò ratio terrenorum & temporum, caloris & frigoris, & duplex inter vtraque temperies de cœli cursu & ratione descendit. Vnde rationale cum ephod stringitur. In rationali manifestatio & doctrina vel veritas: quia in Dei ratione nunquam mendacium est, & ipsa veritas multis signis & argumentis monstratur: vnde factum est vt rationem solis & lunæ, anni, mensium, & temporum, & horarum tempestatum, serenitatis, & ventorum, & rerum omnium nosceremus, accipientes à Deo insitam sapientiam, ipso habitatore & doctore domicilij sui & fabricæ nobis scientiam demonstrante.
Ibidem.
c *Posuit lami.* HIERO. Nihil prodest omnium eruditio, nisi Dei scientia coronetur, quæ semper est ei cum patre: vnde laminam super cidarim imposuit.
Ezech. 9. e. Pial. 4. b. IDEM. Imperfectas sunt omnia nisi currui quæratur auriga, & super creaturas creator insistens regat ipse qui condidit. Quod olim in lamina, nunc in signo crucis ostenditur, pretiosior est sanguis euangelij auro legis: tunc iuxta Ezechielem signum gementibus figebatur in fronte thau, nunc portantes crucem dicimus: *Signatum est super nos lumen vultus domine, &c.*
Auri lamina in fronte pontificis: & nomen inscriptum, omnia quæ super terram sunt Dei arbitrio gubernari significant. Iustū enim erat, vt pontifex Dei creaturarum omnium typum portās in vestibus suis indicaret cuncta Dei misericordia indigere, & cum sacrificaret, expiaretur conditio vniuersalis: bi non pro liberis, parentibus, & propinquis, sed pro omni creatura voce & habitu precaretur.
Pial. 118. a. Ofee. 10. d. † De consecra. dist. 1. in pria.
f *Tulit, &c.* Ipse est filius Dei, q vngit & q vngitur: vngēs verbo diuinitatis, secundū quod cū patre & spiritusancto habet omnia cōmunia. A patre vngitur secūdū illud: *Vnxit te Deus, Deus tuus o.* Pial. 44. b. *lati. &c.* Vnxit eū spiritus sanctus secundū Esaiā: *Spiritus domini su* Esa. 61. a. *p me, eò q vnxerit me.* Quæ autē pater & spiritus sācti, hęc eadē facit & filius. Vngit ergo secūdū diuinitatē vngit secūdū humanitatē. Vnde & Daniel oblatū illū videt, offerētē nō videtur a semetipsum offert. Vnxit ergo Moyses & offert, Christi figurā gerens.
g *Sanctis.* ORIG. Significat supernam creaturam sanctificationē nostra ditatam, id est, per carnem dominicam ex nobis sumptā. Vnde: *vt notū fieret principibus & potestatibus per ecclesiā, &c.* P
✠ RVPERTVS. Totius capituli summa hæc notanda est, quia
☞ taber-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tulit & vnctionis, &c. *Et subditur vnctio altaris holocausti & vasorū eius, & labij anei quæ erant extra tabernaculū, cum dicitur:*
2 Cūque sanctificans, &c. *Præmittitur autē cōsecratio & vnctio istorum consecrationi sacerdotum, quia ministrari non poterat nisi in loco prius consecrato illud mysteriū, quod debebat fieri in consecratione sacerdotum, vt patet de sacrificiis tunc fiendis quæ postea subduntur. Consequenter subditur vnctio ipsius Aaron, cùm dicitur:*

† 1 Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabernaculum cum omni supellectili sua, priusvnctum est, quam
A tabernaculi sacerdos Aaron, & Moses prius holocaustum pro
peccato consecrationis quoque, siue pacificorum obtulit hostiam, quàm Aaron. Differenter tamen. Nam & tabernaculum solo vnctionis oleo, Aaron verò oleo simul & sanguine consecratus est. Et Moysi quidem oblata vulgariter, Aaron verò sacrificia cœlesti flamma deuorata sunt.

1.Cor.11.b. a *Fundens, &c.* Caput a
b Christi diuinitas. Sicut enim caput à pedibus nō diuiditur, sic
c nec diuinitas Christi d
ab humanitate post vnctionem. Vnde ait:

Psal.44.b. *Vnxit te Deus Deus tuus, &c.* Sic em̄ Dous vngitur & sanctificatur.

Vbi supra. b *Filios, &c.* ORIG. Attende differẽciam
Differentia minorū sacerdotū ad maiores. minorū sacerdotum ad maiores. Istis non dātur bina indumenta, neque humerale, neq; rationale, neque capitis ornatus, sed tantū cidaris & zona, quæ tantum tunicam
posuit super per. B stringat. Accipiūt ergo sacerdotij gratiā, & funguntur officio, sed nō vt ille qui humerali est ornatus & rationali, qui manifestatione & veritate splendet, qui laminæ aureę ornamento decoratur. Arbitror ergo aliud esse in sacerdotib⁹ fungi officio, aliud instructum esse moribus & ornatum. Quiuis enim potest solenni ministerio fungi ad populum: pauci autem sunt qui ornati moribus, doctrina, sapientia ad manifestandum veritatem idonei, & qui scientiam Dei non sine ornamento sensuum & assertionum fulgore depromant, quod aureæ laminæ capiti impositus designat ornatus. Vnum igitur est sacerdotij nomen, sed non vna pro vitæ merito vel animæ virtutibus dignitas. In his ergo quæ lex diuina dicit, velut in speculo inspiciat se quisque sacerdos si videat se in omnibus supradictis ornatū, & in scientia & actibus vel in doctrina talem ac tantum se sciat summum sacerdotium, non solum nomine, sed & meritis obtinere. Alioquin inferiorem sibi gradum positum nouerit, etiamsi primi nomen acceperit.

c *Vestiuitq, &c.* Filiis Aaron similes tunicæ & zonæ vel balthei & cidares vel mitræ imponuntur, ipsum enim induunt, ipso cinguntur, ipsum portant in capite: lumbi enim præcinguntur veritate, quę est Christus, & induuntur lorica iustitię: Christus autem iustitia est sicut & galea salutis ipse enim est salutare Dei.

d *Obtu. &c.* ISICHIVS. Quæ sit huius legis virtus, quomodo in
Ephe.6.c. sacrificio Christi accipiatur, expositum superius est. Ibi tantum
Ioan.14.a. Aaron imponit manus vitulo, hic autem & filij iam vncti. Quā-
Ephe.6.c. do enim nos vngimur in baptismo oblati, socij efficimur do-
Rom.6.a. C minicæ passionis. cuius baptismus imaginē gerit. In morte enim Christi baptizamur, consepelimur enim ei per baptismum in D
mortem. Necessariò autem filij Aaron tanquam communican- Supra 4.
tes ei sacrificio manus imponunt.

AVG. Cum sacrificia pro peccatis memoraret, vitulum dixit Quæst.23. in Leui.
offerendum pro peccato sacerdotis, qui populum peccare fecit, postea verò cum dixit, quomodo ea quæ præcepit dominus, gesta sunt erga Aaron & filios eius, dicitur oblatus vitulus pro peccato, sed suprà de sanguine vituli cornua altaris ī censi præcepit tangi, & aspergi de sanguine contra velum. Reliquum verò fundi ad basim altaris holocaustorum, postea verò cū sanctificatur Aarō, de aspersione sanguinis contra velum nihil de cornibus altaris dicitur, sed non additur incensi, additur autem fundēdum sanguinem ad basim altaris. Nec dicitur ad basim, cuius tanquā necesse sit illud accipere, cuius cornua tacta sunt sanguine. Quanuis ergo ambiguè sit positū, liberum est ita intelligere factum, sicut de vitulo pro peccato fuerat præceptum: vt non eius altaris cornua tacta intelligamus, ad cuius basim sanguis eius est fusus, sed altaris incensi, & sanguinem fusum ad basim altaris sacrificiorum.

a ¶ Apostolos & imitatores eorum, sicut de Paulo dicitur. Vas electionis est iste mihi, b ¶ Vel labium.
c ¶ Pœnitentia quæ est baptismo supposita, quia gratiam eius quam sæpe labefactamus, per pœnitentiam erigimus & fulcimus.

1 2 † vestiuit eum nicis

¶ Christum. 3

4 *Moyses

a ¶ Passionis Christi. b ¶ Incensi scilicet.

a ¶ Altaris holocaustorum, scilicet.

a ¶ Doctrinam euangelij, quia passio Christi secundum euangelium recipienda & credenda est.
¶ Vt supra.

*Moyses

a ¶ Ducem perfectæ conuersationis.

† per ci cū ritum altaris

a ¶ Interioribus sacramentis à simo literæ ablutus, vt fiat acceptus & salutaris cibus.

Crucis.

e *Obtulit, &c.* ISICHIVS. Lex sacerdotem in multis Christum figurantē, nunc vitulū pro peccatis præcipit immolare, & extra castra incendere. Sic enim factum Christi sacrificiū est ad ablu- Hebr.13.b.
tionem nostrorum peccatorum, nunc autem arietem in holocaustū, quia mundus ei crucifixus est, & renuntians mundo, conuersatio quę est holocaustum, Christum habet doctorē & exem- Gal.6.c.
plum, propter quod ait: *Qui non accipit crucem & sequitur me, non* Matt.10.d.
est me dignus, id est, qui sic non renuntiat mundo sicut ego doceo (hoc est enim sequi eum) non est me dignus. Quare ergo holocaustum diuidatur, pedes eius & intestina (vel secundum alios venter) lauentur, interpretatio holocaustomatis, quæ in principio libri est facta, expleuit sufficienter. Ibi autem partes fieri oblationum dixit, significans corpus & animam debere offerri, Gal.5.c.
sed etiam in nobis sunt diuisiones hæ, quia *caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem*, sed non in Christo. Ideo nec diuisionis mentionem lex fecit in eo sacrificio. Offert autem sacerdos vitulum pro peccato, arietem in holocaustum: per quod significatur, quia perfecta conuersatio quæ est holocaustum in ariete offeratur, hic quippe ducatum præbet ouibus Mystice.
ingredientibus & egredientibus, sicut Christus est dux perfectæ F
conuersationis, & ideo intrare per se & exire ouibus præcepit.

a *Obtulit*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Quod fundens super, &c. *Modus autem huius vnctionis descriptus est Exod.xxix.*

2 Filios quoque eius. *Hic consequenter describitur illud quod erat proprium in consecratione minorum sacerdotum, cum dicitur:* Filios quoque eius oblatos vestiuit. *aliqui verò libri habent:* Consecrauit & vestiuit: *sed ly consecrauit non est de textu, quia non habetur in Hebræo nec in libris correctis, & per hoc excluditur dictum aliquorū, qui dicunt quòd manus minorum sacerdotum erant vncta oleo consecrationis, eò quòd credunt quòd hoc verbum consecrauit, sit de textu. Solus enim summus sacerdos vngebatur illo oleo consecrationis, vt dictum est suprà xiij.cap.*

Quæstio. 3 Tunicis li. &c. *Deistis ornamentis minorum sacerdotum dictum fuit Exod.xxix. Hic quæritur quomodo Moyses consecrauit Aaron, cum non esset sacerdos? Dicendum quòd hoc fecit ex mandato domini, qui per quemcunque potest pontificem consecrare. Item quomodo posset consecrati sunt pontifices? Dicunt aliqui quòd per indutionem vestimentorum pontificalium post mortem prædecessoris, nec aliud requirebatur, vt videtur de Eleazaro Nume. xx. Alioqui dicunt quòd per inferiores sacerdotes sicut & Papa consecratur per inferiores se.*

4 Obtulit & vitulum. *Hic consequenter reuertitur ad describendū duo quæ erant cōmunia in consecratione Aaron & filiorum eius. Primum est oblatio pro eis fienda. Secundum recluso eis inuingendo ibi:* Cumque sanctificasset eos. *Circa primum ponitur triplex oblatio. Prima pro peccato. Secunda in holocaustum ibi:* Obtulit & arietem in holocaustum. *Tertia pacifica pro consecratione sacerdotum, ibi:* Obtulit & arietem secundum. *Expositio autem istarum oblationum posita est Exod.xxix. vbi ista oblationes præcipiuntur fieri eo modo quo ponitur hic earum executio.*

✱ 1 Cumque

a *Obtulit, &c.* Mysteriorum traditionem, & pascha mysticum,
Matt.26.b. quod Christus celebrauit cum discipulis suis, significat aries. Secundus nominatur, quia post agnum in cœna immolatum sepsum obtulit. vnde Aaron super caput arietis manus imposuit cum filiis suis: quia communem cœnam cum discipulis suis Christus celebrauit: sed Moyses specialiter hoc sacrificiū obtulit, quia plus aliis figuram Christi expressit, qui maximè sacrificiū suum fecit.

b *Tetigit ex auri. dex. Aaron, &c.* Si per Aaron Christum accipimus, extremum auriculæ eius sanguine tactum fuit, quia patri vsque ad mortem obediuit. Si sacerdotes ecclesiæ, aures eorum tangendæ sunt, pollicésque manuum & pedū, vt eminentiā actionū & gressuum domino consecrent.

Tetigit extremū, &c. Quis sit huius sacrifi
Tortam vel placentam cij effectus, vnctio aurium & manuum pedumq; demonstrat, propter obedientiam quippe nostrā, actionésq; bonas & conuersationē celebratur vt in obedientia Adæ caréres, vnigeniti obedientiā cōsequamur.

c *Manus eius, &c.* Vt in bona actione confortemur. Confer-
✱ Moyses tantur enim quæ vnguntur, destruuntur quæ non vnguntur. Vbi enim vnctio non
Textico vn Gionis fuit sanguinis immolati, percutiebatur Ægyptus. Sed prius
Consummatio uitur cerdos, & postea filij eius vngebantur sanguine: quia Christus Primus sanguinem accepit in cœna, deinde discipulis dedit.

d *Fudit super al.* Cum enim bibit, & apostolis dedit bibere,
Matt.14.c. intelligibilem sanguinem super altare, id est, corpus suum fudit. Ecclesia autem corpus Christi. Vnde Marcus: *Et sumens, gratias agens dedit eis, & biberunt ex eo omnes, & dixit eis: Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur.*

Luc.4 in Le- ✱ RADVLPHVS. Notandus est ordo. Primus Aaron, deinde
uit.cap.9. filij eius, postremò verò altare, huius arietis sanguine consecratur. Sic enim regula fidei & norma iustitiæ inuiolata perenniter in ecclesia custoditur, si per Christum Apostoli, per Apostolos verò sequens ordo doctorum, sed & per istos vniuersalis ecclesia doceatur. Hoc est namque altare, per cuius circuitum sanAPet.3. guis iste funditur. Vnde & Apostolus Petrus fideles omnes Christi doctrina muniens, tauquam sanguinis arietis altare persundens, dicebat: *Memores estote eorum quæ prædixi verborum, sanctorum Prophetarum & Apostolorum vestrorum, & domini saluatoris.*

o *Adipem vero.* Quid hæc significent, in salutari sacrificio vel pacificorum dictum est. Lxx. verò pro cauda lumbum: pro intestinis, ventriculum: & pro reticulo iecoris, pinnam epatis edidere-
Canistrum. runt: non frustra autem etiam nunc in ariete commemorantur.

f *Canistro.* Lxx. Canistrum consummationis quæ est lingua do-
Matt.5.b. mini, quæ præcipuam perfectamque doctrinam introduxit. Non enim venit soluere legem, sed adimplere. Hæc bene canistrum dicitur propter textum doctrinæ eius, cum multa in parabolis
Matt.13.c. dixerat. Erat autem & furculum & mensa totius doctrinæ. Recte ergo de canistro cōsummationis mysticum panem proponit.

Exod.16.c. g *Panem.* Apostolicam doctrinam legalemq; & propheticam.
Ioan.6.c. Lex enim & prophetæ & apostoli memoriam eius faciunt. Lex
Cor.11.d. enim dicit: *Hic est panis quem dedit vobis dominus.* Propheta autē: *Panis eius datur, &c.* Prophetica autē & legalis doctrina minus
Patriarchæ quā apostolica. Vnde Paulus: *Posuit Deus in ecclesia primū apostolos deinde prophetas.* Apostoli autē legis & pphetarū inducunt testimonia, per quę eis collyrida & lagana sunt subiecta.

h *Et armum.* GRE. Sacerdos ex præcepto legis armū dextrū & separatum iubetur accipere, vt non solū sit operatio eius vtilis, sed etiam singularis, nec inter malos tantummodo recta fa- Li.1. registā cap.14.
ciat. Sed bene operātes subditos sicut ordinis honore, ita morum virtute trascendat. Cui pectusculum quoq; cum armo tribuitur, vt quod de sacrificio præcipitur sumere, de semetipso discat immolare, vt non solū pectore quę recta sunt, cogitet: sed spectatores bonī ad sublimia operis armo inuitet. Nulla prædentis vitæ prospera appetat, & nulla aduersa timescat, blandimenta mundi respectu intimi terroris despiciat, terrores omnes considerato internæ dulcedinis blandimento cō- †tortam vel placentam
tēnat, qđ & in sequētibus Moyses dicit.

i *Tulit pectu.* AVG. Superius quia generaliter præcipiebat: Si sacerdos peccasset, ipsum sacerdotē vnctum & consummatum, id est, summūsta iussit offerre. Nunc autē Moses offert & accipit pectusculum impositionis dictum: quia inde ponebatur adeps sicut memoranit de sacrificio salutaris. Cū ergo videatur ab Aaron summū cœpisse sacerdotiū, si Moses sacerdos non fuit, quomodo ista fecit? Si autē fuit quo- Psal.98.a
modo summum sacerdotium ab Aaron accepit? Psalmus tamen in quo dictū est: *Moyses & Aarō in sacerdotibus eius*, affirmat eum sacerdotē fuisse, vestē tamen sacerdotalē (quæ magnū continet sacramentū) Aaron iubetur accipere & successores eius, antequam aliquid de sanctificandis & ordinandis sacerdotibus præcipiatur, quando Mose ascendente in montē iubentur cō ascendere sacerdotes, id est, filij Aarō, non quia iā erāt, sed quia futuri erant. Ambo ergo tūc summi sacerdotes erant Moses & Aaron. An potius Moses, Aaron verò sub illo; An & ipse summus propter vestem pontificalem, ille verò propter excellentius ministerium. A principio enim dicitur: *Ipse tibi quæ ad populum sunt, illi quæ ad Deum.* Exod.4.d.

k *Assumensq, vnguentū.* AVG. Quæritur post mortem Mosi quis vngebat sacerdotē, qui defuncto tantū succedebat? An qui iā vn- Quæst.23.
ctus erat inter secūdos sacerdotes? Idē enim oleū summi & secun in Leuit.
di sacerdotis. Vestē sumebat tantū ille pontifex cuius summitas apparebat: & si ita est, vtrū ipse sumebat, an eum alius induebat? Sicut post mortē Aaron Moses filiūfratris sui. Si ergo ab alio ve- Quis vngebat sacerdotes post mortem Moysi.
stiebatur, nūquid à secūdo summus? Talis enim erat vestis, vt ab Num.20.d.
alio necesse fuerit indui, an sic induebatur prius, vt posterius, aliquando enim eam ponebat & resumebat. Poterant ergo secundi primum vestire obsequendo non excellendo.

l *Aspersit, &c.* Quęcunq; in nobis sunt bona ad eū tanquam caput nostrū reducenda sunt. vnde: *Pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.* Apertè igitur sanctificationem, Ioan.17.c.
passionem suam dixit, quæ sanctificatio datur nobis.

m *Et super filios.* AVG. Non apparebat quis filiorum summo Vbi supra.
sacerdoti succederet? Non enim primogenitum vel maiorem Literaliter.
diffinit scriptura, nisi in aliquo diuino iudicio fiebat, quamuis ex contentione veniſſe videatur, vt postea plures fierent sacerdotes summiq; ita contendentibus excellentioribus litis finiendæ causa pluribus honor ipse tribuebatur.

a Panes

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Panes quoque.* Carnes cum panibus comedi præcepit, vt intelligamus corpus Christi qui caro est, & panis qui de cœlo descendit, & hoc in ecclesia tantum debet celebrari.

Ioan. 6. c.

b *Quicquid autem.* Hoc videmus in ecclesia fieri, & quæ inconsumpta remanserint ignibus tradi. Non dicit autem, quotquot diebus inconsumpta remanserint, vt semper si remanserint, tradatur igni: innuës vt si à comestione sacrificij deficimus, nec persecutari valemus, vtrum ea quæ videmus, ipsum corpus domini sint, non tamẽ relinquamus, sed igni tradamus, vt comedat spiritussanctꝰ quod non possumus. Comedit autem, cum cogitamus ei possibilia esse, quæ non possumus.

Tropologi.

† cum vestibus eorum

c *De ostio.* Significat quia toto tempore præsentis vitæ non est de tabernaculo recedendum, sed Dei seruitio insistendum.

Moraliter.

AVGVST. Ad ostium tabernaculi testimonij sedebitis septem diebus die ac nocte, ne moriamini. Nunquid non credibile est sic corporis in vno loco sedem perpetuos per dies septem die & nocte, vnde se omnino non commouerent, &c. Notanda est locutio scripturarum, quæ sessionem pro habitatione & commoratione ponit. Non enim quia dicum est de Semei, quòd *federit in Hierusalem annos tres*, ideo putandum est per totum illud tempus in sella sedisse, & non surrexisse, hinc & sedes dicuntur vbi commorationem habent homines:

Quæst. 14. in Leuit.

3. Reg. 2. f.

habitatio quippe hoc nomen accepit.

✠ PROCOPIVS. Vult vt prorsus assideamus Deo, & tota virtute ipso nitamur toti. Septem enim dies satis edocent, quanta firmitate & soliditate nos assixos Deo esse oporteat, scilicet, ne vnquam ipsum temere offendamus. Huc facit prophetæ oraculum: *quærendo quære, & apud me maneto vel habitato.*

Septem enim, &c. Mystice.

ISICHIVS. Quinquagesima septenario in se multiplicato vno adiecto perficitur. vnde Lucas ait: *Quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis apparens eis, & loquens de regno Dei, & conuescens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent,* &c. Vide quomodo conseerabat vel præficiebat eos apparens & docens de regno Dei & conuescens. Dicens autẽ ab Hierosolymis non discedere, non permittit iamnũ tabernaculi egredi: non permittit prædicare, donec accipiant promissionem sanctiſpiritus quin quagesimo die. Quo impleto Petrus mox prædicauit, & adduntur fidei animæ circiter tria milia. Illi autem per singula mandatum custodierunt. & quod sequitur, compleuerunt, obseruantes custodias domini, &c.

Act. 1. a. g.

Fece. &c. Aaron coniungitur filiis, nec exit de ianua tabernaculi. Ipse enim erat prædicandus, & in eis prædicaturus, sicut ipse consecrat, & in membris consecratur.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Cumque sanctificasset eos in vestitu suo. *Hic consequenter describitur sacerdotum reclusio, vt non commiscerentur hominibus vulgaribus, nec implicarentur negotiis secularibus, donec impleta esset consecratio eorum quæ durabat septem diebus: & hoc est quod dicitur:*

2 Præcepit eis dicens: Coquite carnes. *Quia nec pro comestione poterant exire atrium sacerdotum.*

3 Quicquid autem. *Quia oblatio erat pacifica pro gratiarum actione, eò quòd dominus promouerat Aaron & filios eius ad dignitatem sacerdotij: & ideo non poterat in crastino comedi, vt dictum fuit ca. præcedenti.*

4 Septem enim die. *Dicit Iosephus, quòd qualibet die illius septenarij reiterabantur eadem sacrificia, sicut & primâ die,*

Secretum necessitatis excusat.

5 Die ac nocte manebitis in tabernaculo. *Id est, intra atriũ, vbi erat tabernaculum, dicunt tamen aliqui, quòd pro secreto necessitatis naturæ poterat inde exire: alij autẽ dicunt, quòd erat ibi locus paratus pro tali necessitate. Primum videtur rationabile pro sanctitate loci.*

Moralitas.

6 Obseruantes custodias domini. *Id est, quod præcepit custodiri circa finem viij. cap. & principium ix. Potest enim poni breuis moralitas per hoc quòd pontifex nouus & sacerdotes recluſi fuerant septem diebus, & octauo die obtulerunt, vbi intelliguntur septem à quibus debent abstinere pontifices & sacerdotes de nouo consecrati, scilicet prolixitas dormitionis, voluptas comessationis, inutilitas actionis, multiplicitas distractionis, vanitas confabulationis, varietas fictionis, vilitas affectionis: quo facto, debet offerre vigorem pœnitentiæ & austeritatis, quæ significatur per vitulum pro peccato. Vigorem patientiæ & soliditatis, per vitulum in holocaustum. Decorem innocentiæ, & simplicitatis, per agnum anniculum. Laborem industriæ & sedulitatis per bouem. Splendorem prouidentiæ & perspicacitatis, per arietem pro pacificis. Nitorem conscientiæ & puritatis per similam. Dulcorem lætitiæ & suauitatis per collyridam conspersam oleo misericordiæ pietatis.*

✠ CAP.

MORALITER.

† † *De ostio quoq; tabernaculi.* Septenario dierum totum tempus reuoluitur, per hoc ergo, quòd sacerdotes septem diebus suæ consecrationis in tabernaculo debent manere, significatur quod sacerdotes nouæ legis toto tempore vitæ suæ recedere non debent à sanctitate vitæ. Vnde dicitur Luc. ix. g. *Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno Dei.*

† 1 Matth

CAP. IX.

Act. 21.

Acta autem, &c. Octaua dies post dedicationem significat diem pentecostes, quo spiritussanctus aduenit. Septem verò à dedicatione dies innuunt septies septem dies, qui fuerunt à resurrectione vsq; ad pentecostẽ, scilicet, xlix, addito quasi octauo ipso die pentecostes.

Mystice.

Pentecoste quę cõtigit die resurrectionis, quęgerit figuram futuri, & consummationis seculi præsentis quia septem voluitur diebus. Oportebat enim vt eadem die aduenirent spiritus, qua resurrexit Christus. Tunc ait vocari Aaron & filios eius, & maiores natu. Tunc enim cõuocatum est ecclesiæ spectaculum, in quæ est Aarõ, id est, Christus & filij eius qui altæ sunt conuersationis, & ideo sacerdotij ministri & maiores natu, id est, presbyteris ex his enim corpus ecclesiæ consistit.

✠ PROCOPIVS. Octauo die cessat Moyses sacerdotio fungi, eãdemque prouinciam exinde tradit Aaroni. Et ne nunc quidem tacet Moses. Nam nouum sacerdotiũ Christi cœpit die octauo, quo resurrexit Christus: hincque quasi noui seculi peritum est principium. Nouæ siquidem creaturæ vel creatio in Christo cessante legis secundum literam intellectu: imò lex nunc spiritalis sonat, nosque spiritaliter erudit, dum diserte edisserit Christi mysteria.

Tropologi.

b *Tolle de. &c.* Accipit Aaron vitulum in holocaustum & arietẽ, & offert domino. Tunc enim Christus sacrificium suum notificauit, cùm spiritus aduenies Parthos, Medos, Elamitas, & omnium gentium primitias ad apostolorũ cœnaculum collegit.

Act. 2. a. b.

Vitulum offert Aaron & arietem, quando doctores ecclesiæ mysteria passionis annuntiant: & pro salute humani generis celebrata insinuant.

Tropologi.

c *Tolli.* Hircũ obtulerunt apostoli die pentecostes quando Petrus pœnitentiã annũtians inquit: *Conuertimini & agite pœnitentiã.*

Quæst. 16. in Leuit.

AVGVST. Accipite hircum ex capris vnum pro peccato, & arietem & vitulum & agnum anniculum in holocarposim sine macula, & vitulum à bobus & arietem in sacrificium salutatis ante dominum, & similam conspersam oleo, quoniam hodie videbitur dominus in vobis. Quatuor genera sacrificiorum de animalibus suprà commendauit. Holocaustum, pro peccato, salutaris, & consummationis: sed consummationis sacrificium ad sanctificationem sacerdotis pertinet, reliqua tria hic præcipiuntur offerri. Et dicitur hoc senioribus Israël, vt pertineant ad vniuersum populum. Sed sacrificium pro peccato habet hic tria pecora, hircum, arietem, & vitulum. Ad holocaustum pertinet agnus, ad sacrificium salutaris, vitulus & aries. Non est igitur sic distinguendum, vt pro peccato non intelligatur nisi hircus. Tria verò in holocaustum aries, vitulꝰ, & agnus: sed potuit tria prima pro peccato, hircus, aries vitulus, & agnus in holocaustum: quia superius pro peccato principis hircum iussit offerri, & pro peccato cuiusq; proprio tur. cùm peccat ante dominũ, faciendo vnum ex his quę non oportet fieri, præcepit arietem, pro peccato vniuersæ synagogæ vitulum. Oportet ergo vt cum senatu loquatur, quid vniuersus populus offerre debeat, & hircus iubeatur offerri ꝑpter principes, & aries ꝑpter proprium cuiusq; peccatum, & vitulus propter peccatum synagogæ vniuersæ: quòd fit scilicet communi voluntate omnium. Quòd verò in sacrificio salutaris vitulum & arietem offerri iubet quæ præcipua sunt. Præcipiens autem de sacrificiis salutaris, vndehibet iussit offerri siue masculum siue fœminam, dum tamen non nisi de ouibus & capris offerantur. Si quæritur quare duo præcepit, vitulum & arietem, difficile est inuenire, nisi fortè vitulum voluit sacrificium salutaris vniuersi populi: arietem verò pro vnoquoque tanquam pro singulis quibusque, quia videtur superius duo genera salutaris sacrificij præcepisse. Vnum quod velut vniuersorum nomine appellauit salutaris sacrificiũ. Alterũ vbi dixit: *si quis obtulerit sacrificium salutaris sui.* Vbi differentiam reperimus, quia in illo quod appellauit salutaris, non dixit adipẽ pectusculi offerendũ domino. Pectusculum quoq; & brachium dexterum danda sacerdoti, sicut in illo quod dixit *salutaris sui.* Nec dictum est, *salutaris sui:* quod fortè intelligitur priuatum singulorum, nõ publicum vniuersorum. Moses enim obtulit sacrificium salutaris, nec dictum est salutaris sui, quia pro populo vniuerso obtulit. Vbi autem vniuersi, ibi & singuli, sed non conuertitur.

Quæstio.

d *Ipse est sermo, &c.* Sermonẽ, scilicet rem imperatã. *Hoc facite in mea commemorationem.* Sermonẽ autẽ dicit, quia plus in sermone

Luc. 22. b.

conſi

NICOLAVS DE LYRA

CAP. IX.

Diuisio.

1 Facta autem octaua die. *Post quam descripta est sacerdotum consecratio hic consequenter describitur officij sui executio. Circa quod primò ponitur præceptum Mosi: secundò impletio præcepti, ibi,* Tulerunt ergo: *tertiò approbatio domini, ibi,* Apparuit gloria domini. *Circa primum præmittitur tempus cum dicitur:*

2 Facta autem octaua die. *Dicit Rab. Sa. quòd ista dies fuit prima dies anni secundi egressionis de Ægypto. Alij dicunt quòd fuit octaua dies eiusdem anni. Ratio autem diuersitatis dictorum istorum tangetur lib. Num. xvj. cap. vbi habet locum. Consequenter subditur præceptũ Mosi factum ipsi Aaron, cum dicitur:* Tolle de armento, &c. *Id est, proinde de sumptibus tuis.* 3 Vitulum pro peccato: &c. *Id est, immolandum pro peccato tuo, in memoriam vituli ab Aaron fabricati: Exod. xxxij. a.*

4 Et arietem. *In memoriã arietis immolati pro Isaac. Gen. xxij. c. Secundò subditur præceptum factum populo Israël cum dicitur:*

5 Tollite hircum pro peccato, *eò quod hircus est animal fœtidum: addere oportuit grauitatem peccati multitudinis populi, quia sicut bonum commune est diuinius, ita peccatum commune pœna.*

6 Et vitulum. *Pro vitulo conflatili, in quo peccauit multitudo.*

6 Atque agnum. *In memoriam agni paschalis, pro cuius immolatione fuerunt saluati ab angelo percutiente primogenitos Ægypti*

7 Bouem & arietem pro pacificis. *Ita quod de omni animali immolato fieret oblatio.*

8 Hodie enim, &c. *Hoc additur pro causa sacrificiorum prædictorum, ac si dicatur, tulum est quòd talia sacrificia fiant hodie, quia dominus apparebit per effectum dando ignem de cœlo in altari holocaustorum: prout habetur infra. Sciebat enim Moses per reuelationem diuinam hoc esse futurum eadem die.*

9 Tulerunt ergo, &c. *Hic consequenter ponitur impletio præcepti, & primo quantum ad populum, cum dicitur:* Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat. *ei obediendo.* 10 Iste est sermo. *Id est, res sermone significata. Secundò quantum ad Aaron, cum dicitur, & dixit ad Aaron,* Accede ad altare. *& subditur eius obedientia, cum dicitur:*

✠ 1 Statimque

MORALITER.

† 1 *Facta autem octaua die.*

3 *Dixitque ad Aaron, &c.* Post consecrationem Aaron & filiorum eius: Hic consequenter ponitur executio sacerdotalis officij, in qua Aaron primò obtulit sacrificium pro peccato suo, cùm dicitur:

† 1 Sta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

consideratur vel consistit huius dispensatio mysterij, & maxime dominico verbo ea quæ apparent in aliud maius & intelligibile transferente. Vnde & de manna ait: *Hic est panis quem dedit vobis dominus ad esum. Hoc est verbum quem constituit dominus.* In his ergo significat, quia sanctum mysterium illis agentibus & dominicam cœnã celebrantibus aduenit spiritussanctus. Erat enim dicis dominicus, in quo oportebat apostolos sacra celebrare mysteria: quorum sequẽtes traditiones dominicam diem diuinis cõuentibus deputamus. Similiter & Christum post resurrectionem per mysticam cœnam & panis fractionem inuenimus manifestatum.

Exod.16.d.

† expiationem. Luc.24.c.

† posuit super.

Quæst.27. in Leuit.

a *Et immo. pro peccato, &c.* AVGVST. Alia litera: *Fac pro peccato tuo & holocaustum tuum, &c.* Mirum est quomodo prius dicat faciendũ pro peccato, deinde holocaustum, cum sacrificia pro peccato super holocaustum superius iubet imponi, excepto quòd de auibus præcipit. Fortè quod prius fiebat, id est, holocaustum, posterius dixit: Fac prius illud, postea illud. Quid autem prius faciendum sit, superius indicatur, cùm dicitur: *Super holocaustum impone sacrificium pro peccatis.* Quamuis moueat, quòd ita dicit scriptura feciſſe Aaron, vt prius memoret pro peccato deinde holocaustum, quod vtrum prius fecerit, an scriptura hæc præposterauit, incertum esset, nisi quòd dixit præcessisset. Quomodo enim posset super holocaustum imponi, nisi holocaustum prius imponeretur? Præcepit autem hoc & de sacrificio salutaris, sed quia hoc non vbique dicit, non per omnia sacrificia salutaris, nec pro peccato per omnia. Potest forsitan dici non hoc regulariter fuisse præceptum, sed tantum in sacrificio salutaris cum sit de bobus. Ibi id præcipit & in sacrificio pro peccato, cum sit de fœmina ex ouibus. Cætera verò vel salutaris vel pro peccato, non est necesse super holocaustum imponi.

B

† Et mandauit ipsum sicut prius. & Heb. 5. a.

b *Offer holo. &c.* Non dicit holocaustum consummationis, vt suprà, quando oblatum est vt sanctificatione consummaretur, vt sacerdotio fungeretur quo fungebatur. Notandum sane cum pro populo offeruntur sacrificia & pro peccato sacrificia esse iussa offerri, & holocaustum & sacrificium salutaris. Pro sacerdote verò oblatum fuisse pro peccato, & holocaustum consummationis, non salutaris. Sed consummationis oblatum est, quando sanctificati sunt sacerdores. Et hęc obtulit Moyses pro Aaron & filiis suis, posteà verò Aaron iam sacerdotio fungens præcipitur pro se offerre vitulum pro peccato & arietem in holocaustũ, non consummationis, tunc enim offerebatur vt sanctificatione consummaretur, & sacerdotio fungi posset, quo cum fungebatur, non erat necesse iterum consummare.

D

c *Statimq; &c.* ISICHIVS. Qua causa hæc etiam hîc sacrificia peragãtur superius diximus, nec necesse est iterũ dicere, quæ per ordinẽ discussimus in domini sacrificio, quod cum vnũ sit, non tantum nobis præstat remissionẽ peccatorum, sed & vitã perfectã in † philosophia & consummatã. Necessariò ergo in vitulum qui pro peccato est, & in arietem qui in holocaustum immolatur, debet reputari. Vnde in persona sacerdotis vtrunque perspicimus oblatũ.

Mystice.

† patria.

† expiationem fac.

AVGVST. Mouet etiam, quòd cum faceret Aaron dona populique suprà memorantur, non omniadi cũtur immolata quæ fuerant prædicta, sed tantum hircum pro peccato & holocaustum: vbi tamen agnũ illum non expressit. Duo verò alia, quæ ad sacrificiũ pro peccato potius quàm ad holocaustũ pertinere diximus tacuit, id est, arietem & vitulum. Vbi à parte totũ intellexit, vt in solo capro etiam quæ subsecuta sunt, accipe-remus. Cùm de sacrificiis salutaris populi narraret, quo modo ritque marcu aduolcuit.

Vbi supra. † cornua.

E

† Et fecit illud iuxta morem & ob cultu sacrificium, iuxta

potest etiam mediocriter sapientes: sacrificiorum discussio præcedens vnctionem sacerdotis ostendit. Ergo qui huius sanctionis explanationem nescit, illic subtiliter perquirens per singula inueniet. Hæc autem necessariò addimus, quia spiritumsanctum in pentecoste discensurum congregatis in vnum apostolis, & omnia secundum legẽ agentibus considerauit legislator. Vnde rectè præcedere sacrificia sacerdotis, & populi sequi præcepit. Oportet enim ecclesiæ doctrinam à sacrificio vnigeniti inchoare, vt introducantur sacerdotes docentes quid nobis passio domini profecerit. Deinde inferatur sermo pœnitentiæ omnib⁹ necessarius: Vnde & dominus vnam prædicat doctrinam .i. pœnitentiam, perfectasque subinfert cõuersationes, & theologiam, ex quibus saluari possumus, etiam

Act.2.a.

Matt.4.c.

B

quamuis non sublimiter conuersemur: in his oportet etiam

f

ecclesiam congregari, & manifestationẽ Dei suscipere. Hęc sine dubio in pentecoste agebant discipuli: propter quod erant in vnum congregati Etsi enim palam non prædicabant, quia de ostio tabernaculi non exibant, donec indurentur virtute ex alto, in semetipsis hæc agebant, & quæ docerent ecclesiam meditari non cessabant.

Allegoricè. 1 Eph.2.

c *Ingressi autẽ Moyses & Aaron tabernaculum testimonij, &c.* Quia de intelligibili tabernaculo, id est, de cœlo benedicunt sacerdotes, dicentes cũ Paulo: *Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione sp. in cœlestibus in Christo.* Dominus quoque quinque panes vel septem benedicens ad cœlum respexit. Notandum autem quòd non solus Aaron, sed cum Moyse benedicit. Sacerdotes enim nõ propria virtute benedicunt, sed quia figurã Christi gerunt, & per eum qui in ipsis est, benedictionis plenitudinem tribuunt, nec solùm is qui sacerdotiũ sortitus est, sed quicũ figuram per conuersationem bonam quemadmodum Moyses ideneus est, vt præstet benedictionem.

1 Tim.

Ioan. 6. a. Matt.15.c.

† Aaron.

Ingressi autem. Præmisit ingressi, & subdit egressi, quia sacerdos ingreditur tabernaculum, quando pro se vel populo orat, vel diuinæ contẽplationi vacat. Egreditur cum docet, vel benedicit populo, vel cum ad conscientiam redit perscrutando se, ne fortè in prædicatione offendat.

d *Apparuitque gloria domi.* In specie ignis, sicut in die pentecostes, vnde subdit: *Et egressus est ignis à domino.* Vnde & Lucas: *Apparuerunt illis dispertita lingua tanquam ignis.*

e Omni multitudini, &c. Cui simile Lucas ait. *Facta autem hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est.* non solum conuenit sed expauit. Vnde hîc sequitur: Obstupebãt aũt & mirabãtur, &c.

Act.2.a.

f *Qui erant super altare.* Innuit quia necesse sit prædicta sacrificia & eorum expositiones superponere intelligibili altari corporis Christi, vt illuc susciperet nostra intentio, & tunc nutrimẽta intelligibilis ignis, id est, spiritussancti aderunt, de quo dictũ est: *Dominus Deus noster ignis consumens est.*

Deut.4.d.

CAP.

Immolauit & bouem atque arietem, hostias pacificas populi. Obtuleruntque ei filij sui sanguinẽ, quẽ fudit super altare in circumitũ. Adipem autẽ bouis & caudam arietis, renunculosque cũ adipibus suis, & reticulum iecoris posuerunt super pectora. Cumque cremati essent adipes in altari, pectora eorũ & armos dextros seperauit Aaron, eleuans coram domino, sicut præceperat Moyses. Et extendens *manum ad populum benedixit ei. Sicque completis hostiis pro peccato & holocaustis pacificis, descendit. Ingressi autem Moyses & Aaron tabernaculum testimonij, & deinceps egressi, benedixerunt populo. Apparuitque gloria domini omni multitudi ni, & ecce egressus ignis à domino deuorauit holocaustum, & adipes qui erat super altare. Quod cùm vidisset turbę, laudauerunt dominum ruentes in facies suas.

¶ Desiderium bonum. ¶ Opus perfectum. ¶ Ignę spiritussancti. ¶ Crues vel cordis. ¶ Hæc omnia Deo in fide sunt offerenda quia pectus significat, sine hac nulla placent. ¶ Crans. ¶ Cœlum de quo benedicunt. ¶ Pro peccato & pacificorum. ¶ Hoc impletum est quando variis linguis loquebantur apostoli, & stupebant omnes qui eos audiebant & laudabant dominum. ¶ In faciem ruebant, id est, faciem mentis ad terram prosternebant quidam dicentes: quia multoplenisunt hi.

1 2 3 4 5 6 7

NICOLAVS DE LYRA.

1 Statimque, &c. *Tetigit cornua altaris, scilicet holocausti, quod patet ex hoc quod subditur:*

2 Et fudit residuum ad, &c. *Non enim fundebatur sanguis ad basim altaris thymiamatis sed tantum ad basim altaris holocausti. Cætera patent ex supradictis vsque ibi.*

3 Absque ceremoniis holocausti matutini, &c. *Id est iugis sacrificij quod nunquam propter aliqua alia sacrificia intermittebatur, ita tamen quòd iuge sacrificium matutinum primò offerebatur ante omnia alia, & vespertinum vltimò post omnia alia.*

1 Posuerũt super pectora, &c. *scilicet illa quæ erant cremanda in altari ad hoc cum pectoribus eleuarentur coram altari modo supradicto vij.ca. & post talem eleuationem adipes & illa quæ cremãda erant, ponebantur super altare, vt cremarentur, & pectora & armi dextri remanebant pro vsu sacerdotum.*

2 Et extendens manum, &c. benedi. ci. *quia completo sacrificio sacerdos debet benedicere populo.*

3 Descendit. *quia ascenderat ad faciendum officium suum super altare holocaustorum. De modo autem huius ascensus dictum fuit Exo. xx. quod non potest esse per gradus, & ideo dicunt aliqui, quod hora ministrationis super altare ponebatur quoddam scabellum iuxta altare super quod ascendens sacerdos ministrabat. Ra. Sal. dicit, quod erat ibi quidam ascensus longus paulatim ascendens sine gradibus procedens versus altare ita propè sicut poterat, dum tamen non tangeret altare.*

4 Ingressi autem Moyses & Aaron. *Duplici enim ex causa ingressi fuit Moyses cum Aaron. Vna fuit, vt ostenderet ei modum offerendi thymiama super altare thymiamatis, quod erat intra tabernaculũ: quia licet sacrificia essent completa, quantum ad ea quæ fienda erant in altari holocaustorum, vt dictum est suprà: tamen non erant omnino consummata, donec post oblationes factas in altari holocaustorum sacerdos intraret templum ad offerendum incensum secundum quod dicit Apostolus ad Heb.ix.b.* In priori quidem tabernaculo, semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. *Alia autem causa fuit, vt ambo simul intra tabernaculum orarent deum pro dationę ignis.*

5 Et deinceps egressi benedixerunt populo, &c. *quia tunc erant sacrificia perfectè consummata.*

6 Apparuitque gloria. *Hic consequenter describitur ipsius dei approbatio circa sacerdotium Aaron, per hoc quod ignis descendit datus à deo consumens sacrificia. hoc enim fuit signum acceptationis diuinæ, sicut & Genesis. a de sacrificio Abel & 13. Regum. xvij. f. de sacrificio Heliæ in monte Carmeli.*

7 Quod cum vidissent turbæ &c. *de tanto beneficio suæ gratiæ. hîc autem ignis absque extinctione fuit conseruatus à tempore quo fuit datus scil. anno secundo egressionis de Ægypto vsque ad captiuitatem Babylonicam: & tunc fuit absconditus in puteo profundo & sicco per sacerdotes illius temporis, & tempore Neemiæ iterum rehabitus: vt habetur 2. Machab. j.*

CAP.

MORALITER.

† 1 *Statimq; Aaron accedens ad, &c.* Per quod significatur, quod sacerdos nouæ legis accedens ad altare, primò debet confiteri se peccatorẽ esse, propter quod dicitur: Confiteor in principio Missæ, per vitulum autem immolatum intelligitur ipse Christus, cuius sanguine mundantur conscientiæ nostræ, ad Hebr. ix. d. *Sanguis Christi emundat conscientias nostras ad seruiendum Deo viuenti.*

† *Carnes vero & pellem eius extra castra, &c.* Quia Christus extra Hierusalem passus fuit, vt habetur Ioan. xix. c. & ad Heb. xiij. b.

† *Immolauit, &c.* Scilicet arietem, qui significat Christum, eò quòd Christus est dux fidelium, sicut aries & ouium.

† *Et pro peccato populi offerens.* Qui est animal fœtidum, ad significandum peccati communis grauitatem. Nam sicut bonum quantò est communius, tantò est diuinius: sic peccatum quantò est communius, tantò est peius, cæteris tamen paribus,

† *Immolauit bouem.* scilicet pro gratiarum actione ex sacerdotum consecratione. Nam magnum bonum est populi, quando sacerdotes sunt boni, quia medij sunt inter Deum & populum, ideo subditur:

2 *Et extendens manum Aaron contra. s.*

Bene

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. X.

A a Quæst.31.in Leuit. ARreptisque Nadab. Avg. Exeunte à domino igne mortui sunt filij Aaron quia ausi sunt adhibito igne alieno incensum ponere domino, nō licebat: quia igni diuinitus & in altari accenso, & deinceps custodito, omnia erant accendēda, quæ in tabernaculo accendi oportebat. Mortuis ergo illis ait Moyses, hoc est q̄ dixit dominus, &c. Appropinquant domino, qui in tabernaculo funguntur sacerdotio. Sanctificatur autem in eis dominus etiā vindicando, vt sciatur quia minus aliis parcat, si illis non parcit, secundū illud: *Si iustus vix saluus erit, peccator & impius vbi apparebit?* Vel potius secundum illud: *Cui plus datur, plus ab eo exigitur.* Et illud: *Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit, vapulabit multis: Et exiguo concedetur misericordia. Potentes autem potentiora tormenta patientur.*

1.Pet.4.d. Luc.12.f. Sap.6.a.

Mystice. Isic. *Arreptisque, &c.* Alienum ignem offerunt, qui traditione dei contempta, alienas doctrinas appetunt, & magisteria humanæ institutionis inducunt. Quibus dicitur: *Resciuis mandatū Dei propter traditionem vestram.* Ignem quoque alienum accēdit, qui corpore vel secularis cupiditatis ignem in sacrario cordis nutriens, audet altaribus domini appropinquare: quæ non recipiunt accensionem, nisi illius ignis quem dominus venit mittere in terram, qui semper nos accendit, vt sensibus illumi nemur, ne vitiis flagremus.

Mat.15.a

Isichi. Hīc eos, qui aliena docent, qui in spiritum blasphemant, qui inspiratam ab eo scripturam prauè interpretantur, igne inuisibili puniri intelligit. Qui filij Aaron dicuntur, doctorū scilicet habentes habitum, & mentientes spiritale magisterium. Vnde & linguæ eorum ignis dictæ sunt, quia in specie ignearum linguarum spiritus aduenit. Thymiama autem & thuribulis vel ignibus linguarū superponūt, legalia. s. & ꝓphetica dogmata, de quibus dicitur: *Odor vnguentorum tuorū super omnia aromata.* Sed ignem alienum offerunt, quia non secundum intētionem & virtutem spiritus interpretantur. His ergo egreditur ignis à domino, non qui sacrificia incendat qui dicatur domini gloria, sed pœnalis. Vtrumque enim habet ecclesia, hunc ad illum inationē iustorum iustorum & ad perfectionem sacrificiorum, illum ad pœnam impiorum. Quem blasphemantibus sacerdotes inducunt subministratione spiritꝰ (qui in eis requieſcit) succedētes, sicut Paulus Hymenęum punit & Alexandrū aliena docentes. Corā domino, videnter scilicet taliter damnantur, ne exemplo suo aliis præbeant causam mortis. Corā domino (res miranda) vbi debuerant viuere ibi moriuntur, quia, scil. malè interpretātes diuinas scripturas, inde subiacēt maledictioni, vnde vitam poterant promereri.

1.Tim.1.a.

CAP. X.

¶ Hi hæreticos significant, qui alienum ignem cupiditatis. s. & prauæ doctrinæ in ecclesia accendunt, & igne diuinæ vltionis absumentur.

1 De pœna dist. 3. inter hęc hitcum. Causa mortis Nadab & Abiu.

a † Rreptisque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, posuerūt ignem & incensum de super, offerentes coram domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egressusque ignis à domino, deuorauit eos, & mortui sunt coram domino. Dixitque Moyses ad Aaron:

¶ Qui non est egressus à domino Deo nostro. ¶ Pœnalis.

2 ✻ Procopivs. Exemplum hic habemus clarissimum, humana non admiscenda diuinis. Et hoc quidē parum obseruant hæretici. Deus imperauit vt duntaxat in ara thymiamatis odores

a ¶ Purgando eos. ¶ Hoc est sanctus apparebo in his qui mihi ministrant, vlciscendo delicta eorum, & non parcendo.

3 4 5 6

b Hoc est quod locutus est dominus: Sanctificabor in his qui

a ¶ Ministrando. ¶ Multitudine scientiæ, vel aliquo ministerio. b ¶ Laudabor & magnificabor. Vnde dicit Dauid: Iustus dominus, & iustitiam dilexit. ꝓ quo Vi v.e.

7

appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Et

incenderet Aaron mane cum parat lucernas, & vespere cum eas accendit, nec alio tempore suffitum odoratum facere eum iussit. Nec voluit quoque vt externum admoueret ignem, cum diuinus ignis conspiceretur vsque præsto esse.

E

✻ Theodoretvs. Ex his decemur non debere nos extinguere spiritum, sed accendere gratiam quam accepimus, extraneumq; nihil ad sacram scripturam inuehere, contentosque doctrina S. Spiritus abominari hæreses, quarum fautores nonnulli verbis diuinis fabulas addiderunt, alij suas commentationes impits sententiæ scripturæ prætulerunt.

Quæst.9.

✻ Rvpertvs. Nadab interpretatur spontaneus, Abiu pater meus. Significant populum Iudaicum qui in ceremoniis carnalibus spontaneus, imò nimis est importunus. Igitur vbi ignis egressus à domino deuorauit holocausta, arreptis Nadab & Abiu thuribulis suis posuerunt ignem. Dum postquam verus ignis spiritus sancti à domino egressus, id est, à patre procedens holocaustum verum Christum esse ostendit, veniendo super apostolos in linguis igneis adhuc Iudaicus populus cultum alienum & ceremonias Deo odibiles oportunè nimis ingerit. Ob id duplici igne deuoratus est populus ille. Nam & templum eorum succensum est à Romano exercitu, & animæ gehennæ incendio concremantur.

Lib.2.in Leuit.cap.7.

b *Hoc est quod locutus est Dominus.* Quando dixit Dominus Moysi: *Descende & contestare populum, ne forte appropinquet ad deum, & cadat ex eis multitudo. Et sacerdotes qui appropinquant domino sanc-*

C ☞ *tificen-*

F

D *tificētur ne forte recedat ab eis.* populꝰ nō appropinquat, quia vim cō templationis non portat. Sacerdotes appropinquantes sanctificari iubentur, vt digni fiant videre & contemplari. vnde Paulus:

A

Heb.12.d. *Sequimini pacem cum omnibus & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum.*

Vbi supra. Avgv. Alia litera. *Hoc est quod dixit dominus, In eis qui mihi appropinquant sanctificabor.* qui scilicet in tabernaculo sacerdotio fungebantur. Sanctificatur autē etiam vindicando, vt hinc sciretur quia minus parcat aliis, si illis nō parcit, secundum illud: *Si vix iustus saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* Vel secundum illud: *Cui plus exigitur ab eo seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & nō facit, vapulabit multis.* Vbi autem hoc dominus suprà dixit, non inuenitur: sed in Exodo dicit Moyses domino: *Tu dixisti: Scio te præ omnibus.* Quod inuenitur non antea, sed postea dixisse. Sed quia mendaciter nunquam Moyses hoc diceret, intelligitur etiam antè dixisse, quamuis scriptū non fuerit. Vnde apparet, non omnia scripta esse, quæ dominus locutus est eis, per quos nobis scripturam dedit.

¶ Compunctus est. a ¶ Ecclesia quæ est corpus veri Aaron. ¶ Vel Misaēl.

a b bor. Quod audiēs tacuit Aarōn. Vocatis autē Moyses †Misa 1 1
c ēl & Elisaphan filiis Oziēl patrui Aaron, ait ad eos: Ite & tol- 3

a ¶ A consortio fidelium sacerdotum.

lite fratres vestros de conspectu sanctuarij, & asportate ex- 4 5

¶ Ecclesiam.

tra castra. Confestimque pergentes tulerunt eos, sicut iace-

a ¶ Paratos, id est, ad sacrificandum, quia solent hæretici sanctitatis habitum anteferre. sed eiciuntur extra castra ecclesiæ cum tunicis lineis, i. cum simulatione & hypocrisi.

1.Pet.4.d. Luc.12.f. Exod.35.c.

bāt, vestitos lineis tunicis, & eiecerūt foras, vt sibi fuerat imperatū. Locutusq; est Moyses ad Aarō & ad Eleazar & Itha-

a ¶ Quasi nolite mortuos lugere. ¶ Cidari. b ¶ Dispensationem Christi

6

mar filios eius: Cāpita vestra nolite nudare, & vestimenta no

a ¶ Id est gradus in personis facere, vel ecclesiam per hæreses scindere b ¶ Sicut illi.

c ¶ Peccante principe vel sacerdote populus sæpe punitur.

lite scidere, ne fortè moriamini, & super omnē cœtū oriatur in- 7

a ¶ Ex peccato magistrorum. b ¶ Ecclesia.

c ¶ Cum aliquem pro peccato videmus diuina vltione puniri dolere debemus & compati illi. 8

dignatio. Fratres vestri, & oīs dom⁹ Israël plāgant incēdium,

a ¶ Quia nuper consecrationi mystice innititur quia etsi compatimur proximis, tamen debemus concordare diuinis iudicijs.

b ¶ Sententiam doctrinæ.

quod dominus suscitauit. Vos autē nō egrediemini fores ta-

Præcipit vt sancta vestimenta non deponant, sed parati seruire Deo assistant.

✻ Procopivs. Non permittit vt habitus pontificius mutetur in luctu, etiamsi mortui fuerunt homines tibi coniunctissimi Nam amor dei firmus nos obligat & arctius tenet, quàm amor qui con unctis personis est impartiendus. Sic saluator discipulum à patre abstrahit, vt libere euangelium enuntiet. Exequias autem quæ ducendæ sunt per alios fieri velit. Nam hoc officium parum congruit sacerdoti.

E

✻ Radvlphvs. Caput nostrum Christus est. Capiti suo ornatum detrahit, quicunque domino Christo honorem debitum non persoluit.

Vbi supra cap.5.

Alle. autem ne in Christo diuisionem personarum faciāt. Caput enim Christi Deus est, Christus autem ex diuinitate constat & humanitate, capitis enim, id est, diuinitatis tiara humanitas est, qua tecta fuit velut pileo diuinitas: hæc non est auferenda, nec diuisio personarum in Christo prædicanda, sed duarū substantiarum vna persona.

Allegoricè.

Avgvst. *Capita vestra, &c.* Ne scilicet cidares deponant, quę sunt tegmina capitum, faciebant enim lugentes contra ornatus consuetudinem. Sicut in nostra consuetudine caput, quod apertum habetur, in luctu operitur: prohibet ergo ne lugeant eos, in quorum pœna sanctificatus est dominus: commendatus est scilicet timor eius. Lugere tamen illos aliis permittit sed hi nunc lugere non debent, nondum completis septem diebus, quibus de tabernaculo exituri non erant: potest autē videri, quod illo oleo sanctificati, neminem debeant lugere, vnde addit:

Quæst.32.in Leuit.cum.

e *Fratres vestri & omnis domus Israel plangat incendium.* Isichivs. Non ignoramus quid cidares significent, quia *omnis viri caput Christus, caput Christi deus est.* Nec cessarió cidaris Christi humanitatem significat. Ostendit ergo quæ debeant custodire sacerdotes & doctores. sine diuinitatem Christi negent, & humanitatem non contradicant, quia deus est ex deo & verbum ex patre. Hoc est enim cidaris non auferri à capite, sed nec Christi dispensationē renuant aut blasphemēt, tanquam rumpentes stolā sacerdotalē.

F

☞ *Omnes*

Diuisio. ARreptisque Nadab, &c. *Hic consequenter tagitur consecratorum casus, vbi tria tanguntur. Primum est euentus combustionis secundum est actus correptionis, tertium defectus comestionis. Circa primum dicit Ra. Simeon quòd causa mortis Nadab & Abiu fuit, eo quod potati etiam plus debito intrauerunt ad ministrandum & pro tali irreuerentia mortui sunt: & hoc videtur ex litera præcedenti, cum dicitur:* Arreptisque Nadab & Abiu, &c. *Ex quo videtur quod impetuose, & sine discretione ex calefactione vini ingesserunt se ad ministrandum. Hoc etiam videtur ex litera consequenti, quia immediate post factum istud dominus dixit ipsi Aaron:* Vinum & omne quod inebriare potest non bibetis tu & filij tui, &c:

2 Quod ei præceptum non erat. *Minus dicit & plus significat, quia non solum eis præceptum non fuerat, imò etiam prohibitum, ne alio igne vterentur quam illo, qui datus fuerat à Deo.*

3 Egressusque ignis à domino. *i. ab altari holocausti, vbi erat ignis datus à Deo.*

4 Deuorauit eos. *id est, interfecit, quia corpora eorum non fuerunt consumpta, imò nec etiam eorum vestimenta, vt habetur infrà.*

5 Dixitque Moyses. *Hic ponitur actus correptionis: & primò ipsius Moysi: secundò Dei, ibi:* Dixit Dominus. *Circa primum ponitur correptio Moysi respectu præteriti, cum dicitur:*

6 Hoc est quod locutus est dominus: Sanctificabor in his, &c. *Quasi diceret, non est mirum si isti sunt mortui, quia illi qui appropinquant ad ministrandum domino, debent esse sancti, prouidi & discreti. Non enim deus sanctificatur in seipso, cum de necessitate sit sanctissimus, sed in sibi seruientibus propter quod dicitur Exo. xxx. d.* Sacerdotes qui accedunt ad me, sanctificentur ne percutiam eos.

7 Et in conspectu omnis populi glorificabor. *Quia populus videns quod vindicta Dei non parcit maioribus, & his qui Deo sunt propinqui, timens retrahitur à malo habens ex hoc argumentum, quod dei vindicta non parceret sibi.*

✻ 1 Quod

✻ 1 Quod audiens tacuit Aaron. *patienter sustinens dei punitionem & Moysi correptionem. Consequenter ponitur correptio Moysi respectu præsentis, cum dicitur:*

2 Vocatis autem Moysi filiis Oziel, &c. *quia Oziel fuit frater Amram patris Aaron vt habetur Exo vj.c.*

3 Ite & tollite fratres. *ne sint occasio miscendi luctum cum gaudio solennitatis domini. secundum quod habetur Neemiæ viij.c.* Dies sanctus domini est, nolite contristari.

4 Et asportate ex castra. *ad sepeliendum.*

Nadab & Abiu saluati.

5 Tulerunt eos, &c. *Ex quo patet quod ignis non combussit corpora eorum, nec etiam vestes, quamuis essent lineæ. Et ex hoc habetur argumentum, quod Nadab & Abiu fuerunt saluati sicut 3.Reg. xxij.f. de pro-*

Sacerdotes cum vestibus sacerdotalibus sepeliuntur.

✻ 1 *Arreptisque Nadab & Abiu, &c.* Per istos offerentes ignem alienum coram domino figurati fuerunt sacerdotes noui testamēti, qui cum igne cupiditatis vel luxuriæ ministrant in altari, propter quod percutiuntur morte culpæ, postea percutientur morte gehennæ quia grauiter nimis peccant. Vnde dicit Hieroni. in quodam sermone: Dic sacerdos, dic clerice quid tibi cum fœminis, qui quotidie ad altare cum domino confabularis, quomodo eisdem labiis deoscularis filium virginis, quibus deoscularis filium meretricis? O Iuda osculo filium hominis tradis. Per hoc autem quòd vestes Nadab & Abiu remanserunt intactæ, significatur, quod in noua lege res sacræ ex abusu malorum non sacerdotum non sunt contaminatæ. Per hoc autem quod Nadab & Abiu extra castra filiorum Israel fuerunt sepulti, significatur, quod mali sacerdotes nouæ legis à sanctorum consortio sunt excluſi, & cum diuite epulone sepeliendi: de quo dicitur Lucæ xvj. f. *Mortuus est diues & sepultus est in inferno.*

✻ *Dixit*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes enim qui baptizati sumus, Christum induimus. Præcipuè sacerdotes hoc agant ne moriantur, ne populo iram Dei inducant, Gal.3.d. Vitia enim præpositorum subiectis sunt offendiculum. Domũ Israel. i. omnẽ ecclesiam plangere iubet incondium. Si enim cuiuslibet perditio ecclesię damnum est, quantò magis sacerdotum est. Vos autem non egredieimini fores tabernaculi. Superius septem solos dies nõ egredi de tabernaculo præcipit; his expletis octo dies agun tur, hìc rursus interminatur ne egrediantur. Non est tamẽ sibi contrarius, quia alius est iste egressus. Vnde addit: *Vt nõ moriamini*, quod non superius. Quia enim ignem alienæ doctrinæ offerentes perierunt, dicit aliis ne exeant ianuas scientiæ Christi, sed per omnia præceptum eius sequi, ne moriantur. Hoc sacerdotibus B præcipit, quibus verbi mysterium spiritussancti dono creditum est. Vnde sequitur:

Mysticè. Iohan.1.d. *Oleum quippe unctionis est super vos*, de qua: *Unctio eius docet vos de omnibus.*

a *Vinum & omne quod inebria.* Is 1c. Vsq; nũc hanc legem ecclesia custodit. Neq; enim omnino à vino abstinere præcepit, sed quãdo ad tabernaculum testimonij, vel ad altare ascendimus, id est, quando mysterium doctrinæ cælestis contingimus, cuius altare figura est, sicut tabernaculum cælestiũ rerũ contrectationis. Vnde Paulus Timotheo: *Vino modico vtere, propter stomachum & frequentes infirmitates.* Tim.5.d. Qui autem modico vtitur tempore mysterij & doctrinæ à vinolentia & ebrietate abstinet. Sacerdotes quoque idem custodiunt. Vnde filiis quoque Aaron. i. sublimiora adeptis traditur hoc mandatum. Et Paulus Ephesiis similia scribit: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Ebrietas quoq; sobrietatem subuertit, mentem peruertit, vt non intelligat quæ agit. Eph.5.d. Vnde Esaias: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem.* Et post pauca addit: *Vinum in conuiuiis vestris, & opus domini non respicitis.* Esa.5.a. Qui autem opera domini non respiciunt, quomodo inter sancta. & prophana, & munda & immunda discernunt? Vel quomodo exhortari & illuminare populum de scripturis possunt, cuius mandati autoritatem ostendere cupiens, dicit hoc deum locutũ fuisse, id est, spiritualiter inspirasse.

✻ Procopivs. Non obiter hìc locus accipiendus est, imò aliquid amplius, quàm primo aspectu præ se ferat, nostro intellectui ingerit, nempe vt sacerdos non nauseet, nauseam monente vespertina, quæ præcessit, ebrietate: & sic ad sacra accedat ministeria. Quæ enim ratio concedit vt is, qui pro illis quos mala cupiditas vincit, supplice voce rogat Deum, vt is, inquam, cupiditati quoq; se turpiter submittat? p hæc symbola, phibet & arcet C omnem occasionem, quæ verã rationẽ suo gradu deiicere queat

bernaculi, alioquin peribitis. Oleum quippe sanctæ vnctio- 1
a ¶ Quasi sacerdotes domini estis. b ¶ Quæ Moyses spiritualiter præcepit, ecclesia custodit.
nis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptũ Moy- 2
a ¶ Nullite inebriari vino in quo est luxuria. b ¶ Quodlibet singulare vitium. ¶ Quasi ne grauentur eorda vestra crapula & ebrietate & curis. ¶ Omne vitium quod mentem enertit.
si. Dixit quoque dominus ad Aarõ: †Vinũm & † omne quod b 3
a ¶ Sacerdotes succedentes. b ¶ Nota quod non omni tempore prohibet vinum.
inebriare potest non bibetis tu & filij tũi, quando intrãbitis
a ¶ Cælestium rerum contrectationes. b ¶ Spiritualiter.
in tabernaculum testimonij, ne moriamini: quia præceptum
a ¶ Quam non potest habere ebrius: quia ebrietas aufert cor eorum. Osee.4.c.
c sempiternum est in generationes vestras, & vt habeatis scièn 4
a ¶ Quia ebrius nescit se regere, nec alios docere. ¶ A peccato.
tiã discernẽdi inter sanctũ & pphanũ, inter pollutũ & mundũ: 5 6
a ¶ Non tantum habeatis scientiam. b ¶ Sacerdotum est docere, & subiectos instruere. ¶ Diuina inspiratione. ¶ Autoritas præcepti. ¶ Non ait quæ locutus sum, de se tanquam de alio loquitur.
doceatisque filios Israël omnia legitima mea, quę locutus su
a ¶ Viua voce dicentis & scribentis.
ad eos p manũ Moysi. Locutusq; est Moyses ad Aarõ & ad E- 7
b ¶ Aquila donum quod reliquum est de frumento.
d leazar & Ithamar filios eius, q erat residui: Tollite sacrificiũ 8

b *Quando intrabitis in.* Avgvst. Quando ergo eis licebat bibere, quos quotidie necesse erat in tabernaculum introire & accedere ad altare per continuam seruitutem. Si quis enim dicit non omni die sacrificia imponi solere, quid dicet de ingressu tabernaculi, qui quotidianus erat propter candelabrum & panes propositionis super mensam ponendos? Si respondetur tabernaculum testimonij illud esse intelligendum, in quo erat arca testimonij, etiam illuc necesse erat intrare summum sacerdotem propter incensi consummationem. Non enim semel in anno intrabat, sed cum sanguine purificationis semel in anno, propter incensum autem quotidie intrabat. An præcepit Deus vt vinum omnino non biberent? Cur ergo breuiter non dixit: *Vinum non bibetis*, sed addidit: *Cum intrabitis in tabernaculum testimonij, &c.* An quia causa non bibendi tacenda non erat, & maximè quia Deus præsciebat multos postea etiam summos sacerdotes futuros vno tempore, id est, non per successionem, qui vniuerso illi mysterio vicissim deseruirent: quando vtique illi non bibebant, quorum locus erat seruiendo, alij autem bibebant. An aliud hic intelligendum est, quoniam cum vinum & siceram sacerdotes bibere prohiberet ait: *Legitimũ æternũ in progenies vestras.* ambiguũ est vtrum superiori sensui connectatur, id est, vt nõ adhibẽdum vinũ pertineat an inferiori vbi subsequitur: *Distinguere inter medium sanctorũ & contaminatorum, mundorum & immundorum &c.* vt hoc sit officium sacerdotum legitimum æternum in progenies eorum. Vbi supra Quæst.33 Num.10.a

c *Vt habeatis scientiam discernendi inter.* Avgvst. Hoc & ambiguè positum est, q ait: *Distinguere inter medium sanctorum & contaminatorũ mundorum & immundorũ*, vtrum ab eo quod sunt sancta & munda, vel inquinata & immunda: An ab eo qui sunt sancti & immũdi. i. vtrũ inter ipsa sacra quæ ritè vel non ritè fierent distinguere voluit sacerdotes? An inter ipsos homines probandos vel improbandos? An potius ad vtrumque referendum est? De præsc. inter hæreticos. Vbi supra.

✻ Procopivs. Solius Christi est, illorum quos filiolos vocat segregare sancta à profanis. Hìc quoq; in mente vocat secundum carnem Iudæis illa, quæ per Mosem qui capiebat sermonẽ Dei potenter locut⁹ est. Quapropter dicitur fidus in tota domo seu ministeri in testimonium eorum quæ dicenda erant. Allegoricè.

d *Tollite sacrificium, &c.* Isichivs. Quòd pectusculum con- F

& ☞ siden-

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Oleum quippe san. &c. *erant enim de nouo consecrati, & ideo non licebat eis ad talem luctum ingredi, & hoc ad exterminandum idolatriæ cultum. Sacerdotes enim idolorum vtebantur in suis ritibus, ossibus & carnibus mortuorum: & ideo ne sacerdotes dei eis assimilarentur præcepit dominus, vt sacerdotes minores nõ inquinarẽtur in mortibus, nisi valde propinquorum, vt habetur infrà xxj. cap. Vade in nouitate suæ consecrationis debuerunt multò magis à talibus elongari. Dicit:* Fratres vestri. &c. *Ex quo patet quod personæ communes maxime ad Dei cultum deputatæ à toto populo sunt lugendæ.* 2 Dixit quoque do. *Hic consequenter ponitur correptio domini, cum dicitur:*
3 Vinum, &c. *Et idem intelligitur de ingressu atrij ad ministrandum in altari holocaustorum.*
4 Vt habeatis scientiam discernendi. *Quam potatio vini excessiua aufert, & quia homines sunt proni ad bibendum vltra mensuram, ideo propter periculum excessus prohibitus fuit eis simpliciter vinũ potus, non tamen pro semper sed singulariter pro tempore quo debebant ad ministerium tabernaculi & altaris accedere.*
5 Inter sanctum & prophanum, *id est, quod sacrificium & ministerium sit licitum vel illicitum ex conditione sua.*
6 Inter pol.mun. *i. quod sit licitum ex circumstantia, vel illicitum: quia aliquando contingit, quod animal mundum ad immolandum secundum se polluebatur ex tactu rei immundæ.*
7 Locutusque est Moyses, &c. *Hic consequenter describitur defectus comestionis. Circa quod primò reprehenditur retardatio, secundò totalis omissio, ibi: Inter hæc horæum. Circa primum sciendum, quòd Aaron & duo filij eius tardabant comedere hostias propter mortem Nadab & Abiu, ideo Moses dixit eis.*
8 Tollite sacrificium quod remansit de oblatione domini. *Quia illud debebat à sacerdotibus comedi.*

✻ 1 Iuxta

MORALITER.

✝ 3 *Dixit quoque dominus ad Aaron: vinum & omne quod inebriare potest, nõ bibetis, quando intrabitis tabernaculum testimonij.* Per hoc ostenditur quanta sobrietas in sacerdotibus nouæ legis requiritur. Nam tabernaculum illius temporis non fuit nisi vmbra & figura ecclesiasticæ dignitatis.

✝ Mora-

Efficẽtur ne forte recedat ab eis. populꝰ nõ appropinquat, quia vim cõ A templationis non portat. Sacerdotes appropinquantes sanctificari iubentur, vt digni fiant videre & contemplari. vnde Paulus:
Heb.12.d. *Sequimini pacem cum omnibus & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum.*
Vbi supra. Avgv. Alia litera. *Hoc est quod dixit dominus, In eis qui mihi appropinquant sanctificabor.* qui scilicet in tabernaculo sacerdotio fungebantur. Sanctificatur autẽ etiam vindicando, vt hinc sciretur quia minus parcat aliis, si illis nõ parcit, secundum illud: *Si vix iustus saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* Vel secundum illud: *Cui plus exigitur ab eo seruu qui cognouit voluntatem domini sui, & nõ facit, vapulabit multis.* Vbi autem hoc dominus suprà dixit, non inuenitur: sed in Exodo dicit Moyses domino: *Tu dixisti: Scio te præ omnibus.* Quod inuenitur non antea, sed postea dixisse. Sed quia mendaciter nunquam Moyses hoc diceret, intelligitur etiam antè dixisse, quamuis scriptũ non fuerit. Vnde apparet, non omnia scripta esse, quæ dominus locutus est eis, per quos nobis scripturam dedit.
B ✻ Procopivs. Idem prædictum est in Exodo. At hoc ipsum paululum diuersis & mutatis verbis protulit Petrus dicens, *Tempus est vt iudicium primò incipiat à domo Dei.*
Lib.3 in Leuit.cap.2. a *Quod audiens Aaron tacuit, &c.*
✻ Radvlphvs. Contristatus fuerat pater super repentina filiorum morte, & acri dolore percussum cor eius: sed tamen diuini percepta censura iudicij, tacuit, nec quod Dei voluntate factum audiebat, reprehendere præsumpsit. Sic sancti patriarchæ & prophetæ, qui paterno affectu populo illi præerant, cum per spiritum prophetæ spoliandum eum in consummatione temporum sacerdotij gloria & diuina priuandum gratia præsentirent licet gentis suæ calamitatem præ se ferrent, inde tamen consolabantur, quod illius hæc erat dispositio, cui nulla contraire potest humana conditio. Cæterum sanctificatur apud homines Deꝰ cùm se sanctum esse demonstrat. Suam autem sanctitatem hominibus aperit, cùm de peccatoribus vltionem capiens, se eorum neq; itiæ non consentire ostendit.
b *Vocatis autem Moy. M.s. & Elisa.* מישאל Misael, Dei attrectatio, אלצפן Elisaphan siue Elzaphan Dei illuminatio, vel Dei speculum his iure præcipitur vt tollant Nadab & Abiu extra castra. Hi enim sanctos significant, qui à Deo illuminati ipsum manibus fidei attrectant, & Deum perfecta fide contemplantur. Vnde bene filij Oziel dicuntur, qui significat euangelium: vnde particulis Aarõ fuisse dicitur, quia magna cognatio est euãgelij & legis. Euãgelium nãque expositio est legis: filij autem euangelij hæreticos verè mortuos à castris ecclesiæ detrudunt. Vel Misadai & Elisaphã primus attrectatio dei. i. Misadai. Elisaphan interpretatur specula Dei mei. Quicunque scit C tractare deum & speculari Christi scilicet carnem & diuinitatem: sicut Tho. qui manu contrectans carnem dicebat: *Deus meus* Ioh.20.g. &

¶ Compunctus est. a ¶ Ecclesia quæ est corpus veri Aaron. ¶ Vel Misadai.
bor. Quod audiés tacuit Aarõn. Vocatis autẽ Moyses †Misa- 1 2
c ël & Elisaphan filiis Oziël patrui Aaron, ait ad eos: Ite & tol- 3
a ¶ A consortio fidelium sacerdotum.
lite fratres vestros de conspẽctu sanctuarij, & asportate ex- 4 5
¶ Ecclesiam.
tra castra. Confestimque pergentes tulerunt eos, sicut iace-
a ¶ Paratos, id est, ad sacrificandum: quia solent hæretici sanctitatis habitum anteferre: sed eiciuntur extra castra ecclesiæ cum tunicis lineis, i. cum simulatione & hypocrisi.
bãt, vestitos lineis tunicis, & eiecerũt foras, vt sibi fuerat im- 1. Pet.4.d. Luc.12.f. Exod.35.c.
peratũ. Locutusq; est Moyses ad Aarõ & ad Eleazar & Itha-
a ¶ Quasi nolite mortuos lugere. ¶ Cidari. b ¶ Dissensionem Christi.
d mar filios eius: Cãpita vestra nolite nudare, & vestimẽta no 6
a ¶ Id est gradus in personis facere, vel ecclesiam per hæreses scindere. b ¶ Sicut illi.
lite scidere, ne fortè moriamini, & super ómnẽ cœtũ oriatur in- 7
c ¶ Peccante principe vel sacerdote populus sæpè punitur.
a ¶ Ex peccato magistrorum. b ¶ Ecclesia.
dignatio. Fratres vestri, & oĩs dom⁹ Israël plãgant incẽdium, 8
c c ¶ Cum aliquem pro peccato videmus diuina vi tõe puniri dolere debemus & compati illi.
a ¶ Quia nuper conflagrauit: mysticè innuitur quia etsi compatimur proximis, tamen debemus concordare diuinis iudicijs.
b ¶ Scientiam doctrinæ.
quod dominus suscitauit. Vos autẽ nõ egrediemini fores ta-

præcipit vt sancta vestimenta non deponant, sed parati seruiro Deo assistant.
✻ Procopivs. Non permittit vt habitus pontificius mutetur in luctu, etiamsi mortui fuerunt homines tibi coniunctissimi. Nam amor dei firmus nos obligat & arctius tenet, quàm amor qui con unctis personis est impartiendus. Sic saluator discipulum à patre abstrahit, vt libere euangelium enuntiet. Exequias a tem quæ ducendæ sunt per alios fieri velit. Nam hoc officium parum congruit sacerdoti.
✻ Radvlphvs. Caput nostrum Christus est. Capiti suo ornatum detrahit, quicunque domino Christo honorem debitum non persoluit. Vbi supra cap.3.
Alle. autem ne in Christo diuisionem personarum faciãt. Caput enim Christi Deus est, Christus autem ex diuinitate constat & humanitate, capitis enim, id est, diuinitatis tiara humanitas est. qua tecta fuit velut pileo diuinitas: hæc non est auferenda, nec diuisio personarum in Christo prædicanda, sed duarũ substantiarum vna persona. Allegoricè.
Avgvst. *Capita vestra, &c.* Ne scilicet cidares deponant, quę sunt tegmina capitum, faciebant enim lugentes contra ornatus consuetudinem. Sicut in nostra consuetudine caput, quod apertum habetur, in luctu operitur: prohibet ergo ne lugeant eos, in quorum pœna sanctificatus est dominus: commendatus est scilicet timor eius. Lugere tamen illos aliis permittit sed hi nunc lugere non debent, nondum completis septem diebus, quibus de tabernaculo exituri non erant: potest autẽ videri, quod illo oleo sanctificati, neminem debeant lugere. vnde addit: Quæst.32. in Leuiticum.
c *Fratres vestri & omnis do. Israel plangunt.* Isichivs. Non ignoramus quid cidares significent, quia *omnis vir caput Christus, caput Christi deus est.* Necessariò cidaris Christi humanitatem significat. Ostendit ergo quæ debeant custodire sacerdotes & doctores. i. ne diuinitatem Christi negent, & humanitatem non contradicant, quia deus est ex deo & verbum ex patre. Hoc est enim cidam non auferri à capite, sed nec Christi dispensationẽ renuant aut blasphemẽt, tanquam rumpentes stolã sacerdotalẽ. F

☞ Omnes

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quod audiens tacuit Aaron. *patienter sustinens dei punitionem & Moysi correptionem. Consequenter ponitur correptio Moysi respectu præsentis, cum dicitur:*
2 Vocatis autem Moy si. Oziel, &c. *quia Oziel fuit frater Amram patris Aaron vt habetur Exo vj.c.*
3 Ite & tollite fratres. *ne sint occasio miscendi luctum cum gaudio solennitatis domini secundum quod habetur Neemiæ viij.c.* Dies sanctus domini est, nolite contristari.
4 Et asportate ex castra. *ad sepeliendum.*
Nadab & Abiu saluati. 5 Tulerunt eos, &c. *Ex quo patet quod ignis non combussit corpora eorum, nec etiam vestes, quamuis essent lineæ. Et ex hoc habetur argumentum, quod Nadab & Abiu fuerunt saluati sicut iiij. Reg. xiij. f. de propheta illo qui seductus à falso propheta rediit in Bethel, & propter hoc interfectus fuit à leone: leo tamen caduuer eius non tetigit. Aliquando enim Deus in præsenti vita sanctos homines punit grauipœna, etiam pro leui culpa, suo iusto iudicio, licet occulto. Ex hoc autem quod Nadab & Abiu fuerunt sepulti cum vestibus sacerdotalibus, antea solebat consuetudo quod sacerdotes nouæ legis cum vestibus sacerdotalibus sepeliuntur: Tertiò ponitur correptio Mosi ad cautelam futuri, cũ dicitur:* Locutusque est Moyses ad Aaron, &c. *Et subditur:*
6 Capita ve. no. nuda. *In Hebr. habetur. Caput a vestra non augmentabitis. s. dimittendo capillos crescere vltra modum consuetum sicut faciebant Gentiles in morte amicorum in signum tristitiæ.*
7 Et vestimenta no. scin. *quod facere bant Iudæi, quando erant in magna tristitia positi.*
8 Ne fortè moriamini, &c. *cuius causa subditur postea.*

Sacerdotes cum vestibus sacerdotalibus sepeliuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes enim qui baptizati sumus, Christum induimus. Præcipuè sacerdotes hoc agant ne moriantur, ne populo iram Dei inducant, Vitia enim præpositorum subiectis sunt offendiculum. Domũ Israel. i. omnẽ ecclesiam plangere iubet incendium. Si enim cuiusliber perditio ecclesiæ damnum est, quantò magis sacerdotum est? Vos autem non egrediemini fores tabernaculi. Superius septem solos dies nõ egredi de tabernaculo præcepit: his expletis octo dies agun tur, hic rursus interminatur ne egrediantur. Non est tamẽ sibi contrarius, quia alius est iste egressus. Vnde addit: *Vt nõ moriamini*, quod non superius. Quia enim ignem alienæ doctrinæ offerentes perierunt, dicit aliis ne exeant ianuas scientiæ Christi, sed per omnia præceptum eius sequi, ne moriantur. Hoc sacerdotibus præcipit, quibus verbi mysterium spiritussancti dono creditum est. Vnde sequitur:

Mysticè. Iohan. 2. d. *Oleum quippe unctionis est super vos*, de qua: *Vnctio eius docet vos de omnibus.*

a *Vinum & omne quod inebria.* Isic. Vsq; nũc hanc legem ecclesia custodit. Neq; enim omnino à vino abstinere præcepit, sed quãdo ad tabernaculum testimonij, vel ad altare ascendimus, id est, quando mysterium doctrinæ cælestis contingimus, cuius altare figura est, sicut tabernaculum cælestiũ rerũ contrectationis. Vnde Paulus Timotheo: *Vino modico vtere, propter stomachum & frequentes infirmitates.* Qui autem modico vtitur tempore mysterij & doctrinæ à vinolentia & ebrietate abstinet. Sacerdotes quoque idem custodiunt. Vnde filiis quoque Aaron. i. sublimiora adeptis traditur hoc mandatum. Et Paulus Ephesiis similia scribit: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Ebrietas quoq; sobrietatem subuertit, mentem peruertit, vt non intelligat quæ agit.

Tim. 5. d. Eph. 5. d. Isa. 5. a. Vnde Esaias: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem.* Et post pauca addit: *Vinum in conuiuiis vestris, & opus domini non respicietis.* Qui autem opera domini non respiciunt, quomodo inter sancta, & prophana, & munda & immunda discernunt? Vel quomodo exhortari & illuminare populum de scripturis possunt, cuius mandati autoritatem ostendere cupiens, dicit hoc deum locutũ fuisse, id est, spiritualiter inspirasse.

✠ Procopivs. Non obiter hîc locus accipiendus est, imò aliquid amplius, quàm primo aspectu præ se ferat, nostro intellectui ingerit, nempe vt sacerdos non nauseet, nauseam mouente vespertina, quæpræcessit, ebrietate: & sic ad sacra accedat ministeria. Quæ enim ratio concedit vt is, qui pro illis quos mala cupiditas vincit, supplice voce rogat Deum, vt is, inquam, cupiditati quoq; se turpiter submittat? p hæc symbola, phibet & arcet omnem occasionom, quæ verã rationẽ suo gradu deiicere queat & nos inebriare terrenarum rerum dulcedine.

D *Vinum & omne quod, &c.* Ab ijs quæ statum mentis deiiciunt vel euertunt, abstinere iubentur, quando tabernaculum ingrediuntur. Nos autem nunquam inebriemur, sed semper mente & corpore sobrij simus.

bernaculi, alioquin peribitis. Oleum quippe sanctæ vnctio- 1
a ¶ Quasi sacerdotes domini estis. b ¶ Quæ Moyses spiritualiter præcipit, ecclesia custodit.
nis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptũ Moy- 2
a ¶ Nolite inebriari vino in quo est luxuria. b ¶ Quodlibet singulare vitium. ¶ Quasi ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate & curis. ¶ Omne vitium quod mentem euertit.
si. Dixit quoque dominus ad Aarõ: † Vinũm & † omne quod 3
a ¶ Sacerdotes succedentes. b ¶ Nota quod non omni tempore prohibet vinum.
inebriare potest non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis 4
a ¶ Cælestium rerum contrectationes. b ¶ Spiritualiter.
in tabernaculum testimonij, ne moriamini: quia præceptum 5
a ¶ Quam non potest habere ebrius: quia ebrietas aufert cor eorum. Osee. 4. c.
sempiternum est in generationes vestras, & vt habeatis sciẽ 6
a ¶ Quia ebrius nescit se regere, nec alios docere. ¶ A peccato.
tiã discernẽdi inter sanctũ & pphanũ, inter pollutũ & mundũ: 7
a ¶ Non tantum habeatis scientiam. ¶ Sacerdotum est docere, & subiectos instruere.
b ¶ Diuina inspiratione. ¶ Autoritas præcepti. ¶ Non ait quæ locutus sum, de se tanquam de alio loquitur.
& doceatis que filios Israël omnia legitima mea, quę locutus sũ 8
a ¶ Viua voce dicentis & scribentis.
ad eos p manũ Moysi. Locutusq; est Moyses ad Aarõ & ad E- 9
b ¶ Aquila dorsum quod reliquum est de frumento.
leazar & Ithamar filios ei⁹, q erãt residui: Tollite sacrificiũ 10

B præcipit, quibus verbi mysterium spiritussancti dono creditum est. Vnde sequitur:

Mysticè. Iohan. 2. d. *Oleum quippe unctionis est super vos*, de qua: *Vnctio eius docet vos de omnibus.*

a *Vinum & omne quod inebria.* Isic. Vsq; nũc hanc legem ecclesia custodit. Neq; enim omnino à vino abstinere præcepit, sed quãdo ad tabernaculum testimonij, vel ad altare ascendimus, id est, quando mysterium doctrinæ cælestis contingimus, cuius altare figura est, sicut tabernaculum cælestiũ rerũ contrectationis. Vnde Paulus Timotheo: *Vino modico vtere, propter stomachum & frequentes infirmitates.* Qui autem modico vtitur tempore mysterij & doctrinæ à vinolentia & ebrietate abstinet. Sacerdotes quoque idem custodiunt. Vnde filiis quoque Aaron. i. sublimiora adeptis traditur hoc mandatum. Et Paulus Ephesiis similia scribit: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Ebrietas quoq; sobrietatem subuertit, mentem peruertit, vt non intelligat quæ agit.

Tim. 5. d. Eph. 5. d. Isa. 5. a. Vnde Esaias: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem.* Et post pauca addit: *Vinum in conuiuiis vestris, & opus domini non respicietis.* Qui autem opera domini non respiciunt, quomodo inter sancta, & prophana, & munda & immunda discernunt? Vel quomodo exhortari & illuminare populum de scripturis possunt, cuius mandati autoritatem ostendere cupiens, dicit hoc deum locutũ fuisse, id est, spiritualiter inspirasse.

✠ Procopivs. Non obiter hîc locus accipiendus est, imò aliquid amplius, quàm primo aspectu præ se ferat, nostro intellectui ingerit, nempe vt sacerdos non nauseet, nauseam mouente vespertina, quæpræcessit, ebrietate: & sic ad sacra accedat ministeria. Quæ enim ratio concedit vt is, qui pro illis quos mala cupiditas vincit, supplice voce rogat Deum, vt is, inquam, cupiditati quoq; se turpiter submittat? p hæc symbola, phibet & arcet omnem occasionom, quæ verã rationẽ suo gradu deiicere queat & nos inebriare terrenarum rerum dulcedine.

D *Vinum & omne quod, &c.* Ab ijs quæ statum mentis deiiciunt vel euertunt, abstinere iubentur, quando tabernaculum ingrediuntur. Nos autem nunquam inebriemur, sed semper mente & corpore sobrij simus.

b *Quando intrabitis* vbi supra *in.* Avgvst. Quando ergo eis licebat bibere, quos quotidie necesse erat in tabernaculum introire & accedere ad altare per continuam seruitutem. Si quis enim dicit non omni die sacrificia imponi solere, quid dicet de ingressu tabernaculi, qui quotidianus erat propter candelabrum & panes propositionis super mensam ponendos? Si respondetur tabernaculum testimonij illud esse intelligendum, in quo erat arca testimonij, etiam illuc necesse erat intrare summum sacerdotem propter incensi consummationem. Non enim semel in anno intrabat, sed cum sanguine purificationis semel in anno, propter incensum autem quotidie intrabat. An præcepit Deus vt vinum omnino non biberent? Cur ergo breuiter non dixit: *Vinum non bibetis*, sed addidit: *Cum intratis in tabernaculum testimonij, &c.* An quia causa non bibendi tacenda non erat, & maximè quia Deus præsciebat multos postea etiam summos sacerdotes futuros vno tempore, id est, non per successionem, qui vniuerso illi mysterio vicissim deseruirent: quando vtique illi non bibebant, quorum locus erat seruiendo, alij autem bibebant. An aliud hic intelligendum est, quoniam cum vinum & siceram sacerdotes bibere prohiberet ait: *Legitimũ æternũ in progenies vestras.* ambiguũ est vtrum superiori sensui connectatur, id est, vt nõ adhibẽdum vinũ pertineat an inferiori vbi subsequitur: *Distinguere inter mediũ sanctorũ & contaminatorum, mundorum & immundorum, &c.* vt hoc sit officium sacerdotum legitimum æternum in progenies eorum.

Quæst. 33. Quæst. 34. No. 20. & De pœn. d. 5. c. inter hæc hircum. 2. Vbi supra.

c *Vt habeatis scientiam discernendi inter.* Avgvst. Hoc & ambiguè positum est, q̃ aut: *Distinguere inter mediũ sanctorum & contaminatorũ mundorum & immundorũ*, vtrum ab eo quod sunt sancta & munda, vel inquinata & immunda? An ab eo qui sunt sancti & immũdi. i. vtrũ inter ipsa sacra quæ ritè vel non ritè fierent distinguere voluit sacerdotes? An inter ipsos homines probandos vel improbandos? An potius ad vtrumque referendum est?

✠ Procopivs. Solius Christi est, illorum quos filiolos vocat segregare sancta à profanis. Hic quoq; in mente vocat secundum carnem Iudæis illa, quæ per Mosem qui capiebat sermonẽ Dei potenter locut' est. Quapropter dicit, fidus in tota domo seu minister in testimonium eorum quæ dicenda erant.

Allegoricè. d *Tollite sacrificium, &c.* Isichivs. Quòd pectusculum con- F

✠ fidentiam offerentiam, & fidem significat, & brachium promissę A ab eis conuersationis actionẽ & correctionẽ, cum de sacrificio pacificorũ seu salutari tractaremus, mõstratũ est. Et quare deputetur Aarõ & filiis suis sacrificiũ, q̃ remanet de oblatione, hoc ẽ, q̃ supereſt de simila absque fermẽto iuxta altare. Sacrificiũ similę q̃ significat vbicũq; doctrinã theologię sine fermento vult esse, ne admisceatur exteriori doctrinæ. Ostendit quoque q̃ partialis est nostra theologia. In cælo quippe est plenitudo eius: ideo quod remã sit, id est, q̃ supest, comedi præcipit, vt ostendat summam apud eum esse, atque seruari iuxta altare. i. corpus Christi: ex eo enim nobis omnis theologia ministratur. Sed quod remanet de simila, Aaron erit & filiorum eius. Quòd verò de sacrificiis pacificorum Aarõ & filiorum & filiarum eius. Vel iuxta Lxx. *domus eius.* i. omnis populi. Theologia enim paucorum est: sublimium, scil. &

¶ Simila.
quod remansit de oblatione domini, & comedite illud abs- 1
¶ Aeternæ doctrinæ. ¶ Corpus Christi.
que fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. † 1
Comedetis autem* in loco sancto, quod datum est tibi & fi 2
a ¶ Confidentiam & fidem offerentium significat.
liis tuis de oblationib⁹ domini, sicut p̃ceptũ est mihi. Pectũs- 3
a ¶ Actionem conuersationis & correctionem.
culum quoque quod oblatũ est, & armũm qui separatus est, 4
a ¶ Mentis, ecclesia. b ¶ Fortes in fide, infirmi de pascendi sunt & roborandi vera fide & bona operatione. ¶ Fortes enim & infirmi in fide. ¶ Maioribus.
edetis in locõ mundissimo tu & filij tui, ac filiæ tuæ tecum. Ti 5
¶ Minoribus. a ¶ Salutem acquirentibus.
bi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis † salutaribus
¶ Quæ sunt f. salutaris. i. Christi de quo dicitur: Viderunt oculi mei salutare tuum &c. Luc. 2. c.
a ¶ Qui scil. deum vident.
filiorum Israël, eò quòd armũ & pectus & adipes, qui cremã- 6
¶ Cui placent.
tur in altari, † eleuauerint corã domino, & pertineãt ad te & 7
a ¶ Oblationem scilicet. pœnitentiæ. ¶ Peccatorem.
b ¶ ad filios tuos lege ppetua, sicut p̃cepit domin⁹. Inter hæc hir 8
a Quando pœnitentia iniuncta.
cum qui oblãtus fuerat pro peccato, cũ quęreret Moyses, ex- 9
a ¶ Ab intelligibili igne spiritus in quem pec. auerunt. ¶ Quia non bene pœnituit.
b ¶ Quia ea quæ pro peccato offerantur à populo edenda erant sacerdotibus inde ablatis & renibus.
¶ Quia forte ad eos suggerendi ministerium pertinebat.
ũstum reperit: Iratũsque contra Eleazar & Ithamar filios 10

Teleuauerũt

Heb. 10. e.

Sap. 1. b.

domino appropinquantium & sequentium Christum. Quæ autem ad pacifica & salutaria pertinent, totius populi sunt.

Toki. &c. Arcana, scil. & profunda scripturæ sacramenta, quæ vulgus non capit, retinenda ac comedenda sunt perfectis iuxta altare. i. iuxta dominicæ passionis fidem & autoritatem.

Quæst. 34. a *Pectusculum &c.* Avgvst. *Pectusculum segregationis & brachium oblationis comedetis in loco sancto.* Quamuis singulis singula nomina data sint: vtrumque tamẽ posset dici segregationis, quia sacerdoti segregatur, & vtrũque oblationis & demptionis, quia demitur & aufertur eis, pro quibus auferetur, vt sacerdoti detur. Pectusculum impositionis sanè suprà legimus, & brachium oblationis, quia de brachio nihil imponebatur altari. Adeps autem de pectusculo imponebatur altari.

Tropolo. *Inter hæc.* Isich. Quia omne peccatum per pœnitentiã delet tur, & qui prædictum peccatum alterius doctrinæ & blasphemię commiserunt, saluati non sunt, causam mortis eorum legislator exponit.

b *Inter hæc hir.* scilicet quia non comederunt filij Aaron quòd pro peccato erat in loco sancto. i. pœnitentiam peccati commissi in ecclesia peragi non fecerunt. Quibus hoc præceptũ est, quos Christus in ecclesia vicarios suos constituit. Ipse enim oblationis suæ sanguinem, quæ pro nostro sanguine oblata est in sanctum. i. in cælum, in conspectu patris obtulit. Debet autem comedi hoc sacrificium in loco sancto. i. ecclesia in propitiationẽ peccatorum, vnde addit: *Quemadmodum præceptum est mihi. i.* sicut præcepi. Moyses enim gerit personam Christi. Exustum reperit, quia in spiritum sanctum peccauerant, ab intelligibili igne spiritussancti oblatio pro pœnitentia ablata est. *Voluntariè enim peccantibus non relinquitur hostia pro peccato.* Nam sicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita simulata deum irritat: quia spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum. Hoc autem sancti patres irremissibile peccatum & blasphemiam in spiritumsanctum dixerunt, in sceleribus vsque ad finem vitæ perseuerare, de salute sua desperare, de potentia & misericordia redemptoris diffidere.

D

Inter hæc hircũ &c. ✠ Procopivs. Non enim decebat vt patri & fratribus illicrum quos ignis peremerat, traderetur caper: nec etiam fas erat vt alij quàm igni qui deuorauerat Nadab & Abiu, donaretur: prius verò quàm resciſceret hoc ex relatione Aaronis, Moses monet fratrem & superstites filios, vt ederent pectusculum separationis & armum eleuationis in sanctosanctо. & inde discerent scientiã rerum diuinarũ, quæ sciuncta est à scientia rerum mundanarum. Plura dicenda restant de capro combusto. Deus in Exodo pronunciauit diram sententiam proferens aduersus eos, qui adorauerant & parauerant vitulum. *Si quis peccauerit coram me, delebo eum de libro viuentium.* Eam sententiam & nunc in effectum producit, dum haud patitur primam victi

* De pœn. dist. 3. c. inter hæc hircum. 2.

Maca. 22. c.

mã, quæ pro peccatis immolatur ritè perfici. Quia nihil de eius sanguine illatum est in sancta, nec etiam sacerdotes quicquam de illa victima comederunt. Moraliter.

Adamantivs. Nõ peccare solius dei est, emẽdare sapiẽtis, sed rarò inuenies qui se corrigat, rara confessio peccati, rara pœnitentia, repugnat natura & verecundia, quia obnoxia est culpæ omnis caro. Et quisque erubescit peccatum confiteri, dum magis præsentia cogitat, quàm futura. Vult Moses peccati vacuam repellere animam, vt exuuias erroris deponat, & culpæ nuda sine sui pudore discedat: sed irrationabilis impetus præuenit, & flamma celerrimi motus animã depascitur, & exurit eius innocentiam. Præponderant enim futuris præsentia, seriis iucunda, & læta tristibus, & præpropera tardioribus: Velox enim iniquitas quæ ad nocendum occasionem suggerit: lenta virtus & cunctatrix, antè indicat quàm incipit quid decorũ, quid honestum. Iniquitas omnia præcipitat. Pigra ergo & verecunda pœnitentia, quæ p̃sentiũ pudore premit: solis enim intẽdit futuris, quorũ spes sera, & tardus fructus. Interim præcurrit impudentia, & spe præsentium pœnitentia excluditur, & effectus eius exuritur & aboletur. Quærit eam lex, & non inuenit. Exusta est enim feruore & fumo iniquitatis. Inde iracscitur & dicit deuorandam fuisse pœnitentiam in sanctisanctorum. Sacerdotes quasi segnes increpat. Respondet Aaron prouidum debere esse sacerdotale iudiciũ, nec malesanæ conscientiæ facilè esse credendum id muneris ne fiat nouissimus error peior priore. Vase enim fœtido vel oleum vel vinum facilè corrumpitur. Quomodo autem poterat vbi ignis alienus erat, peccatum exuri in conspectu domini, cui cuncta aperta? Quasi non placet deo, qui iniustitiam corde inclusam tenet, & se pœnitentiam agere perhibet. Ignis alienus libido auaritia & omnis prana cupiditas: hic ignis exurit, non mundat. In quibus enim est, si offerant in conspectu domini, ignis eos cælestis absumit, sicut Nadab & Abiu, cum his quæ pro peccato fuerant oblata. Qui ergo mundari vult, ignem alienum re- Heb. 4. u.

✠ moueat.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Oleum quippe san. &c. *erant enim de nouo consecrati, & ideo non licebat eis ad talem luctum accedere, & hoc ad extirpandum idololatriæ cultum. Sacerdotes enim idolorum vtebantur in suis ritibus ossibus & carnibus mortuorum: & ideo ne sacerdotes dei eis assimilarentur, præcepit dominus, vt sacerdotes minores nõ inquinarẽtur in mortibus, nisi vel de propinquorum, vt habetur infrà xxj. cap. Vnde in nouitate sive consecrationis debuerunt multò magis à talibus elongari. Dixit:* Fratres vestri, &c. *Ex quo patet quod persona communes maxime ad Dei cultum deputatæ a toto populo sunt ligendæ.* 2 Dixit quoque do. *Hic consequenter ponitur correptio domini, cum dicitur:*

3 Vinum, &c. *Et idem intelligitur de ingressu atrij ad ministrandum in altari holocaustorum.*

4 Vt habeatis scientiam discernendi. *Quam potatio vini excessiua aufert, & quia homines sunt proni ad bibendum vltra mensuram, ideo propter periculum excessus prohibitus fuit eis simpliciter vinum potus, non tamen pro semper sed singulariter pro tempore quo debebant ad ministerium tabernaculi & altaris accedere.*

5 Inter sanctum & prophanum, *id est, quod sacrificium & ministerium sit licitum vel illicitum ex conditione sua.*

6 Inter pol. mun. *quod sit licitum ex circumstantia, vel illicitum: quia aliquando contingit, quod animal mundum ad immolandum secundum se polluebatur ex tactu rei immundæ.*

7 Locutusque est Moyses, &c. *Hic consequenter describitur destructus comestionis. Circa quod primò reprehenditur retardatio, secundò totalis omissio, ibi: Inter hæc hircum. Circa primum sciendum, quòd Aaron & duo filij eius tardabant comedere hostias propter mortem Nadab & Abiu, ideo Moses dixit eis.*

8 Tollite sacrificium quod remansit de oblatione domini. *Quia illud debebat à sacerdotibus comedi.*

✠ 1 Iuxta altare. *id est, in exedra ad hoc parata in atrio, vbi erat altare:*

2 Quod datum est tibi & filiis tuis. *Quia de hostia pro peccato, soli mares comedebant.*

Pectusculum quoque &c. *Sequitur:*

3 Tu & filij tui & filiæ tuæ tecum &c. *Quia de hostia pacifica mulieres poterant comedere, non quia haberent ibi partem sibi debitam ex determinatione legis, quia sic solum competebat masculis, vnde subditur:*

4 Et pertineant ad te &c. *Sed mares de partibus suis dabant eis.*

5 Inter hæc hircum. *Hic reprehenditur totalis omissio, quia Aarõ & filij eius turbati de morte Nadab & Abiu, omiserunt hircum pro peccato in incendio. Et dicit hic Ra. Sa. quòd illa die fuerant tres hirci oblati: Vnus in oblatione Naasson principis tribus Iudæ, quia illa die cœperunt principes offerre secundum ipsum, vt plenius dicetur in principio libri Numerorum. Alius fuit pro solemnitate diei, quia erat dies octauus consecrationis sacerdotum. Tertius fuit pro principio mensis in quo offerebatur hircus pro peccato populi: & illa dies fuit prima dies mensis primi secundum ipsum: & de isto tertio hirco dicitur hic:*

6 Moyses exustum reperit, *& deserens Aaron propter eius turbationem conuertit se ad arguendum Eleazar & Ithamar filios eius.*

MORALITER.

✠ 3 *Dixit quoque dominus ad Aaron: vinum & omne quod inebriare potest, nõ bibetis, quando intrabitis tabernaculum testimonij.* Per hoc ostenditur quanta sobrietas in sacerdotibus nouæ legis requiritur. Nam tabernaculum illius temporis non fuit nisi vmbra & figura ecclesiasticæ dignitatis. ✠ Mora-

Universidad de Deusto
Biblioteca

moueat. Illi igni se offerat, qui culpam exurit non hominem. Hic
A ignis siccauit emorrhoissæ sanguinem profluentem: Hic siccauit
culpam latronis. Ignis enim consumens est: sanat enim simpliciter & pure confitentes. Iudas inquit: *Peccauit tradens sanguinem*
Matth. 9. c. Luc. 23. f. Deut. 4. d. Mat. 27. a. *iustum*: sed in pectore habuit ignem alienum: quo inflammante
cucurrit ad laqueum.
Indignus autem remedio fuit, quia non pura mente pœnituit.
Culpam verò ei° non auferunt sacerdotes, qui dolosè offerunt, nec in eo possunt epulari, quorum cibus est peccatorum remissio, vnde verus sacerdos ait: *Meus cibus*
Ioh. 4. d. *est, vt faciam voluntatem patris mei*, id est vt peccatores conuersi pœnitentes saluentur. non est enim
†Comedere oblationem pro peccato † nunquid placebit in oculis dñi? acceptum deo sacrificium nisi verum & syncerum.
Avgvst. Sanè
Quæst. 36. in Lexit. Literaliter. quoniam sex pecora præcipiuntur offerri pro populo, quorum prius quatuor memorauit, hircum arietem, vitulum, & agnum anniculum: quorū manifestum est hircum pro peccato, manifestum & agnum anniculum in holocaustum. Duo verò media arietem & vitulum ambigue posita videamus, vtrum ad sacrificium pro peccato pertinerent & hirco adiungerentur: An potius agno, vt in holocaustum offerrentur, vnde quod nobis videretur suo loco exposuimus. Postea verò, vt sex animalia complerentur, vitulum & arietem
B memorauit in sacrificium salutaris, nec tamen in sequentibus, cum immolata sunt & memorata, fit mentio arietis & vituli, quæ inter caprum & agnum posuerat: sed tantum ille vitulus & ille aries memorantur, quos in sacrificium salutaris offerri iusserat, vt non tantum duo pecora, sed quatuor fuisse credantur. Forsitan illa duo, quæ prius inter hircum & agnum posuerat, iterum nominauit, nec alius vitulus & alius aries in sacrificium salutaris, vt cùm dixisset hircum pro peccato, & arietem & vitulum non dicens in quam rem, agnum verò in holocaustum, postea dicere voluerit, qui de vitulo faciendum esset & ariete, id est, nec pro peccato sicut hircus, nec in holocaustum sicut agnus, sed in sacrificium salutaris incensi iubebatur offerri. Sed manebit quæstio, quare pro peccato synagogæ hircus oblatus sit, cùm de sacrificiis quæ pro peccato offerenda erant, ab initio dominus loquens vitulum offerri iusserit pro peccato synagogæ, sicut pro peccato sacerdotis, non caprum sed vitulum, cuius vituli sanguine sicut pro peccato sacerdotis tangebantur cornua altaris incensi, quæ causa fuerit vt pro Aaron & Moyses vitulum offeret, & ipse Aaron alterum vitulum, sicut pro peccato sacerdotis secundum præceptum domini fieri oportebat? Pro peccato autem populi non vitulus, sicut præceptum fuerat, sed hircus offertur. Visum est ergo nobis, non quòd solus hircus pro peccato populi, sed & aries & vitulus offerri iussus est, vt ad ista tria subaudiatur pro peccato, quia & principes erant in populo, pro quibus hircus fuerat offerendus,
C & singuli habere propria peccata potuerunt, pro quibus aries, & vnum aliquod peccatum omnes pro quibus vitulus, sicut ab initio præceptum est, pro peccato vniuersæ synagogæ vitulum offerre oportebat. Idco autem quando immolata sunt, hircum tantùm nominauit, vt alia etiam intelligerentur, à parte totum: quæ omnia fuerant pro peccato.

✠ Radvlphvs. Minimè existimādū est, ꝙ hircus iste ab ali- D quo scienter in ignem missus sit, vt combureretur, sed ignis illo Lib. 7. cap. 6. in Leuit. quo egressus à domino, deuorauit holocausta, etiā tunc inibi iacē Quæst. 10. tem exussit, ignorantibus forte sacerdotibus, aut præ tristitia quam de fratrum morte conceperant, minus curantibus.

a ¶ Quasi cur non confecistis pœnitentiam celebrari commissi peccati.

a Aaron, qui remanserant, ait: Cūr non comedistis hostiam 1
¶ Ecclesia.
pro peccato in loco sancto, quæ sanctasanctorum est, &
¶ Vicarijs Christi.
data vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis, & †roge- 2
¶ Quia sanguis Christi illatus est in conspectu patris pro sanguine nostro in cælum. † expietis eam.
tis pro ea in conspectu domini, præsertim cùm de sanguine
illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueratis eā 3
a ¶ Id est sicut præcepi. Moyses enim figura est Christi. b ¶ Placide quia Moysen iratum vidit.
b in sanctuario sicut præceptum est mihi? Respondit Aaron:
¶ Tempore gratiæ. ¶ De quo. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Psal. 4. b. 4
c Oblata est victima hodie pro peccato, & holocaustum coram 5
domino, mihi autem accidit quod vides. Quomodo potui
† comedere eam † aut placere deo in ceremoniis mente lu-
a ¶ Intelligibilis. b ¶ Ecclesiam scilicet doctrinam suam custodientem. † placuit in oculis eius
gubri? Quod cum audisset Moyses, † recepit satisfactionem. 6

a *Cur non comedistis hostiā pro peccato? &c.* Theodoretvs. Hinc docemur, nos qui edim° ea quæ offeruntur à populo, & non secūdum legem viuimus, nec pro illis † expietis eam. citra formidinē domino supplicamus, supplicium esse laturos à Deo, quod obscurè significans dominus deus ait: *peccata populi mei comedūt.*
b *Respondit Aaron &c.* In persona ecclesię, cuius figuram gerit, sicut & Christi, vi detur Aaron dicere hoc. Quasi quia post aduentum saluatoris deputati sunt ministrare & pro pœnitentia offerre, & prophetiam vitam exponere: aliter docentes perierunt & in eis hæc ecclesiæ acciderunt, vt sacerdotum & magistrorum lugeret mortem: vnde comedere hodie pro peccato non potuit, nec orare: E domino autem displicebat. Avgvst. *Respondit Aaron &c.* Si hodie obtulerunt quæ pro peccato illorum sunt, & holocausta sua ante dominum, & contigerint mihi talia, & comedam quod est pro peccato, nunquid placitum est domino &c. Videtur dixisse Aaron, quod cum primum obtulerint filij Israël pro peccato suo, non debuit à sacerdotibus mãducari, sed totum incendi, non inde regulam faciens ad cætera. De inceps enim sacrificia pro peccatis ipsis edebat. Credendum est autem Aaron hæc diuina inspiratione dixisse, quod tanquam diuinitus dictum Moses approbauit. Quid ergo de cæteris eiusdem diei sacrificiis, id est, de ariete & vitulo, quæ diximus etiam pro peccato offerri: an de vitulo nulla quæstio est, quoniam oportebat sic fieri vt de eius sanguine offerretur in sancta: vnde tangerentur cornua altaris incensi, & consequens erat vt totus arderet? Quid ergo de ariete ait quia primum caprum quæsiuit Moses, quod de capro responsum est, etiam est de ariete intelligendum, quæ ex ordine fuerat quæsiturus, nisi sacerdotis placuisset responsum? De vitulo autē quid quæreret, cum ea lege fieri potuerit, quam de vitulo pro peccato vniuersæ synagogæ præceperat dominus, sicut de vitulo pro peccato sacerdotis id est, vt totus arderet extra castra. Iratus enim Moyses ait: *quare non comedistis illud quod fuit pro peccato in loco sancto?* Quoniam enim sanctasanctorum sunt. hæc vobis esse licuit, vt auferatis peccatum synagogæ, & exoretis pro ea ante dominum: Non enim illatum est à sanguine eius in sanctum ante faciem, intus edetis illud in loco sancto &c. Cùm dicit: *Non est illatum à sanguine eius in sanctum ante faciem*, discernit illud quod fit pro peccato sacerdotis vel synagogæ non de hirco, de quo sanguis quoniam non erat iussus inferri ad tangenda cornua altaris incensi, non debuit totus incendi, sed à sacerdotibus manducari. Hoc autem quare sit factum, respondit Aaron, & placuit Mosi. F
c *Hodie.* Quasi si ante remissionem saluatoris hoc peccassent forsitā ignosceretur cùm nondū mundi scientia manifestaretur. Ioh. 15. d. vnde: *Si non venissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.*

✠ CAP.

✠ 1 Qui remanserant. *Dicit Ra. Sa. quòd hoc fuit ex dei misericordia ad preces Moysi, quia Aaron pro peccato vituli cum sua posteritate corruerat mori sicut dicitur. Deut. ix. cap.* Aduersus quoque Aarō vehementer iratus voluit eum conterere. *In Heb. habetur.* Voluit eum di perdere, *in quo designatur mors alicuius cum sua posteritate, secundum communem modum loquendi sacræ scripturæ, vt habetur in pluribus locis ve. te. sed oratio Moysi impediuit mortem Aaron, & medietatis filiorum eius. vnde ibi subditur.* Et pro illo quoque deprecatus sum.
2 Et data &c. *Ex hoc arguit Ra. Sa. quod præditum est secundum suam opinionem, scil. quod hircus quem Moyses reperit combustum, fuerat oblatus pro principio mensis: quia offerebatur pro expiatione peccati populi.*
3 Cum de sanguine, &c. *Si enim illatum fuisset deberet totus incendit.*
4 Respondit. Aaron. *licet Eleazar & Ithamar essent homines discreti ad respondendum, noluerunt tamen respondere in præsentia patris sui.*
5 Oblata est victima ho. *scilicet per me principaliter: per filios autem meos tantum ministeraliter: & ideo illud quod accidit sciēroris, debet mihi principaliter imputari, & non eis.*
6 Quod cum audisset Moy. &c. *Tum quia Aaron humiliter recognouerat defectum suum: Tum quia Moyses videbat eum in afflictione positum, & afflicto non est danda afflictio.*

ADDI-

ADDITIO I.

In cap. x. vbi dicitur in postill. Capita vestra nolite nudare, &c. *Hebraica litera in hoc loco penitus est conformis sic nostræ trāslationi: verbum enim quod hic ponitur nihil aliud significat quàm nudare, & est sensus, quòd non euellerent capillos à capite vt fieret caluicium, per quod caput nudabatur, qđ consueuerant facere Gentiles super mortuos suos: vnde infr. Deu. xiiij. a.* Non facietis caluiciū super mortuo, &c.

ADDITIO II.

In eo cap. vbi dicitur in postilla: Filios eius qui remanserunt, *dicit Rab. Salom. Peccatum Aaron in fabricatione vituli non fuit tanta grauitatis, vt ipse cum posteritate sua deberet disperdi, non enim idololatrauit, nec consensum idololatriæ præbuit, vt latius ostensum fuit supra, Exodi xxxij. in additione: vnde non merebatur deleri cum posteritate sua, præsertim cum filij eius fuissent de tribu Leui, & sic fuerunt immunes à peccato vituli, vt supra Exod. xxxij. in additione: vnde Mosi solum pro Aaron intelligitur, prout sonat litera Deu. ix. c. cum dicitur: Pro illo quoque deprecatus sum. non dicit pro posteritate nec pro filiis. Quod autem hic dicitur ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui remanserunt, nō indiget vlteriori declaratione: nisi prout verba sonant, quia scilicet prouunc in eadem prima die illi filij tantum duo remanserant de filijs Aaron.*

REPLICA *Correctorij contra Burgen. Septimo ca. non sunt multa ponderanda quæ Burg. mouet vsque ad x. ca. vbi Burg. mittur alleuiare peccatum Aaron in fabricatione vituli contra rotundā literam inf. Deu. ix. vbi de hoc peccato dicitur:* Iratus dominus vehementer voluit Aaron conterere, nisi Moyses etiam pro eo deprecatus fuisset. *non putet igitur peccatum Aarō leue propter quod dominus dicitur vehementer iratus, nisi dicat Deum impium pro modico peccato vehementer iratum: vnde puto in proposito duos filios Aaron partim pro peccato vituli punitos, vt tantum duo eius filij dicantur remansisse. Peccatum enim hic per duos filios punitos factum, per assumptionem ignis prophani, non videtur graue fuisse sicut fabricatio vituli.*

CAP. XI.

A Locutus est dominus. Isichivs. Quicquid à Deo factum ipsa institutionis autoritate mundum est. In animalibus igitur mores pinguntur hominum & actus & voluntates, ex quibus fiunt mundi vel immundi.
Idem. Dixit dominus ad Noe: *Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, &c.* a In Gen. quoque dictū est: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* hīc autem quædam prohibētur, velut mala & immun
B da decernūtur. Non sunt tamen ista contraria sibi: nam & Iudęorum gastrimargiam ad modicum dominus reprimit, & spiritualis præceptorum expositio quales debeant esse instruit. Lex enim nutrimentum est animæ rationalis rationabiliter intellecta. Sicut autem in superioribus per oblationes figurauit offerentes, sic nunc per ea quæ comeduntur exprimit comedentes. C
✠ Procopivs. Vt præsens enarretur typus, scias nihil quod ingreditur in corpus, inquinare hominem, sicuti docuit Christus saluator noster. Præterea huiusmodi vox delata est ad Petrum, qui viderat vas linteum, & adhuc hærebat superstitiosiori legis obseruationi. *Quę Deus purificauit, tu communa ne dixeris.* Act. 10. Cęterū eo loco demōstrauit Deus se differere de hominibus. At Paulus de cibo verba faciens, ait: D *Cibus nos non commendat Deo.* Sermo verò nunc habetur vt constat, de moribus hominum. Scriptura enim ostendit mores nostros petitis similitudinibus ab animalibus.
✠ Theodoretvs. Cum animalia terrena volatilia atque Quæst. 22. aqua-

1 Locutus est dominus. *Postquam actum est de offerentibus ratione officij cuiusmodi sunt sacerdotes, hic consequenter agitur de offerentibus ex professione fidei, cuiusmodi sunt alij inferiores, quorum oblationes erant quædam protestationes fidei vnius Dei & Christi venturi, ex qua fide oblationes erant acceptæ. Isti autem offerentes debent esse mundi, & in actibus suis ordinati: & ideo primò agitur de conseruatione munditiæ, secundò de ordi-* Munditia conseruatur. *natione vitæ xvij. cap. & in vtroque debebant à sacerdotibus informari & foueri. Circa primum sciendum, quòd munditia conseruatur in hoc quòd cauetur ab immunditia, & si contingat, purgatur. Potest autem contingere specialiter quantum ad aliquas personas, de quo primò agitur. Alio modo generaliter quantum ad totum populum, & de huius purgatione agitur secundò scilicet xvj. ca. Adhuc primò agitur de vitatione immunditiæ, quæ prouenit ab extrinseco. Secūdò de vitatione illius, quæ prouenit ab intrinseco, xij. cap. Circa præsens ca. in quo agitur de mundicia & immunditia animalium. piscium & auium, consideran dum quòd duplex est immunditia scilicet spiritualis & corporalis. Spiritualis autem immunditia, qua idem est quod peccatum, non potest esse in brutis: quia peccare non possunt, cùm careant intellectu & voluntate, peccatum tamen potest redundare in ipsa, inquantum homines talia immolant idolis, vel vtuntur eis ad alia maleficia, sicut inf. xx. c. pecus cum quo aliquis coierit, præcipitur occidi cum eo in detestationem peccati, quòd homo exercuit cū pecore. Immūditia verò corporalis potest esse in brutis & hoc dupliciter. Vno modo subiectiue sicut animalia venenosa & abominabilia: & illa quæ ex nutrimento immūdo & abominabili nutriūtur, vt porc°, vel in loco immūdo habitāt, vt animalia habitatia sub terra, vt talpæ & mures & huiusmodi, vnde & ex talibus fœtorem contra*

MORALITER.

✠ 1 *Locutus est dominus, &c.* In hoc cap. agitur de cibis mūdis & immūdis secundū legem. Circa q° sciendū q° sicut dicitur j. Tim. iiij. a. *Omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Et ad Titum. j. d. *Omnia munda mundis.* Et ideo quod aliqua animalia dicuntur hīc immunda vel pisces vel aues, rationes mysticæ sunt, quia figurant aliqua vitiosa, quæ sunt à nobis cuitanda. Et econuerso aliqua dicūtur munda, quia figurant aliqua virtuosa, quæ sunt nobis incorporanda. Generaliter aūt de egressibilib° animalibus illa dicūtur mūda q̄ diuidūt vngulam & ruminant. Immūda verò dicūtur, q̄ carēt vtroq; vel alterō. Per diuisionem vngulæ discretio boni & mali designantur. Per rumination verò q̄ est reductio cibi ad superiorē gutturis partē significat applicatio boni prægogniti ad operationem, & vtrunque requiritur ad opus virtuosum, quia discretio non valet sine operatione, nec aliquod op° bonū est sine discretione: præter autem hanc regulam generalem aliqua dicūtur immūda, quia significāt aliqua vitia specialia vt camelus, q̄ significat su-

aquatilia bifariam partitus est, munda & immunda, suader nobis, ne quicquam horum Deum esse putemus. Quo enim modo quis sanæ mentis Deum nuncupauit id, quod aut tanquam immundum summo cum odio auersatur, aut quod vero Deo oblatum tandem ipse comedit?

Mat.23.c.

Allegoricè.

a *Diuisam vngulam.* IDEM. Vngulam diuidũt, qui secundum duo testamenta firmio se gradu innocentię & iustitię statuũt. Iudæi ruminant verba legis, sed vngulam non findũt, quia duo testamenta non recipiunt, nec in patrem & filium & spiritum sanctum credunt, fidei gressum diuidũt: hæretici vngulam findunt, in patrem & filium credentes, sed doctrinam veritatis non ruminant.

†Cuniculus, sunt qui hęreticũ siue ericium interpretẽtur.

B

Vbi supra. ✠ THEODORET. Arbitror vngulæ diuisionem significare bonarũ actionum & contrariarũ discretionem: prætereà viuendum esse non tantum præsenti vitæ sed futuræ. Et illi quidẽ distribuenda quæ sunt necessaria: huic autem omnia, animã & corpus & q̃ spectant ad illud. Ruminãs autẽ diuinorum eloquiorũ inuit meditationẽ. Quemadmodum enim onis & similia animalia assiduè ruminant, sic impiger, & qui Deũ diligit, ad Deũ vniuersorũ, vocẽ extòllit. Itaq; sicut inter animalia quædam & vngulas diuisas habent, velut asinus, mulus, equus: alia, bisulca quidem sunt & ruminant, veluti bos: nonnulla non C ruminant quidem, sed diuidunt vngulam, vt camelus & lepus: sic inter homines, alij sunt perfecti, qui diuinorum eloquiorum medita ditationem vnicè complectuntur, & quę spectant ad virtutem D curant diligenter: alij imperfecti, qui diuina eloquia voce tenus pronuntiant, sed cameli more diuidere nequeunt. Nonnulli qui pietatem nondum gustauerunt, nec amplectuntur eloquia Dei, bonorum tamen operum sunt studiosi.

b *Camelus.* IDEM. Iudæus superbia tumidus, quib⁹ dicitur: † *Liquantes culicẽ, camelum autẽ glutientes.* Hi ruminãt, quia in litera meditantur, sed nõ diuidũt vngulã, quia literã à spiritu nõ distinguunt. In camelo superbia designatur, quæ propriè stultorũ est, & sapientiæ stulti tia contraria est. Lepus vt timidus fortitudini contrarius est Chœrogryllus vt rapax iustitiæ. Sus vt sordibus castitati. Horum carnes nõ comedamus, quas videntur habere virtutes non sequamur: per has autem quatuor generales virtutes omnes intelligẽ. Morticina eorum non tangamus, id est, peccatis non communicemus.

animalia Mat.23.c.

c *Chœrogryllus.* IDEM. In populo Iudæorum vtrumque accipitur. Debilia enim dicuntur esse hæc animalia, vnde Salo. *Lepusculus plebs inualida.* Et Dauid: *Petræ refugium herinaciis siue chœrogryllis:* Vnum velox est & timidum, vt lepus, aliud quidem debile, sed rapax, & mortiferum dicunt, id est, Chœrogryllum: quod conuenit populo Iudæorum, de quibus dicitur: *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Prou.30.b. Psal.13.b.

d *Hæc etiam sunt, &c.* IDEM. Quemadmodum in spontaneis F

✠ sacri-

✠ sacrificijs quæ & dona vocantur operatores legis & simplices A vel contẽplatores per varias oblationes significauit, & qui saluã tur ex gentibus quibus sacrificium de simila, vt simplicibus deputatur, quod innuit, dicens: *Si anima obtulerit domina,* nec addit de populo terræ, sicut in aliis sacrificiis, sic per ciborum absti nentiam quales debent esse qui legẽ me ditantur ostẽdere cupiens per ruminare & vngulam diuidere Iudęũ expressit, qui debet mandata legis implere, & à spiritu literã diuidere, & legem spiritualiter intelligere. Per hæc autem quæ in præsenti capitulo dicuntur, ostendit se de gentibus loqui: vnde nec piscium nomina posuit, quia suorum nomina scribi super terrã nõ cupit ecclesia. vnde: *Scribantur hæc in generatione altera,* hoc est in cœlis.

† animalia Mat.23.c.

a ¶ Vitam informen & criminibus tortuosam damnat. b ¶ Animal spinosum maius crimacio.

a Omne quod habet diuisam vngulam, & ruminat † in pecoribus, comedetis. Quicquid autẽ rũminat & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immũda reputabitis. † Chœrogryllus qui rumi nat, vngulamq; nõ diuidit, immundus est. Lepus quoque, nã & ipse ruminat, sed vngulam non diuidit, & sũs, qui cùm vngulã diuidat, non ruminat. Horum carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis. Hæc etiam sunt quæ gignuntur in aquis, & vesci licitum est.

a ¶ Nõ pecora, sed mores hominũ discernit, bi autẽ mũdi sunt qui ruminãt, i. sem per scripta Dei in ore portãt.

¶ Effœminatos reprobat, vnde comicus: Tute es lepus, & quæris pulpamentum. ¶ Timidus infirmus, vnde væ cordibus trepidis & manibus remissis. Eccle. 2.c.

a ¶ Filios figurat quibus dicitur. Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro cœni, &c.

¶ Simulatis virtutibus.

¶ Peccata.

a ¶ Baptismi de quibus: Ecce gentes quasi stillas situlæ. ¶ Lxx. Sicut aquæ multæ gentes.

1 2 3 4

Pro.30.b.

Psal.103.c.

b ¶ Qui viuit de morte & rapina aliarum auium. c ¶ Auis similis aquilæ, maior tamen.

a ¶ Qui est expers affectionis: Vnde Gene 8. a. Coruus semel emissus à Noe non reuertitur. cui similis Iudas.

a ¶ Lxx. glaucum.

a *Omne quod ha. &c* ISIDORVS. In piscibus quicquid pinnulas & squamas non habet, abominabile est: aspera pro mundis habentur. Hispid enim & hirsuti firmi & graues hominũ mores approbantur. Qui sine his sunt immundi dicuntur, quibus leues & lubrici, infirmi & effœminati mores adiiciuntur. Pinnulas quoque coniungit & squamas. Quicũque enim pisces pinnati sunt & squamosi. Si quibus ignorantia solubilis est, his & cognitio sublimis & vita cælestis. Qui autem tales non sunt, cum his nec cibum sumere.

B

Moraliter. GREG. Pisces qui pinnulas habent & squamas, date saltus super aquas solent. In pinnatis ergo piscibus electæ animæ figurantur quæ solę in cælestis ecclesiæ corpus transeunt, quæ pinnulis virtutum fultæ per cælestę desiderium saliunt ad contemplationem, quamuis in se relabantur per carnis fragilitatem. Soli ergo in electorum corpus quasi cibus electus transeunt, qui dũ imis seruiunt, mentis saltibus superna conscendunt, ne semper in profundis curarum lateant, vbi nullam amoris summi quasi liberi aëris curam habẽt. Qui ergo rebus temporalibus occupantur, tunc bene exteriora disponunt, cum sollicitè ad interiora refugiunt, nec perturbationis strepitus diligunt, sed apud semetipsos intus in tranquillitatis sinu requiescunt.

b *Quicquid pinnu. &c.* Sunt etiam pisces testam pro pelle habentes, quorũ squama auferri nõpotest, quia verbo deisquamas ignorantiæ deponunt, nec cultrum spiritus suscipiunt: & quamuis in mari baptismi inueniantur vel in pœnitentię fluminibus, abominabiles sunt tamen in his quæ mouentur, & viuunt in aquis: quia regenerationem & vitam, quam in baptismo acceperunt C viuendo malè corrumpunt.

c *Carnes.* RABBANVS. Cum suem prohibet, vitam cœnosam & sordibus gaudentem reprehendit. Cùm verò leporem, viros, D effœminatos damnat. Quis mustelã cibũ faciet? sed furtũ notat. Quis lacertã? sed vitæ odit inconstantiam. In stellione maculas mentium execratur. Accipitrem, miluum, aquilam odit, id est, rapto res violẽtia viuentes. Vulturem abominatur, prædã, scilicet de aliena morte quærentes. Coruum prohibet, id est, nigras voluptates. Cùm passerẽ interdicit, intẽperantiã arguit. Cũ nocturnã, lucifugas varietates. Quando charadrion, lingaæ intẽperantiam. Quãdo cygnum prohibet, altæ cerui cis superbiã prohibet. Quãdo vespertilionem, quærentes tenebas noctis.

† abominatio.

d *Hæc sunt quæ de aui &c.* ISICH. Quæ ad contemplationẽ vitã pertinent, adiũgit. Sicut enim in oblatione sacrificiorum propriũ capitulũ eis deputauit, sic & in ciconiam. E

† Porr ✠ vpupam & pelicichonũ gaum & ci-

Psal.101.c.

e *Vultu. iuxta genus suum.* IDEM. Qui bellis gaudet. Vnde se quitur exercitum, expectãs cadauera mortuorum: non debet enim alieno luctu pasci, qui dat operam contemplationi. Vultur.

f *Struthionem* Struthio auis est, sed volare non potest, & semper circa terrã est, sicut quidam deo militãtes & secularibus negotijs se implicantes. Struthio. Iob.39.b. 2.Tim.2.a.

Moraliter.

g *Noctuam.* Hanc aiunt in nocte acutè videre, & parum in die tales sunt qui legis gloriantur contemplatione, & euangelij lucem capere non valent. *Nicticorax.* In nocte tamen rapit, tales sunt gentes, nocti operibus inhiantes, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia. Noctua. Gal.5.c.

h *Larum.* Larus est animal tam in aqua quam in terra habitãs: volat enim & natat: huic assimulantur qui circuncisionem & baptismum venerantur.

i *Accipitrem.* Accipiter inter rapaces est aues sed mansuescit, & rapinam cum hominibus operatur. hunc imitantur qui mansueti videntur, sed cum potentibus & auaris atque rapacibus rapere nituntur. Accipiter.

k *Mergulum & ibin.* Hæc longi colli sunt, & cibum ex profunditate terræ vel aquæ (vt dicitur) trahunt, nec imitanda sunt. Qui enim contemplationi vacat ad superiora debet tendere, nec de inferioribus sollicitus esse. Mergulus. F

✠ a *Vpu-*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Omne quod haber diui. &c. *Ex quo patet, quod non loquitur hic scriptura de munditia animaliũ ad immolandum, sed ad esum. Multa enim sunt munda ad esum, quæ non sunt munda ad immolandum. Fissio autem vngulæ pedis signum est in animalibus temperatæ complexionis, quia vngula ostendit quod carnes eorum non sunt nimis humidæ, quia animalia excessiue humida non habent vngulas. Fissio autem vngulæ designat quòd non sunt nimis terrestres & siccæ, quia continuitas vngulæ signum est nimiæ siccitatis. Similiter ruminatio signum est temperatæ complexionis, eò quòd alimentum bene digeritur & ideo animalia carentia vtroque vel altero immunda reputantur, cum subditur:* Quicquid autem ruminat, & habet vngulam, sed eam non diuidit, &c.

2 Chœrogryllus. *dicunt expositores nostri communiter, quod est idem quod hericius: & est animal spinosum, aliqui tamen dicunt quòd accipitur hic pro cuniculo, & concordat hoc dictum cum Hebræo, in quo habetur* שָׁפָן *sapan, id est, cuniculus.* Albertus dicit.

3 Nec cadauera. *Dicit Rab. Sal. quod istud iniungitur solis sacerdotibus, quod probat ex hoc quod habetur infrà xx. c. vbi similiter prohibetur contaminatio ex mortuo, & tamen prohibetur sacerdotibus tantũ, quia ibi præmittitur:* Loquere ad sacerdotes Aaron, & dices ad eos: Non contaminetur sacerdos in mortuis, &c. *Sed hoc datur contra textum, quia hic præmittitur:* Dicite filiis Israel. *Ex quo patet, quod loquitur generaliter toti populo: & eodem modo Num. v.a. vbi loquitur de pollutione ex mortuo in principio c. & ideo Ra. Sa. accipit falsum, vt videtur, ad probationem sui dicti, maximè quia infrà xx.c. ponitur prohibitio specialis facta sacerdotibus ne ingrediantur ad tuctum mortuorum, nisi in paucis personis. & hoc quia debebant esse parati ad diuinum cultum, vt videbitur, domino concedente, quando venemus ad locum illum. Scendum tamen quòd ex tactu cadaueris huiusmodi animalium non contrahebatur talis immunditia, quam oporteret purgari per modum qui dicitur infrà de tactu aliorum, vt videbitur* j.e.o.c.ap.

4 Hæc etiam. *Hic consequenter ostendit quid sit mundum & immundum circa aquatica: & ponit circa hoc generaliter regulam.*

MORALITER.

✠perbiam propter gibbũ, quẽ habet super dorsũ, & chœrogryll⁹ terrenam cupiditatem, eò q; in terra habet habitationem, & lep⁹ quia significat timorem irrationabilem, & sus, quia significat luxuriam propter sui immunditiam. De piscibus autem illi dicuntur mundi, qui pinnulas & squamas habent: nam per pinnulas designatur contemplatio cœlestium: & per squamas quæ sunt asperæ, mortificatio motuum carnalium: carentia verò istis immunda dicuntur. De auibus autem dicuntur immundæ quæ sequuntur: Aquila quæ dicitur rex auium, & viuit de prædа, ideo significat rapinam potentũ. Gryphes qui volat & pedibus graditur, ideo significat rapinam malitiosorum sub specie liciti sapientium bona simplicium. Haliæetus qui rapit parua, ideo significat rapinam officialiũ qui non possunt rapere tam magna, sicut domini eorum. Miluus qui pullis insidiatur, ideo significat rapinam latronum. Vultur qui sequitur exercitum vt pascatur carnibus occisorum, significat illos qui mortem desiderant aliorum. Animalia coruini generis illos significant, qui quærunt carnalia discurrentes extra clausturũ sub habitu religionis. Struthio quæ cũ sit auis tamen volare non potest, significat religiosum negotiis secularibus implicatũ. Noctua de nocte videt & non de die, ideo significat astutos in temporalibus & in spiritualib⁹ hebetes. Larus in aere volat & in aquis natat, ideo significat quærentes vitam voluptuosam sub specie contemplatiuæ. Accipiter deseruit ad auiũ prædam, & ideo significat illos qui raptoribus præbent ministeriũ. Bubo qui de nocte paltũ quærit & de die se abscondit, significat luxuriosum. vnde dicitur Iob xxiiij.c. *Oculus adulteri obseruat caliginem, &c.* Mergulus qui in aquis mergitur, significat gulosum, qui se mergit in aquis voluptatum. Ibis serpentibus pascitur, ideo significat inuidũ qui delectatur in malis aliorum. Cygnus candidus est & longo collo & rostro cibũ tradit de aqua profunda: propter quod hypocritam significat q̃ candorem sanctitatis ostentat exteri⁹, sed quærũ intondit interius. Onocrotal⁹ qui semper est famelicus, significat auarũ qui semper anhelat ad magis acquirendũ. Vnde dicit poëta. Crescit amor nũmi, quantùm ipsa pecunia crescit. Porphyrio omnem cibũ suũ aqua tingit, & significat hominem singularem, qui nihil vult facere, nisi quod tingitur aqua propriæ voluntatis. Herodio, id est, falco velociter volat ad interficiendũ alias aues, ideo significat homines pronos ad humanũ sanguinem effũdendũ. Charadrion auis est garrula, propter qđ significat personam loquacem. Vpupa in stercorib⁹ nidificat, ideo permanentes in fœtore luxuriæ designat. Greg. In stercore putrescere, est in fœtore luxuriæ vitã finire. Vespertilio volat circa terrã, deo notitiã significat sola terrena quærentem. Volatile quadrupes dicit⁹ immundũ qđ significat abusũ quatuor Euangeliorũ: munda tamen dicuntur quæ habent crura retrò longiora per quæ saliunt, quia significant homines à tali abusu per veram pœnitentiam resilientes.

† MOR A-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Omne quod, &c. & stagnis. *Et per hoc comprehendit omne genus aquarum, in quibus pisces possunt viuere.*

2 Comedetis. *tanquam mundum: pisces autem carentes vtroque vel altero immundi sunt reputandi. Ratio literalis præditorum est, quia squama & pinnula in piscibus sunt signum, quòd carnes eorum non sunt nimis humidæ, sed complexionis temperatæ, & per consequens magis sanæ. Item quia piscibus carentibus squamis & pinnulis, vtebantur aliqui idolatræ in sacrificiis & aliis maleficiis.*

Diuisio.

3 Hæc sunt. *Hic consequenter ponitur seu ostenditur quid sit immundum circa volatilia: & primò in speciali, secundò in generali, ibi:* Omne de volucribus. *Circa primum inter immunda ponit aues rapaces, quia rapacitas in eis signum est nimiæ caliditatis & siccitatis. Item quia significant vitia rapinæ & furti, & hoc est quod dicitur.*

Aquila.

4 Aquilam & gryphem. *Gryphus seu gryphes habet caput & alas aquilæ, reliquum corpus leonis: & est quadrupes, ita quòd per terrã currit, & per aërem volat, & est infestus equis, ita quod aliquando equum cum equite rapit, vt dicit Hugu.*

5 Et haliæetum: *Gallicè esmerillon.*

6 Ac vulturem iuxta ge. suum. *quia tales aues nutriuntur cadaueribus mortuorum, & ideo carnes earum sunt abominabiles & infirmæ, quia virtus nutrimenti aliqualiter manet in nutrito: talibus etiam auibus vtebantur Gentiles in sacrificijs & auguriis.*

7 Struthionem. *quia nimis terrestris est, quod patet ex eius pondere quia quamuis habeat alas, non tamen per eas potest elenari ad volandum, sed tantum iuuari ad velocius currendum super terram.*

8 Et noctuam. *quia est auis abominabilis, non solum hominibus, sed etiam aliis auibus vnde volat de nocte & si ab aliis auibus videtur de die, impugnant eam.*

9 Et larum. *quia est auis nimis humida, propter quod communiter habitat in aqua.*

10 Et accipitrem. *Gallicè ostoyr: quia est auis prædalis & rapax, sicut prædictum est de auibus rapacibus.*

11 Bubonem. *eadem ratione qua noctuam.*

12 Mergulũ. *Mergulus est auis quæ immergitur aquis, ideo sic nominata à mergo, is.*

13 Cygnum & onocrotalum. *Gallicè, cormorant, quia carnes earum sunt nimis humidæ ex inhabitatione aquæ.*

14 Et ibin. *id est, cicoman: quia comedit ranas & serpentes, ideo abominabilis & mali nutrimenti.*

I 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Vpupam.* Hæc lugubris est & luctum amans. Seculi autem A tristis mortem operatur. Qui autē deum diligit, debet gaudere, sine intermissione orare, in omnibus gratias agere.

Vpupa 2. Thess. 5. d. Vespertilio.

b *Vespertilio.* quæ circa terrā volat, pennis pro pedibus vtitur: quod alienum est ab eis qui contemplantur, ne contemplatio eorum in terrenis occupetur.

c *Omne de volu. quod graditur super quatuor ped. &c.* Qui contemplatiuis videntur esse similes, sed tanquam reptilia terrenis inhærent concupiscentiis, etiāsi in quatuor pedibus ambulēt, id est, si Euangelicā prædicationem simulēt, quæ vocat ad pœnitentiam, quia nō verè socialem amplectuntur vitam, voluptatibus seruientes abominabiles sunt.

† Vel scarabeus : alij brucū interpretantur.

✻ Procopivs. Sciendum quod alia ratione impulsus cōcessit Hebræis in Ægypto vesci bubus & ouibus, quæ animalia adorabant Ægyptij. Iudæi autem illa edebant, vt discerent ea contemnere & despicere, vt in quibus nihil diuinitatis inesset. Prohibuit quoque Hebræis in Ægypto, ne admouerent aris cibos, quibus gula quasi illecebris quibusdam foueretur & irritaretur. Horum de numero sunt carnes suillæ, quas petiuerunt tandem in vasta solitudine, Ægyptiaca liberati seruitute. Verum non imperauit Hebræis, vt degustarent illa animalia, à quibus abhorret humanum ingenium, quæque abominatur. Alijs causis ductus ante legem datam, iussit abstinere à cadaueribus mortuis, quasi intolerabiliora faciant & morti sint viciniores, qui tales non auer-

a ¶ Auis est in Africa habens longum rostrum.

onocrotālum & porphyrionem, herodionem & charadrion iuxta genus suum, vpupam quoque & vespertilionem. Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retrò crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, vt est brucus in genere

a ¶ Scilicet omnium istorum animalium.

suo, & attacus atque † ophiomachus ac † locusta, singula iuxta genus suum. Quicquid autē ex volucribus quātuor tantū habet pedes, execrabile erit vobis, & quicunque mōrticina

a ¶ Id est, qui aburuntur Euangelica prædicatione, & inquinantur sordibus terrenæ vitæ. † Vox Hebræa hæc harged significat genus locustæ.

a ¶ Actiones in quibus mors.

a ¶ Participando. b ¶ Vt supra.

¶ Vsque dum agat pœnitentiam. Vnde : Ad vesperum demorabitur fletus.

eorū tetigerit, pōlluetur: & erit immundus vsque ad vesperū: Et si necesse fuerit, vt portet quippiam horum mortuum, la-

a ¶ Corpus vel actionem. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta.

uabit vestimēta sua, & immundus erit vsque ad solis occasum. Omne animal quod habet quidem vngulam, sed non

a ¶ Sicut Iudæi non diuidunt literam à spiritu. b ¶ Verbum Dei assidue meditando.

diuidit eam nec ruminat, immundum erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. Quod ambulat super manus ex cunctis animātibus quæ incedūt quadrupedia, immundum

a ¶ Quibus manus impositione mors ipsorum communicata. b ¶ Donec agat pœnitentiam.

erit. Qui tetigerit mōrticina eorū, polluetur vsq; ad vesperū

d *Quicquid autem ambulat, &c.* Quia cùm sint in carne non secundum carnem ambulant, sed à sordidis actionibus exiliunt, & terrenis hominibus permiscentur, vt instruant & doceant, sicut dominus cum peccatoribus & publicanis. Habere nos oportet crura sublimiora pedibus, ne claudicemꝰ vtroq; pede, sicut Iudæi in lege & prophetis, sed crura habeamus recta sicut Cherubin, de quibus dicitur : *Crura eorum recta & pennāti pedes eorum.*

1. Cor. 10. a. Matth. 9. a.

Ezech. 1. b.

e *Brucus.* Qui exilit sed minus quam attacus vel locusta : q̄ magis exiliunt, tales sunt, qui cum peccatoribus cōuersantur, ad conuersationem, non ad consensum vel imitationem.

Secundum Lxx.

f *Ophiomachus.* Qui pugnat cum serpentibus, nobis autē pugna est cū ātiquo serpēte & angelis eius.

Apoc. 12. b. Esa. 5. c.

g *Vt portet,* Sicut qui dicit malū bonum & amarū dulce laudādo enim malum à quo prohibere debuerat, suum facit & portat.

h *Omne animal quod. Isic.* Nullū peccatū præterit lex, quęcunque in Euangelio prohibētur legis ænigmatibus exprimuntur, *vt in ore duorum testium stet omne verbum*, & in vtraque lege laudes Deum, & sicut prohibet, fugias malum.

Mat. 18. b.

i *Quod ambulat super ma. &c.* Qui Euangelicam conuersationē migrat, sed manibus ambulat: turpis, scilicet, lucri causa manus imponens, hic rectè omnibus bestiis comparatur, vt vel adulterum dicas, vel auarum, vel homicidam & similia: omnibus enim per prauam manus impositionem communicat.

1. Tim. 4. d.

a *Qui*

NICOLAVS DE LYRA.

Porphyrion. ✻ 1 Et porphyrionem. *i. pelicanum secundum translationē Lxx. interpretum: quæ immunda est, quia comedit serpētes sicut & ciconia, propter quod serpentes odiunt pelicanum, & ideo quando pulli sunt in nido, serpentes explorant hora quando pater & mater sunt absentes, & tunc repentè ascendunt & intoxicant pullos, quos pater rediens cū inuenerit morientes, de sanguine proprio eos sanat.*

2 Herodionem. *i. falconem : quia est auis rapax.*

3 Charadrion. *i. graculum, quia immundo vescitur nutrimento.*

4 Vpupam. *Quia immunda est auis & nidificat in stercoribus, & ideo abominabilis.*

5 Et vespertilionem. *Quia est quasi media inter bestias & aues, & habet in se quendā fœditatem, sicut & mus, cui assimilatur in corpore & ideo abominabilis est ad esum. Reputantur esse aues prædicta immunda, & etiam sequentes, quia ipsis saltem aliquibus idolatræ vtebantur in sacrificijs vel auguriis.*

6 Omne de volu. &c. *Hic consequenter determinat de mūditia & immunditia autum magis in generali dicens:* Omne de volucribus, quod gra. &c. *abominabile erit vobis, quia sunt quædam monstruosa participātia de auibus & animalibus, & talibus monstruosis maximè vtebantur Gentiles in maleficijs. Excepit tamē ab hac generalitate illa quæ habent crura retrò longiora per quæ saliunt, & talia sunt munda: Vt est brucus, attacus, & locusta. Variæ sunt species locustarum, vt dicūt aliqui, vel potius secūdum alios diuersi gradus eiusdē speciei, quia brucus est fixtus locustæ antequā habeat alas, sed cum incipit volare dicitur artelabꝰ vel attacus: cū autē est in perfectione volādi, dicitur locusta: & talibus vescebatur Iohannes Bap. in deserto, vt habetur Mar. 1.*

7 Ophiomacus. *Dicitur ab ὄφις quod est serpens & ὄφις quod est pugna: quia pugnat cōtra serpētes, & ex hoc videtur quòd eos comedat, quia animalia pugnāt pro cibis & venereis & fœtibus, vt dicit Philosophus : & ideo mali nutrimenti est & periculosi.*

Diuisio.

8 Quicquid. *Hic cōsequenter ostenditur qualiter immunditia cōtrahitur per tactū, & primò in hominibus, secūdò in alijs rebus, ibi:* Et super quod cecide. *Item circa hominē ostendit primò quomodo causatur immunditia ex volucribus. Secundò ex animalibus, ibi:* Omne animal. *Circa primū dicitur sic.* Quicquid, &c. *quia non debet comedi vt prædictū est, & quia tale quid non solū inquinat per esum, sed etiam per tactū, ideo subdit:* Et quicunq; morticina eorū tetigerit, polluetur : *& quia plus est portare quam tangere, ideo subditur:*

9 Et si necesse fue. &c. *Pro quo considerādum, q̄ hic accipitur mōrticinū pro eo quod est mortuū per sē: & istud est abominabilius, quā illud quod interficitur, vt comedatur vnde & de morticinis animalium mundorū non erat licitū comedere: & ideo immūditijs contractis prout tractatur in hoc capitulo erat gradus, quia plus erat tangere morticina quā interfecta, & plus portare morticina quàm tāgere, & ideo tāgens mōrticinum erat immundus vsque ad vesperum, portans autē cum hoc debebat lauare vestimenta. Sciendū tamē q̄ lotio hæc non erat nisi quædam aspersio ex aqua, in qua cōmisti erant cineres vaccæ rufæ de qua commistione habetur Num. xix. sicut modo nos aspergimus aquā benedictā. Sciendū etiam q̄ ista immunditia non erat nisi quædam irregularitates, quibꝰ homo reddebatur inept⁹ ad intrandū atrium, vbi erat locus sacrificij, donec esset purgatus per ablutionem prædictam, vel per transitum tēporis in illis immunditijs de quibus dicitur:* Erit immundus vsque ad vesperum, *& non additur aliqua ablutio, seu aspersio vestimentorum.*

10 Omne animal. *Hic consequenter ostenditur qualiter contrahitur immunditia per tactum ex animalibus, & primò ex animalibus illicitis ad esum : secundò ex licitis, ibi:* Si mortuum fuerit animal. *Circa primum agitur de immunditia cōtracta in hominibus secundò in alijs rebus, ibi :* Et super quod ceciderit. *Circa primum dicitur:*

11 Quod ambu. &c. *Sicut est simia & vrsus, quorum pedes anteriores sunt quasi manus.*

12 Immundū erit. *i. illicitū ad comedendū: vrsus enim excoriatus & simia habēt magnā similitudinē cū homine & puero excoriato: & ideo fuit vna ratio prohibitionis, ne per talem esum inclinaretur ad esum carnis humanæ, sicut & aliqui barbari, quod tamen est horridum.*

13 Qui tetigerit. *Modo prædicto de volatilibus habentibus quatuor pedes.*

✻ 1 Mustela

a *Qui portauerit &c. cadaue.* Falsa dicendo testimonia, digA num dicendo indignum & mundum immundum.

✻ Procopivs. Nam nouissimis temporibus in Christo repurgati sumus ab omnibus peccatis, eluentes inquinamenta sacri baptismatis liquore.

b *Omnia hæc immunda sunt.* Non accusat animalium naturam, nec naturę actionem animalibus conuenientē, sed quæ per hæc significantur, nobis omnino prohibentur, quorum contactu inquinantur, quibus datum est cælum respicere, rectos incedere, nō repere, sed sordida, & terrena despicere.

c *Mustela.* ingluuiē. Mus enim pro ventris ingluuie nulla vitat pericula.

d *Crocodilus.* Qui duræ cutis & malitiosus luto pascitur.

e *Chameleon.* Miserescit, & præ infirmitate manſuetum se fingit, cum crudele sit.

f *Talpa.* Animal cæcum de terra genitum. Creatur enim, vt aiunt, de terra compluta & lutulēta, sed prius corrupta.

g *Qui tetigerit. &c.* Si naturaliter essent immunda, immundus esset, viuentia etiam qui tangeret. Morticina talium actiones sunt, id est, dolus, furtum, duplicitas, & huiusmodi in quibus mors animæ.

h *Et super quod &c.* Isichivs. Amirabili diuisione vtitur legislator. Alij enim peccant ex negligentia, alij studio. vnde Salomon : *Væ his qui student vino, & calicibus vacant epotandis*, quos rectè inter eos qui tangunt morticina posuit. Qui verò per negligentiam & stuporem animæ defectumque virtutum delinquunt, sicut Dauid videns vxorem Vriæ se lauantem, specie renitentem incidit in adulterium, super eos morticina cadunt. Non enim ad peccādū studuerūt, sed inciderūt, quasi de super cadens suscipiētes morticinum. Qui autem omnino susceperunt, nec restiterūt, immundi sunt, tam vas ligneum quam vestimentum.

Prou. 23. b. 1. Reg. 11. a. Quæst. 12.

✻ Theodoretvs. Hinc etiam constat natura nihil esse immundū, sed certam ob causam immūda quędā, & quædam mūda dixisset. Quodsi natura quædam essent impura, tam ænea quam lignea vasa conteri conueniret. At quoniā alia de causa vocātur immunda: quæ sunt magis pretiosa lauari præcipit, viliora verò cōteri. Hac quidem ratione legem immunditiæ confirmans, pate facta nihilominus legis intentione. Eam ob rem clibanos & ollas pedatas destrui iubet, si quod ex eiusmodi animalibus immundis, in ea lapsum fuerit. Necnon aquā quæ in vasis est immundam asserit, si ea dens aliquod in eam deciderit: aquam verò fontis aut lacustre nō item: talibus enim leuia supplicia præscribit. Discimus itaque quantum malum sit peccatum, cum veram pollutionem cōteri mandet.

D

i *Omnis cibus &c.* Cibum & potum opera bona intelligit. ideo dixit: *Cibus quē comedetis, & liquens quod bibitur &c.* quia malarum actionum & cibus & potus prohibetur, ne quis participet. Si ergo bonis actionibus quę sunt in omni vase, id est in omni homine quodlibet morticinum inciderit, necessariò immunda actio erit. Si enim bonæ actioni, id est superbia, dolus, hypocrisis vel quodlibet morticinum id est participanti mortem inferens, incidit, & hic immundus erit : bonam enim actionem mala incidens intentio polluit.

Moraliter. † supra 6. d. infr. 15. b.

† fons.

Quæst. 37. ix Leui.

k *Si fusa fuerit super eum aqua.* Avgvst. de vase, s. quod factū est immundum, de morticinis immundis, si fortè aquam habuit.

l *Aqua.* Baptismi : est enim sermo de baptizatis, de infidelibus autem mentionem non facit. vnde Paulus : *Scripsi vobis non commiscēri fornicarijs*, non vtique fornicarijs huius mundi & cætera.

1. Cor. 5. c.

m *Siue clibani.* Per hoc magistri designantur in quibus cibi sacrę doctrinæ coquūtur operatione & igne spiritussancti. Nec mirū: Moab enim lebes appellatur. Moab olla spei meæ.

Rom. 2. c.

n *Chytropodes &c.* Quia qui docēt nō furari, furātur: & q prædicāt nō mœchari, mœchāt: doctrina tñ mūda est. Vnde fōtes & cætera.

F

o *Si ceciderit.* Isichivs. Nihil indiscussum relinquit. Omnia discutit ad perfectionem spiritalis legis, etsi imperfecta eis videatur

deatur

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Mustela & mus. *Qui habitāt sub terra, & inde cōtrahūt fœtorē.*

2 Crocodilus. *Dicit Plinius quòd est animal quadrupes in terra & flumine inf. stum, & solus inter animalia habet inferiorem mandibulam immobilem, & mouet superiorem.*

Migale. 3 Migale. *est animal natum ad deridendum, dolosum, rapax, ingluuiosum: vt dicit glo. In Hebræo habetur* אנקה *anaquah.*

4 Chameleon. *Est animal quod variatur in diuersos colores: vt habetur 1. Ethicorum.*

Stellio. 5 Stellio. *est animal diuersis maculis picturatum, & ideo dicitur stellio à stella quasi stellatum. In Hebræo habetur* lacerta. *Et vbi consequenter habemus* lacerta, *Hebraus habet* limica : *& omnia ista non solum sunt immunda ad esum, sed etiam coinquinant per tactum.*

9 Et super quod &c. *Hic consequenter ostenditur quomodo ex prædictis immunditia contrahitur, et iam in rebus inanimatis cum dicitur :* Polluetur tam vas ligneum &c. *Et consequenter ostenditur: qualiter debeant mundari, cum dicitur:*

7 Tangentur aqua. *i. aspergentur aqua prædicta, quia per talem aspersionem res etiam inanimatæ purgantur, vt habetur Nume. xix. Vas tamen fictile debet frangi.*

8 Omnis cibus &c. *aqua scilicet contenta in vase in quo immundum prædictum ceciderat.*

9 Immundus erit, *id est, ex hoc redditur illicitus ad comedendum. quamuis prius esset licitus.*

10 Et omne li. *Quia non solum aqua prædicto modo inficitur, sed etiam omnis liquor contentus in vase vbi cadebant talia, fiebat immundus.*

11 Chytropodes. *vasa fuit tres pedes habētia: & dicūtur* χυτρόποδες *chytropodes à* χύτρος *chitron, quod est olla, &* πούς *pus, pes. Sunt enim olla cum pedibus scilicet.*

12 Destruentur. *tum propter immunditiam : tum propter idololatria & superstitionis detestationem. Gētiles enim aquas & alios liquores vbi inueniebantur talia animalia, reputabant diis gratiosos, & eis offerebant: & inde tractum est quod aliquæ vetulæ sortilegæ dimittunt de nocte vasa, in quibus est aqua discoopert a: vt numina nocturna, quæ vocant bonas res ad prosperandum, illud veniant ad bibendum.*

13 Fontes vero & cisternæ &c. mun. erit. *non polluitur per talia. Rationem huius assignant Hebræi, quia tales, continentur in terra, & immediatè adhærent ei: & ideo sicut terra non polluitur per prædicta, sic nec aqua ista.*

14 Si ceciderit super sementem. *id est super granum antequam sit in terra seminatum.*

✻ 1 Si autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

deatur qui sola legis litera intuentur. Differentiã ergo infideliũ, & qui nondum baptizati sunt exponit. Semen appellantur quicunque prædicationem suscipiunt. Vnde & dominus: ait: *Bonum* Mat. 13. *semen sunt fily regni*. Sementis est quæ seminanda est: hi sunt nõdum baptizati, qui baptizandi sunt. Super hos si ceciderit morticinum, quia cautelã mysteriorum nondũ acceperunt, nec integrã Dei cognitionẽ, vt possint sibi cauere à peccatis, mũdi esse dicuntur, quia per ignorantiam excusantur. Super quos verò b fusa fuerit aqua baptismatis, si quilibet morticinũ super eos c ceciderit, fiũt imũdi.

Quæst. 13. Leuit. ✠ THEODORET. Quamobrem si super sementem sine aqua ceciderit cadauer, nõ polluit sementem: si vero cum aqua, declarat eam immundam: Quoniam liquefactus cruor promptius inuadit semẽte: variis autẽ modis animalia dicit imũda, q̃ super ventrem volutantur, è quorũ numero serpens est autor mali, & minister diaboli.

a *Qui cadauer eius tetigerit, immundus.* ISICHIVS. Iniquorum vitam debemus abominari, iustorum imitari. Qui enim vitam malorum tetigerit, immundus erit, donec pœnituerit.

b *Qui comederit.* id est, quasi aduocatus defenderit, & in se auxiliando

¶ Baptista. b ¶ Baptismi.

Si autem quispiam âqua † sementem perfuderit, & postea 1
¶ Quia excusationem non habent. ¶ In peccato.
morticinis tacta fuerit, illico polluetur. Si mortuũ fuerit ani- 2
a ¶ Viuentis conuersationi. ¶ Imitando.
mal, quod licet vobis comẽdere, qui cadauer ei⁹ tetigerit, im
a ¶ Donec peccati terror deficiat. ¶ Defendendo.
mũdus erit vsque ad vesperũm. Et qui comederit ex eo quip
¶ Actiones.
piam, siue portauerit, lauabit vestimenta sua, & immundus e- 3
Terrena. sapiens.
rit vsque ad vesperũ. Omne quod reptat super terrã, abomi- 4
¶ Alij super ventrem.
nabile erit, nec assimetur in cibum. Quicquid super pectus †
a ¶ Euangeliorum prædicatione abutens luxuriose viuendo. ¶ Garritrimargiæ studens.
quadrũpes graditur, & mũltos habet pedes, siue per humum
a ¶ Vitandum.
trahitur, nõ comedetis, quia abominabile est. Nolite conta- 5
a ¶ Sicut illa si tetigeritis.
minare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum, nẽ im
a ¶ Ad cuius imaginem facti estis, vt cælestia sapiatis.
mũdi sitis. Ego enim sum dominꝰ Deus vester. †. Sancti esto- 6
a ¶ Nota non esse pollutionem in mortuis corporibus.
te quoniã ego sanctꝰ sũ, ne polluatis ânimas vestras in omni 7
a ¶ Humiliari hominẽ bonũ est, sed ad terrenã sapientiã declinare malũ est, inde addit, q̃ mouetur super terrã.
reptili quod mouetur super terrã. Ego enim sum dominus, q̃ 8
¶ Malis operibus tenebrarum
duxi vos de terra Ægypti, vt esse vobis in Deũ. Sancti eritis,
a ¶ Cui si vultis adhærere, sanctꝰ debetis esse, sicut ego.
q̃a & ẽgo sanctꝰ sũ. Ista est lex animãtiũ ac volucrũ, & õis animę
viuẽtis, q̃ mouetur in aqua & reptat in terra: vt differẽtias noueritis
a mũdi & imũdi, & sciatis q̃d comedere & q̃d respuere debeatis.

C

D

† sementis.

*a purificationis.

E

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si autem quispiam &c. *quia granum humefactum est magis receptiuum impressionis, quam siccum: & ideo magis polluitur.*

2 Si mortuum fuerit animal. *Hic agitur de immunditia contracta in hominibus ex tactu animalis licite ad comedẽdum, videlicet quãdo tangitur vel portatur cadauer talis animalis per se mortui: & patet littera ex præcedentibus.*

3 Omne quod rep. *Hic agitur de immunditia contracta ex reptilibus, quæ sunt in duplici gradu, quia aliqua pedibus carent, vt vermes & similia, quæ affixo ore terræ, trahunt reliquum corporis sic, & mouentur super terram: & hoc est quod dicitur:*

4 Omne quod reptat super terram, abominabile erit. *Alia sunt pedes habentia (tamen breues) quorum aliqua sunt quadrupedia & super pectus gradiuntur. Alia multos pedes habent, & cum hoc trahuntur super terram, & hoc contingit propter breuitatem pedum, & omnia talia sunt abominabilia, & illicita ad comedẽdum, propter ea quæ superius dictas, & hoc tangitur cum dicitur:* Quicquid super pectus &c.

5 Nolite contaminare. *Ostenso quomodo immunditia ex prædictis contrahitur: Hic consequenter contrahi prohibetur, cum dicitur:* No. contaminare animas &c. *ex tactu enim prædictorum immundorum polluebantur homines corporaliter, vt de se patet. Polluebantur etiam spiritualiter faciendo illud quod erat eis prohibitum.*

6 Sancti estote. *anima & corpore.*

7 Quoniam. *sum sanctus scilicet diligens vtranque munditiam.*

8 Ego enim sum dominus qui edu. &c. *de seruitute grani q. d. non debet vobis esse graue, obedire mihi in his & in aliis. Vna enim causa, quare Iudæis fuerũt tot data præcepta fuit, vt p illa exercerẽtur in obedientia ad deum. Cõsequenter recapitulat quæ dicta sunt dicens:* Ista lex est &c. *& patet.*

CAP. XII.

a MVlier si suscepto semine peperit masculum, polluetur septem diebus iuxta dies separationis menstruæ, & die octauo circumcidetur infantulus, ipsa verò

Cap. XII.

LOcutúsque est dominꝰ ad Moysen dicens: Loquere filiis
¶ Istam recipit quæ non suscepto semine concipit & peperit. ¶ Viri.
Israël, & dices ad eos Mulier si suscepto semine peperit ma

a SIDORVS. Septimana est præsens vita, qa in septima diorum consummatus est mundus, in quo ad liquidum puri esse nõ possumus: sed in octauo, die, id est, futuri seculi tempore ille mundus erit qui viriliter egerit. Munda enim efficitur mater eius, q̃ genuit masculũ. Qui verò nihil virile habuerit, sed remissus

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XII.

1 LOcutusque est dominus. *Hic consequenter agitur de immunditia, quæ est ab intrinseco, quæ est quadruplex, scilicet puerperæ, lepræ, fluxus seminis & fluxus sanguinis, & secũdũ hoc diuiditur in quatuor partes: secunda incipit capi. xxiij. tertia. xv. in principio. quarta quarta vltra medium eiusdem capit. ibi:* Mulier quæ redeunte mense. *Circa primum agitur primò de puerperæ pollutione. Secundò de eius purificatione, ibi:* Cumque expleti fuerint dies &c. *Circa primum dicitur sic:*

2 Mulier si suscepto semine peperit. *Ex hoc patet quòd beata vir go, quæ concepit & peperit sine virili semine exempta fuit ab ista lege, quæ concepit & peperit sine virili semine exempta fuit ab ista lege.*

✠ Immunda

MORALITER.

✠ 1 *Locutusque est dominus.* Hic agitur de immunditia & emũdatione puerperæ, per quam significatur mens humana, quæ tunc parit quando aliquid præceptum exterius producit. Iste verò conceptus

✠ opus potest esse dupliciter. Vno modo ex instinctu spiritus sancti & tũc mens humana parit bonum opus, quo non polluitur ipsa mẽs, sed magis sanctificatur. Alio modo ex instinctu spiritus maligni, tunc parit opus malum quo mens polluitur: hoc tamen

✠ opus

missus & effœminatus permanserit, nec in præsentis seculi hebA domade, nec in futuro purgabitur.

✠ POCOPIVS. Sufficerat dixisse, Mulier si peperit filium, Sed excepit sanctam Virginem, quæ nullius seminis interuentu filium enixa est. Nam cum conceptus esset de Spiritu sancto, nõ requirebatur ad sanctorum primogenitũ gignendum seminis huius. Mulier dicitur etiam virgo. Nã hæc appellatio est ætatis adultioris, quemadmodum etiam appellatio viri virum significat.

Gen. 4. a *Immunda erit.* ISICHIVS. Quia scilicet sator immundus, vt hæres Adę, qui per transgressionẽ immundus, & ita vxori mistus. Postquam enim exiit de paradiso cognouit vxorem suam, & ita propagatur humanum genus.

b *Septem die.* IDEM. Quia Adam (de semine cuius suscipit immunditiam) polluit vitam nostram septem dierum numero reuoluendam. Polluit autem vitem inducens maledictionem & miseriam, auferens beatitudinem. vnde: *Maledicta terra in opere tuo, &c.* Vnde legislator addidit, secundum diem separationis & purgationis menstruæ. Symmachus, secundum dies separationis afflictionis. Aquila, separationis miseriæ. Theodotion, separationis doloris eius. Miseria autem & afflictio & dolor esse cœpit quando Adam separatus à paradiso in hanc miseriam decidit.

Trepolo. c *Die octauo &c.* IDEM. Dies octauus, quoniam septimo qui est imago præsentis vitæ succedit, figura est futuri seculi, in quo carnem præputij circumcidemus, omnia opera carnis deponentes nõ amplius peccaturi, nec mãducaturi nec bibituri aut nupturi

1. Cor. 3. f. B quia erimus sicut angeli dei. *Quod enim seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur corpus animale, surget autem spi-*

Gen. 17. b. *rituale.* Incircumcisus peribit de populo suo, quia sine circumcisione caro abominabilis & immunda. Mundat ergo circumcisio, in qua præsignatur resurrectio. Notandũ verò, quia lex circumcidi præcipiens immunditiam eius tacuit. Matrem immundã dixit vsq; ad circũcisionẽ, fortè quia inobedientiæ causa Eua fuerat facta fuit. Inobedientia aũt immunditiã nobis fordẽq; contraxit:

Tirino. a. d. d *Triginta tribus diebus, &c.* IDEM. Septem additis xl. fiunt. Quadraginta diebus formari dicitur masculus. Duo autem per hæc probantur quia scilicet substantia humani generis munda est qa à Deo creata est. Ideo ait: sanguine mundo, suo purificatio nis suæ mulierem sedere: sed quia per successionem transgressio nis Adæ semen suscepit & concepit, omne sanctum non tanget & in sanctuarium non ingredietur, donec compleantur dies purgationis, id est, quadraginta quibus puer formatur, dei quippe imagine mundatur natura nostra, quamuis sordidata est. Non præcipimur ergo ingredi in sanctuarium vel tangere sanctum, nisi quando imago dei semel data nostro generi sanctorum præbuit ingressum, propter quam saluandam dominus incarnatus est, quam completis quadraginta diebus ad cælum sustulit: sicut

Act. 1. 2. hominem in vulua formauit cui eam donauit, tũ ad verum sanctuarium natura nostra ascendit. Aperte hæc probantur per ea quæ de genere, fœmineo sequuntur. Quia enim octogesima die in vtero formari fœminæ dicũtur, eundẽ numerũ adimplet ionem purgationis vel purificationis earum quæ semen suscipiunt, præcepit sic: *Si fœminam peperit, immunda &c.* Et notandũ, quòd nouit dicere quatuordecim diebus, sed duabus hebdo

C madibus, vt in septem diebus humanam vitam, in fluxu menstruo afflictionem eius & dolorem & miseriam intelligamus.

duas enim hebdomadas benedixit, quia fœmineũ genus duplo D multatur, habet enim totam Adæ maledictionem. & additur ei: *In dolore paries filios tuos &c.* Sexaginta & sex diebus in sanguine Geu. 3. c. purificationis sedet, vsq; dum cõpleantur lxxx. Quatuor enim & decem super lx. sex addita, faciunt octoginta, quibus formatur fœmina. Maledicto ergo sordidarum nostrum genus non intrat in sancta, nisi per imaginem Dei. Propterea mulieres semẽ suscipientes diobus formationis parvulorum à sanctis arcentur, dum verò in

a sculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis 1
b 2
c menstruæ, & die octauo circumcidetur infantulus, ipsa verò 3
Vt fiant 40. ad cetis septem. a ¶ Lxx. Sedebit, id est, manebit: non enim per tot dies surgere non licebat. b ¶ Non inquinationis. Quæ duplo multatur. 4
d triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suę 5
e Omne sanctũ non tanget, nec ingredietur sanctuariũ, donec 6
impleãtur dies † purgationis suæ. Si autẽ fœmina peperit, 7

vtero habent, arceri nõ debent. Incertum est enim an fœminam an marem pariant.

AVGVST. Quæ differentia est inter septem dies, quibus eam dicit immundam, & trigintatres quibus in sanguine mundo sedebit. An hoc interest, q̃ ita adhuc in sanguine est licet mundo vt hoc distet, quia cum immunda est vbicunque insederit, immundum facit. Cum verò iam in sanguine mundo sedet, tamen quod sanctum est nõ licet ei tangere, & in sanctuarium intrare. Hoc enim est quod ait, *secundum dies secessionis purgationis suæ*, Leuiti. 15. d. quoniam dicit alibi immunditiam fœminæ, quæ menstruis purgatur, septem dierum esse: quando omne super quod sederit immundum erit. Secessionis autem suæ dicit, quoniam secedebat aliquantulum, ne omnia inquinaret. cum peragaret illos dies immunditiæ eius. Si fœminam pareret, lex duplicabat, & quatuordecim faciebat, reliquos quibus sedebat in sanguine mundo etiam duplices faciebat lxvj. vt omnes essent in partu masculi xl. in fœminæ lxxx.

✠ THEO. Cur eam quæ marem peperit, quadraginta dies impuram esse dixit, quæ verò peperit fœminam, bis totidem. Discutiendus est legis scopus. Nam frequenter alia pro aliis docet, quod hoc loco facile est perspicere. Si enim quæ peperit est immunda, vtique etiam illa quæ est grauida impura est. Arbitror igitur legem iubere illam requiescere, vt quæ mirum in modum laborauerit, & acerbos dolores pertulerit. Quod si lex hisce verbis fuisset concepta, nunquam à Venere continuissent viri: vbi verò mulierem immundam esse didicerunt, communicationẽ vitabant, ne fierent impuritatis participes: Lex igitur impuritatis verbo, appetitionem ipsam extinguit.

✠ PROCOPIVS. Quare immunda est quæ peperit? Quidam aiunt ob animam, quæ in generationem venit, & hæc conspurcatur, nec non & hi qui eius generationi inseruiunt. Itaque requiritur vt fortiatur purgamina inactatis victimis. Quidam aliam expromunt causam, videlicet quod generatio fiat procedente vi generatiua quæ perfecta est, ad imperfectionem, dum id quod adhuc imperfectum est, creatur. Nam ipsa natura solet paulatim amittere suam perfectionem, dum subinde distrahitur infinitis generationibus, quas perficit. Quare donec fœtus formetur, impura est puerpera, id est, tanto temporis spatio impura censetur puerpera, quanto embryo in aluo materno animatur & formatur.

c *Omne sanctum non tanget.* Quid sanctuarium vult intelligere cum tabernaculum non nisi sacerdotes debeant ingredi, & vsq; ad velum secundi: vltra velum autem, vbi erat arca, summus tantum sacerdos introibat? Forte ante tabernaculum vbi altare sacrificiorum est, potuit dici sanctuariũ. Nã sæpe sanctus locus appellatur etiã atrium, cũ dicitur: In loco sancto edent ea. Illuc for f sitã intrabãt mulieres dona sua offerẽtes, quæ altari imponerẽt.

a *Cumque*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Immunda erit septẽ &c. *De qua habetur infr. xv. cap. Ibi enim sic iudicatur immunda: quod non potest communicare cum aliquo in lecto aut cibo, & quicquid tangit immundum efficitur, & eodem modo dicitur hic de septem diebus primis post partum.*

2 Et die octauo circũcidetur infans. &c. *secundum præceptum quod habetur Gen. xvij. b*

3 Ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine pur. suæ. *d est, in sanguine suo aliquantulum purificato, non tamen perfecte: & ideo in illis xxxij diebus poterat communicare cum aliis mundo, non tamen in lecto, nec illud quod tangebat fiebat propter hoc immundum.*

4 Omne sanct. *id est non comedes de sanctificatis.*

5 Nec ingredietur in. *id est, atrium in quo erat sanctuarium.*

6 Donec impleantur dies. *scilicet xl. primi videlicet vij. maioris immunditiæ, & xxxiij. minoris.*

7 Sinautẽ fœminã peperit &c. *id est, duplo tẽpore quã pro masculo, quia in conceptu fœminæ est minor caliditas, & ideo tardius digerit materiam, & sic materia immunda tardius purificatur.*

✠ 1 Iuxta

MORALITER.

✠ opus potest esse maius peccatum vel minus. Si sit maius, significatur per partum fœminæ, quo mulier pariens, magis pollui dicitur. Si autem minus, significatur per partum masculi, quo mater dicitur minus pollui: ab vtroque tamen peccato emundatur mens humana per oblationem agni, turturis, & columbæ, vt dicitur in litera. Agnus autem qui dicitur animal simplex,

mo moraliter offertur quãdo humanæ mẽti peccatũ perpetratũ verè displicet, & nõ simulatorie tantum. Turtur autem quæ habet gemitum pro cãtu tunc offertur quando peccatum non solum vere displicet, sed etiam mens acriter gemit & dolet. Columba verò quæ spiritum sanctum in baptismo Christi repræsentauit, tunc offertur, quando per spiritus sancti gratiam peccatrix anima reformatur.

✠ MORA

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Cumque expleti fuerint.* Intentionem aperit, quia, scilicet, pol-
A lutionem naturales motus non faciunt, sed peccatum, de quo
dicit Dauid: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus*, &c. matrē na-
turam appellans, & immunditiam peccati Adæ & Euæ in totum
Psal.50. genus humanum descendisse significans. Ideo Moyses comple-
tis diebus purificatio
nis holocaustum &
pro peccato præcepit
immolari, euidenter
ostēdēs quia imago
† 25.q.1.§. his ita.ver. ité cū iuge. Dei perfectionē tribuit
generi nostro. Nam
formationē dies mū
dationis ostēdit, per-
fectionē holocaustū.
Vbi supra. Avgvst. Nun-
Quæstio. b quid peperisse peccā-
tum est? An hīc osten
ditur illa propago ex
Adam, de qua dicit
Rom.5.b. Apostolus: *Ex vno om
nes in condēnationem,
B & quia per vnū homi-
nē peccatum intrauit
Psal.50.b. in mundum*, &c. vnde
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. Cur nō ergo id quod
natum est, purgari dicit scriptura, sed quæ peperit an ad ipsam
vnde origo trahebatur, relata purgatio est propter fontem san-
guinis? non poterat tamen sine fœtus purgatione fieri, qui de san
guine ortus est. Quō enim pertinet quod ait superius, *super filio
aut super filia offerat agnum anniculum*, &c. si nihil per hoc sacri-
ficium fiebat pro eis, qui nascebantur? Si quis autem distinguere
conatur, vt dicat, non esse iungendum *super filio aut filia, offeret
agnum anniculum*, &c. Sed potius ita legendū: *Cum impleti fuerint
dies purgatiōis eius super filio, aut super filia*, vt sequatur alio se su
*offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum, & pullum co-
lumbarum pro peccato*, id est, pro peccato suo cum cōpleti fuerint
dies purgationis super filio aut super filia. Qui ergo ita distin-
guendum putauerit, ex euangelio conuincetur, vbi cùm tale ali
Luc.2.d. quid nato ex virgine domino facerent magis pro consuetudine
I gis quàm pro necessitate expiandi peccati: Sic legitur, vt face
rent secundum consuetudinem legis pro eo, non est dictum pro
matre eius, sed pro eo, quamuis ea fierent, quę hīc præcipiuntur
de duobus turturibus, aut duobus pullis columbinis. Sic enim &
baptizatus est baptismo Iohannis, qui erat baptismus pœniten
C tiæ in remissionem peccatorum, quamuis nullum peccatum ha
Mat.3.d. beret. Meritò ergo quidam ita interpretati sunt, non vt dicerent
super filio aut super filia, sed pro filio aut filia.
Nota. Notandum antequam pauper dominus nasci voluerit, vt non
pro illo offerretur agnus & pullus columbinus aut turtur, sed D
par turturum aut duo pulli columbarum secundum euangelium,
quod scriptura Leuitici tunc iustit offerri, si non habuit agnum
manus offerentis, quod satis est magnum.

Beda. Dominus noster non solū homo cum Deus esset, Tropologi
sed etiam pauper, cū
dines esset pro nobis
factus est, vt nos di-
uitiarū & diuinitatis † Purificationis suæ.
suæ donaret esse par
ticipes. Libet autē in
tueri, cur hæ maximę
volucres in hostiam
iubeantur offerri? Nā
& Abrahā multò an
te legem eas in holo-
causti obtulit, & in
plerisque legis cere-
moniis, quimundāº
est p has iubetur mū-
dari? Columba ergo
simplicitatem, turtur
indicat castitatē. Si
enim turtur coniugē E.
casu perdiderit, aliū
vltra nō quērit. vnde: *Pulchræ sunt genatus, sicut turturis* &c. Et ali Cant.1.c.
bi: *Oculi tui columbarum.* Vtraque auis pro cātu gemitum habet, Cant.4.a.
& sanctorū in hoc tristitiā significat, quibus dicitur: *Plorabitis & Ioh.16.d.
flebitis vos, mundus autem gaudebit.* Simplex ergo & pudica fide-
lium conuersatio gratum sacrificiū est domino. Qui autē laborat
in gemitu, qui lachrymis stratum lauat, acceptam de
victimā mactat. Sed quia turtur soliuagus, columba gregatim gemit:
Iste secretas orationum lachrymas, illa ecclesię conuētus ignat.
Puer Iesus primò circūciditur, & interpositis diebus Hierosoly-
mā cum hostia defertur, quia iam iuuenis prius omnem carnis
corruptionem moriendo & resurgendo calcauit. Deinde in ter-
positis diebº, cū ipsa carne iam immortali quā pro nobis hostiā
fecit ad supernam Ierusalē ascendit & vnusquisque nostrū prius
aqua baptismi à peccatis omnibº quasi vera circuncisione purga
tur: & sic ꝓficiēte gratia nouę lucis ad altare sanctū hostię corpo
ris & sanguinis Christi consecrādus ingreditur: quæ singulariter
simplex & casta per incarnationē colūbæ & turturis figuraliter
exprimitur. Omnis quoq; in fine mūdi ecclesia primū communi
resurrectione labē mortalitatis & corruptionis exuet, & pòst in
celestē Ierusalē bonorū operū victimis dño cōmēdata pueniet.
b *A profluuio &c.* Tanquā aliquis quærat, vnde mūdabitur quę f
legitimē generauerit ait, à *profluuio sanguinis sui* hoc est inobediētia,
vnde immunditia & pœna profluxit per meditationem & con-
templationē legis, cuius negligētia hominibº immūditiā inuexit.

☞ CAP.

immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritū fluxus men 1
strui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificatio
nis suæ. † Cumq; expleti fuerint dies † purgationis eius, pro 2
a ¶ Quid hæc significent, in superioribus dictum est
filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustū 3
¶ Meditationem legis. ¶ Contemplationem
& pullum columbæ siue turturem pro peccato ad ostiū tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti, qui offeret † ilia coram 4
domino, & † rogabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio 5
sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum aut fœminā. †
Quòd si nō inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnū
sumet duos turtures, vel duos pullos colūbarū, vnū in holo- 6
caustum, & alterum pro peccato. Orabitq; pro ea sacerdos,
& sic mundabitur.

† Purificationis suæ.
† expiabit eam. Gene.15.a.
† ipsum. † supra,5.bis Luc.2.d.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Iuxta ritum &c. *Exponatur vt prædictum est de masculo, hoc excepto, quod tempus duplicatur.*

2 Cumque exple. *Hic consequenter agitur de puerpera purificatione, quæ quidem purificatio fiebat per oblationem & ideo primo determinatur oblatio dictum, cum dicitur.*

3 Deferet agnū, &c. *Quod totū incendebatur in honorē diuinum.*

4 Et pullum columbæ. *Scilicet, pro peccato.*

5 Rogabit pro &c. & mundabitur. *Scilicet à culpa, quæ non cōtrahitur in partu, sed in conceptu, in quo de communi cursu est aliqua libido inordinata: licet enim actus matrimonialis possit exercere sine peccato, frequenter tamen contingit ibi inordinatio. Aliquando autem dicunt, quod offerebatur pro culpa originali contracta in puero, quia licet per circuncisionē esset remissa in masculo, & in fœmina per aliud remedium sibi conueniens, tamen mater in die purificationis offerebat pro remissione peccati præteriti. Sed hoc dictum non consonat textui: quia dicitur hīc:* Crabit pro e. *& sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. ex quod patet quòd loquitur de mundatione mulieris & non fœtus. Christe quenter determinatur oblatio pauperum, cum dicitur:* Quod si non inuenerit manus eius &c. *& subditur:*

6 Sumet duos tur. &c. *Ista enim aues abundant in terra promissionis, & sunt mundi nutrimenti, & ideo de his fiebat oblatio pauperum, quia de facili poterant haberi, & erant conuenientes oblationi in sacrificio dei. Circa istud cap. potest poni breuis moralitas. Ista* Moraliter.
mulier significat animam bonum propositum concipientem. Quæ semen suscipit verbum Dei audiendo, quia semen est verbum dei, vt dicitur Lucæ viij.b. Concipit meditando, parturit consentiendo, pari: operando, lactat & nutrit assuefaciendo, sed debet reputare semmundam & intendere purificationi vij. diebus. Per quos septem vitia designātur, vt vbi regnauit superbia, inferatur humilitas: vbi auaritia largitas: vbi luxuria, castitas: vbi inuidia, charitas, vbi ira, mitigatio: vbi acidia, virtus: vbi gula, parcitas. Cetera petenti.

✠ NICO-

ADDITIO I.

In ea.xij. vbi dicitur in post. Mulier si susceperit semine pepererit. *in hoc quod dicitur.* Mulier si susceperit semine popererit, *non solum intelligitur excepisse illa quæ nō si susceperit semine peperit, sed etiā intelligitur asseruisse. & aliqua mulier absque susceptiōe seminis erat partitura alter enim conditio super ad litā sicū dicitur:* Si susceperit semine pepererit, *esset omnino superflua. vnde infra co.c.ū de partu fœminæ agitur, nō ponitur talis additio sed simpliciter dicit:* Si aūt fœmina pepererit, *q.a nulla mulier fœminā peperit nisi susceperit semine, &c.*

ADDITIO II.

In eo.c.xij. vbi dicitur in post. Et rogabit pro ea sacerdos & mū dbitur, *&c. Hæc mūdatio nō videtur intelligēda à culpa q̄ frequēter contrahitur in actu matrimoniali ex libidine inordinata prout in postilla quæ si sic, non minus indigeret talis mūdatione vir quā mulier. Sicut mulier mulieres quæ non concipiunt, & tamen in tali actu virus suis cōiungitur similiter tali mūdatione indigerent: vnde melius videtur dicendum, quòd hæc mundatio sit propter immunditiam fluxus sanguinis menstrualis, quæ communiter fit in partu, ex quo fluxu contrahuntur quædam irregularitates immunditiæ, sicut infra cap. xv. dicitur.* Mulier quæ parit masculum dicitur immunda vij. diebus fluxum sanguinis &c. *immūda erit, & hoc sonat litera cum dicit:* Crabit pro ea sacerdos, & sic mundabitur à profluuio sanguinis.

REPLICA. In capitulo xij. vbi postillator exponit illum locum. Orabit pro ea sacerdos & mundabitur. *de mundatione à culpa contracta*

tracta ex libidine inordinata in actu conceptionis: contra quam expositionem Burgen. arguit ex eo, quia tunc viri indigerent huiusmodi mūdatione sicut mulieres, qua in eodem actu & libidine participāt: hac ratione motus exponit illam mundationem de profluuio menstrui contingente in partu. Sed videtur quòd ratio Bur. non cogat, cum ista lex pro parientibus specialiter posita sit, ideo ad viros & alias mulieres non extenditur. Nec est veri simile fluxum menstrui in pariente masculum per xl. dies, & in pariente fœminam lxxx. dies durasse, pro cuius cessatione sacerdos oraret cum mulier in templum ingrederetur. Nec videtur verum, illam irregularitatem ratione fluxus illius per tantum tempus durasse, cum lex menstruata certum tempus talis irregularitatis & immunditiæ post cessationem assignat: Leui. xv. tempus septē dierum. Similiter in hoc cap. Stat igitur expositio quod sacerdos legalis orare debuit, vt mulier templum ingrediens mundaretur à culpa, quam pariendo & profluendo contraxit, non vt parere aut profluere culpa esset, quia naturale vel pœnale, sed quia lex peccatum arguebat in ea quæ parturit & fluxum passa fuit. Confirmatio huius expositionis haberi potest ex canone vnico: De purgatione post partum, vbi Cirillanæ mulieri conceditur huius legis remissio ex causa ibi posita, ne videlicet pœna quam pariendo sustinuit, in culpā verti videatur. Obseruantia igitur huius legis fuit propter culpam, etsi non mortalem, tamen venialem, de qua procedit expositio postil.

CAP. XIII.

A Locutusque est dominus. 1. Samel loquitur Deº, & duo audiuntur, spiritum audit Moyses, vt sublimior, literam Aaron, vt inferior, qui literā nunciat populo. Vnde, *ipse loquetur ad populum, & erit os tuum, tu autem eris in his quæ ad Deum pertinent.*
Iob.33.b.
Exod.4.d.
b *Hom.* Idem. Ali
7 de pœ. di. 3. denique
a quando excellenter accipitur qui Deiima
b ginem & naturæ ser-
c uat dignitatem. Ali-
quando peccator, in
id quo dignitas defor-
matur sicut hīc.
Ysa.1.c.
Quæst.15.
✠ Theodoretvs. Per affectiones cor-
e poreas indicat mor-
f bos animæ: & per ea
quæ non sponte com
mittuntur, arguit spō
B tanea. Si enim naturalia quodammodo videtur esse impura, quā tò magis ea quæ manant à voluntate? Porrò varias lepræ species edisserit, quia sunt etiam multa peccatorum discrimina. Et sicuti lepræ quædam est origo ita & peccati. Quemadmodum itaque facerdos lepram discernit: ita peccatorum animæ iudicem esse oportet: Lepram autem appellat illam varietatem coloris: sic anima quæ vitio sit proxima, lepram ipsam producit.
Lib.2.in Leuit.cap.17. ✠ Rvpertvs. Quod de sacrificiis brutorum animalium idem de lege leprarum in hac parte sentiendum est. Nō enim eiusmodi sacrificia deus disposuit, quod carnes taurorum manducare luberet, sed quia spōte talibus Ægyptia consuetudine inhiabant, & inhiberi non poterant filij Israel. Idcircò sic dispositæ sunt, vt veri sacrificij quo delectatur Deus, saltem vmbram vel figuram ordo illorum gereret. Ita planè non idcircò de lepra vitanda Deus legem dat, quod ipse corporum infirmitates abhorreat, sed quia sensus hominis exterior, id est, visus vel tactus, huiusmodi plagam pene naturaliter exhorrescit, nisi quem misericordia ad compatiendum erudiuit. Idcircò lepræ discutiendæ atque vitandæ legem talem posuit, cuius vmbra spiritualis homo de spiritualibus debeat informari. Itaque quia fieri potest vt in domo munditiæ quę est ecclesia, lepra hæretica nasceretur, ex quā postquam de non admittendis immunditiis lex mystice data C est, datur etiam de illis eiiciendis, inquibus hæretica immunditia suborta esse deprehenditur.
c *In cuius car, &c.* In carne & cute lepram portat, qui carnalia vel exteriora suadere certat. vt Corinthiani, qui putabant resurrectionē futurā in voluptate carnis: & in fide manētibus, quanuis carnaliter viuant, non imputari peccata.
d *Aut quasi lucens.* Lepra alia nimis vel moderatè obscura, non- Allegoricè.

CAP. XIII.

Locutusque est dominus ad Moysen & Aarō, 1
a ¶ Carnali voluntate interiori. b ¶ Exteriori.
dicens: † Homo in cuius cārne & cute ortus 2
a ¶ Lxx. cicatrix significationis, id est peccatum in carne, quod significat animam compati corpori.
fuerit diūersus † color siue pustula, aut qua- 3 4
a ¶ Quæ est transgressio legis, leprosus enim pro parte leprosa à tabernaculo eiicitur: sic qui in vno offendit omnium reus est.
si lucens quippiā, id est plāga lepræ, adduce
tur ad Aarō sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum e-
a ¶ Id est cogitationes in apertam cognitionem peccati. b ¶ Lepra alba fuscata & male munda hæreticorum conscientia.
jus. Qui cùm viderit leprā in cute, & pilos in albū mutatos co 5 6
g

dum efferuēte passione, q̄ nimia indiget deliberatiōe. Alia nimis clara & spicua, cui? aperta cognitio.
e *Plaga leprę.* Isidorvs, Lepra falsa doctrina, leprosi hæretici, qui vnitatem vorę fidei non habētes, varios doctrinæ professentur errores, vera falsis admiscentes, & ecclesiam, sicut lepra corpora, irradiando commaculant.

In corpore lepram gerit, qui ecclesiæ detrahit, sicut Carpocratiani, qui negāt resurrectionem carnis, & Nouatiani qui nuptias E damnant, & peccantibus auferunt pœnitentiam.
f *Vel ad vnum quemlibet &c.* Cognatorum secundum spiritum àquo habet sacerdotium, quibus inest perfecta & plena prophetia, vt discernere possint subtilia, & animæ motus absconditos.
Vbi supra.
✠ Rvpertvs. Sicut in hac sancta lege est. quando debeat cap.18.
homo considerari à sacerdote statim lepræ condemnari, & ad arbitrium eius separari, & est quando debeat semel & iterum includi, ac die septimo considerari, sic in sancta eccle si a est, quando debeat homo statim vt à fide exorbitauerit, hæreticus nuntiari, & est quando debeat piis admonitionibus prius semel & iterum conueniri. Denique si is qui ex aduerso fidei veritatisque consistit, talis est, vt eum non per ignorantiam sed malitiam, errare in hypocrisi nemini dubium, qualis Simon Magus, statim eiicienda est lepra nequissima, ne corrumpantur cæteri.
g *Pilos.* Cogitationes quibus anima ornatur, mensque contegi- Matth.10.e.
tur, à qua generantur, sicut caput capillos generat, quibus orna Nume.6.d.
tur & regitur. Vnde, *capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Inde Nazarei caput nō rondent, quia superfluas cogitationes non habent, sanctas autem deponere & sanctum damnum est.
✠ Rvpertvs. Tunc pilus in album mutatus est, & ipsa Vbi supra.
F
species humilior est carne, quando id agitur sub albedine & humilita

☞

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIII.

Diuisio.

1 Locutusque est dominus ad Moysem &c. *Hic consequenter agitur de immunditia lepræ. Et primò quantum ad eius cognitionem secundò quantum ad eius mundationem, ca.xiiij. Circa primum primò agitur de lepra, quæ est in homine: secundò de eius separatione, ibi:* Quicunque ergo maculatus fuerit. *tertiò de lepra quæ est in veste, ibi:* Vestis lanea. *Circa primum sciendum, quòd lepra est aliquando in cute, aliquando in viua carne, aliquando in vlcere, aliquādo in vulnere, aliquando in barba & capite aliquando in capillis, & cetsarie: & secundum hoc sunt sex partes, quæ patebunt prosequendo. Circa primam partem præmittit occasionem suspicionis lepræ contra aliquem, cum dicitur.*
2 Homo in cuius carne &c. *id est notabiliter variatus à colore naturali pristino.*
3 Siue pustula. *Quæ dicitur à pus quod est putredo, quia est quædam collectio putredinis egredientis ab intra in superficie corporis per modum cuiusdam eleuationis super cutem.*
4 Aut quasi lucens quippiam. *Id est, transparens sicut pergamenum, quod dicitur gallice verry. Consequenter ostendit quid agendum sit, quando signa lepræ sunt manifesta, cum dicitur:*
5 Qui cum viderit &c. *Tribus enim signis concurrentibus iudicandus erat aliquis leprosus, vi delicet mutatione coloris naturalis pilorū in album, & similiter mutatione naturalis coloris ipsius carnis in albū colorem habentē quādā transparentiā & lucē, & corrosionem musculorum sub cute, ex qua depascitur caro: & sic demissior est quā in aliis locis, quod est certius signum lepræ, & hoc est quod dicitur:* Qui cum viderit lepram *per mutationem coloris naturalis.*
6 Et pilos in album mutatos colorem. *scilicet à colore præcedente, vtpote quia prius erant nigri vel crocei.*

✠ 1 Ipsamque.

MORALITER.

✠ 1 *Locutusque est dominus ad Moysen.* Hīc agitur de immunditia lepræ quæ triplex hīc describitur, scilicet in hominibus, in vestibus, in domibus, & hæc tertia ponitur cap. sequenti. Secundum doctores catholicos per lepram intelligitur falsa doctrina hæreticorum in moribus vel in fide & ideo secundum ipsos leprosi dicuntur qui de numero sunt ecclesiæ, sed varias sequuntur maculas erroris, Igitur leprā in carne & cute incurrerūt Manichęi, qui veram carnē in domino nostro Iesu Christo negauerūt fuisse, quorū aliqui dixerunt ipsū carnē tātùm phantasticè habuisse.

✠ Alii

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitate hypocriseos, quatenus in errorem mutentur simplices A fidei. Tunc capillorum mutato aspectu, caro quoque viua apparet, quando id quod prædictum est, agitur scienter, aut defenditur pertinaciter, quod & contacta sancti peccare est. *Lepra*, inquit *vetustissima iudicabitur, & inolita cuti. contaminabit eum sacerdos, & non recludet, &c.*

Quod sit dicere, Nō admittebit diligentiā vt manifestum corrigat hæreticum, sed vitabit, & vitandum pronunciabit.

† immundū iudicabit eū

a *Humilior est, &c.* Humilior seipso: vnde rectè veniam non meretur. Vinci enim ab alio maiori, portabile est, bonum autē à Deo præceptum nō operari (diuidit enim dominus prout vult) vt seipso quispiā deterior fiat, hoc importabile est.

b *Recludet eum.* Secundò recluditur, vt studiosè inspiciatur & duplici probatione transacta districtum iudicium fiat.

B Manifestum enim erat peccatum sacerdoti, sed animam confitire passioni nesciebat, sed conijciebat: ideo iterum inspiciebat. Hinc dominus

Eoh.11.d. post negationem, animum Petri quomodo se habeat tertiò interrogat, vt non citò iudicemus, sed frequēter inquiramus. Septem diebus recluditur: Septenarius enim prēsentis vitæ plenitudinem signat, quæ septem diebus agitur, quo impleto, peccatum & seruitium cessabit. Vnde septima in diuinis scripturis requies nominatur.

✠ Rvpertvs. Sonsus est, Si non per inanem gloriam aut hypocrisin blasphemiam struere, sed per ignorantiam errare visus fuerit, seorsum instruetur. totis septem diebus, id est, in omnibus scripturis diuinitus inspiratis. Et siquidem lepra non creuerit, id est, si non defendendo errorem reatum suum auxerit

Vbi supra. C quod facere solent hæreticier, cludet eum septem diebus aliis, & die septimo iterum considerabit, id est, iterum bona spe illum D in omnibus scripturis catholicis catechisabit, & bene confirmatum ecclesiæ præsentabit, dicens, quia scabies fuit & non lepra, id est, ignorantia deliquit, non malitia:

c *Mundabit eum, quia scabies est.* Sic Paulus eum qui in Corintho fornicatus est (ga manifesta erat passio) sanctorū tabernaculo remouit. & Sathanæ tradidit, quem cū inspexisset secundò, & pœnitere vidisset, suscipi iussit. 1.Cor. 5. b.

✠ Theodoret. Cur prorsus lepro- Quæst.17.
sum appellat mundum? Hæc lex plena
est humanitatis. Sicut
enim assetuit vas esse
impurum, in quod ca † recludet.
dens cecidisset, non
ita si lapsum esset in † mūdam is
contemnendum illum, qui dicebat eum
vario colore respersus, ab aliis quidem E
separat, vt pote qui-
spem purificationis
habeat. Qui verò pe-
nitus albus est, hunc
cum cæteris conuer-
sari iubet. Et hoc cō- † capilli in
tinet figuram rerum album mu
spiritalium. Si quidē tatis.
lex diuina ne edere
quidem permittit cū
fidelibus peccātibus † immundū
cum infidelibus autē atque tolle-
ad conuiuium inui- cabit.
tantibus, manducare
non prohibet. Sic itaque D. Apostolus *Si quis infidelium vocat vos & vultis ire, omne quod vobis appositum fuerit, edite.* De fidelibus autem peccantibus, ita: *Si quis fra qui frater nominatur, fuerit fornicator &c. cum eiusmodi non edite.* Talis igitur similis est ei qui aliquatenus est leprosus, infidelis autem ei qui colorem omnem perdidit. Atqui cum talibus conuersamur & loquimur, cum illis verò nequaquam.

d *Cumque color albus in cute fuerit.* Manifesta transgressio literæ legis, quæ propria Iudæis sicut in sacrificiis & purgationibus & F
in huiusmodi. Est enim & communis gentibus de adulterio, rapina, auaritia, & similibus.

☞ Sin autem

NICOLAVS DE LYRA

1 Ipsamque speciem lepræ. *id est locum cutis & carnis vbi apparet aliquod signum lepræ.*
2 Humiliorem. *id est, demissiorem, vt habetur in Hebræo.*
3 Plaga lepræ est, *scilicet certa.*
4 Et ad arbitrium eius. *id est, ad iudicium sacerdotis.*
5 Separabitur. *scilicet, à cohabitatione aliorum, quia ille qui est leprosus iudicatus, debet extra castra manere, vt habetur infra. Consequenter ostendit quid sit agendum, quando signa non sunt manifesta, scilicet quando tria prædicta deficiunt, vel aliquid eorum, quod notatur cum dicitur.* Sin autem lucens candor fuerit, nec humilior &c.
6 Recludet eum sacerdos. *Ne alios inficiat, si sit percussus lepra, & ne ex anhelitu aliorum lateat eius lepra.*
7 Et considerabit eum die septimo. *ad videndum, si est aliquid immutatum circa eum per quod deprehendatur leprosus vel sanus.*
8 Et siquidem lepra. *id est signum lepræ.*
9 Vltra non creuerit. *intensiue.*
10 Nec transierit in cute priores terminos, *id est, non creuerit extensiue.*
11 Rursum includet eum. *ad diligentius considerandum.*
12 Si obscurior erit lepra. *id est si color cutis non fuerit transparens & lucens modo prædicto.*
13 Et non creuerit. *Intensiue nec extensiue.*
14 Mundabit eum. *id est mundum iudicabit.*
Vbi supra. ✠ THEODORET. Quidam aiunt illa à Deo esse interdicta, quæ nusquã acciderunt, quis enim ferat vt matri suæ permisceatur? Nunquam Deus interdixit, eò quod à nemine tentatũ est. Testimonio est huius legis proœmium: *Iuxta consuetudinem terræ Ægypti non facietis*. Docet enim quæ perpetrata sunt ab eis, & talia prohibet agere. Quod autem similia multa perpetrentur, testes sunt Persæ, qui in hũc vsque diem, matribus, sororibus, & filiabus, nuptiarum lege permiscentur.

✠ PROCOPIVS. Ostendit Deus suas consuetudines plurimũ differre à consuetudinibus hominum, hortaturque vt redeant in viam, ex qua desiexerunt impiè, vnde habetur in psalmo: *Vide an via iniquitatis sit in me, & deduc me in semita æterna.*

Libr. 13 in Leuit. cap. 4. ✠ RADVLPHVS. Difficile antiquus vsus deponitur, maximè si illi ad quos transimus in eadem peruersitate inueniantur. Quasi C enim duplici acie contra nos pugna consurgit, cũ hinc recolimus mala quæ fecimus, illinc corã oculis quotidie habemus, quos ad D peccandum imitari possimus. Ille itaque Dei populus, necessariò fuerat præmonendus, vt malitiam vbique diffusam attẽtius cuitaret: ne aut priſtina sua consuetudine traheretur, aut habitatorũ regionis ad quam vocabatur, peruersitatem imitaretur.

CAP. XVIII.

LOcvtvsqve est dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israël, & dices ad 1
¶ Qui hoc præcipio. ¶ Cuius vos ferui.
cos: Ego * dominus Deus vester: Iuxta 2
¶ Lxx. studia.
cõsuetudinem terræ Ægypti, in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introdu- 4
¶ Religionibus.
c cturus sum vos, non agetis: neque in † legitimis eorũ ambu- 5
a ¶ Id est quæ ex iudicio & discretione præcipio.
labitis. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & 6 7
¶ Proficiendo. a ¶ Hoc secundo dicit, in quo vetus & nouum testamentum immutt.
ambulabitis in eis: Egõ dominus Deus vester. † Custodite 8
a ¶ Non auditores legis iusti sunt, sed factores.
d leges meas atque iudicia, quæ faciẽs homo, viuet in eis. 9
a ¶ Quasi rationalis, qui enim accedit non est homo, sed iumentum.
¶ Genus proponit cui & species supponit.
e Ego dominus Deus vester. Omnis homõ ad proximã sangui- 10

Num. 13. d. c *Nec, in.* Non enim solũ à fornicatione, auaritia, & superbia, sed etiã à diuinationibus & augurijs & omnium gẽtium superstitionibus præcipit abstinere.

d *Viuet in eis. Ego domi.* Quia in ipsis vera vita in Christũ credentibus, quia *qui videt filium & credit in eum, habet vitam æternam.* Hoc in prioribus iudiciis & præceptis nõ addidit: lex enim non viuificat, nisi euangelium superueniat. Ioh. 6. d. † Galatinus

e *Omnis homo ad proximã.* Prohibet ne alitè ad peccantes in lege, cognationis occasione accedam, vt tandem turpia facta eorum cognoscentes prodamus, vnde subdit: *Ego dominus.* † Ro. 10. a. E

Omnis homo. Lxx. *homo ad omnem domesticam carnis ipsius non accedet, &c.* Quemadmodũ enim homo duplex, sic duplicia præcepta, interiorem & exteriorem hominem docentia. Lex exterior consanguineis misereri prohibet, sicut gentes quarum hæreditatem accepturus erat Israël, qui adeò dissolutus & deditus cãrnis voluptatibus, vt vnus multas vxores acciperet, vt sic saltem ab alienigenis abstinerent. Generationes ergo legislator Literaliter. F exequitur per ordinem, à quibus continere debent, ne confundantur generationes, & dispereant hæreditates. Talium coniunctionem turpitudinem appellat, vt abominandam horrendamq; ostendat. Notandumque, quòd cùm in principio huius legis dixisset: *Ego dominus Deus vester*: Iterauit, *ego dominus*, significans, quia nobis carne cõiunctus est, & nostræ cognatiõis particeps: tantã ergo cognationem offendere dãnabile est.

a *Ego dominus.* Nõ manifestans peccata hominum, sed delens & tegens quod fuerit confessione deletum vel detectum.

b *Turpitudinem, &c.* AVGVSTIN. Prohibet cum matre cõcũbere. Ibi enim est turpitudo matris & B patris. Nam postea prohibet nouercæ, vbi dicit: *Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis: turpitudo enim patris tui est.* Vbi exposuit quomodo in matre vtriusque sit turpitudo, id est patris & matris. In nouerca enim tantũ patris est. Prohibet nos reuelare quælibet peccata à cognatis vel amicis nobis credita, ne scil. maledictionem Cham patiamur, qui patris nuditatem fratribus patefecit. Patres intelligimus, de quibus Paulus dicit: *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Fratres quoque & matres & sorores*, de quibus addidit. *Iuuenes vt fratres: anus vt matres: iuuenculas vt sorores:* postremò cum omnibus fidelibus cognationem habeamus, secundum illud: *Multi vnum corpus sumus in Christo. singuli autem alter alterius membra.* Iuxta Lxx. decem gradus cognationis enumerantur, cuius numeri sunt omnia mãdata legis, ostendens quia quisquis turpitudinem spiritualiũ, carnalium vel cognatorum reuelat, totius legis transgressor est. In charitate enim C peccat, quæ plenitudo legis est.

Quæst. 58. in Leuit. c *Foris genita est.* AVGVSTI. Ex matre, si de priori viro susceptа cum matre in domum venit, sed cum huiusmodi sorore rem habere prohibet, si non licet turpitudinem sororis reuelare ex quolibet parente, quantò magis ex vtroque? Quid autem est, q interposita prohibitione concubitus: etiam cum suis neptibus, siue de filia, sequitur: *Turpitudinem filiæ vxoris patris tui non reuelabis.* Si enim hucusque dixisset, intelligeremus etiam cum filia nouercæ prohibitum fuisse concubitum, quam ex priore viro nouerca peperisset, nec huius cui prohibetur, esset soror, D vel ex patre vel ex matre. Cùm verò addidit, *Quæ ex eodem patre soror tua est, non reuelabis turpitudinem eius*: manifestat de sorore esse factam prohibitionem, cùm fuerit ex patre & ex nouerca, de qua iam suprà dixerat. Sed forte apertius voluit prohibere, quod superius dixit obscurè.

d *Filiæ vxoris, &c.* AVGVSTIN. Non cum filia nouercæ ex priori viro videatur prohibere concubitum, cùm ei cui prohibetur soror nõ sit, vel ex patre vel ex matre, addidit quòd ex eodem patre. Vbi suprà.

e *Turpitudinem fratris patris, &c.* AVGVSTINVS. Quæritur vtrum hoc, viuo fratre an mortuo prohibitum sit? Si fratre viuo, hoc in generali continetur præcepto, quo prohibetur homo ad alienam vxorem accedere. Quid est ergo quòd tam diligenter domesticas personas propriis distinguit prohibitionibus? Nũ enim quod prohibet de vxore patris, id est de nouerca, viuo patre accipiendum est, & non potius de mortuo viuo enim patre quis nescìebat esse prohibitum, cùm omnis aliena vxor prohibeatur? Videtur ergo de his personis loqui, quæ possunt non habentes viros conuenire in matrimoniũ, nisi fuerit lege prohibitum, sicut fertur esse consuetudo Persarum. Sed si fratre mortuo intelligatur hoc esse prohibitum, mortuo fratri non erit semen suscitandum. Sic ergo accipiendum est. Non licet ducere vxorem fratris defuncti, si defunctus posteros reliquit. Vel prohibitum est vxorem fratris duci, cui datus est libellus repudij. Posset enim aliquis putare quòd talem liceret sibi ducere, & adulterium non timere. Quæst. 60. † propinqua E Exo. 20. c. † vxor fratris patris tui est. Deut. 24. b. F Lib. 33 ca. 4.

✠ RADVLPHVS. Vnde Ioannes arguebat Herodem, quod viuenti fratri tulisset vxorem.

f *Nec accedes, &c.* Lxx. *Et ad vxorem eius non introibis.* Proinde hanc enim turpitudinem dicunt patris & fratris eius, id est patrui pudenda, scilicet vxoris.

g *Turpitudinem vxoris fratris.* In matre cõcupiscentia, actio intelligitur in filia, in nepte mors. *Concupiscentia enim parit peccatum, peccatum mortem*, vel aliud peccatum, sicut Dauid ex concupiscentia adulterauit, & pro adulterio occidit. Iacob. 1. b.

a Vire-

a nis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. Ego domi- 1
¶ Hæc locutione cum his personis concubitum vetuit.
b nus. † Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ 2
a ¶ Cum matre peccando. ¶ Ne confundantur generationes, & idem fit fibius & fratrer.
non discõoperies: Mater tua est, non reuelabis turpitudinem 2
eius. Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: tur- 3
pitudo enim patris tui est. Turpitudinem sororis tuæ ex pa- 4
a ¶ Ex patre.
c tre siue ex matre, quæ domi vel foris genita est, non reuela- 5 6 7
bis. Turpitudinem filiæ filij tui, vel neptis ex filia non reue- 7
d labis, quia turpitudo tua est. Turpitudinem filiæ vxoris pa- 8
tris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non reuela- 9
bis. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies, quia † 10
caro est patris tui. Turpitudinem sororis matris tuæ non re- 11
e uelabis, eò quòd caro sit matris tuæ. Turpitudinem fratris 12
¶ Alias patrui.
f patris tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, † quæ
tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ non 13
reuelabis, quia vxor filij tui est, nec discooperies ignomi- 14
niam eius: Et vxorem fratris sui nullus accipiat. Turpitudi- 15
g nem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris 16
a ¶ Id est, ne putes tibi ambas habere licere.
tui est. Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. 17

Gen. 9. d. 1 Tim. 5. a. Tit. 3. b. Rom. 13. c. Quæst. 19. in Leuit. Literaliter

Universidad de Diego Portales
Biblioteca

a *Vt reuelet ignominiam eius.* Quasi familiare & cognatum est nobis peccatum. Vnde inuicem debemus condolere, & onera nostra portare, vt ad impleamus legem Christi, qui peccata nostra portauit.

b *Sororem vxoris tuæ.* AVGVST. Non prohibet quamlibet superducere, quod licebat antiquis propter abundantiam propagationis: sed sororē: quod tamen fecit Iacob, vel quia nondū prohibitum lege fuerat, vel quia suppositionis fraude deceptꝰ erat, quam verò posterius accepit, de placito veniebat, sed iniustum erat priorem dimitti, ne faceret eā mœchari.

c *In pellicatum illius non accipies nec reuelabis.* LXX. in zelum illius, quasi hoc esset zelus inter sorores, quasi non sit & inter non sorores. An potius ne hoc animo fiat, vt in zelū fororis soror superducatur? *In pace nos vocauit Deus, pacem cum omnibus habeamus,* maximè cum proximis. In Iudaica quoq; conuersatione non decet ecclesiasticam suscipere, nec typicum pascha cum vero celebrare, nec circūcisionem cum baptismate. Vnde Paulus: *Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit.* Mortificata ergo Iudaica conuersatione ecclesiæ debet coniungi, quæ est soror legis, eosdem habet doctores, eosdem prophetas. Sed Iudaica conuersatio æmulatur, quia ad ecclesiam transierunt diutiæ eius. Vnde Paulus ait: *Æmulantur vos non bene, sed excludere vos, &c.* Vxor nanq; prior zelat, quia subintrat secunda. Vnde Lia ait: *Parumne tibi videtur, quod præripueris maritum mihi?*

d *Ad mulierem.* AVGVST. Cùm hoc superius sufficienter prohibuisset, hic etiam repetit, fortè ne in superioribus videretur figuratè accipiendum, vbi talia prohibentur, quæ remota observatione vmbratū in nouo testamento custodienda sunt. In Ezechiele quoque inter illa peccata quæ non figuratè, sed manifestè peccata sunt, accedere ad menstruatam interdicitur: & iustitia meritum esse si non accedatur qua in re non natura damnatur, sed concipiendæ proli noxium prohibetur.

✠ RADVLPHVS. Multi cum in scripturis talia reperiunt, abominantur, auertunt auditum, & pene legem diuinam reprehendunt. Sed meminisse debemus, quod superius legimus, cum immūdorum tractatus haberetur, vasa omnia lignea & fictilia, pelles & cilicia, quicquid illud sit, super quod immundum ceciderit, polluitur: fontes verò & cisternæ & omnis aquarum congregatio munda decernitur. Fontos namq; sunt doctorum mentes. Cisternæ verò sunt auditores. Sed quia doctores nūc de virtutibus, nunc de vitiis disputant, laudant illas, ista redarguunt: auditores quoque ista mente pertractant, sit vt siue in doctorum fontibus, siue in auditorum cisternis immūda claudantur, quorū tamen præsentia nō polluūtur, quia aliud est vitia cogitare, aut de vitiis loqui sub deliberatione peccandi: aliud, si ea intentione discutiātur, vt subtilius agnita facilius euitētur. Scriptura igitur sacra multa in suis tractatibus immunda recipit, quorū tamen tactu non cōtaminatur: quia filuuiꝰ hic paradisi sordes abluere potest, contrahere nūquam potest.

a ¶ Septem vxoris de filio tuo vel de filia prohibet duci vxorem.

a Filiam filij eius & filiā filiæ illius non sumes, vt reueles ignominiam eius, quia caro illius sunt: & †talis coitus incæstus est. 2

b Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec 3

a ¶ Opera eorum publicando, non tamen parces si non scandalizentur auditores.

c d reuēlabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. Ad mulierē 4
quæ patitur menstrua non accedes, nec reuelabis fœditatem 5

¶ Sapientia. a ¶ Gentilis qui proximus in natura. b ¶ Communicando. c ¶ Actionis doctrinæ.

e eius. Cum vxore proximi tūi non cōibis, nec seminis cōmi- 6

a ¶ Intantum vt pollueris.

f stione maculaberis. De femine tuo non dabis vt consecretur 7

a ¶ Lxx. principi. b Hoc ad singula referatur supradicta. c ¶ Cuius gloria singularis incommunicabilis.

g idolo Mōloch, nec pollues nomē Dei tui: Ego dominus. Cum 8

a ¶ Quia contra naturam. b ¶ Quia virilitter agentem & fortem non debes effœminare. c ¶ Symmachus, ineffabile.

masculo non cōmiscēberis coitu fœminēo, quia abominatio 9

e *Cum vxore.* ISICHIVS. Hīc prohibet rursus adulteriū, quod etiā in decalogo prohibetur: vnde apparet illa ita esse prohibita, vt etiam mortuis viris non ducant vxores, quarum prohibet turpitudinem reuelari. Quæst. 65. Exo. 20. e.

f *De semine.* ISICHIVS. Conuenienter hæc subiunguntur. Intendit enim legislator à libidine tam sensibili quàm intelligibili, legi subditum cohibere: vnde prohibetur & menstruata, vxor quoque proximi, quia in tali commistione adulterium est non coniugium. Vnde subdit: *Nec seminis commistione maculaberis.* Vnde: *Coniugium autem honorabile est, & thorus immaculatus.* Cum ergo de duplici fornicatione loqueretur, rectè adiūgit: *De semine tuo non dabis ido. &c.* Semen autē non solùm filios & consanguineos, sed omnem actionem & doctrinam intelligimus, quæ idolis consecrare non debemus, *quia radix omnium malorū cupiditas, quæ est idolorum seruitus.* Sed nec ea docero debemus, quæ ad idolatriam pertinent. Sic enim ad mulierem menstruatam non ingredimur, nec in errore Gentilium miscemur. Heb. 13. a. 1. Tim. 6. b. Ephes. 5. b.

✠ THEODOR. Propterea Deus inquit per prophetam: *Nūquid victimas & hostias obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, filij Israël? Et tamen recepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rēpham figuras quas fecistis vt adoraretis eas.* Inhibet ergo ne filios suos offerant idolis in ministerium sacrorum: vel vt quidam dicunt, prohibet ne liberos suos dent alienigenis principibus, vt illorum sint serui, ne participes sint impietatis eorum. Amos 5.

g *Nec pollues.* Non solum luxuriando, vel idolis immolando, sed

sed & Gentilium philosophiam in ecclesiam introducendo. A Quis enim consensus templo Dei cum idolis? 2. Cor. 6. c.

a *Mulier non.* Non solum viris, sed etiam mulieribus lex posita est. Vnde: *Mulierem fortem quis inueniet?* Sicut enim masculus animā fortem & constantem in virtutibus significat, sic mulier dignitatem suam custodientē designat, facta est enim in adiutorium viri: quę verò talis est, non debet iumentorum coitu maculari. Prou. 13. b. Gen. 2. c.

b *Nec polluamini in.* ISICHIVS. Quanta pollutio sit in prædictis, pœna pollutorū ostendit. Nec incautè prætereundum, quia ea quæ inuicem sibi coniuncta sunt, in vnum colligit, vt ostēdat, quia qui in vno pollutus fuerit, in omnibus offendit. Isc. 2. b. Mystičè.

c *Cōtamina. sunt gētes. &c.* Dæmones, qui propter multitudinē dicuntur gentes vniuersæ. Qui cū omni peccato gaudeant, præcipuè tamē fornicātione & idolatria, quia in his & corpus & anima maculatur, & totꝰ homo qui terra dicitur. Sed visitauit Deus terram, id est hominum genus. 1. Cor. 6. d.

✠ RADVLPHVS. Post admonitionem, terrorem intentat dicens, *cauete ergo.* Sed quia minus est terrena hæreditate nudari, subiungit quod magis timendum sit, dicens, *Omne animaquæ fecerit, &c.* Vbi supra.

a ¶ Cum actionibus, scilicet bestialium, vt nec sandis voluptatibus polluatis.

est. Cùm omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. † 1

a Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei, quia sce- 2

¶ Prædictis.

b lus est. Nec polluamini in omnibus his quibus contaminatæ 3

c ¶ Quantitas pœnæ quantitatem culpæ ostendit.

sunt gentes vniuersæ, quas ego eiiciam ante cōspectum ve- 2

a ¶ Pollutionem. b ¶ Visitationes ex ali.

strum, & quibus polluta est terra, cuius ego scelēra visitabo,

a ¶ Scrabones etiam contra eos producendo. b ¶ Omnes qui dixerunt: Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum Matt. 8. d.

vt euōmat habitātores suos. Custodite legitima mea atq; iu- 3 4

a ¶ Qui in lege nutritus & ab infantia. b ¶ Qui dolus deforis vobis adiectus, non intus nutritus.

dicia, & non faciatis ex omnibus istis abominationibus, tam

indigēna quàm colonus, qui peregrinatur apud vos. Omnes

a ¶ Dæmones, qui antiquiores sunt conditione.

enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt

a ¶ Humanum scilicet terram: Adæ suggerentes inobedientiam, & quomodo mala suggerunt. b ¶ Qui a domino visitati estis.

ante vos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & vos similiter 5

a ¶ Intelligibilis terra. Vnde: Discedite a me male in ign, æter. qui pa. est, &c. Matth. 25. d. Et item: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, &c. Psal. 6. b.

b ¶ Similia.

euōmat, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit 6

d ante vos. Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his

a ¶ Nunc, & prorsus in futuro.

e quippiam, pēribit de medio populi sui. Custodite mandata 7

a ¶ Quorum pœna debetis terreri.

mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, &

¶ Hoc tertio dicit. In duobus enim testibus vel tribus stat omne verbum.

ne polluamini in eis. Ego dominus Deus vester.

c *Contamina.* ISICHIVS. Hīc ostendit quia non solùm filios & consanguineos, sed omnem actionem & doctrinam intelligimus, quæ idolis consecrare non debemus, *quia radix omnium malorū cupiditas, quæ est idolorum seruitus.* Sed nec ea docero debemus, quæ ad idolatriam pertinent. Sic enim ad mulierem menstruatam non ingredimur, nec in errore Gentilium miscemur.

d *Omnis anima. &c.* Qui enim post euāgelicam prædicationem talia committunt, nullam mali medicinā non inuenient, nec in sorte hominum, sed dæmonum erunt. † infra 20. c.

e *Custodite mandata mea.* Quasi mea sunt mandata, non hominis, ad cuius imaginem facti estis: quam polluere non debetis, *quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis.* 1. Cor. 3. c.

✠ RADVLPHVS. Quam blanda & paterna admonitio. Profectò se ad infirmitatem intelligentiæ illorum deposuit: nihil loquitur arduum, nihil mysticum resonat, sed plana & aperta collocutione, tum minis, tum promissionibus ad obseruantiam eos sanctitatis inuitat. Vbi supra.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Filiam filij eius & filiam filiæ illius non sumes vt re. &c. *Cuius causa sic dicitur:*

2 Quia caro illius sunt, & talis coitus in. *Quia descenderunt ab ea, licet mediate.*

3 Sororem vxoris tuæ in pellicatum. *Id est ad cōcubitum. In Hebraïs habetur:* Sororem vxoris tuæ non accipies ad anxiandū, *quia si vna sit magis dilecta quā alia, oritur inuidia minus dilecta ad magis dilectam, & per consequens odium & anxietas vitæ inter illas: cum tamen inter sorores debeat esse pax & concordia & amor: & propter hoc subditur:*

4 Adhuc illa viuente. *Quia si prima soror sit mortua, talis inuidia non oritur: & ideo alia soror tunc accipi non prohibetur.*

5 Ad mulierem. *Hic consequenter excluditur aliqui casus, qui sunt contra bonum prolis ex inordinato coitu seu emissione seminis, cum dicitur:* Ad mulierem quæ patitur menstrua, &c. *Quia ex tali concubitu solet generari proles monstruosa seu deformis, vt dictum est suprà.*

6 Cum vxor. *Quia hoc non solum est contra proximi fidelitatem, sed etiam contra prolem, inquantum falsus hæres substituitur, & verus destruitur, saltem in parte.*

7 De semine. *Hoc exponitur dupliciter: Vno modo accipiendo semen pro spermate, quia sic aliqui sacrificabant idolis de sanguine suo, vt patet in. Reg. xviij. de sacerdotibus Baal, qui incidebant se cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine, ita etiam aliqui idolatræ faciebant sacrificium de suo semine, quia est sanguis magis digestus. Alio modo exponitur accipiendo semen pro puero nato ex semine, quia aliqui idolatræ sacrificabant de pueris suis idolo prædicto. Erat enim, vt Hebræi dicunt, idolum cupreum ad formam hominis factum interius concauum & in illa concauitate fiebat ignis, quousque idolum esset quasi ignitum & tunc ponebatur puer inter manus idoli, & sacerdos tympana percutiens tantum sonitum faciebat, quod vox pueri morientis audiri non poterat, ne parentes compaterentur, sed magis crederet animam acceptam à dijs in quiete & sine dolore.* De semine dare. Sacrificium de pueris.

8 Nec pollues nomen Dei tui. *Scilicet attribuendo ipsum idolis.*

9 Cum masculo, &c. *Quia talis coitus est contra naturam: & vocatur Sodomiticum vitium a Sodoma ciuitate, quæ propter hoc scelus subuersa legitur, Gen. xix. Similiter alij duo casus sequentes sunt contra naturam, & magis quam iste, quia in eis commistio est ad animal alterius speciei: & patet litera.*

✠ 1 Nec

MORALITER.

✠ 5 *Ad mulierem.* Per hanc mulierem intelligitur sensualitas secundum Augustin. & ratio dicitur vir eius secundum eum. Mulier igitur dicitur menstruata, quādo sensualitas est vitiis corrupta, ad quam vir accedit, quando ratio in malo sibi assentit, & ex tali assensu sequitur partus peccati malus, sicut ex accessu ad mulierem menstruatam de communi cursu sequitur partus mōstruosus.

7 *De semine.* Sicut dictum est suprà semen est verbum Dei: igitur semen idolo Moloch consecratur, quando ad exercenda sortilegia nequiter applicatur, sicut venenum latens sub melle propinatur.

✠ *Mulier*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nec polluamini. *Hic concluditur comminatio respectu trāsgressorum, & ponitur exemplum de Chananæis propter vitia prædicta a terra sua delendis, cum dicitur:*

2 Quas ego. *Et ex hoc concluditur propositum, cum dicitur:*

3 Custodite legi. *i. præcepta ordinantia ad Deum.*

4 Atque iudi. *i. præcepta ordinantia ad proximum.*

5 Ne & vos sim. *i. ignominiose & turpiter ejecti at tanquam abominabiles Deo & hominibus.*

6 Omnis anima. *i. homo.*

7 Peribit de med. *per iudicium humanum si fuerit conuictus, vel per iudicium diuinum si euaserit humanum.*

Morale. *Circa ea ista potest poni breuis moralitas: per reuelationem enim turpitudinis intelligitur inobedita detectio criminis, quæ fit xij. modis, secundum quod xij. vicibus hic dicta reuelatio replicatur. In primo gradu est detractor, qui dicit aliquid, vt minus de alio habeatur: in secundo est maledicus, qui tacendo immut, vt peius suspicetur: in tertio reprehensor, qui nimis exaggerat, vt grauius credatur: in quarto susurro, qui in aure loquitur, quasi ex charitate moueatur: in quinto bilinguis, qui aliter de presente, aliter de absente loquitur, & vnum vni, & alterum alteri: in sexto adulator, qui præsentem etiam de malo commendat, vt ei præ alijs placeat: in vij. æmulator, qui iuxta malum alterius bona propria fingit & demonstrat, vt fama alterius vilescat: in octauo murmurator, qui malum seminat, vt omnibus clareat: in nono maledicus, qui verba mala recitat, vt turbatio excitetur: in decimo simulator, qui mala aliorum exaggerat, vt ipse iustus putetur: in vndecimo diffamator, qui ex relatione malorum apparentium verba bona obnubilat, vt innocens condemnetur: in duodecimo mendosus, qui de alijs falsa refert scienter, vt in hoc delectetur. Segnum enim habitus generati est delectatio in opere vij. ethicorum.*

✠ NICO-

MORALITER.

✠ † *Mulier non, &c.* Moraliter mulier succūbit iumento, quādo discipulus mollis & effœminatꝰ doctori pestifero se subijcit, & per talem doctrinam discipulus iumentis inlipientibus comparatur, & similis illis efficitur.

✠ *MORA-*

ADDITIO I.

In capit. xviij. vbi dicitur in postil. Quæ faciens homo viuet in eis. Cum hic dicitur: Quæ faciens homo viuet in eis, *non videtur intelligendum de vita naturæ. Nam licet verum sit, quod in statu veteris testamenti prosperitas & aduersitas filiorum Israël communiter sequebatur ex obedientia vel inobedientia eorum respectu mandatorum Dei, hoc tamen erat in vniuersali respectu totius populi, non autem respectu cuiuslibet personæ singularis. Multi enim iusti etiam in illo tempore affligebantur & persecutiones patiebantur, vt patet de Iosia rege, & Ieremia & alijs. Vnde quia hic loquitur singulariter dicens:* Quæ faciens homo viuet in eis, *intelligendum est de vita gratiæ vel gloriæ prout in postilla sequitur. Non autem de vita naturæ, iuxta illud Eccl. 4. a.* Vniuersa æquè eueniunt iusto & impio, &c.

ADDI-

ADDITIO II.

In eodem cap. xviij. vbi dicitur in postilla: Omnis anima. *id est, omnis homo: peribit de medio populi sui per iudicium humanum. Non est intelligendum, q. vbicunque dicitur in lege:* Peribit de medio populi sui, *quod talis transgressor per iudicium humanum interficiatur, si fuerit conuictus: esset enim valde durum dicere, quòd per comestionem modici adipis vel sanguinis, aut per inuentionem modici fermenti in alicuius domo in paschate, condemnaretur homo sententia capitali: vnde secundum Hebræos numerantur in lege Mosaica xxxvij. casus in quibus dicitur:* Peribit vel interibit de populo suo, *quorum aliqui sunt in quibus iudicio humano conuicti erant rei morte corporali, alij vero non sic, sed semper relinquebantur iudicio diuino. Qui autem sunt isti casus vel illi, esset longum enarrare & superfluum, cum iam ista quæ pro maiori parte iudicialia sunt, cessent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XIX.

a *Locutus est dominus. Sanctificate.* ORIG. Quid significet hoc nomen quod est sanctum, requirendum est. Sancta dicuntur vasa ministerij, & sancta vestimenta, loca quoque in vrbibus vel suburbibus sacerdotibus deputata sancta dicuntur, & primogenita boum vel pecorum. Si ergo inquirantur quo sensu hæc dicuntur sancta, aduertimus quomodo operam demus vt sancti simus. Natus est mihi primogenitus bos, non licet eũ occupare ad commune opus, quia domino sanctus. Nulli ergo quod sanctum est, seruire debet nisi Deo soliuat vsus cõmunes communibus debemus vti. Qui ergo se Deo vouit, separatus à negotiis seculi, & ab his qui carnaliter viuunt, vt ei placeat cui se probauit, sanctꝰ appellatur.

B Dñi enim vulgo misceatur, non potest esse sanctus. *Sancti estote, &c.* Quasi *separamini etiam à fratre inordinate ambulante, & ab omnibus concupiscentijs seculi.* Sic eritis primogeniti vituli. Non operetur per vos peccatum, nec iugum imponat malitia, deseruite tãtum sacerdotalibus vtibus, quia ego sanctus sum, longè sc. ab omnibus qui operantur & colũt, siue in cælo siue in terra: omnem excedo creaturã quã feci: vos ergo estote segregati ab his qui nõ sunt sancti. Græcus quoque sermo ἅγιος extra terram sonat, vt sc. in cælo conuersationem habeatis.

Phi. 2. c. Vbi supra cap. 5.

✠ RADVLPHVS. *Quod est homo vt sequi possit regem factorem suum.* Verba sunt Salomonis, iure enim ab homine similitudo Dei exigitur: quia ad imaginem & similitudinem Dei factus est homo.

b *Vnusquisque.* Super fundamẽtum ædificat: quasi estote sancti, vt sanctus habitet in vobis, & naturæ benignitatem impendite honorando patrem & matrem.

Cap 5. ✠ RADVLPHVS. Mouet me cur ad imitationem nos inuitans Deus, statim de honore parentum mandat, eũ apud Deum nulla huiusmodi consanguinitas inueniatur in qua huius præcepti formã considerãs homo, habeat quod imitetur. Sed iustus est Deus.

C Iustitia autẽ est, vt singulis sua reddãtur. Imitatur Deũ, quisquis honorem parentibus debitum reddit. Agit enim quod iustitiæ & pietatis est, quæ vtraque in Deo reperiuntur, si non erga superiores, quia Deo superior nullus est, certè nobis quos condidit abunDanter impenduntur.

D

c *Sabbatha mea.* ISICHIVS. Mandata legis volens recapitulare. i. *nõ occides, non fur aberis, &c.* inquit. *Sabbatha mea custodite.* Verum enim sabbathum, est ab omni malo cessare. Vnde Moyses: *Omne opus seruile non facietis in eo.*

Exo. 20. b. Exod. 31. f. Leuit. 23. a.

CAP. XIX.

a OCVTVS est dominus ad Moysen dicens: 1
Loquere ad omnem cœtũ filiorum Israël, 2
a ¶ Quia estis templum Dei. ¶ Reste sanctificationem proponit, quia fundamentum virtutis est.
& dices ad eos: † Sancti estote, quia ego 3
a ¶ Quasi sine sanctitate non potestis mecum esse.
sanctus sum dominus Deus vester. Vnus- 4
b quisq; patrem suum & matrem suam timeat. Sabbatha mea 5
a ¶ Id est condescendere his, quos idolorum lex vana & prophana deprimit.
d custodite. Ego dominus Deus vester. Nolite conuerti ad ido- 6
a ¶ Quorumlibet animalium statuas, vel pecuniæ thesauros, quos quasi Deos adorant, qui congregant, nec inde aliquid minuere præsumunt. b ¶ Non alio indigetis.
la, nec deos cõflatiles faciatis vobis: Ego dominus Deus ve- 7
a ¶ Vel salutarium: ea scilicet quæ ad salutem pertinent operando.
e ster. Si immolaueritis hostiam pacificorum domino, † vt sit 8
a ¶ Deo acceptabilis. b ¶ In præsenti scilicet vita.
placabilis, eo die quo fuerit immolata, comedetis eam & die 9
altero. Quicquid autem residuũ fuerit in diem tertium, igne
a ¶ Vt post hanc vitam putet se quod minus fecit perfecturum.
cõburetis. Si quis post bidũum comederit ex ea, prophanus

†18. dist. c. oportet. 82. distin. c. proposuisti. & c. plurimos. Exo. 16. f.

✠ RADVL. In Sabbathi requie vt ait 6. Aug. quæst. in Exod. cũ ibi opera seruilia iubẽtur cessare, magna est altitudo gratiæ Dei. Tũc enim fiunt cũ requie opera bona, cum fides per dilectionem operatur. Timor autẽ tormentum habet, & in tormento quæ requies? Sequitur:

d *Ego dom.* ✠ IDEM. q.d. Ego qui quietem diligo, qui animabus vestris quietẽ tribuo: & quod interim minus est in vestra requie, in æterna vita me adimpleturum esse repromitto.

e *Si immol.* Omnia ferè legis capitula reiterat, vt eorũ memoriã auditoribꝰ infigat, sed maximè necessaria, sicut hoc mandatũ, qđ superius proposuit, cũ de sacrificiis ageret. Sacrificiũ salutare accepit, in quo quæ ad salutem pertinẽt necesse est operari, vt autẽ sit acceptabile, oportet immolari pietatẽ & pudicitiã. Hoc enim secundũ Apostolũ bonum est & acceptũ coram saluatore nostro Deo, *qui vult omnes homines saluos fieri.* Comedere autẽ in die immolationis & altero, est in vita præsenti quæcũq; ad salutẽ pertinent operari: hodie enim & cras pro præsenti seculo accipiuntur. Vnde Iacobus: *Qui dicitis hodie & crastino ibimus in ciuitatem, &c.* Dies tertia, quia in ipsa dominus à mortuis resurrexit, figuram gerit futuri seculi & resurrectionis, in quo non licebit operari, sed oporum susc ipere retributionem. Qui ergo hîc viuit tanquam illic operaturus sit, tãquam die tertia sacrificium manducaturus, à legislatore hoc facere prohibetur, quia virtutẽ imperfectam relinquit, tanquam ibi perficere possit.

Myſticè. 1. Tim. 2. b. Iacob. 4. c.

F

a *Cum*

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XIX.

1 OCutus est. *Hic cõsequenter ponitur præcepta ordinatiua vitæ, prout homo est principiũ operationis. Oportet autem quatum ad hoc hominẽ ordinari respectu affectus rationalis, motus vegetabilis, actus sensualis, & communiꝰ animi.* Et secundũ hoc istud capus diuiditur in quatuor partes. *Secunda ibi:* iumenta tua. *tertia ibi:* Non augurabimini. *quarta ibi:* Coram cano capite cõsurge. *Circa primũ secundũ q. affectus rationalis bene ordinatur erga superiores per reuerentiã, erga pauperes per misericordiã, erga omnes per innocentiã. Et secundũ hoc prima pars principalis huius cap. diuiditur in tres. Secunda incipit ibi:* Cum messueris, *tertia ibi:* Non facietis fur. *Circa primum dicitur per modum præambuli:*

Diuiſio.

2 Loquere ad. *quia magna pars legis ad quam omnes obligantur, in hoc cap. replicatur.*

3 Sancti. *hoc cõcluditur ex dictis in ca. præce. vt turpitudines & immunditia sint exclusa: immunditia autem exclusio est sanctitatis seu rentiam*

munditis conclusio. Consequenter inducitur homo ad parentum reuerentiam, cum dicitur:

4 Vnusquisque. *offensam eorum præcauẽdo, & quia ex sensibilibus manu ducuntur ad insensibilia, ideo consequenter inducitur homo ad reuerentiam Dei qui est pater spiritualis, cum dicitur:*

5 Sabbatha. *qualiter sit autem intelligenda obseruatio sabbathi, dictum est diffusius Exo. xx. Et quia maxima irreuerentia fit Deo, quando eius cultui idolis tribuuntur, ideo subditur:*

6 Nolite conuerti. *eis quancunque reuerentiam exhibendo.*

7 Nec deos. *per hoc etiam excluduntur idola, quæ sunt per sculpturam, seu per quẽcunque aliunm modum. Sed scriptura loquitur in casu frequentius accidente, quia vt frequentius fiebat de auro vel argẽto vel aliis metallis. Et quia sacrificia illius tẽporis non erant accepta secundum se, sed inquantum fiebant ex obedientia ad Deum, vt suprà dictum est, ideo subditur:*

8 Si immolau. *si vultis quòd Deo sit placita, facietis quod subditur:*

9 Eo die quo. *quia sic præceptum est de hostia pacifica suprà. xxj. c. Sed quia ibi non determinatus pœnã transgressionis, ideo hîc repetitur*

✠ *vt dicta*

MORALITER.

✠ 1 *Locutus.* In huius capituli processu plura ponuntur, quorum sensus literalis est, & etiam moralis propter quod sunt pertransecunda.

8 *Si immolau.* Per hostiam pacificorum, Moraliter intelligitur opus meritorium, per duos dies duo tempora sc. tempus productionis rerum à Deo, & tempus reductionis omnium in ipsum. Primum tempus est ab Adam vsque ad Christum. Secundum verò à Christo vsque ad iudicium. Per hoc ergo quod dicitur, quòd hostia pacifica comedi debet primò die & altero, significatur, quòd opus meritorium in duobus dictis temporibus habet locum: & non post iudicium.

✠ 1 *Cum*

a *Cum messu.* Vt dilectionem adinuicem habeamus, vt amatores & misericordes in pauperes simus, præsenti capitulo præcipitur. Debemus enim egentibus dare, nec debita violenter exigere, & reliquias bonorum nostrorum concedere, imitãdo Deũ datorem omnium. Propterea metentes vel vindemiantes vult aliquid derelinquere pauperi & proselyto, ne datori omnium vi deatur ingratus, qui aliis diuitias dedit, alios de aliorum reliquiis viuere voluit, vt sic probaret dispensationem diuitum, & patientiam pauperũ. Pauperes enim & proselytos non abiicit, quibus etiam sic victum prouidit. Vnde subdit: *Ego dominus Deus vester*, scilicet q. diuites facio, qui pro vobis pauper fio, qui propter miseriã inopum & gemitum pauperum aliquando exurgam.

† Matt. 5. c.

✠ PROCOP. Meminerimus communicandum esse necessitati pauperum, quanuis nullo contractu his simus obstricti. Satis argumenti est, quo conuincimur pauperibus benefaciendũ, quod etiam homines sunt, & communicatione naturæ nos attingũt.

B Allegor. *Cum messueris, &c.* Apertè ostendit quia doctores Iudæorum totius legis interpretationem non capiunt, sed quædam pauperi & proselyto derelinquunt, gentibus, scilicet quibus dicitur: *Beati pauperes, &c.* Qui & proselyti sunt, quia cognationi Abrahæ se ingerunt. Quod ergo dicitur: *Non occides. Non mœchaberis:* metant Iudæorum doctores. Quæ autẽ spiritualem habent interpretationẽ, sicut emundationes, sacrificia, & similia præcedant ecclesiæ doctoribus, & quæ illis metentibus decidunt, id est quæ ipsi non intelligunt.

Matt. 5. b. Exod. 20. b.

Esa. 5. b. b *Neque in vinea.* ISCHIVS. Vinea domini sabaoth domus Israël est, quæ debuit facere vuas, & fecit spinas, quõdam tamẽ paucos racemos habuit, id est, sanctos diuersi temporis quos Iudæi colligere, & in diuitiis suis thesaurizare non possunt, quia non imitantur vitam eorum, sed pauperi & proselyto derelinquunt. Nobiscum enim sunt quotquot iusti apud eos fuerunt. Vnde memoriæ eorum à nobis, & non ab illis annis singulis celebrantur, vt experimento diuinum eloquium comprobetur.

Quæst. 68. in Leuit. Quæstio de mendacio.

c *Non facie.* AVGVST. Hoc in decalogo positum est, quod dicit: Non mentiemini, nec calumniam facietis. In hoc præcepto videtur contineri: *Neque falsum testimonium dices*, quia calũnia sine mendacio fieri non potest, quod falso testimonio concluditur. Sed quæritur vtrum aliqua compensatione facienda sinit (sicut penè videtur omnibus) quòd mentiendum sit pro salute, vbi nemo lædatur, an similiter ergo furandum, etiam quando ei

C cui fit consulitur? Velut si quis volenti se occidere furetur gladium. Si calumnia ad maius gaudium futurum fiebat, quam Ioseph fratribus de scypho inferebat, quibus etiam explorationis falsum crimen intenderat. Fortasse enim furtum non est, nisi quando alieno occultè ablato, proximus læditur, & calumnia, quando falsi criminis obiectione proximus læditur. Mendacium autem non possumus dicere tũc tantũ esse. Cum enim à sciente dicitur, mendacium est, siue quis siue nemo lædatur. Absolutè autem dicitur: *Non mentiemini*, sicut illud: *Non facies tibi idolũ, non mœchaberis, non fur aberis.* Idolatria autẽ & mœchia & furtum sicut est definitum, iustum esse non potest: & non occides: quia cum homo iustè occiditur, lex occidit, non tu. Nũquid similiter potest dici, cum homo iustè mẽtitur, lex mentitur? Mentitæ sunt obstetrices, & bona Deus illis retribuit. Mentita est Raab & liberata. An ex quo dictũ est in lege, *non mentiemini*, ex illo non licuit in tali casu vel causa iocandi mentiri? Sed magis, quia iniustum erat mendacium, ideo prohibitum, non quia prohibitum, ideo iniustum. Forsitan ergo sicut obstetrices non remuneratæ sunt, quia mentitæ sunt, sed quia infantes liberauerunt: & propter hanc misericordiam veniale fuit peccatum, non tamen nullum. Sic Raab liberata propter liberationem exploratorum, pro qua fuit veniale peccatum. Sed ne putet quisque in cæteris peccaris, si propter liberationem hominum fiant, ita posse concedi veniam: multa enim mala intolerabilia & detestanda talem sequuntur errorem.

Exod. 1. d. Ioseph. 2. a. Gen. 44. a. † populo suo † non metes totum angulum agri tui Infrà 26. a. Matt. 14. a. Ioan. 1. c. 1. Cor. 6.

✠ PROCOP. Hæc edicta non liberos sed seruos concernunt. Nam lex gratiæ ita imperat cum reprehensione. *Quare non potius iniuriam accipitis?* Siquidem iniuriam accipere quàm facere multò præstabilius est. Lex prohibet periurium: at lex gratiæ inhibet iusiurandum, quo magis honoretur ipse Deus.

d *Non mentiemini.* Cognationem peccatorum ostendit. Multa putamus parua, quæ sunt maxima, vt mendacium, periurium, quæ furto sunt coniuncta, & rectè, quia hæc furto cooperãtur.

e *Non periu.* LXX. Non leuabitis nomen meum in iniustum iurandum: in iniusto est, non solùm quod prævaricatur, sed etiã quod iniustè custoditur, sicut iuramentum Herodis ad filiam Herodiadis: talia iuramenta nõ debent fieri, vel si fiant, custodiri.

f *Nec pol.* Maledicendo, quia iusiurandum transgredi non potes. Deus enim per quem iuras, intantum vult bona: vt si mala minetur, non tamen inferat: si pœnitentes videat, vt pietatem impendat. Vnde addit: *Ego dominus, prius scilicet misericors, præstabilis super malitia.*

Ioan. 1. c.

g *Non faces calumniam.* AVGVST. Omnia quæ prohibentur

F com Vbi supra.

NICOLAVS DE LYRA.

†*vt dicta pœna exprimatur, cũ dicitur:* Et peribit anima illius, &c.

1 Cumque messue. *Hic consequenter ponitur ordinatio rationalis erga pauperes per misericordiam, cum dicitur:*

2 Non tondebis. *Aliqui expositores dicunt quòd vera litera est* tundes *id est conteres, & dicitur à tundo, is sed hoc non videtur verũ, quia hîc non loquitur scriptura de tritura segetum, sed de collectione earum, & ideo vera litera est:* Non tondebis, *id est non secabis.*

3 Vsque ad solum. *Quia sicut dicunt aliqui, debebat dimitti stipula pauperibus colligenda. Sed hîc non est intellectus scripturæ, sed magis de spicis prope terrã nõ seminatã existentibus. Vnde in Hebræo habetur:*

Tob. 4. c. Non finies vel complebis angulum terræ tuæ ad metendum: *Quia in colligendo messem suam non debebat aliquis procedere vsq; ad extremitates campi sui, vbi messis partim conculcatur à transeuntibus, partim à bestiis corroditur, propter quod illud quod remanet non est magni valoris: & ideo le præcepit illud dimitti pauperibus, sicut & spicas fugientes manꝰ metentiũ, & alia quæ subduntur, & patet litera.*

4 Non fa. *Hic consequenter ordinatur affectus rationalis ad omnes per innocentiam. Ratio enim naturalis dictat nulli esse nocendum, & ideo primò prohibet nocumentum facto & occulte, cum dicitur:* Non fa. fur. *Qualiter autem istud sit intelligendum, dictum fuit plenius Exod. xx. secundo prohibet nocumentum verbo, cum dicitur:*

5 Nõ mentie. *Licet enim omne mendacium sit fugiendũ generaliter, tamen hîc prohibetur mẽdacium permittosum specialiter, ideo sequitur:*

6 Nec decipiat. *Consequenter prohibetur nocumentum verbo iuramento firmato, cum dicitur:*

7 Non periu. in no. meo. *Et quia per tale iuramentum non solum fit iniuria proximo qui læditur, sed etiam ipsi Deo qui in testem falsitatis adducitur, ideo subditur:*

8 Nec pol. no. *Cumque sic subinungitur:* Ego dominus. *& ideo mihi honor & reuerentia debetur. Consequenter prohibetur nocumentum facto aperto, cum dicitur:*

9 Non. *Calumnia enim est extorsio rei alienæ cum quadam apparenti ratione, sed non vera.* Calumnia.

✠ 1 Nec

MORALITER.

✠ 1 *Cum messueris segetes terræ tuæ, &c.* Per hoc datur intelligi, quòd de omnibus bonis à Deo datis homini, debet indigẽtibus misericorditer subuenire, & maximè de bonis spiritualibus, quæ communicata aliis non diminuuntur, sed potius augmentantur.

Non maledices surdo. Per surdum hîc intelligitur quicunque non intelligens alterius maledictum, siue sit surdus corporaliter, vel absens localiter, vel ignorans idioma maledicentis.

Nec coram eo pones offendiculum. Dando simplici occasionem ruinæ. Matth. xviij. a. *Quicunque scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit sibi vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.*

Universidad de Pontificia Bibliotheca

A committi in proximum, ad hoc vnum referenda sunt quod dictum est: *Non nocebis proximo.* Nam quod sequitur: *Non rapies,* nihil ad hoc refertur, ne rapiendo noceatur, euenit vt non rapiendo quis noceat, nam gladius infamienti rapiendus est.

Moraliter. a *Nec vi oppri.&c.* Paulatim auditorem erudit, & quæ videtur parua, magnis coniungit: vt qui de nimia malorum pœna territus, abstineant à minoribus. Quæ enim sociantur in mãdato & i pœna. Qui enim in vno offenderit, omnium reus est. Ideo vim calũniæ coniungit. Nec differt quomodo quis res suas perdat, vel fraude vel potẽtia, vel quolibet alio modo.

Iacob.2.b.

†Deut.1.c. Rom.12.b. Eph.6.b. Act.10.f. Iaco.2.b.

b *Nõ morabitur.* Merces, scilicet qua forsitã viuit cum vxore & filiis & parẽtibus.

B Si differtur deficit victus, etiam si in crastino recipiat vim & calumniam pertulit quia interim vnde vineret, non habuit.

-publicè

†Ecc.10.a.

c *Opus mercen.* Merces prædicatoris ex verbo est predicationis, quod non debet apud nos morari, id est otiosum esse vsq; mane, in futurum, scilicet seculũ qui huic nocti succedit, in quo est lux inextinguibilis. Ex prouentu enim discipuli crescit merces magistri.

†Deu.11.b.

d *Non maledices.* Surdo maledicere est absenti & non audiẽti derogare. Coram cæco offendiculum ponere, est discretam quidem rem agere, sed ei qui lumen discretionis non habet, scandali occasionem præbere.

e *Non facies.* ISICHIVS. Summam & perfectam iustitiam lex maxime in præsentibus constituit, recto itinere procedẽs, prius prouidens pauperibus, deinde potentes & principes erudiens. Ostendit enim non debere personam accipi, nec furtum vel calumniam facere, nec periurare: quæ & si diuitibus & potentibus aliquando contingunt, propria tamen pauperum peccata

C

Prou.30.b.

sunt, qui ad hæc paupertate videntur compelli. Vnde Salomon: *Aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.* Vi autem D opprimere & mercede priuare, & surdum ac cæcum irridere, diuitum & potentum sunt.

✠PROCO. Nosse ipsum iustum non humanarum virium est, sed discitur ex inspiratione diuina & lege. Præterea eiusdem Dei munus est, posse obseruare iustũ, vt nec gratia vel misericordia corrumparis. Sic apud Deum cum iudicat, facessit misericordia, & vnicuique tribuit secundum opera. Sic etiam nunc cum gratia regnat, cessat iudicium, nisi fortassis instituat nos docere & erudire. Nam Deus non misit filium vt iudicet mũdum sed vt seruetur mundus.

a ¶ Merces operis quãm meruit.

a tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenab

c a ¶ Inobedienti. Vade Esa.42.c. Surdi audite, & cæci venite ad videndum. Hi non sunt maledicendi, sed docendi & corrigendi.

d rij tui apud te vsque mane. Non maledices surdo, nec coram 3 4

a ¶ Ignorante. b ¶ Prauo dicendo vel agendo.

cæco ponespersonam pauperis, nec 5

¶ Quibus prohibet.

e quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est, nec 6 7

¶ O iudex. a ¶ Vt pro paupertate à iustitia declines, quia Deus iustus iudex nec debes esse misericordior illo.

b ¶ Quia nemo potentior Deo, cuius est iudicium, cuius personam geris in iudicando.

iniuste iudicabis †. Nec consideres personam pauperis, nec b 8 9

f honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris 10 11 12

g criminator, nec susurro in populis. Non stabis contra san- 13

a ¶ Quemlibet hominem.

guinem proximi tui: Ego dominus. Non oderis fratrẽ tuũ in 14

a ¶ Quamuis adhuc odisse fingas, vt corrigas. vnde: Nolite quasi inimicum æstimare illum, sed corripite vt fratrem. b ¶ Non latenter detrahendo. ¶ Consentiendo.

cõrde tuo, sed publicè argue eum, †ne habeas super illo pec- 15

a ¶ Mihi vindicta, & ego retribuam dicit dominus. Rom.12.d. ¶ Vt vindices.

h catum. † Nõ quæras vltionẽ, † nec memor eris iniuriæ ciuiũ 16 17

a ¶ Hæc est totius legis confirmatio & abbreuiatio. Plenitudo enim legis est charitas.

b ¶ Lxx. Proximum. c Qui veram charitatem erga vos habeo. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ioan.15.b.

tuorũ. † Diligẽs amicum tuũ sicut teipsum: Egõ dns. † Leges 18

a ¶ Populares. b ¶ Cum Iudæis & Gentibus.

i meas custodite. Iumẽta tua nõ facies coire cũ alterius generis 19

Aut

✠ 1 Nec. *Motu voluntatis inique absque rationis allegatione.*

2 Non mo.op. *Id est merces operis sui, quia tales communiter sunt pauperes de quotidiano labore viuentes, & ideo non possunt expectare solutionem absque suo detrimento.*

3 Non maledices. *Hic accipitur surdus non solum priuatus sensu auditus, sed etiam non audiens, sicut est absens.*

4 Nec coram cæco ponos offendi. *Similiter hic non accipitur cæcus non solum priuatus visu, sed etiam non videns, vel non aduertens offendiculum. Dicit etiam Ra.Sa. hic, quòd cæcus hic intelligitur ignorans vel simplex, de quo prohibetur dari sibi scienter consilium malum in aliqua negotio, ideo subditur:*

5 Sed timebis dominum. *q.d. licet non debeas tales personas timere, tamen debes cauere à nocumentis eorum timore Dei, qui videt & vindicabit, consequenter ordinatur rationalis affectus quantum ad iudices, cum dicitur:*

6 Non facies quod iniquum. *Poenam inde habituri alicui imponẽdo.*

7 Nec iniuste iu. *Motus fauore vel odio, sententiam iniustam pronunciando.*

8 Nec cõsid. *Non prohibetur cõdescensio ad pauperes in his quæ possunt fieri absq; lesione iustitiæ, sed in his tãm p. quæ iustitia laederetur.*

9 Nec honores vult. *Licet enim potentes ratione sui status sint præ aliis minoribus honorandi in communibus, non tamen in his per quæ iustitia laederetur.*

10 Non eris crimina. *Detegens crimen proximi tui manifeste.*

11 Nec susurro. *Faciens hoc occulte.*

12 Non stabis contra san. *Iungens te illis qui machinantur in mortem innocentis.*

13 Non oderis. *Ex rancore & odio dissimulans peccatum suum, donec possis destruere eum.*

14 Sed publice. *Id est voce expressa, secundum illud Matth.xviij.b.* Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum, &c. *Si autem per hoc quod dicitur publice intelligatur correptio facta in publico seu iudicio, tunc est intelligendum de peccatis quæ possunt probari, & tunc talis correptio pertinet ad iudicem exequendo, ad accusantem & testes denunciando & testificando.*

15 Nec habeas super illo peccatum. *Si enim correctionem fratris sui aliquis omitteret, vt in peius rueret, faceret contra charitatem.*

16 Non quæras vltionem. *Luore vindictæ, potest tamen quæri amore iustitiæ.*

17 Nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. *Scilicet ad vindicandum luore vindictæ, potest tamen haberi memoria ad vindictam amore iustitiæ.*

18 Diliges amicum tuum sicut teipsum. *Li sicut non importat æqualitatem sed imitationis similitudinem: quia amicabilia ad alterum veniunt ex amicabilibus ad seipsum, vt habetur ix. Ethic.* Diuisio.

19 Iumenta tua. *Hic consequenter ordinatur homo quantum ad motum vegetabilis secundum autem Philosophum 9. de anima, duo sunt opera animæ vegetatiua, scilicet generatio & alimento vti. Vsus verò alimenti duo respicit, scilicet nutritionem & augmentum. Primò igitur ordinatur homo respectu generationis. Secundò respectu augmenti, ibi:* Quando ingressi fueritis. *Tertiò respectu nutritionis, ibi:* Ego dominus. *Circa primum ordinatur homo in generationis. ibi:* Iumenta tua. *Hæc ad literam videntur esse ridicula, nec à prophetis & spiritualibus viris sunt obseruata. Vnde Dauid dicit:* Matt.18.c. Luc.17.a. *Ponite filium meum Salomonem in mulam meam. Oportebit autem secundum literam, ea quæ ex tali commistione nascebantur, abominari. Vnde:* Reg.1.c. *Mulier quoque fortis inueniet lanam & lineum, & operata est vtile manibus suis.* Prou.31.b.

✠PRO.

✠ 19 *Iumenta tua non, &c.* Per iumenta significantur subditi simplices, qui non sunt permittendi cùm hæreticis & malis hominibus habitare: quia de facili decipiuntur.

✠ 1 *Agrum*

✠PROCO. Sub hoc typo ostendit Deus non esse iugum trahendum cum infidelibus, nisi fortassis vt quærat lucrari suæ religionis homines. Huc facit quod præcipit, ne diuerso semine conserantur agri, & ne induamus vestes ex diuersi generis filis cõtextas. Verum sub his inuolucris grauissime edicit, ne simus adulatores & hypocritæ.

a ¶ Ecclesiam tibi commissam. b ¶ Catholica doctrina & hæretica. c ¶ Cultura Christi & idolorum. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Matth.6.c.

Lib.14.in Leuit.cap.1.

✠a *Agrum non seres, &c.* RADVL. Ager sancta est ecclesia, cui per Apostolũ dicitur, *Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Semen autem verbum Dei.* Diuersum itaque semen in agro seminat qui super Cathedram Moysi constitutus, dicit & non facit, bona loquitur & mala operatur. Verbo triticum spargit, exemplo autem suo zizania. Vnde & in

†lana & lino. 1.Cor.3. Luc.8.

Matt.5.g. Matt.12.c. Gal.5.c. Iaco.2.c. Mystice.

a animantibus. Agrũm non seres diuerso semine. Vestẽ quæ ex † b † duobus texta est non indueris. Homo si dormierit cum mu- 1

¶ Per culpam. ¶ Per naturam. ¶ Sanguinis Christi.

c liere coitu seminis quæ sit ancilla etiam †nubilis, & tamẽ pre 2

a ¶ Quia libertate Christus nos liberauit.

d tio non redempta, nec libertate donata, † vapulabũt ambo, 2

e & non morientur, quia non fuit libera. Pro delicto autẽ suo 5 4

¶ Christum.

offeret domino ad ostium tabernaculi testimonij arietem,

¶ Christus. ¶ Alias peccato.

†orabitq; pro eo sacerdos & pro delicto eius coram dño, & re- 5

f ppitiabitur ei, dimitteturq; peccatũ. Quãdo ingressi fueritis 6

†expiabit ipsum

b *Homo si dormie.* ISICHIVS. Cum prohiberet iumenta misceri cum iumẽtis alterius generis, eos scilicet qui sunt subiugo Christi susciperе iugum legis, opportune hoc subdidit ostẽdes, quia & ante aduentum Christi quicunque exterius miscebatur Iudæis indigebat sacrificio veri arietis.

B Homo si dor. &c. Nota quanta differentia libertatis & seruitutis. In libera enim desponsata mors adulterij pœna est. In ancilla autem nubili, & secundum Lxx. custodita homini, id est desponsata, sacrificium iubetur offerri, non mortem inferri. Spiritualiter tamen hæc intelligenda sunt.

✠PROCOP. Sub his typis demonstrantur iniuriæ, quibus afficiuntur pij homines. Sunt siquidem pij liberi, at impij sunt serui. Qui vos tangit, inquit, quasi si tangat oculi sui pupillam.

c *Nubilis.* Lxx. Custodita homini, id est synagoga custodita legi, quæ Christo non poterat despondi, priusquam moreretur lex legis. Vnde: *Mortui estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius:* ancilla est synagoga, secundum illud: *Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera.*

Rom.7.a. Gal.4.c.

d *Vapulabunt ambo.* Lxx. Visitatio erit eis, id est liberabuntur à seruitute legis, secundum quòd filiis Israël de Ægypto liberandis dicitur: *Visitans visitaui vos.*

Exod.3.e.

e *Et non morientur.* Quamuis enim secundum literam ageret, non secundum spiritum quia legislatoris intentionem ignorabant, facilius tamen assequebantur veniam.

f *Quando ingressi.* Permanet in proposito ostendens fructum bonum ante Christi aduentum non habuisse Iudæos, cùm dicit fructum non esse edendum in triẽnio nec mundum, sed quarto anno mundandum, nec dicitur quæ sit mundatio. Spiritualiter ergo intelligendum est quod dicitur.

Quando ingressi fueritis terram. Terram vocat diuinam scripturam quàm primò Iudæi susceperunt. Vnde plantare ligna pomifera

✠ *generandum applicantur, & quantum ad hoc dicitur:* Iumenta tua. *Quia ex aspectu talium possent homines aliqui induci ad bestialitatis vitium, quod est coitus cum bestiis. Præcipitur etiam hoc in detestationem idolatriæ, quia idolatræ colentes cœli militiam, in coniunctionibus planetarum faciebant coniunctiones diuersorum animalium, & eadem ratione diuersa semina in eodem agro coniungi seminabant, & vestibus ex pluribus contextis, vtpote ex lana & lino vel ex diuersis coloribus vtebantur in veneratione siderum: propter quod talia prohibentur. Dicit autem Iosephus, quòd vestis ex duobus contexta, aliis nisi summo sacerdoti prohibebatur, quia in vestibus summi sacerdotis erant tales varietates: & ideo non erant licita aliis. Secundò ordinatur homo respectu generationis in specie humana, per hoc quod excluditur illicitus coitus, cum dicitur:*

1 Homo si dormierit cum muliere coitu semi. quæ sit an. etiam nubilis, *scilicet genere, vendita tamen in ancillam. In Hebræo habetur: Quæ sit ancilla & parata viro. Vbi dicit Ra.Sa. quòd scriptura loquitur de ancilla Chananæa affidata seruo Hebræo, quorum matrimonium erat inchoatum sed non perfectum, & tunc formicatur cum Iudæo*

✠† *Agrum non se. diuerso se.* Per agrum intelligitur ecclesia quæ non est seminanda doctrina habente admistũ cum veris falsum.

† *Veste*

† *Veste quæ ex duo.contex.* Quod moraliter facit qui habitum partim religiosum & partim secularem induit, similiter ille qui sub habitu religioso seculariter viuit.

✠ 3 *Poma*

fera præcepti sunt. Lignorum autẽ plantatio, meditatio legis est D & prædicatio, secundũ quod dicitur: *Ego plantaui, Apollo rigauit,* 1. Cor. 3. b. *&c.* Bona quidem mandata erant tanquã ligna pomifera, sed illi quod debebant non faciebant, tantum sequentes literã. Fructus ergo, id est operatio legis triennio erat immunda, ab Abraham vsq; ad Dauid, à Dauid vsq; ad transmigrationẽ Babylonis, inde vsq; ad Christũ, sicut Matthæus distinxit. Quarto anno fructum legis sanctum commẽdat & laudabilẽ, non tamẽ adhuc esse Iudæis esibilem. Fructus enim legis in quarto anno, id est in aduentu Christi, sanctus & laudabilis, quem sanctũ sanctorum faciebat, cuius opera laudabilia & gloriosa. Vnde & in paralytico grabatum portante glorificabant Deum, qui dedit talem potestatem hominibus: sed nondum edebat Iudæus, quia nõ commessus. In quinto verò anno, id est prædicantibus apostolis, fructum eius ederunt quicunque crediderunt.

Matt.1.a.

† desponsata viro

† vel vapulabit ipsa

Matt.8.a.

Matt.23.a.

✠PROCOP. Audis hic ænigma, quod competit in populũ Iudaicũ, qui tribus tẽporibus, quando mittebãtur prophetæ, negligexerunt proferre fructũ: Sub Isaia, sub Ieremia, sub Zacharia, illis, E inquã, tribus tẽporibus fuere steriles, quemadmodũ Christi docet parabola, cũ quæreret tribus annis fructũ in arbore ficus, nec reperisset. Quarta autẽ ætate fructũ allaturi erant domino apostoli. Concessa verò est & quarta tẽporis intercapedo, vt quinta excinderetur, si solitã retineret sterilitatẽ. Docet etiã tria fuisse tẽporis interualla, quibus lex fuerit nõdũ benè purgata. Scilicet, Mosẽ, Iosue, & Iudicibus regnantibus. Quarta ætate quæ prophetarum est, ab his sanctus est decantatus, & manifestè annuntiatus Christus, fuit quidem sanctus Christus in quarta ætate, sed in quinta esui idoneus erat.

✠CLEMENS ALEXAND. Iubet arbores nuper plantatas, tribus annis ordine sequentibus fouere & alere, superfluas quæ adnascuntur excindẽdo propagines, ne nimis grauatæ opprimantur, & ne alimento minutatim diuiso, imbecillæ fiant propter inopiam, arariq; ac circum fodere, vt nihil prope germinans ac pullulans impediat incrementum: & fructum non finit perfectum colligi ex imperfectis, sed post triennium, cum quarto consecratur primitias; postquam arbor perfecta fuerit. Fuerit hæc agriculturæ figura, modus doctrinæ, docens oportere excindere peccatorum propagines, & quę vnà cum genitali fructu pullulant, inanes herbas cogitationis, donec perficiatur & firmum fiat germen fidei. Quarto enim anno quoniam tempore F quoque opus est ei qui stabiliter per catechesin instituitur, quaternio virtutum Deo consecratur, cum tertia tam sola coniungatur cum quarta domini hypostasi.

Lib.1.strom.

à Et

2 Vapulabunt. *In Hebræo habetur: Vapulabit ipsa, id est verberabitur ipsa, cuius causa subditur:*

3 Quia non fuit libera. *Et ideo non habebat, vnde offerret pro peccato suo, quia serua & ancilla quicquid habent, est domini sui, & dato quòd haberet, tamen offerre non poterat in templo, cum esset aliena, nec erat adhuc desponsata Iudæo, sed de viro coeunte cum illa quæ Iudæus & liber erat, & offerre de suo poterat, subditur:*

4 Pro delicto autem suo offe. &c. *Et quod intelligatur de solo viro, patet per hoc quod subditur:*

5 Orabitque pro eo sa. *Vel aliter, quia non fuit libera, in hoc redditur causa quare ipsa & vir fornicans cum ea non incurrunt pœnã mortis: quia de libera simpliciter assidata viro Hebræo si fornicetur, dicitur Deuteron. xxij. d. quòd vterque debet mori.*

6 Quando ingressi. *Hic consequenter ordinatur homo circa augmẽtationem in vegetabilibus suæ plantis, cum dicitur.*

Quando ingressi fueritis, &c. *Ex quo patet, quòd istud præceptũ non erat obligatorium ante ingressum terræ promissionis.*

✠ 1 Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Et plantaueritis.* Moraliter. GRAEC. Ligna pomifera opera virtutibus fœcunda. Præputia auferimus, cum de inchoationis infirmitate suspecti, primordia operum nostrorum non approbamus. Poma quæ germinant, nostris esibus non aptamus, quia cùm primordia laudantur boni operis, non debet hoc pascere animum operantis, ne dum laus suaviter capitur, fructus boni operis intempestiuè comedatur. Qui igitur inchoatæ virtutis laudem receperit, quasi plantati ligni fructũ ante tempus comedit. Vnde: *Vanum est vobis ante lucẽ surgere: surgite postquam sederitis.* Ante lucẽ surgere, est ante claritatem retributionis æternæ in præsentis vitæ nocte gaudere.

Lib.3.Moral. cap.31. Moraliter.

*autem Psal.126.a.

B

b *Non comedetis.* Totũ Iudæorum & Gentilium radit fermentũ. Vnde nunc prohibet à legis seruitute, nunc à Gentilium errore.

c *Non augurabimini, &c.* Per partem totum significat, omnes huiusmodi superstitiones condemnans. Qui enim talia curat obseruare, Deum videtur infamare, tanquam plus scientiæ auibus, quam hominibus contulerit.

Lib.14.ca.4. ✠ RADVLPHVS. Non omnis qui ex auibus aliquã capit signification augurari dicendus est. Nam & Noë ex coruo & columba signum accepit, & signum nobis dedit. Auguria tamen ideirco damnantur, quia gentili superstitione adinuenta sunt ad meundam cum dæmonibus societatem, qui huiusmodi significationibus

¶ a Non approbantes operum primordia.

a terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præ- 1 2
a ¶ Opera quæ incipiunt.
putia eorum. Põma quæ germinant, immunda erunt vobis, 3 4
¶ In aduentu Christi.
nec edetis ex eis. Quarto * anno omnis * fructus sanctifi- 5 *eorum
a ¶ Prædicatoribus apostolis.
cabitur laudabilis domino. Quinto autem anno comede- 6
tis fructus, congregantes poma quæ proferunt. Ego do- 7 8
¶ Lxx. Non comedetis super montes, sicut in ritis idolorum, comedebant Gentiles.
b minus Deus vester. Non comedetis † cum sanguine. Non 9 †carnẽ cum sanguine.
c augurabimini, nec obseruabitis somnia. Neque in rotun- 10 11
¶ Lxx. Ne corrumpas faciem barbæ. a ¶ Sicut Gentiles ritum refur-
rectionis non habentes. Vnde: Nec conquiescentium, sicut & ca teri, qui spem non habent. 1. Thessal. 4. c.
dum attondebitis comam, nec radetis barbam. Et super 12
mortuo non incidetis carnes vestras, neque figuras ali- 13
¶ Qui debet corrigere.
quas, aut stigmata facietis vobis: Ego dominus. Ne pro- 14

cut Barbari faciunt: debet quisq; esse contentus naturalibus ornamentis, ne creatorem videatur accusaro, tanquã impotentem opus suum perficere, nec in honore dæmonum cicinnos nutrire & fouere, sicut studeant pagani puerorum capita dæmonibus offerre, quod maxime hic videtur prohibere.

✠ THEODORETVS. Quidam dictionem illam *ciσάμη* interpretati sunt capillos de industria crispos factos. Ego verò existimo per legem aliud interdici. Nam moris est apud Græcos in pueris capillorũ extremitates non attondere, sed sinere capillos promitti, & aliquãto post dæmonibus dedicare. Consueuerant etiã radere barbã cum aliquem lugerent, & genas incidere in honorem defunctorum. Necnon aliquas corporis partes acu perforabant, & nigro vestiebantur in reuerentiam dæmonum.

✠ PROCO. Capillorũ ablatio honoris & gloriæ significat ablationem. Sic Deus comminatur per Isaiam prophetam se caput & barbam Assyrij rasurum. Iubet præterea tonderi & radi Ierusalem ob mala quæ eius vrbis ciues essent perpessuri.

e *Stigmata.* Legislator etiam curam nostri decoris gerit, ne carne abutamur in his etiam quæ corpus deturpant.

Quæst.28.

f

a *Filiam*

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et plantaueritis in ea lig.po. *Per hoc intelliguntur fructus generaliter etiam vinearum.*

2 Auferetis præputia eorum. *Id est primò flores seu gemmas ne erumpant in fructus, duplici de causa. Prima est, quia arbores postea sunt minus viles, quando nimis citò faciunt fructum. Secunda, quia idolatræ tales fructus tanquam primitiuos reputabant diis gratiosos, & eos idolis offerebant adeo sequitur:*

3 Poma quæ ger. *Tribus primis annis, qua aliquando non auferebantur perfectè flores vel gemmæ ex negligentia vel oblatione.*

4 Immunda erunt vo. *Rationis prædicta.*

5 Quarto anno omnis, &c. lauda. domino. *In Hebræo habetur,* Laudantibus dominum. *Quia fructus quarti anni offerebantur domino, & cedebant in vsum sacerdotum.*

6 Quinto autem anno, *& deinceps.*

7 Comedetis fructus. *Quia domum arborum poterant inde comedere, vendere & dare pro sua voluntate.*

8 Ego dominus. *Hic consequenter ordinatur homo respectu nutritionis in hoc quòd prohibetur esus sanguinis, cuius ratio frequenter in præcedentibus expressa est.*

9 Non augurabimini. *Hic ordinatur humana vita quantum ad actum sensualem, inquantum prohibentur auguria & superstitiones, in quibus fiebant quædam apparitiones per illusiones sensuum, &* Augurium. *quantum ad hoc dicitur.* Non augurabimini. *Augurium est proprie diuinatio per garritum seu volatum auium: tamen hic accipitur generaliter pro omni diuinatione superstitiosa, quæ fit in vigilia, & maxime quæ*

MORALITER.

✠ 3 *Poma quæ ger.* Per poma germinantia intelliguntur bonorum operum primitiua, quæ pro tanto dicuntur immunda, quia non sunt ab aliis comedenda, nec de ipsis debet operans gloriari, quia de facili possunt in oppositum transmutari.

11 *Neque in rotun.* Moraliter comam in rotundum attondet, qui ipsam ad excitationẽ carnalis lasciuiæ curiosè disponit. Similiter barbã radit, qui virilitatẽ animi in fœmineã mollitiẽ conuertit.

12 *Et super mor.* Moraliter autẽ hoc faciunt, qui de morte amicorũ immodicrate tristãtur, & cõtra Deũ murmurãdo loquuntur.

13 *Neque figu.* Moraliter hoc faciunt hypocritæ tristes, qui exterminant facies suas, *vt appareant hominibus ieiunantes,* Matth.vj.b.

✠ *Moraliter*

a *Filiam tuam.* Carnalem, vel animam. Vnde Psal. *Erue à framea A Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Hæc recedendo à Deo fornicatur cum dæmonibus. Psal.21.d.

b *Sabbatha mea custo.* Ab vno sabbatho omne legitimum otiosum sabbathum appellatur. Sic ab vna generali abstinentia studet legislator per singula currere, præcipiẽs nos ab omni malo abstinere. vnde addit: *Et sanctuarium meũ metuite.* Sicut enim q dignè accedunt, sanctificant, sic qui iniquè præsumũt, & immundi accedũt, quãtum est in se polluũt, sicut Nadab & Abiu. Vnde Apostolus: *Inter vos multi infirmi & imbecilles, &c.* Inde additur: *Ego dominus sanctus,* scilicet & etiam in sanctis habitans, & sanctorũ vindicans iniuriam. Supra 10.a. 1.Cor.11.g

¶ Id est habitatores terræ. ¶ Corpus quod est de terra in quo dominatur omnis iniquitas fornicante anima.

a ¶ Lxx. Fornicatione. b ¶ Festiuitates ab omni malo. c ¶ Ne indigne tractetis. ¶ Qui in sanctis habito.

a stituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur pia- 1
b culõ. Sabbathã mea custodite, & sanctuarium meũ metuite. 2
c Ego dominus. Non declinetis ad magos, neque ab ariolis ali- 3
d quid scisciteminí, vt polluamini per eos. Ego dominus Deus 4
a ¶ Deferendo. ¶ Vt maiores quoque tibi assurgant.
e vester. Coram cano capite consurgẽ, & honora personam 5 6
¶ Aetate vel sapientia.
f senis, & time dominum Deum tuum. Ego sum dominus. Si 7
a ¶ Nouiter conuertus. b ¶ Virtutum cultura, doctrina bona. c ¶ Fidelis sanctus.
habitauerit adũena in terrã vestra, & mórat⁹ fuerit inter vos, 8
¶ Quod infidelis fuit. a ¶ Nutritus & doctus in fide. b ¶ Diliges proximum tuum sicut teipsum.
† non affligetis eũ, vel vim inferetis ei
†ne exprobretis ei, sed sit inter vos quasi indigẽna, & diligẽ- 7
tis eũ quasi vosmetipsos. Fuistis enim & vos aduenæ in terra 8
a ¶ Ante fidem. ¶ Alieni à Deo. ¶ In mundo.
a ¶ Qui omnes volo saluari, & neminem perire. b ¶ Accipiendo personam.
g Ægypti. Egõ dominus Deus vester. Nolite facere iniquũ 9
a ¶ Iuste iudicate filij hominum. b ¶ Genus sequentium specierum. c ¶ Metallorum.
d ¶ Vini vel olei aut similium. e ¶ Qui ponderatur argentum & huiusmodi.
h aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensurã. Statera 10
¶ Non aliue.
iusta, & æqua sint põdera, iustus modius, † æquusq; sextari⁹. 11 12 13
a ¶ Cuius vos serui. b ¶ A quo creati. c ¶ Qui in multis seci volantatem vestram.
¶ Nolite esse ingrati sed. d ¶ Tanquam thesaurum.
Egõ dñs Deus vester, q eduxi vos de terra Ægypti. Custodite
a ¶ Ne prætereat vnus apex aut vnum iota.
oĩa † præcepta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea. Ego dñs. 14

†statuta

cultura, & bona doctrina. Si quis ergo ad fidem nostram conuerti voluerit, & ciuis terræ nostræ ascribi non affligamus eum, nec imponamus graue iugum, sicut Pharisæi de quibus dicitur: *Alligant onera grauia & importabilia, digito autem suo nolunt ea* Matt.23.a. *mouere.* Sit vobis sicut indigena, qui scilicet nutritus est in fide, & creuit in pietate. Hinc Petrus ad eos q credentes de gẽtibus circũcidere volebãt, ait: *Quid tentatis Deũ, imponere iugum super ceruices discipulorum.* Act.15.b.

✠ PROCO. Alia autem erat ratio peregrinorũ apud gentes. Nam peregrini apud gẽtes contenebãtur, vt apud Athenienses & Persas. Spartani è ciuitate eiiciebant. Hæc autẽ lex ius naturale respicit & naturalem æquitatẽ cõtinet. Homo enim nõ vilescit propter locũ sed honoratur propter naturam. Præterea videtur peregrinus æquari indigenæ. Nam & ipsi fuerant peregrini in Ægypto. Vel hæc verba prædicunt gentes aliquando in societatem venturas Israelitarũ per Christum qui omnes ex

† & hinc quidorum

æquo complectitur.

g *Nolite facere, &c.* In præcedentibus præcipit in iudicio iustitiam seruari, hic in ponderibus & mensuris, & ne aburamur ad iniustitiam iustitiæ terminis: hæc enim termini sunt vendentibus & ementibus, sicut leges iudicibus: vt ab omni iniustitia contra proximum caueatur. Quod enim diuiti agrorum possessiones & pecuniæ thesauri, hoc pauperi mensura vini & tritici, & huiusmodi.

ISICHIVS. *Nolite facere, &c.* In iudicio mentis non debemus iniustè agere, nec mensuras naturalis iustitiæ corrumpere, aliter nostra, aliter proximi peccata iudicantes. *In quo enim iudicauerimus, iudicabitur & de nobis, & in qua mensura mensi fuerimus, remetietur nobis.* Moraliter, Matth.7.a.

h *Statera iusta, &c.* IDEM. Stateras quoque diuinas, & mensuras diuinas iustas habeamus, id est leges diuinæ scripturæ, sanctè & iustè custodiamus: nihil nostrum inferentes, nihil suũ auferentes, ne nobis istud dicatur: *Quare transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras.* Matt.15.a.

F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Sacerdotes enim idolorum quando volebant abuti aliqua puella, fingebant quòd Deus qui colebatur in idolo diligebat eam, & volebat vti eius concubitu: & parentes puellæ credentes sacrificium facere Deo suo, mittebant eam de nocte ad phanum idoli, vbi sacerdotes ea abutebantur in tenebris, & illa credebat se à diis cognosci. Et factum* Iosephus de bello Iudaico & Paulina & exemplo Isidis. *est similiter anno tat Iosephus xx. antiquitatum Romæ accidisse tempore Tiberij Cæsaris scilicet Paulinam pulcherrimam fœminam per sacerdotes Isidis deceptam: qui in phano Isidis quendam iuuenem amore eius accensum, loco numinis de nocte ad illius concubitum propter pecuniam eis promissam & datam admisernm propter quod idem imperator phanum fecit dirui, & sacerdotes crucifigi.*

1 Et impleatur terra piaculo, *id est peccato nefario secundum quod habetur Iudic.xx.a. Nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum est in Israel.*

2 Non declinetis ad magos. *scilicet ad quærendum aliquid ab eis, & dicuntur magi qui superstitiosè diuinant per astra.*

3 Nec ab ariolis. *Qui in extis animalium sacrificatorum dæmonibus super aras idolorum diuinant.*

4 Ego dominus Deus vester. *A quo debetis inquirere veritatem per prophetas à me inspiratos.*

5 Coram cano capit. *Hic consequenter ordinatur homo quantum ad consultum ciuilem, in qua requiritur reuerentia ad antiquos, &* ideo subditur:

6 Et honora personam senis. *Quod est intelligendum de senioribus & sapientia ornatis, vt dicit Rab. Sa. Secundo ad ciuilem consilium requiritur humanitas ad extraneos. & quantum ad hoc dicitur:* Si habitauerit aduena, &c. *& subditur:*

7 Non exprobretis ei. *Et subditur causa:*

8 Fuistis enim, &c. *Peccatum est enim exprobrare alterius defectum in seipso existentem: quia hoc est proprium defectum reducere ad memoriam. Tertiò ad ciuilem consilium requiritur iustitia ad omnes, quia nulla communitas stare potest absque iustitia, etiam illorum qui aduersantur iustitiæ exemplo fures latrones, nisi enim inter se iustè diuiderent latrocinia, statim inter eos oriretur discordia, & coetus societas dispersa esset, quantum igitur ad obseruationem iustitiæ dicitur:*

9 Noli. fa. ini. a. in iu. &c. *Accusando, testificando, seu sententiam proferendo.* 10 In regula. *Et vocatur hic regula illorum mensura qua linea aliter mensurantur sicut panni in quorum mẽsuratione vlna est regula.* 11 In pondere. *Et vocatur hic pondus mensura eorum quæ ponderibus mensurantur & ideo subditur:* 12 Stateram iustam. *Mensura autem hic proprie accipitur pro determinata continentia vasorum, quibus liquida vel arida mensurantur ideo subditur:*

13 Iustos modius, &c. *Moraliter, iniquam habent iudicium qui falsa propria bene, aliorum male interpretantur. Inæqualem regulam qui recipiendo eduno, implebant ventrem: sed qua mensura mensi fuerint, remetietur eis. Inæquale pondus qui defectus aliorum ponderant multum sua autem parum. Inæqualem mensuram qui grauia aliis imponunt: & digito suo nolunt mouere.* Moraliter. Matth.7.a.

ADDI

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIO I.

A *In cap.xix.vbi dicitur in postilla:* Locutus est dominus,&c. *In hoc cap.non solum replicantur præcepta decalogi per totam fere,vt patet literam intuenti:sed etiam multa superadduntur, quæ ad perfectiorem tenendi obseruandi predicta præcepta pertinent. Vide & istud capitulum apud antiquissimos Hebræorum specialiter à sui principio vsque ad vltimum locum vbi dicitur:*Diliges proximum tuum sicut teipsum,*inclusiue,notabilissimum reputatur,& quia in eius expositione postillator valde breuiter se expedauit, ideo circa eius declarationem vlterius insistendum videtur.*

Circa quod primo inquirendum videtur, quæ fuit ratio iterationis præceptorum decalogi à Deo in hoc loco,licet enim prout quidam dicunt hæc iteratio facta fuerit ad maiorem firmitatem,vt & magis memoriæ eorum memorata præceptorum inligaretur, tamen hoc non videtur stare consonum,cum Moyses non procedit hic vt repetitor legis sicut in Deuteronomio,sed solum vt primo seu nouiter de mandato Dei ea proponens. Non enim dicitur: Hæc præcepit vobis dominus in Sinai, sed simpliciter loquitur præcipiendo,ac si hactenus non fuissent à Deo eis præcepta: saltem sub forma qua hic traduntur. Ad quod videtur dicendum,quòd prout dictum fuit Exod.xx.cap. in prima additione: Sicut in scientiis speculatiuis ex notioribus & confusis proceditur ad minus nota, & magis determinata,vt patet in j. Physico. Ita etiam oportet cum qui vult inducere hominem ad virtutem per obseruantiam præceptorum de actibus virtutum,vt ex illis cum instruere incipiat, quæ sunt notiora & faciliora. Et ideo in decalogo primo tradito à Deo faciliora & communiora præcepta ponuntur, tam in his quæ ordinant ad Deum, quàm in his quæ ordinant ad proximum,vt ibidem fuit latius expositum.vnde in datione legis cum populus esset non solum rudis,sed quasi nouiter incipiens in disciplina virtutum, idcirco non fuit eis expressius protunc modus obseruandi illa præcepta prout potest cadere sub lege diuina,scilicet vt præcepta illa ex interiori motu tanquam volentes & eligentes implerent,sed solum fuerunt eis proposita saltem pro maiori parte quantum ad actus exteriores, prout possunt cadere sub lege etiam humana,qua de exterioribus tantum iudicat.In hoc autem loco cum iam populus licet rudis esset, tamen magis eruditus in hui smodi disciplina tanquam expertus in multis & variis iudiciis diuinis,qua inter ipsos contegerant,præcepta decalogi eis iterauit,exprimendo seu innuendo modum ea obseruandi,prout sub lege diuina cadere debet, scilicet vt ex motu interiori ad

B *opera virtuum exteriora procederetur. Quod sic patet: Nam circa parentum obsequium in datione legis dicitur: Honora patrem tuum & matrem. Quod quidem præceptum implere potest per solos actus exteriores.Honor enim qui est exhibitio reuerentiæ in signum virtutis, vt habetur in j.Eth.in solo actu exteriori potest impleri,in quo signa reuerentiæ demonstrantur.In hac autem iteratione dicitur:*Vnusquisq; matrem & patrem suum timeat. *Constat autem quòd timor essentialiter in interioribus consistit,quod est difficilius implere quàm primum, & etiam dat modum quo impleri debeat præceptum illud, scilicet:* Honora patrem tuum,& matrem, *scilicet quod talis honoratio exterior procedere debet ex timore interiori scilicet filiali seu reuerentiali.Idem patet in secundo præcepto hic tradito, cum dicitur:* Sabbatha mea custodite. *In prima enim traditione decalogi habetur:* Memento,vt diem sabbathi sanctifices, *vbi sabbathum ponitur in singulari,& autem dicitur sabbatha in plurali,quod non vacat a mysterio: vnde glo.Nota quòd non ait sabbatinum sed sabbatha , quia intelligi debet requies non ab vno sed ab omnibus carnalibus quieta est & abolita requies non ab vno sed ab omnibus carnalibus quieta est & abolita.& ideo in hoc loco prius sabbathorū nomē in diuina scriptura ponitur,& ideo in hoc loco prius sabbathorū nomē in diuina scriptura ponitur est vn scias quòd sabbatha plena & perfecta quies est.Hæc in glo.*

Et attendendum,quòd licet forte quod dicitur in hac glo.quòd sabbathum plena & perfecta est quies intelligitur de requie eterna, tamē forte datur intelligi quia quies sabbathi,prout cadit sub præcepto legis viatores debet esse ab omnibus impeditiuis quietis existens , quòd non intelligitur cum dicitur sabbathum in singulari.vnde patet quòd hec iteratio difficilior est,& perfectionem modum præcipit in observatione sabbathi quam prima proposito,scilicet in datione legis.

Idem patet in prohibitione idolatriæ, de qua hic dicitur: Nolito conuerti ad idola, &c. *Hic enim actus interior in huiusmodi prohibitione videtur contineri.Conuersio enim humana proprie intelligitur in corde.Vnde Iohelis v.d.*Conuertimini ad me in toto corde vestro. *Quæ quidem prohibitio se extendit etiam ad illos qui cultus seu superstitiones idolorum mentaliter approbant, licet exterius nihil horum ostendant quod non fuit in datione legis circa hoc expressum, & quia forte ex hoc aliquis putaret:quod tota prohibitio idolatriæ consisteret in mente , sic quod qui mentaliter idola non colerent, licite posset eis per actus exteriores exhibere cultum, prout forte quidam æstimauerunt,idco subdit:* Nec Deos conflatiles facietis vobis: *vt intelligatur,quòd licet quis in mente ad idola non conuertatur fabricat tamen ea per actū exteriorē nihilominus est transgressor huius præcepti.*

Simoliter circa prohibitionem periurij infra, paucis interpositis di-

C *cit:* Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. *Circa quod in prima particula superadditur, quòd non solum in nomine domini tetragrammaton prohibetur periurium,vt in prima traditione decalogi vbi dicitur:* Non assumes nomen Dei tui in vanū, *vbi predictum nomen magnum exprimitur , sed etiam in quocunque nomine diuino prohibetur periurium.In secunda verò parte cum dicitur:* Nec polluesnomen Dei tui: *superadditur alia prohibitio, scilicet ne quis quasi obligatus iuramento aliquid malum committat, sicut legitur de iuramento Herodis ad filiam Herodiadem:talis enim iurans custodiendo iuramentum, videtur nomen domini polluere,vt in glo.*

Similiter circa prohibitionem homicidij dicit: Non stabis contra sanguinem proximi tui. *In quo auxilium & consilium vel fauorem homicidij videtur prohibere. Nec solum ista,quæ in actibus exterioribus consistunt sed etiam odia cordis prohibetur cum dicit:* Non oderis fratrem tuum in corde tuo,&c. *Sed quia ista negatiua sunt , nec comprehendunt intentionem legislatoris circa ordinationem hominis ad proximum,ideo finaliter concludit dicens:* Diliges amicū tuum, *id est proximum, secundum translationem Lxx.sicut teipsum. In hoc enim mandato totius legis confirmatio & abbreuiatio consistit.Vide Rom.xiij.cap.*Qui diligit proximum, legem impleuit.

Similiter circa prohibitionem furti addit: Nec decipiat vnusquisque proximum suum. Non facias calumniam nec vi opprimes,*& multa alia quæ sequuntur ad prohibitionem cuiuscunque iniuriæ seu damni,quæ in bonis proximi potest inferri,vel etiam in eius fama,vt cum dicitur:* Non maledices surdo , nec eris criminator, nec susurro in populis. *Nec in directione actuum ignorantis , cum dicitur:* Nec coram cæco pones offendiculum, *nec etiam præstando fauorem iniustum in iudicio,cum dicit:* Nec iniuste iudicabis: nō considerabis personam pauperis. *Constat autem quòd omnia præcepta predicta negatiua quibus prohibetur iniuria vel nocumenta quæcunque proximo inferenda possunt impleri sine hoc quòd homo diligat proximum. Potest enim homo non habere odium fratris sui in corde suo,nec quærere vltionem ab eo ,& omnia huiusmodi: & tamen cum hoc non diligere eum.Cum enim amor & odium sint passiones contrariæ,possibile est,vt quis neutrā habeat circa proximum, sicut possibile est ,quod aliquod corpus nec sit album nec nigrum.Vnde sequitur, quòd licet quis impleret omnia præcepta negatiua predicta circa fratrem, non tamen ex hoc sequitur,quod impleat præceptum de dilectione proximi circa eum:ille tamen qui diligit proximum suum sicut seipsum,* E *omnia predicta præcepta negatiua circa proximum implet.Cuius ratio est.Nam in hoc præcepto de dilectione proximi licet non imponetur aqualitas dilectionis:eo quòd amicabilia ad alterum veniunt ex amicabilibus ad se,vt patet ix.Eth. Importatur tamen per hoc præceptum dilectionis, quòd homo velit bonum proximo suo, cuiuscunque generis bonorum existat,scilicet bona corporis & bonum animæ,& bonum honoris seu famæ ,& omnium aliorum quæ licite homo posset pro se velle,quamuis prius sibi & potius ista bona vellet,& hoc importatur per hoc quòd dicitur:* Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Nam postquam enumerauit omnium malorum genera quæ prohibentur inferri proximo, subdit:* Diliges proximum tuum,sicut teipsum,*vt intelligatur quòd sicut homo diligendo seipsum , non solum omnia mala predicta anquantum in se est,à seipso amouet, sed etiam eorum contraria scilicet bona sibi procuret,pari modo proximum diligit.seruato tamen ordine charitatis,qui intelligitur in hoc quòd dicitur:*Sicut teipsum. *Exemplar enim prius & potius est exemplato.*

Ex quibus sequitur,quòd implere huiusmodi mandata de dilectione proximi,perfectius est quàm implere extera mandata circa eū prater præcepta dilectionis:ma p impletione istō præcepti affirmatiui virtualiter implētur omnia alia negatiua circa proximū,sed nō econtra,vt dictū est.

Sequitur etiam ex dictis , quòd præceptum de dilectione proximi, prout in lege diuina traditur,non est de præceptis iuris naturalis primo per se notis.Manifestum est enim, quod talia præcepta prima iuris naturalis sunt eadem apud omnes:sed constat quòd præcepta Philosophi qui de naturali dictamine rationis maxime scrutati sunt,vt Peripatetici,hoc non inuenerunt:imo tractant antes de amicitia , qua quod eos virtuosos est,vel non sine virtute,vt in viij.Eth. ipsi ne posuerūt solum esse inter viros virtuosos,quorum alter alterum veraciter cognoscere vel esse talem,quod est de rarissime contingentibus, quod non esset sic de primo dictamine rationis naturalis hoc præceptum esset. Philosophi.

Sed contra hoc videtur semire sanctus doctor in prima secunda q.xxi.ar.iij. in responsione ad primum argumentum , vbi dicit quòd præcepta de dilectione Dei & proximi sunt prima & communia legis naturæ,quæ sunt per se notæ rationi humanæ,vel per naturam vel per fidem. Et idem in eadē q.ar.v. in corpore questionis dicit, quòd quædam sunt præcepta rectissima,& adeo manifesta,quòd editione nō indigent,sicut mandata de dilectione Dei & proximi:& hoc videtur renouare in multis aliis locis , quod valde mirandum est propter prædictamen si forte sanctus doctor loquatur in statu naturæ integræ, non autem in statu naturæ lapsæ: quod tamen non intelligitur bene ex F *verbis suis , præsertim cum hanc rationem assignet , quare ista duo præcepta*

A *præcepta non fuerunt posita inter præcepta decalogi: Quæ quidem ratio aliam admirationem induxit. Nam si hæc duo præcepta ideo non ponuntur inter præcepta decalogi,quia ex sui manifestatione, editione non indigent, multo minus debuissent poni inter præcepta superaddita decalogo,quorum ratio non est cuilibet manifesta, sed solum sapientibus secundum ipsum in eadem q.*

Sequitur etiam ex dictis,quòd hoc præceptum de dilectione proximi est difficilius cæteris præceptis,qua ordinant ad proximum : quod sic patet:nam qui diligit proximum sicut seipsum,prompte & delecta biliter exercet opa ipsum:sic enim opera amicitiæ,ergasse talia opera exercet.Ille autem qui non diligit proximum sicut seipsum, licet alia præcepta negatiua sapra dicta impleat,abstinendo se ab odio proximi & alia nocumenta ei inferendo, non tamen est necesse,vt hoc faciat prompte & delectabiliter:possunt enim ista impleri timore pœnæ,vel quadam simulatione sine prompti tudine , nec delectatione , quod non contingit in eo qui proximum diligit sicut seipsum : Nam cum emor si: causa delectationis,sub præcepto de dilectione proximi cadit:vt impletus huiusmodi præceptum cum delectatione & hilaritate,opera amicitiæ exerceat erga proximum, vt in prima secundæ.q.xxxvj. in responsione ad tertium argumentum. Et sic ex vi huiusmodi præcepti dicitur modus adimplendi alios præceptis ad proximum ordinantibus,licet ex vi aliorum præceptorum qua non dantur de dilectione,sed de abstinendo à nocumento vel odio proximi , talis modus non cadat sub præcepto.

Concordat autem huic expositioni,quòd in prima traditione decalogi proponitur vt præambulum, Ego sum dominus Deus tuus,qui eduxi te de terra Ægypti. *In quo ostenditur , quòd Deus volebat eos inducere ad obseruantiam præceptorum ex recognitione beneficij redemptionis accepti.In hac autem secunda iteratione decalogi præmit-*

B *titur vt præambulum.Sanctè esse quorum sanctus sum ego dominus Deus vester.In quo ostenditur,quod vic intendit eos inducere ad præceptorum obseruantiam ex imitatione diuina sanctitatis.Constat autem,quòd altior modus vemendi ad virtutem seu ad opera virtuosa est, cum quis imitari intendit diuinam bonitatem seu sanctitatem quantum humana fragilitas permittit: quam cum quis ex recognitione beneficij accepti ad hoc inducitur sicut maior est perfectio seu bonitas diuina in se considerata quæ infinita est,quam si consideretur ex certo beneficio alicui impenso:quod semper est finitum, vnde hoc dicitur: Sancti estote,&c. non videtur intelligendum vt conclusio præmissorum, prout postillator dicit,sed magis vt præambulum exhortatur ad separationē ab omnibus immunditiis seu turpitudinibus corporalibus quæ in præcedenti capitulo tractantur , sed etiam ab immunditiis spiritualibus & intrinsecis , de quibus in hoc capitulo tractatur , vt dictum est:& ideo dicit:* Quoniam ego sanctus sum dominus Deus vester. *Sanctitas enim diuina non solum est à contagio corporalium, à quibus etiam spiritus maligni sunt immunes, sed etiam à spiritualibus quibuscunque.Si autem quaratur , quare inter predicta præcepta in hoc capitulo contenta omittitur præceptum (*Non mœchaberis*):Dicendū quòd in precedenti capi.fuerunt multa superaddita illi præcepto.Similiter & infra in hoc capitulo quædam alia eidem superadduntur, idcirco hic non iteratur cum aliis.Præcepta autem de(*non concupisces rem proximi tui*) satis includuntur in hoc præcepto de dilectione proximi:in quo constituit finem huiusmodi iterationis.* Finis enim præcepti charitas est. j.*Tim.j.a. Vnde ea quæ sequuntur cum dicitur:* Leges meas custodite : Inuenta tua non tacias,&c. *præcipue pertinent ad ceremonialia,vt ex ipsis patet, & exponantur prout in postilla.Si autem quaratur de ordine horum præceptorum, quare deinat*

C *ab ordine primæ traditionis,quia ibi incepit à præceptis ordinantibus ad Deum,hic autem de his quæ pertinent ad proximum? Dicendum, quòd*

CAP. XX.

Aa Quare lex repetit eadem repetit.

a LOcutusq; est dominus ad Moysen dicens: Hæc loquens ¶ Naturalibus Iudæis. ¶ Idem fuperius dixerat,sed hic pœnam addit. ¶ Naturalibus. ¶ Professytis.
filiis Israël: Homo de filiis Israël, & de aduenis, qui habi-

B tamen noua interseritione superfluere videatur. Sed noua inquirendo iam dicta studiosius inquirantur. Vnde superius

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XX.

1 LOcutúsque est,&c.*Supra posita sunt præcepta ordinatiua vitæ absque determinatione pœnæ, hic eadem (licet non omnia) repetuntur cum dicta determinatione. Ratio autem huius ordinis est, quia intentio legislatoris est,ciues facere bonos & virtuosos:hoc autem est,quando bene operantur ex amore iustitiæ,& ideo præmisit præcepta absque determinatione pœnæ,per hoc insinuās, quòd essent adimplenda ex amore boni.Sed quia non omnes sunt virtuosi, sed pauci respectiue:ideo replicauit præcepta cum determinatione pœnæ, vt imperfecti ea adimplerent saltem timore pœnæ. Primò igitur ponitur dicta determinatio,secundò determinationis ratio, ibi:* Custodite leges meas.*tertiò inuenta conclusio,ibi.* Vir siue mulier. *Circa primum pō-* Diuiſio. *nitur determinatio circa rationalem,secundo circa irrationalem, ibi:*

✠ Qui

MORALITER.

✠ 1 *Locutúsq; est dominus.* In hoc capitulo repetuntur aliqua superius prohibita,vt addatur pœna,vt de idolo Moloch,& turpitu pitudinibus non reuelādis,quorū sensus mysticus suprà est positus.Item ponuntur hic aliqua quorū sensus literalis est moralis, & ideo sunt pertranseunda,vsq; prope finē capituli vbi dicitur:

✠ 1 Vir

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quam prohibendo pœnam tacuit, vt quærentes quæ vel quanta iis sit, in sequentibus diligenter inuestigemus. Cum enim superius Moloch prohiberet sacrificari, idipsum pœnam addendo repetit: populus, scilicet terræ lapidabit eum, non solum principes. Nec his contentus addit: Ego ponam faciem meam contra illum, &c.

Vbi supra. a ✠ *Populi terræ lapidabit eum.* PROCO. Magnam habet vtilitatē vt populus suis manibus fontes puniat. Nā ad eum modum Deus Iudæos instruit, vt discant iustē exercere iurisdictionem. Populo autem honesti illius operis executionē demandat, non quasi nequeat ipse malefi cos capitaliter plectere. Nam continuò infert, si vos hoc facere neglexeritis, ego pœnas illi malefico irrogabo. Ad eundē modum iussit hostes trucidare, vt decerpātes religione extirparēt idololatras.

B b *Contaminauerit sanctuar. &c.* Quicunq; semen suū idolis cōsecrat, sanctuarium Dei pollut & nomē eius, quia imaginem Dei quā habet, demonibus denouet. Ipsum quoq; quantum in se est polluit, qui imaginem dedit, & ipsiritū vitæ insufflauit, dum immundo spiritui imago Dei prostituitur. Qui filium quoq; vel discipulum vitio auaritiæ afficit, quæ est idolorum seruitus, simi liter sanctuarium & nomen Dei polluit, eodem modo licet de cæteris vitiis ratiocinatione quis corpus quod est templū Christi & habitaculum spiritussancti, quibuslibet polluat immunditiis. Talem etiam præcipit puniri ab omnibus, quia omnium est inimicus, & gloriæ omnium aduersatur.

c *Quod si ne.* Pronocat alios cōtra illū, & terret, si neglexerint pœnā tā studiosè præceptā, Deo ipso irascēte & ferēte sentētiā.

d *Nec volue.* ISICHIVS. Malum est permittere etiam eos, qui foris sunt, fornicari à Deo & adhærere diabolo, sed multò magis de medio populi, hoc est enim totum gregem lupo concedere. Consentientes autem qui, scilicet possunt accusare vel arguere. Consentientes autem qui, scilicet possunt accusare vel arguere, & monere, & non faciunt, non effugient iudicium. Ponit Deus faciem super illum, de quo dicitur: *Vultus autem domini super fa.ma.&c.*

e *Anima quæ de.* Grande peccatum est ad magos vel ariolos declinare: hoc est enim à Deo recedere. Sunt autem magi intelligibiles, qui in nomine domini falsa prophetant. Sunt arioli deceptores & adulatores, qui venefi cis verbis auditus multorum corrumpunt, & à veritate auertu nt.

✠ RADVLPHVS. Vnde Ochozias cum ægrotans misisset nuntios dicens: Ite, consulite Beelzebub, vtrum viuere queam: Angelus locutus est ad Eliam. Ascēde in occursum nūtiorū regis Samariæ, & dices ad eos, Nunquid non est Deus in Israēl, vt eatis ad consulendum Beelzebub Deū Accaron? Quamobrem de lectulo nō descēdes, sed morte morieris. Lib.14. ca.6. in Leuit.

f *Qui male.* ORIG. De his superius præcepta dedit, sed quæ pœna inobedientem manet, non ascripsit: eadem ergo repetuntur, & cuiuslibet pœna decernitur. Ibi ergo præcepta dantur, hic iustificationes dātur & iudicia, quib⁹ quod iustum est peccatori, indicatur. Nō tandum autē, q̄ non cōtinuò pœnas cum primis præceptis statuit, quia amore non timore vult præcepta custodiri. Si contempseris, nō tam homo quàm cōemptor puniet. Prouocat beni gnè filium, ne puniat contemptorē seruū. Hom.11.in Leuit.

IDEM. *Qui male.* Vbi supra. *&c.* Nomē patris vel matris grande mysteriū est, pater tibi Deus est secundum spiritum, cælestis Ierusalem mater. Primò tibi Deus pater est qui genuit spiritum tuum. Secundo tibi pater est carnis, pater cuius ministerio in carno natus es. *Qui ergo maledixerit patri vel matri: mo.* oportet te parem gratiā referre parentibus. Si cōtumeliosus fueris patri carnali, eris & spirituali, de matre quoq; idē est. Sicut seruus corporali domino contumeliosus, Deū quoq; inhonorat, qui carnali domino nomen suum accōmodat. Nullo ergo modo contradicere debemus patri vel matri: dicant, faciant quæ volunt. Quomodo possumus, vicem gratiæ illis reddere, à quibus geniti sumus, nutriti, eruditi, quibus autoribus Deum agnouimus? Quid igitur expectandum est illis qui negant Deum esse autorem mundi: & quæ de cælesti Ierusalem dicuntur, ad aliquā terrenam ciuitatem inuertunt sensibus deprauatis?

g *Sanguis eius.* Quia ipse est sibi causa mortis. Si sic punitur, qui carnali patri maledixerit, quomodo punietur qui Christū blasphemauerit, nec obaudiuit dicēti: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, &c.* morte, scilicet morietur, alienatus à regno cælorum Ioan.3.c.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Qui maledixerit patri. *tertiò circa concupiscibilem, ibi:* Si mœchatus. *Circa primum ponuntur duo casus de idolatria, qua ex dictamine rationis est fugienda. Primus ponitur, cum dicitur.*

Sacrificium Molochi. 1 Si quis dederit, &c. *Frequentius autem loquitur scriptura de Moloch, quam de aliis idolis: cum quia sacrificium sibi oblatum erat magis horridum, vt patet ex prædictis xviij.ca. tum quia multi circa hoc erant inclinati, credentes quod ex tali puerorum oblatione consequerentur posſea quicquid vellent. Ex hoc autem quod dicitur hic:* De semine suo, *quod importat partem. Dixerunt aliqui doctores Hebræorum, modo indebito istere innitentes, quòd si aliquis daret omnes pueros suos idolo Moloch, non incurreret pœnam prædictam: quod videtur valde absurdum: tum quia pars includitur in toto. & ideo dans totū, dat etiam partem: tum etiam, quia dans totum grauius peccat, propter quod non manus sed magis debet puniri. Et ideo alij volentes colorare dictum prædictum, dixerunt quod dans totum semen idolo Moloch ita grauiter peccat quòd non potest aliqua pœna expiari in vita præsenti, etiam morte. Et ideo dixerunt doctores, quod non incurrit pœnam mortis, quæ reseruatur maiori pœnæ, scilicet gehennæ. Sed isti volentes saluare dicta doctorum suorum, dicunt contra verbum domini. Ezech. xviij.e.* Si autem impius egerit pœnitentiam, &c. *& sequitur:* Omnium iniquitatum suarum, quas operatus est, non recordabor. *Ex quo patet quod nullum est peccatum, quod in vita præsenti non possit expiari.* 2 Succidamq; eum. *Delendo eius posteritatē.*

3 Et contaminauerit, &c. *Alibi sacrificando, quàm ad sanctuarium meum, quasi locus sacrificij mei esset contaminatus.*

4 Ac polluerit nom.san. meum. *Ipsum Moloch attribuendo.*

5 Quod si negligens popu. terræ. *Ex quo patet, quod illi qui debēt corrigere crimina si negligant, consentientes reputantur, & eandem pœnam incurrunt. Secundus autem casus ponitur cum dicitur:*

6 Anima quæ declinauerit ad ma.&c. *Et patet sententia ex prædictis cap. xix. quia hic solum additur pœna, cum subditur: Interficia illam, &c.*

7 Qui maledixerit. *Hic consequenter ponitur determinatio pœnæ quantum ad irascibilem in vno casu, cum dicitur: Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Non est tamen intelligendum, quòd ex vna maledictione aliquis incurrat pœnam istam: sed quando fuerit assuetus, & seriosè fecerit, non loco, sicut fuit declaratum Exod. xxj.*

✠ 1 Si

---

cælorum reus est. nihil enim graue, nec operosum, aut laboriosum A ei præceptum est.

✠ PROCOPIVS. Postquam sumptū est supplicium de his qui nomen Dei prophanauerant, pœnis ferire pergit eos qui contumelioſe tractāt suos parentes, quorū opera in hanc venēre vitam.

Vbi supra. ✠ RADVLPHVS. Quia in Exodo præceperat: Honora patrem & matrem, vt sis longæuus super terram: huius etiam præcepti violatorem mortis sentētia damnat: vbi aduertendum est, grauem esse parentum iniuriam, quæ licet sub remissione noui testamenti non statim morte vindicetur, sicut fieri iussum est sub austeritate veteris, reatus tamen impar non est et pœna illius, nisi dum viuit homo per pœnitentiā se correxerit. Si differtur, nō aufertur: sed grauius sub diuino iudicio punientur quicunque per patientiam illius peiores efficiuntur.

Orat. 3. de prouidentia. ✠ CHRYSOSTOMVS. *Qui maledixerit &c.* In veteri testamento hoc sancitum est, quando non absoluta optimæ reipub. formæ perfectio, quando puerilia præcepta, quando lac, quando figura & vmbra. Quid igitur dicemus de his, qui in gratia, & rerum veritate non patri aut matri maledicentibus, sed Deo? Quo supplicio afficientur? Omnes cruciatus qui nunc sunt, quique futuri sunt, minores iusto sunt, animo ita affecto.

Quæst. 73. in Leuiticum. a *Si mœch.* AVGVST. Hic aliquid voluit distare inter quemlibet virum & proximum, quamuis sæpe pro omni homine ponat B proximum: & necessariò sequitur, si ab vxore cuiuslibet abstinendum est, multò magis ab vxore proximi. *Si &c.* Repetitio est ostendens quantum malum sit adulterare vxorem cuiuslibet viri: hoc est enim adulterare vxorem proximi, quia nihil proximius est, quàm homo homini.

Adulterium spirituale. *Si mœchatus &c.* ISICHIVS. Adulterium corporale malum est, spirituale peius: hoc carni, illud spiritui contumeliam facit: hoc homini, illud Deo. Spiritualiter adulterat, qui legis dogmata corrumpit. Adulterat mulierem viri, qui corrumpit ecclesiam 2.Cor.11.a. Christi, de qua dicitur. *Despondi enim vos vni viro, virginē castam exhibere Christo* Adulterat autem doctrinam prauam seminendo, non Christi. Est etiam sacerdos vel quilibet doctor, vir ecclesiæ à Christo sibi commissę. Quorum si quis maculauerit ecclesiam, proximo facit iniuriam id est, Christo qui ei commisit hanc curam.

Vbi supra. ✠ RADVLPHVS. Verum cum Dauid adulterium recolo, & video illum non statim morti destinatum, sed vno verbo veniam assecutum, intelligo iam in illo viro præcessisse formam euangelicam, dum, pœnitendo & confitendo abluit culpam, & legalem euadit sententiam.

b *Qui dor.* Hæc superius dicta & exposita sunt, vbi dictum est: Non reuelabis turpitudinem patris tui, &c. Sed hic apertè tangit eum qui idem quod proximus agit, nec peccati societate erubescens, prodit, in quo mortis pœnam legislator sanxit. Nouercæ autem virum coniunxit, quia quod in patrem à filio delinquitur, C hoc in filium à patre committitur, & similis vtrobique impietas.

Vbi supra. ✠ RADVLPHVS. Hoc fecit Ruben primogenitus Iacob, qui dormiuit cum Bala concubina patris suj, vnde & a patre maledicitur. *Ruben* inquit *primogenitus meus & c. non creſcas quia ascendisti cubile patris tui.*

Vbi supra. ORIG. Supradictum est: Turpitudinē no. tuæ non re. Sed quia legislatoris vel præcepti pœna non erat subscripta, idē repetit, vt pœnā subscribat. Ait Apostolus. *Irritā faciens quis legē Moſi. sine vlla* Hebr.10. c. Adulteri pœna. *miseratione duobus aut tribus testibus moritur: quanto maioribus supplicijs dignus putabitur, qui filiū Dei cōculcauerit, &c.* In lege adulter vel adultera nonpoterant dicere, pœnitentiam petimus, & D veniam deprecamur. Mori necesse erat in criminibus singulis, quibus erat pœna mortis ascripta. Apud Christianos verò non est præceptum vt corporaliter puniantur, nec potestas data est episcopis presenti morte damnare, quā habebant presbyteri in lege. Dicimus ergo quod lex Moſi crudelis, & euangelium Christi in deterius resoluit: absit. Sed in vtroque est Dei beni gnitas diuersa dispensatione. In lege adulterium morte puniebatur, vt qui hic puniebantur, non amplius punirentur: plena ergo lex misericordia, quę presenti pœna purgari voluit & futuram exclusit. Nunc autem ad purgationē non refertur pœna corporalis, sed facerdos pœnitentiam iniungit, quam vtrum dignè quisque gerat vt veniam meretur, ipse prouideat

Qua enim mensura mensus fuerit, remetietur ei, secundum illud: *Potum dabis nobis lachrymis in mensura.* Sunt ergo peccata quæ ducunt ad amorem. ideo consequens est: vt quoties quis commiserit, toties moriatur. Multas esse mortes significat Apostolus dicens: *Qui de tantis mortibus eripuit nos & eripit &c.* hoc est de mortibus peccati. Videbatur immortalis esse hac communi morte, qui ait: de tantis mortibus eripuit nos &c. Si enim eripuit & eripit, & eripiet: nunquam erit quando moriatur, quem Deus semper eripiet. Videndum ergo ne forte grauius sit nobis, qui morte animæ punimur, quam illis qui corporaliter puniebantur: quia nobis in futurum restat pœna, illos absoluebant soluta supplicia. Qui ergo semel commiserit, secundò non facia, tquiſe cundò, vltra non addat. Est enim apud rectum iudicem pœnæ moderatio, non solum pro qualitate, sed etiam pro quantitate.

c *Qui dormierit cum mesi. &c.* Hoc peccatum iniuria naturæ est: vnde & morte mulctari decretum est. Spiritualiter autem eum qui fortis est animo, & masculus. Vir enim in diuina scriptura, perfectus in virtutibus nominatur: verbis prauis vel actionibus effœminare caueamus, ne cum ipso dissoluamur, & simul moriamur.

d *Qui supra vxo.* Sæuam huic delicto pœnam decernit. Qui enim ex matre sunt geniti, his quos filia genuit cum vnus pater sit, incertum est vtrum fratres sint, an auunculi. Caueatur ergo tā incerta cōmistio. Sed qa omnis peccati cōcupiscētia mater est. si qua nobis concupiscentia sit, actionem non coniungamus ei. Qui enim hoc facit, igne incenditur, & concupiscentia & actio Rom.8.c. eius. *Si enim facta carnis ſpiritu mortificaverimus, viuemus.*

e *Qui cum iumento.* Nimia contra eos exercetur districtio, qui intantum iniqui & libidinis dediti, vt inaudita scelera concupiscerent, vnde viris vel mulieribus, commistis quadrupedibus mortis pœnam indixit. Fidelibus quoque non erit hæc lex superflua, si quadrupedia, voluntates prauas ad terram pronas intelligamus: quę manus sicut he mines non habent, quia omni humana actio F ne carent. vnde cognationes nobiscum non habent. Vir ergo vel mulier, quę non languore naturæ, sed deliberatione eis cohęserit vel cœrit, reus est mortis. Ipli quoque mori dicuntur illis mortuis, neque enim per se subsistunt, nec vlla peccati substantia est, sed in peccatoribus operatur.

AVGVST. *Qui cum iumento &c.* Quæritur quomodo pecus reum sit, cum nec rationale nec legis capax sit? an quemadmodum transferuntur verba metaphorica ab animali ad animale, sicut dicitur ventus improbus vehiratum mare, ita & hic translatum à rationali ad irrationale: nā inde pecora iussa sunt interfici, quia tali flagitio contaminata, indignam refricant memoriam facti.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si mœchatus. *Hic consequenter determinatur pœna quantum ad concupiscibilem, & replicantur eadem præcepta, quæ superius dicta sunt, & solum hic additur determinatio pœnæ, & ideo patet litera ex supradictis vsque ibi:*

2 Pecus quoque oc. *Non quia peccauerit, cum non habeat liberum arbitrium, sed in detestationem criminis, & ne ex aspectu talis animalis aliqui inclinarentur ad idem vitium.*

M

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Qui accep.&c.* Isich. Hoc tolerabile videbatur, quia Abraham de Sara dicit: Soror mea est ex patre, & non ex matre: sed eos qui de Thare patre Abrahã geniti sunt Moyses enumerans, nusquam Satæ fecit mentionem. Quòd si sorori suæ Abraham nuptit, antè tamen hoc, quam Deum cognosceret fecit. Bene erge lex talem coniunctionem prohibi. *Qui acceperit.* Tropol. Turpitudinem sororis ex patre & non ex matre videt & accipit, qui turpẽ actionem à patre vel à matre, in qua, scilicet, deliquerunt, admiratur, & imitatur, non solum perscrutans quæ non oportuit sed coniungens so parentum prauitati: quę soror ei⁹ dicitur, quasi ab eisdem genita parentibus. Quia verò filij publicant parentum peccata faciendo similia, rectè in conspectu populi B infligitur pœna: vel iuxta Lxx. in conspectu filiorum generis sui, eorũ scilicet qui talia cogitant imitari, vt vnius afflictio, multorum sit correctio.

b *Viderit turpitudinem &c.* Augvst. id est, cõcumbendo cognouerit, sicut ibi: *Cognouit Ada vxorem suam.* id est, ei mistus est. Quod autem ait: *Portabunt iniquitatem suę*, id est, ipsum peccatum pœna erat.

c *Qui coierit &c.* Intẽdit legislator continentiam suadere, ne more pecorum cum mulieribus continuè misceamur, sed velut coacti ad vsum continendi paulatim veniamus. Mirum autem quod nunc tales de populo suo disperdi præcipit, cum superius eisdem legem purgationis indixerit. Contemplemur ergo menstruatam Gentilium sapientiam à deo remotam, de volatu auium, & cursu siderum, & mensuris æui disputantem, cum hac dormire, id est, delectari, vel reuelare & palam turpitudinem eius proferre, fontemque totius erroris exponentem audire impium est. Ideo talis interficietur de medio populi sui, ne nominetur homo qui imaginem Dei, & seipsum ignorando, creatorem à se alienauit. Ipsa quoq; interficietur, ne sapientia nominetur, quia sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.

d *Turpitudinem &c.* Sororibus patentum filios miscere prohibet, vt generationes non confundantur, & parentibus reuerentia exhibeatur. Secundum spiritum verò & parentum peccata debemus velare, & eorum qui eis sociati sunt, quasi fratres & sorores

succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo. 1
a Sanguis eorũ sit super eos. Qui acceperit sororẽ suam filiam
b patris sui, vel filiã matris suæ, & viderit turpitudinem eius, il-
laq; conspexerit fratris ignominiã, nefariã rem operati sunt,
¶ Vt cetera arceantur.
occidentur in conspectu populi, eò quòd turpitudinem suã
a ¶ Pœnam iniquitatis. ¶ Ipsum peccatem erit pœna. b ¶ Delectatione adhæret.
c mutuò reuelauerint, & portabunt iniquitatẽ suam. Qui cõie-
a ¶ Palam alius fecerit.
rit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelãuerit turpitudi-
a ¶ Totum errorem idolatriæ & sacrificiorum. b ¶ Vt non sit de populo Dei, qui imaginem Dei contaminauerit, nec illa sapientia nominetur.
nẽ eius, ipsaq; aperuerit fontẽ sanguinis sui, interficiẽtur
d ambo de medio populi sui. Turpitudinẽ † materteræ tuæ &
amitę tuę nõ discooperies. Qui hoc fecerit, ignominiã carnis
sue nudauit: portabunt ambo iniquitatem suã. Qui coierit cũ
vxore patrui, vel auunculi sui, & reuelauerit ignominiã † co-
¶ Quod est summa pœna.
gnationis suæ, portabunt ambo peccatum suũ: absque libe-
a ¶ Non quo filij talium interficiantur, sed filij eis lege succedere prohibentur.
ris morientur. Qui duxerit vxorem fratris sui, rem illicitã fa-
cit, turpitudinẽ fratris sui reuelauit: absque liberis † erit. Cu- 3
¶ Voluntate. a ¶ Omnes. ¶ b Sicut iudicauit Deus in filio Israelitidis qui blasphemauit. c ¶ Opere. d ¶ Sicut gentes.
stodite leges meas atque iudicia, & facite ea, ne & vos euo- 4
¶ Eiiciat. ¶ a In peius proficiendo.
mat terra, quam intraturi estis, & habitaturi. Nolite ambula- 5
a ¶ Superstitionibus, quas legitimas putant. b ¶ Dæmonum qui multis dominabantur.
c ¶ Princeps huius mundi ejicitur foras.
re in † legitimis nationũ, quas ego expulsurus sum ante vos.
a ¶ Facere coegerunt. ¶ Ejiciendo à cordibus hominum.
Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. Vobis
a ¶ Viuentium quam olim habuerunt. b Gratia non meritis. ¶ In æternum possidendam.
autem loquor. Possidete terram eorum, quam dabo vobis
a ¶ Abundantem.
in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle. Ego domi- 6
nus Deus vester, qui separaui vos à cæteris populis. Separate 7
a ¶ Populares. b ¶ Contemplatiuos.
ergo & vos iumentum mundum ab immundo, & auem

1 Deuteronomio compellit, & iubet dicens: *Quando habitauerint fratres simul, & vnus absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri sed accipiet eam frater eius &c.* Sicut Booz Ruth lege cognationis: libidinis autem causa, talem prohibet coniũctionem. Interpretatio verò spiritualis, superioribus similis est. Deut. 25. b. Ruth 4.

† sororis matris tuæ & sororis patris tui Quæst. 76. in Leuitic. † patrui sui

Augvst. *Qui coierit cum vxore patris &c.* Quic unque dormierit cum cognata sua, & turpitudinem cognationis suæ reuelauerit, sine filiis morietur. Quæritur quousque sit obseruãda ista cognatio, E cũ in longinquo gradu liceat accipere vxorẽ, sem per quę licuerit. Sed intelligendũ est ex his gradib⁹ non licere quos phibuit, secũdũ quosdictũ est: *Quicunque dormierit cum cognata sua &c.* vbi aliqua prætermissa intelligenda, sicut sororem de vtroque parente, & vxorem fratris matris, id est, auunculi. Nam de vxore patrui, primum prohibuit. Sine filiis morientur, forte intelligendum est lege constitutum, vt qui de his nati fuerint, filij non reputentur, id est nullo iure succedant parentibus. Quæst. † cenet

☆ Procop. Quidã sic interpretantur hunc locũ, orbi moriẽtur id est, semen eorum nõ recensebitur inter liberos quod quidem Romani auxerunt obseruandum in omnibus nuptiis incestis.

f *Custodite legem &c.* Non sufficit partem legis custodire, necesse habemus obseruare omnia præcepta & iudicia.

g *Nolite ambulare &c.* Non solum Iudæis, sed omnibus gentibus hæc obseruanda sunt, si Deo seruire volunt. F

h *Lacte.* deliciis beatitudinis, quibus nihil suauius, nihil dulcius, & sine omni labore, & dolore erunt, sicut mel & lac, quę sine nostro labore præparantur.

i *Ego dom. Ne cogitetis dicentes, quid comedemus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt.* Qui autem sublimiore cõuersatione & retributione sequũtur, separari debẽt à cæteris gentibus. k *Separate &c.* Iumenta vel pecora, popu- Matt. 6. d

Moraliter. ☞ lares

NICOLAVS DE LYRA.

☆ 1 Interficientur ambo. *Hoc est intelligendum, quando aliquis scienter mulierem menstruatam cognouerit, & fuerit de hoc conuictus in iudicio. Si autem esset occultum, immõdius esse: septem diebus, vt dictum est sup. xv. cap.* Qui coierit cum vxore patrui. *Sequitur:*

2 Absque liberis morientur. *Quod exponit Rab. Sal. dicens, quod si tunc haberent pueros sepelirent eos ante mortem suam, & si non haberent tunc, nec haberent de cætero sicut priuati a Deo, & sic morerentur absque liberis.*

Beatus August. aliter exponit dicens, quod si ex tali matrimonio aliqui pueri nascerentur, illegitimi reputarentur, nec succederent in hæreditate, & ideo per hoc intelligitur pœna exheredationis, & eodem modo exponitur casus se quens.

3 Custodite leges meas. *Hic consequenter ponitur prædicta determinationis ratio: ad hoc enim determinata est pœna prædictarũ transgressionum, vt homines saltem timore pœnæ coercerentur à transgressione legis, & hoc est quod dicitur:*

4 Ne & vos euomat terra. *Tanquam abominabiles.*

5 Nolite ambulare. *&c. id est, in vitiis & modo viuendi ipsarum.* Deut. 18. b.

6 Ego dom. *per signum circumcisionis & distinctionem legis.* 1. Reg. 22. b.

7 Separate. *In Heb. habetur:* Illelhiã mundã ab immunda. *Iumentum enim proprie acceptum dicitur quasi iuuamentum, quod scilicet, deseruit homini tantum in laborando, sicut equus, asinus, & similia, quæ omnia sunt immunda ad esum, & ideo distinctio mundi ab immundo non habet hic locum.*

☆ Eritis

☞ lares: volatilia, contemplatores lex appellat. Omnis popularis A mundus propter simplicitatem à pluribus iudicatur. Similiter contemplatiuus, sed non ita est: popularis enim debet esse prudens in bono, simplex in malo, hic enim solus mundus est. Contemplatiuus quoque conscientiam debet habere mundam, & fidem non fictam. Qui

mundam ab immunda, ne polluatis animas vestras in pecco-
a ¶ Hic nihil discernit, omnia enim erant immunda.
a re & in auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vo-
a ¶ Etsi videantur munda. b ¶ Impolluti.
bis ostendi esse polluta. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum 1
a ¶ Factus forma vitæ vobis.
ego dominus, & separaui vos à cæteris populis, vt essetis mei.
a ¶ Vtrique sexui cauet qui vtrumque erexuit.
Vir siue mulier in quibus pythonicus vel diuinationis fuerit 2
a ¶ Quia corruptus alios corrumpit. b ¶ Populus cui maxime nocent.
b spiritus, morte moriatur, lapidibus obruent eos: sanguis eo-
rum sit super illos.

hæc non habent ad vaniloquia conuertuntur, *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Diligẽter ergo mundi separandi sunt ab immundis, vt mundos sequamur, immũdos fugiamus. Notandũ verò quàm discretè in quadrupedibus & volatilibus hîc legislator distinguit, & non in reptilibus terræ. Cuncta enim quæ mouentur in terra immunda sunt, terrena autem sapiunt quibus *deus ventrem est* iporum. Et

1. Timo. 1. a. Phil. 3. d.

NICOLAVS DE LYRA.

☆ 1 Eritis mi. *Quia si animalia munda debẽt seperari ab immundis, multò fortius homo qui est rationalis creatura debet separari à peccatoribus.*

2 Vir siue. *Hic consequenter ponitur intenta conclusio: intentio enim principalis quare determinatæ sunt pœnæ in casibus prædictis, est ad destru-*

meritò lapidibus punitur. Nã magia cædes perpetrat, sepulchra perfodit, animas hominum perturbat. Magi enim sunt homines qui naturam humanam corrumpunt.

destructionem idolatriæ, circunstantiarum ejus, ideo finaliter concluditur: Vir siue *&c. non est hoc intelligendum si aliqui fuerint arreptitij à dæmonibus in eis loquentibus absque procuratione illorum, in quibus sunt tales spũs mali, quia tale quid est pœnale, & non culpabile. Si autem per procurationem alicuius hoc fuerit directè vel indirectè, ita quòd sit et culpabile, tunc incurrit pœnam istam.* E

MORALITER.

☩ 2 *Vir siue mu.* Per pythonicum spũ intelligitur ars & voluntes ad inuenienda mendacia, & maximè cum tali fictione, quòd habeant talia ex reuelatione Dei vel angeli boni, vel etiam mali, vel ex aliqua virtute occulta quæcunque sit illa, & de istis dicitur, morte moriantur, quia moriuntur hîc morte culpæ, & postea morientur morte gehennæ. Apocal. xx. d. dicitur mors secunda. B

ADDITIO I.

In c. xx. vbi dicitur in postilla: Quod si negligens populus terræ. *Ex hac littera non habetur, quòd negligentes corrigere crimina eandem pœnam incurrant: sed solum si sunt consentientes. dicitur enim in litera:* Succidamque ipsum & omnes qui consenserint, *non enim dixit: Et omnes qui neglexerint sed* qui consenserint: *Ex quo patet, quòd negligentes licet sint digni pœna, non tamen eandem pœnam incurrunt, currunt sicut transgressores, nisi cum hoc sint consentientes.*

ADDITIO II.

In eo. capitulo xx. vbi dicitur in postilla: Qui maledixerit patri suo vel matri morte moriatur &c.

Quod autem ex una maledictione patris quis incurrat pœnam capitalem, dictum fuit supra in additione super Exo. xxj.

Replica correctorij contra Burgen. ibidem.

CAP XXI.

Dixit quoque dominus ad Moysen &c.

a *Ne conta.* Isichivs. Id est nihil omittat ex his quę expediat sacerdotem docere, & si nolunt obedire, qui ex inobedientia moriuntur, nisi tantum in consanguineis & propinquis &c. Oportet enim sacerdotem diligentiam adhibere populo ne peccet, sed cognatis præcipuè, & domui suæ.

Sacerdotum diligentia. C

Si quis enim suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem abnegauit &c. 1. Tim. 5. 2.

In his ergo peccantibus, sacerdos necessariò pollujtur, vtpote qui quotidie imò semper debet eis quę ad salutem sunt prouidere: & circa eos ne peccent, quæ morte digna sunt vigilare. In patre quoque & matre hoc idem intelligendum est. Sæpe enim doctorem filium sacerdotalis dignitas facit, quæ non est nupta viro. Si enim cognati sacerdotum semetipsos separauerint, vt alia domus sit in eis peccantibus, non polluuntur. Quandiu enim eis adhærent, propinquitatis & cognationis legem custodientes, contaminationis eorum rectè sunt participes: cohabitantium enim non poterit ignorare peccatum.

☆ Procopivs. Si naturam mortis per se intueare, reperies mortem non inquinare quenquam. Verùm præcipitur sub hoc symbolo, vt vitentur quæ nos conspurcant, mortifera opera. Exigit igitur Deus, vt sacrorũ minister refugiat lethifera opera, horreatq; illa patrare. Ne quis verò sacerdotes reputet ferreos in quos nullus cadat luctus, statuit ad quas personas accedere fas sit, præcipuè cum lex dicat, Honora patrem & matrem: permittitur adire & ad sororem, cuius adhuc virginitas sit illibata.

CAP. XXI.

Dixit quoque dominus ad Moysen: Loquere 1
a ¶ Litera à pollutionibus mortuorum abstinere præcipit sacerdotes.
¶ Id est luctu scilicet mortuorum, vel peccatis mortiferis.
ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos:
a Ne contaminetur sacerdos in † mortuis ci-
a ¶ Quibus debemus adhibere maximam curam.
b uium suorum, nisi tantum in cõsanguineis ac propinquis, id

† in mortibus

b *Nisi tantum in consanguineis.* Hieron. ad Fabiolam. Super omnem animam quæ mortua est, non ingredietur sacerdos. Non ☞ accedet

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XXI.

Allegoricè.

Dixit quoque &c. *Postquàm posita sunt præcepta ordinationis vitæ, quantum ad communem statum hîc consequenter ponuntur præcepta ordinationis vitæ, quantum ad diuinum cultum: & primò quantum ad ministrantes, secundò quantum ad ministrata.* cap. xxij. *Circa primum ostenditur primò quid circa sacerdotes minores sit obseruandum, secundò quid circa sacerdotem magnum, ibi:* Pontifex. *tertiò qui sunt inepti ad sacerdotium ibi:* Locutusque est dominus *Circa primum inhibetur sacerdotibus minoribus ne interesint funeribus, nisi certarum personarum, qua iis litera exprimuntur, & pater litera. Causa huius duplex est. Vna quia ex hoc contrahebant quandam immunditiam seu*

Basilio.

MORALITER.

Dixit quoque dominus ad Moysen.

1 *Nec contaminetur sacerdos in mortuis ciuium suorum: nisi tantum &c.* Hic minores sacerdotes arcentur ab ingressu ad funera, nisi valde propinquorum. s. patris, matris, filij, filiæ, fratris, & sororis virginis. Pontifex autem ab omni funere arcetur penitus, vt habetur infrà eo. c. Per hoc autem significatur, quòd minores sacerdotes, nouæ legis debent ab operibus mortuis, quæ sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

accedet scilicet vbi peccatum est, & in peccato mors. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur*, quamuis sit potens & diues, & multitudinem offerat victimarum. Si mortuus est, non tangitur à pontifice, non videtur. Si autem reuiuiscit, & ad vocem saluatoris egreditur de sepulchro, & fasciis peccatorum solutus incedit, intrat ad eum pontifex, cū eo manet, & cum eo resurgente prandet. Super matre sua & patre non inquinabitur. Multa eos cogit facere affectus, & dum corporum propinquitates respicimus, corporis & animæ creatorem offendimus. Qui autem amat aut patrem aut matrem super Christum, non est eo dignus. Multi monachorum dum parentibus miserētur, animas perdiderunt. Super patre aut matre pollui nō licet: quantò minus ergo super fratre, sorore, consobrinis, familia, ac seruis. Genus regale & sacerdotale sumus, illū attendamus patrem, qui nunquam moritur, aut qui pro nobis moritur. Qui Deo viuens mortuus est: vt nos mortuos viuificaret. Si quid habemus de Ægypto, quod princeps mundi suū possit agnoscere, tenenti Ægyptiæ cum pallio relinquamus. Syndone opertus adolescens vinctus & nudus per sequentium impetus declinasset. Reddamus paterentibus quæ parentum sunt: si tamen vinum, si filios suos seruientes Deo patri præferri sibi gloriantur. Sed hoc de maximo pontifice intelligitur: sicut in sequentibus ostenditur. Minoribus verò aliquid indulgetur.

Ezech.18.c. Ioh.11.c. Matth.10.d. 1.Petri 2.b. Rom.6.b. Iohan.12.e. Gen.36.c. Mar.14.e. 1.Timo.5.a.

a *Non radent ca.* Hiero. ad Fabiolam. Summus autem pontifex nec discooperiet. Qui habet cidarim, & nomen Dei portat in fronte, & diademate ornatus est regis, & ad perfectam Christi peruenit ætatem, & semper eius gloria protegendus est. Vestimenta sua non scindet: quia candida, quia impolluta. Thamar amissa pudicitia scidit tunicam. Cayphas perdito sacrificio rupit publicè vestimenta sua. Super omnem animam quæ mortua est non ingredietur: & de sanctis non egredietur, ne polluat sanctificationem Dei sui. Nam pro otioso verbo quoque rationem reddemus. Quicquid non ædificat audientes, in periculum vertitur loquentium. Si aliquid reprehensibile dicimus, de sanctis egredimur, & vocabulum Christi polluimus in quo nobis blandimur. Quantò ergo magis pontifex (quē oportet esse sine crimine, tantarumque virtutum vt semper moretur in sanctis) paratus victimas offerre pro populo, sequester hominum & Dei, & carnes agni & sanguinem sacro ore conficiens, quia oleum sanctum Christi Dei sui super eum est, non polluat vestimenta sua. *Quotquot enim in Christo baptizamur, Christum induimus.* Seruemus tunicam quam accepimus, & sanctum custodiamus in sancto. Illo montanus habitator qui de Ierusalem descendit in Hiericho, non prius vulneratus est quàm nudatus. *Vxorem virginem accipiet &c.* Pontifex cui hæc præcepta dantur, Christus à quibusdam intelligitur, de quo dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Et in Zacharia, *Audi Iesu sacerdos* D. *magne* &c. hic est cui sordida peccatorum nostrorum vestimenta tolluntur, vt recipiat gloriam quam habuit priusquā mundus esset. Sed ne scripturæ vim facere putemur, interpretemur in membris quod referatur ad caput, & sic disputemus de vero lumine, vt deriuetur ad eos quibus Christus donauit, vt lumē sint.

Allegoricè 2.Re 13.d. Mar.26.d. Matth.12.c. Ad Tit.1.b. Deute.5.a. Gal.3.d. Lu.10.c. Pfal.109.a Zach.3.d. Matth.5.b.

Non radent ca. &c. Barbam & caput radere.

ISICHIVS. Nimis ægrè dolere sacerdotes de mortuis prohibet lex, tanquàm qui speciem futuræ vitæ habent & populum docent, propterea non solum in proprijs peccatis vigilare & sanā mentē habere, sed etiā in alienis quę suprà taxata sunt caput & barba sapientiam & perfectionem significant. Vnde caput nostrum dicitur Christus, in quo solo rectè sapimus. Et meritò barba perfectionem, & caput sapientiam significat, quia venientibus ad annos discretionis, & iuuenilis ætatis, barba nascitur. Peccatores dicuntur mortui, secundum illud: *Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos sibi Christus*, non ergo oportet sacerdotis caput aut barbam radi super mortuum: quia non oportet cogitationes quæ sicut capilli caput, ita sapientiam ornant, alio peccante corrūpere, sed integras conseruare vt possit exhortari, arguere, increpare.

Matth.5.b. Quæst.30. in Leuit. Eph.2.a.

Polluent nomen, &c. IDEM. Quod est magnum in gentibus, vos autem dicit Malachias, *polluistis illud in eo quod dicitis, Mensa domini deserta est.* In peccato enim sacrificij nomen Dei polluunt sacerdotes. Malac.1.d.

THEODORETVS. Id præcipitur, quoniam temperantiæ typum sacerdotem esse oportet, nullam prębentem occāsionem conuitiari volentibus: propterea Apostol⁹ iubet Dei ministrum testimonium habere bonum, etiam ab extraneis. Hac de causa scortum Israeliticum interfici iubet, filiam verò sacerdotis, flammis exuri.

Quæst.30. in Leuit.

Scortum &c. Sacerdos quilibet: nam de summo postea dicet, quòd non nisi virginem ducat vxorem.

Quæ rep. &c. Quia culpabilis inuenitur, hanc non debet ducere sacerdos vxorem, nec prædicere eius obseruantiam literalem.

F

PROCOPIVS. Non enim solum sacerdotis est vt fugiat manifesta mala, vt scortationem, sed declinet illa mala quæ famam nostram fugilant. Siquidem suspecta est mulier repudiata.

Sit ergo san. Si sacerdotes datam iam sibi à Deo sanctificationem custodiunt, sanctificant ipsum deum, qui cum in natura sanctus sit, à participibus gloriæ suæ voluit sanctificari.

Sacer filia. Graue est cuiuslibet filiam fornicari, sed maximè sacerdotis, qui debet habere filios subditos in omni castitate.

Sacerd. fi. Sinagoga non solùm vxor: sed & dei filia appellatur, sacerdotis sed filia.

¶ Quibus sæpe filium præscit sacerdotalis dignitas.

est super patrem & matrem, & filium ac filiam, fratrem
a ¶ Alienata scilicet à domo sacerdotis.
quoque & sororem virginem, quæ non est nupta viro, sed
a ¶ sapientiam.
nec in principe populi sui contaminabitur. Non radent cā-
a ¶ Perfectionem sapientiæ. b Id est non scandalizentur aliquo peccante, nec carnalem ex his sapientiam debūt sumere. c ¶ Incisura sapientia carnis est, ideo de Iudęis carnalia sapientibus ait Paulus: videte; concisionem.
put nec † barbam: neque in carnibus suis facient incisurās.
a ¶ Vnde Malachias: O sacerdotes qui polluitis nomen meum. Et paulò post: offertis super altare meum panem pollutum.
Sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum
enim domini & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt.
a ¶ Synagogam. de qua dicit Esaias: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis &c. Esa. 1.f.
Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem, nec eam
quæ repudiata est à marito: quia consecratus est Deo suo, &
panes propositionis offert. Sit ergo sanctus, quia & ego san-
a ¶ Christi. ¶ Synagoga
ctus sum dominus, qui sanctifico vos. Sacerdotis filia si † de-
prehensa fuerit in stupro & violauerit nomen patris sui,

Barbam 1 sapientiam. 2 Perfectionem sapientiæ. 3 Synagogam. 4 Christi. 5 Synagoga. † extremitatem barbæ suæ. 1.Cor.11.a. † cùm scorpe dixit fornicati.

NICOLAVS DE LYRA.

irregularitatem, impedientem eos ad tempus à ministerio tabernaculi, à qua opertebat eos primò purgari. & ideo magis arcebantur à funeribus, quam alij, qui non habebam sic ministrare in tabernaculo. Secunda ratio est: quia sacerdotes qui magis debebant habere cognitionem, de resurrectione futura, non decebat ita lugere mortuos sicut communem populum.

1 Non radent caput nec barbam, neque in carnibus &c. *Hoc expositum est supra xix. ca. hic tamen replicatur, quia licet omnes ad hoc tenerentur, specialiter tamen sacerdotes, qui debebāt esse aliis mundiores, & hoc est quod subditur:*

2 Incensum enim domini. *super altare thymiamatis.*

3 Et panes &c. *super mensam propositionis.*

4 Et ideo sancti erunt. *ad est, ab immunditiis magis elongati, & quia vilitas vxoris redundat in virum, cum sint vna caro, ideo subditur: Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem, & quia similiter stuprum filiæ redundat in patrem qui eam debet custodire ideo sequitur:*

5 Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, *id est, defloratā ipsa consentiente.*

1 Flammis

MORALITER.

peccata, magis cæteris hominibus elongari, & pōtifices multò magis debent à talibus elongari, quanto sunt in statu digniori. De vtrisque verò dicitur:

1 *Non radent c.* Moraliter caput radere, est suo superiori detrahere. Similiter radere barbam est vigorem animi sui ad mollitiem reducere.

† *Neque in carnibus suis faciant incisuram.* i. in capitulis vel collegijs suis non faciant schismata vel discordias.

†. *Scortum & vile.* Per scortum intelligitur carnalis sapientia, quæ

sed vtrunque deprauans, aliona facta est. Vnde: *Relinquetur filia Sion sicut umbraculum vinea &c.* Et alibi. *Fornicata est mater eorum, quod igne sit exusta, ancendy monstrant vestigia.*

Esa 1.c. Lib.15.capit. Oseæ.2.a.

RADVLPHVS. Hanc seueritatem vt in libro de ciuitate Dei beatus testatur Augustinus, etiam gentiles tenuerunt circa illas quę castitatē professę fuerant, & deorū suorū ministerio consecratę. Antiqui, inquit, Romani in stupro detectas Vestę sacerdotes, vinas etiam confodiebant.

A

Pontifex. &c. Christus magnus dominus noster, & magna virtus eius, qui pro nobis factus est sacerdos & hostia.

Consecrata sunt. Alij sacerdotes in sanguine vituli & arietis consecrabant vel consummabant, scilicet, manus suas. ipse verò, prio sāguine crucifixis manib⁹.

Vestimenta non, &c. ISICHIVS. Ex quo enim verbum caro factum est, totus carni suæ inest, nec vnquam ab ea vel crucifixa vel sepulta separatus est. De melioribus eius indumentis dicitur: *Amictus lux sicut ve. Abyssus sicut vestimentum amictus eius.* Hic est pontificis habitus, quo profunda sapientiæ & scientiæ luce indicatur vestitus, hæc vere sancta sunt indumenta.

B Psal.103.a.

PROCOPIVS. Luctus enim qui impenditur mortuo vitæ contrarius est, nec quicquam mortuum congruit vitæ. Imo vita destruxit & mortem. Et deus non est mortuorum deus, sed viuentium. Quapropter Christus obiurgat illos, qui lamentabantur filiolum principis synagogæ, præsente eo qui erat vita. Quod verò lachrymas Christus dedit Lazaro defuncto, amoris significationē habuit. Proinde moderatè lachrymabatur. Deplorabat magis humanam naturam, quę sæuę subiacebat tyrannidi.

Ad omnem mortuum &c. ISICHIVS. Lxx. Animam mortuam. *Anima quæ peccauerit ipsa morietur.* Hac morte maximè gentes perierunt, quæ nec legem nec doctrinam habuerunt: sed peccata omnium tulit, & tamen impollutus mansit.

Ezech.18.c. Esa 53 b.

AVGVST. *Ad omnem mortuum &c.* Lxx. Super omnem animam mortuam non introibit. Quomodo dicat animam mortuam, corpus mortuum, difficile est intelligere: corpus tamen anima destitutum, rectricis suæ nomen accipit, quoniam reddendum est illi sicut ædificium quod ecclesia dicitur, cùm homines exierint, tamen ecclesia vocatur. Sed cùm corpus viuentis anima non dicatur, quomodo anima cum mortuum fuerit dicitur. Portò si animam mortuam intelligimus à corpore seperatam, vt mortem dicamus ipsam seperationem, sicut dicimur mortui peccato quia peccato non vtimur, sic anima corpori mortua, quia ipso non vtitur. Quomodo potest quis intrare super animam mortuam, quod sacerdotibus prohibetur: an vitam temporalem animam vocauit, quæ mortua est in corpore, anima migrante quæ mori non potest? Non quia illa vita anima fuerit

C Roma.6.a.

fuerit, sed quia per præsentiam eius subsistebat, nomen eius accepit. *Anima enim omnis carnis sanguis eius est*, qui mortuus est in corpore mortui. Non enim adscedente anima abscessit. Vetuit ergo scriptura summum sacerdotem super patris vel matris funus intrare, quod secundum non prohibuit.

D 2.Cor.11.a. Deuter.21.d.

De sanctis non exibit. dum. s. eorum funera celebrantur. De sanctis prohibitus est exire, sicut septem diebus quibus sancti sicabatur. De sanctis prohibitus est exire, non autem semper. Sanè si vxores duceret, filios gignere, sacerdotes summi non vetabantur: magna oritur quæstio, cum lex hominem coniugali concubitu mundum dicat vsque ad vesperum etiam cum ablouerit corpus suum aqua, & iubeatur sacerdos summus propter incensum con-

E

tinuationis bis quotidie intrare intra velum, vbi erat altare incensi, nec quenquam immundum ad sancta fas esset accedere. quomodo quotidie id summus sacerdos implebat, si filios procreabat? De egritudine responderi potest, quòd gratia Dei non ægrotabat. Consequitur ergo, vt aut continens esset, aut aliquibus diebus incensum intermitteret: aut si illud intermitti non posset, quòd non nisi per summum sacerdotem imponi posset, non fieret immundus coitu coniugali, merito præcipuè sanctificationis suæ. Aut si etiam ad ipsum pertinet, quod de omnibus filijs Aaron in sequentibus dicit, vt non accedat ad sancta, si cui accidit aliquid immunditiæ, illud pro peccato restat accipere quod nonnullis diebus nō imponebatur incensum.

De sanctis non exibit. 1 Flammis exuretur. 2 Pontifex. 3 Caput suum non discooperiet. 4 Et ad omnem mor. non ingre. 5 Super patre quoque suo & ma. 6 Non cōtaminabitur. 7 Nec egre. de san. 1 Virginem

c *Super patre.* ORIG. Omnis homo in patre & matre pollutus est. Solus Christus in hac generatione mundus ingressus est, in matre pollutus non est, quia sine concupiscentia genitus est, quia Ioseph ministerium tantum præstitit, vnde patris vocabulum promeruit, præterea verus pater omnium deus, mater Ierusalem cælestis. Quicunque ergo peccant, in patre contaminantur contra quem peccata committuntur, in matre contaminantur, qui postquàm crediderunt, in aliquo lædunt ecclesiam, vel cælestis matris libertatem indigna peccati seruitute maculant.

Hom.12 in Leuit. Mystice. Quæst.8. in Leuit. 2.Retract. ca.55.d Exo.28.

AVGVST. Quæri potest, quare super funus patris sui summus sacerdos prohibetur intrare: Quomodo enim poterat esse summus sacerdos nondum mortuo patre, cùm eos lex iubeat patribus succedere. Sed necesse erat nondum sepulto summo sacerdote continuò substitui alium propter continuationis incensum. De ægritudine autem possumus dicere, forte non solere summos sacerdotes nisi subitò mori, non præcedente ægritudine, sicut de ipso Aaron scriptura testatur.

Nu.20.d Quæst.84. Exo.19.b Visibilis gratia

Ego dominus. AVGVST. De Moyse etiam dictum est: *Et sanctificabis eum.* Sed Moyses sanctificat visibilibus sacramentis per ministerium. Dominus autem inuisibili gratia per spiritum, vbi

F

est to-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Flammis exuretur. *Quia filia sacerdotis debebat pollere maiori munditia, ideo puniebatur grauiori pœna. Aliæ autem virgines dicto modo deflorata non puniebantur morte, nisi essent viro affidatæ, vt dictum fuit supra, Exo.xxij. & idem habetur Deutero. xxij. Dicit tamen Ra.Sa. quod hoc est intelligendum de filia sacerdotis maritata, vel saltem affidata, & non de illa quæ est omnino libera à viro. Sed hoc videtur contrarium textui, qui nullam facit exceptionem. Item contra intentionem legis, quia sic non esset differentia quantum ad hoc inter filiam sacerdotis & filiam hominis alterius: quia filia cuiuscunque maritata vel affidata, si formicetur, debet lapidari secundum legem datam, Deu.xxij. & Exo.xxij. & ita lex hec de filia sacerdotis esset superflua, ideo prima expositio videtur melior.*

sacerdotis filia deprehensa in stupro flammis exuritur.

2 Pon-

MORALITER.

quę vilis est: quia est terrena, animalis, & diabolica, vt dicit Iaco.iij.d. Hanc autem sapientiam non debet sibi coniungere pōtifex vel sacerdos nouæ legis, sed sapientiam spiritualem quæ desursum est, de qua dicitur Sap.viij.a. Hanc mihi quæsiui sponsam assumere. *Sacerdotis filia.* Per hanc intelligitur monialis Christi summi sacerdotis nīa spiritualis. Si deprehensa fuerit in stupro & violauerit nomē patris sui, vorū castitatis frāgēdo.

1 *Flamis exuretur.* Scilicet gehēne, nisi purget p opera pœnitētię.

2 *Pontifex.* Id est sacerdos maximus. Sequitur postea:

7 *Nec egredietur de sanctis.* i. de sua diœcesi, nisi pro vrgente necessitate, vt semper sit paratus suo populo subuenire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est totus fructus etiam visibilium sacramentorum. Sine hac sanctificatione visibilia sacramenta nihil prosunt. Inuisibilis tamen sanctificatio sine visibili prodest. Tolerabilius enim si quis dixerit sine illa illam non esse, quàm si fuerit non prodesse, cùm ista sit omnis illius vtilitas. Sine visibili quoque inuisibilis esse

Act. 8. d. potest, Simon Magus visibilis baptismus nō profuit, quia inuisibilis non affuit, sed quibus inuisibilis adfuit, profuit, etiamsi visibilia sacramenta non percepérut. Non tamen Moses qui visibiliter sacerdotes sanctificat, vbi ipse fuerit sacrificiis vel oleo sanctificatus ostenditur. Inuisibiliter verò sanctificatū nemo negat. Idem de Ioanne Baptista dici potest, qui prius baprizat' apparuit: vnde sanctificatū esse claruit, quamuis visibiliter factum non inuenitur, antequam baptizaret. Hoc de latrone quoque, cui secum crucifixo dominus ait: *Hodie mecum eris in paradiſo*. Neque enim sine sanctificatione inuisibili tanta felicitate donatus est. Ex his colligitur inuisibilem sanctificationem quibusdam adfuisse, & profuisse sine visibilibus sacramentis, quæ pro temporum diuersitate mutata sunt, vt alia tunc fuerint, & alia modo sint, visibilem verò sanctificationem quæ fit per sacramenta visibilia, sine inuisibili posse adesse, non posse prodesse: nec tamen visibile sacramentum ideo contemnendum est. Nam contemptor eius inuisibiliter sanctificari non potest. Hinc

Act. 10. g. Cornelius & qui cum eo erant iam spiritu sanctificati baptizati sunt, nec superflua iudicata est visibilis sanctificatio, quia inuisibilis præcessit.

a *Virginem du.* Hier. ad Fabiolam. Vidua est cuius maritus mortuus est. Eiecta, quæ à viuo marito eijcitur. Meretrix, quæ multorum patet libidini. Accipiet vxorem virginem de genere suo, non alienigenam, ne in mala terra nobilium seminum frumenta degenerent. Non meretricem quæ multis exposita fuit: non eiectam quæ priori coniugio indigna: non viduam, ne pristinarum meminerit voluptatum, sed illam animam quæ non habet maculam, neque rugam, quæ in Christo renata innouatur de die in diem. vnde: *Desponsi enim vos vni viro &c. 2. Cor. 11.*

C *Nolo discipulam coniugémque pontificis quiequàm habere veteris*
Coloss. 3. a. *hominis. Si consurrexerimus cum Christo, quæ sursum sunt sapiamus,* præteritorum obliti, futurorum auidi. Infelix si modò qui post
Act. 9. g. baptismum de antiquo matrimonio cogitauit, nec ad virginalem venerat puritatem, Petri consortio indignus fuit.
Homil. 12. in Leuit. b *Viduam autem &c.* Orig. Qui peccat abiectus est, etiam si

a ¶ Ecclesiam. Despondi enim vos vni viro &c. 2. Cor. 11. a. b ¶ Synagogam. c ¶ Amisso deo. ¶ A deo per idolatriam. ¶ Alij electam.

a b † Virginēm ducet vxorem. Viduam autem & repudiatam & 1
a ¶ Nota quia fideles suos non vult Iudæorum obseruationibus communicare. b ¶ Hæresim quæ multorum patet libidini. c ¶ Virginem Ecclesiam, vel animam. d ¶ Septuagin. a de genere suo, humano scilicet.

c sordidam atque meretricem non accipiet, sed puellam de po- 2 Osee 2. a.
a ¶ Non mittat margaritas ante porcos. b ¶ Septuaginta semen, id est verbum dei. ¶ Fideles. c ¶ Iudaicis moribus. d ¶ De qua ipse secundum carnem.

pulo suo, nē commiscear stirpem generis mei vulgo gentis 3
¶ Ideo non eget sacrificiis & purificatione Iudæorum. Ego sum pro omnibus sacrificium & purgatio.

suæ, quia ego dominus qui sanctifico eum. Locutúsque est 4
d dominus ad Mosen dicens: Lo quere ad Aaron: † Ho- 5 † 33. di. c. vl-
¶ Peccati. que adeo, 49 di. c. 1. 56. di-
stin. c. 1. 1. q. 1. c. sacerdo tes. 43. di. c. fi. in fi.

mo de semine tuo per familias *, qui habuerit ma- 6
culam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad mini-
a ¶ Qui non potest efficere quod faciendum se cognouit.

e sterium eius. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo vel 7
f g h i grandi vel torto nāso, si fracto pede, si manu, si gibbus,
a ¶ Discretione qua virtutes à vitijs discernimus.

ad ægrum medicus accedit. Qui si æger est, qua præsumptione vult mederi? Ille ergo ad exemplum debet pertrahi, qui cunctis passionibus mortuus, spiritualiter viuit, cuius intentioni corpus nec omnino p imbecillitatē, nec valde p cōtumeliā refragat.

✠ Basilius. Dominus verò dicit. Templo maior est hic. Instruit nos tanto scelestiores & impium magis esse eum, qui cum impurus sit, corpus domini administrare audet, qui seipsum pro nobis oblationem & hostiam deo dedit, quantò corpus vnigeniti filij dei excellentius est arietibus ac tauris excellentius dico non collationis ratione. Est enim excellentia incomparabilis. At maculam & vitium iam in nouo testamento, non referre oportet ad corpus, sed ad iustificationes euangelicæ pietatis. Quando videlicet præceptum dei vel non plenè, vel mutilè, vel non ita fit vt deo placere possit.

e *Sicacus.* Isich. Lumen contemplationis ignorans præsentis vitæ tenebris pressus, qui dum venturam lucem diligenter nō conspicit, nescit quò porrigat operis gressum.

f *Si claud.* Idem. Qui s. videt quò pergere debeat, sed infirmitate mentis non potest facere quod desiderat.

g *Si paruo vel grandi &c.* Idem. Paruo naso est, qui ad tenendum mensuram discretionis idoneus non est: naso enim odores fœtoresque discernimus. Nasus grandis & tortus, est discretionis immoderata subtilitas, quæ plus quàm oportet vel decet excrescens actionis confundit rectitudinem.

h *Fracto pede.* Idem. Qui viam dei pergere non potest, & boni operis exors est, non vt claudus, qui saltem cū infirmitate tenet.

i *Si gibbus.* Idem. Terrena sollicitudine pressus ad superna non respiciens, inferiora tantùm inspiciens.

a *Si*

✠ a *Si lippus.* Lippus cuius ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed operatio carnalis obscurat. In lippis enim pupillę sanæ sunt, sed humore defluente palpebræ grossescunt, cuius crebra infusione acies etiam pupillæ vitiatur.

Albugo. b *Si albuginem.* Idem. Albuginem habet qui veritatis lucem videre non finitur, quia arrogantia sapientiæ vel iustitiæ cæcatur. Pupilla enim nigra videt, alba non videt: quia sensus humanæ cogitationis si stultum se vel peccatorem intelligit: cognitionē intimæ claritatis apprehendit, si candorem iustitię vel sapientiæ sibi attribuit, à superna cognitione se excludit.

† cui fuerint testes contusi Supra. c. 18. l. 18. c *Si iugem scabiem.* Idem. Cui scilicet petulantia' carnis sine cessatione dominatur in mente. In scabie nanque feruor viscerum ad cutem trahitur, in quo luxuria signatur, quia similiter cordis tentatio ad operationem prosilit.

In prima parte pastoralis cap. 11. Impetiginē habere. d *Si impetiginem in corpore.* Græc. Impetiginem habet in corpore, quia auaritia vastatur in mente: quæ si in paruis non compescitur, sine mensura dilatatur. Impetigo sine dolore corpus occupat, & membrorum decorem fœdat: auaritia quoque dum animum delectat, exulcerat: quia dum acquirere nititur, ad inimicitiam accenditur, dolorem in vulnere non facit: quia æstuanti animo de culpa abundantiam promittit, decor membrorum fœdatur, quia per eam aliarum virtutum pulchritudo depraua-

2. Tim. 6. d. tur, quasi totum corpus exasperat, quia per omnia vitia animum supplantat. *Radix enim omnium malorum est cupiditas.*

e *Vel hernioſus.* Alij ponderosus, quia scilicet turpitudinem non exercet in opere, sed adhuc continua cogitatione grauatur in mente, qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluit, tanquam in corde gestans pondus turpitudinis.

f *Omnis qui habuerit maculam.* Quisquis cuilibet horū vitiorum subij

a b c d e f si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel † hernioſus: Omnis qui habue-
a ¶ Quamlibet de prædictis.

rit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias domino, nec panes Deo suo: vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario, ita duntaxat, vt intra ve-
¶ Corpus Christi.

lum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam
a ¶ Scandalizare populum.

g habet: & cōtaminare non debet sanctuarium meum. Ego
¶ Dicens: Estote perfecti sicut &c. Matth. v. g.

h dominus qui sanctifico eos. Locutus est ergo Moyses ad Aa-
¶ Quæ prædicta sunt.

ron, & filios eius, & ad omnem Israël, cuncta quæ sibi fuerant imperata.

Paulus duodecim conseruare eum monuit dicens: *Non superbum, non iracundum: non vinolentum &c.* Est enim Dei dispensator, qui subiectis debet virtutibus præcellere. Hoc quoque in ecclesia fit, si quis maculatus fuerit, & pœnitendo cassauerit, sanctis communicare non prohibetur: ministrare autem, vel ad velum accedere: & ad altare non licet. Velum enim & altare corpus Christi est. vnde Paulus: *Habemus altare de quo comedere non habet potestatem qui ita tabernaculo deseruiunt.* Et alibi: *Habentes fiduciam* Heb. 13. c. *in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiauit nobis viam* Heb. 10. a. *nouam & viuentem per velamen, id est, carnem eius.*

g *Et contaminare non deb. &c.* inordinatè agendo populum scandalizent, putantes superfluum esse Dei ministerium, & iustitiam & iudicium.

h *Locutus est ergo Moy. &c.* Moysi dignitatem commendat, aliis enim pauca: Ipsi verò loquitur Deus omnia, quia iustus est, & imago Christi est. Nos quoque monet maioribus & perfectioribus attendere qui continuè fruuntur æterna visione.

1 Virginem ducet vx. *Sequitur.*

2 De populo suo. *Quod fuit inſtitutum à principio: tamen fuit concessum, vt posset accipere vxorem de stirpe regia, & hoc propter nobilitatem generis, & vt rex qui præesset in temporalibus, & summus sacerdos qui præesset in spiritualibus, essent magis concordes, quod faciebat ad bonum regimen populi, & vt reges per familiaritatem sacerdotum essent magis edocti de lege diuina, & talis commixtio videtur concedi per hoc quod subditur:*

3 Ne commiscear stirpem generis sui vulgo gentis suæ. *Id est, communibus de populo, & per hoc videtur concedi commixtio cum stir-*

pe regia. Sciendum autem, quod prædicta quæ specialiter sunt ordinata circa sacerdotes, & potissimè circa sacerdotem magnum ad eorum excellentiam, propter hoc fuit vt haberentur à populo in maiori reuerentia, quia hoc redundabat in honorem cultus diuini.

4 Locutúsque est do. *Hic consequenter ostenditur qui debeant reputari inepti ad sacerdotium, licet sint de semine Aaron cum dicitur:*

5 Qui habuerit maculam. *Id est notabilem deformitatem, & hoc fuit ordinatum: quia tales homines videntur contemptibiles, ne ex hoc vilesceret sacerdotale officium, & exprimuntur ista deformitates magis in particulari, cum dicitur:*

6 Si cæcus fuerit &c. *& patet litera vsque ibi:*

7 Si gibbus. *Id est gibbosus, in pectore vel in dorso.*

✠ 1 Si

✠ 1 *Virginem ducet vxo.* i. sapientiam quæ desursum est, quæ bene dicitur virgo, quia est incorrupta, vt possit dicere id, Sap. viij. a. *Hanc mihi quæsiui sponsam assumere.*

† *Viduam aut. & repudiatam & for. &c.* Per viduam intelligitur sapientia legalis quantum ad ceremonialia, quę à tempore mortis Christi est sine sponso. Per repudiatam, sapientia terrena quę distrahit animum à diuinis. Per sordidam, sapientia animalis, quę bene dicitur sordida, quia versatur circa carnis delectabilia. Per meretricem, intelligitur sapientia diabolica, quæ in libris philosophicis continetur: tales enim sponsas non debet assumere, sed à se abijcere.

† *Homo de semine Aaron &c.* Ibi ponuntur repulsi à sacerdotio Leui-

Leuitico, per quos spiritualiter intelliguntur repellendi à sacerdotio euangelico, cùm dicitur:

6 *Si cæc⁹ fuerit.* Id est ignorās ea q̄ requrūtur ad officiū sacerdotale.

† *Si claudus.* Id est declinans à rectitudine veritatis agnitæ.

† *Si vel paruo vel grandi vel torto naso.* Per nasum qui discernit odores, discretio significatur. Per defectū aūt discretionis aliquando excedit homo mensuram rectæ rationis: & hoc significatur per nasum grandē. Aliquando verò deficit à mensura rectæ rationis, quod significatur per paruum nasum. Aliquando verò iniqua agit, quod significatur per nasum tortum.

† *Si fracto pede.* Id est impotens ad procedendum in via morum.

† *Si manu.* Id est, impotens ad agendum ea quæ spectant ad sacerdotale officium.

7 *Si gibbus.* Per tumorem superbiæ.

✠ 1 Si

✠ 1 Si iugem scabiem. *Id est, continuam vel pungentem.*

2 Si impetiginem. *Id est scabiem siccam, quæ sine dolore corporis corpus fœdat & deformat. Et idem est iudicium de aliis deformitatibus notabilibus, propter quas redditur homo contemptibilis alijs, ideo subditur:* Omnis qui habuerit maculam &c. *& patet.*

3 Vescetur tamen panibus, qui offeruntur. *Hoc dicitur ad differentiam panum propositionis, qui fiebant de communi sumptu: & non erat licitum de eis comedere, nisi solis sacerdotibus. Cætera patent.*

Moraliter. Moraliter. *Sacerdotale officio reddunturindigni: Cæcus, id est, ignarus diuinæ legis, cum sacerdotium sit officium doctoris: Claudus, id est, iniustus: quia est officiū diffinitoris in foro cōscientiæ. Naso deformis, id est indiscretus: quia est officiū discretoris lepra à non lepra. Fractus pede, id est ineptus ad gradiendum in via morum: quia sacerdotium est officium præcursoris. Mancus: id est impotens operar virtuose: cùm sit officium cultoris in vineadominum. Gibbosus, id est, superbus: cum sit officium exemplatoris. Lippus, id est, videns obscure in pertinentibus ad salutem: cùm sit officium doctoris. Habens albuginem in oculo, id est, auarus: cum sit officium largitoris. Habens iugem scabiem, id est, gastrimargiam: cùm sit officium prædicatoris: cuius est castigare corpus suum & in seruitutem redigere. Habens impetiginem, id est, luxuriam: cum sit officium consecrationis agni immaculati. Hernioſus id est ruptus vel poderosus: id est, ad terrena affectuosus: cùm sit officiū genitoris: quia hēt gignere filios spirituales i ecclesia dei.*

✠ † 1 *Si lippus.* Id est nimis carnalis ad propinquos: per hæc enim mentis oculus obscuratur.

1 *Si albuginem habens in oculo.* Id est nimis præsumens de candore propriæ sanctitatis.

1 *Si iugem scabiem.* Quæ significat carnis petulantiam.

† Si

† *Si impetiginem.* Quę sine dolore totum corpus occupat, & carnem fœdat: ideo significat auaritiam, quæ omnia membra mouet ad malè acquirendum, & hominem vilē reddit & odiosum.

† *Vel hernioſus.* Id est ruptus, per quem significatur malè custodiens secreta, qui non est aptus ad sacerdotium propter confessionis secretum.

In ca. xxj. vbi dicitur in postil. Virginem ducet vxorem, *& sequitur:* De populo suo &c.

In hoc quod dicitur: De populo suo, *non intelligitur de genere sacerdotali vel Leuitico tantum, sed sufficit quod sit de populo Israëlitico. Nunquam enim (vt credo) legitur fuisse prohibitum summo sacerdoti, vt contraheret cum aliqua de alia tribu quacunque: sicut nec etiam fuisset dispensatum seu concessum, vt acciperet vxorem de stirpe regia: quia indifferenter poterat matrimonium contrahere de quacunque tribu, dum tamen esset virgo, & non esset vidua vel sordida seu repu-*

repudiata. Quod autem subditur in littera nostra: Non commiscear stirpem generis sui vulgo gentis suæ, in Hebraohabetur: Non polluat, *quod intelligitur polluere, si commiscereret se alicui prædictarum sibi prohibitarum.*

REPLICA correctorij contra Burgen. In cap. xxj. Burgen. ponit quandam extortam sententiam illius dicti: Ducet vxorem de populo suo: *opponens se communi sententiæ omnium doctorum nostrorum dicentium tribus Leui & Iuda coniunctas, & neutram illarum tribuum vxoribus plebeiorum coniungi, & econuerso. Et puto soli Burgen. hic non fore credendum contra sententiam communem omnium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XXII.

A a *Vt ipsi offerunt.* Quæ obtulerunt, scilicet sacerdotibus, per eos domino offerenda. Nota sanctificationis genus, quod fit voto & deuotione offerentis, sed vtrum homines eodem modo seipsos sanctificare dicantur, cum in aliqua re seipsos vouent, obseruandum est.

b *Qui ac.* Quasi non debet filius à ministerio & mystico officio abstineat, sed nec tangat quę oblata sunt, mundus enim ad munda debet accedere.

c *In quo est immunditia.*

✠ PROCOPIVS. a Hæc scribit de illis quorum ingeniũ est insanabile. Quapropter eos rectè arcet à sacerdotio. Per leprosum intelligit eum qui prorsus caret virtute, & penitus mortuus est.

d *Qui.fu. lep.* Non sensibilem leprosum abominatur, qui inuitus patitur, sed spiritualem: quod ibi exponit: Qui tetigerit immundum super mortuo, siue iuxta. Lxx. omnem immunditiam animæ. i. peccatum.

e *Ex quo.* HIERO. ad Fabiolam. Si quis sacerdotum semine fluxerit, ad sacerdotalem mensam prohibetur accedere. Ecõtrario vidua, cuius cum Sara defecerunt muliebria, propter continentiam & castitatem recipitur, & de ærario templi alitur: si filios habuerit redditur soboli, vt ministret veris viduis & cui sacerdotalibus cibis sustẽtatur, nullius alterius amore teneatur.

PRO-

CAP. XXII.

& offeretis †holocaustum domino. Locutusque est dominus ad Moysen dicens: Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus,& vocabitur sanctus, affligetisque ănimas vestras in eo, & offeretis holocaustum domino.

Omne opus seruile non facietis in tempore huius diei, quia dies † propitiationis est, vt propitietur vobis dominus Deus vester. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hoc pẽibit de populis suis,& quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimũ sempiternum erit vobis in cunctis generationibus & habitationibus vestris. † Sabbathũ requietionis est,& affligetis animas vestras. Die nono mensis septimi,à vespera vsque ad vesperã celebrabitis sabbatha vestra. Et locutus est dns ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel: Aquintodecimo die mẽsis huius septimi, erit ferię tabernaculorũ septẽ diebus domino. Dies primus vocabitur celeberrimus atq; sanctissimus. Omne opus seruile nõ facietis in eo, & septẽm diebus offeretis holocaustum domino. Dies octauus erit celeberrimus atque sanctissimus,& offeretis holocaustũ dño: Est enim † cœtus atq; collecta. Omne opus seruile non facietis in eo. Hæ sunt feriæ dñi: quas vocabitis * celeberrimas atq; sanctissimas, offeretisq; in

a ¶ A peccatis. b ¶ Omnium. c ¶ Sanctorum. d ¶ Promittendo.
a ¶ Vt sanctis. b ¶ Bona perfecta super adificando. c ¶ Vitam consummatam.
a ¶ A malis cessabitis.
a ¶ Quia non sequitur humilitatem Christi,qui seipsum humiliauit vsque ad mortem.
¶ Terreni.
¶ Sanctorum.
a ¶ LXX. Sabbathum sabbathorum, vt scilicet intelligamus illud quod excedit infirmitatem Iudæorum.
a ¶ Vt in hac vita à malis seriemus,in qua sicut in tabernaculis esse debemus. b ¶ Qui nouit præsentibus vt tabernaculo vti, prima dies,id est,initium à sanctificatione vocationis incipit ei.
a ¶ Quia nulli in seculo seruiunt, qui quæ in eo sunt transitoria intelligunt. b ¶ Omni tempore. c ¶ Perfectam conuersationem.
a ¶ A quo est. b ¶ Futura vita. c ¶ Prædicta agentibus. ¶ Quia sancti vocabuntur in præparata habitacula.
a ¶ Quod,scilicet,hic præparastis,id est,vosipsos. ¶ Congregatis vndique operibus.
¶ Omnes enim eritis sicut angeli Dei.

nanque seculum præsens sequitur tanquam aliud. Septem ergo diebus festiuitatem tabernaculorum indixit. Quicunque enim præsente mundo vtitur vt tabernaculo in eo potest festiuitatem habere & lætari spe futuri seculi. *Si enim terrena domus dissoluitur, ædificatio non manufacta in cælis habetur.*

g *Dies quoque.* IDEM. Nota eadem de primo & de octauo dici,quia scilicet resurrectionis dies secunda est, & initium futuri seculi. Primus in Christo est conuersationis principium: & futurorũ exordium. Octauus verò præsenti succedit seculo, quod significat in septimo. Præterea sancti habent requiem & vitam futuram in hac vita. Vnde apostolis dictum est: *Regnum Dei intra vos est,&c.*

h *Cœtus.* Lxx. egressus quia hinc exitus,ibi habitatio, vnde: *Cupio dissolui,& esse cum Christo.*

i *Hæ sũt feriæ domini,&c.* IDEM. Legislatori cõsonat Paul⁹ dicẽs: *Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite.*

Rom.6.d. Lib.4.contra Marcionẽ. Exod.20. Ioan.16.c. Ioan.10.c. Dan.9.f. Psal.50. Psal.42. Psal.81.a. Psal.26.b. Act.1.a. Suprà.19.b. Math.5.c. Act.1.a. Vbi supra cap.4. Deut.8. Matth.9.c. 2.Cor.2.d. Heb.12.d. Rom.11.d. Gen.2.a. Heb.4.b. 1.Ioan.4.c. Math.11.d. Luc.17.c.1. Philipp.4.d. 1.Thess.5.d.

1 Et sic offe.no. *id est,de nouis frugibus,non in grano sicut in pascha,sed in panibus,ideo subditur:*

2 Panes primi. *In quolibet enim pane erat vna decima, secundum alios in quo libet pane erant duæ decimæ. Et accipitur hic decima pro decima parte ephi, de cuius quantitate dictum fuit Exo. xvj. in fine. Ex dictis hic & alibi patet quod ter in anno soluebantur primitiæ: primo in paschate de nouis granis: secundo in pentecoste de nouis pambus: tertio in septembri de nouis fructibus, de quibus reddenda erant primitiæ: quia secundum Ra.Sa. non dabantur primitiæ de terræ nascentibus, nisi de vij. speciebus scilicet frumento, hordeo, vinea, oliua, malogranato, ficu,& palma, vt dictum est super Deu. xxvj.*

Quoties primitiæ solebantur.

3 Cum liba.su. *quæ determinantur Nu. xxviij. Cætera patent ex supradictis vsque ibi:*

4 Postquam autem mes. &c. *In. Heb. habetur:* Quando metes segetes terræ tuæ,non finies vel complebis angulum terræ tuæ. *Istud est expositum supra xix. sed hic repetitur,ad maiorem impressionem.*

Festum tabernaculorum.

5 Locutusque est do. *hic consequenter agitur de festo tubarum quod fiebat in memoriam liberationis Isaac ab immolatione,vt habetur Gen. xxij. & ideo illa die clangebant in cornibus pecorũ, quia aries immolatus pro ipso inter frutecta cornibus hærebat, vt dicitur ibidem. Erat etiam talis clangor prima die mensis septimi, quasi quædam præparatio ad festa ventura in eodem mense, scilicet festum expiationis, & festum tabernaculorum,& patet litera ex dictis vsque ibi:*

posuit

1 Et offeretis holocau. domino. *non determinatur hic qualis debeat esse ista oblatio: sed determinatur, Nu. 29.*

2 Locutusque,&c. *Hic consequenter determinatur de festo expiationis, quod celebrabatur in memoriam illius beneficij quo dominus indulsit peccatum de fabricatione vituli, & ideo celebrabatur decima die mensis septimi, quia tunc descendit Moyses de monte portans secundas tabulas signum propitiationis diuinæ sequitur,*

3 Affligetisque animas. *Tunc enim debebant affligi Iudæi vigilijs & ieiunijs.*

4 Et offeretis holocaustum domino. *eo modo qui determinatur, Nume. xxix. Et similiter de sacrificiis fiendis in festo cœtus vel collecta determinatur ibidem.*

Festum tabernaculorum. Luc.17.c.

Iudæorum incipiebant à vespere præcedentis diei.

6 Et locutus est dominus. *Hic consequenter agitur de festo tabernaculorum, quod celebrabatur in memoriam illius beneficij quo dominus filios Israel xl. annis fecit aut in loco deserto,vt in tabernaculis habitando,& incipiebat ista festiuitas à xv. die mensis septimi,& durabat per vij. dies: prima tamen die quæ erat celebrior cessabatur ab omni opere seruili,& similiter die octaua in qua celebrabatur aliud festũ quod dicebatur festum cœtus vel collectæ, quia eadem die colligebatur pecunia pro sacrificijs per annum fiendis, & aliis necessitatibus tabernaculi vel templi, quæ debebant fieri de communibus sumptibus, & patet litera ex dictis paucis exceptis quæ exponentur.*

7 Et septem diebus. *Quæ autem sint istæ, determinatur, Nume. xxix. Et similiter de sacrificiis fiendis in festo cœtus vel collectæ determinatur ibidem.*

✠ 1 Sumetisque

Universidad de Navarra Biblioteca

Moyses quoque festiuitates celeberrimas atque sanctissimas A exponens, quotidiana libamina & sacrificia permisit. Ideo Festiuitates quare. festiuitates illas nominibus non expressit, sed statim subdidit: *Offeretisque in eis oblationes domino &c.* Voluit enim nos semper gaudere, & festiuitatem agere & orare: hæc est enim quotidiana libatio & holocaustū, quæ tunc offerimus, cum corpora nostra hostiam viuentem deo exhibemus, & cū apostolo dicimus: *Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat.* ideo subiungit, exceptis sabbathis domini &c. Quia cū à malo declinauerim[a], etiam super iustitias, quas secundū tempus deo promittimus, aliquādo & ieiuniū, aliquādo oblationē possessionum, vel in periculis, vel voluntariè promittimus. B

a *A quinto decimo &c.* Quintusdecimus ex septem & octo compositus, euangelicam præfigurationē significat, quæ consistit ex præsenti vita & futura: hanc componit, illam præparat.

b *Die primo & die octauo.* IDEM. Qui est octauus[b], est & primus futuri seculi: præterea primus dies quo prædicatio dispensatur, & à peccatis cessat: in fine requiē æternā largitur. Deide cū festiuitate septem diebus prædicasset, primū diem requiem appellauit, sequentes tacet, vt virtutibus operam dandam significet: transfert ad octauam diē requiē, quia fidelibus legē facientibus requies in futuro seruatur. C

2. Tim. 4. b.

Esai. 11. a.

c *Die prima fructus.* IDEM. Fructus est Christus. vnde: *Egredietur virga de radice Iesse, &c.* Qui aptat virtutes: suo tempore, *erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod* D *fructum suum dabit in tempore suo.*

d *Spatulas, palmarum, &c.* Iuuenescētia iustitiæ germina, quia *iustus vt palma florebit*, quia verò de palma nihil respuitur, nec de his qui iustè viuunt, addit, *& ramos ligni densarum frondium.*

✠ THEODORET. Præcepit ornare domos ramis arborū, & cum aliis ramis numerauit viticē, velut indicem lętitiæ, & extinguentem voluptatem. Aiunt enim ipsam siue edatur siue substernat, extinguere flāmam voluptatum. Quæst. 32. in Leuit.

e *Et ramos ligni.* Omnes scilicet virtutum fructus: sed maximè misericordiam, quam oportet esse cōtinuam & permanentem. Vnde: *Oleum de capite tuo non deficiet.* Eccle. 9. b. E

f *De torrente, &c.* De præsenti, scilicet, vita, quæ fluit tanquā torrens, tentationibus & tribulationibus ebulliens. vnde: *De torrente in via bibet, propterea & exaltabit caput*, in cruce, scilicet, pendens. † eam

g *Et lætabimini, &c.* Lib. 2. c. 36.

✠ RVPERT. Hoc plane facimus in prędicto anni nostri exitu, tanto tripudio virginei ventris excipientes fructum, vt manifestè sic quoque verum comprobemus oraculum, quo dictum est, *Et ipse erit expectatio gentium.* Quæ vnquam nox in tanta multitudine noctium annuarum, tantam meruit lætitiam vniuersorum? *Annuntio vobis*, ait Angelus, *gaudium magnum*: in illa nocte enim sumimus fructum arboris pulcherrimæ, id est, refectionem binam sanctæ eucharistiæ. Gen. 49. Luc. 2. F

a ¶ Mortificata membra. b ¶ Orationes continuas.

eis oblationes domino: holocausta & libamenta iuxta ritum

a ¶ Quibus declinamus à malo.

vniuscuiusque diei, exceptis sabbathis domini, donisque ve-

a ¶ Quod solet fieri in periculo. b ¶ Sola voluntate.

strīs, & quę offeretis ex vōto, vel quę sponte tribuetis domi-

a ¶ Plenitudinis temporum.

no. A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando con

b ¶ A malis vacantes.

gregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias

a ¶ Quandiu vimus. b ¶ Qui resurrectionem significat. c ¶ Non in septimo.

domini septem diebus. Die primo & die octauo erit sabbathum id est requies. Sumetisque vobis die primo fructus ar- 1

¶ Iuuenes ramos. a ¶ Scilicet continentiæ & casti coniugij. Salix enim fructus non facit.

boris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni

a ¶ In eum ędendo, pro eo patiendo.

densarum frondium: & salices de torrente, & lętabimini co-

a ¶ Non est impijs gaudere, dicit dominus.

ram dōmino deo vestro, celebrabitisque solennitatem eius

a ¶ Id est præceptum & institutum domini quod semper est obseruandum.

septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo † festa celebrabitis in

a ¶ Vt tota præsens vita pro vmbraculo habeatur. ¶ Verus Israelita qui cum Abraham reliquit omnia, & in tabernaculis cum Isaac & Iacob cohæredibus promissionis habitat.

vmbrāculis septem diebus. Omnis qui de genere Israël est,

a ¶ Quasi non obliuiscantur beneficij mei & ægyptiæ seruitutis & liberationis.

manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri, quod in ta-

a ¶ Mora vt imitentur eum qui ait Mat. 8. c. Vulpes foueas habent: & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.

b ¶ De terrenitate mundi: de seruitute Pharaonis.

bernaculis habitare fecerim filios Israël, cum educerem eos de terra Ægypti: Ego dominus deus vester. Locutusque est Moyses super solennitatibus domini ad filios Israel.

Deide cū festiuitatē septem diebus prædicasset, primū diem requiem appellauit, sequentes tacet, vt virtutibus operam dandam significet: transfert ad octauam diē requiē, quia fidelibus legē facientibus requies in futuro seruatur. C

Esai. 11. a.

c *Die prima fructus.* IDEM. Fructus est Christus. vnde: *Egredietur virga de radice Iesse, &c.* Qui aptat virtutes: suo tempore, *erit tanquam*

digressione se inuolust in multis. Primò quia arguit per locum ab auto-
A *ritate negatiue dicens, nō habetur in litera, igitur non est verum. Patet*
autē hoc esse argumētum cōfirmans errorem Hussitarum. Secūdo quia
dicit septimam paschæ diei cœtus & collectā, vt patet Deute. xvj. ta-
men vt dicit tunc non colligebantur pecuniæ. Sed postillator exponit il-
lum locū multipliciter. Vno modo vt hic: tunc enim Burgen. ibi nō con-
tradicit. Tertiò inconuenienter sine allegatione sacri canonis præponit
autoritatē Hebræorum catholicis doctoribus cum postilla. cœtum & col-
lectam ad literam exponentibus, vt patet in scholastica histo. circa li-
brum numerorū. ca. de scenophegia. Quarto, quia sine ratione & auto-
ritate dicit diei collectę nullam esse expositionē literalem ex aliquo fa-
cto præterito: quod falsum videtur, quia scholastica hist. & postil. & alij
doctores catholici assignant rationē literalem nullam absurditate ha-
bentem, quæ ratio etsi in litera nō exprimatur, vt dicit Burgen. ex lit-
tera tamen trahi potest non absurdè. Certum enim est apud omnes,
q̄ collectæ fiebant pro cōmuni vsu sacrificiorum: sed quo tępore fiebant
ex litera non habetur, nisi hic & Deut. xvj. Sunt etiam aliæ festiuita-
tes de quibus in litera non datur ratio literalis: quæ tamen extra lite-
ram sine absurditate per doctores sæpe assignatur, sicut expositio multo D
rum Psalmorum ad literam, quæ à sanctis etiam doctoribus variè po
nitur: si enim litera de omnibus redderet rationem, facile esset literam
exponere: cuius tamen expositionis multipliciter difficultas ostenditur
à beato Hiero. in prologo bibliæ. Nec assignatio Burgen. ex litera habet
colorem. Dicit enim festum cœtus vel collectæ dici ex eo, quia populus
debebat adunari seu colligi ad vacādum diuinis, & per consequens va-
care ab operibus seruilibus. Sed litera videtur cōtradicere huic assigna-
tioni Deute. xvj. b. vbi dicitur, quia collecta domini Dei tui est & non
dicitur, quia collecta populi est sed domini Dei tui est. Collecta autem
domini Dei non videtur posse intelligi de collecta populi sed de collecta
facta à populo ad honorē domini Dei, vt ex effectu dicatur collecta do-
mini Dei, & vt illa collecta cōpetentius fieret, prohibetur in eo die opus
seruile, vt cōpetentius populus conueniat ad cultum Dei, vt etiam di-
cit Burgen. vbi collecta fieret, ne per opus seruile alicui conuenienter ex-
cusationi locus esset. Post literalem igitur expositionem, figuralem quā
Burgen. sumit ex glosa ordinaria, laudo, quia fidei fauet.

NICOLAVS DE LYRA

Poma citrina. ✠ 1 Sumetisque vobis. *Quæ autem sit arbor ista non dicitur: dicunt tamen aliqui, quòd sunt poma citrina, quia sunt valde pulchra, ista tamen fiebant ad denotandum quòd dominus in terra deserta sustentauit eos diu absque defectu notabili: vt habetur Deu. ij. b. vbi dicitur:* Nouit dominus iter tuum habitans tecum. xl. an. & nihil tibi defuit. *& ad designandum, quòd de illo deserto transierunt in terram fructiferam & delectabilem.*

✠ NICOL-

ADDITIO.

In cap. xxiij. vbi dicitur in postilla. Et similiter die octauo.

Ex hoc quòd ista dies octaua dicebatur festum cœtus vel collectæ, non habetur quòd eadē die colligebatur pecunia pro sacrificijs & huiusmodi, cum quia similiter dies septima festi paschæ dicitur festum collectæ, vt habetur in ista Deut. xvj. & tamen in illa die nullus dicit quòd colligebatur pecunia, tum quia manifestum est apud doctores Hebræorum communiter, q̄ illa collectio pro necessitatibus communibus sacrificiorū huiusmodi fiebat per totam terrā promissionis in prima die mensis xij. quæ præcedit per mensem principium anni sequentis, vt habetur per scripturas suas autenticas, de quo & similibus quæ non pertinent ad errores suos credendæ sunt. Vnde festum cœtus dicitur ex hoc q̄ erat dies celebris, in quo populus debebat adunari seu colligi ad vacandum diuinis: & per consequēs cessare ab operibus seruilibus. Vnde semper subiungitur immediate huic dictioni cœtus seu collectæ, in hac materia cessatio ab operibus, vnde hic dicitur: Est enim cœtus atque collectæ, omne opus seruile non facietis in eo. *Et similiter dicitur Deut. xvj. de septima die paschæ. Sed circa hoc est attendendum, q̄ hoc festum q̄ fiebat post ſ̄ primum diem tabernaculorum nullam habet rationem literalem, quæ pertineat ad memoriam præteritorum. Nam festum tabernaculorum cui hoc festum cōtinuabatur, q̄ celebrabatur per septem dies continuos, erat memoriale eorū quæ fuerant facta in deserto. Vnde in litera dicitur:* Habita in vmb. septem diebus, & *infrà*, vt discant posteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israël. Festū cœtus.

De die autem octaua licet celeberrima, non fit mentio in memoriam cuius præteriti sit: vnde tota ratio huius festi est figurativa de futuro. Nec est dicendum quòd per istud festum figurabatur adunatio populi, & pax præfixa interra promissionis: quia si sic, debuisset cessare post ingressum terræ promissionis: sicut figura cessat aduenīte figurato. Vnde dicendum videtur quòd hoc festum figurabat congregationem fidelium in ecclesia Christi in præsenti, vel in regno cælorū in futuro. Cuius signum est, quòd in tota lege Mosaica septenarium celebratur, sicut patet de sabbatho inter dies hebdomadæ, & de septem diebus paschæ: & septem diebus tabernaculorum: & de celebratione pentecostes post enumerationem septem hebdomadarum, & de mense septimo: in quo plurima & præcipua festa celebrantur, vt in hoc cap. Similiter & de sabbatho terræ post sex annos vt infra Leuit. xxv. c. & huiusmodi. Sed dies octaua in veteri lege non fuit celebris, nisi tantum in hoc loco, in quo manifestè denotatur quòd expletis omnibus festis veteris testamenti, quæ omnia in hoc capit recitantur, immediatè succederent festa Christi, quæ in octaua die, scilicet resurrectionis incipium seu exordium accipium: prout ista largius in gloss. tractantur, quæ non sunt intelligenda ad sensus mysticos pertinere, sed ad literalem rationē prædictā.

REPLICA *correctory contra Burgen. In cap. xxiij. vbi postill. ad literam exponit, quare dies octaua post festum tabernaculorum dicebatur cœtus vel collecta. Burg. contradicit, asserens illius diei octauæ nullum esse sensum literalem nisi figurativum de futuro, &c. In qua* digressione

---

CAP. XXIIII.

a *Præcipe filijs Israël.* ISICHIVS. Candelabrum euangelica vita, in qua virtutes quasi lucernæ lucent. vnde: *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, &c.* His lucernis iunctum Matth. 5.

est oleum, id est eleemosyna, qua cæteræ virtutes irrigantur, ne extinguantur. Hoc oleum fatuæ virgines nō habuerūt, ideo excluſæ sunt. Hoc debet esse de oliuis purissimū, vt non de rapina, vel pro laude humana eleemosynā faciam[a]. Matth. 25. a.

B Prou. 2. b. Vnde: *de primitijs frugum tuarū da pauperibus.* Lucernæ ardent extra velū, id est, ante Christū, qui ait: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* In tabernaculo, id est in cęlo, vbi misericordes absconduntur thesauri. Matth. 25. d.

✠ PROCOPIVS. Ostenditur sub hoc typo vt coruscemus in mundi tenebris scientia & vitæ honestate, vt intrepidi apparere possimus in extremo die. Intra volum est pura lucerna, id est, Christus. Nām ait, *accedite & illuminamini.* Quod verò apud ipsum accenduntur lucernæ, docet incarnationis tēpus, qua totus illustratus est, fugatis tenebris, mundus. *Oleum purissimum.* pura siquidem opera conueniunt diuinæ luci lucerna forte illa, prænuntiabat Ioannem Baptistam. Duodecim panes significant sacrum duodecim Apostolorum chorum. Nam lucerna præueniebat solis exortum. De hoc italoquitur pater, *Parauit lucernam Christo meo.* Psalm. 131.

b *Vsque in mane.* futuri sæculi. s. tunc enim nō erit tępus orandi vel eleemosynā dandi. vnde: *Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras tibi dabo. Nescitis enim quid pariat superuentura dies.* Prouerb. 3. a. Prouer. 27. a. E

c *Super candelabrū, &c.* Allegoricè. Christus qui est lumen verū, & illuminat omnē hominē venien. Et peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus, &c. Super hunc ardet lucerna, id est spiritus sanctus, qui in igneis linguis super discipulos apparuit, huic purissimum oleū. i. mūdam vitā debemus offerre, scientes quia non omnes possunt incendere illum, sed solus Christus & filij eius, qui plenus spiritu ait: *Spiritus domini super me.* Qui etiam ait, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?* Hunc insufflans, quasi incendens ait: *Accipe spiritum sanctum, &c.* Hæc autem lucerna non accenditur, nisi per vitam & conuersationem mundam, vel accensa citò extinguitur. vnde: *Spiritum nolite extinguere, &c.* Esa. 53. c. Esa. 61. a. Luce 12. f. Iohan. 20. f. F 1. Th. 5. d.

a *Accipies*

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XXIIII.

Diuisio. 1 ET locutus est. *Descriptis solennitatibus pertinentibus ad totum populum generaliter, hic cōsequenter ponūtur pertinentes ad sacerdotes specialiter. Et primò describitur huiusmodi cultus secundò ponitur incidens casus, ibi:* Ecce autem, &c. *Prima in duas, quia primo agitur de cōpositione lucernarum, secundò de propositione panum, ibi:* Accipies quoq, similam. *Vtrumque enim pertinebat ad officium sacerdotum, & cedebat ad honorem & cultum diuinum. Circa primum dicitur:*

2 Præcipe filijs Israël, &c. *quia oleum vnde lucernæ debebant impleri, debebat a populo ministrari.*

3 Purissimum. *sine amurca aut face aliqua.*

4 Ac lucidum. *vt esset aptum ad dandum lumen.*

5 Ad concinnandas lucernas. *componendas.*

6 Iugiter. *Id est, continuè. Licet arderent solum de nocte, secundum aliquos, sicut & agnus oblatus in holocaustum mane & vespere dicebatur iuge sacrificium. Vel dicitur iugiter, quia omnes septem lucernæ ardebant de nocte: de die verò tres tantum, secundum quod dicit Iosephus.* Ing. sacrificium.

7 Extra velum. *quod diuidebat sanctū & sanctum sanctorum, quia candelabrum erat extra sanctum sanctorum in illa parte tabernaculi, quæ dicebatur sanctum vel sanctū.*

8 Ponetque eos Aaron. *id est, componet.*

9 A vespere vsque in mane. *quia in mane omnes extinguebantur secundum aliquos, vel aliqui secundum Iosephum, vt dictum est. Ad quid autem ponerentur istæ lucernæ, & quid significarent, dictum fuit Exod. xxv. cap.* Iosephus.

✠ 1 Accipies

MORALITER.

† 1 *Et locutus est dominus, &c. Præcipe filijs Israël vt afferant tibi oleum, &c. ad concin. lucer. &c.* Moraliter lucernæ istæ prælati sunt & doctores ecclesiæ: qubus dicitur Matth. v. b. *Vos estis lux mundi.* Et istæ lucernæ cōcinnandæ sunt oleo misericordiæ corde & opere purissimo, id est, segregato ab intentione laudis humanæ, ac lucido: pro fraterna ædificatione, Matth. v. b. *Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona: & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.*

8 *In tabernaculo fœderis.* i. in ecclesia, vbi conueniunt fideles in fœdere charitatis.

9 *A vespere vsque in mane.* i. toto tempore vitæ præsentis, quod est vespertinum vsque ad tempus vitæ futuræ, quod est matutinum per apparentiam veræ lucis.

† *Super candelabro mundissimo.* i. Christo, qui sustentat bonos ecclesiæ prælatos & doctores, sicut ipse dicit Iohan. xv. a. *Sine me nihil potestis facere.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ a *Accipies quoque.* BEDA. Duodecim panes in mẽsa tabernaculi xij. sunt Apostoli & omnes eorum doctrinã in ecclesia sequentes. Qui quoniã vsq; ad consummationẽ seculi populũ Dei reficiunt panibus verbi, ideo xij. panes propositionis nunquã recedunt de mensa domini. Hi non do qualibet farina, sed de simila
Lib.1. de Tabernaculo cap.7.
Tropolo.
ditur rectè auctor & origo omniũ Deus, sed si in ecclesia de solo patre loquimur, vnius decimæ panẽ facimus: si de solo filio simiIohan.14.2. Iohan.10.f. Iohan.6.e.

a ¶ Quia prædicatores primi debent virtutum frugibus studere.

iubẽtur fieri. Qui vero verbũ vitæ ministrãt ecclesiæ est prius virtutũ frugibus studere, vt quæ admonent, faciẽdo conseruent vel cõmendent. Hi bene altrinsecus sup mensam statuuntur, propter concordiã charitatis & societatis. nam & dominus binos ad prædicãdum misit, qa prædicatores sancti nunquã, vel in assertione veritatis, vel in affectu dilectionis sunt diuisi. Thus lucidissimũ superponitur in monimentũ oblationis domini, quia pixæ sanctorũ actioni domini & doctrinæ oratio pura superadditur, vt p hæc vtraq; rite sociata, semp memoria sacræ oblationis in cõspectu Dei appareat. Panes singulis sabbathis mutãtur, qui p septẽ dies operandi in mẽsa fuerũt positi, quia doctores sanctæ ecclesiæ cõpleto laboris sui tẽpore, æterna in cælis quiete remunerãtur, & alios in opus sui laboris sub eadẽ spe retributionis relinquunt. Coquebãtur panes ante sabbathũ, secundũ Iosephum, duo & duo diuisi, & sabbatho mane oblati sup mẽsam ponebantur, seni ad altetutrosq; cõuersi, duab⁹ pateLucæ 10.g.
Panes offerri.
nis aureis superpositis thure plenis, q̃ permanebãt vsq; ad aliud sabbathũ: & tunc alij afferebãtur, illi sacerdotib⁹ dabãtur, & thure incensũ in igne sacro in quo omnia holocausta flebant, aliud thus superponebatur: quia prius nobis deuotæ conuersationis accipienda requies & vita æterna promittitur: sic tamen, vt per labores & opera bona vitæ temporalis ad eam properemus.

b *Coques ex ea duodecim.* ORIGENES. Sermo domini panis est sed multiformis. Alius in publico docet plebẽ de operibus misericordiæ & beneficentiæ, qui cõmunis videtur. Est alius secretus de fide vel rerũ scientia differens. Hic est mũdus & ex simila cõfectus, & in cõspectu domini sup mensam mundã proponendus, solis sacerdotib⁹ separãdus. Tu ergo si habes scientiam secretorum, i. si de fide Dei, si de mysterio Christi, de vnitate spiritussancti differere scitẽr potes, panes ex simila Deo offers. Si cõmunibus monitis & moraliter populũ instruis, cõmunes panes obtubis tionitis
Hom.13.in Leuit.
C listi. De duabus decimis panis vnus fit, nõ dicitur cuius mensuræ decimæ sint. Quæ ergo ista res, cuius mẽsura & modus nõ nomiDenarius numerus.
natur nec cõprehẽditur? Denarius numerus vbiq; perfectus est, quia tota numeri ratio & origo surgit ex ipso. In hoc ergo ostenditur

a tur semper in conspectu domini. Accipies quoq; similam, & 1

a Apostolos & sequaces eorum, qui administrant cibum verbi Dei, vel panem veræ.

¶ Ve omnes sunt perfecti.

b coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebũt duas de- 2

a ¶ Propter concordiam charitatis. b ¶ Ecclesiam. c ¶ Sine macula & ruga. 3

cimas: Quorum senos altrinsecus super mẽsam purissimam 4

¶ Orationem.

cora domino statues, & pones super eos thus lucidissimum, † 5

¶ Scilicet vt sacræ oblationis memoria in conspectu Dei sit.

vt sit panis in mõnimentum oblationis domini. Per singula 6

¶ Quia alijs in requiem assumptis substituuntur prædicatores nou.

sabbatha mutabuntur coram domino susceptι à filijs Israël 7

fœdere sempiterno, erunt q̃, Aaron & filiorum eius, vt come 8

a ¶ Non vbique. ¶ Ecclesia, vel corporibus sanctis secundum illud: Templum Dei sanctum est, quod estis vos. 9

dant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacri

¶ Spiritualis supie ntiæ.

B c ficijs domini, iure perpetuo. Ecce aũt egressus filius mulieris 10 E

nibus, ne de patre & filio sermo sit permistus. Nunc autem vnus est panis, quia vna substãtia duę positiones. i. personarũ proprietates. Illum enim dicimus patrẽ qui non sit filius, & illũ filium q̃ non sit pater: & sic duas decimas in vno pane seruamus, & ante Deum duas positiones cõfitemur. Sed magni pastoris est has mẽsuras seruare, & de patre & filio sermonẽ sicut oportet coniungere, vel disiungere, vt panis vnus appareat. Et mẽsuræ duæ xij. panes fieri iubẽtur, iuxta numerum tribuum Israël, in quo totius naturæ rationalis forma continetur. Duodecim nanq; putantur esse generales eius ordines, qui figurantur in xij. tribubus, in quibus regalis erat quidam ordo, qui Iudas nominatur. Alius sacerdotalis, qui Leui dicitur, in quo ordine tẽplum Dei & altare collocatum est. Alius ordo Isachar, & alij quorũ rationẽ non est huius tẽporis explanare: quæ tamẽ tribus panem suum habẽt ante Deum. Et licet aliquæ tribus de cõcubina descenderint, & partim liberæ & partim seruiles sint, pro omnibus tamen de duab⁹ decimis, panis sup mensam ponitur mundã. i. super mentem sanctam & puram.

c *Ecce autem, &c.* ISICHIVS. Mulier Israëlitis, id est sapientia spiritualis non debet coire cum Ægyptio. i. cum sapientia exteriori. Qui enim nascitur. i. docetur de tali coitu, filius est Ægyptij id est, sapientiæ secularis: & quæ in ea didicit, obtinere cõtendit 1. Cor.1.b. talis aliquãdo in castris ecclesiæ cum Israëlita rixatur, qui totum se sapientiæ Dei dedicauit, non quærens sapientiam huius mũdi, neq; principum huius seculi: & blasphemat filius Israëlitidis no mẽ, non mentionẽ Christi faciens. Notãdum autem q̃ non determinat, quod vel cuius nomẽ: adhuc enim nomẽ Christi ignotum Luc.1.c. erat, de quo ait Gabriel: *Et vocabitur nomẽ eius Iesus.* De quo no- Phil.2.b.

☞ mine

☞ mine Paulus ait: *Dedit ei nomen quod est sup omne nomen, &c.* Cùm Averò qui in tali sapientia confidit blasphemat nomen Christi, di1.Cor.11.a. cens eum inæqualem patri, extra ecclesiam pellitur: qui audiHom.14.in Leuit. rint, ponent manũ super caput eius, quia caput viri Christus, caput Christi Deus, qui in Christo blasphematur.

Ecce autem. ORIGENES. Duo litigãt: vnus ex integro Israëlita, qui litigat & nõ peccat, alter ex maiori parte, id est ex patre Ægyptius, cuius peccatũ designatur. Israëlita rationabiliter litigat. In Exodo quoq; Israëlita superat, Ægyptius cadit, qui veritatem defendit & ecclesiasticam fidem: integer Israëlita litigat cum Ægyptio, q̃ ex parte Christo credit & scripturas recipit, sed non integrè & fideliter sensum capit, hic ex matre Israëlita est, sed ex patre Ægyptius. Qui verò fidei credulitate & nominis professione Christianus est & catholicus, ex vtraque parte Israëlita est. Qui autem professione Christianus, intellectu fidei hæreticus & peruersus, matrem habet Israëlitam patrẽ Ægyptium. Præterea cum quis scripturas legit, & sequitur literã, & intellectũ repudiat spiritualem, B matrẽ habet Israelitã. i. literam, & carnalẽ sensum, quem sequitur, habet Ægyptiũ patrem: ideo cõtra catholicum litigat, qui secundum literã & spiritum Israëliticus est. Qui de patre Ægyptio est, nominat nomen & maledicit, quia negat creatorẽ esse mundi & patrẽ Christi. Nos autem qui literã & spiritum sequimur, dicimus, neq; secundũ literam maledicendum, neq; secundum spiritum blasphemandũ. Maledici enim in Deum & in proximũ, regnum Dei non possidebunt. Vnde & per Moysen tam aspere vindicat Deus in maledicum. Ideo autem nõ dixit, cuius nomen nominans maledixerit, vel Dei hominis: ne si de Deo diceret, de hominibus dedisse licentiam aliquis eum putaret. Qui enim Esa.6.c. maledicunt, etsi nõ ex corde, non ex voto, vel animo iniquo, immunditiam tamen labiorũ (secundum Esaiæ verbum) & inquina menta oris incurrunt. Iste autem licet matre Israëlitide, de Ægyptio tamen progenitus exijt, & nominans nomen maledixit, puto nisi exijsset, nec litigasset: nec nominans maledixisset. Exijt enim à veritate, exijt à timore Dei, à fide, à charitate: p hæc enim quis exit de castris ecclesiæ, etiãsi episcopi voce minimè abijciatur, sicut econtrario aliquis nõ recto iudicio foras mittitur: sed si C antè nõ exijt. i. nõ egit vt mereatur exire, nihil læditur. Interdum enim qui foras mittitur intus est: & qui foras est, intus videtur retineri.

✠ PROCO

✠ PROCOPIVS. Lex nulla posita fuerat qua plecterentur D blasphemi, Deo ipso differente illam pœnam, vt exemplo horrendo eam legem fanciret. Quia verò is erat quasi lapis & lapideus, meritò lapidibus obruitur. Præterea lex edicit ne quis blasphemet Deũ quẽ colit, etiamsi è falsonominatorum Deus ille sit numero. Nam mens delinquit etiã dum Dei nomẽ illis dijs, qui nõ sunt, tribuit. Deinde peccat mens quòd cum nec debeat illos venerari deos, & tamẽ venerat. Verumtamen ta- † exponeretur eis les nõ punit, sed reliquit in mala illorum conscientia istud delictũ. Qui verò blasphemarint verum Deũ, illos haud finit hanc impietatem auferre inultã. Nominare hoc loco sumitur pro execrari. E

✠ THEODORETVS. Meritò hiseo de blasphemia legibus, Quæst.33. homicidij legem aptauit, quia blasphemator cum deum interficere non possit, lingua ferit.

✠ RADVLPHVS. Iurgator ille nec gentilis nec Iudæus, Antichristum significat, de ecclesiasticis parentibus nasciturum, cuius in Deum blasphemiæ apud Danielem leguntur. Lib.18.cap.1. Daniel 7.

a *Miseruntq; eum, &c.* Moyses nõ ex autoritate sua sententiam profert cõtra blasphemantem, sed Dei præcepto reseruans, mittit in carcerem: lex enim odit eum qui blasphemat, cõtra quem frequẽter trinitatem prædicat, sed nõ manifestè sicut Euãgeliũ, ideo illum ad iudicium Euãgelij referuauit. *Qui non credit in fi-* Iohan.3.c. *lium, iam iudicatus est,* & huiusmodi.

b *Homo qui, &c.* Locutio est tãquam dicatur, homo ille auille i. quicunq; homo: Non sicut quidã putãt, homo homo ita dici, tanquam laudabiliter quasi homo, sed homo homo. i. qualiscunque velut etiam similis pecori: sed qui verè sit homo, quẽ sensum nõ esse verum, sed locutionis hoc esse scripturæ nmapertè hîc ostenditur, cum in eo dicitur qui culpatur, non qui laudatur.

Homo, &c. AVGVSTINVS. Si maledixerit Deum suum, pec- Quæst.87.in Leuit. catum accipiet. Nominans autem nomen domini morte moriatur, quasi aliud sit maledicere Deum suum, aliud nominare nomen domini, & illud sit peccatũ, hoc autẽ tantum nefas, vt etiam Maledicere Deum. morte sit dignum. Quãuis hoc in loco ita intelligendũ sit quòd dictum est nomen domini, vt cum maledicto fiat. i. maledicendo nominet. Quid ergo distat inter illud peccatum & hoc tantum crimen? An fortè hoc ipsum repetẽdo monstrauit non leue esse F peccatum, sed morte puniendũ. Sed quia per distinctionem hoc

☞ intulit

Israëlitis, quẽ pepererat de virõ Ægyptio inter filios Israël, 1

¶ Per secularem scientiam impugnans spiritualem.

iurgatus est in castris cum viro Israëlita: Cumq; blasphemas- 2

a ¶ Filium dicens minorem patre, & huiusmodi. b ¶ Catholicos. 3

set nõmen*: & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. Vo- 4

* domini

¶ Retributio vel pacifica.

cabatur autẽ mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.

a ¶ Lex seruat blasphemos Euangelio iudicandos. ¶ In Euangelio.

a Miseruntq; eum in carcerem, dõnec † nossent quid iuberet 5

¶ Consonando legi.

dominus. Qui locutus est ad Moysen dicens: Educ blasphe- 6

mũ extra castra, & ponant oẽs qui audierunt manus suas sup 7

¶ Quia contra dominum qui caput est Christi, blasphemauit.

caput eius, & lapidet eum vniuersus populus. Et ad filios Is- 8 9

¶ Inscienter. 10

b raël loqueris. † Homo qui maledixerit Deo suo, portabit

†23.q.5.c. Quid ergo de pœn.di.3. c. sunt plures. & c. quærat.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Dan ex parte matris, voluit figere tabernaculum suum cum illis qui erant de tribu Dan sed fuit prohibitus ab illo iuxta quẽ volebat figere tabernaculum: eò quòd occupabat spatium suũ. & sic rixati sunt adinuicem, & causa eorum deducta est ad Moysem, qui sententiauit cõtra illum, quia castra non situabantur secundum lineam matrum sed patrum, vt habetur Nume.ij.a. vbi dicitur:* Singuli per turmas atq; vexilla & domos cognationũ suarum castrametabuntur. *In Heb. habetur: Et domos patrum suorum castrametabuntur: propter quam sementiam conturbatus, postquam exierat de loco iudicij blasphemauit nomen domini, & ideo hic fit mentio expressa de matre sua & de tribu Dan: & secundum hoc exponitur litera, cum dicitur:* Ecce autẽ egressus. *scilicet de loco iudicij vbi fuerat condemnatus.*

1 Quem pepererat de vi. &c. *Iste vir Ægyptius fuit ille quem interfecit Moses, & genuit istum blasphemum de adulterio, prout tactũ fuit Exod.ij.*

2 Iurgatus est in castris. *i. propter situationem tentorij sui in castris ratione prædicta.*

Tetragrammaton. 3 Cumq; blas. *Hebræi dicunt: Cumque explanasset nomen domini. Dicunt enim aliqua q. in publico nominauit nomen domini tetragrãmaton, quod erat illicitum nominare, nisi in sacerdotum benedictionibus:*

4 Vocabatur autem mater. *de qua dictum fuit Exod.ij.*

5 Miseruntq;, &c. *Hîc consequenter ponitur punitionis eius determi-* Diuisio. *natio, & secundo ratione huiusmodi determinationis fit quædam repetitio de lege talionis. ibi:* Qui percus. *Circa primum dicunt aliqui Hebræi, q. ideo fuit missus in carcerem, donec super hoc sciretur sententia Dei, eò quod ignorabatur virum incurrisse pœnam mortis. Alij autẽ dicunt, q. bene sciebatur ipsum incurrisse pœnam mortis, qua iam præceptum fuerat à domino Exod. xxj.b.* Qui maledixerit patri morte moriatur, *& multò fortius incurritur hæc pœna pro maledictione Dei, qui est pater omnium per creationem, & ideo fuit reclusus, vt sciretur qua morte deberet mori: quia hoc non fuit determinatum à domino, & ideo determinatur hîc, cum dicitur:*

6 Educ blasphemum extra castra. *tanquam omnibus abominabilem & execrabilem.*

7 Et ponant super. *ipsum blasphemantem.*

8 Manus suas super ca. *tanquam testes, dicendo: Malitia tua te adduxit ad mortem, non nos.*

9 Et lapidet eum vni. populus. *ad terrorem aliorum.*

10 Et ad filios Israël loqueris. *protestando quòd simili morte moriatur qui blasphemauerit nomen domini.*

✠ 1 Qui

MORALITER.

✠ 1 *Accipies quoque similam,* quæ est farina tritici purgatissima, & significat doctrinam Euangelicam, quæ est sanctissima.

2 *Et coques ex ea duode. panes.* quibus significantur duodecim Apostoli Euangelica doctrina informati per Christum, & igne spiritussancti decocti.

7 *Et pones super eos thus,* scilicet deuotæ orationis.

6 *Per singula sabbatha.* Per sabbathum quod requies interpretatur, cælestis requies significatur, terminatis enim laboribus Apostolorum translati fuerunt ad requiem cælorum & successerunt eis sancti episcopi imitantes perfectionem Apostolorum, qui similiter translati sunt, & sic erit de imitatoribus Apostolorum vsque ad finem mundi: & hæc est mutatio dexteræ excelsi.

10 *Ecce autem egressus filius mulieris, &c.* Hic agitur de cuiusdam blasphemi pœna, per quã significatur punitio hæretici qui blasphemat ecclesiam Dei, cùm dicitur:

✠ *Educ*

6 Per singula sab. *quia a motis prioribus ponebantur noui.*

7 Susceptι à filijs Israël. *quia materia huiusmodi panum ab eis accipiebatur: vt suprà dictum est.*

8 Eruntq; Aaron & filiorũ, &c. *In necessitate tamen poterant alijs dari ad esum, sicut Achimelech dedit ipsi Dauid, vt habetur 1. Reg. xxj.*

9 Vt comedant eos in loco sancto. *Id est, intra atrium tabernaculi, an vna exedra ad hoc parata.*

10 Ecce autem egress. *Hic ponitur casus incidens de blasphemo in turgio, & describitur iste casus post descriptionem dictarum solemnitatum, quia in solemnitatibus solent homines lautius comedere & bibere,* Diuisio. *& per consequens turgari de facili, & inter iurgia prorũpere ad blasphemias. primo igitur describitur huius blasphemi transgressio: secundò punitionis determinatio, ibi:* Miserunt eum. *tertiò determinationis executio, ibi:* Locutusq; est Moyses. *Circa primum sciendum, q. dicunt hic aliqui Hebræi, q. ille blasphemus, in eo quòd erat de tribu* ✠ *Dan*

Universidad de Deusto
Biblioteca

intulit nō dicens:nominans enim sed nominans autē, subobscu
A rum factū est,& ideo hoc rectè intelligitur:notandum est locutionis gnus.

ISICHIVS.Lxx. *Homo homo qui maledixerit Deo peccatum accipiet:* Qui autē nominat nomē domini morte moriatur,tanquā maledicere Deo sit minus; & nominare nomē Dei sit graui⁹. Deus autē & dominus idem est. Vnde: *Dominus Deus tuus deus vnus est.* Et alibi: *Diliges dominum deū tuum ex toto cordē tuo.* Nomē eius quod est, cuius nominatio ita punitur? Quare nomina Dei in scripturis manifestātur, si q nominant sic puniūtur? Sed blasphemia quæ sciēter cōmittitur, maxima pœna vindicatur. Vnde, *Qui peccauerit in spiritum non dimittetur ei.* i. q in sciētia blasphemauerit, quæ est donū spiritussancti. Vnde: *Et alij dabūt p spiritum sermo sciētiæ, &c.* Maledicit ergo Deum qui nesciēter blasphemat:& peccatum recipit. i. pœnā peccati quia scientiā quā debebat habere, non habuit. Nomen verò domini nominat, qui in sciētia blasphemat hoc autē facit qui eius sciētiam p spiritū acquisiuit. *Nemo enim potest dicere dominus Iesus nisi in spiritusancto.* Ideo iustè sine misericordia punitur, siue à patribus tanquā ciuis eruditus, siue nouiter didicit tanquā peregrinus. Nominat autē talis, & blasphemat, sicut filius Israelitidis nominauit & blasphemauit.

† obruet Deut.6.a. Mat.12.c. Mat.12.c. 1.Cor.12.a.

Blasphemia

† proximorum

B

†Vnum

Iosue 7.

a *Qui percusserit & occiderit hominem.* Lxx. Qui percusserit animā hominis,&c.id est,qui ad iniquitatē traxerit. Animam verò, animalē hominē intelligit,q non percipit quæ sunt spiritus Dei.

✠ PROCOPIVS. Blasphemiæ qua temeratur Deus, cōiungit homicidiū. Nam blasphemus punitur, vt q instituat blasphemādo nocere Deo, quānis reuera nemo mortalis quicquā nocere possit numini. Ita qui homicidiū cōmittit, damnū dat ei,quē interficit. Cum igitur tam blasphemi quàm homicidæ idē sit animus, idémq; sit propositū, meritò in legislatione coniunguntur.

C Similiter à contrario cum docet diligēdum Deum, charitati Dei copulauit charitatem proximi.

1. Cor.2.d. Quæst.88. in Leuit.

AVGVSTINVS. Qui percusserit animā hominis & mortuus fuerit,&c. Non ait qui percusserit hominem,& mortuus fuerit: sed animā hominis,cum potius feriatur corpus. vnde: *Nolite timere eos qui corpus occidunt.* Animam ergo vitā corporis appellat, quæ sit p animā: & hinc voluit ostēdere homicidā qui animam hominis percutiat i. percutiēdo vita hominem priuet. Cur ergo addidit, & mortuus fuerit, si iam hoc ipso ostēdit homicidiū, q

D Matth.10.c. Anima pertinet.

animā hominis percusserit. i. homo à pertinet cutē vita priuatus sit? an exponere voluit quomodo accipiendum sit quod dixit, animam hominis

†23.q.5.c. reos

percussam, & sic ait, & mortuus fuerit, tā quā diceret. i. mortu⁹ fuerit: hoc est onim, animā hominis esse percussam.

†Exod.21.b.

b *Fracturam, &c.* Lxx. Cōtritionem p contritione, id est, si docendo, suadendo, scādalizando, & aliquā virtutem proximi contriuerit.

c *Dentem pro dente.* Virtutē loquendi. Dē tes enim p verbis accipiūtur: vnde: *Filij homi*

Dentes.

minum dentes eorum arma & sagitta, &c. Et, *pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lac.can.* Clariora em & apertiora sunt verba Euāg elijs lacte legis.

Psalm.56.

Gen.49.g.

E

✠ THEODORETVS. Non hæc lege sanciuit, vt ea paterentur, sed ne admitterent quæ prohibita sunt. Metus enim patiendi, libidinem agendi coercet.

Quæst.34.in Leuit.

d *Qui percusserit, &c.* Hæc secundum literam Iudæis erant necessaria, qui nō poterant capere, *Si quis percusserit te in dexteram maxillam præbe illi & alteram.* Sed cum essent maleuoli, mala inferre volebant,& non pati. Ideo metu alternæ pœnæ erant à sceIere reuocandi.

Matth.5.f.

✠ RADVLPHVS. Huic sanctioni videtur contrarium, quod in Euangelio Dominus præcipit. *Dico,* inquit, *vobis, non resistere malo:&c.* Non est tamen contrarietas, sed profectus, quia qui læsus vel damnum passus iustam satisfactionem repoſcit, non est contra iustitiam quod facit, melius tamen facit, si hoc quod sibi debebatur, dimittit.

Lib.28.cap.1. Matth.5.

e *Et eduxerunt, &c.* Experimento ipso legem confirmatam ostēdit, vt & tu blasphemare timeres, & peccatum fugeres, quod non solum princeps, sed tota multitudo vindicat. Omnes enim communiter blasphemos debent punire, qui omnium auctori non metuerunt detrahere, & omnes ab eo separare.

F

☞ CAP.

¶ Pœnam peccati venialis. a ¶ Scienter. ¶ Aquila: Vir qui blasphemauerit Deum suum,& accipiet sibi iniquitatem: & denominans nomen domini, morte moriatur. ¶ Spiritus: Dominus enim spiritus est.

peccatū suum, & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Lapidibus† opprimet eum omnis multitudo po

¶ In ecclesia nutritus. ¶ Nouiter ecclesiæ adiunctus.

puli: siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit:† Qui blasphema-

a ¶ Animæ, quæ est peccatum.

a uerit nomen domini, mōrte moriatur.† Qui percusserit & a occiderit hominem, morte moriatur. Qui percusserit ani- a

a ¶ Qui animaliter vixit: qui comparatur iumentis insipientibus, & similis factus est illis.
b ¶ Quamuis populares & hebetem errare fecerit, seipsum compensabit. c ¶ Non ex toto ad impietatem traxerit.

mal, reddet vicārium, id est animā pro ānima. Qui irrogaue 3

a ¶ Peccati. b ¶ Secundum culpam sustinebit pœnam.

b rit māculā cuilibet† ciuium suorum, sicut fēcit, sic fiet ei. Fra +

a ¶ Si oculum scientiæ excauit.

c turā pro fractura, ōculum pro oculo, dentē pro dente restituēt. Qualem inflixerit maculā, talem sustinere cogetur. Qui

a ¶ In futuro iudicio. ¶ Cuiuscunque. f. virtutem contriuerit, ipsius virtus contereret & pro nihilo reputabitur.

a ¶ Stultū, hebetem b ¶ Seipsum pro iumento. c ¶ Aliquo modo nocendo. d ¶ Discretum, rationalē.

d percusserit iūmentum, reddat āliud. Qui percusserit hominē, 5

a ¶ Ipse fient homo. b ¶ Vel rectum. * c ¶ Nouiter ecclesiæ iunctus.

pūnietur.† Æquum iudiciū sit inter vos, siue pēregrinus siue 6

a ¶ Ab infantia in ecclesia educatus.

ciuis peccauerit, quia ego sum dominus Deus vester. Locu- 7

e tusq; est Moyses ad filios Israël, & eduxerunt eum qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Fecerunt q; filij Israël, sicut præceperat dominus Moysi.

✠ 1 Qui percusserit & occiderit hominem, &c. *Hic occasione huius additur repetendo de lege talionis, cum dicitur:* Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. *& intelligitur de occidente ex proposito nō à casu, vt patet per illud quod habetur Exod.xxj. vbi dicitur quòd interficiens à casu debebat saluari in ciuitate refugij.*

2 Qui percusserit animal reddat vica. *Id est, animal eiusdem speciei & valoris, vel pretium secundum arbitrium iudicum.*

3 Qui irroga.i. fecerit.

4 Maculam. *hic accipitur macula pro mutilatione seu læsione, quæ non potest curari sine notabili deformitate, eo modo quo animal dicebatur maculatum secūdum legem. Et qualiter istud sit intelligendum, dictum fuit plenius Exod.xxj. vbi plenius actum est de lege talionis.*

5 Qui percus.ho. punietur. *& secundum expositores nostros intelligitur de percussione, ad quam non sequitur mors, nec mutilatio, nec deformitas notabilis: quia talis debet puniri ad arbitrium iudicum. In Heb. habetur:* Qui percusserit hominem moriatur. *Et dicit Ra.Sa. q. loquitur ista lex non de quocunque homine, sed de patre, qui a percutiens patrem graui percussione debet mori, etiamsi mors non sequatur, vt dictum fuit Exod.xxj. Vel dicendum, q. loquitur de homine generaliter, & de percussione ad quam sequitur mors & repetitur id quod in principio huius partis dictum fuerat ad maiorem expressionem.*

6 Æquum iudicium, &c. *Accipitur hic peregrinus, Ge utilis conuersus ad Iudaismum, qui licet reciperetur quantum ad ea quæ pertinent ad salutem, non tamen quantum ad ea quæ sunt honoris in regimine populi, per quæ dicitur aliquis simpliciter ciuis: ad quod recipiebantur aliqui Gentiles conuersi post tertiam generationem, aliqui post decimam, & aliqui nunquam, vt habetur. Deut.xxiij. Si quis autē Iudæus interfecisset Gentilem non conuersum ad Iudaismum, non incurrisset pœnam mortis, secundum quod dicit Ra.Sa. prout exposui Exod. xxj.*

7 Locutusque est. *hic ponitur executio pœnæ secundum sententiam domini contra blasphemum supradictum & patet litera.*

✠ NICOL.

MORALITER.

✠ 1 *Qui percus. &c.* Ille moraliter occidit hominem qui pertrahit ipsum ad mortalem culpam: & sic incurrit mortis gehennæ pœnam.

2 *Qui percus. animal, &c.* inferens enim damnum tenetur ad restitutionem, si non habet vnde debet agere pœnitentiam secundum culpæ quantitatem.

MORAL.

CAP. XXV.

A a *Locutusque est dominus, &c. Quando ingressi. &c.* ISICHIVS. Terra, cōuersatio bona, de qua dicitur: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram, &c.*

Psalm.142.a.

b *Sex annis, &c.* Dū sim hac vita, & in visibili creatura sumus, quā significat senari⁹. Sex em dieb⁹ creata sunt omnia quæ videntur, septimo autem anno sabbathum erit terræ domini. Cum enim post præsens tempus sabbathū venerit (de

•Hebr.4.c.

quo Paulus ait: Relinquitur sabbathismus populo Dei, quē dies septima significat, in qua requieuit Deus ab omnibus operib⁹ suis. f. visibilibus,) iā nō erit operādi tēp⁹.

B

¶ Aeterna requie.

Agrum sere- re.

c *Seres agrū, &c.* Per agrū & vineam cum illum seminari & illam amputari prohibuit, omne genus agri intelligēdum est: neq; enim in oliueto vel quælibet alterius generis agro aliquid operandum est.

†separationis siue sanctificationis tuæ, i. quas tibi vt propriās separauerās. Chald. inter greſ. quas tibi reliquisti.

d *Septimo anno, &c.*

✠ THEODORETVS. Hac lege plectit eorū animū insatiabilē. Nam ideo seminabant, vt plus haberent: Terra verò minimè quiescens, exiliores fructus afferebat.

c *Quæ sponte, &c.* Eorum. f. quæ hic facimus, in futuro fructum

Psalm.127. manducabimus. vnde: *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.*

C

✠ THEODORETVS. Per hanc prohibitionē humanitatis officia docuit. Voluit enim vt viduæ & orphani & aduenæ vna cum ipsis essent eorum fructuum participes.

D

f *Sed erunt, &c.* Non prohibet dominū vesci eis quæ spōte nata sunt, sed reponere in vsum proprium.

g *Numerabis quoq;.* Interrogemus Iudæos, si septimum diem (vt aiūt) legislator honorauit, & ab operibus vacare præcepit, quare quinquagesimū annum celebrari præcepit. Septem enim hebdomadæ anno. xlix. faciūt. Nō ergo quinquagesimo vacare oporteret, nisi mysterium lex significaret, quod Iudæorū infirmitas nō caperet. Duplex enim à Deo visi biliū omniū, significatur consummatio, vna cuiusq; singularis, altera omniū cōmunis, quando tēpus operandi non erit, in

Quinquagesimus quare in præcepto.

superiorib⁹ primā, in E

his insinuat secundā.

h *Septem.* In hebdomada dierū, humanū seculū diuiditur. Cū igitur hic numerus multiplicatus in semetipso fuerit, & tota cōpleta ætas seculi, & tēpus deuolutū ad finem peruenerit, succedit quinquagesimus quasi xlix. anno in quo erit resurrectio. vnde subdit:

CAP. XXV.

LOcutusque est dominus ad Moysen in monte Sinai dicens: Loquere filijs Israël, & dices ad eos: Quando in- 2

a ¶ Conuersionem bonam. b ¶ In lege & præceptis.

gressi fueritis terrā, quam ego dabo vobis: sabbāthizet terra sabbathū do-

a ¶ Sic. ¶ Vt post sabbathizet terra.

mino. Sex annis seres agrum tuum, & 3

n *Et addet quintam partem pretij.* Doctrinā ei cū intellectu offe-
rens, & sapienter regens. Insensati enim patris domini aut ma-
gistri est, obedientiam eos qui ad se pertinent subditos non do-
cere, & eorum vitā vt operentur secundum legem non dispe-
nere. Addat igitur subiectioni & doctrinæ intellectum. Ipse F
enim solus in præsenti mundus est. Ideo ait: *Addet quintam*
partem pretij. Habet enim obedientia pretium: ideo non di-
☞ xit æsti-

a qui vouerat, addet quintam partem æstimatæ pecuniæ, &
a ¶Id est, per proprium intellectum seipsum regere.
b possidebit eum. Si autem redimere noluerit, sed alteri cui-
a ¶Doctori. b ¶Pretio doctrinæ, scilicet docendi.
libet fuerit venundatus, † vltra eū qui vouerat, redimere non
a ¶Id est tempore remissionis transeunte scilicet tempore præsentis vitæ.
poterit: quia cùm iubilei venerit dies, sanctificatus erit domi-
a ¶Qui illum continuo docuerunt ipse negligendo perdidit.
no, & † possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum. Si
a ¶Virtus vel vita fratris, quem ipse negligendo perdidit. b ¶Sacerdotibus oblatus vt peccatoris effi-
ciatur conuersatio.
c ager emptus est, & non de possessione maiorum sanctificatus
a ¶Exhortando, arguendo, ne terra perdatur ex toto.
d fuerit domino, supputabit sacerdos iuxta annorū numerum
e f vsque ad iubileum, pretium, & dabit * ille qui vouerat eum
g domino. In iubileo autem reuertetur ad priorem dominum,
qui vendiderat eum, & habuerat in sortem possessionis suæ.
h Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. † Siclus vi-
i k ginti obolos habet. Primogenita quæ ad dominū pertinent,
a ¶Studiosus in operatione mandatorum Dei. b ¶Simplicitate placens.
l nemo sanctificare poterit & vouere, siue bōs siue ouis fuerit,
m domini sunt. Quòd si immundū animal est, redimet qui ob-
n tulit iuxta æstimationē suam, & addet quintā partem pretij.

† non redimetur amplius

† sicut ager anathematis, sacerdoti erit possessio

Sacerdotis doctrina.

Consecrare agrum & redimere.

*æstimationem in die ipsa

† 12. q. 2. nulli.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Si ager. *Hic consequenter agitur de agro possesso per emptionem cum dicitur:* Si ager emptus est & non de possessione maiorum *s. parentum: illius qui emit.*

2 Supputabit sacerdos iuxta annorum, &c. *id est determinabit pretium redemptionis secundum distantiam ad annum iubilei: quia quanto est maior distantia à tempore voti facti vsque ad iubileū, tanto debet esse maius pretium.*

3 In iubileo autem reuertetur ad priorem dominum qui vendiderat eum. *Et non ad sacerdotes: quia non poterat vendi, nisi vsque ad iubilæum, vt patet ex supradictis xxv. capit. & ideo faciens votum de illo agro non poterat illum obligare, nisi vsq; ad iubileum, quia nihil iuris habebat in eo vltrà. Secus autem erat de agro quē habebat ex hæreditaria successione, vt prædictum est.*

4 Omnis æstimatio. *in prædictis redemptionibus.*

5 Siclo sanctuarij ponderabitur. *Quia alius erat siclus, quo vtebantur in aliis.*

6 Siclus viginti obolos habet. *Hoc dicitur ad determinationem quantitatis sicli sanctuarij: siclus enim communis erat maior, vt dicit Rabb. Selomon, quia continebat xxviij. obolos. Alij autem dicunt, quòd erat minor, dicentes quòd pondus sanctuarij erat duplex respectu ponderis communis.*

7 Primogenita quæ ad dominum pertinēt. *Hic remouet dubium circa prædicta, quia posset aliquis credere primogenita animaliū posse* Exo. 30. b. Num. 3. g.
cadere sub voto hoc remouet cum dicitur: Exec. 45. d.

8 Nemo sanctificare poterit & vou. *Cuius ratio est, quia nullus potest facere votum Deo, nisi de hoc quod suum est: primogenita autem ratione primogenituræ erant ipsius Dei, vt patet Exo. xiij. & in plurimis alijs locis.*

9 Quod si immundum animal est. *Hoc non refertur ad primogenita, in quibus erat macula propter quam non offerebantur, sed redimebantur: veruntamen in redemptione eorum non fiebat additio quintæ partis, secundum quod dicit Rab. Sal. hic autem fit huiusmodi additio, vt patet in littera: & ideo secundum ipsum refertur ad illud quod suprà dictum est de redemptione animalium mundorum secundum speciem, quæ tamen non poterant offerri propter maculam: hic autem loquitur de animalibus aliter immundis, quæ licet non possent offerri domino ad hoc quòd aliquid de ipsis poneretur super altare, poterant tamen offerri manibus sacerdotis vt venderentur, & pretium in aliqua necessaria templi conuerteretur, vt in reparatione eorum in aliqua necessaria templi conuerteretur, vt in reparatione eorum vel vtensilium vel huiusmodi: si tamen offerens volebat redimere, addebat quintam partem, & sibi carius vendebatur quàm alteri ratione prædicta.*

✲ 1 *Omne*

☞ xit: æstimabit eum sacerdos, sicut suprà.

Anathematizare. Ioh 7. a.

A a *Omne quod domino consecratur siue homo.* Isichivs. Aliud est anathematizare, aliud est sanctificare. Quod enim anathematizatum est, in nullius humanū vsum nec sacerdotis quidē reuerti potest: sicut ideo qui de Hierico aliquid furatus est, quia anathematizata erat, periit. Quęcunq; ab inimicis iure belli cum quibus debebant amicitia iungi, filij Israël rapuerunt, præcipiente domino anathema fecerunt. Nos ergo si pugnates à dęmonib. spolia belli acquisitimus, cōsecrare Deo debemus, vt nihil in eis propriæ volūtatis habeam⁹, siue homo sit, id est suæ potestatis, & nobis conuersatione æqualis: siue pecus, id est subiectus: siue ager, id est conuersatio nostræ sortis.

✲ Procopivs. Ex his reluceſcunt differentiæ illorum qui dedicantur Deo. Nam quidam seipsum per alios Deo consecrat. Alius per seipsum dedicatur Deo. Quidam possunt per alios offerri Deo. Alij nequeūt per alios donari Deo, qui videlicet vtūtur ministris Dei in negotio Dei, qui quasi æstimatio pro ipsis oblati sunt. Per se donant se Deo, qui administrant munus Apo-
C stolicum, in secundo ab his ordine sunt, qui diaconatus munia D
obeunt; à diaconatu qui discedunt, recidūt ad eam classem hominum qui aliorum opera iunguntur cultui diuino. Qui sacerdotij functionem susceperunt, nunquam poterunt ab hac sese segregare, & ad seculi negotia reuerti. Nam ad omnia habebuntur inutiles.

b *Quicquid semel fuerit con.* Isichivs. Iure belli acquisitum non potest aliquis inimicum expoliare, nisi perfectè subiecerit. Alligato enim forti E vasa eius diripiūtur. Matt. 12. c. Diabolo ergo alligato, auferentes spolia eius cūsecramus domino, cum insidiis eius præuenti, caput
2 cōtriuerimus serpentis. Mundi calcati⁵ desiderijs, virtutibus acquisitis, hac victoria ditati, quę diripuimus rectè Deo offerimus. Sancta hæc sunt & perfecta, nec nostra nec aliorum disciplina egentia, nec augmentum, nec profectum suscipiunt.

✲ Procopivs. Sic hostes consecrati Deo penitus delebātur, vt accidit Hierichuntinis ciuibus, qui omnes ore gladij erāt perdendi, id est, omnes inexorabili iudicio, quod typus erat futuri iudicij extremi, Dei dediti & addicti erant. F

☞ a *Domi-*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Omne quod domino consecr. *Hic agitur de consecratis: accipitur hic consecratio pro deputatione alicuius rei ad cultum diuinum absque reditu ad communem vsum, & tale quid non poterat vēdi, vel redimi, & ideo subditur:*

2 Non redimetur, sed morte mor. *Sciendum tamen quòd doctores, tam catholici quam Hebræi breuiter & superficie tenus transeunt passum istum, cum tamen habeat multos sensus, vt videbitur prosequendo: propter quod hic imendo diutius immorari. Ad intellectum autem sequentium considerandum, quod vbi translatio nostra habet hic:* Omne quod consecratur domino, &c. *In Hebræo habetur:* Omne חרם herem domino. *Herem autem in Hebræo dupliciter ha-*
Herem quid dicatur. *bet significationem. Vno modo significat sanctificationem. Alio modo significat destructionem non quamcunque, sed destructionem alicuius ad gloriam Dei ordinatam, vt sit sensus:* Omne herem domino, *id est, omne quod domino consecratur vel destruitur, & aliquando coniungebat quod in eodem facto concurrebat herem secundum vtranque significationem, licet in diuersis rebus, sicut in destructione ciuitatis Hiericho, quātum ad ciuitatem & habitatores fuit destructio facta ad Dei gloriam ordinata, quia peccata illius ciuitatis hoc meruerant, quæ per sententiam domini erant punienda ciuitatis euersione & habitatorum occisione. Quantum autem ad spolia ciuitatis quæ poterant cedere in cultum domini, fuit ibi herem quatum ad aliam significationem, quia aurum & argentum, æs & consimilia fuerunt domino consecrata, ita quod non poterant aliys vsibus applicari. Aliquando vero accipebatur herem in vno facto pro destructione tantum. Aliquando vero pro sanctificatione tantum. Si autem accipiatur pro significatione tantum, sic talis sanctificatio poterat esse in persona humana, vel animali, vel in re inanimata secundum quod dicitur in litera: Omne quod domino cōsecratur, siue homo fuerit siue animal, siue ager, morietur, & secundum hoc illud quod postea subditur:* Non redimetur, sed morte morietur, *varie intelligitur. Non enim homo domino consecratus interficiebatur, cum non sit animal immolatitium: similiter nec ager consecratus est mortis vel vitæ susceptiuus, loquēdo proprie, & ideo oportet q; accipiatur mors æquiuocè. Dicēdum igitur q; si res cōsecrata domino erat persona humana, aut erat Hebræa, aut Gentilis. Si Hebræa, aut de tribu Leui, aut de alia tribu. Si primo modo, puerà parēntibus poterat consecrari domino ad seruiendū in tabernaculo domini vsq; ad mortem: & hoc modo Samuel fuit consecratus à parentibus, vt habetur 1. Regum. j. Et eodē modo videtur, quod Leuita adultus poterat seipsum cōsecrare dicto modo, vt habetur Deuteron. xviij. videlicet quando Leuites manens extra Ierusalem deuotione ductus veniebat ad manendum in Ierusalem vt ministraret in templo. Si autē quis esset de alia tribu, non poterat sic consecrari, quia non erat licitum ei accedere ad ministerium templi vel tabernaculi secundum quod dicitur Num. xviij. b.* Extraneus qui ad ministrandum accesserit morte morietur: *& multò magis erat illicitum Gentilibus. poterant tamen persona de aliys tribubus Israël consecrari domino in aliis pijs operibus exercendis, sicut Samson de tribu Dan fuit consecratus in abstinētia ab omni potu inebriatiuo & ciba immundo, ad reprimendum iugum Philistinorum super Israël, vt habetur Iudic. xvj. Et similiter filia Iepthæ ad seruiendū Deo in vigilijs & orationibus viuendo, in virginitate. secundum quòd dicūt Hebræi Iudicum xj. & de hoc plenius dicetur cum venerimus ad locum illum domino concedente. Si autem erat persona Gentilis, vtpote seruus vel ancilla hominis Hebræi sicut erat res domini sui, & per consequens poterat consecrare eam: quia erat persona serua simpliciter & ad semper, non tamen consecrabatur ad faciendum opera Leuitarum, vt dictum est, sed ad quædam opera seruilia ad templum vel ministros eius necessaria, sicut est cædere ligna, & portare aquas ad locum diuini cultus. Et hoc modo Iosue decreuit Gabaonitas in ministerium populi & altaris domini, vt habetur Iosue ix. Hoc autem modo non poterat consecrari persona Hebræa, quia non poterat esse serua simpliciter, sed tantum ad tempus. s. vsque ad septimum annum remissionis: & si tunc nolebat egredi liber, manebat seruus vsque ad iubileum, & non vltra: vt habetur Exo. xxj. & suprà Leuit. xxv. Si autem res consecrata erat inanimata, aut erat immobilis vt ager & tunc distinguendum: quia aut erat ager de hæreditate paterna, & tunc poterat domino consecrari: quia talis ager in iubileo non reuertebatur ad priorem dominum, sed remanebat de possessione templi vel sacerdotū. Si autem ager esset acquisitus per emptionem, non poterat sic consecrari, quia in iubileo debebat reuerti ad priorem dominum, vt dictum est suprà de redemptione votorū: & propter hoc vbi translatio nostra sic habet:* Omne quod domino consecratur, *siue homo fuerit siue animal, siue ager: In Hebræo habetur:* Siue ager possessionis, vel hæreditatis suæ. *Si autē res consecrata erat mobilis, vt aurum & argentum, æs, ferrum, & consimilia, quibus poterant fieri instrumenta tabernaculi vel templi aut alia necessaria ibidem: tunc poterat domino consecrari, & de eatero poterant ad vsus alios applicari, vt dictum est de præda ciuitatis Hiericho: & multa exempla alia ad hoc sunt in scriptura. Si autem res consecrata erat animal, aut erat animal immolatitium, & tunc sine mutatione aut redemptione immolabatur domino, nisi post consecrationē antequā veniret ad locum immolationis fieret incipiens immolationi, vt per fracturam tibiæ vel alterius maculæ insanabilis, & tunc interficiebatur absque venditione seu redemptione: quia non poterat aliys vsibus applicari. Si autem non esset animal immolatitium, ad templi tamen ministeriū vel sacerdotū vtile, vt equus, asinus & similia, tūc manebat in abstinentia templi vel sacerdotum vsque ad mortē, sicut de seruo vel ancilla dictū est. Si autem acciptatur* חרם *herem pro destructione ad Dei gloriā ordinata, vt sit sensus in allegatione suprà posita:* Omne quod domino destruitur, &c. *tunc talis destructio aut erat ex sententia domini, aut iudicum loci cuius tenentium, aut ad implendum promissum Deo factū. Si primo modo tunc talis destructio erat simpliciter inferēda, & hoc siue essent personæ humanæ, sicut de Chananæis sententiauit dominus, vt interficeretur à filijs Israël, secundum quod dicitur Num. xxxiij. c.* Cum transieritis Iordanem intrantes terram Chanaam, disperdite cunctos habitatores regionis illius, excepti tamē fuerunt Gabaonitæ, eò quod principes Israël inconsulto domino inierant eos non occidere: & propter hoc mors eorū corporalis fuit mutata in cruciem per seruitutem, vt habetur Iosue ix. Sine essent bruta animalia, & ideo Saul qui in occisione Amalechitarum ex cupiditate pepercit animalibus pinguioribus de quorum morte dominus sententiauerat sicut & de hominibus fuit à domino reprobatus, vt habetur 1. Regum xv. Sine essent res inanimatæ, vtpote cuiatates sic destructæ, quia nō debebat vltra reædificari: vnde Iosue vj. d. dicitur:* Maledict⁹ vir qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Domini.* Isichivs. Eius scilicet qui mãdata legis operatur, A sed terrenam remunerationẽ præstolatur: ideo agit de frugibus terræ, decima quidẽ i. operatio mandati sancta est, sed non multum valet. Sed vt valeat, quintam partẽ addat. i. intelligentiam, vt quæ sursum sunt sapiat & quærat, vt sic sibi decima proficiat. Ei[a] facilis est eorum discretio. Quia etsi alterutrum superant, sicut D stellã stella, omnes tamen in cælo sunt: sicut qui cælestia sequuntur, & ab illo solo qui sanctos discernit cognoscuntur.

d *Non eligetur nec, &c.* Quia nullus est qui respui possit, & quod magis eligendum sit, non est vestræ discretionis.

†15.q.7.c.1. omnes decimæ, de deci. c.1. †Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arbo- 1
a ¶ Vbi sibi profuit. rum domini sunt, & illi sanctificantur. Si quis autem volue- 2
¶ Intelligentiam. rit redimere decimas suas, addet quintam partem earum.
-bouis & ouis & capræ. c Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ sub pasto- 3
¶ Quia in his difficilis est discretio. ris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabi-
a tur domino. Non† eligetur nec bonum nec malum, nec alte-
¶ Quia nihil deest. ro commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutatum est, &
f pro quo mutatum est, sanctificabitur domino, & non redi-
a ¶ Qui poterat intelligere mysteria & præcepta. g metur. Hæc sunt præcepta quæ mandauit dominus Moysi ad 4
¶ Qui infirmi & non capaces mysterij. filios Israël in monte Sinai.

Finit Leuiticus.

e *Si quis mutauerit, &c.* Isichivs. Paulus & Barnabas aliquando dissenserunt. Barnabas enim dicebat assumendũ Marcũ, Paulus autẽ eum qui semel recessisset non debere assumi. Paulus ergo assũpsit Sylã, quasi deteriore meliorem. Sed vtrũq; sanctificatũ est domino. Barnabas quippe E assumpto Marco nauigauit Cyprũ, qui secum prædicauit. Qui intantũ claruit, vt fieret vnus de quatuor euangelistis. Quod Paulus retractans & cognoscens, quia nullus sanctorum repudiandus est, nec facilè discerni potest inter sanctos, quis bonus quis melior, Marcũ reuocauit, scribens ad Timotheum ait: *Assumens Marcum, deduc* 2. Tim. 4. c. *tecum: est enim mihi vtilis in ministerium.*

Act. 15. g. Dissentio Pauli & Barnabæ.

f *Sanctificabitur domino, &c.* Idem. Cùm omnium cursus diuinus sit & altus & supernæ conuersationi proximus, frustra conaris hunc subducere, illum inducere, & Deo quasi meliorem consecrare.

g *Hæc sunt præcepta quæ mandauit, &c.* Idem. Discipuli nostri quando sunt perfecti, nihil nostri egent magisterij: ideo ait immundorum primogenita esse redimenda, mũdorum verò nequaquam, sed nec domino cõsecrata, nec ea quæ nouissimè sunt dicta: perfecta enim demõstrata sunt, quia intentionem diuinam cælestemque gerunt. F Discipuli perfecti.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ susciteauerit & ædificauerit ciuitatẽ Hiericho. *Si autẽ talis destructio erat inferenda ex sententia iudicum locum Dei tenentiũ, propter quod dy appellantur, Exo. xxij. d.* Dijs non detrahes. *talis sentẽtia erat executioni danda absque redemptione aliqua, videlicet quando aliquis per eos erat morti adiudicatus, maxime propter homicidiũ, nõ poterat pretio aliquo redimi vita eius: vnde Nume. xxxv. d.* dicitur. Non accipietis pretiũ ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. *Alio modo talis destructio inferebatur propter adimpletionem promissi Deo facti secundum quod habetur Num. xxj. a. vbi dicitur:* Et Israël voto se domino obligans ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius: *& ibidem subditur:* Et vocauit nomen loci illius horma, *quod significat destructum: & descẽdit a'herem, quod significat destructionem: vnde ibi trãslatio nostra habet horma scriptura Hebraica habet* חרמה *harma. Nomina enim Hebræa scripta literis latinis minus propriè scribuntur communiter. Ex prædictis patet q̃ cum dicitur:* Omne quod domino cõsecratur non redimetur, sed morte morietur. *Mors enim in diuersis accipitur æquiuocè, quia Leuita consecrati diuino cultui dicebantur mortui, sicut apud nos religiosi mortui mũdo dicuntur. Agri & res inanimatæ cõsecratæ mori vel mortuæ dicebãtur, sicut possessiones ecclesiæ dicũtur amortizatæ: & eodẽ modo dicendum est de seruis & ancillis. Animalia verò immolatitia moriebãtur propriè per immolationẽ. Similiter & homines & animalia morti adiudicata per occisionẽ. Ciuitates autẽ destructa dicebãtur esse similitudinariè mortuæ: quia nõ erat reditus ad earũ readificationẽ, sicut in hominib' & animalibus non est reditus de morte ad vitã. Sciẽdum etiã q̃ consecratio prædictorũ aliquãdo cedebat in vtilitatẽ sacerdotum, aliquãdo autẽ in necessaria ipsius tẽpli, secũdum quod cõsecrans exprimebat in consecrando, de illis tamen quæ poterant venire in vsum sacerdotum, vt seruus, ancilla, & consimilia.*

Mors æquiuocè sumitur.

1 Omnes decimæ. *Hic consequenter agitur de decimis quæ dicuntur sanctificatæ domino, quia erant deputatæ ad sustentationem Leuitarum.*

2 Si quis autẽ, &c. *Cuius causa supra dicta est, de redẽptione votorũ.*

3 Quæ sub pastoris virga. *Modus est enim pastorum cum virga numerare animalia egredientia de caulis ad pastum, & similiter cum reuertuntur ad caulas. Cætera patent in litera. Vltimò recapitulat dicens:* Hæc sunt mandata, &c. *& patet.*

MORALITER.

✠ 4 *Hæc sunt præcepta quæ mandauit, &c.* Hîc agitur de voto & eius redemptione. Duplex autem votum hîc tangitur: Vnum de personis, aliud de rebus possessis: & inter res istas computantur serui & ancillæ: quia sunt quædã res domini sui: licet sint rationales creaturæ. Quantum ad primũ votum fit distinctio personarũ secundũ sexum & secundũ ætatem, & secundũ pretiũ quo vendi possent: & sic maior est redẽptio viri per votũ Deo obligati quã mulieris: & similiter maior est redẽptio viri in ætate fortioris: scilicet à viginti annis & suprà vsq; ad sexaginta, q̃ ante vigesimũ annũ & post sexaginta. Igitur per ætates, sexus, & fortitudines mysticè designantur diuersi status, in quib' homines ad plura vel pauciora Deo sunt obligati. Nã laici obligantur ad obseruãtiam præceptorũ. Clerici verò in sacris ordinibus cõstituti cũ hoc obligantur ad obseruantiã castitatis: personæ verò religiosæ cũ hoc obligatæ sunt ad viuendũ in obedientia, & sine proprio. Inter religiosos autẽ aliqui plus aliis secundũ arctiorem regulã, & statuta sunt obligati. Prælati verò ad ponendũ animam suã pro subditis suis (qđ est maximũ) obligantur. Secundũ igitur in qđ diuersis statibus personæ Deo in maiorib' sunt obligatæ: secundũ hoc q̃ votis suis dãt Deo maius pretiũ. si bene obseruẽt suũ statũ: cæteris tamẽ paribus. s. q̃ æquali charitate operẽtur, & huiusmodi, & hęc proportionabiliter intelligẽdo: & secundũ hoc expectant à Deo maius præmiũ. Res autẽ quæ Deo per votũ obligãtur, sunt serui, ancillæ, domus, & agri, vt pater in textu: & quãto sunt maioris valoris, tantò maior est voti redẽptio: in illis dũtaxat quæ poterant redimi: nã animalia immolatitia Deo redimi non poterãt, sed oportebat ea immolari. Per redẽptiones igitur istas, mysticè significatur, q̃ illi qui de reb' possessis plus expendũt in obsequiis diuinis, maius præmiũ expectant à Deo, cæteris tamẽ paribus. s. facultate, charitate, & huiusmodi quæ ad meritum operantur: nam pauper vidua, quæ duo minuta misit in gazophilakiũ: plus obtulit Deo, quàm diuites qui magna miserant munera, secundum testimonium saluatoris nostri, Marci xij. & Lucæ xxj.

Votum duplex.

A PRAEFATIO IN LIBRVM NVMERI.

LIBER iste & ordine historiæ & mysterio quarto loco ponitur in lege. Ordine historiæ, quia in Leuitico qui tertius est, agitur de vtẽsilibus tabernaculi, & de ordine Leuitarum & sacrificij. Hic autem de dedicatione tabernaculi agitur, quid sc. de Leuitis, quid de vtensilibus tabernaculi portare debeant. Mysterio hoc ostenditur. Excubare circa tabernaculum depositũ, vt dicitur ter- Quaternarius numerus cõmendatur. nis tribubus in singulis quartis: per quod signantur xij. apostoli per quadripertitum orbem fidem sanctæ trinitatis docuisse. Sed etiam inter figuras, quadratura nihil firmius est, quaternarij quoque operis perfectio commendatur. Quarto die facta sunt lumi- Gen. 1. e. naria, quarta ætas sub Dauid fuit robustissima, quarta etiam ætas hominis fortissima, quatuor tantum recepti sunt qui scripserunt euangelia. Inter dona spiritussancti fortitudo, & inter pœnitentiales psalmos, *Miserere mei Deus*, quartus est in quo de humilitate (per quam sumus fortes) agitur. Inter nomina domini quartũ est, fortis, præcedunt admirabilis, consiliarius, Deus. Sequitur pater futuri seculi, princeps pacis, & similia. In hoc quoque libro B corum qui numerantur fortitudo ostẽditur, dum hi qui ætate & virtute bello sunt apti, numerari iubentur.

Psal. 50. a. Isaiæ. 9. b.

Num. quare. 1. Cor. 10. c. Dicitur liber numeri, quia in eo numerantur Israëlitæ: tũ inde- dentum quia mansiones à Rameſſe vsque ad Iordanem. Sed *quia omma in figura contingebant illis*: & lex erat vmbra futurorum, ita legenda est historia, vt non amittatur allegoria. Numerati sunt Israëlitæ soli, non proselyti, & alienigenæ qui erant inter illos, non tamen omnes, quia nec pueri nec fœminæ, sed tantùm viri qui apti bello erant. Etenim alieni à Deo, Gẽtilium spurcitia, vel crudelitate Iudaica, vel etiam Christiani puerilem leuitatem, vel mollitiem fœmineam habentes, inter filios Dei non numerãtur. Non sunt numerati in Ægypto: sed postquam transierunt mare rubrum, post columnam ignis in mansione iuxta montem Sina: quia manentes in tenebris peccatorum non sunt Dei, sed mundati baptismo & armati manus impositione. Mansiones merito xlij. computantur, à prima quæ fuit in Rameſſe vsque ad Iordanem, vt per hoc signetur nos per tot gradus virtutum ascendere in cælum, quot generationibus Christus ab Abraham descendit ad Mariam.

Intentio. Intẽtio Moysi in hoc opere est Christianum populum & eius profectum, & ascensum à terra in cælum per Israël, & per xlij. mansiones designare. Per Israël enim Christi populus, per progressus mansionum profectus virtutum significatur.

Ordo. Ordo libri talis est. Primò duces populi, & populum circa tabernaculum numeratos per quadrum collocat. Leuitas à numero exceptos, ad ministerium tabernaculi destinat: deinde tabernaculum dedicatur, & modus oblationum: & catalogus mansionum computatur. Deinde prophetia Balaam à rege Balac ad maledicendum populum Dei inducitur. In fine sex ciuitates ordinãtur, tres vltra, tres citra Iordanem, ad quas confugeret, qui nolẽs, sanguinem proximi effunderet. Leuitæ inter tabernaculũ & cæteros filios Israël excubantes, diuisi per Amramitas ab Oriente, per Caathitas ab Austro, Gersonitas ab Occidente, & Meraritas ab Aquilone, significant prælatos ecclesiæ, qui sunt medij inter ministros tabernaculi, quibus in temporalibus prouidenti & interlaicos, quibus in spiritualibus præsunt. Amramitæ i. Moses & Aaron & horum filij, inspiciunt & inuoluunt tabernaculi secretiora, & introducentes Caathitas dant eis propriis humeris portanda inuoluta, vt videntes non moriantur. Non sunt enim propalanda ecclesiæ mysteria, nisi summatibus viris i. Mosi & Aaron, qui infirmi inde scandalizantur. Vnde & liber euangelij presbytero & diacono portatur apertus, aliis verò clausus. Gersonitæ autem & Meraritæ qui sunt indigniores Caathitis, non propriis humeris, sed bobus & plaustris sua portant onera. Quia Luc. 9. c. qui vult venire post me, me sequatur, quasi per mortem. Et quãto magis quis vult, tantò maior persecutio.

Benedictio quã facit Episcopus. *Benedicetis filijs Israël & dicetis, &c.* Ab hoc loco sumpta est benedictio quam facit episcopus. Duo digiti quĩ eleuantur iuncti, legem significant & sacerdotum, quæ per Mosen & Aaron intelliguntur. Tres versus qui sequuntur, continent illam trinam petitionem quæ fit in verbis episcopi. Petitur gratia spiritussancti, vera salus, pax æterna. Deinde sequitur distinctio personarũ semper his verbis: *Quod ipse præstare dignetur qui cum patre & spiritu sancto viuit, &c.* In tabernaculi dedicatione oblata sunt minera à primatibus in vsum eiusdem, & sustentationem Leuitarum, quod hodie fit cum dedicatur ecclesia aliqua. Sicut & laicorum consuetudine, mulieri cùm desponsatur viro, multa dona D offerũtur. Et dominus filijs Israël in Ægypto die quo oduceret, concessit argentea vasa. Et post mare rubrum non duxit eos statim recta via contra hostes, ne territi retrò abirent, sed per circuitum: deinde præcepit *ne temporis ratio p. t.* Cautè omnia prouisa. Introeuntibus enim in ecclesiam primò decor eius ostendendus est vt appetatur, non miseria, vt timeatur. Similiter & Meraritæ.

Hom. 28. in Numeros. Origen. Diuinis numeris non omnes digni sunt, sed certis prærogatiuis designati. Vnde in hoc libro neq; mulieres educũtur ad numerum, pro fœminea scil. infirmitate, neque serui: tanquam vita moribusque degenerosnec Ægyptij Israëlitis admisti Qui non fuerint numerati. vt alienigenę & barbari. Soli Israëlitę numerãtur, & non omnes: sed à viginti annis & suprà. Nec tantùm ætatis habetur obseruatio, sed & bellici roboris. Designatur enim per verbum Dei, vt numeretur omnis qui procedit in virtute Israël. Puerilis ætas nõ numeratur nisi primogeniti aut de sacerdotali, vel Leuitica stirpe. Fœminarũ verò nulla numeratur. Possunt hęc vacua esse mysteriis? Procurauit hoc solùm spiritussanctus qui hæc dictauit vt sciremus qui numerati sunt, & qui non? Quis dabit ex hoc profectus his qui sacris voluminibus gestiunt eruditi? Sed (quia se- Rom. 7. c. 1. Cor. 13. d. cundum Paulum lex spiritalis est) si transcendero puerilis ætatis 1. Ioh. 2. b. inspiciam, vir factus deposuero quæ sunt paruuli: & factus fuero iuuenis, qui vincam malignum, aptus videbor his qui proceduntin virtute Israël, & diuinis numeris dignus. Cui autem ineſt puerilis & lubricus sensus, vel fœminea & resoluta segnities, vel E Ægyptij & barbari mores, apud Deũ in sancto numero non habetur. Innumeri autem apud Salomonem dicuntur esse qui pereunt. Numerati autem omnes, qui saluandi sunt. Et de stell. dicitur Psalm. cxlvj. a. *Qui numerat multitudinem stellarum, &c.* Et do- Ecc. 1. d. Matt. 10. d. minus etiam capillos capitis discipulorum dicit esse numeratos, Iudic. 15. c. non qui tondentur vel proijciuntur, vel ætate pereunt, sed qui in Hiere. 7. f. Nazaræis erant, quibus inerat virtus spiritussancti ad prosternẽdos alienigenas. Virtutes ergo animi & multitudinem sensuum de mento tanquam de capite apostolorum prodeuntes, capillos capitis appellauit.

Idem. Illud quoque consideremus, quòd non statim vt egressus est de Ægypto populus numeratur: adhuc enim persequebatur Pharao. Sed nec cùm mare rubrum transiens venit in desertum. Nondum enim tentatus, nõdum ab hoste fuerat impugnatus. Cõligit contra Amalec & vincit. Nec numeratur adhuc: non Exo. 17. c. enim sufficit ad perfectionem tẽdenti vna victoria, nec accepto mannæ cibo, & aquæ de sequenti petra poculo nondum enim ea Exo. 16. c. quæ numeris sunt apta adoleuerant. Tabernaculum testimonij construitur: nec adhuc numerandi tempus, lex per Moysen datur, mos sacrificiorum traditur, purificationis ritus docetur, sanctificationum leges & sacramenta conduntur, & tunc ad numerum iussu Dei populus adducitur.

Vide ergo quanta tibi transeunda, quãta toleranda, quot profectibus, quot tentationibus, quot præliis (scilicet pugnandum, quot vincendum, vt pertineas ad diuinum numerũ, & inter sanctas tribus numereris, & possis visitari, & per Dei sacerdotes Aaron & Mosen numerorum censibus adscribi. Suscipienda est tibi primò lex Dei, lex spiritus eius, offerenda sacrificia, explendæ purificationes, peragenda omnia quæ lex spiritus docet. F

Roma. 8. a. Origen. Ratio quoque tribuum, distinctio ordinum, focietas familiarum, & cuncta ordinatio castrorum, ingentium sacramentorum produnt indicia. Certa enim expectatio nobis est Vbi supra. resurrectionis mortuorum, cùm hi qui viuũt, qui relicti sunt, in aduentu Christi non præuenient eos qui dormierunt: sed simul 1. Thess. 4. d. rapientur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra: torreni scilicet huius loci corruptelam, & mortis habitacula deserentes, siue omnes in aëre sicut Paulus pronunciat, permansuri, siue etiam aliqui ad paradisum vel ad alia ex multis mansionibus loca, quæ apud patrem, sunt transferendi. Diuersitas autem translationis & gloriæ præstabitur secundum merita cuiusque. Vnde: 1. Cor. 15. c. *Vnusquisque autem in suo ordine.* In resurrectione ergo vtiq; quisque aut in tribu Ruben spiritualibus indiciis ascribitur, quia scilicet aliquid in actibus vel in moribus simile & consanguineum habuit. Alius in tribu Simeon, forrassis pro obedientia. Alius in tribu Leui, credo qui præfuit bene sacerdotio, vel qui bene ministrans, gradum sibi bonum acquisiuit. Alius in tribu Iuda, qui scilicet regios spiritus gessit, & populum qui intra se est bene rexit, sensum scilicet mentis, & cogitationes cordis. Singulis quoque 1. Tim. 3. c. tribubus vnusquisq; sociabitur, pro his quæ in actib' vel in moribus ipsis cognata habuit. Et erunt huiusmodi ordines in resurrectione mortuorum, qui in hoc libro figurantur.

Status in resurrectione mortuorũ. Eccl. 43. c. Illud quoque quod quadam connexione tribuum, castrorum positio, & metationis ordo describitur, significat aliquem statum in resurrectione mortuorum. Quòd tres ad orientem collocantur, tres ad occidentem, tres ad meridiem, & tres vltimæ ad aquilonem, qui durus dicitur ventus. Quod etiam tribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuda quæ regalis est, ad orientem statuitur, ex qua dominus ortus Eccl.44.d est, non puto otiosum. Quòd & Issachar huic iúgitur & Zabulõ, A & quòd in quatuor partes trinus iste numerus ordinatur. Quæ quamuis politicarum suarum diuersas habeant qualitates, omnes tamen intra trinitatis numerum continentur: & quòd per totas has quatuor partes in vnum numerum colligitur eadem trinitas semper, quia scilicet sub vno nomine patris, & filij, & spiritussancti

Matt.8.d. credentes omnes qui ex quatuor partibus orbis venientes inuocant nomen domini recumbentes cum Abraham, Isaac & Iacob in regno Dei. Hæc generaliter diximus, volentes huius libri continentiam mysticam breuiter comprehendere: & suscepta occasione vnusquisque in reliquis similem, autũ cui plus Deus reuelat, superiorem prosequatur imaginem. Ego enim vere me imparem iudico ad enarranda mysteria libri Numerorũ, multò autem inferiorem ad illa quæ concludit Deuteronomij volumen.

In 1. caput Numer. RABANVS. Numerorum librum multiplici mysteriorum obscuritate inuolutum patres ostendũt. Ibi enim numerus filiorum Israël mystice describitur & singularũ tribuum castra circa tabernaculum testimonij ad formam ecclesiæ locantur. Ibi Leuitarum in ministerium distributio & oblatio principum secũdum conuenientium sacramentorum. Tandem omnium mansionum ab Ægypto vsque ad terram promissionis catalogus numeratur: vt monstretur qualiter de Ægypto spiritali egressi, per mare ru-

B brum & eremum præsentis seculi properemus ad promissam patriam in cælis.

Exo.40.b. IDEM. Iuxta finem Exodi scriptum est: *Igitur mense prima anni secundi, prima die mensis collocatum est tabernaculum, &c.* Et

Nume.1.a. nunc in capite Numerorum: *Locutusq; est dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero &c.* Vbi notandum, quòd in duodecima mansione, id est in solitudine Sinai vbi Moyses ascendit, & dominus descendit in montem vt daret legem, ibi fabricatur tabernaculum, ibi præcipitur diuersitas hostiarũ & vasorum: & indumenta pontificis. Leuitarum ceremoniæ, numerus populorum & Leuitarũ,

Quo anno numerus filiorũ Israël describitur. & oblationes principum. Eodem quoque anno licet non eodem mẽse, quo erectum tabernaculum, numerus filiorũ Israël descriptus est. Annus verò vel mensis secundus, tempus noui testamẽti significat, quod post Christi aduentum, passionemque & resurrectionem, vsque ad finem mundi pertingit. Post baptismum enim

Rom.6.a. in quo de spiritali Ægypto, submerso verò Pharaone egredimur in nouitate vitæ ambulamus, & ad terram promissionis tendentes, in deserto Sinai id est in conflictu tentationũ carnis incentiua superare nitimur. Sinai enim interpretatur rubus, quo significatur ecclesia, in qua apostoli prædicant, & spiritale præliũ geritur. Ibi loquitur dominus ad Moysen, quia legem dat ad institutionem credentium, id est spiritualium Israelitarum.

Liber Numeri quare. ISIDORVS. Liber Numeri appellatur, quia multitudinis Israëliticæ perfectorum virorum computationem tenet & numerum, profectiones quoque mansionésque à finibus Ægypti vsq;

C ad mortem Moysi. In quo dies dedicationis tabernaculi, & oblationum modus: non sine numeri sacramẽto numeratus est. Catalogus autem mansionum filiorum Israël, quæ à prima vsque ad

Matth.1.a. vltimã numeratæ sunt simul xlij. De quibus Matthæus ab Abraham vsq; ad Dauid generationes xiiij. & à Dauid vsque ad trãsmigrationem Babylonis generationes xiiij. & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes xiiij. Per has currit Hebræus qui de terra festinat transire ad cælum, & Ægypto huius seculi derelicta, terram promissionis ingreditur.

Nec mirum si illo numeri sacramento peruenitur ad cælum, quo Christus à primo patriarcha venit ad virginẽ quasi ad Iordanem, quæ pleno gurgite fluens spiritussancti gratia redũdauit.

Prima mansio. ISIDORVS. Prima mansio est רעמסס Rameses, vrbs in extremis finibus Ægypti. In qua populus congregatus exiit in desertum, scilicet altera die post pascha in conspectu Ægyptiorum. Quam quidam commotionem vel tonitruum interpretantur, q; commoti fuerimus ad euangelicam tubam, & excitati tonitrui

4 gaudio in mense primo: præterita hyeme, veris exordio cũm o-

Ephes.6.c. nnia renouantur, eximus xv. die mensis primi in crastino paschę pleno

pleno mensis lumine, post esum agni immaculati, calciati pedes D de apostolo: & accincti lumbos de pudicitia, & baculos in ma- Exo. 12.b.
nibus tenentes.

IDEM. Secunda mansio est סכות Succoth, in qua coquunt pa- Secunda.
nes azymos, & primùm tendunt tabernacula, vnde & locus nomen accepit, quia Succoth interpretatur tabernacula, vel tentoria. Cùm ergo exierimus de Ægypto, id est de seculo, primùm tabernacula figimus, scientes nobis ad vlteriora pergendum, & ad sanctam terram viuentium accelerandum.

IDEM. Tertia mãsio est אתם Etham, quæ est in extremo so- Tertia.
litudinis, in qua primùm videtur dominus præcedere populũ in Exo.13.b.
columna ignis. Etham sana fortitudo vel professio. Præparemus ergo nobis fortitudinem, assumentes nobis perfectum robur: vt inter errorum tenebras & confusionum noctes scientiæ Christi lumen appareat. Dies quoque noster nubem habeat protegentẽ, vt his ducibus ad terram promissionis perueniamus.

IDEM. Quarta mãsio est פי החירות Pi ahiroth, quæ est con- Quarta.
tra Beelzephon, & interpretatur os nobilium, vt assumpta fortitudine nobilitemur in domino contemnentes Beelzephon, qui E
interpretatur dominus aquilonis, & eius superbiam declinantes. Ab hac mansione profecti filij Israël transierunt per mediũ mare in desertum, & viderunt Pharaonẽ cum exercitu peruentem, Exo.15.a.
Mariam præcinentem in tympanis.

IDEM. Quinta est מרה Marah, ad quam peruenerunt transito mari post triduum, & interpretatur amaritudo. Post prædicationem onim euangelij & tabernacula migrantium, post fidem assumptam, post baptismum atque victoriam rursus venitur ad amaritudinem, vt voluptas & luxuria vitæ amaritudine terminetur & per crucis lignum quasi per cruciatum iterum suauitas compensetur.

IDEM. Sexta est mansio אילם Elim, vbi erant xij. fontes a- Sexta.
quarum & lxx. palmæ in figura xij. apostolorum: & lxx. discipulorum secundi ordinis, de quorum fontibus doctrinæ potũ hauGen.16. rimus, & dulces fructus victoriæ capimus. Vnde bene Elim in arietes fortes vertitur. Ibi enim sunt robusti principes gregis, duces ouium, doctores gentium.

IDEM. Septima mansio est iterũ ad mare rubrum ים סוף Iam Septima.
suph. Sed quæritur, quomodo post transitum maris rubri, & fontes Marab & Elim, rursus ad mare rubrum venerint, nisi forte in F
irinere pergentibus quidam sinus maris occurrerit, iuxta quem castrametati sunt. Aliud est enim transire mare, aliud in proximo figere tabernacula. Ex quibus monemur etiam post euangelicam doctrinam, & cibos dulces triumphorum apparere nobis interdum mare, & præterita discrimina poni ante oculos.

IDEM. Octaua est in solitudine סין Sin, in qua tẽditur vsq; ad Octaua.
montem Sinai. Sin autem rubus vel odium interpretatur: quia cũ venerimus in locum ecclesiæ, de quo nobis dominus locuturus grande odium meremur inimici.

IDEM. Nona mansio est דפקה Daphca quæ dicitur pulsatio, Nona.
quasi, pulsate & aperietur vobis. Sensus quoque est manifestus: Matt.7.a.
quia postquam venerimus in locum ecclesiæ, incipimus in sacramenta pulsare.

IDEM. Decima in אלוש Alus, quod interpretatur fermen- Decima.
tum, quod tollens mulier miscuit farinæ satis tribus, donec fer- Matt.13.c.
mentaretur totum. Ibi murmurans populus accepit vesperè co- Exo.16.c.
turnices, & mane alterius diei manna. Et bene in decima mansione manna tribuitur, quia post decalogi perfectionem angelorum panis manducatur.

IDEM. Vndecima mãsio est in רפדים Rephidim, quæ inter- Vndecima.
pretatur dissolutio fortium, vel remissio manuum. In hac sitienti Exo.17.b.
populo fons de petra Oreb in similitudine Christi erupit. Ibi Iesus in typo saluatoris contra Amalec militat, & in signo crucis
Exo.18.d. dæmonum aduersum nos tentamenta surgentia deuincuntur. Illuc venit Iethro ad Moysen dans ei consilium lxx. seniorum & in typo ecclesiæ ex gentibus congregatæ quia legis imminutio euangelio succedente completur. Pulchrè dissolutio vel sanitas Rephidim dicitur, vel propter dissipatũ Amalec, vel propter sanatum Israël. Cæteræ in suis locis conuenientius exponentur.

CAP.

CAP. I.

Homilia prima in Numeros. *Omnium virorum.* ORIGENES. Aliàs Lxx. Omnis qui procedit in virtute Israël, &c. qui ergo procedit in virtute numeratur, & in virtute tamen Israël. Est enim virtus animi quàm Græcorum philosopi docẽt, quæ non pro Deo, sed pro gloria exercetur humana. Est & Assyriorũ virtus, vel Chaldæorũ in Astrologiæ studiis, sed non Israëlitica, nec ad Deum pertinens. Sola verò apud Deũ vir

B tus Israëlitica numeratur, quæ à Deo docetur per scripturas diuinas discitur, per fidem euangelicam & apostolicam traditur.

✠ THEODORET. Gen.16. Iussit Deus numerari populum, vt veritatẽ suæ promissionis demonstraret. Promiserat enim Abrahę multiplicaturum semen eius tanquam sydera. Ostendit itaque suæ promissionis veritatem, quia ex septuagintaquinq; qui descẽderãt in Ægyptũ, sexcenta

Numeri Cap. I.

LIBER NVMERI,
Hebraicè וידבר *vaiedabber, id est, Et locutus est.*

CAP. I.



¶ Quasi quæ dicuntur, vt verba domini pensentur.

a ¶ Sapientissimum Hebræorum.

OCVTVSQVE est dominus ad Mõysen in deserto Sinai, in tabernaculo 1 2
a ¶ Noui testamenti. 3
fœderis prima die mẽnsis secundi, an- 4
¶ Mundo.
no altero egressionis eorum ex Ægypto dicens: † Tollite summam vniuer- 5
sæ congregationis filiorum Israël per 6
a ¶ Non fœminini cui obstat infirmitas. b ¶ Quia hæc ætas apta bello. 7 8
cognationes & domos suas, & nomina singulorum, quic- 7
a quid sexũs est masculini à vicesimo ãno & suprà omnium † 9
a ¶ Non sola ætas sed virtus requiritur Israëlitæ.
virorũ fortiũ ex Israël, & numerabitis eos per turmas suas 10
a ¶ Lex & sacerdotium spirituali sensu annumerant primatum ecclesiæ & officia singulorum, quia secundum tenorem legis per veros sacerdotes omnis ecclesiæ ordo disponi debet.
b tũ & Aaron, eruntq; vobiscum principes tribuum ac domo- 11

sexcenta tria millia D
quingenti quinquaginta viri numerati sunt bello idonei, vtraq; semota ætate tã immatura quam prouectiore, similiter & genere fœmineo & & Leuitica tribu. Vnde Isaias ait: *innumerini in Abrahã parrem vestrum & in Saram quæ peperit vos, quia vnus erat & vocaui eũ, & benedixi illi ac multiplicaui eum.* Isaiæ 51.

b *Principes tribuũ.*

AVGVSTIN. Quid Quæst. 1. in est quòd singulos de Numeros.
singulis tribubus eligi iubet principes, eósque vocat χιλιάρχας, quos quidã Latini tribunos vocãt vel appellauerũt. χιλιάρχοι autem à mille videntur dici. Sed cum E
Exod.18.d. consiliũ daret Iethro Moysi, quod etiam Deus approbauit, de populo sub principibus ordinando, ne omnes causæ Moysen onerarent, χιλιάρχους † Infra 22.a dicit cõstituendos super millenos homines, ἑκατοντάρχας, super cẽtenos, πεντηκοντάρχους super quinquagenos, & δεκαδάρχας super denos: ab ipsis numeris quibus præesse † egredien-dum ad pugnam in

minatos. F

CAP. I.

1 LOcutúsque est dominus ad Moysen. *Ex prædictis in præcedentibus libris patet, q; sicut in libro Gene. agitur de fidelis populi electione, cui lex erat danda, sic in Exodo agitur de legis datione populo iam electo, & à seruitute Ægyptiaca liberato. Veruntamen quãuis in Exo. sit data lex quantum ad præcepta moralia, iudicialia, & ceremonialia: hoc tamen est breuiter & succincte, & ideo in alijs libris subsequentibus additæ sunt aliquæ leges ordinationem populi domini magis specificantes, & ad tria prædicta reducuntur. In Leuitico verò sunt additæ leges vel præcepta, quæ specificant ordinationem populi respectu cultus diuini, vt visum est ibidem. Consequenter autem in hoc libro Numerorũ addunt*

tur illa quæ specificant ordinationem populi respectu conuictus mutui. Imminebat autem tunc populo proficisci ad terram sibi promissam, & ideo primo ponuntur illa quæ pertinent ad ordinationem populi proficisci debentis: Secundò quæ pertinẽt ad ordinationem ipsius actu proficiscentis x.c.a. Tertio quæ spectant ad ordinationem ipsius ad terminũ accedentis xxxiij.ca. Circa primum considerandum, q; in populo debent proficisci, necessariò requiritur quòd aliqui sint subditi & obedientes, & alij sint regentes: quia vbi non est gubernator populus corruet, Prouerb.xj.b. Et ideo primò ponitur ordinatio subditorum, & secundò rectorum vij. ca. Circa primum primò ponitur ordinatio populi secundum legem communem, secundò quãtum ad specialem obligationem vj.ca. Circa primum adhuc primò præmittitur ordinatio populi subditi, secundò remotis impedimẽtis v.c. Circa primum considerandũ, q; in populo subdito communiter sunt tres status vel ordines s. agricolæ, milites, & Deo seruientes. Primus non habet hic locum, quia populus tunc habebat panẽ de cælo collatum sine labore, vt dictum est Exo.xvj. Et ideo primo agitur de ordinatione bellantium, secundò de ordinatione Deo ministrantium ij.c. Circa primũ adhuc primò præmittitur numerus bellatorũ, secundò eorũ situs circa tabernaculum ca.ij. Circa prædictam numerationem primò ponitur præceptum domini, secundò executio mandati ibi: Hi nobilissimi principes. Circa primũ dicitur sic: Locutusq; est dominus. Ista dictio copulatiua, q; copulat hunc librũ ad præcedentem: & est sensus: sicut in præcedẽti lib. locutus est dominus ad Moysen de ordinatione populi in cultu diuino, sic in isto de conuictu populi ordinato.

2 In deserto. *Antequã inde recederent versus terram promissionis.*

3 In tabern. *Quia ex quo fuit erectũ ibi, loquebatur dominus ad eum: tabernaculum autem fuit erectũ mense primo, prima die mensis anni secũdi exitus filiorũ Israël de Ægypto: dominus autem ista dixit Moysi per mensem post sicut statim subditur:*

4 Prima die. *Et patet.*

5 Tollite. *Dicit Ra.Sa. q; simile est homini habenti peculium valde dilectum, propter quod numerat ipsum frequenter. Populus Israël erat quasi peculium Dei, vt habetur Exo. xix. & ideo numerus eius exprimitur in exitu de Ægypto, vt habetur Exo.xij. Ité numeratus fuit post casum de adoratione vituli, vt habetur Exo.xxx. & xxxj. Hic verò similiter præcipitur numerari. Et q; hæc numeratio sit alia ab illa patet, quia de argento illius numerationis factæ sunt bases tabernaculi, vt habetur Exo. xxx. & ideo illa numeratio præcessit fabricationem & erectionem tabernaculi: ista autem quæ hic præcipue secuta est erectionem tabernaculi per mensem, vt iam dictum est.* Similitudo elegans.

6 Per cogna. *i. tribus: voluit enim dominus q; non solum sciretur numerus multitudinis in generali: sed etiam cuiuslibet tribus per se & in speciali.*

7 Et domos. *Quia in vna tribu erant multæ familiæ sicut in tribu Leui erat Caathitæ, Merarita, Gersonita: & faciebant diuersas domos.*

8 Quicquid. *Et sic mulieres excludebantur ab ista numeratione.*

9 A vicesimo an. *Quia iuniores non mittebantur ad prælium.*

10 Virorum fortiũ. *Ad excludendum senes, qui iam erant emeriti militiæ.*

11 Eruntq; vobiscum princ. *Fuerunt enim adiuncti in hoc negotio Moysi & Aaron, quia quilibet eorum magis cognoscebat illos de tribu sua, quàm Moyses & Aaron.*

✠ 1 Hinc

MORALITER.

✠ 1 *Locutusq; est.* In hoc capitulo describitur populi numeratio per Moysen & Aaron, & xij. principes populi. Mystice per Moysen ducem, & Aaron pontificẽ intelligitur ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

minatos. Nunquid & hîc sic accipiendi sunt χιλιαρχαι, q. singuli Aessent super millenos? Non. neq; enim omnis populus Israël xij. milia tũc fuerunt. Singulos enim elegit de singulis tribubus, quæ non millenos, sed multa milia continebãt. Nomẽ ergo cõmune est cũ illis qui in Exodo appellabantur χιλιαρχαι, quòd vnusquisque illorũ esset mille hominum princeps: illorũ aũt vnusquisq; multorũ milium princeps, quia siue à mille siue à milibus, eadẽ compositio nominis resonat vt vocentur χιλιαρχαι.

a rum in cognationibus suis, quorũ ista sunt nomina. De tribu

a ¶ Pater meus fortis. b ¶ Alias, qui interpretatur absconditus. c ¶ Exauditio interpretatur, & significat deuotionem ecclesiæ Gentilis, de qua in auditu auris obedivit mihi. d ¶ In hac dominatur Salamiel, id est pax mea: Deus Iesus f. pax nostra, qui fecit vtraque vnum, cum signa potentiæ suæ per fidelium verba & opera demonstrauit.

b Ruben Elisur filius Sẽdeur. De tribu Simeon, Salamiẽl filius

c Surisaddai. De tribu Iuda, Naasson filius Aminadab. De tri-

d ¶ Merces.

bu Issachar, Nathanael filius Suar. De tribu Zabulon, Eliab

e ¶ Robusti. a ¶ Augmentum. b ¶ Frugifer vel crescens.

f filius Helon. Filiorum autem Ioseph de tribu Ephraim, Elisa-

g a ¶ Deus meus audiens. b ¶ Populus meus inclytus. c ¶ Reddidit mihi Deus. d ¶ Redemptionis validæ.

h mã filius Ammiud. De tribu Manasse, Gamaliel filius Phadas-

i a ¶ Pater meus iudex. b ¶ Qui tentatio iniquitatis vel humiltea.is meæ interpretatur.

k sur. De tribu Beniamin, Abidan filio Gedeonis. De tribu Dã,

l m n

a *De tribu Ruben.* Rabanvs. Moraliter Rubẽ primogenitus Israëlis, qui interpretatur videntes filios, vel videns in medio, primitiuam ecclesiã significare potest, quæ fuit in Ierusalem: quã ipse dominus in apostolis primum fundauit, quem significat Elisur i. pater meus fortis. Ipse em̃ est de quo dicitur: *Dominus fortis, dominus potens in prælio.* Hic ergo Ruben sub tali principe videt filios: id est fideles ad se confluentes. Vnde: Prædicante Petro baptizati sunt vna die tria milia. Et: *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.*

Psal.23.g. Act.2.g. Act.4.f.

B Moraliter. Rabanvs. Princeps tribus Ruben eos generaliter significat, qui bene conuersantes in medio fratrum subditorum curam gerunt, sermone & exẽplo instruunt quos tanquam filios ad Dei militiam nutriunt. In hac tribu princeps est אליצור Elizur, seu Elisur i. pater meus fortis, vel pater meus coangustans, filius Sedeur, id est absconditi. Qui enim autoritate magisterij, & paterna disciplina subditos bene regit, & corrigit, nec foris ad laudem humanam, sed in abscondito cordis ad Dei gloriã iure princeps est tribuum & domorum i. coniugatorũ, continentium, virginũ, & vtriusque sexxus curam gerens.

Moraliter. b *De trib. Sim.* Rab. Simeon generaliter omnes obedientes significat quorũ princeps est Salamiel Hebraicè שלמיאל Sellumiel i. retribuens mihi Deus, vel pax mea Deus. Filius Surisaddai i. continentus ab re i. abstinentis ab illicito vel ab re i. fine causa: cum ille qui iustam Dei retributionẽ cogitat corde pacifico trãquillus & humilis in cœtu filiorum fidelium venerãdus apparet.

Luc.14.c. *Quis enim se humiliat, exaltabitur.* Tales enim omnem intentionẽ suam ad Dei placitũ conuerterunt, & secundũ quod in scripturis

Psal.122.a. continetur fiducialiter se obedire promittunt, dicentes: *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.*

1 HÆ sunt generationes Aaron. *Hic consequenter describitur ordinatio Leuitarum Deo ministrantium. Et primò tempore Moysi. Secundo tempore motus tij. cap. Circa primum Leuitæ primò separantur. Secundo numerantur ibi, Locutúsque est dominus. Tertiò communantur ibi: Et ait dominus. Circa primum primò ponitur ratio separationis sacerdotum. Secundò Leuitarum, ibi: Applica tribum Leui. tertiò vtrorumque simul ibi: Locutúsque est dominus. Ratio autem separationis sacerdotum fuit, vt diligentius & liberius vacarent sacrificiis offerendis. Dicit igitur:*

2 Hæ sunt generationes. *Scilicet ab aliis segregatæ.*

3 Aaron & Moysi. *Cum filiorum Moysi non recordetur hìc nec fuerint sacerdotes, quare dicitur hìc: Hæ sunt generationes Aaron & Moysi. Ad quod respondet Rabbi Salomon dicens, quòd Moyses docuit Aaron & filios eius legem, & sic reputatur pater eorum: quia qui instruit aliquem in lege, reuerendus est ab eo ac si eum genuisset.*

4 Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui vncti sunt. *De ista vnctione & repletione & consecratione manuum dictum fuit Exod. xxix.*

5 Vt sacerdotio fungerentur. *Ad hoc fuerunt ab aliis segregati per vnctionem & consecrationem, vt sacerdotale officium debite exequerentur: aliter eorum ministerium non esset Deo gratum sed magis pollutum, vt dictum fuit Exod. xxix.*

6 Mortui sunt Nadab & Abiu. *Vt habitum est Leuitici x.a. Sed hìc replicatur vt ostendatur causa, quare hìc non describitur aliqua generatio ex eis descendens.*

7 Locutúsque est dominus ad Moysen dicens. *Hìc consequenter expri-*
mitur ratio separationis Leuitarum, scilicet vt diligenter & libere ministrẽt in officiis suis corã sacerdotibus, & hoc est quod dicitur:

8 Applica tribum Leui. *Id est, separa ab aliis in ministerio tabernaculi.*

9 Et fac stare in conspectu Aaron sacerdotis. *Vt sint separati ad ministeria sua.*

10 Vt ministrent ei. *Humiliter.*

11 Et excubent. *Vigilanter.*

12 Et obseruent. *Diligenter.*

13 Quicquid ad cultum pertinet multitudinis. *Quia pro tota multitudine populi quæ tenetur Deum colere, deputati sunt specialiter ad cultum Dei.*

14 Dabísque dono Leuitas. *Id est gratis ipsi Aaron & filiis eius.*

15 Quibus traditi sunt à filiis Israël. *Et ideo ab eis recipient decimas tanquam mercedem sui laboris, non ab Aaron & filiis eius.*

16 Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij. *Qui consistit in sacrificiorum oblatione & thurificatione, & ceteris ad officium sacerdotale pertinentibus.*

17 Externus qui ad mini. *Hìc accipitur externus quicunque non est de tribu Leuitica, si se ingerat ministerio Leuitarum: & omnis qui non est de filiis Aaron, si se ingerat officio sacerdotum, sicut dicitur infrà xvj. cap. de ipso Core qui fuit Leuita, non tamen de filiis Aaron qui mortuus est, eò quòd voluit sibi arripere officium sacerdotis.* Externus.

18 Locutúsque est dominus. *Hìc consequenter ponitur ratio separationis Leuitarum & sacerdotum simul: erant enim vtrique de tribu Leui: & sic dicitur:*

19 Ego tuli Leuitas à filiis Israël. *Id est accepi mihi: Cuius ratio subditur, cùm dicitur:*

✠ 1 Pro

Primogeniti omnes Deo obligãtur.

✻ 1 Pro omni. *Quia omnes primogeniti filiorũ Israël fuerunt Deo obligati: ex quo percussit primogenitos Ægyptiorum, & loco illorum voluit deputari sibi omnes masculos de tribu Leui: ad hoc enim fuerunt magis apti quàm de alia tribu, quia non fuerunt sic polluti in peccato vituli, vt prædictum est. Ante enim legem datam ad primogenitos pertinebat offerre sacrificia, sed quia primogeniti altarum tribuum polluti fuerunt in peccato vituli, & inepti redditi ad prædictum officium, officium, Leuitæ successerunt loco eorum.*

2 Locutus. *Descripta Leuitarum separatione, hìc consequenter agitur de eorum numeratione. Circa quod præmittitur præceptum domini, cùm dicitur:*

3 Numera. *In tribu enim Leui erant tres domus, scilicet Gerson, Caath, & Merari, & quælibet domus habebat plures familias. In domo enim Gerson erant familiæ Lobni & Semei, & eodem modo dicendum est de aliis.*

✻ 1 Omnem

MORALITER.

✠ 1 *Hæ sunt generationes Aaron, &c.* In hoc capitulo agitur de officio sacerdotum & Leuitarum, cùm dicitur:

8 *Applica tribum Leui, &c.* Officium verò sacerdotum veteris legis erat offerre sacrificia, & officium Leuitarum ministrare sacerdotibus in sacrificiis offerendis, per quod significabatur quòd officium sacerdotum nouæ legis est eucharistiam offerre in missarum celebratione. Nam eucharistia est sacrificium nouæ legis figuratum per plura veteris legis sacrificia, sicut vnum perfectum per multa imperfecta.

17 *Externus qui ad mini.* Per hoc significatur, quòd offerens eucharistiam non ordinatus in sacerdotem moritur morte culpæ, & incurrit pœnam mortis gehennæ.

Allegoricè.

✠ 3 *Numera*

MORALITER.

✠ 3 *Numera filios.* Hìc agitur de officiis Leuitarum, & eorũ situatione circa tabernaculũ per quatuor partes orbis. Gersonitæ situari fuerunt ad occidentalem partem, & eorum officium fuit custodire & portare mollia, scilicet cortinas tabernaculi & atrij, & funes, & operimenta pollium. Caathitæ verò ad partẽ meridionalem, & eorum officium fuit portare vasa sancta, scilicet arcam testamenti, propitiatorium, mensam, candelabrũ, & altare incensi. Meraritæ verò ad Aquilonẽ, & eorum officium fuit portare dura, scilicet tabulas tabernaculi, columnas eius & atrij & bases & huiusmodi. Moyses autem & Aaron cum filiis suis ad orientalem partẽ tabernaculi habentes curam totius populi. Secundũ sensum allegoricũ tribus Leui significat ministros ecclesiæ, qui diuiduntur in quatuor partes, scilicet prælatos, sacerdotes, religiosos & clericos simplices. Igitur Moyses & Aarõ, quia fuerunt duces populi, Psal. lxxvj. d. *Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & Aaron.* ideo significant prælatos ecclesiæ, qui sunt duces populi Christiani. Per hoc autem quòd Moses & Aaron fuerunt ad orientem, vbi erat ingressus tabernaculi, significatur, quòd per ordinationem prælatorum adecclesiastica officia cæteri ingredi debent. Meraritæ verò qui interpretantur amari: & significant religiosos habitantes in amaritudine pœnitentiæ & luctu pro peccatis propriis & alienis. Hiero. ad Riparium. Monachus plangentis habet officium. Per hoc autem quòd Meraritæ portabant dura, significatur quòd religiosi debent viuere in austeritate, & non in mollitie delitiarum: per hoc autem quòd erant ad partem aquilonarem, vnde venit frigus, significatur quòd religiosi debent vti cibis frigidis & vestibus. Gersonitæ verò qui portabant mollia, significant clericos qui minus pondus habent cæteris in ecclesia. Et quia multi eorũ viuunt in mollitie delitiarum, per quas frequẽter cadunt in alia vitia: quod significatur per hoc quòd Gersonitæ erãt ad occidẽtẽ. Caathitæ verò qui portabant sacra vasa significãt sacerdotes qui sanctum sanctorum offerunt in altari. Per hoc autem quòd Caathitæ erant ad meridiem, vnde prouenit feruor caloris, significatur quòd sacerdotes feruere debent ardore charitatis.

✠ Secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& per singulas cæli plagas certa ſtatione conſiſtunt, & inuenie-
A tuus Iudam ab oriente cum Iſſachar & Zabulon. Ruben ab oc-
cidente cum Simeone & Gad. In meridie Ephraim cum Beniа-
min & Manaſſe. In aquilone verò Dan cum Nepthali & Aſer.
Quibus quaſi per quatuor cardines terræ, in circumitu locatis,
in medio eorum (vt
DO proxim)icirca ta
bernaculum Dei cõ-
ſtituuntur Leuitæ. In
caſtris quidem Iuda,
quæ ſunt ab oriente
*per familias ſuas Moyſes & Aaron. In
caſtris verò Ruben,
Gerſon. In caſtris ve
rò Beniamin, Caath.
Vbi Dan caſtra con-
ſtituit, locatus eſt Me
rari. Et ita in medio
filiorum Iſraël ex o-
mni parte per circũ-
itum, quaſi inſerti cæ-
teris, & innixi vidẽ-
tur eſſe filij Leui. O-
bliuiſcere ergo pau-
B liſper terrena, & ſu-
pra ipſum cælũ greſ-
ſu mentis incede. Ibi
Heb.7 d. Ieſus, & adſiſtit nunc vultui Dei interpellans pro nobis. Ibi re-
quire quarernos ordines & ſtationes caſtrorum. Ibi Iſraelitica
agmina & excubias cerne ſanctorum. Ibi primitiuorum ſacra-
menta rimare. Sed ego non audeõ illuc ſolus aſcendere, præ-
cedat Paulus cùm mihi viam oſtendat. Ipſe ergo apoſtolorum
Apoc.12.a. maximus, ſciens multas eſſe non ſolùm in terris, ſed & in cælis
eccleſias (ex quibus ſeptem quaſdam Ioannes enumerat) volens
Heb.12.c. oſtendere quandam præterea eccleſiam primitiuorum, dicit ad
Hebræos: *Non enim acceſſiſtis ad ardentem & tractabilem ignem,
ſed acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem
cœleſtem, & multitudinem angelorum laudantium, & eccleſiam pri-
mitiuorum deſcriptam in cœlis.* Moyſes ergo per quatuor caſtra po-
pulum Dei diuiſum ſcribit in terris. Apoſtolus quat[illegible] ordines
ſanctorum in cælis, ad quorum ſingulos vnumquenque noſtrũ
dicit accedere. Non enim omnes ad omnes accedunt, ſed alij ad
montem Sion, & paulò meliores ad ciuitatem Dei viuentis Ieru
ſalem cæleſtem. His verò eminentiores accedunt ad multitudi-
nem angelorum laudãtium. Qui autem ſupra omnes iſtos ſunt,
accedunt ad eccleſiam primitiuorum. Præpara ergo te & enitere
C quantùm vales, ſi fortè actibus, vita, moribus, fide, & inſtitutis
profici[illegible] vbi poſſis accedere ad eccleſiã primitiuorum. Si pau-
lò in

rum & familias, omnem maſculum ab vno menſe & ſu- 1 2 3
prà. Numerauit Moyſes, vt præceperat dominus, & inuenti
a b ſunt filij Leui per nomina ſua, Gerſon & Caath & Merari. Fi-
¶ Alias Lebni.
lij Gerſon *Lobni & Semei. Filij Caath, Amram & Ieſaar,
Hebron & Oziel. Filij Merari, Moholi & Muſi. De Gerſon
fuere duæ familiæ, Lobnitica & Semeitica, quarum nume-
c ratus eſt populus ſexus maſculini ab vno menſe & ſuprà, ſe-
ptem milia quingentorum. Hi poſt tabernaculum meta-
d buntur ad occidentem, ſub principe Eliaſaph filio Lael: † & 4
habebunt excubias in tabernaculo fœderis ipſum taberna- 5
culum & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante 6
fores tecti fœderis & cortinas atrij, tentorium quoque quod 7
appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ri-
tum altaris pertinet, funes tabernaculi, & omnia vtenſilia 8
Nec huic expoſitioni eorum nominum interpretatio aliquo
modo repugnat, ſed valde concordat. Interpretatur enim Ger-
ſon aduena, Caath patientia, vel molares dentes. Merari amara,
vel amaritudo. Miniſter enim Dei aduenam ſe & peregrinum
in mundo cognoſcit, & patiens eſt. Verbum Dei dente diſcre-
tionis molit, ſecundum auditorum capacitates, & ſeculum ſibi
amarum oſtendens, alios à voluptatibus reuocat. Hi ab vno
menſe numerantur, quia initium vitæ Deo debent conſecrare,
ne poſt multa ſcelera promoti faciant blaſphemare nomen
Dei. vnde: *Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, &c.* 1. Tim 3.2.

a *Leui per nomina ſua.* Leui additus, vel aſſumptus. Hic eſt or- Ordo doctorum.
do doctorũ, qui per gratiam Dei de mun
do electus ad ſeruitiũ diuinũ, cœtibus ange
lorum vnitur. Vnde: *Ego vos elegi de mũdo.* Ioan.15.c.
Et alibi: *Sed ſunt ſicut angeli Dei in cœlo.* Matt.22.c. †hi item cu ſtodient Moraliter.
b *Gerſon & Caath & Merari.* Tres filij Le
ui ſignificant prædi-
catores ſanctæ trini-
tatis, confeſſione in-
ſignes, fide, ſpe, & E
charitate mirabiles.
c *Hi poſt tabernaculum metabuntur.* Filiorum Leui ordo conue-
niens oſtenditur, vbi ſcilicet qui primi ſunt in ordine, orientis
plagam [illegible]uerunt Moyſes & Aaron cum filiis ſuis habentes
cuſtodia[illegible] ſanctuarij in medio filiorum Iſrael. Caathitæ, vnde
Moyſes & Aaron orti ſunt, meridianam plagam obtineant, ſub
cura Eleazari ſacerdotis, qui maior eſt filiis Aaron. Poſt hos
Gerſonitæ ad occidentalem plagam ſub cura Eleazari. Nouiſſi-
mi Meraritæ ad ſeptentrionalem plagam, ſub cuſtodia Ithamar
filij Aaron minoris. In his verò moraliter exprimitur, quòd mi- Moraliter.
niſtri eccleſiæ debent diligenter ordinem ſuum ſeruare, nec ma-
iora appetere, quàm proprius locus expoſcit. F
d *Ad occidentem ſub principe Eliaſeph filio Lael.* Vbi dies clau-
ditur,

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Omnem maſculum. *Ad excludendum fœminas.*
2 Ab vno menſe. *Quia iſta numeratio fiebat ad commutandum
filios Leui pro primogenitis aliarum tribuum, vt habetur infrà iſto
ca. primogeniti autem debebant offerri domino talis ætatis. Conſequen-
ter ponitur executio dicti mandati, cùm dicitur:*
3 Numerauit Moy. *Scilicet per tres domos prædictas & familias
earum, & in qualibet domo deſcribuntur quatuor, numerus hominum,
locus eis aſſignatus circa tabernaculum, princeps eorum, & officium,
vt patet literam diſcurrendo. Incipitur autem à domo Gerſon, cum di-
citur:* De Gerſon, &c. *& patet litera vſque ibi:*
4 Et habebunt excubias. *Id eſt diligentes cuſtodias.*
5 Ipſum tabernaculum. *Id eſt cortinas de diuerſis coloribus quæ
erant immediatè ſuper tabulas.*
6 Et operimentum eius. *Quod erat triplex. ſcilicet de ſagis, de
pellibus arietum rubricatis, & de hyacinthinis.*
7 Tento

7 Tentorium quoque. *In Hebræo habetur ſic: Velum oſtij atrij,* De velo ta-
quod eſt ſuper tabernaculum & altare per circumitum: & hoc videtur bernaculi.
*litera verior. Illa enim quæ pertinebant ad altare, cũ ipſo altari erant
ſub cuſtodia & cura Caathitarum, vt habetur infrà iſto ca. & ſequẽti.
Sed velum pendens in oſtio atrij erat ſub cura Gerſonitarum. Et quod
dicitur in Hebræo, quod erat ſuper tabernaculum & altare per cir-
cumitum, hoc eſt, quia prohibebat impetum venti à tabernaculo & al-
tari, quod erat infra atrium, vt exponit Rabbi Salomon, & hoc patet
per hoc quod habetur ca. ſequen. vbi hoc repetitur, quia ibi ponitur ante
tabernaculum.*
8 Funes tabernaculi & omnia vtenſilia eius. *Inter vtenſilia ta-
bernaculi erat candelabrum & menſa propoſitionis, & vaſa eorum,
de quibus non patet poſſe dici, quòd eſſent ſub cura Gerſonitarum, vnde in
Hebræo habetur:* Funes tabernaculi ad omne miniſterium eius.
*Ad Gerſonitas enim pertinebat portare & ſeruare mollia, inter quæ
ſunt fœtes.*

✠ 1 Cogna

MORALITER.

✝ Secundum moralem ſenſum, domini tabernaculum eſt anima fidelis, vt dictum eſt capitulo præcedenti, ad eius quatuor latera debent eſſe actus quatuor virtutum cardinalium, ſcilicet prudentiæ, quæ eſt auriga virtutum propter quod ſignificantur per Moyſen & Aaron duces populi qui erant in parte orientali, & ſic eſt actus prudentiæ qui præcedit origine actus aliarum virtutum. Actus verò fortitudinis, qui habet ſuſtinere dura, ſignificatur per Meraritas qui dura portabant, & dicitur eſſo ad occidentem, nam difficile eſt ſuſtinere dura ſine caſu.
Actus

Actus verò iuſtitiæ eſt ad meridiem, vnde venit maius lumen, & de iuſtitia dicitur libro Ethic. quòd videtur præclariſſima virtutum, & neque Heſperus neque Lucifer eſt ita admirabilis. Et ſignificatur per Caathitas portantes candel[illegible]um luminis. Actus verò temperantiæ qui reprimit ardorem c[illegible]is concupiſcentiæ, eſt ad aquilonem vnde prouenit frigus caloris repreſſiuus, ſignificatur per Gerſonitas qui aduenæ interpretãtur: nam temperati qui pauci ſunt reſpectu aliorum, quaſi aduenæ ab eis reputantur. Ad maiorem autem intellectum prædictorum ponitur hic ſitus caſtrorum circa tabernaculum.

✝ *Moral*

ditur, aſtra occidunt. In his ſignificatur quòd miniſtri taberna-
A culi debent concupiſcentiam fugere, carnalia deſideria Dei ad-
iutorio mortificare, diem vltimum & finem laboris expectare,
Gal.6.c. vt mortui mundo, & viuentes deo dicere poſſint illud: *Mihi au-
tem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.*
a *Ad meri.* Hæc ſi-
gnificat poſt lucem
ſcientiæ perceptam,
prædicatorem ver-
bum patientiæ & ſo-
latij debere cum diſ-
cretione proximis im
pendere. Sub Eleaza-
ro. i. Dei adiutorio,
ſecundum illud: *Niſi
dominus ædificauerit
domum, in vanum labo
rauerunt qui ædificant
eam.*
Allegoricè. b *In plaga.* Exttemi
Meraritæ ſub Ithа-
mar (qui interpreta-
tur amarus, vel vbi
palma) plagam aqui-
lonis ſortiti ſunt, vbi
glacialis horror per- b
durat. In quo monen-
tur eccleſiæ miniſtri,
B ne ſecuritate torpe-
ant, quia licet per ia-
nuam fidei iam in ec-
cleſiam intrauerint,
lumen ſcientiæ per-
ceperint, deſideria c
carnis mortificaue-
rint: nondum tamen
ad perfectam ſuauita-
tem, id eſt ad æter-
nam beatitudinem
peruenerunt. Reſtat
aliquid amarum, cum
illo certandum eſt,
✝ cape qui ad aquilonem di-
rigit ſolium ſuum, cu
ius duritiam molliri
Eſaiæ 14.d. impoſſibile eſt, vnde:
Iob 41. *Cor eius indurabitur quaſi lapis &c.* Cùm autem ſuperabitur, ade-
pta palma exultandum
Allego. de eſt & lætandum.
oriẽta. pla- c *Ad orientalem plagam.* Orientalis plaga ortum fidei ſignifi-
ga. cat, vbi Moyſes qui interpretatur aſſumptus de aqua, & Aaron
mons fortitudinis cùm filijs ſuis caſtrametantur. Qui enim in
Matt.6.c. eccleſia præſunt, quibus claues regni cæleſtis commiſſæ ſunt, de
bent introitus ordinem cognoſcere, & alijs prædicare. Quia o-
C portet quenque in lucem fidei per portam confeſſionis ad aquã
baptiſmi intrare, vt de aqua aſſumptus ſit filius adoptionis, & ro-
bore conſtantiæ gignens filios boni operis. Introitum fidei, per
quem

eius. Cognatio Caath habebit populos, Amramitas, & Ieſa-
aritas, & Hebronitas, & Ozielitas. Hæ ſunt familiæ Caathita-
rum recenſitæ per nomina ſua, omnes generis maſculini ab
vno menſe & ſuprà, octo milia ſexcenti. Habebunt excubias
a ſanctuarij, & caſtra metabuntur ad meridianam plagam:
Princépsque eorum erit Eliſaphan filius Oziel, & cuſtodient
arcam, menſamque & candelabrum, altaria, & vaſa ſanctua-
rij in quibus miniſtratur, & velum, cunctámque huiuſce mo-
di ſupellectilem. Princeps autem principum Leuitarum, Ele-
azar filius Aaron ſacerdotis, erit ſuper excubitores cuſtodiæ
ſanctuarij. At verò de Merari erunt populi Moholitæ & Mu-
ſitæ recenſiti per nomina ſua, omnes generis maſculini ab v-
no menſe & ſuprà, ſex milia ducenti. Princeps eorum Suriel
¶ Alias Abihaiel.
b filius Abihel, in plaga ſeptentrionali caſtrametabuntur. E-
runt ſub cuſtodia eorum tabulæ tabernaculi, & vectes, & co-
lumnæ, ac baſes earum: & omnia quæ ad cultum huiuſce mo-
di pertinent, colúmnæque atrij per circumitum cum baſibus
ſuis, & paxilli cum funibus. Caſtrametabuntur ante taberna-
c culum fœderis, id eſt ad orientalem plagam Moyſes & Aa-
ron cum filijs ſuis, habentes cuſtodiam ſanctuarij in medio
filiorum Iſrael. Quiſquis alienus acceſſerit, morietur. Omnes
Leuitæ quos numerauerunt Moyſes & Aaron iuxta † præce-
ptum domini per familias ſuas in genere maſculino à menſe
d vno & ſuprà fuerunt vigintiduo milia. Et ait dominus ad
c Moyſen: Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs Iſ-
rael, à menſe vno & ſuprà, & † habebis ſummam eorum. Tol-
léſque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Iſrael:
ret.

quem in eccleſiam ingreſſus eſt, diligenter cuſtodiat, ne otioſus D
& inutilis abijciatur.
d *Vigintiduo milia.* Aptè numero vigintiduorum Leuitæ inſtitu-
lantur. Hoc enim numero comprehenduntur Hebræa elementa:
& ſecundum quoſdam libri vereris teſtamenti. Miniſtri Dei
hac præſcriptione mo
1 nentur, ſecundum le-
gem Dei viuere & do
cere, nec vllo modo
excedere.
c *Numera primoge.*
✠ THEODOR. Quæſt.5.
Cur deus primogeni-
ta populi iuſſit recen-
ſeri. Poſteaquam vni-
uerſam tribum Leui
2 diuinis cõſecrauit of-
ficijs, eamque libera-
uit ab onere militan-
di, veriſimile erat,
quoſdam è reliquis æ-
grè laturos, quod hi
4 eſſent antepoſiti. Sua
det ergo dominus ſe
nihil iniquum ſtatuiſ
ſe. Cum enim veſtra
gratia interfecta ſint
Aegyptiorum primo
genita, veſtra ſunt cõ-
ſeruata. Horum igi-
tur vico, ad miniſte-
ria mea peragenda,
5 Leuiticam tribum e-
legi: & pro primoge-
6 nitis pecorum veſtro
rum primogenita ani
7 maſiũ ad Leuitas ſpe-
8 ctantium. At cum plu
res reliquarum tribu-
um primogeniti repe
9 riantur, quàm Leui-
tæ, conſtituit vt quiſ-
que qui poſt æquatũ
numerum reperire-
10 tur, quinque ſiclos
ſacerdotibus pende-

E

† verbum quod præ-
ceperat do-
minus

Hom.4. in Numeros.

O RIG. Multæ ſunt numerorum differentiæ, quæ ſcribuntur de filijs Iſrael. Sed poſt numerum filiorum Iſrael numerantur ſeorſum Leuitæ. Non enim fuerant recenſiti cum eis, & haberur eorum ſegregatus & præcipuus numerus, quo referuntur omnes ſimul vigintiduo milia reperti, nec plus nec minus. Poſt hos præcepit dominus numerari etiam primogenitos filiorum Iſrael eodem ordine, quo fuerant Leuitæ numerati, id eſt, ab vno men- F
ſe & ſuprà, & inueniuntur vigintiduo milia & ducenti ſeptua-
gintatres. Putasne per hæc ſolam numeri hiſtoriã docere voluit

☞ Moy-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Cognatio Caath habebit populos, Amramitas, & Ieſaaritas &c. *Hic conſequenter proſequitur de ſecunda domo, & patet litera ex prædictis, vſque ibi:*
De velo ſanctuarij. 2 Et vtc. *Quod diuidebat ſanctum & ſanctum ſanctorum, quia illa quæ erant intra tabernaculum pertinebant ad Caathitas, inter quæ eſt illud velum, licet eſſet de mollibus.*
3 Princeps autem principum Leuita. *Quia ei reddebant rationem non ſolum Caathitæ, ſed etiam illi qui erant principes in alijs duabus domibus.*
4 At vero de Merari erant populi. *Hic proſequitur de tertia domo, & patet litera vſque ibi:*
Funes varij. 5 Et paxilli cum funibus. *Iſtud videtur contrariari prædictis, ſcilicet quod funes pertinebant ad Gerſonitas. Dicendum quòd aliqui funes erant inhærentes immobiliter duris: & iſti pertinebant ad Meraritas, quia ad ipſos pertinebant dura, quæ erant extra tabernaculum, ſicut ad Caathitas pertinebant dura quæ erant intra tabernaculum cum altari holocauſtorum quod erat extra, & hoc eſt quod dicit Rabbi Salomon, ſcilicet quòd aliqui funes inhærebant columnis quibus appendebantur cortinæ, & illi pertinebant ad Meraritas: aliqui inhærebant cortinis, quibus immittebantur paxilli in terra fixi, vt cortinæ non mouerentur à vento inferius, & illi pertinebant ad Gerſonitas.*
6 Caſtrametabuntur ante tabernaculum fœderis. *Hic agitur vltimò de ſitu Moyſi & Aaron: qui erant ad orientalem partem cum filijs ſuis: & in hoc erant diuiſi ab alijs Caathitis qui erant ad meridiem, cuius cauſa ſubditur cum dicitur:*
7 Habentes cuſtodiam ſanctuarij. *Cuius introitus erat in parte orientali.*
8 Quiſquis alienus acceſſerit. *ſ. ſine licentia*, morietur. *Conſequenter ponit numerum omnium Leuitarum ſimul, dicens:* Omnes Leuitæ *&c. Sequitur:*
9 Fuerunt vigintiduo milia. *Si autem conſiderantur numeri partiales Leuitarum prædicti facium vigintiduo milia & trecentos. Ad quod dicendum, quòd illi trecenti qui hic tacentur fuerunt primogeniti: & ideo non debebant hoc numero includi, quia iſta numeratio vltima erat illorum qui poterant accipi pro primogenitis aliarum tribuum quod non poterat fieri de primogenitis Leuitarum, quia ex ſeipſis erant obligati domino ratione primogenturæ.*
10 Et ait dominus ad Moyſen, Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs Iſrael. *Hic conſequenter agitur de commutatione Leuitarum pro primogenitis aliarum tribuum, quorum præmittitur numeratio, cum dicitur:* Numera primogenitos *&c. & ſubditur cõmutatio, cùm dicitur:*
11 Tollesque Leuitas mihi pro primogenitis filiorum Iſrael. *Id eſt ad obſequium meum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Numeri vicinus secundi celebritas.

A Moyses, & nullum his diuersitatibus numerorum conclusit mysterium: Viginti duo quidem numerus in scripturis diuinis principalibus causis adscriptus sæpe reperitur. Nam viginti duo prima quidem apud Hebræos elementa tradunt esse literarum. Ab Adam usque ad Iacob, ex cuius semine initium duodecim tribus assumunt, xxij. patres fuisse memorantur. Vocatur etiam omnium creaturarum Dei species intra viginti duo numerum colligi. Propter hoc ergo Leuitæ, id est, qui deseruiunt Deo, & primogeniti filiorum Israel, ab hoc sacrato numero intitulantur. Quòd autem in filijs Israel addantur cclxxiij. non otiosum videtur: humani enim generis in carne generatio (sicut asserunt periti talium) nouem mensibus in vulua continetur. Sed non prius ad partum moueri fertur, quàm decimi mensis triduum transeat. Et ita ducenti septuaginta tres dies illos indicant, qui ex nouem mensibus, & triduo decimi mensis colliguntur, & simul ducenti septuaginta tres dies isti eos indicant, qui bus humano generi in hunc mundum prebetur ingressus. Et ita in viginti duobus omnium simul creaturarum rationibus mysticis summa colligitur. In his verò quæ ex abundanti in primogenitis Israel inueniuntur, etiam mysterium humanæ generationis exponitur.

D

† De voto c. magnæ.

† Pretium autem redemptionis

† redemptionem

ego sum dominus: & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel. Recensuit Moyses, sicut præceperat dominus, primogenitos filiorum Israel, & fuerunt masculi per nomina sua a mense vno & supra viginti duo milia ducenti septuaginta tres. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: † Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum: Erúntque Leuitæ mei. Ego sum dominus. † In pretio autem ducentorum septuaginta trium, qui excedunt numerum Leuitarum, de primogenitis filiorum Israel accipies quinque siclos per singula capita ad mensuram sanctuarij. † Siclus habet obolos viginti. Dabísque pecuniam Aaron & filijs eius pretium eorum qui suprà sunt. Tulit igitur † pecuniam eorum Moyses, qui fuerant amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexaginta quinque siclorum, iuxta pondus sanctuarij, & dedit eam Aaron & filijs eius, iuxta verbum quod præceperat sibi dominus.

Mystice. Exec. 45. d. Leui. 27. c.

a *Quinque siclos.* Mystice. Quisquis initium conuersationis & voluntatis vult Deo consecrare, quinque sensus corporis debet diligenter custodire, ne per lasciuiam in errorem aut immunda desideria defluat. Sed iuxta siclum sanctuarij, qui est oboli. xx. i. secundum decalogi doctrinam, quæ in duobus præceptis charitatis consistit, omnia opera sua referat in domum summi sacerdotis & filiorum eius.

1 ¶ Eorum. f.

† Exo. 30. b.

2

3

4

NICOLAVS DE LYRA.

1 ✠ Et pecora eorum pro vniuersis. *Dicit autem Ra. Sa. quòd pecora munda altarum tribuum non intelliguntur hic computata, quia immolanda erant domino, sed immunda quæ redimebantur pecunia, vt habetur infra xviij. cap. excepto asino qui commutabatur oue, vt ibidem dicitur. Cætera patent ex dictis, vsque ibi:*

2 In pretio autem ducentorum septuagintatrium. *scilicet, Primogenitorum aliarum tribuum.*

3 Accipies quinque siclos. *à quolibet, quia non poterant redimi per personas Luitarum, ideo redimuntur pretio. De quantitate autem sicli dictum est Exodi xxx.*

4 Mille trecentorum sexaginta siclorum. *Tantum enim ascendit summa, si pro quolibet hoc modo redemptorum accipiantur v. sicli, vt patet si quis velit numerare. Ad euidentiam maiorem prædictorum, hic descripta est figura situationis castrorum circa tabernaculum. Notandum quòd Vegetius libro de re militari dicit, quòd optimus situs castrorum est in figura quadrata: & ideo sic debent situari, nisi dispositio loci impediat: propter quod castra Israel hic posui in figura quadrata.*

Vegetius.



ADDITIO.

In capitulo iij. vbi dicitur in postilla: Aaron & Mosi, cùm filiorum Moysi non recordetur hic.

Hæc ratio Ra. Sa. non videtur valere, eò quòd Moses non solùm docuit Aaron & filios eius legem, sed etiam totum populum vnde eadem ratione pater totius populi vel saltem doctorum legis debet reputari. Nec est dicendum, quòd filij Mosi non recordantur hic, quia licet non recordentur nominaliter sicut filij Aaron, qui fuerunt sacerdotes vnctí, recordantur tamen generaliter in summa cognationis Amramitarum, de qua erat & Moses.

CAP. IIII.

a † Olle sum. Origo. Cùm in tres ordines diuidantur filij Leui: & ex tribus nominibus principum singuli ordines cõsentur. etiam in ipsis diuersitates quædam non sine mysterijs ascribuntur. Nam filiorum Caath primus ordo ponitur, quia ex ipso descendit Moyses & Aaron, quibus summa sacerdotij cõmittitur. Ex ipso enim nascitur Amram, ex quo nascitur Moyses & Aaron. Secundus ordo est Gerson, qui primus quidem est natiuitate. Ait enim scriptura: Filij autem Leui Gerson, Caath, & Merari. Sed ex filiis Caath, duo rursus ordines diriguntur, & hi qui ex Aaron descẽdunt sacerdotio mancipantur, pars verò reliqua ministrat sacerdotibus: & ideo in quatuor partes Leuitarum diuiduntur officia, vt sacerdotio fungantur Aaron & filij eius, sanctasanctorum portent in humeris reliqui ex populo Caath. Quæ autẽ pertinent ad tabernaculum testimonij, vel ad atria eius, & pelles eius, vel etiam velamenta, & quęque minus dura, &

a

C

CAP. IIII.

Locutúsque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias suas à tricesimo anno & suprà, vsque ad quinquagesimum annum, omnium qui intra, &

1 Quæ autẽ pertinent

2

¶ Lxx. vicesimoquinto.

3

NICOLAVS DE LYRA

CAP. IIII.

Diuisio

Locutusque est dominus. *Hic consequenter describitur ordinatio Leuitarum tempore motus. Et circa hoc primo ponitur officiorum distinctio secundò numerorum collectio, ibi:* Recensuerunt igitur. *Circa primum primò distinguuntur officia Caathitarum, secundò Gersonitarum, ibi:* Tolle summam etiam filiorum Gerson, *tertio Meraritarum, ibi:* Filios quoque Merari. *Circa primum sciendum, quòd sacerdotes & Leuitæ qui dicuntur Caathitæ fuerunt de tribu Caath, sed sacerdotes qui descenderunt de Caath per Aaron, ex hoc habuerunt speciale nomen, & dicuntur Aaronitæ, & cum hoc etiam Caathitæ, aliy autem Caathitæ tantum. Primò ergo describitur officium Aaronitarum, secundò Caathitarum, ibi:* Cùmque inuoluerint. *Circa primum dicitur sic:*

2 Tolle summam. *Separatim ab aliis.*

3 Atricesimo anno. *Infra viij. cap. dicitur à. xxv. annis & suprà.*

✠ *Dicendũ quòd à xxv. anno ponebantur ad discendũ ministerium Leuitarum, sed in xxx. anno instituebantur ministri qui per experientiam videbantur apti, & repellebantur inepti. Ratio autem quare non instituebantur ante xxx. annum est, quia vsque tunc non perficitur robur hominis corpore, & mente vsque ad quinquagesimum annum, & tunc incipit fortitudo corporis debilitari.*

1 Hic est cul. *idest, illam partem quæ dicitur sancta.*

2 Et

MORALITER.

1 ✠ *Locutusque est Dominus.* In hoc capitulo describuntur officia Leuitarum in motu castrorum, & primò Caathitarum, cùm dicitur:

✠ 2 *Hic*

ra, & ad onus leuia procurant filij Gerson. Columnas verò A tabernaculi & bases eius & seras portent filij Merari. Ideo signanter scriptura ait, vt recenseatur virtus Merari. Virtute enim opus est ad huiusmodi portãdas sarcinas. Paulus verò libero iam & reuelato oculo mentis hæc omnia aspiciens & veteris testamenti velamen abijciens ait: Quia prior populus in iniusmodi constructionibus exẽplarijs & vmbra cælestium deseruiunt. Cõsidera ergo ne forte sit quatuor ordines castrorum exemplum sint & vmbra illorum quatuor ordinum, quos ad Hebræos scribens Paulus enumerauit in cælis. Et rursum Israelitici quatuor castrorum ordinibus quaternos adijce Leuitarum, quæ nos nondũ explanamus quàm contingimus, & putioribus sensibus & liberis à secularibus indicamus.

Thes. 4. d.

† Hoc est opus

† taxorem

Hebræ. 8. a.

* pannum

B

Origo. Alia litera. *Accipe numerum filiorum Caath &c.* Ecce alius ordo numerorum introducitur. Numerati sunt iam filij Leui ab vno mense & suprà. Nunc autem numerantur filij Leui, à vigesimo quinto anno, sed non vt in cæteris & suprà, sed vsque ad quinquagesimum annum: & sit iste præcipuus numerus & electus. Additur autem his prædictis omnis qui procedit ad ministrandum ad opera tabernaculi testimonij: isti sunt qui numerantur meliore & præcipuo numero. Sicut enim in filijs Israel dicebatur: Omnis qui procedit ad bellum de filijs Israel, ita hîc omnis qui procedit ad ministerium, vt faciat opera in tabernaculo testimonij.

a *In taber.* Origo. Tabernaculum testimonij sunt omnes sancti qui sub testimonio Dei censentur. In hoc tabernaculo sunt quidam meritis & gratia cæsiores, & ex his aliqui candelabrum dicuntur: fortè apostoli qui illuminãt accedẽtes ad deum, & alij qui in hoc tabernaculum dei ingredientibus lumen scientiæ & doctrinæ ostendunt, alij sunt mensa, qui pane Dei pascunt animas esurientes & sitientes iustitiam: alij altare incensi, qui orationibus & ieiunijs vacant die ac nocte in templo Dei. Hi verò quibus arcana mysteria Deus credidit, arca dicuntur testamenti Dei. Qui autem cum omni sduicia per preces & supplicationes Deum hominibus repropitiant, & pro delictis populi interueniunt, propitiatorium sunt. Qui merucrunt multitudinem scientiæ, & abundantes diuitias in agnitione Dei, cherubin possunt intelligi. Cherubin enim plenitudo scientiæ interpretatur. Sed hos omnes qui per hæc singula designantur portari necesse est & in humeris. Vt ego opinor, angeli qui ordinati sunt *propter eos qui hæreditatem capiunt salutis*, eos portant. Cum autem solutum fuerit tabernaculum hoc, & cœperimus ingredi ad illa sancta, & pergere ad locum promissionis, hi qui vere sunt sancti, & in sanctissanctorum habentur, angelis portantibus incedunt, & vsque quò requiescat tabernaculum Dei, portantur in humeris, & extolluntur in manibus. Vnde: *Quoniam angelis suis mandauit de te, vt in manibus tollant te &c.* Quod diabolus de saluatore intelligendum putauit, sed exæcratus malitia, eloquia mystica non intellexit. Neque enim saluator angelis indigebat, vt non offenderet. Angelis autem suis mandat Deus pro populo suo, vt non offendat ad lapidem pedem suum. Hinc Paulus ait: *Sed & nos qui viuimus, qui relicti sumus, simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam Christo in aëra.* Rapientur ergo ab angelis, qui penitus purgati, & leues à delictis effecti sunt. Portãtur ergo & columnæ tabernaculi à quibusdam & atria &c. quæ refert scriptura non ab Israelitis sed à Leuitis.

Matth. 4. a.

1

2

3

4

b *Inuoluentque.* Ne fortè aliqui videant nudam & moriantur. Exterminatur enim qui ineffabilia sacramenta contingit, nisi meritis & scientia in sacerdotij gradum promotus fuerit.

† ferrellos & cochlearia

Moraliter.

† super eam

† taxorem

Origenes. Septem quædam species numerantur, quæ in operiri præcipiuntur. Primò autem, vt omnium pretio fissima arca testamenti operiatur velo, sed & pelle desuper iacinthina tegatur: Additur etiam aliud velamen desuper hyacinthinum. Secundò mensa operitur. Tertiò candelabrum. Quartò altare aureum. Quintò vasa ministerij. Sextò operimentum altaris cum quibusdam velamentis operitur. Septimò operitur & labrum, & nihil horum nudum relinquitur. Denique additur: *Nolite exterminare de tribu sua plebem Caath*, vt s. exterm inandos se scirent, si forte ad hæc mouenda manus suas mitterent, nisi vnumquodque eorum prius fuisset à sacerdotibus tectum. Redeamus ergo ad tabernaculum Ecclesiæ Dei viuentis: & videamus quomodo oporteat obseruari hæc singula à sacerdotibus Christi. Si quis verè sacerdos est, cui sacra vasa, mysteriorum secreta sapientiæ commissa sunt, discat quomodo hæc oporteat intra velamen conscientiæ custodire, nec facilè in publicum proferre, aut si res possit proferre, & imperitioribus tradere, ne nuda proferat, ne aperta ostendat, & penitus patentia, alio quin homicidium facit & exterminat plebem. Exterminatur enim omnis qui secreta & ineffabilia sacramenta contigerit non dum meritis & scientia in sacerdotij gradum translatus. Solis enim filijs Aaron, id est sacerdotibus arcam, & mensam, & candelabrum, & quæ suprà dicta sunt, nuda videre concessum est. Alij autem hæc operta videant, imò velata in humeris portent.

Hom. 4 in Numeros.

C

D

E

F

✠ Theodor. Cur à vasis sacris quædam hyacinthino tegi iussit amictu, quædam verò purpureo? Sola hyacinthina tegmina pertinebãt: color autem ille cælum denotat: quapropter interiora velaminis hisce stragulis contegi iussit, exteriora verò purpureis, quia cælum pannis nullas habet, terra verò propter legum tranigressiones supplicia continet. At verò purpura regni est indicatiua, cum diuini numinis regnum diuinum sit, origine carens & interitu.

Quæst. 6.

Et

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Dicendũ quòd à xxv. anno ponebantur ad discendũ ministerium Leuitarum, sed in xxx. anno instituebantur ministri qui per experientiam videbantur apti, & repellebantur inepti. Ratio autem quare non instituebantur ante xxx. annum est, quia vsque tunc non perficitur robur hominis corpore, & mente vsque ad quinquagesimum annum, & tunc incipit fortitudo corporis debilitari.*

1 Hic est cul. *idest, illam partem quæ dicitur sancta.*

2 Et sanctumsanctorum. idest, *Secundam partem.*

3 Ingredien. *Ad inuolãdum ea quæ erant intra tabernaculum, quorum materia & forma exposita sunt Exo. xxv.*

4 Et indu. *Exo. xxv. b. dicitur, quòd vela tabernaculi semper erãt in ea, & nunquam extrahebantur. quomodo ergo dicuntur hic induci in motione castrorũ? Dicendum, quòd inducebantur super capulas portantium.*

5 Panes. *Etiã quãdo portabatur de loco ad locũ, erãt panes imoluti cũ mensa, sicut & ignis in altari holocausti, vt dicetur.* Operi. *Sequitur:*

✠ In-

MORALITER.

✠ 1 *Hic est.* Per quod significãtur sacerdotes nouæ legis, vt prædictum est: ipsi verò portabant arcam testamenti, mensam, candelabrum, altare incensi, & altare holocausti, per quæ quinque significantur quæ debent esse in sacerdotibus nouæ legis. Primum est sacræ scripturæ notitia per arcam testamenti significata. Malach. ij. a. *Labia sacerdotis custodiant scientiam, & legem ex eius ore requirent, quoniam angelus domini exercituum est.* Secundum est verbum doctrinæ, quod per mensam significatur: nam in hac mensa panis spiritualis proponitur. Deutero. viij. a. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Tertium est lumen exemplaris vitæ, quod significatur per candelabrum Matth. v. b. *Nemo accendit lucernam, & ponit sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* Quartum est odor orationis deuotæ, & significatur per altare incensi. Psal. cxl. *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* Quintum est rigor disciplinæ, & significatur per altare holocausti. Roma. xiij. a. *Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, Deo placentem &c.*

Quinque debent esse in sacerdotibus nouæ legis.

Psal. 90. c.

P 2

Universidad de Sevilla
Biblioteca

Eroperient. Filij Aaron sacerdotes,quibus omnia nuda & aperta videre concessum est. *Panes semper.* AVGVST. Et panes qui semper super dam erunt.Nō vtique idem semper, sed similes eorum , quia illi auferebantur , & recentes quotidie ponebantur, dum tamen sine panibus mensa non relinqueretur. Ideo dixit, qui semper super eā erūt,id est, quia semper panes , non quia illi semper.

Quæst. 7. in Numer.

Necnon & altare. Alia litera : *Et super altare aureum adoperient vestimentum hyacinthinum:& adoperient illud operimento pelliceo ianthino.* Posset ista locutio videri,quam velut absurdam , & non integram , Latini interpretes transferre voluerunt : id est super altare aureum adoperient vestimentum hyacinthinum , tanquam debuerit dici & altare aureum adoperient vestimento hyacinthino : non, adoperient vestimentum hyacinthinum. Hoc videtur significare,quòd ipsum vestimentum hyacinthinum aliunde adoperiretur. Sed mihi videtur non tam genus locutionis esse, quàm subobscurus sensus : hoc enim intelligi potest. Super altare aureum adoperient vestimentum hyacinthinum , vt ipsum vestimentum hyacinthinum alia re operiendum præceperit , quod vestimentum iam super altare esset : ac si breuiter vtrunque complecteretur , vt vestimento hyacinthino altare operiendum , & vestimentum hyacinthinum alio tegmine operiendum.Subiunxit denique vnde operiri veller vestimentum hyacinthinum,cùm adiecit:& adoperient illud operimento pelliceo ianthino.

-super quos erit

B

† accesserint ad

Hom.4.

b *Tunc intrabunt si.* ORIG. Qui licet non sint sacerdotes,quia eis tamen proximi sunt , in humeris suis ista portare possunt,alij verò sarcinas suas & ministeria in plaustris ponunt. Cùm enim offerrentur à singulis tribubus plaustra,quatuor ex his acceperunt filii Merari,duo verò filii Gerson. Illi verò qui meliores sunt,plaustra non accipiunt.Intuere ergo cuiusmodi diuino sit

Moraliter. [† ministerij diuini.

in officiis † diuinis & ministeriis,& quomodo quæ sanctificata sunt,non portantur ab animalibus mutis,sed rationales debent esse homines qui in humeris suis portant vasa , quibus ministrantur sanctaſanctorum. Grauiora verò & duriora non tam rationalibus quàm mutis animalibus imponuntur,& in ipsis aliqua est differentia.Qui enim duriora & grauiora obseruant

C ministeria,plura habent animalia. Quatuor enim plaustra dantur filijs Merari.Filiis autem Gerson , qui erant propinqui filiis Caath,duo tm̄.Vnde ostēditur q̄ operibus durioribꝰ, & grossioribus plures sunt:qui velut animalia inseruiunt.Ad ea verò quæ rationalibus procurantur , pauci de minus instructis accedunt. Nā ad illa quæ mystica sunt & secreta,& solis sacerdotibus patent,nō solū nullus animalis homo accedit , sed nec ipsi q̄ habēt aliquid exercitii & eruditionis : nondum tamen meritis & vita ad sacerdotalem gratiam ascenderūt.Nec solùm per speculum ea & in ænigmate vident,sed etiam operta & velata suscipiūt, & humeris portant, vt ea magis actu quàm scientiæ reuelatione cognoscant. Tales ergo nos exhibeamus,qui digni efficiamur ordine sacerdotij, ne velut irrationabilibus onera grauiora imponantur , sed tanquam rationabiles & sancti sacerdotalibus officiis deputemur.Gens enim sancta & regale sacerdotium sumus tantum, vt acceptam gratiam vitæ meritis æquantes digni habeamur sancto ministerio,vt cùm decesserim⁹de hac vita,mereamur assumi inter sacerdotes Dei,& ministrantes arcæ testamenti, in arcanis scilicet ministorijs,reuelata facie gloriā Dei speculemur,& ingrediamur terrā sanctā, cuius hæreditatē præstabit nobis dominus noster Iesus Christus.

D

† altaris cineres remouebunt

1.Cor.13.d.

† scopas & crateras.

1. Pet.2.b.

E

2.Cor.3.d.

Homil.5. in Numeros.

c *Nolite perdere.* ORIG. Nolite exterminare plebem Caath &c. Intellige prius collocationem tabernaculi & sanctaſanctorum, quæ interiecto à sanctis velamine dirimuntur , quæ videre non licet nisi solis sacerdotibus.Postea verò quomodo mouentibus castra filijs Israel soluitur tabernaculum , & Aaron & filij eius sacerdotes,intra sanctaſanctorum operiunt singula operimentis suis,& operta ibidem relinquentes, introducūt filios Caath huic officio deputatos , & faciunt eos eleuare humeris suis quæ operuit manus sacerdotalis.Ideo dicitur à domino : Ne exterminetis de tribu sua plebem Caath:quasi in eo exterminandi essent,si sanctaſanctorum nuda & patentia contigissent,quæ nec intueri fas erat.Si quis dignus est ex his qui deo ministrant , & diuina capere & videre mysteria,quæ videre cæteri non valent:hic Aaron & filij eius intelliguntur esse qui ingredi possunt ad ea quæ aliis adire fas non est.Huic soli reuelata patet arca testamenti,& vrna habens manna.Hic considerat propitiatorium, Cherubin, mensā sanctā,cādelabrū luminis,& altare incēsi,qui scilicet verbo Dei & sapientiæ mysteriis operam dat,& deo soli in sanctis vacat.Sciat sanè non sibi esse licitum operire ea quibus non licet,sed opera cæteris minus capacibus tradere portanda humeris

F

Caath.

candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emunctorijs, & cunctis vasis olei,quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt,& super omnia ponent operimentum ianthinarum

a pellium,& inducent vectes.Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento , & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium,inducentque vectes. Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario inuoluent hyacinthino pallio,& extendent desuper operimentum ianthinarum pellium,inducéntque vectes.Sed & † altare mundabunt cinere , & inuoluent illud purpureo vestimento , ponéntque cum eo omnia vasa,quibus in ministerio eius vtuntur , id est ignium receptacula,fuscinulas ac † tridentes,vncinos & batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine ianthinarum pellium , & inducent vectes.Cúmque inuoluerint Aa-

b ron & filij eius sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum,tunc intrabunt filij Caath,vt portent inuoluta, & non tangant vasa sanctuarij ne moriantur.Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis,super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis : ad cuius pertinet curam oleum ad concinnandas lucernas,& compositionis incensum,& sacrificium quod semper offertur,& oleum vnctionis,& quic-

c quid ad cultum tabernaculi pertinet,omniúmque vasorum quæ in sanctuario sunt.Locutúsque est dominus ad Moysen & Aaron,dicens : Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum:sed hoc facite eis,vt viuant & non moriantur,si † tetigerint sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabunt,

1.Cor.1.d.

1 2 3

4 5

6

7

8

9 10

E

ris.Cum enim ex verbis mysticis perfecti doctores opera iniungant populis,& plebs impleat quæ mandantur,sed non intelligit rationem , operta sanctaſanctorum super humeros portantur. Moyses intelligebat,quę esset vera circuncisio,quod verum pascha,quæ verę neomeniæ,& vera sabbatha : & tamen ea per reipsíque disponent opera singulorum,& diuident quid portare quis debeat.† Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario prius quàm inuoluantur, alioquin moriēntur.Locutúsque est dominus ad Moysen dicens:Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas à triginta annis & supra,vsque ad annos quinquaginta.Numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis. Hoc est officium familiæ † Gersonitarum , vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis , operimentum aliud , & super omnia velamen ianthinum,tentoriúmque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis,cortinas atrij & velum in introitu,quod est ante tabernaculum.Omnia quæ ad altare pertinent , funiculos, & vasa ministerij,iubente Aaron & filiis eius,portabunt filij Gerson,& scient singuli cui debeant oneri mancipari. † Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis.Erúntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Filios quoque Merari per familias & domos patrū suorum recensebis à triginta annis & suprà,vsque ad annos quinquaginta , omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui † & cultum fœderis testimonij.Hæc sunt onera eorum.Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius , columnas ac bases earum,columnas quoque atrij per circumitum cum basibus & paxillis & funibus suis.Omnia vasa,& supellectilem ad numerum accipient:sicque portabunt.Hoc est officium fami-

† Alij nō ingredientur, vt videant quando operient sanctuarium

a

1.Cor.5.c.

b

¶ Lxx.a vicesimoquinto anno & supra.

Lib.1.in Numeros cap.8.

B

† Hoc est opus

† vt faciant opus tabernaculi

† Tropolo

Ibidem.

D

E

Gene.41.f.

Reg.1.a.

Ezech.1.a.

† quales pro merito vitæ , pro qualitate vel quantitate scientiæ,laicus quoque non contemnat populus. Qui hodie tales facilè admittunt,nō audiūt dominum loquentē ad Moysen & Aaron:*Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum &c.*Nam ro vera quia quicunque nomen vel tonsuram clerici arripuerunt,itruunt admissi ad Christi sanctuarium,tangunt-

que indignè sancta sanctorum,idcircò moriuntur & non solum in anima,verum etiam in corpore citius feriuntur.Nam ideo,inquit Apostolus , *inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.*

a *Alii nulla &c.* IDEM.In Ecclesiasticis quoq; obseruationibꝰ sūt quæ omnibus facere necesse est , non tamen ratio omnibus pater.Quòd enim genua flectimus orātes, & ex omnibus cæli plagis ad solam oriētis plagam vel parte conuersi oramus, nō facilè pateat cuiquam. Eucharistiæ quoque percipiendæ , vel eo ritu quo geritur expli candę,vel eorum quę geruntur in baptismo verborum,gestorum, ordinum , interrogationum,& responsionum,quis facilè expli cet rationem:Hęc tamen licet velata humeris portamus,cùm ita implemus vt à magno pontifice & filijs eius tradita & commendata suscipimus, nisi quis sit inter nos Aaron,aut filius Aaron,quibus conceditur hæc nuda perspicacita tamen vt sciant sibi velanda esse, niſi cæteris dari,& in opus profetri ratio popoſcerit.

b *Atrigintа.* Tricenarius qui denario ter multiplicato comporitur , integritatem fidei & perfectionem operis significat, sine quibus nemo accedere debet ad diuina ministeria. Iosephꝑ tricenarius Ægypti suscepit gubernacula : & Dauid regnum, quod septuaginta , idest , perpetua quiete dignus compleuit. Et Ezechiel prophetiæ dona promeruit. Et quia per fidem aduersa debent longanimiter ferri,& præmia sublimiter sperari arcæ

vel

C ✠ 1 Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquam. *Et ideo erat eis inhibitum ne intrarent tabernaculum , donec omnia essent inuoluta,nec operimenta aliquo modo retraherent ad videndum ea quæ essent interius.*

2 Alioquin morientur. *Sicut* j. *Regum* vj. *Bethsamitæ mortui fuerunt,eò quòd viderunt arcam domini nudam.*

3 Locutusque est dominus. *Hic describuntur onera Gersonitarum, cum dicitur:Tolle summam etiam filiorum Gerson.Sequitur:*

4 Vt portent cortinas tabernaculi. *Quæ sunt de quatuor coloribus.*

5 Et tectum fœderis. *Id est operimentum de sagis.*

6 Operimentum aliud. *Scilicet de pellibus. Ista autem exposita sunt Exodi xxvj.*

7 Et velum in introitu quod est ante tabernaculum &c. *In Hebræo habetur sic:Velum ostij atrij quod est ante tabernaculum & altare per circuitum.Et hæc videtur verior litera,vt dictum est capitulo præcedenti.*

8 Funiculos & vasa ministerij. *In Hebræo habetur:* Funiculos & vasa ministerij sui.*Et accipitur hic vasa,ad est instrumenta , secundum modum loquendi Hebraicum.Vide &* j.*Reg.xx.g.ubi dicitur de Ionatha quòd tradidit puero arma sua: In Hebræo habetur vasa sua. Vasa enim quibus ministrabatur in altari incensi , & in altari holocaustorum,portabant Caathita,vt prædictum est.Sed Gersonita portabant instrumenta quæ pertinebant ad officia sua , sicut martellos & cauillas,quibus funes cortinarum & aliorum operimentorum tabernaculi figebantur,& similia.* Vasa.

9 Eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. *Immediatè sed sub Eleazar mediatè.*

10 Filios quoque Merari.*Hic describuntur onera Meraritarum. vnde subditur:*

11 Portabunt tabulas tabernac. *Hæc exposita sunt Exo. xxvj.*

12 Columnas quoque atrij.*Hæc exposita sunt Exo.xxvij.*

✠ 1 Inducentque.*Exo.xxvj.ubi agitur de fabrica candelabri,nulla fit mentio de vestibus eius.Dicendum,quòd licet non haberent vestes transeuntes per annulos,sicut habebat mensa,tamen quando candelabrū erat inuolutum,ponebantur vectes in superficie operimenti,vt melius posset portari,quia portabatur in humeris,vt habetur infr.vij.e.*

2 Sed & al. *Scilicet holocaustorum.*

3 Mundabunt. *Ipsum exciendo.*

4 Et inuo. *Cum alia sint inuoluta pallijs hyacinthinis , quare istud altare inuoluebatur purpureo ? Dicit Ra. Sa. quòd hoc erat ad designandum ignem desubtus latentem.Dicit enim quòd ignis qui descendit de cœlo,vt habetur Leui.xi.an altari illo semper erat , sed quando mouebantur castra,ponebatur desuper operimentum eneum & pallium desuper , nec comburebatur sicut nec ad ventum vel pluuiam extinguebatur tempore quietis castrorum ille ignis discooperius sub dio:*

dio:& hoc etiamo miraculo. Erant enim in populo Israel aliqua miracula transeuntia,sicut diuisio maris rubri,& consimilia: aliqua verò permanentia,sicut defensus manna & continuatio ignis in altari, absque etiam extinctione,& consimilia.

5 Ponentque. *De quibus dictum est Exo. xxvij.*

6 Cumque. *Hic describitur officium Caathitarum,quod erat portare illa quæ erant inuoluta per sacerdotes.*

7 Super quos. *Dictum est cap. precedenti , quòd erat super omnes Leuitas. Dicendum quòd erat super Caathitas immediatè , sed super Gersonitas & Meraritas erat mediatè.*

8 Ad cuius pertin. *Dicit Ra.Sa.q portabat illud in manu dextera.*

9 Et compositionis. *In sinistra.*

10 Et sacrificium quod &c. *Id est omni die de quo dictum fuit Exodi xxix portabat in brachio quantum requirebatur pro ipsa die ad offerendum in hora quietis castrorum.Sequitur:*

✠ Alij

✝ † *Hoc est officium.* Per quos clerici significantur , vt suprà dictum est.Ipsi portabant cortinas & vela tabernaculi operimenta, & funes : per quæ tria significantur quæ debent in clericis esse. Primum est ornamentum spirituale quatuor virtutum cardinalium , quod significatur per cortinas & vela , quæ texebantur ex quatuor coloribus. Secundum est charitatis connexio , quæ significatur per funes.Tertium,est exterior honestatis conuersatio, quæ per operimenta tabernaculi significatur.

Tria in clericis.

Religiosi quid facere debeant.

† *Hoc est officium familiæ Meraritarum.* Per quos significantur religiosi:ipsi enim portabant dura , scilicet tabulas , vectes , columnas,& bases. Tabulæ verò simul coniunctæ per vectes & bases, faciebant parietes tabernaculi,sicut habetur Exodi xxvj.per quod datur intelligi , quòd religiosi docendo populum , verbo & exemplo , & pro bono statu populi deprecando , dati sunt à deo quasi murus defensionis pro prælatos Ecclesiæ populo Christiano,propter quod de malis religiosis dicitur Ezech. xiij. a.*Non ascendistis ex aduerso,neque opposuistis vos murum pro domo Israel &c.*Per columnas verò significatur,quòd ipsi sunt vocati in partem sollicitudinis ad supportandum onus Ecclesiæ,& hoc ex fraterna charitate:prælatis autem hoc conuenit ex officij autoritate. Per hoc autem,quòd onera Leuitarum disponebantur per filios Aaron mitratos vt habetur Exo. xxviij. sub patre suo, datur intelligi quòd omnia Ecclesiæ officia per summum ponti-

P 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel templi altitudo, & tabernaculi longitudo xxv. cubitis mensurantur.

3. Reg. 6. de vbi supra.

A *Quinquagesimæ &c.* ORIGENES. In hoc quoque libro de hostium spoliis quidam offerunt in dona Dei quinquagesimam portionem, qui non processerunt ad bellum. Quidam verò quingentesimam. In Genesi quoque vbi Deus tractabat de iniquitate Sodomorum, si forte possent ad veniam peruenire, huiusmodi mysteriorum conscius Abraham, à quinquagesimo numero cœpit pro indulgentia a domino supplicare dicens: *Si inuenti fuerint quinquaginta in ciuitate, non saluabis propter quinquaginta ciuitatem &c.* Oportet ergo operari Leuitas in sanctis vsque ad quinquaginta annos. Inferiores quidem opera, meliores verò opera operum. Horum autem superiores spiritalibus officijs deseruire, & introire in sanctasanctorum, & ibi operire quæ operiēda sunt, & tradere filijs Caath portanda humeris, & manibus vehenda.

† operantur in tabernaculo Gene. 18. c.

B *Omnes qui ingrediuntur &c.* ORIG. Dicitur de Leuitis quod operentur à xxv. anno & suprà, vsque ad quinquagesimum annum. Omnis, inquit, qui procedit ad opus operum & ad opera quę portantur tabernaculi testimonij &c.

Hom. 5. in Numeros

Opera operum.

Nota distinctionem sermonum, vbi de operibus filiorum Israel loquitur. Non dixit opera operum, sed sola opera: vbi verò de officijs Leuitarum, dixit opera operum. Sicut enim sunt sancta & sanctasanctorum, sic sunt opera & opera operum. Vnde mihi videtur, quòd Moyses vbi sensit esse quædam opera visibilia quibus inesset mystica intelligentia, hæc non solum opera, sed opera operum dixit. Quæ verò communia & præsentis temporis intellexit, hæc tantùm opera nominauit. Sunt ergo opera operum: sicut in præsenti lectione vel in Exodo, & in cæteris locis sub occultis præcipitur mysterijs, & partim in præsenti, & partim in futuro explendis quę non cuilibet, sed solis Leuitis tradenda mandantur, scilicet à xxv. anno vsque ad quinquagesimū: quia in xxv. sensuum quinque perfectio declaratur, vt quinquies quina numerentur. Quod indicat eum vocari ad opera operum in ministerio peragenda, qui omni ex parte multiplicatis & purificatis sensibus inuenitur perfectus.

D

liæ Meraritarum, & ministerium in tabernaculo fœderis, cirúntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Recensuerunt igitur Moyses & Aaron & principes synagogæ filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, à triginta annis & suprà, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis, & inuenti sunt duo milia septingenti quinquaginta. Hic est numerus populi Caath qui † intrat tabernaculum fœderis. Hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem domini per manum Moysi. Numerati sunt & filij Gerson per cognationes & domos patrum suorum à triginta annis & suprà, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur, vt b ministrent in tabernaculo fœderis, & inuenti sunt duo milia sexcentitriginta. Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum domini. Numerati sunt & filij Merari per cognationes & domos patrum suorum à trignta annis & suprà, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis, & inuenti sunt tria milia ducenti. Hic est numerus filiorum Merari quos recensuerunt Moyses & Aaron iuxta præceptum domini per manum Moysi. Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos* fecit ad nomen Moyses & Aarō, & principes Israel per cognationes, & domos patrum suorum à triginta annis & suprà vsque ad annum quinquagesimum ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda, fuerunt simul octo milia quingenti octoginta. Iuxta verbum domini recensuit eos Moyses vnumquemque iuxta officiū suum, & onera sua, sicut præceperat ei dominus.

† ponderem illius, Vbi supra.

c *Ad annum quinquagesimum.* ORIG. Quinquagesimus autem annus remissionem & indulgentiam significat. Nam quinquagesimus annus est qui iubilæus apud Hebræos dicitur, in quo possessionum seruitutis & debiti fit remissio. Et quinquagesimus dies post pascha festus traditur in lege. Et Dominus in Euangelio inducens debitores cùm parabolam remissionis & indulgentiæ doceret, vnum in quinquaginta, & alium in quingentis denarijs fuisse dicit obnoxios. Quinquaginta autem & quingenti cognatus est numerus. Decades enim quinquaginta faciunt quingentos.

Quinquagesimus annus.

Leuit. 25. b

Leuitic. 25.

Luc. 7. f.

Aliàs imperitum.

E

Aliter quoque hic numerus sacratus est. Septem enim septimanis si addatur vnius numeri perfectio quinquaginta faciunt dies. Septuaginta quoque septimanis, si addatur vnius decadæ consummatio, fiunt quingenti.

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Recēsuerunt. *Hic colligitur numerus Leuitarū, & primò per partes secundum tres familias prædictas. s. Caathitarum, Gersonitarum, & Meraritarum. secundò istæ partes aggregando, ibi:* Omnes qui recēsiti sunt de Leuitis &c. *& patet litera vsque ad finē. vbi dicitur:*

2 Vnumquenque. *Quia aliqui fuerunt cantores, & aliqui melodiam facientes in cymbalis, & alijs instrumentis musicis, de quibus non fecerat mentionem.*

C

MORALITER.

† ficem & prælatos Ecclesiæ sunt disponenda. Itē per hoc quòd omnia prædicta portabantur velata, significatur quòd opera bona sacerdotum, clericorum, & religiosorum agenda non sunt ad ostentationem suam, sed ad Dei laudem & proximi ædificationem, tionem, ita quòd opera sint in aperto, tamen hæc intentio maneat in secreto cordis.

Homil. 34.

GREG. Sic aūt sit opus in publico quatenus intentio maneat in occulto, vt de bono opere proximis præbeamus exēplū, & tamē in intētione qua soli deo placere quærimus, optemus secretū.

☞ Vera ergo falsis permista in aliqua disputatione vel narratione cuiuslibet, tanquam in vnius corporis coloro apparentia significant lepram tanquam veris falsisque colorum locis humana corpora variantem.

A

Quæst. 7

✲ THEODORETVS. Ab exiguis nos instruit ad maiora. Si enim quæ tangit mortuum est immundus, quantòmagis qui interficiendo mortuū effecerit? Itē si leprosus immundus, quantòmagis qui varias nequitiæ species admiserit? Et ita per seminis fluxum damnatur a fornicatio. Nam si id quod inuitus quis patitur, execrādum est, multò magis quod quis sponte committit.

† in quorum medio ego habito.

per negligentiam.

† conuertet peccatum suum in caput illius, id est, reuertetur faciet rem in suum locum, ad possessorem suum & ad eum in quē peccauerat &, restituet peccatum suum ipsam summā. Alij sic, expiabunt peccatum suum cum summa vel sorte eius. Quæst. 9. in Numeros.

PROCOPIVS. Obseruandum, quod lepra mortificationis significationem continet, vt autor est Aaron. Cum enim pro Maria sorore sua deprecaretur apud deum, inquit: Ne fiat aborto similis qui egreditur è matrice matris & carnis ipsius diuiduum absumatur.

a *Vir siue mulier.* RABAN. Hoc capitulo admonemur, vt si quid per negligentiam delinquimus, per confessionem & pœnitentiam diluamus & damnum restituamus. Si autem proximo damnum intulimus, coram illo pœniteamus, & damnum restituamus. Si verò non superest confitendo, pœnitendo, & eleemosynas largiendo domino satisfaciamus.

AVGVT. Alia litera *Vir siue mulier quicunque fecerit ab omnibus peccatis humanis, & despiciens despexerit & deliquerit, anima illa annuntiabit peccatum suum quod peccauit, & restituet delictum: caput & quintas eius adijciet super illud, & reddet ei cui deliquit.* Si autem non fuerit homini proximus, ita vt reddat illi delictum ad ipsum: delictum quod redditur domino sacerdotis erit, excepto ariete propitiationis, per quem exorabit in illo pro eo. Hic ea peccata intelligenda sunt, quorum in his rebus perpetratio est, quæ pecunia restitui possunt. Non enim aliter diceret quomodo restituenda sunt, nisi damni pecuniarij fuissent. Iubet enim restitui caput & quintas. i. totum illud quicquid est, & quintam eius partem excepto ariete, qui fuerat offerendus in sacrificium, ad expiandum delictum. Iubet autem quod restituitur sacerdotis esse, id est ipsum caput & quintam, si non est proximus ei, in quem commissum est. Vbi intelligitur tunc domino reddendum quod sit sacerdotis, si non supereſt qui damnum passus est, nec proximus ei. i. hæres. Sed de ipso homine nihil dixit. Sed cum dicit: *Si non fuerit proximus*, breuiter insinuat tunc quæri proximum eius, si ipse non fuerit. Si autem nec proximus erit, domino restituetur, ne impunitum remaneat admissum. Quod tamē nō cadat in sacrificiū, sed sit sacerdotis: Sic sanè verba scripturę distinguēda sūt. *Si aūt nō fuerit homini proximus, sta vt reddat illi delictū adipsum.* Locutionis eū est qđ addidit, *adipsū.* Aut forte *adipsū*, dixit, q̄ ad ipsū pertineat, i. ipse possideat. Deinde sequitur: *Delictum quod redditur domino, sacerdotis erit.* Delictum autem dicit, cùm redditur ea res, quæ per delictum ablata est.

B

C

✲ THEODORET. Humana vocat leuiora peccata, quia cum hominum natura mutationi sit obnoxia, ab omnibus immunem esse peccatis, est impossibile. Lex ergo diuina erudit eos qui mediocriter peccauerunt. Iubet enim eum qui in contractibus quibuslibet alteri damnū intulerit, prius redimere peccatum, tum quod reliquum est damno passo restituere, addita sorti principali quinta parte. Si verò contigerit iniuriam passum ante decedere, quàm satisfecerit is qui dānū dedit, hęc, ppinquo eius exoluere præcipit. Proximum autem appellat eum qui genere illum contingit. Itaque ordo generis est iste: Primo loco filius, deinde filia, postea patris frater, tum frater aui. Quod ſ nullus horum extet, propinquior cognatus. Si verò ne cognatus quidem reperiatur, deo prædicta offerri statuit.

Quæst. 8.

1

2

3

4

5

6

7

† redimens vt restituat delictum ei, delictum restituitur Allego.

E

✲ PROCOPIVS. Pulchrè ea quę in homines committūtur, ijs opponit quæ in numen admittuntur, nullamque mitigationem impertant, quemadmodum in eo qui sabbathi ligna collegerat planum fiet, & factum est in eo qui ad contumeliam Dei nomine abusus fuerat.

Quæst. 10. Quæstio. Exo. 22. a.

b *Reddent ipsum.* AVGVT. Quæritur quomodo in Exodo legitur: Si quis furatus fuerit vitulum aut ouem, restituere debere quinque vitulos vel quatuor oues, si occiderit vel vendiderit. Si autem quod abstulerit saluum apud eum reperitur, duplum esse restituendum: cùm hic restitui iubeat caput & quintam. Quod longè est etiā à duplo: quantò magis à quadruplo, vel quinquies tantò. Nisi forte quia hic ait: Vir aut mulier quicunque fecerit ab omnibus peccatis humanis, peccata ignorantiæ voluit intelligi peccata humana. Fieri enim potest, vt per negligentiam trahat homo rem alienam in rem suam: quod ideo peccatum est, quia si diligenter attenderetur, non admitteretur. Et hæc voluit capite & quinta restitui, non sicut furta mulctari. Nam si furta & fraudes hīc intellexerimus, quæ non per ignorantiam, sed furandi vel fraudandi animo committūtur, & ideo dicta humana quæ in homines fiunt, tunc ille (ni fallor) erit exitus quæstionis huius vt ideo qui fecit non reddat vel duplum, quia non reprehēditur vel conuincitur: sed ignorantibus à quo factum sit, vel vtrum factum sit, ipse annuntiet delictum suum. Cùm enim dixisset scriptura: *Vir aut mulier quicunque fecerit ab omnibus peccatis humanis, & despiciens despexerit & deliquerit ad eū*, contemnendo commiserit, ista adiunxit: *annuntiabit peccatum*

F

✲ quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. V.

a *Omnem leprosum.* Leprosi sunt hæretici vatijs errorum maculis polluti, non habentes vniformem colorem do-

Allego.

2

CAP. V.

LOcutúsq; est dominus ad Moysen dicens: Præcipe filijs Israel vt eijciant de castris omnem le-

a ¶ Ecclesiæ ne vitam polluant innocentium.

prosum, & qui seminē fluit, pollūtúsque est super mortuo, tam masculum quàm fœminam eijcite de castris ne contaminent ea, † cùm habitauerint vobiscum. Fecerunt que ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus est dominus Moysi. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel: Vir siue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, &

a ¶ Id est ex fœtu corporis, quo malum intulimus, bona reddere studeamus.

b † reddent ipsum caput quintámque partem desuper ei in quem peccauerint. Sinautem non fuerit † qui recipiat, da-

a ¶ Hæreticum. b ¶ Superfluis cogitationibus abundat. ¶ Qui, scilicet, luxu carnalium desideriorum æstuat. c ¶ Opere.

a ¶ Qui, scilicet, mortuorum in peccatis impietatem & exempla sequitur, & eorum studijs inquinatur. b ¶ Peccēs. b ¶ Contagione eorum. b ¶ Nocentes cum innocentibus.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. V.

1 LOcutusque est dominus. *Descripta dispositione populi, hic consequenter describitur remotio impedimenti impeditur autem per corruptionem immūditiæ corporalis, iniustitiæ & suspicionis. Et ideo primò tollitur corporalis immūditia, secundò corrigitur iniustitia ibi:* Locutusque est dominus. *tertio examinatur diffidentia, ibi:* Locutusque est. *Circa primum tangitur triplex immunditia de castris tollenda. s. leprosorum, seminifluorum, & super mortuos pollutorum, cum dicitur:*

Diuisio.

2 Præcipe filijs Israēl. *Dicit Ra. Sa. quòd licet totus exercitus Israel diceretur castra generaliter, tamen in speciali erant ibi tria castra.*

Castra Israel.

MORALITER.

† 1 *Locutusque est dominus ad Moysen dicens: Præcipe.* Per leprosum intelligitur hæreticus, per hominem qui semine fluit doctor verbosus, qui ad sui iactantiam dicerę studet xetranea, per hoc quòd

† quod diffluit ad falsa & periculosa, per pollutū sup mortuo significatur discipulus doctrinam doctoris sequens & approbans: & isti eijciendi sunt de castris scilicet de scholis & fidelium collegijs: ne sua peruersa doctrina alios inficiant & corrumpant.

2 *Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis &c.* In quibus damnificatur proximus furto, fraude, vel dolo.

4 *Confitebuntur peccatum.* Satisfaciendo deo per pœnitentiam & proximo. Ideo subditur:

5 *Et reddent ipsum.* Id est, illud quod est ablatum.

6 *Quintamque partem.* Id est, damnum quod sustinuit de absentia rei suæ.

7 *Sinautem.* Tunc est vaga restitutio, & debet reddi domino, id est, in pijs operibus expendendo secundum dispositionem prælati vel confessoris discreti secundum aliquos, qui tenent in hoc locum Dei.

Universidad de Navarra Biblioteca

quod peccauit, & restituat delictum, caput & quintas eius. Forte ergo tm, quia annuntiauit: & ideo non eo damno plectendus fuit, quo furem comprehensum vel conuictum plecti oporteret.

Excepta aruie. Arietis oblatio Christi passionem significat in qua maxime confidimus: quia sine eo nihil possumus. Ipse est

Mystice. Ioh. 1. a

sacerdos, qui nos patri per oblationē carnis suæ reconciliat. Hoc illi munera nostra offerimus, quo vel expiatis intercedente veniam mereamur.

† oblationes

b *Ad sacerdotē.* Christum scilicet, cui dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Eius, scilicet iudicio cuncta reseruans, ne

Psal. 109. a.

† 1. q. 5. c. consuluisti. 1. Cor. 4. a.

forte iudicer rem incertam, vnde: *Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat dominus &c.*

* coitu feminis

Quæst. 10.

c *Farinæ hor.* ✠ THEODORETVS. Hoc præcepit Deus, quia cædis plenum illorum animum esse cognoscebat. Itaque ne ex sola suspicione cōiuges interficerent, insitit adulterij suspectam ad se adduci. Nēpe qui cuncta probe

Heb. 4.

norit, etiam quæ clā geruntur. *Adducet*, inquit, *sacerdos & sistet coram domino mulierē &c.* Ista porrò fieri mandauit, ipsam mulierem suspectam perterrens, vt confiteatur si forte peccauerit, & per pœnitentiam remissionem consequatur. Idcircò illam aperto capite deo præsentari iubet, docens omnia nuda esse & aperta in conspectu eius. D

✠ PROCOPIVS. *Farinæ hordeaceæ.* Hoc sanè arguit peccatorum vitam iumentorum planè similem esse, in qua saporis aut delectationis nihil sit. Perpetuus enim iudicij metus, & de corona adest desperatio.

RABANVS. Farina hordeacea scientiam veteris legis significat, quæ bene hordeo comparatur. Quia sicut hordeum magno labore à paleis purgatum ad farinam perducitur, ita litera legis contrita mola discretionis farinam sensus spiritalis emittit. Et rectè decima pars sati offertur, quia lex decem præceptis constat, cuius decima pars quodlibet mandatum est, contra quod praua vxor exisse dicitur. Offertur ergo mulier sacerdoti cum oblatione decimæ partis: cùm Christi iudicio secundum legem diuinitus datam damnanda aut liberanda reseruatur.

d *Non fundet.* RABANVS. Non decet oleo adulationis vel indiscretę misericordiæ, nec thure superfluę laudis, vel inordinatę orationis impœnitētes liniri, sed zelo iustitiæ secūm p̄ceptū domini vitiū instāter & ordinatè persequi. peccatum

✠ a *Aquam* F

✠ a *Aquam sanctam.* AIDEM. Huic aquæ miscet sacerdos pauxillum terræ de pauimento tabernaculi,

† puueris

cum Christi decreto, commemoratio patriarchārū, propheta rum, & apostolorum intromissa reperitur.

† mulieris Vbi supra

b *Putrescere faci. &c.* ✠ THEODORETVS. Per quæ enim quis peccat, per hæc & punitur. *πόδε ἔρχωμ*, id est, iusiurandū, ita intelligendū est, vt cū

* sacerdos

ꝗs grauia & intolerabilia patitur. Si quidē nonulli iurantes dicere solēt, Nō patiar ego quę ille passus est.

† maledictas vel desicere faciētes

c *Scribetque sacerdos in libello, &c.* Quia scilicet pœna peccatorū in scriptura sancta explanatur. Quicunque autem eam piè & fideliter hauserit: supplicia peccatorū, quæ in ea narrantur pertimescēs & abstinens à peccatis, fiet ei aqua amarissima in salutem. Qui autē contempserit, inflato vētre computrescet fœmur eius, & erit in maledictionem & in exemplū: quia iusto Dei iudicio punietur

a ¶ Diuinam sapientiam comprehensam scilicet in visi litera legis.

assumetq; aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum † terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput † eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ. Ipse autem * tenebit aquas amarissimas, † in quibus cum execratione maledicta congessit, adiurabitque eam & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, † non te nocebunt aquę istæ amarissimę, in quas maledicta congessi. Sinautem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro, his maledictionib⁹ subiacebis. Det te dominus in maledictiones exemplumque cunctorum in populo suo. Putrescere faciat femur tuū, & tumens

a ¶ Vel non tenebunt.

vterus tuus dirumpatur. Ingrediantur aquę maledictæ in ventrem tuū, & vtero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier: Amen, amen. Scribetq; sacerdos ī libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere. Quas cū exhauserit,

d *Dabit ei bibere.* vt manifesterur peccatum illius, vel hic ad correctionem: vel in futuro ad damnationem. *Nihil enim occultum quod non reuelabitur.* Matt. 10. c.

Hinc domin⁹ ait: *Sermo quem locutus sum vobis, ille vos iudicabit in nouissimo die.* Ioan. 12. c.

✠ CAP.

a ¶ Hoc fit cum sanctæ trinitatis confessio in sacrificio legis inuenitur, quæ digne in ara fidei offertur. ¶ Adulationis.

tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram domino, imponetq; * super altare, ita duntaxat, vt prius pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat super altare: & sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & comtempto viro adulterij rea, pertransibunt eā aquæ maledictionis, &† in-

* illud

† crepabit vterus eius & cadet.

fiato vētre cōputrescet femur: Eritq; mulier in

a ¶ Carnalis voluptas & actus. ¶ Temperie & abstinentia.

maledictionē & in exēplū oī populo. Quòd si polluta nō fuerit, † erit innoxia & faciet liberos. Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier à viro suo, & si polluta fuerit, maritusq; zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eā in conspectu domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quę scripta sunt, maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

& in exemplum † sed mūda & innocens erit

¶ Iopa opera.

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dabunt domino & erit sacerdotis. *conuertendo in vtilitatem suam, quæ de restitutione vaga debet minister dei & pauper sustentari.*

2 Excepto ariete, qui offertur pro expiatione. *peccati ipsius defraudantis. Non solum enim peccauerat contra proximum ipsum defraudando, sed etiam contra deum mandatum ipsum transgrediendo, & ideo sicut per restitutionem fiebat satisfactio homini, ita per oblationem arietis sacrificium ipsi deo: de qua oblatione habetur Leuitici v. Secundò igitur de restitutione rei sacræ, quia primitiæ & decimæ quodammodo inter res sacras computantur, quia determinantur per legem deberi deo ministris, cum dicitur:*

3 Omnes quoque primitiæ, quas offerunt filij Israël. *id est offerre tenentur, vt habetur Exo. xxxiv.*

4 Ad sacerdotem pertinent. *Dixerat enim in Exo. quod debebant offerri in domum domini, & non determinauerat scriptura cuius essent: ideo hic expressit quod sunt sacerdotis, vnde si aliquid fuerit retentum de eis debet restitui. Sequi.*

5 Et quicquid in sanctuario offertur à singulis &c. *Hoc non potest intelligi de omnibus oblatis generaliter, quia aliqua totaliter incendebantur ad honorem dei, vt holocausta: & aliqua secundum partem, sicut hostiæ pro peccato: cuius pars non incensa remanebat sacerdoti, & hostia pacifica, cuius vna pars incendebatur, & aliam comedebat offerens, & aliam habebat sacerdos, & ideo dicendum quod intelligitur de primitijs, quæ debebant dari sacerdotibus ex determinatione legis, vt habetur Deute. xviij. & ideo si aliquid erat detentum, debebat ei restitui. Vide in Hebræo habetur:* Quæ vir sanctificauit, eius erunt. *id est sacerdotis, & intelliguntur sanctificata per determinationem legis vt primitiæ, vel per votum sicut si aliquis promisit dare aliquid ministris dei.*

6 Et traditur manibus. *Per hoc intelligitur, quod sacerdos non poterat talia accipere & tollere violenter de domibus dominorum: sed solum accipiebat ab aliis sibi tradita.*

7 Locutusque est. *Hic consequenter admonetur suspicio adulterij, quod turbat pacem inter virum & vxorem & per consequens totam familiam. Et primò circa hoc ponitur casus, secundò examinatio eius, ibi:* Adducet eam. *tertiò effectus, ibi:* Quas cum biberit. *Circa primum dicit Rabbi Salomon, quod istud hic dictum de sacrificijs zelotypiæ immediate ponitur post illud quod dictum est de retentione primitiarum, ad designandum quòd qui in hoc defraudat sacerdotem, meretur vt confusibiliter appareat coram sacerdote, adducendo vxorem suam pro adulterij suspitione. & hoc est quod dicitur:*

8 Vir cuius vxor errauerit. *& patet litera.*

9 Adducet eam. *Hic ponitur examinatio dictæ suspicionis per sacrificium zelotypiæ, cuius dicitur:*

10 Offeret oblationem pro illa. *scilicet examinanda.*

11 Decimam partem. *Non dicit similæ, quia est farina delicatissima, purgatissima sicut in aliis sacrificijs, quia istud est vile.*

12 Hordeaceæ. *Non triticeæ, earum ratione. Adducit enim Rab. Salomon aliam rationem, quia hordeum est pabulum iumenti, cui adultera assimulatur.*

13 Non fundet super eam oleum. *Quia est fomentum luminis, adulterium autem sit in tenebris secundum illud Iob xxiv. c.* Oculus adulteri obseruat caliginem.

14 Nec imponet thus. *Quia significat deuotionem, vt dictum fuit Exodi xxj. Hoc autem sacrificium non offertur ex deuotione, sed ex suspicione adulterij. & hoc est quod subditur:*

15 Quia sacrificium zelotypiæ, &c. *Sequitur.*

16 Et stabuet coram domino. *ad tentandum si ex terrore confiteretur adulterium, & quia pro ea offerebat sacrificium.*

1 ✠ Assu-

MORALITER.

✠ 3 *Vir cuius vxor errauerit, &c.* Per virum, doctor intelligens significatur. Per vxorem eius sapientia de qua dicitur, Sapientiæ viij. a. *Hanc amaui, inuentute mea a & quasiui mihi sponsam assumere.* De qua debet esse zelotypus, & maximè cum traditeam in scriptis, timendo ne sit ibi fornicatio per commissionem aliquam falsorum cum viris. ideo subditur:

9 *Adducet eam.* id est, ad magis peritum & probatum doctorem, vt examinet eam. Per hoc autem quod subditur, quod mulier polluta putrescat & moriebatur, innocens autem non lædebatur, sed faciebat liberos, significatur quod doctrina habens commistionem falsorum cum veris, est occasio mœroris: illa verò quæ pura est & sana, gaudij & fructificationis.

MORA-

ADDITIO.

In cap. v. vbi dicitur in posti. Ideo subditur: Et faciet liberos: *quia si fuerat ante sterilis, fiebat fecunda. Non me recolo legisse in voluminibus Hebræorum, quod mulier innoxia ab huiusmodi zelotypiæ virtute illius aquæ conciperet absque virili semine, nec ad hoc concedendam litera nos cogit, quæ nihil aliud dicit, nisi faciet liberos, quod satis fieri potest intelligi de muliere quæ ex virili semine concipit filios. Posset etiam ratione decoretur quòd si aliqua virgo coniugata accessi retur modo prædicto, & à viro, & esset innoxia, quòd illa virgo conciperet absque virili semine, quod singularissimum fuit in virgine gloriosa. vnde ridiculum videtur dicere, quòd Deus tantum miraculum faceret in facto zelotypiæ pro tam modica re: qui soluit hoc pro liberatione totius generis humani facturus erat.*

NICO.

P 5

CAP. VI.

A a *Vir siue mulier, cum fecerit, &c.*

Quæst. 1. ✠ THEODORETVS. Votorum species erant permultæ. Quidam enim victimam pollicebatur, quidam pecunias, alij seipsos deuouebant, alij cerrorum dierum numero se vinum non bibituros, nec caput rasuros. Huius generis erant de quibus D. Iacob' diuino Paulo dicebat. Sunt quidam votum habentes in seipsis, hos assume & sanctificare cum eis, & impende in illos, hoc est, præbe tu victimas, quæ secundam legem offerri solent pro illis, vt tollas suspicionem.

b *Anno & omni quod inebriare potest.* RAB. In duodecima mansione, id est, Sinai, præcipitur Nazaræis vt vinum & siceram, & omne quod inebriare potest non bibant nec comedant. In prouerbiis quoque præcipitur vt potentes & iracundi vinum non bibant, ne obliuiscantur sapientiæ. In Nazaræis continentium vita signatur, his vinum prohibetur, id est luxuria, & sicera, id est, omnis voluptas terrena. Sicera enim ex diuerso conficitur genere, sicut voluptas ex diuersa vitiorum passione. Illi enim non bibunt vinum, sed siceram bibunt, qui ad decipiendos homines vmbras quasdam & imagines simulant virtutum. Vua passa vescuntur, qui ad humanos oculos abstinentiæ pallore inficiuntur, vt gloriam capiant ab hominibus. Acetum bibunt, qui post vitæ sanctitatem ad vetustatem præteritorum labuntur vitiorum, & corruptione veteris nequitiæ delectantur.

c *Nouacula non transibit:* IDEM. Id est, nec dolum, nec malitiam in mente retinebit ne polluatur, scilicet cæsaries capitis, id est, cogitatio mentis. Sed innocentiam teneat vsque ad finem vitæ. Aliter enim non erit votum acceptabile. *Qui autem perseuerauerit saluus erit.* Mat. 10. c.

CAP. VI.

LOcutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: † Vir siue mulier, cùm fecerint votum, † vt sanctificentur, & se voluerint dño † consecrare, à vino & oĩ quod inebriáre potest, † abstinebũt. Acetũ ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua † exprimitur, nõ bibẽt: vuas recẽtes siccasque nõ comedent cunctis diebus quibus ex voto dño consecrantur. Quicquid ex vinea esse potest, ab † vua passa vsq; ad acinum, non comedent. † Omni tempore separationis suæ nouacula non transibit super caput eius vsque ad completum diem, quo dño consecratur. Sanctus erit crescente cęsarie capitis eius. Omni tempore consecrationis suæ, super mortuum non

1 ✠ PROCOPIVS. Græcorũ liberi, id in Nymphas vel montanas vel aquatiles inciderent, comas nutriebant. Lex itaque mala dæmonũ consuetudine dempta, ad Deũ hoc ipsum transfert. Pari nimirũ modo quo sacrificia illis cõdonauit etiam. Cæterũm caput, mẽtis p̃ se imaginẽ fert, capilli cogitationũ, & motionũ nobis à natura insitarum. At qui in Dei honorem comam nutrit, optimis actionibus quarum causa diuina cognitione dignus euadit, operam naŭat.

† 35. distin. violenti. † Nazaræi separate † separabũt se

a ¶ Mentem.

¶ In quo est luxuria.

a ¶ Qualibet voluptate terrena. ¶ Relabendo in voluptatem præteriti vitij.

a ¶ Ne pallescant abstinentia pro vana gloria.

† acino vuę vsq; ad cortĩcẽ vel folliculum

d *Super mortuum non ingredietur.* IDEM. Id est, mortuum in peccatis non imitabitur, nec iniquitatis eius viam ingredietur, ne perdat laborem suum. *Non enim qui inchoat sed qui consummat coronabitur.* 2. Tim. 2. a.

✠ RVPERT. Nazaræus iste Christus est qui verè solus sanctus est, omne tempus consecrationis, omne fuit tempus præsentis vitæ. Toto illo tempore super mortuum ingressus non est, super nullius funere contaminatus, quia nullum vnquam vel leue peccatum admisit, nullius vnquam peccato consensit, imò nec ingrediens in hunc mundum vlla secum vestigia traxit peccati originalis, per quod mors in hũc mundũ introiuit, vtpote conse-

Lib. 1. in Numeros c. 12.

☞ crationem

c *Noua*

1 LOcutus est dominus. *Postquam descripta est ordinatio populi quantum ad legem communem, hic consequenter describitur ordinatio secundum obligationem specialem, scilicet Nazaræorum. Et ponitur istud capitulum immediatè post illa quæ dicta sunt de mulsere adultera, quia per illam populus peioratur: sic econtrario per Nazaræos melioratur: & quia contraria iuxta se posita magis eluescunt. Sciendum tamen quòd votum Nazaræorum in aliquibus erat perpetuum, vt in Samsone, & Samuele & similibus, in quibus præcessit figura religiosorum noui testamenti. In aliquibus verò erat temporale, & de istis hic agitur. Circa quod primò describitur actus promissionis: secundò ritus professionis, ibi:* Omni tempore. *Tertiò status perfectionis, ibi:* Ista est lex consecrationis. *Quartò modus benedictionis, ibi:* Locutus est dominus. *Circa primum dicitur:*

Nazaræorũ votum.

Diuisio.

2 Vir siue mulier, &c. *Id est, diuino cultui specialiter applicentur per deuotionem & orationem.*

3 A vino & omni quod inebriare potest abstinebunt. *Quia talia ad peccata alia deducunt, secundum quod dicitur Prouer. xx. a.* Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas.

4 Acetum ex vino & ex qualibet alia potione. *In Hebræo habetur:* Ex qualibet, inebriatiuo.

5 Et quicquid de vua exprimitur, non bibent. *etiam agrestis: ne per hoc appropinquarem ad potationem vini.*

6 Ab vua passa vsque. *In Hebræo habetur:* A cortice vsque ad granula, quæ sunt in medio granorum vuæ, *& per hoc intelligitur quod nihil de vua penitus debeant gustare.*

7 Omni tempore separationis suæ. *Hic consequenter ponitur ritus professionis, & primo respectu personæ propriæ cum dicitur:*

8 Nouacula non trãsibit super caput eius vsque ad complet. *Cuius ratio est, ad detestandum cultum idolatriæ, vbi sacerdotes habebant capita rasa, secundum quod dicitur Baruch vj. c.* Sacerdotes sedent habentes tunicas scissas, & capita & barbam rasam. *Ideo fuit præceptum sacerdotibus veteris legis, vt non raderent caput nec barbam, vt habetur Leuitici xxj. a. Et eadem ratione Nazaræus non radebatur tempore consecrationis suæ, quia illo tempore erat deputatus diuino cultui, vt dictum est. Secundò describitur ritus suæ professionis respectu aliorum, cum dicitur:*

Nazaræi quare nouacula.

9 Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non. *Quia idolatræ in cultu suo vtebantur ossibus mortuorum, & ideo sacerdotes minores, qui per tempora certa ministrabant non debebant ingredi ad mortuos, nisi valde propinquos. Summus autem sacerdos qui semper debebat esse paratus ad diuinum obsequium, totaliter erat separatus ab ingressu super mortuum, vt habetur Leuitic. xxj. a. Et eadem ratione Nazaræus tempore quo implebat votum suum. Alia etiam ratio assignatur, scilicet ne per affectionem ad propinquos mortuos mens eius à contemplatione Dei retardaretur vel impediretur.*

✠ 1 Sin

✠ 1 *Locutus est dominus.* In hoc capitulo agitur de Nazaræi obseruantia & eius oblatione. Circa quod notandum, quòd Nazaræi fuerunt in duplici gradu. Nam aliqui fuerunt Nazaræi ad totum tempus vitæ suæ, sicut legitur de Samuele j. Reg. j. & de Samsone Iudic. xiij. & isti fuerunt figura religiosorum in noua lege, quorum votum per totam obligat vitam. Alij verò fuerunt Nazaræi ad tempus determinatum, & isti voto peracto redibãt ad vitam communem aliorum, propter quod non fuerunt figura religiosorum: de quibus dicitur Lucę ix. g. *Nemo mittens manũ ad aratrũ, & aspiciens retrò aptus est regno Dei.* Sed illorũ fuerunt figura qui faciunt votum de aliquo opere supererogationis ad tempus exercen

ercẽdo: vt de peregrinatione vel alio pio opere, & quoniam illo tempore debent religiosus viuere: Ideo subditur:

3 *A vino & omni quod inebriare potest abstinebunt.* Per quod significatur, quòd illo tempore debent esse in potu magis sobrij.

† *Vuas recentes siccasque non comedent.* Id est, tunc debent esse in cibo magis parci.

8 *Nouacula non transibit super caput eius.* Id est, non resecabit aliquid de illis quæ cadunt sub obligatione voti sui.

9 *Super mortuum non ingredietur.* Id est, non consentiet alicui in opere mortalis peccati.

✠ 1 Sinau-

☞ crationem super caput suum habens, Dei sui, id est, plenariam effusionem spiritus sancti. Consecrationem, inquam, Dei sui, quia videlicet Deus illi est secundũ naturã hominis quam assumpsit, secundum quam & nazaræus est. Nazaræus iste capillos nutriuit, quia peccata generis humani super se tulit.

a *Nec super patris.* RABA. Id est, nullus carnalis eũ retrahat affectus, omnis persona, omnis dignitas, omnis cõsanguinitas Christi seruitio postponenda est.

b *Consecratio Dei.* IDEM. Id est, spiritus sancti gratia in corde eius diffusa est. vnde:

Eph. 4. d. *Nolite contristare spiritum sanctum: in quo signati estis omnes.*

† expiabit eum

c *Omnis dies separa.* Id est vsque in finem perseuereret sine contaminatione peccati atque delicti.

d *Sin autem mor. fue.* IDEM. Id est, si mortali peccato pollutũ imitari voluerit: &

† nazaræatus sui

vsque ad consensum descenderit, sciat necesse est eius continentiã esse pollutam & caput radendum, id est, mentẽ purgandã à praua cogitatiõe & noxia delectatione.

c *Radet illico.* IDEM. Tompore scilicet compunctionis: quo cognoscit se deliquisse, statim se emendare studeat & semper similem ruinam timeat.

Mystice. Quid turtures & pulli columbarum.

f *Duos turtures.* IDEM. Turtures castitatem, pulli columbarum simplicitatem significant. Qui ergo vult ad resurrectionem bonorũ peruenire, offerat vero sacerdoti, id est, Christo, castitatem mentis & corporis, & simplicitatem in fide catholica per quam in Ecclesiam intrat, vt per tanti pontificis opitulationẽ expietur.

Ioan. 1. a. Rom. 8. c. g *Et deprecabitur.* IDEM. Vnde: *Aduocatus noster apud patrem.* Vel quia faciet nos deprecari secundum illud: *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.*

h *Vt dies priores.* Nihil de pristina conuersatione præsumat, sed in sola Dei gratia confidat, cuius dono percipit veniam, & requiem sempiternam.

Ezec. 18. f. i *Pollutæ est sanctificatio.* vnde: *Cum conuersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius oblitioni tradentur.*

k *Ista est lex con.* Postquam legislator Nazaræum instruxit quomodo mundetur: si eius consecratio super mortuo polluatur, ad-

dit quomodo post complotum votum se præsentet domino, cum oblatione gratias redditurus, mysticè innuẽs continentis vitam cum oblatione operis & munditia cordis in fine bono domino placituram.

✠ PROCOPIVS. Prima ratione coma crassæ legis deposita, Christiq; regno in se dilatato, omne quod in se reliquum Deo in odorem fragrãtiæ immolabit. Ac agni quidem nomine in Christo infantiam, id est, animi integritatem à Domino concessam offeret. Quãtũ enim ad malitiam attinet, puritiam præ vobis ferto, inquit, quantũ ad animum, ad perfectionẽ aspirate. Cæterum agna peccandi temeritatẽ infirmitatémq; sexu suo, & ætate repręsentat. Quantũvis enim sanctum se Deo proponere conetur aliquis, peccati tamen forte vitare propter imbecillitatem naturæ coniunctam, nequit.

† iuxta eum

† nazaræi

l *Agnum anniculum.* Hunc offert qui totam spem suam in eius immolatione ponit, de quo dicitur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Hunc in holocaustum offert, cum pro eius amore carnes mortificando totam vitam suam ardore charitatis incensam domino consecrat. Ioã. 1. d.

AVGVST. Alia litera. Et offeret munus suum domino agnum anniculum sine vitio in holocaustoma, & agnam anniculam sine vitio vnam in peccatum. Hoc quidam transferre noluerunt vel locutionem inusitatam vitantes, & dixerunt pro peccato, & non in peccatum: cum sit sensus in ea locutione non perturbandus. In peccatum enim dictum est, quia quod pro peccato offerebatur, peccatum vocabatur. Vnde: *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit*, id est, sacrificium pro peccato. Sicut ergo agnus in holocaustoma, sic & agna in peccatum, vt ipsum pecus esset peccatum, id est, sacrificium pro peccato. Sicut de ariete, quod sequitur, in salutare dicit, tanquam sit ipse salutare, cum sit sacrificium salutaris: quod postea repetendo manifestat. Nam & illud pro peccato dicit, quod prius dixerat in peccatum. Et hoc sacrificium salutaris quod prius dixerat, in salutare. 2. Cor. 5. d. Quæst. 12. Literaliter.

☞ RABA.

✠ 1 Sinautem mortuus fuerit subito quispiam coram eo. *Id est in eodem tabernaculo in quo manet, vt dicit Rab. Sal.*

2 Polluetur caput consecrationis eius. *Eo quòd non habuit debitam diligentiam subtrahendi se, & etiam quia debet imputare peccatis suis talem casum impedientem ipsum.*

3 Quod radet illicò. *Quia sicut præmittitur, sanctus erit crescente cæsarie capitis eius. Et quia illud incrementum à tempore quo incepit votum vsque tunc pollutum est propter casum superuenientem: ideo præcipitur talis rasio.*

4 Die purgationis suæ. *Id est, prima, in qua aspergebatur aqua lustrationis, & iterum septima purgabatur etiam per sacrificium, quòd notatur cum dicitur:*

5 In octauo autem die offeret duos turtures. *Et patet litera vsque ibi:*

6 San

6 Sanctificabitque caput eius. *Id est, disponet ad implendũ votum.*

7 Et consecrabit domino die separa. *Quia in illis debebat esse intentus deuotioni & orationi & pijs operibus.*

8 Offerens agnum anniculum pro peccato, ita tamen. *in memoriam illius agni, per cuius immolationem facrunt liberati de seruitute Ægypti.*

9 Ista est lex consec. *Hic consequenter describitur status perfectionis, qui consistit in complemento voti, quod notatur cum dicitur:*

10 Cum dies quos ex voto decreuerat complebuntur, adducet cum. *Id est, seipsum, vt dicit Rab. Salomon: vel adducet, referendo ad sacerdotem, qui facet venire nazaræum ad tabernaculum fœderis, vt offeratur eius oblatio. & ponitur hic sacrificii de omni genere: scilicet pro peccato, & in holocaustum, & hostia pacifica. Item oblatio de diuersis generibus panum, ad ostendendum quòd nazaræus debet esse paratus in omnibus quæ sunt ad honorem diuinum.*

✠ 1 Tunc

✠ 1 *Sinautem mort.* Per quod designatur quòd opus bonũ in charitate factum, si superueniat mortale peccatum, mortificatur.

10 *Cum dies quos ex voto deuote decreuerat complebuntur, addu.* Hic agitur de oblatione nazaræi in complectione voti sui: & ponitur hic triplex eius sacrificium. Vnũ in holocaustum quod totum incendebatur ad honorem diuinum. Per quod significatur, quòd homo tempore voti adimplendi, debet ad amorem diuinum magis quàm aliàs inflammari. Aliud autem sacrificium erat pro peccato, per quod significatur, quod licet homo votum suum impleuerit, tamen timere debet ne minus debite fecerit. Tertium erat hostia pacifica pro gratiarum actione: per quod significatur, q̃ homo votum suũ adimplens debet Deo regratiari de hoc, q̃ sibi dedit gratiam adimplendi. Addebatur vltrà oblatio panũ azymorũ, per quos significatur panis eucharistiæ, quia votũ adimplens debet in hui° sacrificij oblatiõe deuotè assistere.

✠ 1 Tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

RABAN. Agnum offert in holocaustum, qui Deo exhibet simplicitatem cordis, cum deuotione charitatis. Ouem, quæ innocentiæ exemplum ostendit. Arietem vero pacificam hostiam: cũ se in via Dei bene regit, & carnem rebellem animæ imperio subiicit.

a *Et ouem.* Ouom offert pro peccato, qui Christum innocentẽ pro peccato humani generis fideliter credit oblatum.

b *Et arietem.* Hoc fit cùm ipsum esse confidit, qui per dispensationem carnis cœlestia & terrestria pacificauit, euacuans omnẽ principatũ & potestatem, quem Deus exaltauit, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen. &c.

c *Et lagana.* veterem legem a spiritu sancto dictatam & temperatam ad vtilitatem humanam.

d *Absque fermento.* quia spiritualis gratia in lege & in euangelio rectè intelligentibus patet.

B o *Qua offeret.* meritum & laborem, cuiusque meditationẽ & obseruationem legis in cõspectu Dei remunerãdo præsentãs, scilicet, ad ingressum vitæ cœlestis, per acto boni operis certamine perducit.

f *Asinum vero.* dignum scilicet ostendẽs mercede quietis perpetuæ, tanquam principẽ sui vel aliorum & ducẽ optimũ, qui se bene rexit & duxit in semita mandatorum Dei: secundum doctrinam scripturarum, & gratiam spiritualium charismatum.

GREGORIVS. Quid est quòd nazaræi capillos nutriunt: nisi quòd per vitam magnæ continentiæ præsumptionũ cogitationes crescunt. Sed quid est q̃ deuotione completa nazaræus caput radere, & capillos in ignem sacrificij ponere iubetur, nisi quòd tunc ad perfectionis summum pertingimus, cùm sic exteriora vitia vincimus, vt etiam cogitationes superfluas à mente resecemus: quas igne sacrificij cremare, est diuini amoris flamma incẽdere, vt totum cor in Dei amore ardeat, & cogitationes superfluas cremans quasi nazaræi capillos deuotionis perfectione consumat.

a in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam pro pec ¶ scripturam. ¶ Alij in peccatum.
b cato, & arietem immaculatum hostiã pacificam: canistrum a ¶ spiritualis alimoniæ. ¶ Euangelicæ doctrinæ. b ¶ Lætitiæ, gratia spiritussan&i.
c quoque panum azymorum qui cosperſi sint oleo, & lagana a ¶ Malitiæ & nequitiæ.
d absque fermento vncta oleo, ac* libamina siogulorum, quę ¶ Christus.
e offeret sacerdos corã dño, & faciet tã pro peccato quàm in
f holocaustũ, Arietẽ verò immolabit, hostiã pacificã dño, offe
rẽs simul canistrũ azymorũ, & libamenta quæ ex more de- ¶ Mens scilicet abstinentiæ. a cogitationibus superfluis.
bentur. Tunc radetur nazaræus ante ostium tabernaculi 1
a ¶ Sacerdos scilicet. b ¶ Præsumptionum cogitationes. 2
fœderis † cæsarie consecrationis suæ, tõlletq; cãpillos eius, 3
& ponet super ignem qui est suppositus sacrificio pacifico- ¶ Diuini amoris.
a ¶ Mysteria scripturarum obscura reuelando.
g rum, & * armum coctum arietis, tortámque absque fermen-
a ¶ Scientia scripturæ.
h to vnam de cãnistro, & laganum azymum vnum, & tradet ¶ Id est eam cum corruptione carnis spoliauerit, & onere curarum liberauerit.
in manibus nazaræi, postquam rasum fuerit caput * eius. ¶ Patris.
i Susceptáque rursum ab eo eleuabit in conspectu domini, a ¶ Quia nostra sapientia eius donum proprium est.
k & sanctificata sacerdotis erunt, † sicut pectuscũlum quod a ¶ Carnalis voluptatis mortificatio. ¶ Prædicta.
l saparari iussum est & femur. Post hæc potest bibere naza- 4
¶ Prædicta. 5
m ræus vinum. Ista est lex nazaræi, cùm vouerit oblationem 6
a ¶ Abstinentiæ consecratæ. b ¶ Qua scilicet sponte facit.
suam domino † tẽpore cõsecrationis suæ, exceptis his quę 7
† inuenerit manus eius. Iuxta quod mente deuouerat, ita fa
n ciet ad perfectionem sanctificationis suę. Locutusq; est dñs 8
ad Moysen dicẽs: Loquere Aarõ & filiis eius: Sic benedicetis 9
a ¶ Infusione spiritualium charismatum. b ¶ Cuius est custodire, vnde Psal. cxxvj. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat, &c.
o p filiis Israël: & dicetis eis: Benedicat tibi dõmin⁹ & custodiat 10 11

i *Eleuabit.* bona, scilicet, quæ continens operatur, patri præsentabit, & perpetua mercede faciet remunerari.

k *Sacerdotis.* quia ad eius gloriã pertinet quicquid nazaræus bene voluit, & opere consummauit. *Ipse enim est qui operatur in nobis & velle & perficere.* Philip. 2. f.

l *Post hæc.* id est post rectam intentionem, discretam promissionem, operis perfectionem & mercedis retributionem.

m *Bibe.* plenè & liberè haurire spiritualem donum. vnde: *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Psal. 35. b.

n *Locutusq; est.* Moses legem, Aaron sacerdotium, & filij eius ordinem ecclesiæ significãt. Docet ergo dominus per legem sacerdotum ordinem, quomodo populum prædicatione ædificent, frequenti oratione & benedictione confirment.

RABAN. Moses multiplicẽ habet significationẽ. Figura habet Iudaici populi, dum tenet caudam serpentis. Significat enim Iudæos in fine mundi ad fidẽ Christi venturos. Legem quoque significat, sicut suprà ostendimus. Moses multas habet significationes. Exod. 4. a.

Christi personam gerit, electos suos de spiritali Ægypto per aquam baptismi liberantis, scilicet dum populum de Ægypto per mare rubrum educit, dum tabernaculum complet, erigit, & vngit. Exo. 14. c.

o *Benedicat.* IDEM. Notandum, quia in hac benedictione nomen domini tertio inducitur, vt sancta trinitas intelligatur, a quo & per quẽ & in quo omnia bona sunt petenda & impetranda, quia ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. F

p *Et custodiat.* IDEM. benedictionem quam præcepisti, sua conseruet gratia. *Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam.* Rom. 11. d. Psal. 126. a.

☞ a Ostẽ-

☞ a *Ostendat.* Ostensio vultus Dei propitiatio est, & veræ salutis ostensio. vnde: *Ostende faciem tuam & salui erimus.* Psal. 77. b.

A b *Conuertat, &c.* Conuersio vultus significat misericordiam, auersio iram. vnde: *Respice in me & miserere mei.* Et alibi: *Quare auertis faciem tuam, & obliuisceris inopiæ nostræ.* Psal. 43. d. Rogãdum est ergo vt cuius auxilium auertim⁹ à nobis peccando, per pietatem suam vultum suum super nos illuminare dignetur, vt cum ab inimicis eruens, tribuat perpetuã pacẽ. † 1. q. 1. c. dictum à domino † vel eleuet dominus faciem suam ad te. Chald. interp. auferat dominus faciem suam à te.

a te: † Ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur 1
b tui: † Conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pa- 2 3
c cem. † Inuocabuntq; nomen meum super filios Israel: & ego 4 5
benedicam eis.

c *Inuocabunt.* IDEM. Sacerdotum est nomen domini inuocare. domini autem quod petitur perficere. Nemo ergo sibi tribuat quod sola trinitas cui vult præstat.

✲ PROCOPIVS. Vidẽsne quod nomen domini non os precantis bonas imprecationes confirmat? Quocirca rata etiam erit apud eũ q̃ fide cõprehẽderit ipsrecatio ea q̃ à peccatore fuerit enuntiata. Quemadmodum Balaami bene precantis in nomine domini, videlicet imprecatio apud dignos erat efficax. Trina verò precandi repetitio qua Balaam quoque vsus fuerat, trinitatem insinuat. Deo autem iure optimo omne benedictionis meritum acceptum refertur.

pro cunctis primogenitis filiorum Israel, tradidiq; eos do-
h no Aaron, & filijs eius de medio † populi, vt seruiāt mihi pro
Israël in tabernaculo fœderis, & † orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuariū. Feceruntq;
Moyses & Aaron, & omnis multitudo filiorū Israël sup Leuitas quæ præceperat dominus Moysi, purificatiq; sunt & laue
runt vestimenta sua. Eleuauitq; eos Aaron in cōspectu do-
mini & orauit pro eis, vt purificati ingrederentur ad officia
sua in tabernaculum fœderis corā Aaron & filijs eius. Sicut
præceperat dominus Moysi de Leuitis, ita factū est. Locutúsque est dominus ad Moysen dicens: † Hæc est lex Leuita-
¶ Cum insurgunt cinque vitiorum bella.
i rum: A vigintiquinque annis & suprà ingredientur, vt mini-
custodes vasorū fiunt. Per vigesimum & quintum annū, in quo flos iuuētutis oritur, contra vnūquenq; vitiorū bella signantur. Per quinquagenariū terna requies domito bello meris signatur. Per vasa tabernaculi fidelia animæ. Leuitæ ergo à vigesimoquinto anno tabernaculo seruiunt, & à quinquagenario custodes vasorū fiunt, vt qui adhuc impugnātium vitiorū certamina ꝓ consensum delectationis tolerāt, aliorum curam suscipere non ꝓsumant. Cum verò tentationū bella subegerint, cum apud se iam de intima tranquillitate sunt securi, animarū custodiā sortiātur.

1. Cor. 9. c.

Allegoricè.

F

Sed

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Bouē autem alter ū de ar. *&c. ad expiandum peccatū vituli.*

2 Et applicabis Leuitas corā ta. *quia ibi veniebant illi pro quibus offerebatur oblatio.*

3 Conuocata omni multitudine filiorū Israël. Cumq; Leuitæ, *&c. quia Leuita tradebatur domino pro primogenitis aliarū tribuū, & ideo ipsi Leuita erant quædam oblatio deo facta à tota multitudine.*

4 Ponent filij Israël manus suas super eos. *quia offerens debebat ponere manum super oblationem suam, vt patet in Leutico.*

5 Et offeret Aarō Le. *sicut erant sibi ad hoc tradita a multitudine.*

6 Leuitæ quoq; ponent, &c. *quia erant sacrificia ipsorum.*

7 Statuesq; Leuitas in conspectu Aaron, &c. *Hīc subditur ratio dicti mandati. Ad hoc enim de mandato domini ordinabantur, vt seruirent sacerdotibus in cultu diuino. qui cultus ante legem datam pertinebat ad primogenitos Israël qui erant ipsi deo obligati, ex quo percussit primogenitos Ægypti & ipsos saluauit, vt habetur Exo. xij. sed quia primogeniti aliarum tribuum facti sunt inepti ad cultum Dei, vt dictum est, ideo dominus loco illorum voluit Leuitas ordinari ad cultū suum: & hoc est quod dicitur:*

8 Ex die quo percussi omne primogenitū in terra Ægypti, sanctificaui eos mi. *a. primogenitos Israel.*

9 Et tuli, &c. *deputando mihi.*

10 Pro cunctis primo. s. *Cætera patent ex dictis.*

11 Feceruntq; Moyses & Aaron, &c. *Hīc ponitur executio dicti mandati & patet litera vsque:*

12 Eleuauitq; eos Aaron. *id est, præsentauit, non enim posset eos eleuare in altum sicut fiebat de oblationibus eius.*

13 Locutusq; est dominus. *Postquam descripta est Leuitarum ordinatio seu purificatio, hīc consequenter ponitur officiorum suorum executio, cum dicitur:*

14 Hæc est lex Leuitarum. *s. quantum ad executionem officiorum.*

15 A vigintiquinq; annis & supra. *Tunc enim ingrediebantur ad addiscendum officia, sed tricesimo anno instituebantur ministri vel repellebantur vt dictum est supra iij. x.*

✠ 1 Cumq;

MORALITER.

✠ 1 *Bouem autem alterum, &c.* qui offerebatur in holocaustum, per quod significatur, ꝙ clerici charitate feruere debent ad proficiendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed quis hæc perfectè subigat, cùm Paulus dicat; *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,&c.* Sed aliud est bella fortiter perpeti, aliud enerui ter expugnari. In istis excitatur virtus: ne extolli debeãt: in illis omnimodo extinguitur, ne subsistant. Rom.7.d.

Quæst.13.

✠ THEODORETVS. A vicesimo quinto anno vsq; ad quinquagesimum præcipit Leuitas ministrare. Quoniam prima ætas non habet plenã bonorum ac malorũ discretionem: postrema verò debilior est corpore. Secernit igitur tum iuuentutẽ tũ senectutem, illam quidem ob imbecillitatem animi, hanc verò propter corporis infirmitatem.

a ¶ Seruiant scilicet in ecclesia: non præsint. b ¶ Ist est cum quietem internam habuerint.

a ¶ Sopito vitiorum bello. ¶ Custodes animarum.

¶ A Deo.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Cumq; quinqua. *sin portandis oneribus & consimilibus.*

2 Eruntq; mi. *q.d. non propter hoc erunt otiosi. Ideo subditur:*

3 Vt custodi. *scilicet portas & vasa.*

2 Eruntq; 3

MORALITER.

✠ 1 *Cumq;,&c.* Per quod significatur, q̃ illi quãdiu & bene seruierint uierint in ecclesia à laboribus inferioribus immunes sunt dimittendi, & ad maiora promouendi, in quibus labor non requiritur corporalis.

ADDITIO.

In cap.viij. vbi dicitur in pos. In australi parte. *s. tabernaculi.*

In translatione nostra ponuntur in hoc loco quædam verba. quæ nõ habentur in litera Heb. scilicet cum dicitur: In australi parte contra Boream è regione respiciant ad mensam: *unde in Heb. an hoc loco sic habetur:* Loquere ad Aaron & dices ad eum: Cumq; accenderis lucernas contra eam partem quam candelabrum respicit, luceant septem lucernæ: *unde omnia alia quæ hic adduntur in nostra translatione, videntur fuisse apposita ab aliquo lectore in margine. Per modum gl. & postea ab aliquo scriptore imperito fuerunt textui interposita: sententia tamen videtur esse eadem.*

CAP. IX.

a *Faciant.* RABANVS. BEDA. *Faciant filij Israël phase in tempore suo, quarta decima die mensis hu.&c.* Cùm in veteri testamẽto tribꝰ indicijs paschale tẽpus obseruetur, vt post æquinoctiũ s. & mẽse primo & tertia eius septimana. i. à vespera quartædecimæ lunæ (quod est initiũ quintædecimæ B mæ) vsq; ad vesperã. i. terminũ vigesimæ primæ lunæ celebretur. Quarta regula nobis est ã resurrectiõe Christi imposita, vt cum æquinoctio trãseunte sol lunã primi mẽsis quartamdecimã oriri vespere videremus, non statim pascha faciamus, sed dominicum diẽ quo tempore pascha, i. transitum de morte ad vitã refurgẽdo celebrauit, expectãtes in ipso pascha celebremus. Quòd si qs obiecerit, non æquinoctij memoriã sed tantũ primi mẽsis & tertiæ septimanæ posuisse legiferum, sciat, qa etsi æquinoctiũ nominatim non exprimit, in hoc tamen q̃ à plenilunio primi mensis pascha fiori præcipit, æquinoctij transfoẽsum depromit. Quoniã constat eã quæ prima trãsito æquinoctio plenũ globũ ostẽdit, primi mẽsis existere lunã. Quoties ergo diẽ dominicũ mox adueniente quintadecima luna habemus, nihil nostrũ tẽpus paschale dissonat à legali, quãuis alijs sacramẽtorũ generibꝰ pascha colimus. Quoties verò secũdo, vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel sexto, vel septimo, abhinc die idẽ dominicus occurrit, nec tunc legẽ & prophetas soluimus. Nam sinecut tot paschaliũ obseruantia ceremoniarũ, ita etiã tempus quo agi præceptũ est sacra mysteria redolet. In primis enim æquinoctium transgredi iuxta legis decretũ curamus, vt solẽnitas (in qua Christus destructa potestate tenebrarũ mũdo lucis iter aperuit) ipso tẽporis ordine foris ostẽdat quid intus habeat. Et q̃ nobis æternæ beatitudinis lumen promittit, tunc maximè celebretur cum sol annuo ꝓficiẽs incremẽto, primã sumit de noctis vmbra victoriã. Deinde primũ mẽsem anni, qui & nouorũ vocatur, in quo pascha celebremus, attendamus. In quo scilicet mundus iste formatus est, & primus homo in paradisi sede locatus: quia p hanc solennitatem primã stolam, & primũ regnum, à quo in longinquã regionem discessimus, nos recepturos speramus. vnde: *Celos autẽ nouos & terrã nouã & promissa illius expectamꝰ.* Et: *Ecce nouã facio omnia.* Obseruatio tẽporis paschalis.

CAP. IX.

1 LOcutus est dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo postquam egressi sunt de terra Ægypti, mense primo dicens: 2 Faciant filij Israël phase in tempore suo quartadecima die mensis huius ad vesperam, 3 iuxta † omnes ceremonias, & iustificationes eius. 4 Præcepitq; Moyses filijs Israël, vt facerent phase. 5 Qui fecerunt † tempore suo, quartadecima die mensis ad vesperam in † monte Sinai. Iuxta omnia, quæ mãdauerat dominus Moysi, fecerunt

† omnia statuta & ordinem siue modum eius & infrà.

† in primo sub. mense.

† deserto

Lucæ 15.c. 2.Petr.3.c. Apoc.21.b.

BEDA. Deinde tertiã septimam obseruamus, quod dominicæ resurrectioni congruit, quæ tertio die facta est, & tertio tẽpore seculi. i. cum gratiæ cælestis aduẽtu tota eius in carne dispensario p resurrectionis gloriã consummata mundo apparuit. Prima enim seculi tẽpora, lege naturali p partes, media lege literali vel prophetis, extrema charismate spiritali per seipsum illustrauit.

BEDA. Ipsa quoq; lunæ conuersio sacramentũ cæleste nobis significat. Luna enim rotũdi schematis à sole lumen accipit: ideo semp dimidio orbe quẽ ad solẽ habet, lucida est, altero verò dimidio semp obscura. A prima vsq; ad quintãdecimã lucis incrementũ ad terras, defectũ verò habet ad cælos à quintadecima vsq; ad nouissimam ecõuerso: quæ eius cõuersio rectè paschalis

☞ gaudij

NICOLAVS DE LYRA

CAP. IX.

1 LOcutus est, &c. *Hic consequẽter describitur officium pontificis quantum ad phase celebrationem, qua debebat docere populum de modo & tempore celebrandi. Primo igitur describitur tempus celebrationis secundò casus dilationis, ibi:* Ecce autẽ quidam. *tertiò reatus transgressionis, ibi:* Si quis autem immundus est. *Circa primum dicitur sic:*

Diuisio.

2 Faciant. *s. quadragesima die mensis primi.*

3 Ad vesperã. *qa talis hora erat lege determinata, vt patet Exo.xij.*

4 Iuxta omnes ceremonias. *Per hoc intelliguntur conditiones agni, vt dicit Ra.Sa. vt q̃ sit sine macula, masculus, & anniculus.*

5 Et iustificationes eius. *quantum ad modum comedendi scilicet cum azymis & lactucis agrestibus & alijs conditionibus, quæ plenius tacta sunt & exposita Exod.xij.*

✠ 1 Ecce

MORALITER.

✠ 1 *Locutus est,&c.* 2 *Faciant,&c.* Per hoc q̃ filijs Israël præcipitur celebratio phase tempore determinato sub pœna mortis, significatur q̃ omnes catholici tenentur celebrare pascha tempore determinato ab ecclesia, & tunc recipere debent sacramentum eucharistiæ, aliter incurrunt mortale peccatum, nisi legitimũ habeat impedimentũ, quo cessante debẽt deuotè cõmunicare: sicut filij Israël impediti legitimè mense primo faciebãt phase mense secundo. Modus autem celebrandi phase, & sensus eius mysticus positi sunt suprà Exod.xij.& xiij.cap.

✠ *Igitur*

☞ gitur *significat mysteria, quibus omnẽ mentis nostræ gloriã à terrenis auertere, & ad solã gratiæ cælestis lucem suspendere do*cemur. Vel crescens ad humanos oculos lumen lunæ, virtutum † gloriã, quibus apparẽs dominus in carne mũdo resultãt, insinuat. †gratiam.

Luc.1.g. De quibus dicitur: *Et Iesus proficiebat ætate & sapientia & gratia apud Deũ & homines,* &c. Reuertẽs verò ad cælos refurrectiõis & ascẽsionis gloriã, quæ in se quidẽ mox præcẽta † peruenit, sed in animo fidelium quibusdam lucis suæ ꝓfectibus vsq; ad finẽ seculi crescit. Resurgens ẽm dominus primò singulis, postea binis, deinde pluribus, modò septẽ, modò vndecim, modò duodecim, modò plus quã quingentis fratribus simul, ad vltimũ discipulis omnibus apparuit. Quibus videntibus in cælum ascensurus præcepit eos dispensationis suæ testes esse vsque ad vltimum terræ. † peruenit

† prohibemur

† audiam

1.Cor.15.

Act.1.a.

BEDA. Bene autẽ luna cum ad nostros crescit oculos, paulatim à sole recedit: cum verò ad cælos, paribus ꝓtijs ad eũ redit. Hoc est enim quod ait: *Exiui à patre & veni in mũdum, & iterum, relinquo mundũ, & vado ad patrẽ.* Et Dauid ait: *A summo cælo egressio eius, & occursus, &c.* Quia ergo luna lucis incremẽto quod exiens à sole ad nostros reuoluit obtutus, Christi in carne vsq; ad passionẽ doctrinã virtutesq; significat. Eo autem q̃ ad solem rediens paulatim ad inuisibile nobis cæli facié recolligit, resurrectionis & posterioris gloriæ miracula demõstrat, meritò quintadecima paschali gaudio adaptatur. Iohan.19.f.

Psalm.18.b.

BEDA. His quidẽ paschæ vel phase à lege assumptis indicijs, hæredes noui testamẽti etiã diẽ dominicã adnectimus, qa & cõditione primitiæ lucis excellit, & triũpho dñicæ resurrectiõis.

B BEDA. Septẽ quoq; dies lunæ. i. à quindecima vsq; ad vigesimam primã per quos ea dominica naturali ordine decurrit, vniuersitatẽ ecclesiæ per totum mundum paschalibus mysterijs redemptæ significat. Septenarius enim vniuersitatẽ significat. vnde: *Septies in die laudẽ dixi tibi,* hoc est: *Semp laus eius in ore meo.* Vnde & Iohãnes septẽ ecclesijs Asiæ scribẽs, vniuersalis ecclesiæ mysteria demõstrat. vnde singulis hortamẽta cõscribens vigilanter repetit: *Qui habet aures audiendi audiat. quid spiritus dicat ecclesijs,* quasi: *Quod vni dico omnibus dico.* Psalm.118.a. Psalm.33.a. Apoc.1.c. Mat.13.d.

IDEM. In nomine quoq; paschæ vel phase admonemur moraliter vt de vitijs ad virtutes trãseamus. In mense autẽ nouorũ (in quo aduẽti fructus aduẽtu suo ꝓnuntiant veterũ cessationẽ) *vt exuamur veterẽ hominem cum actibus suis, & induamur nouum,* & vegetati diuersarum varietate virtutũ, earumq; solijs velut amœnæ arboris adumbratione velati, tanquã lætæ & fructiferæ segetes pullulemus. In plenilunio, vt ꝓfectũ splendorem fidei & sensus gerẽtes à peccatorũ tenebris segregemur. In reuersa luce ad cælos, quod à quindecima luna incipit, vt quantò magni sumus, humiliemur in omnibus, dicentes: *Gratia Dei sum id quod sum.* Quæ gratia superni muneris, quia tertio tẽpore seculi manifestius effusa est, pulcherrimæ figuræ cõsequentia, tertiæ lunæ hebdomadæ lumen ipsius quod eatenus ad terras creuerat, ad cælestia crescere inchoat. Pulchrè hanc hebdomadã in pascha obseruare præcipimur, vt acceptæ gratiæ memores p̃ singulos gradus spiritalis trãsitus largitori illius vicem tendamus. Col.3.b.

Eccle.3.c. 1.Cor.15.b.

BEDA. Vel in crescẽte ad homines luna, vita actiua, in reuersa ad cælos, speculatiua ostenditur. Vel in hac conuersione, dilectio proximi, in illa Dei. Vel huc cõuersus lucis profectus admonet, vt bona foris operemur, illuc porrò, vt eadẽ opera solo supernæ mercedis intuitu faciamus. Huc, *vt luceat lux vestra coram hominibus, & videant opera bona illuc, vt glorificent patrem vestrum qui in cælis est.* In vna sabbathi qui noui testamẽti propria solẽnitas Matth.5.b.

C tum eucharistiæ, aliter incurrunt mortale peccatum, nisi legitimũ habeat impedimentũ, quo cessante debẽt deuotè cõmunicare: sicut filij Israël impediti legitimè mense primo faciebãt phase mense secundo. Modus autem celebrandi phase, & sensus eius mysticus positi sunt suprà Exod.xij.& xiij.cap.

a filij Israël. Ecce autem quidã immundi super anima homi- 1
¶ Vel phase.
nis, qui non poterant facere pascha in die illo, accedentes ad 2
a ¶ Propter contactum alicuius mortilini.
Moysen & Aaron, dixerunt eis: Immũdi sumus sup anima 3
hominis, quare † fraudamur, vt non valeamus oblationem 4
offerre domino in tempore suo inter filios Israël? Quibus re- 5
b spondit Moyses: State vt † consulam quid præcipiat dominus de vobis. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Lo- 6
a ¶ Gentilis, in anima possitus cum omnibus vitijs & demonibus formicetes.
c quere filijs Israël: Homo qui fuerit immundus super anima,

minum Moses. Et respõsum accepit, vt cuicunq; hoc accidisset, vel longè remotus occurrere nõ posset, alio mẽse pascha faceret propter diẽ mensis quartumdecimũ, vbi lunæ numerus obseruabatur. Sed si quæratur quid facerent, si forte talis immunditia ad secundũ etiam mẽsem occurreret? Puto q̃ dictum est de mense secundo, tanquam regulariter fuisse retinẽdum, vt tertio mense obseruarent. Aut forte si pascha nõ egissent, ad culpam non pertineret.

✠ THEODORETVS. Peccatum huiusmodi cõiunctam habet excusationẽ. Nam tales angore animi depressi propter quosdam è familaribus sepulturæ traditos, immundi erant ex legis sentẽtia. Veriti ergo ne celebrantes pascha, cõmitterent in præceptum de immundis traditũ, & in contrarietatẽ legum prolaberẽtur, causam detulerunt ad legislatorem. At illeinõ ausus est respon dere donec consuluisset dominum. Siquidem in hoc delictum inciderat Iesus filius Naue, qui ante hanc consultationẽ Gabaonitas exceperat. Quæst.14.

b *State vt consulam.* GREGORIVS. Moyses crebrò de rebus dubijs ad tabernaculum recurrit relictis turbis. Ad tabernaculũ redire, est positis exterioribus tumultibus secretum mẽtis intrare. Ibi enim dominus consulitur, & quod foris agẽdum est publicè, intus silenter auditur. Hoc quoq; quotidie boni rectores faciunt, cùm se res dubias discernere non posse cognoscunt, & ad secretum mentis, velut ad quoddam tabernaculum recurrentes, diuina lege perspecta, quasi coram posita arca, dominum consulunt. Et quòd prius intus tacentes audiunt, foris postmodum agentes innotescunt. Vt enim exterioribus inoffensè deseruiant, ad secreta cordis recurrere inessabiliter curant: & sic accem domini quasi per occultam inspirationem audiunt, dum in meditatione mentis à carnalibus sensibus abstrahuntur. Lib.33. moral.cap.21. Mystice.

c *Homo qui fuerit immundus super anima, &c.* ISIDORVS. Præcipitur, vt qui longius habiẽbant, vel immundi in anima fuerant, in secundo mense pascha faciant: quia Gentiles cùm omnibus demonibus fornicati, immundi erant & à deo remoti. Sed salubri confessione mundati ad Christi natiuitatem quasi ad secundum mensem tranire præcipiuntur.

RABA. Immundus est in anima, qui à diabolica illusione per idolorum culturam & peccatorum enormitatem pollutur. In via procul est, qui verbum salutis audiens, idola deserere & fidẽ præcipere eligit, sed nondum ad baptismum peruenit, quo intratur in ecclesiam id est, Ierusalem vrbem pacis, vbi domini rẽplum & sancta sanctorũ. In vna enim domo carnes agni iubẽtur comedi, quia extra ecclesiã non licet edere corpus Christi. Gentilis ergo populus (quia primum pascha secundum legem agere non potuit) in secundo mense, id est tempore gratiæ iam purgatus, ab omni immunditia peccatorum, domiq; restitutus, vbi licet facere phase, ad vesperam mundi cum azymis & lactucis agrestibus agnum comedit. Exod.12.g.

☞ *Homo*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ecce autem. *hic ponitur casus dilationis quantum ad aliquos, cum dicitur:* ecce autẽ quidã immundi *ex tactu mortui vel alia immunditia propter quam impediebantur à celebratione dicta.*

Anima hominis.

2 Accedentes ad. *simul existentes ad docendum populum.*

3 Immundi sumus. *quod exponitur dupliciter. Vno modo sic: Super anima hominis. i. plus quam homo qui licitè possit comedere agnũ paschalem, & sic accipitur hic anima hominis pro toto homine sicut dicitur j. Mach.ix.* Peremerunt animas hominũ multas. *Alio modo, vt per animã hominis intelligatur mortuus, vt sit sensus immundi sumus super mortuo. i. ex tactu eius. vnde suprà c.v. vbi translatio nostra habet:* Polluti sq̃, est sup mortuo, *in Hebræo habetur:* Sup anima. *& quia hoc potest accidere sine peccato, imò etiam cum merito, sicut in sepultura mortui, sequitur:*

4 Quare frau. vt non va. obla. offer. *acsi dicant, ex bono opere non debemus impediri à celebratione phase.*

5 Quibus respondit Moy. *quia casus videbatur dubius, voluit sup hoc quærere Dei consilium per hoc ostendens, q̃ in dubijs non est præcipitanter respondendum.*

6 Homo. *ad est super anima, exponatur modo prædicto.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex cathena græca.

Homo qui &c. APOLLINARIS. Iudæus profectò talis est qui dominum occidit, in itinere autem & procul ab Hierosolymis, id est, ab ecclesia, idolatra est & hæreticus: ij neque verum pascha, neque suo tempore celebrant.

a *Azymis.* RABA. Azyma comedit, qui recta opera sine corruptione vanę gloriæ fecit, & mandata misericordiæ siue peccati redemptione.

† ex vobis, vel ex generationibus vestris.

b *Agrestibus.* Quia cùm corpus Christi accipimus, pro peccatis cõpungi debem⁹, vt amaritudo pœnitẽtię abstergat amorem peruersæ vitæ.

† tempestate, quam futuris seculis, † amaritudinibus .i. herbis amaris.

† Iohã.19.g. † distulit facere vel tardauit.

† vel pœnã peccati sui.

c *Omnẽ ritum.* Quicquid in lege historialiter præceptũ est, in celebratione paschæ ecclesia spiritualiter obseruat.

d *Obseruabunt.* Quia eius dicta sollicite sũt discutienda, vt in prę senti vita intelligẽdo & operando penetrẽtur.

† rectũ testimonij .i. tabernaculũ

B e *Exterminabitur.* Eos qui sub lege erãt, cõminãdo instruit, ne tẽpus paschę obseruare negligãt. Nos quoque admonet, vt spiritualę paschа suo tempore faciam⁹, de quo Paulus ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, &c.*

2.Cor.6.a.

† custodiebant filij Israël custodiam .i. cauebãt siue observabãt ne iniussu Dei aberẽt, ne nube nõ surgẽte iungerẽt.

Quia quisquis redẽptionem humani generis, quæ veri agni immolatiõe facta est, fide digna nõ celebra uerit, & vitam suam in meliora non conuerterit, & à vitijs ad virtutes non trãierit tempore huius mortalitatis, ad resurrectionis gloriam in fine veris cultoribus Christi tribuendam non pertinebit, sed exterminabitur à consortio sanctorum.

† Si verò duobus, siue vno, &c.

a Adeo, quia fiue fide vnius dici. siue lege.

siue in viã procul † in gente vestra, faciat phasę domino mẽ- 1
a sę secundo, quartadecima die mẽsis ad vesperã, cum azymis 3 4
b & † lactucis agrestibus comedent illud. † Non relinquẽt ex

¶ Resurrectionis.

c eo quippiam vsq; mane, & † os eius non confringent, omnẽ
a ritum phasę obseruabunt. Si quis autẽ mundus est, & in itine 5
e nere non fuit, & tamen † non fecit phasę, exterminabitur a-
nima illa de populis suis, quia sacrificium domino non ob-
f tulit tẽpore suo: † Peccatum suum ipsę portabit. Peregrinus 6
quoq; & aduena si fuerit apud vos, faciat phasę domino iux
ta ceremonias & iustificationes eius. † Præceptum idem erit

¶ Recapitulatio est hic.

apud vos tam aduenæ quàm indigenæ. † Igitur die qua ere- 7
g ctum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vespere autẽ
super † tentorium erat quasi species ignis vsq; mane. Sic fie-
bat iugiter: Per diem operiebat illud nubes, & per noctem
h quasi species ignis. Cumq; ablata fuisset nubes quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filij Israël, & in lo-

¶ Ad signum .s. nubis standi vel mouendi, per quod Deus præcipiebat vel starevel moueri.

co vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur. Ad imperiũ domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus stabat nubes sup tabernaculum, manebant in eodem loco. Et si euenisset vt multo tẽ-

¶ Custodientes s. præceptum domini.

pore maneret sup illud, † erant filij Israël in excubiis domini, & non proficiscebantur quotquot diebus fuisset nubes su per tabernaculum. Ad imperium domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Si fuisset nubes à vespere vsq; ad mane, & statim diluculo tabernaculũ reliquisset, proficiscebantur, & si post diem & noctem recessisset, † dissipabãt tentoria. † Si verò biduo aut vno mense vel † lon-

a ¶ Mundi. 2

Moraliter.

3 †Exod.12.g.

4 ✠ PROCOPIVS. Quamprimùm enim ecclesia exorta fuerit, splendor gloriæ Christi ei affulget. Quæ ijs quidem qui in noctis caligine oberrant, lumen immittit, ijs qui mẽtis luce sunt illustrati, suam protectionem largitur.

† Statutum

Mysticè. Incarnatio Christi, cuius clemẽtia tabernaculum ecclesiæ protogit, bonitas statũ disponit, prudentia in via huius seculi trãsitum dirigit.

† Exo.40.d.

E

GREGORIVS. In igne terror, in nube lene visionis blandimentum. Dies vita iusti, nox verò peccatoris. vnde: *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.* In die ergo per nubẽ columna monstratur, in nocte per ignem, quia Deus blãdus iustis, terribilis apparebit iniustis. Hos in iudicio veniens per lenitatis manſuetudinem demulcet, illos per iustitiã districtionis terret. Aliter. Columna nubis, in eremo populum præibat splendore ignis, non in die sed in nocte radians, quia Christus suæ conuersationis exemplo ducatum sequentibus præstans, de iustitia sua confidentibus nulla lu ce claruit, peccatorũ suorum tenebras agnoscentibus igne sui amorisinfulsit.

Homil.12.in Euangelia.

Ephe.5.b.

Tropol.

† proficiscebantur † anno.

Exod.33.d.

F

Libr. exp. 24.in Num.

h *Cumq; ablata, &c.* ✠ RVPERTVS. Glorioſum fuit ducibus illis quod ad imperiũ domini proficiscebãtur. Verum glorioſius est, quòd patres nostri, duces nostri, qui speciali ꝓcinctu deuexerunt ad nos sanctuarium domini, incarnationem, passionem, resurrectionem, & ascensionem prædicantes, non ad suum arbitrium quo volebant, ipsi proficiscebantur, sed quando, quò, & quomodo imperabat illis spiritus Iesu.

☞ illis ros.

Hinc

† sermonem domini

illis quod ad imperiũ domini proficiscebãtur. Verum glorioſius est, quòd patres nostri, duces nostri, qui speciali ꝓcinctu deuexerunt ad nos sanctuarium domini, incarnationem, passionem, resurrectionem, & ascensionem prædicantes, non ad suum arbitrium quo volebant, ipsi proficiscebantur, sed quando, quò, & quomodo imperabat illis spiritus Iesu. Hinc

giori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israël in eodem loco, & non proficiscebantur: statim autem vt recessisset, mouebant castra. Per verbum domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur, erãntque in excubiis dñi iuxta † imperiũ eius per manũ Moysi.

a *Per verbum domini figebant tentoria.* significatio nubis, quæ erat signum diuinæ voluntatis, sicut vox loquentis.

Hinc illud est quod in actis legimus: *Transeuntes autẽ Phrygiam & Galatię regionem vetiti sunt a spiritu loqui verbum in Asia, &c.*

Actor.16.

D

ADDITIO.

In cap.ix. vbi dicitur in postil. Ex hoc autem quod dicitur: In via ꝓcul. *Istud* in gẽte vestra, *non est in Hebræo: & ideo lex ista loquitur de eo qui est in itinere extra viam filiorum Israël, vbi non poterat celebrari Iebrari phasę. Ideo ly* in gente vestra, *quod additum est in translatione nostra, non est referendum ad viam procul, sed ad hominem qui est in itinere, vt sit sensus: homo in gente vestra, id est, de gente vestra faciat, &c.*

CAP. X.

a *Locutus est.* ISIDORVS. *Fac tibi, &c.* Et paulopost: *cùm cõcisus clangor increpuerit mouebuntur castra, &c.* Per duas tubas exercitus ducitur: quia per duo testamenta vel duo charitatis præcepta ad procinctum fidei populus euocatur. Quæ ideo argenteæ fieri præcipiuntur, vt prędicatorum verba eloquij nitore refulgeant, & auditorum mentem nulla sui obscuritate cõfundant. Ideo autem ductiles, quia necesse est, vt qui venturam vitam prædicant, per tribulationum præsentium tunsiones crescãt. Bene autem dicitur: *Cum concisus clangor increpuerit mouebuntur castra:* quia cum subtilior & minutior prædicatio tractatur, auditorum mentes ad tẽtationum certamina ardentius excitantur.

De tubis argẽteis et ductilibus.

B

† solidas, rigidas, aut in cudibus malleisque subactas

† vel taratantara

† concisior

✠ PROCOPIVS. Duplex in concionibus est promulgatio. Altera quidem moralis, altera doctrinalis. ea videlicet qua veritatem tradẽtes, falsitatem redarguimus, quemadmodum Paulus eos qui à matrimonio & cibis tanquam rebus per se prauis abstinendum

C

nendum esse asserebant.

b *Si semel clangue.* RABANVS. Semel tubis clangere est verbum doctrinæ secundum vnitatem fidei & concordiam sensus catholici proferre. Ad hunc sonum principes & capita multitudinis debent conuenire, vt qui præsunt cæteris fide & dilectione vniti de salute sua & suorũ fideliter disputent, pacis & concordiæ exẽplum demonstrẽt. Ne sit in eis zelus & contentio, & id ipsum dicãt omnes in eodem sensu, & in eadem scientia.

Moraliter.

E

c *Primi.* quia .i. lux fidei primum insulsit. Ordinatis ergo euangelij prædicatoribus primũ eis dicitur: *In viam gentium ne abieritis, sed ite ad oues quæ perierũt domus Israël:* quibus ipse Christus scilicet præsentialiter euangelium prædicauit. Post resurrectionem verò discipulis apparens ait: *Euntes docete omnes gẽtes, &c.*

Matt.10.a.

Matt.28.d.

Tribus ergo Iuda cum cæteris quæ secum ad orientem habitabant, primùm castra mouebat: deinde cæteræ secundum ordinem suum. Quia primùm in Iudea oportuit primitiuam ecclesiam construi, post de cunctis orbis nationibus gentes ad fidem conuocari.

F

☞ a *Quando*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Siue in. *Ex hoc autem quod dicitur:* In via procul, *posset aliquis credere, ꝙ lex ista loqueretur de illis qui essent in itinere extra terram Israel, & per consequens existentes intra terram vbiq; possent facere phasę in die suo, quod non est verum, quia non potest fieri extra Ierusalem. vt habetur Deut.xvj. adeo addatur:*

2 In gento. *ad ostendendum, ꝙ lex ista loquitur etiam de illis qui erant in terra Israël tantum extra Ierusalem.*

3 Faciat phasę domi. mẽse secũdo. *Sicut enim irregularitas in nouo testamento aliquando causatur ex bono actu, vt ex occasione malefactoris per sententiam iudicis, sic in veteri testamento ex actu sepultura impediebatur ad tempus celebratio phasę. Expectabatur autem mensis secundus, vt luna esset in eodem statu, secundum cuius motum ordinabatur istud festum.*

4 Cum azymis & lactucis, &c. *hoc expositum est Exod.xij.*

5 Si quis autem. *Hic consequenter ponitur pœna transgressionis .s. mortis, si non habebat causã prædictas dilationis.*

6 Peregrinus quoq; & aduena. *Is & , est expositiũ huius dictionis, peregrinus: vnde in Hebræo est hic vna dictio tantum pro vtroq;. Dicitur autem hic peregrinus & aduena: qui non est de filijs Israël, sed est conuersus ad Iudaismum & talis similiter tenetur facere.*

7 Igitur die qua erectum, &c. *In præcedentibus huius libri descripta sunt ea, quæ pertinent ad ordinationem populi proficisci debentis: hic consequenter describitur eius ordinatio actu proficiscentis. Circa quod primò ponitur profectionis directio, secundo ipsa profectio cap. x. ibi:* Anno secundo, &c. *Adhuc circa primum præmittitur directio facta ministerio angelico secundò humano, in principio x. cap. Prima directio erat per motum nubis, quæ ministerio angelico mouebatur, vt habetur Exod.xxiij. vbi dicitur sic:* Tollensq; se Angelus qui præcedebat castra Israël, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis. *cum igitur mouebatur nubes, mouebant castra nubem sequendo. cum autem quiescebat, ibi manebant figentes tentoria sua. De columna autem ignis & nubis vtrum esset vna vel dua, dictum fuit Exodi xiij. Cætera patent in litera.*

NICOL.

MORALITER.

✠ 7 *Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit, &c. il. nu.* Iohan.9.c. Per nubem istam significatus fuit Christus, qui stat super ecclesiam quasi columna ignis, repellens tenebras noctis ignorantiæ, & quasi columna nubis de die refrigerans æstum tribulationis mundanæ.

† *Cunctis diebus qui.s.nu.* Per hoc autem, quòd filij Israël proficiscebantur ad motum nubis, & non aliter, significatur quòd homines moueri non debent ad motum passionis, sed ad instinctum rationis, quæ est quædam participatio diuini luminis in nobis, secundum quod dicitur in Psalm.iiij. b. *Signatum est super nos lumen, &c.*

MORAL.

† *Cunctis*

NICOLAVS DE LYRA CAP. X.

1 LOcutus est. *Hic consequẽter agitur de directione profectionis mysterio humano, .s. sonitu tubarum, cum dicitur:*

2 Fac tibi duas tubas ar. *quia argentum est met alium bene sonorum.*

3 Ductiles. *i. deest factas cum marcello, non fusiles.*

4 Quibus conuocare. pos. mul. &c. *In Hebræo coniunctio copulatiua interponitur:* & quando mouẽda sunt castra. *Ad hæc enim duo deseruiebant tuba, & etiam ad quædam alia, vt subditur infrà. Nõ enim Moyses Moyses vocabat multitudinem in motionem castrorum, sed quilibet dux vocabat eos qui erant sub suo vexillo.*

5 Cumque increpueris tubis. *.s. duabus.*

6 Congregabitur ad te omnis turba. *& non dicit principes, quia hoc fiebat quando Moyses volebat inquirere qualiter regebant populum principes & tribuni & centuriones & cæteri, qui præerant in populo, vt dicit Ra. Sa.*

7 Si semel clangueris. *In Hebræo habetur:* Si in vna scilicet tuba clangueris, venient ad te principes, & non turba.

8 Si autem prolixior atque concisus clangor. *iste clangor erat in duabus tubis, sicut postea subditur.*

✠ 1 Vlulan

MORALITER.

✠ 1 *Locutus, &c. Fac tibi duas tubas.* Per quas prædicatores mysticè designantur, Esa. lviij. a. *Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Dicuntur autem duæ propter geminam charitatem quæ debet in prædicatoribus esse, & ad hoc significandum Luc.x.a. Bini missi sunt ad prædicandum, secundum quod dicit Gregorius Homil.xxxix.

3 *Argenteas*

3 *Argenteas, ductiles.* id est, factas cum marcello. Per argentum significatur puritas vitæ per ductilitatem verò virtus patientiæ, quæ debet in prædicatoribus esse.

4 *Quibus conuocare possis multitudinem.* Vsus enim istarum tubarum erat ad quatuor, scilicet ad populi congregationem, ad castrorum motionem, ad belli congressionem, & ad festi celebrationem: ꝙ quæ designatur, ꝙ prædicatores populum catholicum conuocare debent ad vnitatem fidei, & ad proficiscendum per viam meriti, & ad bellandum contra insultus diaboli, & ad festum cælestis gaudij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ a *Quandonquidem congre.* RABANVS. In conuocatione populi simplex tubarum clangor & non concisus esse iubetur, quia qui multitudini verbū Dei pdicat, simpliciter & aperte debet loqui, vt multi intelligant & ædificētur. Ne si obscurè & insolēter pdicauerit, auditores procedant vacui. vnde Paulus: *Fratres si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia aut in doctrina, &c.* Et paulò post. *Omnia ad ædificationem fiant.* Verbū enim nimis obscurū vel ambiguum vulgi more debet dici, vt intelligatur etiam ab indoctis. Quid enim prodest locutiōis integritas, si audientē nō ædificat? Pro nihilo enim loquemur, si ab his, pter quos loquimur, nō intelligimur. Qui ergo docet, vitet omnia verba quæ nō docent: & si p eis quę intelligātur dicere potest integra, id magis eligat. Si verò nō sunt vel in psenti non occurrunt, vtatur verbis minus integris dummodo res integræ doceantur & discantur. Nec solùm in priuatis collocutionibus, sed magis cùm populus cōuocatur. Est autē optimus dicēdi modus, quo sit vt qui audit, veritatē audiat & intelligat: boniq; ingenij insignis indoles in verbis verū amare, nō verba. Quid enim prodest clauis aurea, si non aperiat? Et quid obest lignea, si aperiat? Nihil enim quærimus, nisi vt pateat quod clausum est.

Quomodo aperte docendum. 1.Cor.14.b.

Dicendi siue cōcionandi modus optimus.

b *Filij autem.* prædicatores. s. verbū Dei pdicant, & viā iustitiæ auditoribus demonstrant, vt in semita mandatorum Dei boni operis gressum ponant, & iter impiorum fugiant.

Quæst.15. ✲ THEODORETVS. Cur sacerdotibus clangere tuba demandatur? propterea quod sacra res erat. Vocationem namque Dei denotant tubæ, *vt sint*, inquit, *in monumentum coram Deo vestro: ego dominus Deus vester*, simulque populo reuocarent in memoriā quanto tubarum strepitu in monte Sina perterruisset illos.

c *Clange.* Subditos. s. ad pœnitētiam & ad cōpunctionē lachrymarū excitando, & corda auditorum ad Dei misericordiam implorandam prouocando.

C d *Si quando habebitis epu.* RABANVS. Nota quia in aduersis & prosperis tubis clangere præcepit, quia omne tēpus cōuenit verbo Dei. Modò enim legendum est, modò deo cantandum. Modò orare, modò docere, modò exhortari, modò increpare conuenit: qa secundum qualitatem auditorum temperandus est sermo doctorum. vnde: *Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Et alibi: *Prædica verbū, insta opportunè, importunè, &c.*

D Semper clāgendum. Psalm. 33.a. 1.Ti.4.a.

✲ RVPERTVS. Sācta Romana ecclesia & hoc legitimum sempiternum esse voluit in generationibus suis. Nā quoties epulum habet & dies festos, quis non admiretur quanto spiritualium clangore tubarū cōcrepet super holocaustis & pacificis victimis suis? Quod em est epulū eius nisi corporis domini sacramentū? Qui sunt dies festi, nisi incarnationis aut natiuitatis ei⁹ dies annuus & gloriosissimū resurrectionis tempus, & sanctorum Apostolorū & beatorum natalitia martyrum?

Vbi suprà cap.27.

c *Anno secundo.* HIERONYMVS. Duodecima mansione venerunt filij Israël in desertum Sinai die quadragesimo septimo, ex quo de Ægypto exierunt. vnde in Exod. Mense tertio egressionis filiorum Israël de Ægypto, in hac die transierunt in solitudinē Sinai. Profectiq́ue filij Israël de Raphidim venerunt in desertum Sinai, & castrametati sunt in Heremo, & Moyses ascendit ad Deum. *Vocauitque eum dominus de monte &c.* Et rursum: *Vade*, inquit, *ad populum tuum, & sanctifica eos hodie & cras, & lauent vestimenta sua, sintq́; parati in diem tertium &c.* Supputemus numerum, & inueniemus quinquagesimo die egressionis Israël legem datam in monte Sinai: vnde & Pentecostes solennitas celebratur, & euangelij sacramentū spiritussancti descensione completur. In hac mansione media pars Exo. & totus Leuiticus, & Numerorum præcepta non modica, & per singulas populi tribus distributio, & oblatio principum descripta sunt. Interpretatur autem Sinai rubi, non vnus, vt suprà in solitudine Sin, sed plures, vt ibi principium sit, hic perfectio, ibi solitarius numerus, hic multiplex: aliud est enim vnam, aliud omnes gratias possidere. Israël igitur post

Epist. ad Fabiolā de 40. māsionibus. Literaliter. Exod.19.a. Exod.19.b. Pentecostes.

☞ familiarem

F

☞ familiarem cum domino sermonem iuxta montem Sinai commoratus, anno vno & diebus quatuor mira dispositione castrorum egressus est in solitudinem Pharan quæ interpretatur onager vel feritas: ibique succubuit malæ bestiæ, fastidiens cælestem panem, & Ægyptiorum carnes desiderans, quando multos subitum deuorauit incendium, & intercedente Moyse flamma vorax consumpsit humum. Tūc accipiunt coturnices, & vsque ad nauseam deuorāt. Eliguntur septuaginta presbyteri, & vadunt ad ostium tabernaculi: duo remanent Heldab & Medab, nō imperij negligentes, sed humilitate submissi, dum se honore arbitrātur indignos, vnde & absentes prophetant. Saturatoque populo, cùm adhuc esca esset in ore eorum, ita Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israël impediuit, ne ad malum velociter currerent: vnde dictus est locus sepulchra concupiscentiæ, siue iuxta Lxx. memoriæ desiderij. Ex his docemur qui secularem scientiā relinquimus, & Ægyptias ollas contemnimus, non debere murmurare contra cælestem scripturæ panem, nec virulentias Ægyptiorum, qui sunt magnarum carnium, sed simplicem mannæ cibum quærere. Si autem eas voluerimus repetere, vorabimus vsque ad nauseam, & statim domini igne torquebimur, & desiderium nostrum vertetur in tumulos, vt simus sepulchra dealbata, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.

Iustā.11.c. Psal.77.d. Matt.23.c.

Quæst.16. C a *Proficiscimur ad locum.* ✲ THEODORETVS. Quare Moses socerum suum quem in Exodo appellauit Iethro, nunc vocat Raguelem? Binomius erat, sicut Iacob qui & Israël, vt Simō Petrus, Thomas Didymus, vt Matthæus qui etiam Leui. Huius autem filius erat hic Hobab.

D

✲ PROCOPIVS. Voluit Moses Hobab retinere futurorum spe bonorum. Aliter verò Christus nos ad se allicit, desiderium videlicet iniiciendo non lucri, sed æterni boni, quod promittit omnibus qui huius desyderio tanguntur & malum auerlantur.

GREGOR. Plerunque suadere elatis vtilia melius possumus, si profectum eorū nobis potius quàm illis profuturum dicamus, si eorum meliorationē nobis potius quam illis impendi postulamus. Facilè enim eius elatio ad bonū flectitur, si inflexio eius aliis prodesse creditur: vnde Moyses qui regente Deo & duce columna pergebat, cùm cognatum suum à Gentilitatis conuersatione vellet educere, & Dei dominio subiugare, ait: Proficiscimur ad locum quem dominus daturus est nobis &c. Cumque ille respōdisset: *Non vadam tecum &c.* Illico adiunxit: *Noli nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus &c.* Non Moysi mentem ignorantia itineris angustiabat, quam & ad prophetiæ scientiam cognitio diuinitatis expanderat, quem columna & diuina collocutio instruebat. Sed vir prouidus elato auditori loquēs solatium petiit, vt daret: requirebat ducem in via, cui dux fieret ad vitam. Egit ergo, vt superbus auditor vocaret ad meliora suadenti eò magis fieret deuotus, quò putaretur necessarius, & vnde se exhortatorem suum præcedere crederet, inde se verbis exhortantis inclinaret.

In pastorali 3. parte admonitio. 11. Moraliter.

E

F

☞ a *Profecti*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Vlulatibus tubis in profectionem. *Et sic clangor motionis castrorum differebat a clangore vocationis multitudinis, quia erat prolixior & concisus, non autem aliter. vnde subditur:*

2 Quando autem congregandus est populus, simplex. *& patet.*

3 Filij autem Aaron sacerdotis clan. *hoc enim pertinebat ad eorum officium.*

4 Eritque hoc legitimum *ad est lege statutum.*

5 Si exieritis ad bellum. *Sequitur:*

6 Clangetis. *ministerio sacerdotum, vt habetur in subuersione Hiericho, & aliis locis pluribus.*

7 Et erit recordatio vestri coram domino deo vestro. *ad dēdum vobis victoriam.*

8 Si quando habebitis epulum & dies festos, & calendas, canetis tubis. *vt sint vobis in recordationem quod ad honorem dei offerantur & accepta sint coram eo.*

9 Anno secundo mense &c. *Descripta directione signorum, hic cōsequēter describitur motio castrorum, vbi primo ponitur exercitus ordinate progrediens, secundò additur socius instituere expediēs ibi:* Dixitq́; Moyses. *tertio laboratur casus impediens. xj.ca. Circa primum sciendum, quod ad eleuationem nubis, quæ erat signum motionis, tribus Iuda cum sibi adiunctis mouerunt castra: erat enim tribus fortior, & bellicosior: ideo præponebatur ad resistendum fortiter, si occurrerent aduersary, & patet littera vsque ibi:*

Diuisio.

✲ 1 *Deposi*

MORALITER.

† † *Eleuata est nubes.* Hic agitur de profectione filiorū Israël: & primò profecti sunt, qui erant in parte orientali, secundò qui erant in parte meridionali, tertiò qui in aquilonari. Ex quo patet, quòd proficiscebantur secundum ordinem motus solis qui incipit ab oriente, & per meridiem transit in occidentem, & flectitur ad aquilonem. Ecclesia. j.a. *Oritur sol & occidit: & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem.* Per hoc igitur significatur, quòd proficiscentes ad terrām viuentium, quæ est terrā fidelibus promissa, sequi debent instinctum solis iustitiæ, scilicet domini nostri Iesu Christi cuius vita in terris disciplina morum fuit, propter quod dicitur Iohā. xij. d. *Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic sit & minister meus.* Et bene dicit, vbi ego sum: quia extunc erat in perfecta beatitudine quantūm ad animam.

✲ Noli

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Depositumq́; est tabernacu. *statim enim post eleuationē nubis filij Aaron intrabant tabernaculum, & inuoluebant illa quæ erant intra, & disponebant onera, quibus egressis Gersonita & Meraritæ deponebant tabernaculum & atrium per circumitum, & dispositis oneribus arripiebant iter post exercitum Iuda cum duabus tribubus sibi adiunctis.*

2 Profectique sunt & filij Ruben. *Ista secunda acies sequebatur Gersonitas & Meraritas.*

3 Profectique sunt & Caathitæ: *quia portabant arcam testimonij & alia quæ erant intra tabernaculum, quæ erant sanctiora: ideo erant in medio totius exercitus Israel tanquam in loco tutiori, vt possent defendi si esset necesse, anterius & posterius.*

4 Tandiu tabernaculum portabatur donec &c. *In Hebræo habetur sic:* Eleuabant tabernaculum vsque ad aduentum ipsorum, *& referitur ad Gersonitas & Meraritas, qui præcedebant portantes tabernaculum: ita quod inter ipsos & Caathitas erat tribus Ruben cum sibi adiunctis, & ideo quando veniebant Caathita portantes vasa sancta inueniebant tabernaculum erectum, & illuc introducebant ea quæ portabant, quibus egressis filij Aaron intrabant tabernaculum, & amouebant operimenta & ponebant arcam & cherubin & alia in locis suis.*

5 Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filij Dan. *In Hebræo habetur sic:* Et mouit vexillum exercitus Dan cōgregatis omnibus castris, quia ista acies erat vltima: *propter quod si præcedentes aliquid perdebant in via, isti inueniebant. Et ideo ad eos conueniebant de aliis tribubus ad recuperandum perdita.*

6 Dixitque Moyses Hobab. *Hic agitur de societate expediente in itinere, quia filij Israel habebant in ederе per desertum cuius nomen tam habebat iste Hobab. Et dicunt aliqui, quòd fuit filius Iethro, & ideo dicitur hic cognatus Moſi, id est affinis, quia fuit eius soror ius. Ra. Salo. & aliqui alij dicunt, quod fuit ipsemet Iethro. vnde & ipse vocatus est Hobab sicut dictū fuit Exo. ij. ca. vnde in Hebræo habetur* חובב *boten, id est socero. vbi translatio nostra habet,* Cognato suo. *Sed hic occurrit duplex difficultas. Prima est quomodo iste, Hobab dicitur hic filius Raguel, cum tamen Raguel fuerit idem quod Iethro, secundum illam opinionem quam secutus fuit Exod. ij. Ad quod dicendum, quòd pater Iethro vocatus est etiam Raguel sicut & ipse, quia communiter accidit quòd filius primogenitus habet nomen patris. Vide Luce. 2. dicitur de Iohanne Baptista, quòd vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Secunda est, quia de ipso Iethro dicitur Exodi xviij. quòd postquam fuerat cum Moſe, reuersus abijt in terram suam. Ad quod dicendum, quod sicut dictum fuit ibidem, Iethro videns miralylia, quæ dominus fecerat in populo Israël, relicta Gentilitate conuersus est ad Iudaismum, & ad preces Moysi generi sui consensit ire cum filiis Israel: prius tamen abijt in terram suam, quæ non multum distabat a monte Sinai, vt dictum fuit ibidem, vt sic domo sua dispositis adduceret secum familiam suam: & quod hic dicitur de Moysi precibus ad ipsum, factum fuit eo tempore quo conuersus fuit ad Iudaismum, de quo tempore tactum est Exod. xviij. Dicta tamen reuersio ad dispositionem domus suæ fuit post legem datam, & ante recessum populi de monte Sinai, & tamo tempore quod posset se conuenienter disponere ad recedendum cum filiis Israel. Sequitur:*

Hobab quare electus dux. Raguel qui & Iethro.

Q 5

Universidad de Navarra Biblioteca

a *Profecti sunt.* ✠ PROCOPIVS. Magna vtilitas ex profectione hominibus eius tẽporis obuenit, quod scilicet senserunt Deũ se habere ducem. Remoto autem typo, Christus spectandus nobis proponitur, quoniã tribus diebus nos præcedens, deducit ad quietẽ quotquot tum ex inferno ad cœlestem sedem cõtendentem sequuntur. Qui insuper in hoc mundo iejuniis seſe macerando, tentationesq; diabolicas inimicas cõtra Satanam antiquũ victorẽq; acies pro nobis eduxit, vt pedibus cõculcatũ nobis spectandum exhiberet, tranquillitatemq; & quietẽ nobis pararet.

b *Arcaque fœderis.* RABANVS. Arca fœderis domini præcedit filios Israël per tres dies prouidẽs loca castrorũ, quia incarnatio domini, electis ab initio mundi, iter præsentis vitæ dirigit, atque ducatũ ad sanctam terrã veracitur tribuit, quæ prius in figura patres veteris testamenti ducebat: & nũc in veritate viã iustitiæ nobis demonstrat. Via igitur trium dierũ sanctę trinitati, fides est. Tribus tẽporibus ante legẽ, sub lege, sub gratia callem veritatis & iustitiæ sequẽtibus demonstrat.

c *Nubes quoq;* Protectio diuina, quæ spiritussancti gratia electos ab initio mundi defendit, & ad futuram quietẽ custodit.

d *Cumque eleuaretur.* Exẽplo Mosis rectores plebis prouocantur, vt semper solliciti commissum sibi gregem in principio operis & in consummatione domino commendent, vt proprias oues protegat, & inimicos depellat.

✠ PROCOPIVS. Notandum quod hostes populi, Dei hostes vocat. Nam id vtique docet, quod & nos impiorum quatenus tales sunt, inimicos esse oportet, quãdoquidem ad ferendum nobis suppetias surrexit Christus, qui iam olim per Dauidẽ dixit. E mendicantium calamitatibus, & è singulti pauperum nunc surgam, dicit dominus. Tũc fugerunt diuinæ gloriæ aduersarij, à quibus victoriã in cruce reportauit.

✠ ORIGENES. Animaduertẽdum omnia ferè verba, quib⁹ fundũtur preces, imperandi modum seruare, loco tamen optandi accipienda sunt. Surge igitur significat, vtinam surgas, ita: pater noster adueniat regnum tuum, &: da nobis panem, id est, exoptamus vt adueniat regnum tuum, panemque dei nobis quotidianum.

✠ RVPERTVS. Hinc principium, hinc cœlestem habet causam siue materiam psalmus sexagesimusseptimus: *Exurgat Deus & dissipentur inimici eius &c.*

CAP. F

* ad cognationẽ meam

† ite quæcunq; hij sic vertũt

† ad explorandum vbi requiesceret

meam *, in qua natus sum. Et ille: Noli, inquit, nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. Cumq; nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit † ex opibus quas nobis traditurus est dominus, dabimus tibi. Profecti sunt ergo de monte domini viam trium dierum, arcaq; fœderis domini præcedebat eos per tres dies † prouidens castrorum locũ. Nubes quoq; domini super eos erat per diem cùm incederent. Cumq; † eleuaretur arca dicebat Moyses: Surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. Cùm autem † deponeretur aiebat: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israël.

1 ¶ Trinitatis fides tribus temporibus viam veritatis demonstrante.
¶ Incarnatio Christi.

† requiesceret

† proficiscere retur

Ex cathena græca.

† & reuersus est

CAP. XI.

Murmuratio execrabilis. Iaco. 3.b. Eccle. 28. b.

a *Nterea autem est murmur.* RABANVS. Murmurantem populum ignis domini accensus deuorat, quia ignis domini iustæ vltionis in futuro illos excruciat qui lingua inflammata à gehenna murmurant vel detrahunt. vnde per sapiẽtiam dicitur: Susurro & bilinguis maledictus est. Ignis deuorat extremam partem castrorum, finem scilicet præsentium actionum. vnde: *Dominus iudicabit extrema terræ.* Qui autem vsque ad mortem incorrectus perseuerauerit, tam in anima quàm in corpore, vretur pœna perpetua.

✠ ACACIVS. Iudæi de seruitute Ægyptiorum liberati, decies contra Dominũ tumultuati sunt, diffidentes illius potẽtiæ. Primùm cùm viderẽt Pharaonis exercitum ceruicibus suis immi nentem. Deinde in Mara, ob aquæ amarorem. Posteà quando ollas, carnes, & panes Ægyptiorum desiderãtes acceperunt manna, primasque coturnices. Quartò, cum sibi timentes à fame de manna plusquàm diurnus cibus exigebat, collegerunt. Quintò cùm detrectarũt religionem, vel sabbatho colligentes. Sextò in Raphidim siti laborantes. Septima impietas in Choreb conflato aureo vitulo. Octauò quidem, cum ne diuino quidem numini parcentes, liberè de Deo conquesti sunt, quam ob causam bonam partem castrorum absumpsit ignis. Nonò cùm iterum desiderio obsoniorũ vicem suam lamentantes, iterum coturnicum stolo satiantur. Postremò quo tempore decem speculatoribus audientes contra Chananæos pugnam detrectarunt.

b *Pepones por.* GREGORIVS. Carnalitũ mentes pro amore Tropolo. fœculi dura quædam quasi quædam mollia & delectabilia terra parata sunt, dum in hac vita rerum culmina apprehendere conantur. Cessationem à mundi labore dominus imperat, quietis dulcedinem persuadet, & tamen vesana iniquorum mens plus se assequi aspera carnaliter, quàm tenere blanda spiritaliter gaudet. Plus acerbitate fatigationis, quàm quietis dulcedine pascitur. Sic Israëlitæ dum refectionem mannæ

Lib. 20. moral. cap. 16.

CAP. XI.

a ¶ Carnalia opera vix tribulationum laboribus coquenda.

a ¶ Terrenæ dulcedines. b ¶ Difficultates vitæ præsentis, quæ non sine luctu agitur, & tamen cum lachrymis amatur.

† ixx. populus murmurans mala in auribus domini. Alij, populus cũ doleret vel murmuraret displicuit in auribus domini 1. Reg. 12. b.

† vel, collecta turma quæ erat in medio eius

† ortum est murmur populi, qua si dolentium pro labore contra dominum. Quod cùm audisset, iratus est, & accẽsus in eo ignis domini, deuorauit extremam castrorum partem. Cumq; clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses dominũ, & absorptus est ignis. Vocauitq; nomen loci illius incensio, eò quòd succẽsus fuisset cõtra eos ignis domini. † Vulgus quippe promiscuum quod ascenderat cum eis flagrauit desiderio carnium † sedens & flens, iunctis sibi pariter filiis Israël, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis. In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones porrique & cæpe & allia. Nunc autem anima nostra arida est, nihil aliud nisi ad manna respicit oculus noster.

b nobis veniunt cucumeres & pẽpones porrique & cæpe &

✠ 1 Noli inquit nos relinquere. *Ex quo tu es conuersus ad cultum veri Dei.*

2 Tu enim nosti in quibus. *Quia manserat prope desertum illud, quod patet ex hoc quod Moses pascens oues eius minauit gregem ad interiora deserti, vt habetur Exo. iij. hoc videtur contradicere prædictis, quia de mandato domini habebant ponere castra ad indicium nubis. ergo in nullo indigebant indicia hominis quantum ad hoc. Ad quod dicunt aliqui, quòd licet haberent ponere castra vbi stabat nubes, tamen nescire poterant, an ponerent ad partem nubis posteriorem vel anteriorem, dextram vel sinistram: & iste sciebat quæ pars esset accommodatior exercitui, vtpote propter maiorem propinquitatem fontium vel bonorum pascuorum, quibus indigebat exercitus præanimalibus. sciebat etiam quæ pars esset securior ab aduersariis, & in hoc & in consimilibus indigebant sua directione.*

3 Profecti sunt. *Moyses & Hobab & totus exercitus.*

4 Viam trium. *Dicit Ra. Salomon quòd primâ die sui recessus ambulauerunt per tantum spatium, quantum faciunt tres dietæ, quia dominus volebat ostendere quod paratus erat eos citò introducere ad terram promissionis, nisi posuissent impedimentum. Alij dicunt, quod per tres dies continuè ambulauerunt: & hoc magis consonat textui in principio sequentis cap. vbi dicitur quod pro tanto labore itineris ortum est est murmur populi.*

5 Arcaque fœ. domini. *Istud videtur contradicere prædictis scilicet quòd arca cum aliis vasis sanctis erat in medio progredientium. Ideo dicit aliquis, quòd ordinatio prædicta de portatione arcæ in medio fuit pro tempore in quo timeretur de aduersarijs: sed pro tunc quia erant longè positi ab eis non portabatur in medio sed ante exercitum ad prouidendum locum castrorum, quia columna nubis erat super eam, quæ stabat quando castra erant ponenda. Ra. Salomon dicit quod erat quædam alia arca in qua reuerenter seruabantur prima tabulæ fractæ, eò quod erant scriptæ digito Dei, & ista præcedebat exercitum: & in ea apparebat signum quietis sicut in statione nubis, ita quòd certiores essent ex pluralitate signorum.*

6 Nubes quoque domini. *licet enim nubes esset extensa super totum exercitum ad refrigerium æstus, tamen speciali modo per modum cuiusdam columnæ erat super arcam, vbi erant tabulæ integræ tempore quietis: tempore autem motionis erat super vexillum Iudæ quod præcedebat.*

7 Cumque eleuare. *De loco castrorum, vt portaretur in via.*

8 Surge domine. *quia confidimus de tua virtute.*

9 Et dissipentur ini. *quia sunt inimici populi tui, vel quia cultum latriæ tibi soli debitum, attribuunt idolis.*

10 Cum autem de. *in loco castrorum.*

11 Aiebat. *Reuertere domine ad conseruandum populum tuum, vt tibi exhibeat debitum cultum in loco quietis castrorum.*

CAP.

1 Nterea. *Hic consequenter ponitur casus impediens progressum populi ad terram promissionis: Et ponitur multiplex casus impediens: primò murmurationis populi, secundò obiurgationis Moysi ca. xv. tertiò desparationis exploratorum ca. xiij. quartò seditionis Chore & sibi adiunctorum. c. xvj. quintò commotionis populi propter pe-*
Diuisio. *nuriam aquarum. xx. ca. sextò ex imasione hostium. ibi:* Misit interea. *Circa primum ponitur duplex murmuratio. prima ex impatientia laboris, secunda ex concupiscentia saporis. ibi:* Vulgus quippe. *Circa primum dicitur sic:*

2 Ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore contra. *quia per spatium trium dietarum ambulauerunt vna die secundum Rab. Salomo, vel quia per tres dies continuos fuerant in itinere, secundum alios: quia ita poterant incedere de nocte in columna ignis, sicut & de die, vt habetur Exo. xiij. d. Sed contra hoc quòd dicitur hic de labore itineris, videtur illud quod habetur Deut. viij. a.* Adduxit te dominus Deus tuus xl. annis per desertum. *& sequitur ibi:* Vestimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus. *Dicendum, quod illud beneficium habebat locum in bonis hominibus & non in malis: sicut & mana erat valde sapidum bonis, & malis insipidum vt habetur infrà & hoc patet ex modo loquendi quo dicitur hic. Quia ortum est murmur populi, quia quando intelligitur de bonis, dicitur populus domini vel populus meus, vel quid huiusmodi, determinans ad bonum. Quando autem de malis dicitur absque determinatione, sicut Exod. xxxij. a.* Populus iste duræ ceruicis est.

3 Deuorauit extremam castrorum partem. *Extremum autem accipitur dupliciter, scilicet de parte superiori & inferiori. & secundum hoc per extremam partem castrorum intelligitur vulgus secundum aliquos: secundum alios vero intelliguntur maiores de populo, & hunc sensum sequitur Ra. Sa. dicens, quod seniores populi qui erant principales meruerant mortem, & Nadab & Abiu cum eis quando viderunt Deũ, vt dictum fuit Exo. xxiij. Sed quia dominus eo tempore quo data erat lex de nouo, noluit immiscere luctum cum gaudio de receptione legis, ideo differebat mortem Nadab & Abiu vsque ad dedicationem altaris, vt habetur Leui. x. Mortem autem septuaginta seniorum vsque ad istum locum, in quo fuerunt negligentes de repressione murmurationis populi, quem tenebantur regere sicut & Moyses: & quia forte murmurauerunt cum populo.*

4 Et absorptus est ignis. *id est exstinctus.*

5 Vulgus quippe promiscuum. *Hic consequenter ponitur murmuratio ex concupiscentia saporis, vbi primò ponitur dicta murmuratio.* Diuisio. *Secundò Moysi afflictio, ibi:* Audiuit ergo Moyses. *tertiò domini consolatio, ibi:* Et dixit dominus. *quartò promissi impletio, ibi:* Venit ergo Moyses. *quintò peccati punitio, ibi:* Adhuc carnes. *Circa primum ostenditur murmuratio esse iniusta ratione cibi petiti, cum dicitur:*

Vulgus quippe promiscuum &c. *Isti erant Ægyptij conuersi ad Iudaismum. sicut dictum fuit Exo. xij.*

6 Flagrauit desiderio carnium sedens. *Id est, ardenter desideravit.* Carnium, *non est in Hebræo, nec habetur in libris correctis, quia non solum desideravit carnes: sed etiam pisces & alia, vt infrà subditur.*

7 Quis dabit nobis ad vescendum. *Patet quòd ista petitio sit iniusta, quia adduxerant secum de Ægypto multa animalia, vt habetur Exo. xij. Nec potest dici quòd essent consumpta: quia infrà xxxij. cap. dicitur:* Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa &c. *ideo inde poterãt habere carnes, sed propter suam auaritiam percebant suis animalibus, & quia desiderabant carnes magis delicatas: propter quod dominus quasi satisfaciens eorum desiderio misit eis coturnices.*

8 Quos comedebamus in Ægypto gratis. *Id est, pro parvo pretio, & non potest intelligi pro nihilo, cum etiam paleæ ad conficiendum lateres non darentur eis gratis, vt habetur Exodi v.*

9 In mentem nobis veniunt cucumeres &c. *Dicunt aliqui, quod sunt cucurbitæ, alij autem, quod est aliud genus terræ nascentium.*

10 Pepones. *id est melones.*

11 Porrique & cæpe & allia. *Per istã designantur cibaria quæ comedebant cum istis quasi cum salsamento vel condimento: sicut* j. Esdræ iij. c. Memores salis quod in palatio comedimus. *id est ciborũ sale conditorum. Secundò ostenditur murmuratio iniusta ratione cibi habiti, cum dicitur:*

✠ 1 Nihil

✠ 1 *Noli inquit, nos relinquere: Tu enim nosti in quibus locis per desertum ponere &c.* Quamuis enim Deus esset dux illius populi, tamen cum hoc Moses volebat habere directionem hominis periti, ex quo docemur, quod licet nos Deus ditigat in via morum, tamen non debemus negligere adiutorium humanum, nam in hoc homines sunt Dei adiutores, vt habetur j. Corin. iij. b.

MORAL.

In c. x. vbi dicitur in postil. Et dicunt aliqui, & fuit filius Iethro. Opinio dicentium, quod Hobab de quo hic agitur fuit filius Iethro, non autem ipsemet Iethro, videtur verior: quia magis consonat planiori sensui literæ. nam de Iethro dicitur supra Exodi xviij. ante dationem legis, quod regressus est in terram suam. Sed videtur, quod Hobab filius ipsius Iethro remansit cum Mose, & cum sorore sua: de quo pro tũc non fuit mentio in scriptura, quod regrederetur cum patre: quia remanserat in Oreb, qui erat locus prope Madian, sed cum Moyses & populus dispone-
dissonerent se ad recessum versus terram Israël, prout dicitur, Moyses voluit vt secum iret cognatus suus, scilicet Hobab filius Iethro. vnde & dixit ei: Proficiscamur ad locum. Nec valet quod cõtra hoc dicitur quod in Hebræo habetur: Socero suo, *vbi translatio nostra habet* cognatum suum. *Tum quia cum dicitur:* Socero suo, *refertur ad Raguel non ad Hobab, vt intelligatur sic: Dixit Moyses Hobab filio Raguelis: qui quidem Raguel erat socer suus. Tum quia in Hebræo non est in hoc loco distinctio casuum. Tum quia dictio Hebraica in hoc loco posita potest sumi etiam pro cognato.*

religione, in qua nihil eis promittitur, quantùm ad vitam præsentem nisi austeritas & paupertas: & tamen volunt nimis lautè viuere ac etiam delicatè, & frequenter hoc cõtingit illis, qui in fœculo minus habuerunt, nec sunt contenti illis quæ administrantur eis, cum tamen sufficiant eis in fœculo pauciora: & acriter murmurant contra illos qui pro victu illorum procurando fideliter laborant, sicut populus iste contra Moysen nequiter murmurabat. Per hoc autem quod dicitur in fine cap.

✠ *Et ecce*

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

manna d. super perciperent, ab Ægypto ollas carnium, pepones, A porros, cæpa que cupiebant. Significat enim mãna gratiam suauissimi saporis, ad refectionem vitæ interioris bene vacantibus & super diram. Olla carnium carnalia opera vix tribulationum laboribus quasi ignibus exequenda. Pepones terrenas dulcedines, Porri, & cepe, quæ cum lachrymis comedunter, distillationem proteruis vitæ, quæ nõ hæc luctu agitur: & tamen cum lachrymis amatur. Manna igitur deserẽtes, cum peponibus & carnib⁹, porros, cæpasq; quæsierunt, quia pernersæ mentes dulcia gratiæ per quietẽ dona despiciũt. & pro carnalibus voluptatibus laboriosa huius vitæ itinera etiam lachrymis plena concupiscunt: contemnunt habere vbi spiritualiter gaudeant. & desiderantes appetunt, vbi carnaliter gemant.

Ex cathena græca.

a *Anima nostra arida est.* ✻ Apollinar. Dolẽt improbi vnum tantummodò cibi genus habere, quod sibi eundem semper saporem referret, cùm multiplex ex manna conficeretur. Nam præterquàm quod ros ille erat aspectu iucundus pellucidúsque ita vt christallo bdellioque lapidi assimilaretur, & mola effringebatur in panificium, & mortario contundebatur in obsonium, elixabatur, torrebaturque: par dulcedine melli, vt meminit Exodus, & vncto non cedens oleo, vt hoc loco adiungitur. Vnum denique multiplex erat, neque dissimilis cibus ei, quo noster animus pascitur, qui cum vnus sit, multis viribus præstat: cùm & gratiarum multæ sint differentiæ, in vno eodemque spiritu: & spiritus ipse, cum vnus sit, multiplex etiam dicitur.

† videã meum.

Quæst. 18. C

b *Iratusque est furor.* ✻ Theodoretvs. Qua de causa mox peccanti-

peccantibus pœnas infligit: Lex initium capiebat. Idcirco necesse erat transgressorum supplicio cæteros prudentiores effici. Timor enim subditis valde conuenit. Pœnæ verò coniuncta erat pœnitentia. Nam qui reliquebant, benevolentiam experiebantur. Quòd autem necessariò de his essent sumenda supplicia, sequentia testificantur, quia cõsessum vbi cessauit punitio, renouare cœperũt memoriam Ægypti, alliorũ, cæparum & cæterorum, quorum desiderium appetitio gulæ subministrabat. D

¶ *Congrega mihi septuaginta.* Gregor. Sicut plerunque iuuenes dicuntur, qui nulla consilij grauitate premuntur: ita senes non eos scriptura vocat qui sola grauitate temporum, sed morum grauitate maturi sunt. vnde: *Senectus venerabilis est non diuturna, neque numero annorum computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.* Hinc ad Moysen dicitur: *Congrega mihi lxx. viros de senioribus, quos tu nosti, quod sint seniores populi sui.* In quibus verbis senectus cordis notatur, cũ tales iubentur eligi seues qui sciuntur. Si enim corporis senectus quæreretur, à tantis sciri poterãt, à quantis videri. Cum verò dicitur, quos tu nosti, quod senes populi sint, patet quia senectus mentis non corporis eligatur.

Libr. 29. moral. cap. 13.

† displicuit

†quòd dicis

Sapien. 4. b. Senes qui dicuntur.

† contra

E

† supra vires mess est

† Si ita tu ais eis mihi,

d *Vt descendam.* Isidorvs. In tredecima mansione descendit spiritus super septuaginta viros electos, & dominus descendit de nube & retraxit de spiritu qui erat super Moysen, & imposuit super septuaginta viros. Descendente enim in nube carnis Christo, diffusa est per fidem spiritussancti gratia super populos, ex septuaginta gentium linguis electos, ve- F

Rom. 5. a.

✻ 1 Nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Erat autem man quasi semen coria. *quod tamen habebat in se omnem saporis suauitatem, vt habetur Sapien. xvj. c. Man enim siue manna habebat triplicem saporem. Vnus erat naturalis, & erat quasi sapor mellis, vt habetur Exo. xvj. Alius supernaturalis, & hoc duplex, quia bonis sapiebat prout volebant. Sapiebat enim pisces cum desiderabant pisces, & desiderantibus carnes similiter conuertebatur eis in saporem carnis, & sic de aliis cibis magis descendendo in specialia. Et hoc est quod dicitur Sapien. xvj. c.* Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas, & deseruiẽs vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur. *Et eadem ratione malis hominibus erat cibus insipidus, qui de natura sua erat dulcis. Erat autem man, quasi semen coriandri, in figura & quantitate, sed non in colore, ideo subditur:*

Mãne triplicẽ saporem.

2 Coloris bdellij. *quod est album & lucidum sicut crystallus.*

3 Frangebat mola, siue terebat in mortario coquens in olla, &c. *Hoc faciebant mali quibus erat cibus insipidus, & ideo quærebant ibi saporem per diuersas vias, tamen ex decoctione non meliorabatur, sed magis sapor dulcis immutabatur in peius per decoctionem. ideo subditur:*

4 Quasi panis oleati. *id est, in cuius pistatione oleum miscebatur.*

5 Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & man. *Primò enim cadebat pruina, quasi stramentum manna. Postea manna. & tertiò ros quasi eius operimentum, prout plenius expositum fuit Exodi xvj.*

6 Audiuit ergo Moyses populum flentem per familias, singulos per ostia tentorij sui. Iratusque est fu. *Hic ponitur afflictio Moysi habentis curam populi, cui intolerabilis videbatur propter malitiam eius. & patet litera vsque ibi:*

7 Non possum solus sustinere &c. *quomodo conqueritur, quod solus sustineret onus populi, cum de consilio Iethro constituerit tribunos & centuriones? quia secundum Ra. Salomo. septuaginta senes, qui cum eo erant instituti ad regimen populi iam mortui erant, vt dictum est in principio capitulo. Vel secundum alios dicentes, quod illi qui fuerant mortui ab igne non fuerunt de maioribus populi, sed de vulgaribus: isti autem qui erant instituti super populum cum Moyse intromittebant se tantum de temporalibus: Moses autem volebat habere etiam adiutorium in spiritualibus.*

8 Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me. *id est, accipias animam meam de vita presenti ad te.*

9 Ne tantis afficiar malis. *timebat enim Moses, ne malitia populi esset sibi occasio ruendi in malum impatientiæ.*

Diuisio.

10 Et dixit dominus. *Hic consequenter ponitur consolatio domini. Et primò quantum ad populi curam, secundo quantum ad cibi prouisionem, ibi:* Populo quoque. *Circa primum dicitur:*

11 Congrega mihi septuaginta. *Rab. Salomo dicit, quod isti fuerunt prepositi filiorum Israel, cum essent in labore Ægypti, & quia compatiebantur eis, non arctabant eos ad implendum numerum laterum propter quod flagellati fuerunt ab exactoribus Pharaonis, vt habetur Exo. v. ideo meruerunt assumi ad regimen populi loco illorum qui mortui fuerant. & cum hoc habuerunt spiritum prophetiæ, vt infrà habetur. Secundum alios fuerunt idem seues, qui prius regebant populum in temporalibus: & tunc cum hoc imposita est eis cura in spiritualibus, propter quod receperunt de nouo spiritum prophetiæ, quia ad spiritualia promouebantur.*

12 Et duces eos ad ostium tabernac. *in oculis totius populi, vt in timore & reuerentia haberentur.*

✻ 1 Et aufe-

ctos, venitq; super eos omnes donum illud virtutis cælestis, quod quondam fuerat in Moyse & prophetis.

Act. 2. b.

A a *Et auferam de spiritu tuo, tradamq; eis vt sustẽtent.* &c. Augvst. Alia litera: *Et auferam de spiritu qui in te est, & ponam super eos, & sustinebunt tecum impetum populi, & non portabis illos tu solus &c.*

August. literaliter. Quæst. 18. in Numeros.

Plerique Latini nõ vt in Græco est, transtulerunt, sed dixerunt: Auferã de spiritu tuo, qui est in te, & ponã super eos, aut ponam in eis, & fecerunt sensum laboriosũ ad intelligendum. Putari enim potest de spiritu ipsius hominis dictũ, quo humana natura completur corpore adiũcto, quę cõstat ex corpore & spiritu, quem etiam animã dicunt. vnde Paulus: *Quis hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic & quæ Dei sunt, nemo scit, nisi spiritus Dei.* Et qđ postea adiungit: *Nos autẽ non spiritum huius mũdi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est*, ostendit alium esse spiritum Dei cuius particeps fit spiritus hominis per gratiam Dei. Quamuis possit etiam (sicut alij interpretati sunt) intelligi spiritus Dei, cum dicitur, de spiritu tuo qui est in te, quia fit etiam noster qui Dei est, cum accipimus eum, sicut de Iohanne dictum est in spiritu & virtute Heliæ. Non enim anima Heliæ in eo tuerat reuoluta. Quod si quidam hæretici opinantur, quid dicunt in eo quod scriptum est: Spiritus Heliæ requieuit super Helisæum, cum iam ille haberet animam suam, nisi quia dictum est de spiritu Dei, vt etiam per illum operaretur talia qualia per Heliam operabatur, non ab illo recedens vt illum posset implere, aut partitus minor esset in illo, vt posset in isto esse. Deus enim est qui possit esse in omnibus tantus, in quibus per illam gratiam esse voluerit. Nunc autem cum scriptum sit: *Et auferam de spiritu qui est super te, nec dictum sit de spiritu tuo*, facilius soluit, quia intelligimus nihil aliud significare voluisse nisi ex eodem spiritu gratiæ illos quoque habituros adiutorium ex quo habebat Moyses, vt & isti haberent quantum Deus vellet, non vt ideo Moyses minus haberet.

B

† Esa. 50. a.

Luc. 1. b.

4. Reg. 2. c.

Quæst. 18. C

✻ Theodoretvs. Dixit, Auferam de spiritu tuo. Non quod aliena virtute aut gratia Deus indigeret, sed vt Mosem doceret

a ¶ Sanctos, scilicet qui in te per gratiam &c.

a & loquar tibi, & auferã de spiritũ tuo, tradamq; eis, vt sustẽtent tecũ onus populi, & non tu solus† graueris. Populo quoque dices: Sanctificamini, cras comedetis carnes. Ego enim audiui vos * dicere: Quis dabit nobis escas carniũ? Bene nobis erat in Ægypto. Vt det vobis dominus carnes & comedatis, nõ vno die nec duobus vel quinque aut decẽ, nec viginti b quidẽ, sed vsq; ad mẽsem dierũ, donec exeat p nares vestras, & vertatur in nauseam, eò quòd repueritis dominum, qui in c medio vestri est, & fleueritis coram eo, dicẽtes. Quare egressi sumus ex Ægypto, vt periremus in solitudine? Et ait Moyses ad dominũ. Sexcẽta milia peditũ huius populi sunt, & tu dicis: dabo eis esum carniũ mẽse integro? Nũquid ouiũ & boũ multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibũ, vel omnes pisces maris in vnũ congregabũtur, vt eos satient? Cui respõdit dominus: † Nũquid manꝰ domini † inualida est? Iá núc videbis eum diffidendo dixisse, quæritur cur hoc ei non exprobauerit dominus, sicut exprobrauit quod ad petram vnde profluxit aqua, videtur de domini potestate dubitasse. Si autem dixerimus eum modum quæsiuisse quo fieret: Responsio domini qua dicitur: *Nunquid manus domini non sufficiet?* quasi redarguentis videtur, quod ille non credidisset. Sed melius puto intelligi dominum ita respondisse, tanquam modum quem ille quærebat dicere noluerit, sed potius opere ipso potentiam suam demonstrare: poterat enim & Mariæ dicenti: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* à calumniantibus obiici, quod minus crediderit, cum illa modum quæsierit, non de virtute eius dubitanerit. Quòd autem responsum est illi: *Spiritus sanctus superueniet in te, & vir. al. obum. ti.* poterat etiam sic responderi quomodo hic? Nunquid spiritui sancto impossibile est qui superuenit in te? ac † si idem sensus conseruaretur. Sed Zacharias talia dicens incredulitatis arguitur, & vocis oppressæ pœna plectitur. Deus enim non de verbis, sed de cordibus iudicat, alioquin poterat Moses excusari, nisi in eum clara esset Dei sententia, quod diffidendo talia dixerit: *Audite me increduli: Nunquid de petra ista eam cimus vobis aquã?* deinde sequitur: *Et elevata Moyses manu sua, percussit petrã virga bis &c.* Ad hoc illã virgã in qua tanta miracula

* sentes

b *Donec exeat per nares &c.* ✻ Idem. Alij legãt vertatur in choleram, alij in perditionem. Nam voracitas carnium plerumque cruditatem facit: inde morbos. Plurimis etiam indignitatem Dei contraxit in interitum.

† portabis. Quæst. 19.

c *Sexcẽta milia peditum hu. pe. sunt.* Augvstinvs. Alia litera. Sexcenta milia peditũ in quibus sum in ipsis, & tu dixisti, carnes dabo eis &c.

--vt periremus in solitudine Quæst. 19.

¶ Non diffidit, sed modum quærit.

Quæritur vtrum hoc Moses diffidendo dixerit an quærendo? Sed si putauerit

E

† abbreuiata vel decurtata?

fecerat F

✻ 1 Et auferam de spiritu. *id est de cura tua.*

2 Tradamque eis. *vt partito in alios onere leuius tibi sit. Aliter exponitur:* De spiritu tuo, *id est, de spiritu gratiæ tibi datæ, & tunc non est intelligẽdum, quod aliquid sit ablatum Mosi & traditum aliis, sed fuerunt illuminati absque diminutione gratiæ Mosis, sicut à lumine vnius candelæ illuminantur plures absque sui luminis diminutione. Sciendum tamen, quod similitudo ista non tenet quantum ad causam effectiuam, ita quod donum gratiæ in Mose existens causaret gratiam in aliis effectiuè, sed tantum meritorie: inquantum ad preces Mosi ad eius sublevationem aliy fuerunt illuminati.*

3 Populo quoque dices. *Hic ponitur consolatio contra defectum cibi, cum dicitur:*

4 Sanctificamini. *id est, preparate vos ad recipiendum id quod petistis. Sanctificatio enim in Hebræo frequenter accipitur pro preparatione. Rab. Salomo exponit, preparate vos ad recipiendum punitionem propter vestram murmurationem, sicut dicitur Hiere. xxj. a.* Sanctificate eos in die occisionis. *Et vtrunque potest intelligi, quia Deus disponebat eis dare carnes sicut petierant, & eos punire pro iusta petitione.*

5 Donec exeat per nares vestras. *quia vomitus egrediens per os, vt frequenter fadat nares.*

6 Eo quod repueritis &c. *dominum quantum in vobis est ex ingratitudine vestra.*

7 Sexcenta. *supra. j. cap. expressit numerum eorum sexcenta & tria milia quingenti. Dicendum, quod illi qui erant vltra sexcenta milia fuerunt*

Diuisio.

fuerunt mortui in plaga ignis dicta in principio cap.

8 Et tu dicis dabo eis. *Hic varie sentiunt doctores Hebræorum. Dicit enim Ra. Aquiba, quod Moses hic dubitauit de impletione verbi Dei: & ad hoc inducit id quod sequitur de responsione domini:* Nunquid manus domini inualida est, *quæ videtur esse responsio ad dubitantem vel desperantem de impletione falsi: & ideo peccauit ita grauiter, sicut in aquis contradictionis, de quibus habetur infrà. xx. ca. Veruntamen non fuit hic punitus, sicut ibi, quia illud fuit factum in publico coram tota multitudine filiorum Israel: & ideo statim fuit determinata punitio scilicet quod non intraret terram promissionis: Sed istud fuit factum in secreto, scilicet coram Deo tantum: & ideo pœna non fuit statim imposita, quoniam aliter sunt punienda peccata publica, aliter secreta. Rab. Salomo dicit, quod Moses non peccauit hic, & ad hoc inducit illud quod dicitur ca. sequenti de Moyse à domino: Qui in omni domo mea fidelissimus est. Et hoc idem dicunt doctores nostri, dicentes quod Moses non dubitauit de impletione verbi Dei, sed quia modus impletionis non erat sibi revelatus, quæsiuit de modo implendi nec in hoc peccauit, sicut nec beata virgo Maria quando petiit ab angelo, Luce 3. d.* Quomodo fiet &c. *& sic exponendum est illud:*

9 Nunquid onium & boum multitudo cædetur. *ac si dicat: implebiturne verbum tuum per hunc modum vel alium?*

10 Nunquid manus domini inualida est? *ac si diceret: potentia mea potest implere hoc multis modis, cum sit infinita: modum tamen istum non reuelabo tibi verbo, sed ostendam facto. ideo subditur: Iam nunc videbis &c sequitur:*

✻ 1 Venit

Universidad de Navarra
Biblioteca

fecerat, sumpsit, eaque petram percussit, atque inde solitæ virtutis est consecutus effectus. Verba ergo quibus ait: Nũquid ex hac petra educimus vobis aquam? possent accipi sic, tanquam diceretur: Nempe ex hac petra secundum vestram incredulitatem aqua educi non potest. Vt denique percutiendo ostenderetur diuinitatem potuisse fieri, quod illi in infidelitate nõ crediderunt. Maximè quia dixerat: *Audite me increduli.* Sed Deus qui inspector est cordis, quo animo dicta fuerint indicauit. ait enim: *Quoniã non credidistis sanctificare me in conspectu filiorũ Israël &c.* ac per hoc intelligit Moses ita dixisse, tãquam ad incertum percusserit: vt si non sequeretur effectus, hoc prædixisse putaretur, cùm ait: Nunquid ex hac petra educimus vobis aquam? quod in animo eius omnino lateret, nisi Dei sententia prodidisset. Ecõtrario ergo debemus hìc intelligere verba Moysi de promissis carnibus, quærentis quomodo fierent non diffidentis fuisse, quando sententia Dei secuta non est quę vindicaret, sed potius quæ doceret.

Homil. 6. in Numeros.

a *Venit igitur Moyses & narrauit populo verba domini, congregãs.* ORIGENES. Alia litera: Exiit, inquit, Moyses ad populum, & locutus est verba domini. Dõnec verba Dei audit Moyses, & ab

B ipso docetur, intus est, & in interioribus & in secretis consistit. Vbi verò turbis loquitur & populo ministrat, qui intus non potest stare, foras exire dicitur. Omnis enim doctor ecclesiæ si de profundioribus mysteriis tractat, & occulta sapientiæ inter perfectos proferat, intus est. Cum verò ad turbas loquitur, ea quæ proficiunt his qui foris sunt, & quæ vulgus potest audire, foras exit & loquitur ad populum verba Dei. Intus erat Paulus cũ diceret: Sapientiam loquimur inter perfectos &c. Ad populum verò procedens ait: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, & qui furabatur iam non furetur,* & similia &c.

Tropolo.

1. Cor. 2. b. Ephe. 4. g.

Ibidem.

b *Auferens de spiritu.* IDEM. Non intelligendum est, quasi materialem & corpoream substantiam in lxx. portiones secuerit, & vnicuique particulam dederit. Impium enim est intelligere hoc de natura spiritussancti. Sed Moyses & spiritus qui erat in eo, qua si clarissimi luminis lucerna fuit, ex qua septuaginta Deus accẽdit, ad quos principalis luminis splendor aduenit, & origo ipsius nihil damni ex deriuatione accepit.

Spiritus in quibus requiescit. Matth. 5. a.

c *Requieuisset.* IDEM. *Et requieuit super eos spiritus, & prophetauerunt omnes &c.* Non legitur requieuisse spiritus nisi in sanctis. Requiescit enim in his qui mundo sunt corde, qui purificãt animas à peccato, sicut non habitat in corde subdito peccatis, etiamsi habitauit aliquando. Non enim potest pati societatem mali. Certum est autem in tempore peccati esse in corpore cuiusque spiritum malum, & agere partes suas. Cùm datur ei locus per cogitationes malas & concupiscentias, contristatus (vt ita dicam) fugatur spiritussanctus. vnde: *Nolite contristare spiritum sanctum, in quo signati estis &c.* Peccantes ergo cõtristamus spiritumsanctum. Bene agentes requiem ei paramus. Quòd ergo ait de septuaginta presbyteris, quia spiritus requieuit in eis, laudem vitæ eorum, & virtutes exposuit.

Ephe. 4. g.

Vbi supra.

C ORIGENES. *Et requieuit in eis spiritus, & prophetauerunt. &c.* Conti-

Continuò operatur spiritus nec otium patitur, vbi operandi materia digna suppeditat. In omnibus ergo qui prophetauerunt, requieuit spiritus, sed non sicut in saluatore. Propter quod de eo scriptum est, *exibit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & quiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus & cætera.* Vide qa super nullum alium spiritus domini requieuisse hac septemplici virtute describi tur, per quod diuini spiritus substãtia quę (quia vnonomine nõ poterat) diuersis vocabulis explanatur, requiescere super eũ & prophetatur. Hinc quo que Iohãnes ait: *Qui misit me baptizare in aqua, hic dicit mihi: Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, ipse est.* Addidit enim & manentem super eum: vt esset hoc signum in saluatore, quod in alio non posset ostendi. De illo enim solo dictum est: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Quia enim solus est qui peccatum non fecit, ideo in illo solo mansit & permansit spiritus. Constat ergo reliquos omnes sub peccato fuisse, nec cõgruit vt tempore peccati dicamus spiritum mansisse in eis. Ipse enim Moyses cum iam spiritum accepisset, seipsum peccasse testatur, cum diceret: *Audite me increduli, nunquid de petra ista producemus aquam vobis?* In his enim dictis non sanctificauit Deum, id est non confisus est in virtute Dei. Cùm ergo loqueretur hæc, non de spiritusancto, sed de spiritu peccati, loquebatur. Certum est ergo alios prophetas aliquando habuisse spiritum Dei, aliquando non habuisse. Hinc & Dauid ait: *Et spiritum sanctum tuũ ne auferas à me.* In quo ostendit, quia potest auferri. In sequentibus verò tanquam ablatum repopoſcit: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali cõfirma me.* Salomonem quoque nemo dicit nisi in spiritusancto iudicia iudicasse, vel templum domino constru xisse: aut rursus in spiritusancto dæmonibus templa fecisse, aut impiis mulieribus latera flexisse? Propheta quippe etiam Abdo à domino missus est in Bethel, & in spiritusancto verba domini locutus est: non tamen in eodem spiritu præceptum domini præuaricatus est, quo prohibitus erat manducare panem in Bethel: ideo occisus est à leone. Ego autem (licet non vsquequaque pronuntiem) hæc puto etiam quædam communia hominum gesta, quę quamuis peccato careant, non tamen digna videntur, quibus interfit spiritussanctus: vt connubia legitima carent quidem peccato, non tamen quando coniugales geruntur spiritussanctus datur, etiam si propheta operatur. Alia plura sunt in quibus sola sufficit vis humana, nec res indiget, neque decet spiritussancti adesse præsentiam.

D Moraliter.

Esa. 11. a.

Iohan. 1. c.

Esa. 53. c. 1. Pet. 2. d.

Infrà 20. b.

E

Psal. 50. c.

3. Reg. 3. d. Ibi. 6. a. Ibidem 12. c.

Ibidem 13. a.

Nota.

✠ THEODORETVS. Quamobrom septuaginta statim vt præfecti sunt, prophetabant, postea verò minimè? Non vaticinandi sed gubernandi causa præponebantur, quod munus etiam inter charismata spiritus relatum est. Vnde Paulus cum prophetis, apostolis, doctoribus, & gratiis sanandi, subueniendi & gubernandi munera collocauit. Hoc autem gratiæ dono septuaginta dignati sunt, & quædam prædixerunt, vt constaret populo diuinum munus illos esse consecutos.

Quæst. 20.

d *Remanserant autem in castris.* Non negligentia præcepti domini, F

mini, sed deuotione humilitatis indignos se iudicantes percipione tanti muneris: ideo iudex cordium Deus dignos eos iudicauit, & ostendit.

A

Quæst. 21.

a *Eldad & Medad prophetant.* ✠ THEODORET. Innuũt hæc verba, illum qui nouit occulta, scire qui probi censeantur. Sic & tempore Cornelij, diuina liberalitas præoccupauit hominum ministerium. Siquidẽ antequam essent baptizati, dedit illis gratiam sancti spiritus.

✠ PROCOPIVS. Duo illi posteriores eorum qui ex gentibus diuino nomine allati sũt, imaginem gerũt. Non enim omnes in abditos Christi recessus lex deduxit, verùm ex virtute patris filius Dei imago existens, ignaris sui est delectus.

†hoc aduerbio loco vtitur Hebræus, pro eo quod dicimus vtinam.

-volabãtque in aëre

B

Lib. 13. moral. cap. 24.

†cumulos †exẽderũt expẽderunt quę sibi

b *Quid, inquit, æmularis.* GREG. Pia mẽs pastorum, quia non propriam gloriã, sed autoris quærit, ab omnib⁹ vult iuuari quod facit. Fidelis enim prædicator optat si fieri valeat, vt veritatem quam solus loqui nõ sufficit, ora cunctorum sonent. Vnde cum Iosue duobus in castris remanentibus & prophetantibus vellet obsistere, ei per Mosen dicitur: *Quid æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet: & det Deus eis spiritum suum?* prophetare enim omnes voluit, qui bonum quod habuit non inuidit.

✠ R. DAVID KIMHI. Omnis æmulatio hominis est intendentis animum in hoc, vt vel vindictam inferat, vel vt adiuuet ac promoueat.

Allegoricè.

c *Coturnicũ multitudinem: qui parum, &c.* RABANVS. Carnalis populus Iudæorum spreto cælesti cibo carnes desiderauit, sed Deus ita iudicium temperauit, vt puniret malos, nec fragilibus alimoniam denegaret, & in ipsa concessione aliquid spiritale innueret. Non enim ferarum, non quadrupedum, nec terrestrium animalium esum tribuit, sed volucrum, vt discerent superna magis desiderare quàm terrena, spiritalia quàm corporalia. Auium enim natura ex aquis processit, sed in aëre habitationem sibi acquisiuit. Qui ergo volucres comedunt, ab imis ad superna cor leuare monẽtur, vt licet in terrenis corporibus degant, animo sem per cælestia petant secundum illud Apostoli: *In carne ambulãtes, non secundum carnem militamus. Nostra autẽ conuersatio in cælis est:*

Philip. 3. d. 2. Cor. 10. a.

C

Cumq; prophetarent in castris, cucurrit puer & nuntiauit 1
a Moysi, dicens: Eldad & Medad prophetant in castris. Statim
Iosue filius Nun minister Moysi † & electus è pluribus, ait:
b Domine mi Moyses prohibe eos. At ille: Quid, inquit, æmu- 2
a ¶ Prophetare omnes voluit, qui bonum quod habuit non inuidit.
laris pro me? † Quis tribũat, vt omnis populus prophetet, &
det eis dominus spiritũ suũ? Reuersusq; est Moyses & maiores natu Israël in castra. Ventus autem egrediens à domino, 3
arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra iti ‡ 4
nere quantum vno die confici potest, ex omni parte castro-
rum per circumitum, volabantq; in aëre duobus cubitis al- 6
titudine super terram. Surgens ergo populus toto die illo &
c nocte ac die altero, congregauit coturnicum multitudinem:
¶ Carnale desiderium.
qui parum, decem † coros, &† siccauerunt eas per gyrum ca- 7 8
strorum. † Adhuc carnes erant in dentibus eorum, † nec de- 9 †
fecerat huiusce modi cibus, & ecce furor domini concitatus
in populum, percussit eum plaga magna nimis. Vocatusq; est
d ille locus, sepulchra concupiscentiæ: Ibi enim sepelierũt po-
pulum, qui desiderauerat carnes. Egressi autem de sepulchris
e concupiscentiæ venerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

d *Sepulchra concupiscentiæ.* ISIDORVS. Tertiadecima mansio D
est in sepulchris concupiscentiæ, vbi populus fastidiens cęlestem
panem, carnes Ægyptias desiderauit, multosque subitò vorauit
incendium. Quibus docemur, vt qui conuersationem sęculi re-
linquimus, & Ægyptias ollas, id est carnalium desideriorum fer-
uores, nõ murmuremus contra cælestem panem: nec virulentias Ægyptiorum qui
sunt magnatum carnium, sed simplicem ‡ ex inuentibus eius vel ex electis eius
mannæ cibum, id est, puram cælestemque
vitã agamus. Si enim
post perceptam angelicam mannam, quæ
est cęlestis vita vel doctrina, rursus carnes
Ægyptias, id est, carnales sęculi voluptates, & concupiscen- E
tiæ priſinæ appetimus nauseam, statim
igne domini torquebimur: desiderium q;
nostrum vertetur in † Psal. 77. d. Eze. 16. c.
tumulos, vt simus se- † nec adhuc digeste erat Mat. 23. c.
pulchra dealbata, quę
foris apparẽt specio-
sa: sint⁹ plena sunt os- Vbi supra ad Fabiolã.
sibus mortuorum &
omni spurcitia.
e *Venerunt &c.* HIERONYMVS. Quartadecima mansio est
in solitudine Pharan, quæ in aria vertitur. In hac Aaron & Maria propter Æthiopissam contra Moysen murmurant. Ex hoc
prudens lector attende, quod post consummatam in duodenatio virtutem (quia superbiuit Israël, & in sepulchris concupiscentiæ carnes Ægyptias desiderauit) rursum fundamentum iacit,
& atria, id est vestibula virtutis ingreditur, ostendens nobis
eos qui stant posse cadere, & qui ceciderunt posse resurgere.
Positus est enim Iesus in ruinam, & in resurrectionem multorum. 1. Cor. 10. c Luc. 2. c.
Qui ait per prophetam. Nunquid qui cadit, non adiciat vt resurgat?

ISIDORVS. Quartadecima mansio est in solitudine Haseroth. In hac Aaron & Maria offenderunt detrahentes fratri, quòd vxorem alienigenam accepisset, & illico Maria lepra percussa effloruit: quia sacerdotalis plebs Christo saluatori aduersus ecclesiam de gentibus congregaram derogans, lepra peccati perfunditur: nec rodit ad tabernaculum donec plenitudo gentium intrauerit. Tunc enim pristinam recipiet sanitatem, cum septiformis spiritus agnitio ad veniam reduxerit eam.

Hic. 8. b. & Psal. xlb.

Rom. 11. d.

CAP. F

✠ 1 Venit igitur Moyses. *Hic consequenter describitur impletio*
Diuisio. *diuini promissi, & primò quantum ad partem curæ alios imponendæ, secundò quantum ad cibi prouisionem, ibi:* Ventus autem egrediens. *Primum patet in litera ex prædictis, vsque ibi:*

2 Prophetauerunt, nec vltra cessa. *Dictio Hebraica quæ ponitur hic est æquiuoca, ad addere & cessare, & secundum hoc exponitur oppositio modo ab Hebræis. Vno modo sic:* Prophetauerunt & non addiderunt. *id est illo tantum die prophetauerunt & non vltra. Alio modo sic:* Prophetauerunt & non cessauerunt. *id est, non fuit ablatus ab eis spiritus prophetiæ, licet non continuè prophetarent: & hunc sensum sequitur nostra translatio, quæ videtur verior: quia spiritus prophetiæ erat eis datus ad regimen populi, vt dictum est: & ideo non est verisimile, quod habuerint tãtum vno die, sed durante eorum regimine. & hoc ostendit litera præcedens:* Cumque requieuisset in eis spiritus. *& sequitur:*

3 Remanserant. *non ex contemptu, sed ex humilitate, reputantes se indignos tanta promotione. & ideo receperunt donum Dei sicut & alij, ideo subditur:*

4 Super quos requieuit spiritus. *qui requiescit super humiles secundum quod dicitur Esa. lxvj. secundum translationem. Lxx.* Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? & cætera.

Lxx. electi. Nota.

5 Nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. *Dicit Ra. Salo. quod Moses volens compescere murmur populi contra se si plures acciperet de vna tribu quàm de alia, accepit de qualibet tribu sex senes, qui sunt simul accepti lxxij. sed quia Deus præperat tantum de lxx. ideo acceptilxxij. schedulas scribens in qualibet* ז׳ zaquen, *id est senex, exceptis duabus schedulis in quibus nihil erat scriptum: & illas schedulas, posuit in vase, vbi non poterant videri, dicens lxxij. senibus, quòd quilibet acciperet ibi vnam schedulam ad fortunam, & qui acciperet schedulam non scriptam, signum erat, quod Deus nolebat eum cum senibus computari, & ideo dicitur de*

✠ *tur de istis duobus, quòd ipsi descripti fuerant, quia schedulas scriptas habuerant.*

1 Cucurrit puer & nuntiauit Moysi. *Dicunt Hebræi quod iste fuit Gerson filius Moysi.*

2 Domine mi Moyses prohibe eos. At ille: Quid, inquit. *Dicit Rab. Sa. quòd prophetabant de morte Moysi futura, & quòd Iosue introduceret populum in terram promissionis loco eius, & ideo Iosue motus fuerat ad hoc dicendum, ne videretur appetere propriam gloriam, & magistri sui mortem. Expositores autem nostri dicunt communiter, quod motus fuit, eò quòd videbatur esse contra reuerentiam Moysi, quòd in absentia eius prophetarent, quasi Moyses mihil fecisset ad hoc quod recepissent spiritum prophetiæ, propter quod subdit Moyses:* Quis tribuat, vt omnis populus prophetet &c. *& patet.*

3 Ventus autem. *Hic consequenter ponitur impletio promissi quantum ad cibi prouisionem.*

4 Egrediens à domino. *id est virtute diuina excitatus.*

5 Arreptas trans mare coturnices detulit. *scilicet in Arabia, vbi multum abundant.*

6 Volabãtque in aëre duobus cubitis altitudine super terram. *vt*

Corus.

possent capi sine labore: quia non oportebat ad capiendum eas sursum leuari aut deprimi.

7 Qui parum decem coros. *id est qui minus acceperunt in tanta quantitate. Est enim corus genus mensuræ, & continet decem ephi vt habetur Ezech. xlv. De quantitate autem ephi dictum est Exod. xvj. quod gomor qui est decima pars ephi, continet quasi quartam & dimidiam Parisiensis secundum dicta Isidori & Papiæ, id est tantum de aridis quantum vnum vas continens quartam & dimidiam continet: & sic ephi continet quantum vas xv. quartarum, & per consequens chorus continet quantum vas xxxvij. sextariorum & dimidij. Verius tamen credo, quod quantitas huius mensuræ est nobis incerta, sicut & de aliis sequenter dictum est, eò quod multum variatur secundum diuersa tempora & varias regiones.*

8 Et siccauerunt eas. *id est mundauerunt eas amouendo intestina extra castra. Aliter exponit alij sicut litera sonat, ne per humiditatem nimiam putrefierent, quia sufficiebant pro comestione vsque ad mensem, vt præditum est. Et huic expositioni consonat litera Hebraica quæ sic habet. Et extenderunt eas per gyrum castrorum.*

9 Adhuc. *Hic consequenter ponitur punitio peccati commissi, & patet litera.* Qui desiderabant carnes, *non est de textu.*

✠ NICO-

✠† *Et ecce furor do.* Significatur, quòd dicti murmuratores queru-

losi percutiebantur à Deo igne gehennali. Per hoc autem quod ante percussionem istam dominus dedit eis in abundantia

✠ magna

Universidad de Deusto
Biblioteca

A

MORALITER.

magna coturnices, quæ sunt aues delicatæ, quasi satisfaciens eorũ irrationabili desiderio, significatur quòd dominus aliquando condescendit petitionibus malorum hominum ad eorum interitum, eò quod sit eorum oratio in peccatum.

Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me. Per hoc auctor ostendit quòd Moyses plenus scientia tam acquisita quam infusa, & cum hoc tantam gratiã habebat erga dominum, quod loquebatur cum eo sicut homo loqui solet cum amico suo, & tamen petiuit adiutores ad regimen populi, datur exemplum ecclesię prælatis & curatis, quod non abhorreant homines bonæ vitæ & sufficientis literaturæ sibi datos à Deo in adiutorium oneris sui supportandi, prædicando & confessiones audiendo: sed magis eos diligant & foueant & multiplicationem eorum desiderent, repellentes contrarium consulentes, dicentes cum Moyse: Quid ęmularis pro me: quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Deus spiritum suum?

D

MORAL.

ADDITIO I.

In ca. xj. vbi dicitur in postil. deuorauit extremã castrorũ partẽ.

Per hoc quod dicitur hîc, Extremam: *non intelligitur an ista deuoratio sit de vulgo vel de maioribus, quia solum ostendit quod hæc deuoratio non fuit per omnia castra. sed ad quandam partem: quæ tamen fuit illa pars non determinatur in litera. Nec culpandi sunt semores, tanquam negligentes de repressione murmurationis populi: quia si sic, Moyses & Aaron etiam fuissent culpandi, qui magis tenebantur ad regimen populi, sed tam isti quam illi ex duritia populi sunt excusabiles: vnde nec litera facit mentionem opponendo huiusmodi culpam populo murmuranti. vnde & opinio Rab. Salo. non tenetur ab aliis expositoribus Hebræorum.*

ADDITIO II.

In eodem cap. xj. vbi dicitur in postilla, secundum aliquos dicit, quòd illi qui fuerunt mortui ab igne, non fuerunt de maioribus.

Aliter videtur magis proprie distinguendum in hac materia, vt scilicet semores constituti tribuni & huiusmodi de consilio Iethro intendebant tantum de iudicialibus inter partes, vt expresse habetur supra Exo. xviij. d. vbi de illis dicitur: Et iudicabunt populum in omni tempore, sed hic petebat Moses adiutorum habere in regimine vniuersi populi totius, prout pertinebat ad materiam de qua hic agitur. vnde dicit: Nunquid concepi omnem hanc multitudinem, vt dicas mihi: porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulũ. Ex quo patet, quod hoc adiutorium à Mose hic petitum, erat ad regimen seu curam vniuersalem populi. quod est altioris rationis quam iudicare tantum, qua
B *ratione receperunt spiritum prophetiæ: quia ille populus in primitiuis à prophetis communiter regebatur &c.*

ADDITIO III.

In eodem ca. xj. vbi dicitur in postilla: Congrega mihi lxx. viros. *Rab. Sa. dicit &c.*

Ista electio de lxx. senibus, quæ Moysi fuit commissa, non videtur principaliter consistere in labore Ægyptiaco & huiusmodi, sed potius in grauitate morum & honestate vitæ, vbi glo. in hoc loco dicit sic: In his verbis senectus cordis notatur: si enim corporis senectus quæreretur, à tantis sciri posset à quantis videri, cum verò dicitur: Quos tu nosti, quod senes populi sunt, *patet quod senectus mentis non corporis eligatur. Hæc in glosa.*

ADDITIO IIII.

In eodem ca. xj. vbi dicitur in postilla: Et auferam de spiritu tuo, *id est de anima tua.*

Ad quorundam in hoc ca. contentorum (ab illo loco vbi dicitur: Quis dabit nobis ad vescendũ carnes &c. *vsque ibi:* Et det eis dominus spiritũ suũ) *vlteriorem declarationem occurrunt aliqua inquirenda.*

Quæstio prima. *Primum: Cur Moyses, qui communiter in aliis excessibus populi misericorditer se habebat, in tantum quod in peccato vituli petebat deleri a libro Dei, nisi eis parceretur, vt supra Exo. xxxij. & etiam pro murmuratoribus orauit, & cessauit ignis. vnde supra Nu. xvj. ca. in hoc tamen loco non se conuertit ad orandum Deum pro populo. sed solum ad subtrahendum se à regimine populi dicens:* Non possum solus sustinere onus populi &c.

Secunda. *Secundò quærendum est de hoc quod dicitur:* Cur imposuisti pondus populi huius super me &c. *videtur enim quod huiusmodi pondus fuit impositum Moysi hoc petenti seu volenti, vt habetur supra Exod. xxxiij. in additione.*

Tertia. *Tertiò quærendum videtur de hoc quod dicitur:* Vnde mihi carnes &c. vt dem multitudini: flent enim coram me &c. dicentes: Da nobis carnes vt manducemus: *cum ipsi non videantur hoc petiisse à Moyse. dixerunt enim:* Quis dabit nobis ad vescendum carnes? *in quo videntur potius à Deo tacitè hoc petiisse, a quo cætera dabantur sibi, & sic inconuenienter videbatur dici a Moyse:* Vnde mihi carnes? *quia hoc ab ipso non petebant sibi dari, sed à Deo, qui hoc habebat in*
Quarta. *potestate sua. Quartò quærendum videtur cur dicit:* Non possum solus sustinere &c. *quia ad satisfaciendũ huic petitioni non videtur facere quod esset solus aut cum societate, cum hoc non posset impleri nisi potentia diuina, quæ similiter posset cũ Moyse solo sicut etiam cũ sociis.*

Solutio. *Ad quorum solutionem præmittenda sunt duo. Primũ quia in hoc loco populus peccauit peccato concupiscentiæ inordinatæ: habebant enim cibũ continuũ suauissimum & salubrem, s. manna sine labore, & tamen cũ hoc concupiscebat inepta cibaria, scilicet cepe & allia & huiusmodi:*
C *quod ad concupiscentiam valde inordinatam pertinet: vnde vocatus est locus ille infrà eo. ca.* sepulchra concupiscentiæ: *secundũ quod vitiũ concupiscentiæ secundũ Philo. an iij. Eth. est puerile vitiũ, nõ solũ quia cõtingit sæpe pueris, sed secundũ similitudinẽ quãdã, & hoc propter tria, secundũ sanctũ Tho. in secunda secũda. q. clxj. ar. ij. an corpore art. Primum, quia sicut puer non attendit ad ordinẽ rationis, sic concupiscentia rationẽ non audit: vt in vij. Eth. Secundũ, quia sicut puer si suæ voluntati dimittatur, crescit in propria voluntate, vt Ecclesia. xxx. b.* Filius dimissus à correctione euadet præceps, *sic & concupiscentia secundũ Aug. in vij. cõfessionũ si ei satisfiat, maius robur accipit. Tertiũ similiter* Augusti. *quãtũ ad remediũ. vnde in iij. Ethic. dicitur: Quemadmodũ puerũ oportet secũdũ præceptũ pædagogi viuere, sic concupiscibile cõsonare rationi.*

Dicendum igitur ad primum quæsitum quod Moses nolust pro hac vice pro populo orare, vt scilicet dominus prouideret populo de his quæ petebant, ne eorum malitia augeretur, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quod licet Moses accepisset seu petiusset regimen populi sibi à Deo cõmissum, hoc tamen intelligebatur in quãtum esset consentaneum rationi saltẽ sicut homines adulti, nõ autem vt pueri, & ideo conquerens dicebat: vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulũ. q. d. licet sustinuissem pondus populi, quo se habent vt homo adultus, non tamen possum sustinere eos qui se habent vt infantulus in sinu nutricis: & hoc propter puerilitatem huius vitij, vt dictum est: vnde dicit Philosophus in). *Ethi. Nihil differt a te iuuenis vel secundum mores iuuenilis.*

*Ad tertium dicendum, quòd petitio populi in hoc loco posset dupliciter interpretari: quia aut ipsi petebant habere quod concupiscebãt miraculose à Deo, & hoc erat grauius. nam appetere quod Deus præterm*itteret ordinem naturæ ad satisfaciendum superfluæ concupiscentiæ, *magis vitiosum est, cùm magis deuiet ab ordine naturæ. Alio modo potest intelligi hæc petitio per humanam industria, sicut solent duces procurare vt apponãtur cibaria suis exercitibus: & hoc est leuius, cùm non sit præter ordinem naturæ. vnde Moses volens interpretari hoc dubium ad meliorem partem dixit:* Flent coram me dicẽtes: Da nobis carnes, vt comedamus. *q. d. non petunt hoc sibi fieri miraculosè quod esset maximè inordinatum: sed petunt à me, vt eis procurem propria industria quod tamen non possum. vnde dicit:* Vnde mihi carnes &c.

Ad quartum dicendum, quod quia vitium hoc erat puerile, ideo populus ille quantum ad hoc indigebat regimine pædagogi vt dictum est: non potest autem maxima multitudo puerorum sub vno regi pædagogo, quia requirunt magis particulariter instrui, nec adinuicem congregantur si sint in magna multitudine. vnde dicit: Audiuit ergo Moyses populum flentem per familias & singulos in ostio tentorij sui. *Ex quo patet, quod erant diuisi ab inuicem, & non congregati. Sed populus ex viris adultis congregatus etiam si sit magnus, potest sub vno duce regi seu ordinari. & ideo sequitur:* Non possum solus sustinere &c. *q. d. si multitudo esset quasi adultorum in vno sociatorum forte possem eis satisfacere.*

Consequenter circa hoc quod sequitur in litera: Congrega mihi lxx. viros quos tu nosti, quod senes populi sunt: *quærẽdum videtur, cur fuit hæc electio Mosi commissa: nam senectus in hoc loco ad literam intelligitur nõ numero annorũ computata, nam prout ait Grego. Si de corporis senectute quæreretur, nõ oporteret dici, quos tu nosti, quod senes populi sunt: senectus enim corporalis non solum à Moyse, sed à cunctis videntibus dignoscitur: Hæc ille. Cum autem senectus mentalis de qua hic agitur à solo Deo vere conspicitur, qui cor intuetur. vt j. Reg. xvj. talium electio non erat Mosi committenda: sed senes illi fuissent à Deo nominãdi sicut Beseleel & Ooliab electi fuerunt à Deo nominatim ad opus tabernaculi supra Exod. xxxj. Similiter in successorem Mosi Iosue fuit electus nominatim à Deo, vt infrà Deut. xxxj.*

Item si forte propter aliquam causam hæc electio fuisset committenda, quærendum videtur, cur non fuit populo commissa, sicut infrà Deut. j. dicitur: Date ex vobis viros sapientes &c. *Per hoc enim quod populus eligit suos maiores, magis pax populi conseruatur: videntur enim quasi omnes aliquam partem habere in principatu: vnde & omnes talem ordinationem amant & custodiunt, vt in v. Polit.*

Ad quod dicendum, quod quia secundum Philoso. in v. Politico in- Philoso. *ter species regiminis alicuius communitatis præcipua est illa, in qua vnus secundum virtutem principatur: ideo Deus voluit, quod Moyses tota populo tanquã perfectior cæteris præesset, vt populus Dei sub optima specie regiminis regeretur: quia tamẽ propter imperfectionẽ populi*
F *Moyses solus non sufficiebat. vnde dicit suprà: Non possum solus sustinere,*

sustinere, dixerat Deus vt sui coadiutores essent ab ipso Mose electi,
A *vt sub eo essent tanquam inferiores: & sic populi regimen principaliter esset monarchicum, quod est optimum: ideo dicit:* Congrega mihi lxx. viros, quos tu nosti. *quia tamen regimen aristocraticum, in quo regimine multi principantur, secundum virtutem est bonum regimen citra primũ, ideo Deus voluit quòd illi electi essent seniores populi sc. virtuosi vt dictum est. Et sic hæc ordinatio lxx. virorum prædicto modo electorum est mista ex regno monarchico, inquantum vnus principaliter præsidebat: & ex aristocratia, inquantum multi secundum virtutẽ sub illo vno præsidebant. Participabat autem hoc regimẽ democratiam inquantum ex toto populo isti fuerunt electi, & inæquali numero de qualibet tribu, vt habetur in postilla eo. cap.*

Consideranduin tamen, q. hæc electio lxx. virorum non fuit cõmissa populo: tum propter rationem iam dictam sc. vt regimen esset principaliter monarchicum: tum quia isti eligebantur ad statum propheticũ. Omnes enim isti sic electi prophetarunt, vt patet in hoc cap. Constat autem q. populus nesciret discernere qui viri essent magis dispositi ad donum prophetiæ obtinendum, quia hoc respicit perfectiones intellectuales. Quod autem legitur Deu. s. b. Date ex vobis viros sapientes. *intelligitur de electione tribunorum & centurionũ & huiusmodi, qui fuerunt electi ad iudicia particularia inter partes exercenda, vt iisdem manifestè patet, & tales eligebantur ex bona conuersatione & fama celebri, quæ etiam a populo possunt cognosci. Quæ quidem electio huiusmodi centurionum non erat contra rationẽ monarchici regiminis, quia ipsi iudicabant tantum de minoribus: maiora autem Moysi referebãt,*
B *vt suprà Exo. xviij. quod non legitur de lxx. viris hic electis.*

Consequenter circa hoc quod dicitur in litera: Auferam de spiritu tuo, tradamq; eis. *videndum est an hoc, quod dicitur, de spiritu tuo, intelligatur de cura tua, scilicet vt onere regiminis quod tu aliter erat super Mosen in aliis partito, leuius remaneret in ipso Mose huiusmodi onus: an cum dicitur, de spiritu tuo, intelligatur de spiritu gratiæ ipsi Mosi gratis dato. Quo quidem duo modi exponendi, ponuntur in postilla. sed primus non cõsonat litera, secũdus autẽ modus verus videtur: nam de spiritu gratiæ quæ data erat Mosi, aliquid fuit datum lxx. viris: quod intelligendum est prout in postilla: non q. per hoc fuisset aliquid ablatum ab ipso Mose, & aliis traditum. sed q. fuerunt illuminati ab ipsa diminutione gratiæ Moysi, sicut a lumine vnius candelæ plures illuminantur sine sui diminutione, prout in postilla: Quæ quidẽ similitudo videtur tenere, etiam quantum ad causam effectiuã, licet hoc videatur vegari à postillatore. Glo. enim in hoc loco sic dicit: Moyses & spiritus qui erat in eo, quasi clarissimi luminis lucerna fuit, ex qua lxx. Deus accendit, ad quos principalis luminis splendor aduenit, & origo ipsius mihil damni ex deriuatione accepit. Hæc in glo. Ex qua manifestè patet, quòd spiritus seu lumen gratiæ in senioribus ille fuit deriuatũ à lumine gratiæ, quod erat in Moyse sine sui diminutione.*

Circa quod duo sunt attendenda. Vnum est, q. spiritus seu gratia, de qua hic agitur, & in glo. prædicta per lumen ostenditur, non est lumen naturæ quia à solo Deo creante datur: nec lumẽ gratiæ gratum facientis, quæ à solo Deo iustificante confertur: nec lumen gloriæ, per quod rationalis creatura a solo Deo beatificatur: sed debet intelligi spiritus prophetiæ, qui est quoddam lumen in quo manifestantur veritates quæ per prophetiã reuelantur à Deo ipsi prophetæ: vnde ad Ephe. v. c. Omne quod manifestatur in lumine est. *Quod autẽ spiritus iste, de quo hic agitur, sit propheticus satis patet ex litera cum dicitur:* Cumque requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt. *Spiritus enim propheticus in primis patribus ve. testa. requirebatur in rectoribus principalib'*
C *populi, vt patet discurrendo fere per rectores principales, a Moyse vsq; ad Dauid. Patet etiam de Saule). Reg. x. q. cũ esset vnctus in regno prophetauit: vnde & isti qui assumebantur ad regimen populo in coadiutores ipsi Mosi, conueniebat, vt haberent spiritum propheticum.*

Secundum est, q. illuminatio prophetica qua à Deo principaliter est, quandoque tangit mentes prophetarum mediantibus angelis, vt patet de ipso Mose in primordio sui assumptionis ad propheticum statum: Exod. iij. & de Abraham Gen. xviij. & de multis aliis. Et quod magis est, quòd etiam inter angelos eandem beatitudinem possidentes superiores illuminant suos inferiores, secundum Diony. in vij. cap. ca. hierar. Et eodem modo potest intelligi circa lxx. viros sc. quod lumen propheticum in mente Mosis à Deo infusum confortabat lumen naturale ipsorum seniorum, & manifestabat eis veritatem de his quæ pertinebant ad statum regiminis populi, ita quòd principalitas huius illuminationis est in solo Deo: secundaria verò illuminatio attiua in ipso Moyse, sicut & luna recipit lumen ab ipso Deo mediante tamen sole. Et hoc videtur sonare litera, quæ in hoc loco dicit: Descenditque dominus per nubem, & locutus est ad eum. *scilicet ad Moysen, non autem semoribus. Et sequitur:* Auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans lxx. viris. *Et notandum, quòd vbi nos habemus: Auferens de spiritu qui erat in Moyse: ponitur in Hebræo quoddam verbum æquiuocum ad multa, nunquam tamen reperitur idem significare quod auferre: & translatio Chaldaica in hoc loco posuit quoddam verbum significans idem quod diffundere seu protendere, &*

dere, & est sensus, quòd Deus diffudit seu protendit de spiritu qui erat D *in ipso Moyse, & dedit lxx. viris, modo prædicto. Et forte in translatione nostra primo fuit positum:* Afferam de spiritu tuo: *similiter afferens de spiritu qui erat in Moyse, quod satis consonat cum translatione Chaldaica, & postea per vitium alicuius scriptoris fuit interpositus, ita quòd vbi dicebatur afferam, ponitur fuit auferã: quod non bene litere consonat nec propositi, &c.*

Et notandum etiam quod hæc excellentia rationabiliter videtur fuisse concessa ipsi Moysi inter prophetias cæteros veteris testamenti quia fuit eximius prophetarum, prout in secunda secundæ q. clxxiij. artic. iij. in corpore quæstionis: tum quia solus inter illos Dei essentiam in hac vita existens, vidit: ponit Augus. de ciuitate Dei, lib. x. de August.
videndo Deum, de Moyse & Paulo. Et ideo congruit angelorum Deum videntium prærogatiuam habuit in illuminatione prophetica sc. quod sicut Deus mediantibus angelis illuminat mentes prophetarum, sic mediante ipso Mose per lumen propheticum sibi a Deo excellentissimè collatum, lumen propheticum traderetur illis lxx. viris: tum quia hoc pertinebat ad maiorem perfectionem regiminis populi. Si enim illi lxx. viri recepissent ab ipso Deo immediate spiritum propheticum, sicut Moses immediate recipiebat, essent quodammodo omnes pares in huiusmodi regimine: non obstante quòd Moyses in maiori copia recepisset huiusmodi spiritum quam illi. Nam secundum Philosophum magis & minus non variant speciem. Ex qua possent sequi duo inconuenientia. Primum est, quòd daretur occasio, vt populus reputaret eos æquales in regimine, & sic populus non regeretur monarchice, quod est optimum regimen, vt dictum est. Secundum, quia posset contingere aliquod simile illius quod legitur iij. Reg. xxij. de propheta illo, qui E *alium prophetam induxit ad transgressionem mandati Dei dicens: Et ego sum propheta similis tui, & angelus locutus est mihi in nomine domini, & ex quo possent contingere multæ turbationes in regimine, vt satis patet.*

Item in hoc loco valde commendanda est humilitas Moysi, qui potius voluisset, vt sui coadiutores ei participarentur in spiritu prophetiæ, quam quòd essent sub ipso constituti: quod patet ex hoc. Nam Iosue dicente de duobus prophetantibus in castris: Domine mi Moyses prohibe eos. *Ille respondit:* Quid inquit, æmularis pro me? quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum? *q. d. vana est tua æmulatio, quia ego potius vellem quòd non solum isti lxx. sed omnis populus prophetaret, sed etiam vltra hoc vellem, quòd non prophetarent, ex hoc quòd Deus accepit de spiritu meo, vt daret eis, sicut modo sit, vt consentiamur esse me minores: sed etiam vt haberent spiritum propheticum a Deo immediatè sibi datum, & hoc est quod dicit:* Et det eis Deus spiritum suum, *quasi dicat non meum vel de me: quod non ad modicum humiliatem recipiendum est: nam apostoli licet tam sæpe doctrinam Christi audierant, in qua maxime commendauit humilitatem, vt Matth. xj. d.* Discite à me quia mitis sum & humilis corde, *in fine tamen imminente passionis tempore de maioritate contendisse leguntur: vnde Luc. xxij. c.* Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur maior esse. *Moses tamen, vt hîc testatur scriptura, non solum illis lxx. sed etiam omnibus de populo parificari volebat, vt dictum est. Tenendum est tamen quod apostoli post confirmationem ad maiorem gradum humilitatis ascenderunt, sequendo doctrinam Christi dicentis:* Qui maior est vestrum, fiat sicut minor & cætera. *sicut patet Luc. xxij. capitulo allegato.*

REPLICA *correctorij contra Burgen. In libro Numerorum vsque ad cap. xj. non potest Burg. quæ mala, & eorum pertractatione.* F

In capit. itaque xj. vbi postilla dicit gratiam Mosi in lxx. viros partitam sine sua gratia diminutione, sicut multæ candelæ ab vna accenduntur: & dicit illud quòd ad Boẽsen non intelligi debere effectiue, sed meritorie, veritas hierarchice. Contra hoc Burgen. audet ter se opponit, asserens in hoc quòd in spiritus distributionis ad lxx. viros Moysi se habuit effectiue, addens quòd ille spiritus distributus debeat accipi pro spiritu prophetiæ resultante sc. finaliter ad istius hierarchicos, volens quod sicut superior purgat & illuminat effectiue inferiorem, ita & Moyses resultando veritates confortabat lumen naturale in Israel in istis lxx. viris. Sed sic dicendo Burgen. s. nonnulla contingunt inconuenientia. Primum: quia sic Burgen. recedit à plana litera expositione: nam in litera dicitur Deum dixisse, non Moysen: Auferam de spiritu tuo, tradamque eis. *Vox de consolatione specialiter effectiua, ad Moysen pertinente nulla fit mentio, sed potius oppositum: quia spiritus Moysi ex litera videtur habere rationem causæ materialis ex qua vel a qua, respectu diuinæ distributionis. Causa autem materialis & efficiens non coincidunt, ex ij. Physicorum. Secundum inconueniens quod accidit Burgen. si, quòd illa ratione qua Moyses hîc ponitur causa effectiua, respectu istius vel habitus supernaturalis, eadem ratione & baculus Heliseæ, & virga Moysi, & cætera instrumenta, quibus facta dicuntur miracula, dicerentur habuisse rationem causæ effectiuæ, quod est contra communem scholam, nisi quis instrumenta reducere vellet ad genus causæ efficien-*

R

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philosoph.

Acti, de qua supra Exod.xvij. Tertium inconueniens, quòd nullus superior posset exercere actum hierarchicum in inferiorem, nisi conferret ei gratiam vel habitum supernaturalem: quod est falsum: quia actus hierarchici ex dispositione diuina oriuntur, & hac dispositio conferri potest naturae, vt exerceat illos actus naturali ordine docere potest. Et de hoc dictum est amplius super Exod.xxxiij. contra Burgens. digressionem. Multa enim alia inconuenientia sic dicenti contingunt, de quibus transeo. Et si ille spiritus partitus debeat dici lumen propheticum sicut à solo Deo thearchicè creatur, ita ab eo solo multiplicatur, diffunditur, & traditur: quamuis à creatura hierarchica per illuminationem ministerialiter deriuetur, non effectiuè: nec ex hoc sequitur vt infert Burg. hierarchicam inferiorem & superiorem esse pares, si à thearcha omnes immediatè lumen recipiant, vt ostendit beatus Diony. vbi supra. Nec oportet inter superiores & inferiores hierarchici ordinis semper esse distinctionem specificam, sed sufficit secundum diuinam dispositionem esse eorum subordinationem secundum dignitatem hierarchici ordinis. Nec sequitur quòd populus Iudaicus reputassent Moysen, & lxx. viros aequales, si non à Moyse effectiuè spiritum & lumen habuissem: & sic hierarchia cessaret, & non esset regimen monarchicum, quod est optimum. Opinio enim populi ad hoc nihil facit. Brocardicum quoque est quod Burg. adducit de falsi prophetis qui seduxit verum, vt patet 3.Reg.13. Hic enim agitur de veris electis & illuminatis hierarchicè, vbi falsi sunt impertinentes: imò talis deceptio potius locum haberet, si à Moyse ille spiritus effectiuè daretur, quia constat Moysen falsae peccabilem & errare potuisse, & per consequens decipi & decipere: multò fortius hoc etiam locum haberet in lxx. ab eo illuminatis si effectiuè. Si autem ponitur à Deo effectiuè, & à Moyse ministerialiter, tunc cessat huiusmodi argumentum: nec hoc in Moyse in spe humilitatis commendandum est, quod vt vult Burg. optauit omni populo à Deo immediatè dari de spiritu Dei non suo: quasi lxx. solum acceperint de spiritu suo, & per eum effectiuè: non enim actus humilitatis est peruertere velle ordinē hierarchicum à Deo ab origine rerum institutum, quod fieret si poneretur quòd Moyses effectiuè spiritum prophetiae distribuisset, prout late supra ostensum est auctoritate beati Dionysij). D E

B hierarchicum quemcunque creatum hoc potestis pertinere, quia lumen prophe-

CAP. XII.

a Quæst. 22.

Locutaq; est Maria, &c. ✠ Theodoret. Sephoram appellauit Æthiopissam. Siquidem Saba gens est Æthiopica. Cum ergo Aaron Israëlitidem duxisset, Moyses autem alienigenam, exorta pulla inimitate quadā, hoc illi exprobranit. Sed integritatē legislatoris cōfirmat fratrū proteruia, nēpe cum alia carerēt accusatione, vxoris probrum obiecerūt.

†68.dist.c.fi post §. econtra 2.q.7.ple. nū §. ité obiicitur. ✠ Procopius. Verumtamen Aarō & ipsa soror exprobrare non verentur, non cogitantes cuius figuram gereret, Christi nempe quem accusabant & indignabantur, quod nigram gentium & pulchram Israëlitarum synagogam simul ambiret, quod sponsae Israëliticae gentilē adiungeret. Quapropter tanquam qui amaret alienos, Samaritam eum nuncuparunt.

Ex Cathena Græca. ✠ Cyrillus. Duae fuerunt calumniae quibus Moysen inuadebant. Primò quod vxorem contra mores duxisset Æthiopem: alterum quòd maiorem sibi autoritatem vendicaret quàm par esset, quoniam sit etiam cum aliis Deus collocutus.

Hom.7. in Numeros. Origen. Maria plebs Iudaica: Moyses lex domini est, quae transit ad connubium Æthiopissae, ecclesiae s.de gentibus cōgregatae. Hāc lex spiritalis accepit vxorem, & ideo Maria.i.synagoga indignatur & detrahit cum Aaron, cum sacerdotibus s.& Pharisaeis. Derogat ergo vsque hodie Moysi plebs illa, & turpis ei videtur,

C videtur, quia circuncisionem carnis non docet apud nos, nec obseruantiam sabbathi vel neomeniae, nec sacrificia sanguinis: sed circuncisionē cordis, & otium peccandi, & dies festos in azymis synceritatis & veritatis, & sacrificia laudis, nec pecudum, sed vitiorum victimas caedi monet. 1. Cor.5.c.

CAP. XII.

a ¶ Propheta. b ¶ Sacerdotalis plebis, carnale sacerdotium.

†Locutaque est Maria & Aaron a contra Moysen propter vxorem eius; b

a ¶ Christus.

†33.q.2.c. hoc ipsum.

illa est, quanta intelligentiae caligo, quanta obseruantiae foeditas, quāta turpitudo conspectus. Sed haec lepra non est perpetua. Vbi enim compleri coeperit mundi septimana, reuocabitur ad castra. In fine enim mundi cum plenitudo gentium introierit, omnis Israël saluabitur, & Mariae lepra cessabit. Recipier enim decus fidei & splēdorem agnitionis Christi, & restituetur vultus eius, cū fiet vnus grex & vnus pastor. Rom.11.c. Iohā.10.c.

Idem. Quia detraxerūt Aaron & Maria Moysi correpti sunt. Maria etiam lepra efficitur: tanta enim fuit cura correctionis, vt dum Maria per septimanam esset in lepra, populus Dei non ageret iter ad terram promissionis, nec moueretur tabernaculum testimonij. In quo moneor ne detraham fratri, ne derogem, non solum sanctis sed etiam quibuslibet proximis meis. Vnde: *Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersum filium matris tuae po-* Vbi supra. Non detrahendū fratri. Psal.49.d.

☞ nebat F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XII.

Diuisio. 1 Locutaque est Maria. *Hic ponitur obiurgationis impedimentum contra Moysen propter quam populus impeditus fuit ab itinere vt patet in fine huius ca.*

Circa hoc igitur primò ponitur dicta obiurgatio: secundò obiurgationis reprehensio, ibi: Quod cum audisset. *tertiò euentus punitio, ibi:* Iratusque. *Circa primum dicitur:*

2 Locutaque est Maria. *Ista copulatiua coniunctio, q. coniungit hoc capitulum praecedenti, cuius causa dicetur infra.*

3 Contra Moysen. *Circa hoc variè dicunt doctores Hebraei & catholici. Dicit enim Iosephus & plures expositores catholici eum in hoc sequentes, quòd ista vxor Moysi fuit filia regis Æthiopum, quia Æthiopi-*

Æthiopissa quae fuerit.

thiopibus rebellantibus Aegyptijs, Moyses qui iam erat adultus & elegantis formae, missus fuit dux exercitus ad ipsos domandos: quibus debellatis in campo obsedit fugientes in ciuitate regia, cuius prohibitatem admirans filia regis, quae remanserat mortuo patre, misit ad eum nuntios pro matrimonio contrahendo. Cui consensit Moyses. Dicunt igitur quod Maria & Aaron obiurgauerunt Moysen, eò quod accepisset mulierem alienigenam. Sed hoc non videtur valere, quia eadem ratione obiurgassent eum de Sephora quae erat Gentilis. Et ideo dicunt alij, & reprehenderunt Moysen, eò quòd illam acceptam dimiserat. Rab. Sal. autem dicit, quod ista vxor fuit Sephora quae dicitur Aethiopissa. Et idem dicit Auguſt. Alia tamen variatione, quia secundum Aug. & alios doctores nostros dicitur Aethiopissa, quia Madianita amquitus Aethiopes dicebantur. Rab. Sa. dicit quòd dicitur Aethiopissa per contra- Augustinus.

✠ rium, *quia erat valde pulchra, non solum corpore sed etiam moribus. Vnde interpretatur pulchritudo secundum Hiero. sicut de puero valde pulchro aliquando dicitur: hic est pulcher mauritius & quasi similis modo de Iohanne Baptista, Matt.xij. dicitur. Arundo vento agitata per contrarium vel negatiue. Decausa verò obiurgationis Moysi propter Sephoram, dicunt expositores nostri quòd fuit, eò quod Maria soror Moysi & Sephora vxor eius rixata fuerunt adinuicem, sicut accidere solet mulieribus, & Maria super hoc conqueſta fuit Aaron, & ambo simul detulerunt querimoniam apud Moysen, & ipse sublimit partem vxoris suae, propter quod Maria indignata prorupit in verba contra Moysen. Rab. Sa. dicit quòd causa obiurgationis Moysi fuit pro Sephora vxore sua, propter hoc quòd Moyses separauerat se ab ea quantum ad thorum: eo quod frequenter loquebatur cum domino, & ideo volebat esse paratus semper cum vocaretur à domino, ad quod requiritur munditia carnis etiam per continentiam ab actu matrimoniali. Vnde & dicunt sancti: quod spiritus prophetiae non tangebat corda prophetarum, cum erant depressa ex actu matrimoniali. Sacerdotes etiam veteris legis diebus quibus ministrabant, ab vxoribus continebant, & iste modus loquendi consonat textui: & secundum hoc exponitur sic:* Locutaque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius. *Quia separauerat se ab ea quantum ad thorum sine causa, vt eis videbatur, ideo subditur:*

Actus matrimonialis.

1 Æthiopissam. *negatiue, vel per contrarium, vt sit sensus: Non est ita malè gratiosa, q. deberet se separare, cum sit pulcherrima corpore & moribus. Nec valet causa quam assignat s.q. Deus frequenter loquitur cum eo, vnde subditur:*

2 Et dixe. *non solum per Moysen, &c. q.d. non, vnde subditur:*

3 Nonne. *q.d. sic: qui tamen tenemur legè actus matrimonialis. q.d. ex hoc non habet causam separandi se ab vxore. Si autem quaratur, quomodo Maria & Aaron scierunt q. Moyses contineret ab vxore? Respondet Rab. Sa. di. q. quando Heldad & Medad prophetauerūt in castris, vt dictū est ca. prace. Maria soror Moysi & Sephora vxor eius erant simul, & cū rumor de prophetia ipsorū venit ad eas, Sephora dixit: Væ vxoribus eorū, quia ex tūc separabuntur viri earum ab ipsis, sicut maritus meus separauit se à me. & tunc Maria dixit hoc Aaron, & ambo simul reprehenderunt Moysen.*

4 Quod cum. *Consequenter ponitur Aaron & Maria reprehensio, cum dicitur:* Quod cum audisset. *s. verba Aaron & Mariae praesumptuosa & mala.*

5 Iratus est. *eò q. sciebam excellentiam sanctitatis Moysi: & ideo culpa eorum erat grauior, ideo subditur:*

6 Erat enim Moyses vir mit. *quia cū esset valde excellens respectu eorum,*

MORALITER.

Allegoricè. ✠ 1 *Locutaq. est Maria & Aaron cōtra Moy.* Ipsi nanque eleuati propter donū prophetiae irreuerenter & falsò locuti sunt contra Moysen mitissimum, vt dicitur in litera. Per istos allegoricè significantur haeretici in vtroque sexu, qui propter aliquam notitiam sibi datam superbientes locuti sunt contra Christum mitissimum. Matth.xj.d. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Contra Christum enim locutus est Arrius & eius sequaces, Christi di-

vinitatem negantes, & Manichaeus negas veram humanitatem eius, & sic de aliis haereticis. Et quoniam haeresis per lepram significatur, vt dictum est suprà, ideo Maria quae praesumptuosè contra Moysen cœpit loqui, percussa fuit lepra, non autem Aaron, quia summus sacerdos erat: & quia statim pœnituit, & culpā humiliter recognouit. Per hoc autem quòd ad preces Moysi Maria fuit sanata, figuratum fuit, quòd haeretici reuertentes ad ecclesiam sunt recipiendi. Moraliter autem per Mariam & Aaron

✠ irreue-

☞ *nebat scandalum.* Et alibi: *Detrahentem occultè aduersus proximum*

Psalm.100.a *sum persequebar.* His diuinae scripturae sermonibus velut quibusdam gladiis vtrinque acutis, obtrectādi & derogandi vitium resecatur. Lepra enim consequitur detrectantes & cacologos.

Vbi supra. Idem. Omnis etiam qui scripta Moysi malè intelligit, & spiritalem legem carnaliter suscipit, detrahit ei, quia de verbis spiritū carnaliter sentit.

✠ quam acceperat

† Et audiuit dominus

Mystice. Non solùm Iudaei haeretici qui non recipiunt legem & prophetas detrahunt Moysi. Qui impingunt etiam ei quod homicida fuit, quia Aegyptiū interfecit, & alia multa etiā in alios prophetas blasphemo ore cōcinnant. Ideo sunt in anima leprosi, & eiciuntur ab ecclesia Dei. Vel haeretici qui detrahunt Moysi, vel ecclesiastici qui detrahunt proximis.

Mysticè.

Quæst.10. a *Aethiopissam.* Augvst. De vxore Moysi Aethiopissa quaeritur, vtrum ipsa sit filia Iethro, an alteram duxerit vel superduxerit? Sed ipsam fuisse credibile est. De Madianitis quippe erat, qui in

a ¶ Ecclesiam de Gentibus congregatam.

a Aethiopissam,* & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est dominus? Nonne & nobis similiter est locutus? † Quod cùm audisset dominus, iratus est. Erat enim Moyses b vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Statim locutus est dominus ad eū & ad Aaron & Mariam: Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum foederis. Cumq; fuissent egressi, descendit dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi, vocās Aaron & Mariam. Qui cùm issent, dixit ad eos: Audite sermones meos: c Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione †appa- rebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

†huic non facias. Lib.1.c. meron.c.36

✠ Rupertus. Dulcis & magna la? quam possidens omnis prælatus, rectè dicere possit, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Nullo modo seipsum defendebat Moses, & hoc pacto quasi legitima causa defensorem sui Deum magis tacendo constituebat.

c *Si quis.* Origen. Audite quantū beneficij conferūt obtre- Vbi supra.

☞ ctantes.

b *Moyses vir mirfissimus.* ✠ Theodoret. Per haec docemur non vlciscendū esse de his qui inferūt iniuriā, sed expectandam diuinam sententiā, quae maximè consolatur iniurijs passos, quemadmodum & tunc tacente Mose Maria lepra percussa est. Nam mihi vindictam & ego retribuam dicit dominus. Quæst. 22.

NICOLAVS DE LYRA.

rium, quia erat valde pulchra, non solum corpore sed etiam moribus. Vnde interpretatur pulchritudo secundum Hiero. sicut de puero valde pulchro aliquando dicitur: hic est pulcher mauritius & quasi similis modo de Iohanne Baptista, Matt.xij. dicitur. Arundo vento agitata per contrarium vel negatiue. Decausa verò obiurgationis Moysi propter Sephoram, dicunt expositores nostri quòd fuit, eò quod Maria soror Moysi & Sephora vxor eius rixata fuerunt adinuicem, sicut accidere solet mulieribus, & Maria super hoc conqueſta fuit Aaron, & ambo simul detulerunt querimoniam apud Moysen, & ipse sublimit partem vxoris suae, propter quod Maria indignata prorupit in verba contra Moysen. Rab. Sa. dicit quòd causa obiurgationis Moysi fuit pro Sephora vxore sua, propter hoc quòd Moyses separauerat se ab ea quantum ad thorum: eo quod frequenter loquebatur cum domino, & ideo volebat esse paratus semper cum vocaretur à domino, ad quod requiritur munditia carnis etiam per continentiam ab actu matrimoniali. Vnde & dicunt sancti: quod spiritus prophetiae non tangebat corda prophetarum, cum erant depressa ex actu matrimoniali. Sacerdotes etiam veteris legis diebus quibus ministrabant, ab vxoribus continebant, & iste modus loquendi consonat textui: & secundum hoc exponitur sic: Locutaque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius. *Quia separauerat se ab ea quantum ad thorum sine causa, vt eis videbatur, ideo subditur:*

1 Æthiopissam. *negatiue, vel per contrarium, vt sit sensus: Non est ita malè gratiosa, q. deberet se separare, cum sit pulcherrima corpore & moribus. Nec valet causa quam assignat s.q. Deus frequenter loquitur cum eo, vnde subditur:*

2 Et dixe. *non solum per Moysen, &c. q.d. non, vnde subditur:*

3 Nonne. *q.d. sic: qui tamen tenemur legè actus matrimonialis. q.d. ex hoc non habet causam separandi se ab vxore. Si autem quaratur, quomodo Maria & Aaron scierunt q. Moyses contineret ab vxore? Respondet Rab. Sa. di. q. quando Heldad & Medad prophetauerūt in castris, vt dictū est ca. prace. Maria soror Moysi & Sephora vxor eius erant simul, & cū rumor de prophetia ipsorū venit ad eas, Sephora dixit: Væ vxoribus eorū, quia ex tūc separabuntur viri earum ab ipsis, sicut maritus meus separauit se à me. & tunc Maria dixit hoc Aaron, & ambo simul reprehenderunt Moysen.*

4 Quod cum. *Consequenter ponitur Aaron & Maria reprehensio, cum dicitur:* Quod cùm audisset. *s. verba Aaron & Mariae praesumptuosa & mala.*

5 Iratus est. *eò q. sciebam excellentiam sanctitatis Moysi: & ideo culpa eorum erat grauior, ideo subditur:*

6 Erat enim Moyses vir mit. *quia cū esset valde excellens respectu eorum, tamen patienter eorum iniurias sustinuit.*

7 Statim. *Ad ostendendum diuinum iudicium Dei super isto verbo fallo. in Hebraeo habetur: Et subito, cuius causam assignat Rab. Sa. dicens, q. Aaron & Maria tunc erant immundi, & per consequēs inepti ad apparendum in conspectu Dei: & ideo compulsi fuerunt petere aquā purificationis, vt per hoc ostenderetur bonitas Moysi: cui tenendo se ab vxore, vt semper esset paratus apparere coram Deo, qui frequēter & subitò vocabat eum ad loquendum cum eo: & ad confusionem Aaron & Mariae qui immundi erant, quando fuerunt vocati.*

8 Egredimini. *Nolebat enim fatuitatem Aaron in hoc facto coram populo ostendere, propter scandalum populi vitandum: & eadem ratione non est percussus lepra cū Maria, vt habetur infra, & propter eādem rationem sacerdotibus non imponitur pœnitentia publica.* Quare sacerdotibus non imponitur pœnitentia publica.

9 Vocās, &c. *segregatim à Moyse: quia reprehendendo eos, volebat commendare Moysen, sicut patet ex sequentibus: & commendatio alicuius conuenientius fit in absentia eius, quam in praesentia. Vnde dicit Greg. Sapiens cum laudatur in facie, flagellatur in mente.*

10 Si quis fue. *Ad intellectum huius considerandum, quòd cognitio prophetica, quantum ad praesens spectat, fit tribus modis. Vno modo per abstractionem a sensibus exterioribus, & in somno vel extasi. Alio modo sine abstractione tali, & hoc fit dupliciter: Vno modo quando in imaginatione fiunt aliquae formae diuinae, in quibus intellectus à Deo illustratus intuetur veritatem intelligibilem supernaturalem. Alio modo quando sine tali visione imaginaria intellectus à Deo illustratus cognoscit intelligibilem veritatem supernaturalem. Secundus gradus est altior primo, & tertius secundo, cuius ratio est: quia per occupationem sensuum exteriorum in actibus suis intellectus distrahitur, vt minus capere possit cognitionem supernaturalem: & ideo quando existente tali occupatione apprehenditur supernaturalis veritas, est altior gradus, sicut in cognitione naturali, ille iudicatur melioris ingenij, qui curis distractus apprehendit veritatem intelligibilem, quam ille qui non potest apprehendere, nisi sit ab omni talī distractione segregatus. Et ideo secundus gradus prophetiae qui est sine abstractione a sensibus altior est primo: & similiter tertius est altior secundo: sicut in cognitione naturali ille est melioris ingenij, qui veritatem intelligibilem capit absque manuductione per exempla sensibilia, quam ille qui indiget talibus. Secundum hoc igitur exponunt Hebraei literam istam: Si quis fuerit inter, &c. vel per somnium loquar ad illum. Per locutionem in somnio intelligitur primus gradus prophetiae: per visionem secundus, qui sunt inferiores, vt dictum est. Ac si dicat dominus Aaron & Mariae: non attigistis nisi ad inferiores gradus prophetiae.* Propheties cognitio.

11 At non talis seruus. *Q. q. attigit gradum superiorem, & ideo*

✠ non

MORALITER.

✠ irreuerenter loquentes contra Moysen, qui tamē erat mitissimus, significantur discipuli sub benigno magistro superbientes, & contra personam eius vel doctrinam irreuerenter loquentes: & tales sunt grauiter obiurgandi, sicut Aaron & Maria, & vsque ad satisfactionem condignam de societate aliorum discipulorū eijciendi. Vnde refert commentator super secundum de consolatione, quòd in ciuitate Athenensi, vbi antiquitus vigebat studium philosophiae, quidam discipulus propter quoddam verbum irreuerentiae contra suum magistrum, de loco studij fuit eiectus vsque ad quinquennium.

Nota cōtra proteruos scholasticos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ tantes. Nunquam enim inuenimus dominum tantum laudasse A Moysen, quantum nunc cùm detrahitur ei. Vnde: *si fuerit propheta quis vestrum domino in visionibus agnoscar ei, & in somnijs loquar ei, non sicut famulo meo Mo. &c.* Vides quid sibi pœnæ obtrectantes contulerint: quid illi laudis, sibi turpitudinem, illi splendorem, sibi lepram, illi gloriam. Ante tamen quàm acciperet Moysen, quantum nunc cùm detrahitur ei. Vnde: *si fuerit propheta quis vestrum domino in visionibus agnoscar ei, & in somnijs loquar ei, non sicut famulo meo Mo. &c.* Vides quid sibi pœnæ obtrectantes contulerint: quid illi laudis, sibi turpitudinem, illi splendorem, sibi lepram, illi gloriam. Ante tamen quàm acciperet

Moyses extenuatur à domino.

a seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. 1
Ore enim ad os loquor ei, & † palam, non per ænigmata & 2
b figuras dominum videt. Quare igitur non timuistis detrahe- 3
a ¶ Irascitur Deus detractoribus.
c re seruo meo Moysi? Iratusq; contra eos abiit. Nubes quo- 4
a ¶ Plebi Iudaica. 5
d que recessit, quæ erat super tabernaculum. Et ecce Maria † 6
† erat lepro-sa
a ¶ Recedente nube, id est Dei visitatione.
e apparuit candens lepra quasi nix. Cumq; respexisset eam Aa- 7
ron & vidisset persusam lepra, ait ad Moysen: Obsecro do-
mine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè cò-

Allegoricè. Moyses coniungitur nostræ Æthiopissæ, iá lex Dei non in figura sicut prius, sed in ipsa specie veritatis agnoscitur, & quæ prius in ænigmate signabãtur, nunc in veritate complentur. Vnde Paulus: *Scimus quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Mo. baptisti sunt, &c.* Vides quomodo Paulus ænigmata legis absoluit, & species ænigmatum docet, dicens quòd petra erat in ænigmate apud Moysen, antequàm iungeretur Æthiopissæ, nunc in specie petra Christus est. Nunc enim os ad os loquitur per legem Deus. An-

1.Cor.10.a.

B tè in ænigmate fuit baptismus in nube & in mari, nunc in specie regenerationis est in aqua & spiritu. Tunc in ænigmate erat mã-

Iohan.3.a. Exo.16.b. na cibus, nunc in specie verbi Dei caro verè est cibus. Nunc er-

Iohan.6.c. go Moyses Æthiopissæ iũctus, vel ipse ad nos vel ad ipsum Deus non loquitur in ænigmate, sed in specie.

a *Dominum.* IDEM. Alia litera: *Et gloriam domini videt.* Vidit Moyses gloriam domini, quando transformatus est dominus in

Lucæ 9.d. monte, & aderat ei Moyses cum Helia, & colloquebatur ei. Ideo rectè addit:

b *Quare igitur.* IDEM. Quod ad eos dicitur, qui euangelia sus-

Derogare Moysi. cipere videntur, derogant autem Moysi. Et meritò arguuntur, quia cum discant per euangelium, quòd Moyses cum Helia vidit gloriam domini, audent derogare legi & prophetis. Non detrahamus ergo legi, nec simus auditores solùm, sed & factores, vt cum Moyse glorificemur. Parant autem materiam derogandi

Iacob.1.d. Moysi, qui legem non spiritualiter exponunt. Qui enim cum audiunt ritum sactificiorum, obseruantiam sabbathorum, vel similia in ecclesia recitari, offenduntur & dicunt: Quid prosunt nobis præcepta Iudaica? Iudæi de his viderint. Danda est ergo opera, vt lex spiritaliter intelligatur & explanetur, ne ab imperitis derogetur Moysi. Sed conuertamur ad dominum, vt auferat à

Exo.34.d. nobis velamen literæ, ne deformis videatur nobis vultus Moysi,

1.Cor.3.c. sed decorus & glorioſus, vt non obtrectemus, sed pro magnitudine sensuum eum glorificemus.

Vbi supra. c *Nubes quoque recessit.* ORIGEN. *Et nubes recessit de tabernaculo, &c.* Prius recessit nubes, quàm Maria repleatur lepra: vt ostendatur, quia si est in aliquo gratia sanctiſpiritus, & obtrectat & detrahit: recedit ab eo post obtrectationem, & lepra repletur

C anima eius. Nam populus ille prius habuit in se gloriam Dei.

ALLEGORICE. Sed postquam in verum Moysen i. Christum extenderunt linguas blasphemantium vel blasphemiæ, discessit ab illis nubes, & transiit ad nos in montem excelsum, cum saluator transformatus est, & nubes refulgẽs obumbrauit discipulos, & vox de nube dixit: *Hic est filius meus dilectus, &c.* post hoc ergo Maria facta est leprosa sicut nix. Donec aderat nubes, D non erat leprosa, dum enim visitatio Dei in populo illo fuit, leprosus non fuit.

Timeamus & nos ne fortè fugemus à nobis hanc nubem ma- Moraliter. lè cogitando, malè loquendo, malè agendo, & appareat in nobis lepra peccati.

d *Et ecce Maria.*

✠ THEODORET. Quæst. 13. Quare cũ ambo con- †per visionẽ uitiati essent, illa sola pœnas luit? Imprimis quia grauius erat delictum mulieris. Masculo enim tum natura, tum lex fœminam submittit. Deinde veniã aliquã merebatur Aaron, nimirũm vt prouectior ætate, ac pontificiã dignitatem obtinens. Præterea quoniam leprosus secundum legẽ immundus esse videbatur. Aaron autem radix erat sacerdotum & origo, propterea parem ci pœnam non inflixit, sed per mulierem terruit illum, timul & erudiuit, quia prior hoc beneficium adeptus, iniuriam passum deprecatus est, vt precibus hanc cladẽ auerteret. Tum clementissimus dominus docuit se non iudiciario modo, sed paterno illum erudiisse. Habet autem & annexum honorem hæc ignominia, quia non prius loco motus est populus, quàm hæc à plaga liberata fuerit. E

e *Cumq; respexisset.* ORIG. Alia litera. *Et respexit Aaron ad Mariam, & ecce Maria erat leprosa.* Vult in hoc ostendere, quòd Vbi suprà. Tropolog. populus ille formatus fuit in vulua matris synagogæ, non tamen potuit peruenire ad integrum partũ. Sicut aborsus, imperfectus est, sic ille populus aliquanto tempore intra vuluam matris i. synagogæ in institutione positus fuit. Sed peccatis intercedentibus, integrè formari & viuificari non potuit: ideo abiecti sunt peccato consumente (vt ait) dimidium carnis eius. Bonus tamen dicitur aborsus, non absolutè, sed aliis cõparatus. Vnde Eccl.6.b. Eccle. 4.d. Ecclesiastes: *Bonus est aborsus, magis quam ille qui in vanitate incedit.* Et alibi dicit: *Bonos esse mortuos magis quàm viuentes.* Quibus si compares aborsum, bonum dicas esse super vtrunque. Non aliõs nominat viuentes quàm de quibus dicitur: *Verumtamen* Psalm. 38.b. *vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Non enim omnis vitã in vanitate est, sed quæ secundum carnem est, & secundum errores seculi & voluptates: super hanc omnis homo est, qui huic vitæ mortuus est, & dicit: *Mihi autem mundus crucifixus est & ego mundo,* de Gal.6.d. quo dicitur: *Mortui estis cum Christo, &c.* Super hos dicitur esse Coloss.3. aborsus, quia licet veniſse videatur in carne, nulla tamen huius vanitatis sumpsit initia. Alius videtur etiam isto melior, de quo dicit Ecclesia. *Et optimus super hos qui nondum natus est,* id est, qui Eccle.4.a. nec ad conclusionem vuluæ carnalis & corpore natiuitatis venit Ibidem. in vitam, vt angelus. Quòd autem dicit: *Laudaui omnes mortuos magis quàm viuos, & eos qui sunt vsque nunc:* Euidenter ostendit, quòd eos dicat meliores qui mortui sunt mundo, & inferiores qui viuunt mundo. Ad literam enim non magis laudandi sunt mortui, quàm viuentes. Laudatur enim quis in eo quod bona voluntate egerit. Mors autem communis nulli ex voluntate venit. Quomodo ergo quis laudatur in eo quod contra propositum patitur? Alioquin laudabitur Pharao submersus in mari F super Moysen qui euasit, & Ægyptij super populum Dei qui sicco vestigio transiit. Si ergo renuntiasti seculo, si abiecisti vi-

☞ tia, si

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *non debetis in prophetia eius vos æquiparare, nec in bonitate morum, ideo subditur:*

1 Qui in omni domo mea fidelissimus est. *nec in cognitione diuinorum similes vos reputabit is et ideo subditur:*

2 Ore enim ad os loquor ei. *Palam & non per ænigmata & figuras Deum videt. Per hoc enim quod dicitur palam, &c. intelligitur tertius gradus prophetiæ præditus, in quo non requiritur aliqua visio imaginaria. Per hoc autem quod dicitur:* Ore enim ad os lo-

Ore ad os loqui. quor ei, *intelligitur quædam specialitas & dignitas in isto tertio gradu prophetiæ, quia quanto frequentius & familiarius Deus reuelat alicui super naturalem veritatem, tanto ille gradus est dignior, & iste erat in Moyse: Tamen secundum Hebræos non vidit diuinam essentiam, secundum quod dictum fuit sibi, Exodi xxxiij.d.* Non videbit me homo & viuet.

Augustinus. *Augustinus verò dicit, quòd concessum fuit ei in præsenti vita videre Dei essentiam, quod accidit ex hoc quod dicitur hic. Palam & non per ænigmata Deum videt, quia omnis cognitio Dei citra visionem diuinæ essentiæ ænigmatica est, secundum quod dicitur 1. ad Cor. xiij.d.* Videmus nunc per speculum in ænigmate, &c. *Vos autem & quando fuerit concessa Moysi talis visio, non vidi determinatum ab aliquo doctore.*

3 Quare igitur. *q.d. quia inter homines ille qui est familiaris regi mortali, timetur offendi & iniuriari, & multo plus debet timeri offensa amici mei.*

4 Iratusque contra eos abiit. *Hic consequenter ponitur peccati reprehensi punitio, vbi primò ostenditur indignatio Dei cum dicitur:* Iratusque contra eos abiit, *id est, displicuit.*

5 Nubes quoque recessit quæ erat super taberna. *Non tamen eo modo sicut recedebat in motione castrorum.*

6 Et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. *Ista similitudo non tenet quantùm ad omnia, sed quantum ad hoc quòd candor muis lucidus est, & candor lucens signum est lepræ, vt habetur Leuit. xiij.a.*

7 Obsecro domine, &c. *Humiliauit se Aaron ex timore, quia vidit sororem suam lepra perfusam, & ex compassione orauit pro eius sanatione.*

✠ 1 Clama-

☞ ria, si non moueris ad peccatum, quasi mortuus eris, & mors vitæ A laudabilis: nam de morte communi, quæ lege naturæ venit, nemo laudatur. Sciens autem Paulus in supradictis ordinibus esse

1.Cor.15.b. aliquem aborsum, de seipso ait: Nouissimè autem tanquam abortiuo visus est & mihi. Super viuentes se & super mortuos: post eos tamen qui nondum nati sunt, numerans. Fuit ergo Maria sicut aborsum, non enim potuit populus ille ad perfectũ in lege formari, vn-

Heb.7.c. de: *Neminem ad perfectum adduxit lex.* Quosdam etiam à fide dilapsos & velut in aborsum conuersos ad perfectæ nativitatis institutta reuocat Apostolus: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis & cætera.*

Gal.4.c.

a *Clamauitq; Moyses ad dominum dicens. Deus obsecro sana eam:*

Vbi suprà. *Cui respondit dominus.* ORIGENES. Alia litera: *Et proclamauit*

B *Moyses ad dominum dicens: Domine precor te sana eam, &c.* Quem

Matt.17.a. oportebat orare pro sanitate populi sui, nisi Moysen? Fortè hoc erat, quod cum domino loquebatur in monte transformato, petens vt cùm plenitudo gentium introisset omnis Israël saluus

Rom.11.c. fieret.

Deut.25.c. b *Spuisset in faciem illius, nonne debuerat sal. &c.* Signum repudij est in faciem conspui. Vnde proximus qui repudiat coniu-

Esa.40.d. gium, discalciatus in faciem conspuitur. Hinc Esaias: *Omnes* secundũ Lxx. *gentes sicut gutta situlæ, & sicut sputum reputatæ sunt.* Ostendi-

tur ergo quòd etiam ille populus, sicut cæteræ gentes, quæ vt D sputum reputantur, abiectus est. Si enim consideres priorem honorem, pontificalem ordinem, insignia sacerdotum, Leuitica ministeria, maiestatem rempli, & eos cum cælestibus in terris ha-

Rom.5.c. bere consortia. Qui fuit ille honor, quæ gloria? Nũc autem multo dedecore horrescũt sine templo, sine altari, sine sacrificio, sine prophera, sine sacerdotio & sine cęlesti visitatione. Vnde pater, quòd pater cõspuens perfudit vultus eorum ignominia. Septem ergo diebus separantur extra castra, id est, per septimanam huius mundi. In septimana autem dierũ totius creaturæ visibilis videntur productæ esse substantiæ. Tũc enim quæ non erant, facta sunt. In septimana totius mundi quædam secreta & Deo soli cognita dispensatione quæ tunc producta sunt, explicantur. In hac septimana (quia sequestrata est Maria) non mouentur castra fi- E liorum Israël, sed stant in vno loco concluſi, & nullus ex eis profectus est, donec mundaretur Maria à lepra sua.

c *Septem diebus: & populus non est motus de loco illo.* ORIGEN. Vbi suprà. Maria quidem intercedente Aaron pontifice septimo die curatur. Nos autem obtrectantes vsque ad finem septimanæ mundi, id est, vsque ad resurrectionem permanebimus leprosi: nisi dum pœnitendi tempus est, corrigamur conuersi ad Iesum & per pœnitentiam supplicantes ei.

*peccauim⁹ enim.

a deuoratum est lepra. Clamauitq; Moyses ad dominum di- 1
¶ Id est deuorantis lepra.
cens: Deus obsecro sana eam. Cui respondit dominus: Si pa- 2
b ter eius spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem se-
c ptem dierum rubore suffundi? Separetur septem diebus ex- 3
¶ Alias diebus. ¶ Septimana huius mundi.
¶ Ecclesiæ.
tra castra: & postea reuocabitur. Exclusa est itaque Maria ex-
a ¶ Septimana huius mundi. b ¶ Quia nullus ex eis profectus, donec mundetur Maria a lepra.
tra castra septem diebus, & populus non est motus de loco 4
illo, donec reuocata est Maria.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Clamauitque Moyses ad dominum. *Tanquam immemor iniuriæ, memor clementiæ.*

2 Si pater eius spuisset in faciem eius. *Spuere in faciem alicuius, signum est contemptus & indignationis: & ideo hic est sensus. Si pater carnalis ostendisset ei indignationem & reprehendisset eam sicut & ego fecì, debuisset esse confusa septem diebus, multò magis debet esse confusa de indignatione mea.*

3 Separetur. *Septem diebus extra castra eo modo quo leprosi eiciebantur de castris, vt dictum est supra ca. v.*

4 Et populus non est motus. *Ex quo patet impedimentum itineris ex reuerentia ad Mariam.*

✠ NICO-

ADDITIO I.

In cap. xij. vbi dicitur in postilla: Rabb. Salo. dixit quòd causa obiurgationis Moysi fuit pro Sephora vxore sua.

C *Ratio Rab. Sal. in hoc loco in parte videtur continere veritatem scil. in hoc quòd Moyses separauerat se à Sephora vxore sua, quantum ad thorum, propter frequentiam diuinæ allocutionis: quod est verum, prout in postilla largius declaratur: Sed in hoc interpretatur illud quod dicitur: Æthiopissam, negatiuè vel per contrarium. Aliter exponitur ab aliis, & melius vt videtur, scilicet quòd Sephora erat nigra quasi Æthiopissa, prout litera planè sonat. Madianitæ enim de quorum*

Abac.3.a. *natione Sephora erat, pro magna parte commorabantur in terturijs, sicut habitantes Cedar. Vnde Abacuk in cantico:* Vidi tentoria Æthiopiæ, turbabũtur pelles terræ Madian. *& sic Madianitæ propter calorem solis demigrabantur. vnde & Aug. prout ponitur in glo. M a-*

† Afa *dianitæ prout in Paralip. Æthiopes nuncupantur: quando contra eos pugnauit † Iosaphat. Maria autem assignabat causam separationis ipsius Moysi a sua vxore, non allocutionem diuinam, sed turpitudinem seu nigredinem ipsius Sephoræ. q.d. Si Moyses pulchram habuisset vxorem, non separasset se à thoro illius, sed hoc fecit, quia est Æthiopissa. nigra. Ad quod probandum dicebat:* Nonne & nobis similiter locutus est Deus? *quasi diceret propter prophetiam nõ est necessariò separatio perpetua ab actu matrimoniali, quia similiter sumus nos prophetæ sicut & ille, & tamen non semper separamur ab illo actu. in quo magis videbantur detrahere ipsi Moysi, quàm si Sephora esset pulchra, & cum hoc ab ea separaretur. Nam secundum hanc sententiam in duobus errabant. Primò, quia parificabant se ipsi Moysi, quod erat manifestè falsum. Secundò, quia indicabam separationem eius ab vxore in deteriorem partem. Vnde sequitur:* Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra, *eò quòd patienter tolerabat huiusmodi iniurias. Et notandum, quòd ex hoc posset sumi ratio continuationis capituli huius ad immediate precedens, qua quidem capitula debent continuari ex hoc quod dicitur:* Locutaque est Maria. *Coniungit enim vtraque capitula cum dicit:* Locutaque &c. *Ratio autem continuationis sequitur, quia in precedenti capitulo fuit ostensa notabilis humilitas ipsius Moysi, in hoc quod placebat sibi, vt totus populus ei parificaretur in dono prophetiæ, prout ibidem fuit declaratum. In hoc autem non solum de purificatione non curabat, sed etiam detractionem fratrum, qua magis intolerabilis est (iuxta illud Psal.* Si inimi- Psal.54.b. *cus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique) humiliter sustinebat. Vnde in hoc loco quasi concludendo de humilitate Moysi dicitur:*

F Erat enim Moyses vir mitissimus.

ADDITIO II.

In eodem cap. xij. vbi dicitur in postilla: At non talis seruus meus Moyses, &c.

In verbis Mariæ & Aaron, detrahentium de Moyse, non habetur quòd æquiparentur ipsi in bonitate morum dixerunt enim: Non solũ per Moysen locutus est dominus: nonne & nobis similiter locutus est. *In quibus verbis nihil videtur dici propriè de bonitate morum, sed tantum de dono prophetiæ: & ideo hoc quod interponitur hic:* In omni domo mea fidelissimus est, *exponendum videtur de excellentia prophetiæ Moysi respectu aliorum, de quo hic propriè loquitur. Primò sciendum, quòd non solum in dono prophetiæ Moyses excedebat alios, in hoc quod ore ad os loquebatur ei dominus & palam, &* Moyses qua re excellen- *non per ænigmata & figuram Deum intuebatur, prout in litera habetur, & exponitur in postilla: sed etiam in hoc, quòd ipse Moyses habebat reuelationes prophetiæas quandocunque volebat, vt patet Numer. x. b. vbi dicitur:* State & † consulam quid præcipiat dominus. *Vnde quandoque intrabat tabernaculum fœderis, statim audiebat vo-* † audiam *cem domini loquentis ad eum. Vnde Numer. xj. g.* Cumque ingrederetur Moy. tabernac. fœde. vt consuleret oracu. audiuit vocem. *Alij verò prophetæ non sic, sed requirebatur quòd se disponerem, prout Ra. Moy. declarat satis bene in suo Deute. Et ista differentia videtur inter hic. Vnde de aliis prophetis dicit: In visione apparebo ei, vel per somnium. qua non semper contingunt quãdo homo ea appetit. De Moyse verò dicit:* In omni domo mea fidelissimus. *Ille enim qui in aliqua domo reputatur fidelissimus, potest ingredi in illa domo quandocunque voluerit sine impedimento, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A REPLICA *correctorij contra Burgen. In cap. xij. vbi dicitur de fidelitate Moysi: Burg. non vult exponi debere de bonitate moris sed de excellentia prophetiæ, adiungens quòd Moses habebat reuelationes prophetical quandocunque volebat, &c. Sed certum est talia ad literalem sensum modicum pertinere, nec videtur catholicum Mosen vltra dominum nostrum Iesum Christum extollere, qui voluntatem suam humanam diuinæ voluntati subiectam esse debere clare ostendit dicēs:* Matth. 26. d *Pater non sicut ego volo, sed fiat voluntas tua. Secundum istam autem inutilem commendationem Moysi diuina voluntas videretur alligata si quandoque voluit prophetare potuit. Et probatio Burgen. ad* B *hoc inducta falsificat suam intentionem, quia adducit illud: State vt consulam, quid præcipiat dominus. Ille enim textus ostendit luce clarius illustrationes factas Moysi potius dependere a diuina voluntate præcipiente, quam a Moysi voluntate obaudiente, vt patet vtlè intuenti literam, & sæpe supra correcta est excessiua Burgen. extallentia, qua Moysen præter, imò contra intentionem literæ commendauit, vt in correctorio immediatè præcedente, & in secundo correctorio capit. xxxiij. Exod.*

CAP. XIII.

Pharan solitudo.

a *Pharan.* RABANVS. Notandum, quòd Pharan non est speciale nomen mansionis, sed solitudinis plures mansiones continentis: sicut in catalogo mãsionum demonstratur cum dicitur: Profecti filij Israël de Aseroth, castrametati sunt in

Infra 33. c. Rethma, deinde in Remonphares, & sic omnes per ordinem vsq; ad Asiongaber, id est, vsque ad tricesimam secundá mansionem sub Pharan solitudinis nomine mansiones comprehensæ sunt: Rethma

B ergo quæ fuit in ordine decimoquinto vsq; ad tricesimam secundam hæc continentur.

† Zechur Pharan interpretatur os visibile, in quo potest intelligi quòd *verbum caro factum est*, & inuisibilis, visibilis effectus. Et potest ex hoc significari, quòd postquam finis & perfectio omnium quæ erga illum populũ gerenda erant venit, tunc transiit & venit ad eum quem verbum carnem factum antè non credidit.

Quæst. 24. b *Mitte viros, &c.* ✠ THEODORETVS. Mitti mandauit exploratores, vt cum prænossent fertilitatem terræ, consequi tam vbores fructus optarēt. Alioqui dubitantes & claudicantes absq; vlla excusatione plecterentur.

✠ PROCOPIVS. Hoc iussit Deus, vt ignauiam populi sibi compertam in lucem produceret, vt immorigeri agnoscerentur. Quinetiam si ignari terræ, in eam inuasissent, eaque conspecta retrocessissent, maximam contumeliam Deo, animique confidentiam Palæstinis attulissent.

CAP. XIII.

¶ Mandata Maria.

1 PROFECTVSQVE est populus de Haseroth, fixis tentoriis in deserto Pharan. Ibi

a ¶ Domus perfecta interpretatur.

b locutus est dominus ad Moysen dicens: 2 Mitte viros qui considerent terram Chanaan, quam daturus sum filiis Israël, singulos de singulis tribubus ex principibus. Fecit Moyses quod 3 dominus imperarat, de deserto Pharan, mittens principes 4 viros, quorum ista sunt nomina. De tribu Ruben, Semmua filium † Zachur. De tribu Simeon, Saphat filium Huri. De tribu Iuda, Caleb filium Iephone. De tribu Issachar, Igal filium Ioseph. De tribu Ephraim, Osee filium Nun. De tribu

¶ Alias Geddiel.

Benjamin, Phalti filium Raphu. De tribu Zabulõ, Geldehel

Mitte viros qui, &c. RABANVS. Duodecim exploratores mittuntur ad sanctá terram. Botrus defertur in ligno, vbi & E Christi breuiter passio demõstratur. Mur murat populus Iudæorum, gigantum formidans impetum. Pugnatur cõtra Amalec & Chananæum volente Deo & vincitur populus. Audit quæ debeat in terra Infra 20. c. sancta facere sacrificia. Dathan & Abiron & filij Core conspurgunt contra Moysen & Aaron, & terræ voragine gluriuntur. Inter mortuos & viuentes pontifex medius thuribulo armatus ingreditur, & currens ira Dei sacerdotis voce prohibetur. Virga Aaron & florem profert & folia, & in æternã memoriam Infra 17. c. virens siccitas consecratur. Necdum templum vel æditui, necdũ sacerdos & Leuitæ sacrificia obtulerant, & partes eorum mysticus sermo describit. Vitula rufa in holocaustum crematur, & cinis eius piacularis aspersio est.

Mystice.

a *Vocasti terram promissionis, & Aseroth est in medio. Secundò ponitur eorum missio, cum dicitur Moysi:*

2 Mitte viros qui. *Circa quod sciendum, quòd populus incitabat Moysen ad mittendum exploratores, qui considerarent terram ante ingressum eorum, secundum quod habetur Deut. 1. b.* Accessistis ad me omnes, atque dixistis: Mittamus viros qui considerent terram, & Exploratores quare missi. renuntient per quod iter debeamus ascendere. *Hoc autem non videbatur bonum ipsi Moysi, eò quòd dominus ei dixerat, quòd esset eorum ductor, vt habetur Exod. xxxiij. Verumtamen propter importunitatem populi consuluit super hoc dominum, qui respondit ei:* Mitte viros, &c. *ita quòd sint permissio ad malum populi malè petentis, sciebat enim dominus quòd per exploratores deciperentur.*

3 Fecit Moyses. *In Hebræo habetur*, quod dixerat, *quia non fuit propriè præceptum sed permissio.*

4 Mittens princip. *Sic nominantur, quia pro tunc erant boni, sed postea fuerunt deteriorati. Cætera patent vsque ibi:*

✠ 1 Voca-

Quæst. 1. c. A a *Vocauitq; Osee, &c.* ✠ THEODORET. Vocauit illum Iosue quoniam erat figura veri Iesu, qui imitatus est exploratores in peragenda salute nostra. Sicut enim exploratores præ se ferebãt habitum & vocem gentium quas explorabant: ita Deus Verbum humanam induens naturam, illius vtens lingua salutem nostram procurauit.

†de tribu b *Ascendite ad meridianam plagam.*

Quæst. 11. AVGVSTIN. Alia littera: *Et dixit ad eos: Ascendite de ista eremo & videbitis terram quæ sit, & populum qui insidet ei: per eã si fortis est an infirmus, si pauci sunt an multi.* Exposuisse intelligitur secundum quid dixerat, si potes est infirmus, hoc est si pauci sunt an multi. Quomodo enim possent de monte prospiciẽtes sentire humanarũ virium fortitudinẽ? Potest & alius sensus multò esse congruẽtior veritati. Quod ait: *Ascendetis in mõtem* in ipsam terram, quam explorare volebãt. Non enim possent facilè exploratores intelligi, nisi peregrinantes omnia perquirebant. Nam si de vertice mõtis eos putauerimus conspexisse terram & explorasse, quomodo possent exquirere omnia quæ Moyses præcepit? Quomo do intrare ciuitates, quas leguntur intrasse, & de illa valle botrũ tollere, propter quem vallis botri dicitur? In ipso ergo monte explorabatur terra, quia ipsa erat quæ exploraretur, & ibi erat quidã depressior locus, de qua valle botrus ablatus est.

Literaliter.

*hac

†Roborate vos

¶ B

Mystice. c *Quem portauerunt, &c.* ISIDORVS. Botrum in ligno de terra promissionis duo aduehunt, quia Christus pendens in ligno crucis promissus gentibus, de terra genitricis Mariæ secundum C carnem natus. Duo bajuli, qui sub onere botri incedebant, vterque populus est, cuius prior Iudaicus cæcus & auersus, ignarus pendentis gratiæ, & pressus onere suspensi, cui subiicietur iudicanti. Vnde: *Obscurentur oculi eorum ne videant, &c.* Qui Psal. 98. f. Moraliter. verò posterior veniebat, populum gentium significabat, qui credens, & Christum ante oculos habens, semper quem portat videt, & quasi seruus dominum, & discipulus magistrum sequitur, secundum illud: *Si quis vult post me venire, tollat crucem* Matt. 16. d. *suam, & sequatur me.* Hic est botrus, qui effusus in salutem D nostram vinum sanguinis sui, crucis contritione perfudit, & expressum passionis suæ calicem propinauit ecclesiæ. Quem in malo granato socia muneris gratia secuta est mater ecclesia, habens intra se per granorum numerum multitudinem populorum, per rubo rem, id est, sanguinis Christi signaculum, coruscantem, habentem etiam diuersa spiritus sancti charismata, quibus se indignos increduli iudicantes, terram carnis Christi fluentem lacte & melle, accipere non meruerunt, quam per fidem eius serui, id. est, Christiani consecuti sunt. De cuius doctrina dicitur Psalmo cẽtesimo decimo octauo: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.* Ficum cum botro de terra promissionis attulerunt, id est, imaginem legis cum figura Christi. De Christo enim dicitur: *Frater meus vt botrus cypri:* quia nec Christus sine lege, nec lex sine Christo esse potest.

d *De malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Nehel eschol, id est Torrens botri, eò quòd botrum inde* † *portassent filij Israël.* Reuersiq; exploratores terræ post quadraginta dies omni regione circumita, venerunt ad Moysen & Aaron, & omnem cœtum filiorum Israël

† Sthur

†Chanaan

E

†primitiæ vuarũ sunt. Chald. inter pres primæ vuæ maturescunt

Can. 1. d.

† Deut. 1. g.

†botro

†abscidisset

omni regione circũita

Exploratores, qui ad terram vberem missi terruerunt populum, ne crederent posse haberi terram à domino promissam, Scribas & Pharisæos significant. Sicut enim illi per Moysen missi sunt, vt soli fœconditatem sollicitè considerarent, sic isti per legem & prophetas, vt per scripturarum inuestigationem domini specularentur aduentum. In quo orat terra, id est caro sancta, in qua regnum Dei, & vbertatem spiritualium fructuum, & vitam æ- F ternam consequi possent. Sed sicut illi desperatione terruerunt populum, ne crederent Deo promittenti, sic isti suaserunt populo Iudæorum, ne Christo crederent, ad Ægyptum huius seculi redire cupientes, manna fidei repudiantes, & quærentes ollas peccatorum nigras, & cæpas blasphemiarum repudiatas, & pepones vitiorum & libidinum corruptione macerentes.

Allegoricè.

Exo. 16. 2.

Supra 11. b.

a *In de-*

NICOLAVS DE LYRA
CAP. XIII.

1 PRofectusq; est populus. *Hic consequenter ponitur impedimentum ex transgressione exploratorum, & bene cõiungitur præcedenti, quia sicut Maria peccauit verbis malis & falsis, ita & exploratores. Et diuiditur in partẽ*

Diuisio. *principalem, & incidentalem. Secunda pars incipit xxv. ca. Circa primum primo præmittitur transgressio exploratorum, secundò aliorum xiij. ca. Circa primum ponitur primo exploratorum itineratio, secundò eorum relatio, ibi:* Locutique sunt eis. *Circa iter exploratorum primò ponitur locus vnde recesserunt: in deserto Pharã. Ex hoc videtur quòd retrocessissent, quia supra x. cap. dicitur recedendo de monte Sinai, primò requieuit nubes in solitudine Pharan. Dicendum quòd Pharan est nomen generale deserti, in quo sunt multa loca determinata, quorum vnus est Aseroth. Supra x. cap. accipitur Pharan pro prima parte deserti prope montem Sinai, hic autem pro vltima versus terram promissionis, & Aseroth est in medio. Secundò ponitur eorum missio, cum dicitur Moysi:*

2 Mitte viros qui. *Circa quod sciendum, quòd populus incitabat Moysen ad mittendum exploratores, qui considerarent terram ante ingressum eorum, secundum quod habetur Deut. 1. b.* Accessistis ad me omnes, atque dixistis: Mittamus viros qui considerent terram, & renuntient per quod iter debeamus ascendere. *Hoc autem non videbatur bonum ipsi Moysi, eò quòd dominus ei dixerat, quòd esset eorum ductor, vt habetur Exod. xxxiij. Verumtamen propter importunitatem populi consuluit super hoc dominum, qui respondit ei:* Mitte viros, &c. *ita quòd sint permissio ad malum populi malè petentis, sciebat enim dominus quòd per exploratores deciperentur.*

3 Fecit Moyses. *In Hebræo habetur*, quod dixerat, *quia non fuit propriè præceptum sed permissio.*

4 Mittens princip. *Sic nominantur, quia pro tunc erant boni, sed postea fuerunt deteriorati. Cætera patent vsque ibi:*

✠ 1 Voca-

MORALITER.

✠ 1 *Profectusq; est populus* ... quitur:

2 *Mitte viros, &c.* Allegoricè per exploratores terræ promissionis significantur sacerdotes & scribæ veteris legis, qui per scripturas explorabant Christi aduentum quantum ad tempus, & quantum ad locum, & alias circumstantias. Vnde Matt. ij. a. requirente Herode vbi Christus nasceretur, respondent: *In Bethleem Iudæ*, allegantes ad hoc scripturam quæ habetur Micheæ v. a. tamen aliquantulum aliter in verbis. *Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iudæ: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israël.* Vnde super illud Matt. xxj. *Hic est heres:* dicit Hieronymus: Ex hoc patet, principes Iudæorum non ex ignorãtia, sed ex inuidia crucifixisse dominum Iesum Christum. Sed quia prædicabat contra vitia eorum, subuersa fuit in eis cognitio quam habebant de ipso. Christus autem cõuenienter potest dici terra promissionis, eò q; ad terrã viuentium nos introducit, &

Allegoricè. cit, & quia corpus eius terrenũ est, terra promissa nobis in lege & prophetis. Per hoc autẽ q; pauci exploratores, sc. Caleb & Iosue tantum in veritate steterũt, aliis ab ea declinantibus & peruertẽtibus populum, figuratum fuit, q; in aduentu Christi pauci de doctoribus Iudæorũ starent in veritate, scilicet Nicodemus, Gamaliel, Nathanael & aliqui alij, aliis à veritate declinãtibus, & seducentibus populũ, & inducentib⁹ eũ ad petendum mortẽ Christi, vt habetur Matth. xxvij. & Marci xv. & Lucæ xxiij. Apostoli verò qui steterunt in veritate, non fuerũt de doctoribꝰ Iudæorum, sed fuerũt homines simplices & sine literis, vt habetur Actuũ iiij. ca. Moraliter autẽ per exploratores in veritate nõ stãtes, & ab ea populũ auertẽtes, significãtur prælati & doctores ecclesiæ mali, qui per noticiã scripturarũ exploratores sunt terræ viuẽtium, sed per suã vitam malã ab eius ingressu deficiũt, & etiã alios impediunt. Mat. xxiij. b. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui claudit is regnũ cælorũ ante homines: vos enim nõ intratis, nec introeuntes sinitis intrare.*

✠ MORA-

Caleb quare nõ decepit.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vocauitq; Osee filium Nun Iosue. *Quod autem in præcedentibus vocatus est Iosue, hoc est per anticipationem. Ratio autem quare Moyses mutauit nomen eius fuit, quia Moyses orauit dominum vt reuerteretur cum salute corporis & mentis, quod & factum est, vt patet ex sequentibus; ideo vocatus est Iosue qui interpretatur salus. Cætera patent vsque ibi:*

2 Et venerunt in Hebron, vbi erant Achiman, &c. *In Hebræo habetur:* Et venit in Hebron. *Et dicit Rab. Sal. quod solus Caleb iuit illuc, & orauit dominum super sepulchra patrum, vt dominus præseruaret cum à deceptione aliorum exploratorum, quos videbat iam inclinatos ad malum. Et hoc accipit ex hoc quod habetur, Iosue xiiij. vbi Caleb dicit Iosue:* Iurauitque Moyses in die illo: Terra quam calcauit pes tuus, erit possessio tua. *Et sequitur ibidem:* Benedixitq; Iosue & tradidit ei Hebron in possessionem.

3 Nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Ægypti condita est. *Hoc autem interponitur ad respondendum tacitæ quæstioni, quia immediate fecerat mentionem de filijs Enac qui erant gigantes, & in Tanim Ægypti ciuitate commorabantur gigantes propter quod* Titanes. *gigantes Titanes vocati sunt. Ideo posset aliquis mirari & quærere, maximè ventens de Ægypto sicut erant filij Israël, quomodo in Hebron essent gigantes? ideo dicit quòd Hebron fuit edita ante Tanim, quasi diceret, non est mirum si ibi habitant gigantes, quia Hebron est antiquior & propinquior tempori diluuij quam Tanim an quo vigebat natio gigantum.*

4 Pergentesque vsque ad torrentem botri. *Causa huius nominis exprimitur in litera, & patet:*

5 Reuersique exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circumita. *Dicit Rabbi Salomo quod magis tempus satis requirebatur ad peragrandum tanta terræ spatia, s. d. dominus breuiauit, quia disposuerat differre ingressum terræ promissionis per quadraginta annos, secundum numerum dierum quibus exploratores considerauerunt terram, vt habetur capitulo sequenti.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In desertum Pharan quod est in Cades, RABANVS. Solitudo Pharan decem & octo mansiones continet, in quarum vltima reuersi exploratores ad Moysen renuntiauerunt quæ viderunt, portantes botrum cum malis granatis & ficis. Et in sequẽtibus scriptum est: Profecti de Asiongaber, castrametati sunt in deserto Sin, hæc est Cades, quæ non sancta (vt plerique æstimant vulgatissimus. Genere verò patrem omninò repræsentabat.

in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutiq; eis & omni multitu-
1 ni, ostenderunt fructus terræ, & narrauerunt dicentes: Venimus in ter-
2 ¶ De doctrina Christi dicitur: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.
ram, ad quam misisti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, † vt ex his
fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, & vrbes grã-
3 b des atque muratas. Stirpem Enac vidimus ibi. Amalec habitat in me-
4 ridie, Hethæus & Iebusæus & Amorrhæus in montanis. Chananæus
5 verò moratur iuxta mare & circa fluenta Iordanis. Inter hæc Caleb
compescens murmur populi qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascẽ-
6 damus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eã. Alij
7 verò qui fuerant cum eo dicebant: Nequaquam ad hunc populum
8 valemus ascendere, quia fortior nobis est. Detraxeruntq; terræ, quam
9 inspexerant, apud filios Israël dicentes: Terra, quam lustrauimus, de-
10 uorat habitatores suos: Populus, quem aspeximus, * proceræ staturæ
11 est. Ibi vidimus † monstra quædam filiorum Enac de genere gigan-
12 teo, quibus comparati quasi locustæ videbamur.

mant) sed mu- D
tata vel trans-
lata interpre- Infra 20.a.
tatur. In hac
mansione mo † & hic fu-
ritur Maria & ctus eius
sepelitur, &
propter aquas
contradictio-
nis Moyses &
Aaron offen-
derunt domi-
num, & pro-
hibẽtur trans-
ire Iordanem.
b *Stirpẽ Enac.*
✠ THEO-
DORET. Hic,
vt verisimile * in medio
est, ꝓpter ma- eius
gnitudinẽ cor
poris famatis-
simus erat &

†gigantes filios Infra 33.d.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Locutiq́ue. *Hic consequenter ponitur exploratorum relatio, cum dicitur:*
2 Venimus in terram, &c. fluit lac. &c. *Quia ibi est abundantia pascuorum & nemorum, in quibus apes mellificant sine humano labore. Inceperunt narrationem suam a commendatione terræ, vt magis crederet eis populus: posterea in detrahendo de ea, sicut detractor aliquãdo incipit a commendatione personæ cui vult detrahere, vt per talem commendationem inclinet corda audientium ad credendum, quòd in*
B *dicendo mala de illa persona non moueatur odio, sed veritatis amore, & sic sibi magis credatur: & ideo subdiderunt difficultates obtinendi terram illam, cum dicitur:*
3 Sed cultos fortissimos habet. *quibus non poterimus resistere.*
4 Stirpem Enac. *Id est giganteam.*
5 Amalec habitat in mer. *Hunc populum primò recitant, quia habitabat in parte per quam ingressi erant, & vt terrerent populum Israel, cui Amalec alias molestus fuerat, vt habetur Exod. xvij.*
6 Chananæus vero. *q.d. per istas partes non est ingressus nobis possibilis*

fidelis propter aquas: & ex his sunt terrens populu, & incepit murmurare contra Moysen. Et ideo Caleb qui fuerat fidelis in hac missione, ad reprimendum murmur populi & timorem, dixit:
7 Ascẽdamus & possideamus ter. *Valde faciliter cũ Dei adiutorio.*
8 Alij vero, &c. *excepto Iosue.*
9 Detraxeruntq; terræ. *non ex sterilitate, qui a contrarium dixerant, sed ex morbida, & pestilenti habitatione, ita quòd homines non possum ibi diu viuere. Ideo dixerunt:*
10 Terra quam lu. *dicit Rab. Sa. quòd in illa terra viderunt in quatibet villa homines sepelientes mortuos suos, quod dominus faciebat ad bonum filiorum Israel, vt pauci remanerent ad pugnandum cum eis, & ipsi exploratores retulerunt ad malum populi Israel.*
11 Ibi vidimus monstra quædam. *Id est homines vltra quantitatẽ naturalem alios mirabiliter excedentes, vt sic filij Israel terrerentur ex* E *conditione terræ & habitatorum eius.*
12 Quibus comparati, &c. *Modus loquendi est hyperbolicus, & secundum veritatem, homi nibus timentibus aduersarij sui videntur eis multo robustiores quam sint in veritate, & trepidat vbi non est timor.*

nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c. De his etiam
Esa.34.a. dicitur: *Inebriatus est gladius meus in cælo:* Necesse est ergo, vt
A vincas spirituales nequitias quæ in cælestibus esse dicuntur, qui
sunt veri Chananæi, & expellas de cælestibus locis, vt habites
pro illis. Scito tamen esse eos gigantes. Gigas dicitur omnis qui
De o resistit, quod
†Si voluerit nos demi- illi principaliter fa-
mus vel si vo ciunt. Tibi ergo da-
luntas domi tur vt eiicias gigãtes.
ni propensa Vnde: *Qui accipiet a*
est erga nos *gigãte spolia?* Et alibi:
Esa.49.g. *Nemo potest intrare*
Matt.12.c. *in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortẽ.*
eos Comparatione ergo humanæ naturæ & dæmoniacæ naturæ
†irritabit nos locustæ sumes.
me Præcipuè si dubia sit
fides nostra, & nos
pterreat infidelitas:
illi verò gigantes e-
runt, nos locustæ. Si
†Et audient verò sequimur Iesũ,
& verbis eius credi-
B mus, tanquam nihil erunt in conspectu nostro. Hortatur enim
nos & dicit: Si amat nos Deus, introducet nos in terram hanc,
quia bona est, & fructus eius mirabilis. Figura ergo præcessit in
patribus, veritas completur in nobis. Eiecerunt illi gigantes, &
consecuti sunt terram eorum, omnem terram Iudææ. & Ieruſa-
Heb.12.c. lem ciuitatem, & montem Sion. Ad nos autem dicitur: *Non accessistis ad ea quæ visibilia sunt, sed ad inuisibilia. Accessistis enim ad montem Dei viuentis, & ad ciuitatem cælestem Ierusalem, & ad mul-*
Gal.4.d. *titudinem angelorum.* Et alibi: *Ierusalem quæ sursum est, libera est, quæ est mater nostra.* Ierusalem ergo cælestem esse credimus, & ad
typum huius terrenæ, & quæ scripta sunt de hac terrena, ad illã
cælestem spiritaliter referimus. Et sicut illi de terrestri Ierusalẽ
eiecerunt Chananæos & Pherezæos & cæteras gentes, ita & nos
qui accessimus ad montem Dei, & ad regna cælestia, necesse est,
vt expellamus de his contrarias potestates, & spiritualia nequi-
tiæ in cælestibus. Et sicut illi eiecerant Iebusæum de Ierusalem,
quæ vocabatur Iebus & postea vocabatur Ierusalem, ita nos o-
portet prius expellere Iebusæum de Ierusalem, & sic consequi
eius hæreditatem. Illi armis visibilibus & corporalibus vince-
Eph.6.b. bant, nos inuisibilibus & spiritalibus. Vnde: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c. Induite vos lorica charitatis, & galeam salutis, & assumite scutum fidei & gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Cum talibus armis sequens Iesum ducem,
C sicut patres calcauerunt ceruicem gentium, & tu calcabis cerui-
Luc.10.c. ces dæmonum. Ipse enim sequentibus se ait: *Ecce dedi vobis potestatem*

circumiuimus valde bona est.† Si propitius fuerit dominus,
inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manan-
a tem. Nolite rebelles esse contra dominum, neq; timeatis po- 1
pulum terræ huius, quia sicut panem, ita possumus eos deuo- 2
rare. Recessit ab illis omne præsidium, dominus nobiscũ est, 3
nolite metuere*. Cum q́; clamaret omnis multitudo, & lapi- 4
a ¶ Maiestas domini terruit eos in nubibus cæli.
dibus vellet eos opprimere, apparuit gloria domini super te- 5
ctum fœderis cunctis filiis Israël. Et dixit dominus ad Moy- 6
sen: Vsquequo † detrahet mihi populus iste: Quousque non 7
b credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis: Feriam 8
igitur eos pestilentia atq; consumã: te autem faciã principẽ 9
super gentẽ magnã, & fortiorẽ quã hæc est. Et ait Moyses ad 10
dñm. † Vt audiãt Ægyptij, de quorũ medio eduxisti populũ 11

testatem calcandi super serpentes & scorpiones. Vult ergo Iesus sum D
per res mirabiles facere, vult de locustis vincere gigantes, & de
his qui in terris sunt cælestes superare nequitias. Hoc est for-
tasse quod dicitur: *Qui a qui credit in eum non solum facit ipse quæ* Ioan.10.
ipse fecit sed & maiora. Maius enim mihi videtur, si homo in car-
ne positus fragilis & caducus, fide tamen
Christi & verbo eius
armatus superet dæ-
monũ legiones, quãs
ipse sit qui vincit
in nobis, plus tamen
esse dicit, q; per nos
vincit tantum est vt
nos armis istis sem-
per simus parati & ar
mati. & conuersatio
nostra semper in cæ-
lis sit: omnis motus
noster, actus, cogita-
tus, & sermo cæle-
stis sit. Quantò enim
illic ardentius ascen-
demus, tantò illi pre-
cipites descẽdent, &
quanto nos superio- E
res, tantò illi inferiores. Si vita nostra sancta & secundũ Deum
sit, mortem confert illis: Si segnis si luxuriosa, potentes aduer-
sum nos gigantes facit, & quantò nos dilatamur in terris, tantò
illis latiora spatia concedimus in cælis. Augescamus ergo vt illi
minuantur, nobis ingredientibus illi pellantur, & ascendenti-
bus cadant.

a *Neque timeatis populum terræ huius quia sicut panem ita possi-* Quæst. 23.
mus. AVGVST. Caleb & Iesus Naue loquentes ad populum, in Nume.
ne timerent ingredi terram promissionis dixerunt: Vos autem Literaliter.
ne timueritis populum terræ: quoniam cibus nobis sunt. abscessit enim tempus ab eis, dominus autem in nobis, ne timueritis eos. Quod dictum est, cibus nobis sunt, hoc est, consumemus eos. Quod verò auditum est: Abscessit enim tempus ab eis, dominus autem in nobis satis diligenter non dixissent abscessit ab eis dominus, impij enim fuerunt. Sed quoniam etiam impiis occulta dispensatione datur tempus florendi & regnandi, inquisit: tempus ab eis discessit. Dominus autem in nobis. Non dixerunt, tempus abscessit ab eis, & nostrum successit: sed, dominus autem in nobis, non tempus. Illi enim tempus habuerunt, isti do minum temporum creatorem & ordinatorem & omnium dispensatorem.

b *Feriam igitur eos.* ORIG. Comminatio hæc non est ira- Hom.8.
cunda, sed prophetica. Assumẽdus enim erat populus nationum, in Num.
sed non per Mosen: excusauit ergo se Moyses. Sciebat enim
quia gens quæ promittitur, non per se vocanda erat, sed per F
✠ Iesum,

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nolite rebelles esse contra dominum. *Tum quia rebellãdo Moysi rebellabant Deo, cuius erat nuntius: Tum quia dominus præceperat eis, quòd irent ad terram promissionis, & sic rebellabant ei in persona propria.*
2 Neque timeatis populum terræ huius. *Quia sicut panem ita eos possumus deuorare, id est absque vlla difficultate.*
3 Recessit ab illis omne præsidium. *Quia virtute diuina erant timore percussi, ita quòd non remanserat in eis consilium, & virtus resistendi: sed quia populus ita erat desperatus, quòd non recipiebat admonitionem ideo voluerunt se conuertere ad occisionẽ. vnde subditur:*
4 Et lapidibus eos vellet opprimere. *Scilicet Moysen & Aaron, Iosue & Caleb.*
5 Apparuit gloria domini. *Ad defensionem eorum & terrorem malorum.*
Diuisio. 6 Et dixit dominus. *Hic consequenter ponitur dicta transgressionis punitio. Circa quod primò ponitur Dei comminatio. Secundo pœna relaxatio*

laxatio quantum ad vnam partem, ibi: Dixitque dominus. *Circa primum igitur primò ponitur transgressionis repetitio breuiter, cum dicitur:* Et dixit dominus ad Moysen: Vsquequo detrahet mihi populus iste: *Quasi dicat ab exitu de Ægypto inceperunt: vt patet Exod. xvij. & continuauerunt vsque modo.*
7 Quousque non credent mihi in omnibus signis. *Quæ fecerunt tam mirabilia, quòd deberent credere eis.*
8 Feriam igitur eos pestilentia atque consumam. *Licet hoc non fecerit, tamen verum dixit, quia loquebatur secundum demerita populi, vt sit sensus: meruerunt vt hoc eis facerem.*
9 Te autem faciam principem. *Hoc autem intelligitur conditionaliter id est si facerem primum, facerem & istud secundum, quia merita tua exigunt.*
10 Et ait Moyses. *Ad auertendum iram Dei, ne populus totaliter deleretur, & ad hoc allegat blasphemiã nominis Dei si hoc fieret, dicẽs:*
11 Vt audiant Ægyptij. *q.d. si hoc fieret, veniret ad eorũ notitiã, & tunc intenderent in tuam blasphemiam, quia ueteiunt populi culpam.*
✠ 1 Et

CAP. XIIII.

Hom.7.in Numeros. *Terra, &c.* ORIG. Quæ est terra ista sãcta quidem & bona, sed ab impiis habitata? Qui sunt hostes qui habitant in terra sanctorum? Quomodo eijciendi vt succedãt
†Eccl.47.b. 1.Mac.2.f. sancti? Euangelia promittũt sanctis regna cœlorum.
C Et Apostolus
Phil 3.d. dicit: *Nostra autẽ conuersatio in cælis est.* In cælis est ergo hæreditas quæ

CAP. XIIII.

IGITVR vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & 1
murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij
Israël dicentes: Vtinam mortui essemus in Ægypto, 2
& non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus † & 3
non inducat nos dominus in terram istam, ne cada-
mus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur ca-
ptiui. Nonne melius est reuerti in Ægyptum? Dixeruntq; alter ad alte-
rum: Constituamus nobis ducem, & reuerramur in Ægyptum. Quo 3
audito Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni mul-
¶ Qui de tribu Iuda.
titudine filiorum Israël. † At verò Iosue filius Nun, & Caleb filius Ie- 4
phone, qui & ipsi lustrauerunt terram, sciderunt vestimenta sua, & 5
2 ad omnem multitudinem filiorum Israël locuti sunt: Terra quam

quæ promit- titur sanctis. Putas ergo, quia ibi nunc nullus habi- tator sit qui debeat expel- li? *A diebus Iohã. Baptistæ regnum cælorum vim patitur, & rapiunt.* Nisi essent inde aliqui ex- pellendi, nun- quam diceretur per vim esse diripien- dum regnum cælorum. Et nisi cum ali- F
†vel iudicet Matt.11.b. Eph.6.d

quibus nobis esset prælium, non diceret Apostolus: *Non est*
✠ *nobis*

NICOLAVS DE LYRA CAP. XIIII.

Diuisio. 1 IGitur. *Post transgressionẽ exploratorum, hic consequenter ponitur transgressio altorũ, & primò quantũ ad eorũ desperationẽ secundò quantũ ad eorũ præsumptionẽ ibi:* Et ecce mane. *Circa primũ ponitur dicta transgressio: secundo transgressionis punitio, ibi:* Et dixit dominus. *Circa primũ sciendũ, q; ex verbis exploratorũ fuerũ territi & desperati de cõsecutione terræ a Deo sibi promissæ: & ideo primò prorumpũt in verba murmurationis, & ideo*

& ideo dicitur: Et murmur. &c. *Secundò desperationis ibi:* 2 Vtinã mortui essemus, &c. *In Hebræo habetur:* Vel in hac solitudine mortui essem. *Et hoc patet per verba domini dicẽtis infra. 20.c. sicut locuti estis audiẽte me sic faciã vobis, in solitudine hac cadauera vestra. Tertiò in verba rebellionis dicentes:* Constituamus nobis, &c.
3 Quo audito Moyses, &c. *ne dominus iresceretur, & vt furia populi frangeretur.* 4 At vero Iosue, &c. *dolentes de transgressione populi & de afflictione Moysi.* 5 Sciderunt vestimenta. *In signum magnæ tristitiæ: & habetur simile in pluribus locis veteris ac noui.*
✠ 1 Nolite

MORALITER.

✠ 1 *Igitur vociferans.* In hoc ca. agitur de murmuratione populi Israël cõtra Moysen & Aaron, & de eius rebellione contra Deũ, propter quæ data fuit sententia mortis in deserto super eos, qui

MORALITER.

✠ exierunt de Ægypto à viginti annis & suprà exceptis Caleb & Iosue. Per hoc allegoriẽ fuit figuratum quòd pauci de Iudæis comparatiue ingressuri erant ad fidem Christi in aduentu eius, qui quidem ingressus per fidem est introitus terræ viuentium in spe: & hoc etiam scribitur in quodam libro Hebraico qui dicitur Sanhedrin apud Hebræos autentice exponendo illud Hier.vij.c. *Assumam vos vnum de ciui. & duos de cog. &c.* Glossa. Mensuratus est egressus de Ægypto ingressui eorum in terram pro

promissam, quia duo tantum de sexcentis milibus ingressi sunt: sic erit in diebus Messiæ, quod patet impletum, nam pauci valde de Iudæis in Christum crediderunt respectu non credentium. Moraliter autem per hoc quod pauci exeuntium de Ægypto intrauerunt terram promissionis, significatum fuit, quòd pauci de credentibus qui exierunt spiritualiter de Ægypto qui virtutem baptismi terram viuentium, id est cælestem patriam sunt intraturi. Matt. xx.b. *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* & Lucæ xiij.c. *Contendite intrare per angustam portam: dico vobis, quia multi quærunt intrare & non poterunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ Iosum, nec Mosaicus, sed Christianus populus erat appellandus. Ideo pluribus exorat pro populo illo.

Vbi supra. IDEM. *Feram igitur.* Fit comminatio hæc à domino, non vt diuina natura passibilis, & iræ subiecta ostendatur, sed vt Moysi charitas quam erga populum habebat, & Dei bonitas quę supra omnē mentē est, appareret. Scribitur enim Deū irasci & cōminari, vt sciat homo tantū sibi esse loci apud Deum, tantumque fiduciæ, vt si etiā aliqua indignatio sit in Deo, humanis obsecrationibus mitigetur, & tantū de Deo impetrare posse hominem, vt propria statuta conuertat. Bonitas enim quæ sequitur iracundiam, & Moysi fiduciam ostendit apud Deum, & alienam ab iracundiæ vitio diuinam docet esse naturam. Et mysterium in futuro explendū cōtinet sermo, per quē promittit Deus, quòd alium populum hoc abiecto resuscitet.

a *Dimisi iuxta verbum tuum.* ✻PROC. Hoc ad posteritatem potius quam ad præsentē generationē refert. Non em magnū est illico non perire, sed per xl. annos corpora eorū iacere in deserto. Magnū verò est, quod progenie C eorū non excinditur.

istum *, & habitatores terræ huius, qui audierunt, quòd tu domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, † & nubes tua † protegat illos: & in colūna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem, quòd occideris tantam multitudinem quasi vnum hominem, & * dicant: Non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat, † idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo domini, sicut iurasti dicens: dominus † patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullumq; innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios, in tertiam & quartā generationem. Dimitte obsecro peccatum populi tui huius secundum magnitudinē misericordiæ tuæ, sicut † propitius fuisti egredientibus de Ægypto vsq; ad locum istum. Dixitq; dominus: Dimisi iuxta verbū tuum: Viuo ego, & implebitur gloria domini vniuersa terra. † Attamen omnes homines, qui † viderunt † maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decē vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram pro qua iurauī patribus eorū: nec quisquam ex illis, qui † detraxit mihi, intuebitur eam. Seruum meū Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducā in terram hanc quam circumiuit, & semen eius possidebit eam: quoniā Amalecites & Chananęus habitant in vallibus. Cras mouete castra & reuertimini in solitudinē per viā maris rubri. Locutusq; est dñs ad Moysen & Aaron, dicens: Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? Querelas filiorū Israël audiui. Dic ergo eis: Viuo ego dicit dominus, sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis à viginti annis & suprà, & murmurastis contra me, non intrabitis terram super quam

¶ Modum correctionis moderatione librata dispensat.

¶ Vel multories.

b *Viuo ego.* ✻THEODOR. Prænunciat repulsionem Iudæorum experiuntur, cum speraſſent nunquam. Hinc verè dicitur, ☞ omnis

Quæst. 27. & 28.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et habitatores terræ huius qui audierunt, quòd tu. *Id est terra Chananæorum, ad quam ibant, & impudent impotentiæ tuæ dicentes, quòd licet potuerit educere populum de Ægypto, non tamen introducere in terram promissam, quia fortior est in ciuitatibus & habitatoribus quam Ægyptus, & hoc est quod dicitur:* Non poterat introducere, &c. *& ideo concludit:*

2 Magnificetur ergo for. *Introducendo populum istum ad terrā, quam ei promisisti: quod non posset fieri si iste populus penitus deleretur, quia non remanerent reliquiæ ex ipsis.*

3 Sicut iurasti dicens. *Ly dicens, non refertur ad literam immediatè sequentem, quia non sunt verba domini, sed Moysi: vnde & similia verba dixit Moses domino, Exod. xxxiij, sed refertur ad iuramētum Dei factū Abrahæ, Gen. xxij, vbi dicitur sic: Per memetipsum iurauī dixit dominus, & sequitur:* Possi debit semen tuum, &c.

4 Dominus. *Per omnium gubernationem.*

5 Patiens. *Per pœnitentiā peccatorum expectationem.*

6 Et multæ misericor. *Per pœnæ relaxationem.*

7 Auferens iniquitatem. *Id est peccata facta contra proximum.*

8 Et scelera. *Contra Deum.*

9 Nullumque inno. derelinquens. *Quia omnes contrahunt peccatum originale, & adulti cum hoc saltem veniale.*

10 Qui visitas peccata patrum. *Quia vsque ad quartam generationem contingit patres videre filios suos & econuerso, & sic filij vt frequenter sunt imitatores paternorum scelerum, & patres puniuntur in eis, quando vident pœnas eorum.*

11 Dimitte obsecro peccatum populi tui, &c. *q.d. toties & tam grauiter te offenderunt, quòd indigent tua maxima misericordia.*

12 Dixitque dominus. *Hic consequenter ponitur pœnæ relaxatio, quantum ad vnam partem, cum subditur:*

13 Dimisi iuxta verbum tuum. *Et bene dicit iuxta: quia non totaliter dimisit sed quantum ad hoc, quod non deleret totum populum simul, ideo subditur:*

14 Viuo ego. *Modus est assertionis diuinæ, & est sensus, sicut verum est, quòd ego sum viuens, quia sum vita per essentiam sic verum est verbum meum de non delendo totum populum simul, ideo subditur:* Viuo ego.

15 Et implebitur gloria domini vniuersa terra. *Id est, per facta mirabilia, quæ faciam introducendo populum in terram promissam, diuulgabitur gloria nominis mei per vniuersam terram, sicut patet de siccatione Iordanis & subuersione Hiericho, & similibus. Aliqui tamen exponunt & bene, quòd hoc intelligatur de Christo qui secundum carnem descendit de tribu populo, per quem impleta est omnis terra gloria domini.*

16 Attamen. *Hic consequenter reseruat partem pœnæ debitæ, & primò quantum ad communitatem populi dicens:*

17 Omnes homines, qui viderunt maiestatem meam, &c. *Propter quæ debuissent mihi credere & obedire.*

18 Et tentauerunt me iam per decem vices. *Semel ante egressum de Ægypto, Exod. v. Secundò in recessu Exod. v. Tertio in deserto Sur ad aquas Marath, Exod. xv. Quartò in murmure pro defectu carnium, vt hic, cap. xj. Quintò plus colligendo de manna & seruando vsque mane, Exod. xvj. Sextò in Raphidim pro defectu aquæ, Exod. xvij. Septimò in conflatione vituli, Exod. xxxij. Octauò ex impatientia laboris, vt hic cap. xj. in principio. Nonò ex concupiscentia saporis, Nume. xj. Decimò ex desperatione in hoc loco. Cætera patent vsq; ibi.*

Decem vicibus murmurauit populus.

19 Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra & murmuraſtis. *Ex quo patet, quod illi qui erant minoris ætatis non incurrerunt hanc pœnam similiter nec filij Leui, quia non fuerunt numerati à viginti annis sed primò ab vno mense, vt dictum est supra iij. cap. Et secundò numerati sunt à xxx. anno, & suprà, vt dictum est iij. cap.*

✻ 1 Paruu

☞ omnis qui non credit in Deo, bonis quæ à fide proueniunt, excidit. Quemadmodum enim, se habet illud, iuxta fidem tuam fiat, ita à contrario hoc, iuxta infidelitatem tuam non fiat. Ac idcirco Petrus fidei infirmitate cum extimuisset mare fluctuans, est submersus.

Vbi supra. a *Paruulos.* ORIG. Sed filij ipsorum, qui sunt hic mecum, quicunque ignorant bonum vel malum, &c. Patres nostri fuerunt populus ille prior, nos filij ipsorum sumus; illi quia peccauerunt abiecti sunt & ceciderunt, nos autem filij ipsorum pro ipsis surreximus, & erecti sumus, qui nesciebamus bonū vel malum. Ex gentibus enim sumus, neq; bona quæ ex Deo veniūt noueramus, neque mala quæ ex peccato generantur. vnde: *Vide autem seueritatem & bonitatē Dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate, &c.*

Vbi supra. Mystice. b *Annus pro die.* ORIG. Quasi pro die per annum recipietis peccata vestra xl. annos. Timeo hoc mysterium discutere. Vt ideo enim quòd in hoc comprehenditur ratio peccatorum & pœnarum. Si enim cuique peccatori annus ascribitur ad pœnam pro vnius diei peccato, & secundum rationem dierum quibus peccatur totidem annorum numerus in suppliciis consumitur, vereor ne fortè nobis qui quotidie peccamus, nec ipsa fortè secula aut etiam secula seculorum sufficere possint ad pœnas luendas. In eo quòd populus ille pro xl. dierum delicto xl. annis cruciatur in deserto, nec terram sanctā introire permittitur: similitudo futuri iudicij videtur ostendi, vbi peccatorum ratio discutienda est, vbi erit aliqua fortasse bonorum operum recompensatio, vel eorum quæ in vitam suam quisque mala recepit, sicut de Lazaro dicitur. Sed hoc nullus ad integrum nouit, nisi cui pater omne iudicium tradidit.

Luc. 16. f. Ioan. 5. d.

Vbi supra. Moraliter. ORIG. Neget quis fortasse bonitati Dei conuenire, vt pro vnius diei peccato, annum suppliciorum rependat, imò dicat etiam si diem pro die reddat, quamuis iustum, non videtur esse benignum. Sed si vulnus corpori infligatur, aut os confringatur, aut neruorum iunctura resoluatur: sub vnius enim horæ spatio solent hæc corporibus accidere, & pluribus postmodum cruciatibus aut doloribus exactis, multo vix tempore sanari. Quāti enim tumores in loco, quanta tormenta generantur? Si verò accidat vt in eodem vulnere vel in eadem fractura iterum quis vulneretur, & frequentius frangatur, quantis pœnis quantisque cruciatibus potest curari? Quanto autem tempore (si tamen potuerit) ad sanitatem perducitur? Et vix aliquando ita curabitur, vt vel debilitatem corporis vel fœditatem effugiat cicatricis. Transit ab exemplo corporis ad vulnera animæ, quæ quoties pecc at, toties vulneratur peccatis velut telis. vnde: *Assumite scutū fidei in quo possitis omnia tela maligni ignea nequissima extinguere.* Patitur autem non solùm vulnera iaculorum, sed & fracturas C pedum cum laquei parantur pedibus eius, & supplantātur gressus eius. Hæc & huiusmodi vulnera quanto tēpore putas posse curari? O si possimus per vnumquodque peccatum videre quomodo anima vulneratur. Sermo malus vulnus infligit, sed non in lingua: vulneratur anima etiam per cogitationes & concupiscentias malas. Frangitur autem & conteritur per opera peccari. Quæ omnia si videremus, & vulneratæ animæ cicatrices sentiremus, vsque ad mortem resisteremus contra peccatū. Sed sicut dæmoniaci, vel mente capti non sentiunt si vulnerentur (quia carēt naturalibus sensib⁹) ita cupiditatibus seculi amēres facti, vel vitiis inebriati, non sentimus quanta vulnera, quantas contritiones animæ peccādo acquirim⁹, & ideo congrua ratio est pœnæ, id est curæ & medicationis tēpus extendi, & per vnumquodque vulnus pro qualitate plagæ medendi spatia propagari. Sic ergo & Dei æquitas & benignitas in ipsis animę suppliciis euidens fiat, vt hæc audiens qui peccauit resipiscat. & vltrà non peccet. Cō E uersio enim in præsenti vita & fructuosa pœnitentia celerem confert medicinam. Quę non solùm vulnus præteritū sanat, sed vltrà non finit animam peccato vulnerari.

Ezech. 18. 1. Ioan. 2. 2. Rom. 8. 8.

ORIG. Aliud adiiciam: Si peccator sum, nunquid pœna mihi erit eadem si semel peccaui, quæ si secundò & tertiò & frequentius? Non pro modo enim & numero & mensura peccati etiam pœnæ quantitas metienda est. vnde: *Potabit nos in lachrymis in mensura.* Mensura autem erit quam quisque sibi in hac vita vel minus vel plus peccando quæsierit. Calix quoque in manu domini vini meri dicitur esse plen⁹ misto. Miscetur enim vnicuique & fit iudicium, non solùm ex malis quæ gessit, sed etiam ex bonis, cùm autem vtraque miscentur, sex eius (quam ego puto partem malorum dici) non ad integrum eximuntur. Sed hæc in manu Dei sunt, nostrum autem est citius emendare & pœnitere, præterita lugere, futura cauere. *Quia vt conuersos ingemueris salius erit.* Habemus enim aduocatum qui interpellat pro nobis multò præstantiorem Moyse, qui tamen pro populo illo exauditus est. Et fortasse propterea Moyses scribitur priori populo veniam impetrasse, vt multò magis confidamus quòd aduocatus noster Iesus veniam nobis impetrabit a patre.

Vbi supra. Vbi supra. Moraliter. Pſal. 79. a. Pſal. 74. b.

F

c *Luxit populus, &c.* ✻PROCOP. Atqui luctus hic non est eis bono. Nam in dissolutionem decretorum Dei cunt. Quod prius ante negationem facto opus fuerat. Verùm vt antè in agendo timiditatis impulsionem secuti fuerunt, ita nūc audaciæ & confidentiæ sequuntur, ac in vtramque partē peccant. Dicunt enim: Agite ascendamus quantumuis Mose reluctante. Vnde liquet, neque timiditatem neque falsò creditam fortitudinem, à Dei obedientia separatam, virtutem existere.

d *Parati sumus.* RABANVS. O mira proteruitas humanæ mentis, & horrenda stultitia cæcati cordis. Mandat Deus promissionibus suis credere, & de sua potentia confidere, & sic ter- ☞ ram

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Paruulos autem vestros, de quibus dixistis, quod prædæ hostibus forent. *Hic determinatur pœna quantum ad illos, qui erant infra xx. ann. quia licet non fuerint in deserto, mortui tamen retardati sunt ab ingressu terræ promissionis propter peccata patrum suorum xxxix. annis, & hoc est quod subditur:*

2 Filij vestri vagi erunt in deserto annis quadraginta. *Primus annus egressionis de Ægypto, qui iam transierat computatur in istis.*

3 Et portabunt fornicationem vestram. *Id est pœnam peccatorum vestrorum, quibus recessistis à domino, sicut fornicatrix a legitimo viro.*

4 Igitur. *Hic determinatur pœna exploratorum, cum subditur:*

5 Mortui sunt atque percussi. *Id est subito & horribiliter ad terrorem aliorum ex sententia domini.*

6 Iosue autem filius Nun & Caleb filius Iepho. *Dicit Rab. Sa. quòd ex hoc datur intelligi, quòd successerunt eis in hereditate, quia propter peccatum eorum filij ipsorum fuerunt priuati hereditate in terra promissionis, & hoc iuste: quia auerterant corda populi à consecutione terræ promissæ.*

7 Et ecce. *Hic consequenter ponitur transgressio populi ex præ-*

✻ *sumptione,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam possidendam intrare. Humana stultitia diffidit, & salutaria monita respuit. Econtrario suum negat auxilium, illi contra Dei voluntatem terram inuadere volunt. Quibus similes sunt qui promissionibus Dei non credunt, & prohibita faciunt. Sed spiritales Amalecitæ & Chananæi, qui habitant in montibus superbiæ, percutientes eos persequitur vsq; ad Horma. Amalecitæ populus lingens sanguinem, Chananæi negotiantes vel motus, Horma anathema interpretatur.

B Aëriæ ergo nequitiæ quę nostrum sanguinem sitiunt, & terrenis negotiis implicare nos volunt, si in peccatis perseueramus, & montem superbiæ ascēdimus, concidentes nos iaculis ignitis persequuntur vsq; ad perpetuum anathema.

† roborati vel confortati, aut repugnantes & obaudiētes

Ephe.6. Non ergo de nobis præsumamus, sed nostram infirmitatem considerantes Dei præceptum sequamur per omnia. Sic enim omnes hostes superabimus, sic patriæ cælestis gaudia quæ nobis promissa sunt, percipiemus.

a *Non enim est dominus vobiscum.* ✠ Proc. Quapropter robur & firmitas nostra in præsentia Dei est, quæ nobis etiam ter C ram nullo negotio tribuere posset. Hæc verò nonne leuicula videri deri poterant iis qui Dei obliti in potentia ac multitudine fiduciam collocauerant? Verùm hoc ipso quòd penes Deum omnia esse demonstrat, hostes Dei ad culturā eius & pietatem inuitat. Interitus quoque ipsorum qui occubuerant, aliis eruditioni fuit, vt obseruarent mandata Mosis à Deo tradita de præsenti D

cutus est, quia peccauimus. Quibus Moyses: † Cur, inquit, transgredimini verbum domini, quod vobis non cedet in

a prosperum? Nolite ascendere: non enim est dominus vobis-

a ¶ Lingentes sanguinem. b ¶ Negotians, vel motus.

b cum, ne corruatis coram inimicis vestris. Amalecites & Cha-

¶ Spirituali, ignito.

nanæus ante vos sunt, quorū gladio corruetis, † eò quòd nolueritis acquiescere domino, nec erit dominus vobiscum.

† auersi non estis dominum secuti. E

¶ Nequitia mentis. a ¶ Superbiæ.

At illi † contenebrati ascenderunt in verticem mōntis. Arca 1 autem testamenti domini & Moyses non recesserunt de castris. Descenditque Amalecites & Chananæus qui habitabant in montibus, & percutiens eos atque concidens perse- 2

¶ Superbiæ.

¶ Anathema.

cutus est eos vsque Horma.

anathema, sanctæ terræ detractores omnes hæreticos concidendo, victorum more persequuntur. Arca namque testamenti domini cum illis non est, lex domini, lex veritatis cum illis non est, & proinde quæcunque arma quasi arma verbi Dei corripiunt, non proderunt illis, nec valet illis dixisse, peccauimus, quia videlicet catholicæ ecclesiæ nequaquam reconciliati, sunt digni pœnitentiæ fructibus.

☞ CAP. F

deri poterant iis qui Dei obliti in potentia ac multitudine fiduciam collocauerant? Verùm hoc ipso quòd penes Deum omnia esse demonstrat, hostes Dei ad culturā eius & pietatem inuitat. Interitus quoque ipsorum qui occubuerant, aliis eruditioni fuit, vt obseruarent mandata Mosis à Deo tradita de præsenti

suæ voluntate, siquidem ipsi seruare iussi † Deut.1.g. non seruarunt, non iussi nouo testamento instāte, iuxta prophetiam seruare student. Idcirco non est Deus cum illis, & ceciderunt dum vellent obseruare legē importunè in bello quod gesserunt contra Romanos.

b *Amalecites & Chananæus.* ✠ Ruper. Per hæc nomina maligni spiritus intelliguntur, qui vsque Horma, id est, vsque in profundum inferni, quod æternum est Lib.1.in Num.ca.40.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *sumptione, quia sicut prius ad mandatum Dei ire noluerūt, ita postea contra voluntatem Dei & inhibitionem Moysi ire volebant, & patet litera*

litera, vsque ibi:

1 At illi contenebrati. *Id est, peccato suo excæcati.*

2 Persecutus est eos vsque Horma. *Nomen est loci impositum ab euentu, vt habetur infra xxj. cap. sed hic ponitur per anticipationem.*
Isidorvs. Per Dathā & Abirō, & Core, signātur hæretici & schismatici, qui multos secum trahētes decipiunt, contenentes sacerdotes Christi, & se à clero plebisque societate segregātes, construere audēt ecclesias, & aliud altare, precēmque alterā illicitis vocibus faciunt, dominicæ hostiæ veritatē per falsa sanctificia prophanantes. Et quia contra Dei voluntatē & ordinationē nituntur, ob temeritatis audaciā terræ compagibus ruptis viuentes absorbentur, nec tantum duces, sed omnes complices
C & fautores, in æterno igne, præparata vltione peribunt.

Quæst.29. Inferi.

b *Descen.* Avgvst. Alia litera. *Et descenderunt ipsi & omnia quæcunque sunt eis, viuentes ad inferos.* Notandū secundum locum terrenum dictos esse inferos. i. in inferioribꝰ terræ partibus. Sub
D vario eñ intellectu, nomē inferorū ponitur, & maximè in mortuis hoc accipi solet. Sed qñ istos viuentes dictum est ad inferos descēdisse, & ipsa narratione apparet quid factū fuerat, manifestū est hic inferiores partes terræ inferorū vocabulo nominari, cōparatione huius superioris terræ in cuiꝰ facie viuitur. Sicut in cōparatione superioris cœli, vbi sctorum demoratio est angelorū: peccātes angelos in huius aērispartes detrusos caligine, scriptura dicit tanquam carceribus inferi puniendos reseruari.

† r.q.1.si qs inquit in fine.

c *Præcipe Eleazaro.* Avgvst. Alia litera. *Et dixit dominus ad Moysen, & ad Eleazarum filium Aaron sacerdotem: Tollite thuribula ærea de medio exustorum, & ignem alienum hunc semina ibi, quia sanctificauerunt thuribula peccatorū horum in animabus suis, & facies laminas ductiles circum positionē altaris, quoniam oblata sunt ante dominū & sanctificata sunt, & falta sunt in signū filijs Israel.*

Quæst.30.

Cur non ad Moysen & Aarō sicut in superioribus dominus locutus sit, sed ad Moysen & ad Eleazarum filium Aarō? Hæc mihi causa interim occurrit, quoniam quæstio erat de progenie sacerdotum, idest, de quo genere esse deberēt: vnde illi ex alio genere, quia sibi sacerdotiū vsurpare ausi sunt, mirabili supplicio perierunt. Non ad Aaron qui iam summus sacerdos erat, sed ad Eleazar, voluit loqui deus, qui ei succedere debebat, & secundo iam sacerdotio fungebatur, vt sic seriem generis commendaret, quæ in successionibus sacerdotum esse deberet. Vnde in sequentibus addit: *Et acceperit Eleazar filius Aaron thuribula ærea, quæ ante obtulerunt qui exusti sunt: & addidit ea circum pestionem altaris memoriale filijs Israël, vt non accedat quisquam alienigena, qui non est de semine Aaron imponere incensum ante dominum, & no erit sicut Core, & sicut conspiratio eius &c.* Hoc ergo modo voluit Deus nō sacerdotium quod iam erat in Aaron, sed successionis sacerdotalis progeniem commēdare. Quod verò ait: Alienum ignem ibi sparge, intelligendum est. Et quod addidit, quia sanctificauerunt thuribula peccatorum horū in animabus suis, locutione inusitata sententia expressa est. Sed notādum nouo mododicta sanctificata in pœna eorum à quibus hoc peccatum fuerat perpetratum, quia per eos exemplum datum est cæteris, quid timerent.

Literalis quæstio.

d *Tollat thuri.* Orig. Core figuram tenet eorum, qui contra ec
☞ clesiasticam Mysticē.

† istorum qui reatis in omnibus.

† parumlisque eorum

† ex eo ipse

† Den.ita. Pisto.e.

† vero

† mori fecistis.

Vbi supra

Psal.11.b.

† à clamore

† infra 26.b.

Gen.6.b.

† thuribula pctorū illorū in animabus eorum. i. per mortē ipsorum.

† quibus cō mune parat altare. 17.q.1.c. denique in fi.

† in operimentum altaris

† 25.dist.c. regesta sit, vt & florens

† multitudo

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Dathan & Abiron egressi sta. &c. *parati ad resistendū Moysi.*
2 Scietis, quòd dominus miserit me &c. *ad est scietis quod de mādato domini fecerit illud, pro quo isti seditionem mouerunt, quia de mandato eius ducatum suscepi, & Aaron in sacerdotem ordinari, & Elisaphan principem super Caathitas constitui sequitur:*
3 Descenderuntque vini &c. *idest in inferiores partes terræ, in quibus dicitur esse infernus à doctoribus. Non tamen sic est intelligendum, quòd sint in pœna inferni, sta quòd non fuerunt mortui prius morte corporali: quia secundum quod dicitur ad Hebræos.* Statutum est omnibus semel mori. *ad soluendum debitum naturæ lapsa: post hoc autem iudicium. scilicet retributio præmij vel pœnæ.* 4 Sed & ignis. *virtute diuina. Dicit enim Ra. Sa. quòd extinxit de thuribulis quæ tenebant.* 5 Locutusque est dominus. *Hic consequenter ponitur signum punitionis prædictæ ad repressionem aliorum in futurum à consimili temeritate, cum dicitur:*
6 Præcipe Eleazaro &c. *hoc enim signum ponebatur ad reprimendum alios in futuro, ab vsurpatione sacerdotij, & ideo hoc signum mandatur fieri per Eleazarum magis quàm per Aaron, quia debebat succedere in sacerdotio.*

✲ 1 Quoniam

MORALITER.

✝ 4 *Sed & ignis &c.* Per istos vsurpantes sibi sacerdotium, intelliguntur ambitiosi dignitatum & officiorum in religionibus & ecclesijs: & isti puniri merentur pœna ignis gehennalis.
6 *Præcipe.* Thuribula sunt instrumenta ad offerendum incensum, quod pertinet ad sacerdotis officium. Igitur per thuribula ambitiosorum prædictorum, qui sibi volebant vsurpare sacerdotium, possunt intelligi verba falsa, opera secta, & occulta munera, per quæ ambitiosi quærunt obtinere in ecclesia gradum indebitum sibi: quæ thuribula producuntur in laminas, quando manifeste detegitur & debite punitur ambitiosorum falsitas, & istæ laminæ figuntur in altari quando manifestatio & punitio dictæ falsitatis rediguntur in scriptura communi, vt sic sint alijs in signum ne quærant indebite honoris statum.

✝ *Murmurauit.*

☞ clesiasticam fidem & doctrinam veritatis insurgunt. Hic cū cæ-
A tu suo in batillis æreis obtulit incensum alieni ignis. Iubetur ergo à domino dispergi ignis & de batillis, quia sanctificata sunt, laminas fieri ductiles, & ex eis altare circūdari, quia oblata sunt coram domino & sanctificata. Hoc autem videtur figurari q̄ batilla ærea diuinæ scripturæ figurā teneant, cui hæretici alienum ignem imponentes, idest intelligētiam à Deo alienam, & veritati contrariam, incēsum † Deo non suauē, sed execrabile offerūt. Et ideo forma nostris sacerdotibus datur, vt si aliquid tale fuerit exortum, quę à veritate sunt aliena, ab ecclesia penitꝰ excludantur. Si qua verò in ipsis hæreticorū verbis, ex diuinæ scripturæ sensibus inueniuntur non respuantur: sanctificata enim sunt & dño oblata.

Idem. Potest & alio modo intelligi q̄ de batillis præcipitur peccatorum, vt socientur altari. Ærea dicuntur, quia vbi vera fides & integra verbi Dei p̄dicatio, aut argentea dicuntur, aut aurea, vt fulgor auri declaret fidei puritatē, & argentum igne probatū. eloquia dñi igne examinata significet. Ista verò quę dicuntur ærea, in sono tantū vocis consistunt. & sunt vel æramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Ista verò batilla ærea, id est, hæreticorum voces si adhibeamus ad altare Dei, vbi diuinus ignis, vbi vera fidei prædicatio, melius ipsa veritas ex falsorum comparatione fulgebit. Si enim dicta Marcionis, aut Basilidis, aut cuiuslibet hæretici, sermonibus veritatis & scripturarum testimoniis, velut diuini altaris igne confutē, in me euidentior ex ipsa comparatione apparebit eorū impietas. Si enim doctrina Ecclesiastica esset simplex & nullis extrinsecus hæreticotum dogmatum assertionibus scinderetur, non tam clara & tam examinata videretur fides nostra. Ideo doctrinā catholicā contradicentes oppugnant, vt fides nostra non otio torpescat, sed exercitijs eliminetur. vnde: *Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant,* quasi oportet hæreticorum batillis altare circundari, vt fiat omnibus manifesta fidelium & infidelium differentia. Cū enim fides ecclesiastica, velut aurum cœperit refulgere, & prædicatio eius vt argentum igne probatum, resplenduerit, turpius hęreticorum voces obscuri æris vilitate sordebunt. Bona enim ex deteriorū comparatione magis noscuntur. Quis sciret bonam esse lucem nisi tenebras sentiremus? Quis nosset mellis dulcedinem nisi gustasset amaritudinem? Ipsum denique diabolum, & contrarias potestates si auferas, virtutes animi sine obluctante non poterunt enitescere. Sic & sacerdotū fideliū gloria non potest resplēdere, nisi eam infidelitū reprobatio & pœna cōmendet. Singuli quoq; iustorū magis ex cōparatione cæterorū clari videtur apud Deū. De Noe scriptum est, q̄ esset *iustus & perfectus in generatione sua,* in quo ostenditur, quod non ex integro perfectus, sed in generatione sua, id est ad cæterorū comparationē. Similiter Loth, quātò quotidie deteriores fiebāt Sodomitę tantò iustior apparebat. Et cùm regressi essent, qui terrā inspexerant, & decem mendiculosis sermonibus desperationes populo incussissent, duo, i. Caleb & Iesus bona nuntiassent, & in proposito manere suaderent:
C immortale eis meritum contulit non tam sua confessio quā formido sodalium. Non enim tam magnificè in eis virtus animi claruisset, nisi reliquorum ignauiæ formido patuisset.

2 *Eo quod*

a *Eo quòd.* Avgvst. Circumpositionē verò altari cur scilicet D ex eis fieri voluit, addit dicens, q̄ oblata sunt in signum filijs Israël. Nō ergo in eis reprobare voluit, quod à talibus oblata sunt, sed hoc potius cogitari & attendi ante quē oblata sunt, idest quia ante dominum, vt plus in eis valeret nomen domini ante quem oblata sunt. quā pessimum meritum eorū à quibus oblata sunt. Hoc autem & in Exodo cōmemorauit scriptura, quando altare fabricatum dicit. Vnde intelligitur genera rerum gestarum distributa esse p libros, non ordo temporum contextus. Nam & de virga Aaron quō res gesta sit, vt & florens & germinans electionem sacerdotij eius diuinitus indicaret, in hoc libro legitur. & tamen de ipsa virga in Exo. dicitur vt in sanctissanctorum cum manna in arca poneretur, quando præcipitur de tabernaculo fabricando, quod longè ante præceptum est, quàm ipsum tabernaculum fabricatū perfectumque cōstiterit. Stetit autem primo mense secundi anni ex quo de Ægypto egressi sunt, & liber iste incipit à secundo mense eiusdem anni secundi, eiusdem mensis primo die. Vnde clarum est ista (si librorum ordinem consideremus) per recapitulationē, idest præteritorū recordationē cōmemorari: quę putant, qui minus diligenter intēdunt, eodē facta ordine, quo narrātur.

✲ Theodoretvs. Eorū thuribula altari præcepit affigi Quæst.36. Deus ad arguendos eos qui contra sacerdotium cōmittere quid auderent, & ad conformationem eorum qui constituti sunt ad sacra peragenda. Hæc enim subiunxit, vt sit monumentum &c. Hāc etiam ob causam virgam quæ fronduit, reponi iussit in aream.

b *Tollit.* Orig. Apud Deum nihil est otiosum, sed quę putan Hom.9. in tur abijcienda aliquid operis necessarij habent. Refert ergo scri Numeros. ptura quia ex præcepto Dei accepit Eleazar batilla ærea quæ obtulerant qui exusti sunt, & fecerunt ex eis circulos, & appposuerunt eos altari in commemorationem filijs Israël, vt non accedat alienigena imponere incensum coram domino. Nō enim sūt consilia diuina sicut consilia humana. Si apud homines iudicaretur hæc causa, & apud ecclesiarum principes de his (verbi gratia) qui diuersa ab ecclesijs docēres diuinæ sententiæ vel vindictę pertulerunt vltionē. nonne iudicaretur vt q̄ locuti sunt q̄ docuerunt, q̄ scripserunt vniuersa cū vniuersorū cineribus disperiret.

c *Sicut passus est.* Orig. Posteris quoque datur exemplum, ne Vbi supra. quis præsumptione superbi spiritus non sibi a Deo datum munus pontificatus inuaderet. Sed illi cedat quem non ambitio humana, non fauor corruptus, nec largitio damnanda adsciuerit.

d *Moyses & Aaron.* Idem. In Sodomis quidem ad minus de- Vbi supra. cē requirebantur per quos vix saluarentur qui habitabant in pētapoli. Nunc autem si duo inueniantur tales qualis fuit Moyses & Aaron sufficiunt vt tota gēs Israelitarum saluetur. Quid ergo amplius est in his duobus, quæ tāta virtus quod meritū, q̄ sexcē ta milia & eò amplius liberentur? Ego arbitror quod in Moyse lex significat quæ docet hominem scientiā & amorē Dei. In Aaron verò supplicandi Deo & obsecrandi forma. Si quando ergo nobis vel vniuerso populo Deus indignatur, & iam vltio præcedit & redeunte lege Dei in cor nostrum, quę moneat & doceat
F nos conuerti ad pœnitentiam, & satisfacere pro delictis, cōtinuò ita cessabit, & propitiabitur dominus, quasi Moyse & Aaron pro
☞ nobis

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Quoniā san. *s. per mortē peccatorū quorū thuribula remanebūt, apparebit futuris, q̄ sanctitas debet esse in sacerdotibus & hoc est quod subditur.* Et san. sint. *Sequitur:* 2 Affigens altari. *sholocaustorum.*
3 Murmurauit. *Hic consequenter ponitur transgressio multitudinis, cum dicitur:* Murmur autem. *zelans pro Core & sibi adiunctis.*
4 Vos interfe. *per hoc innuentes quòd erant morte digni and. subditur:* 5 Moyses &c. *ad protectionem domini.*

✲ 1 Operuit

MORALITER.

✝ 3 *Murmurauit.* Hæc autem murmuratio contra Moysen & Aaron fuit valde iniusta, propter quod murmurantes puniti fuerunt incendio corporali, per quod significatur quòd murmurantes iniustè contra bonos superiores puniantur nisi pœniteāt igne gehennali: per hoc autem quòd Aaron de præcepto Moysi obtulit thymiama pro illis qui combustebantur, & sic cessauit incendiū, significatur q̄ boni superiores subditis suis etiam ingratis & indignis exhibere debeāt charitatis bñficium. Matt.v.g *Benefacite his q̄ oderūt vos, & orate pro psequentibus & calumniātibus vos.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis intercedentibus, & pro vniuerso populo supplicantibus. Si autem induerint corda nostra, nec conuertamur nec humiliemur in conspectu domini, vt in confessione supplicationum iram mitigemus, sed econtra dicamus: Non est cura Deo de vita mortalium, nec pertinet hæc ad Deum: reliquit nos olim, nec ista

†respexerũt. Psal.

nouit: non est Moyses & Aaron in nobis: ideo scilicet scientia & fructus pœnitentiæ, per quos interitũ possumus euadere.

Vbi supra. a *Operuit nu.* ORIG. Nõ enim legimus antea qđ obtexerit nubes tabernaculum, & apparuerit maiestas domini, & receperit intra nubem Moysẽ & Aaron, nisi cum populus in eos surrexit, & lapidare voluit. Discamus ex hoc quãtas virtutes in persecutiõe Christianis, quo modo protegat eos Deus, & infundatur spiritussanctus. Tunc enim adest maximè gloria domini, cùm hominum sæuitia concitatur: & tunc pacem habemus apud Deum, cum ab hominibus propter iustitiam expugnamur. *Vbi enim abundauit peccatũ, superabundauit & gratia.* Operuit ergo eos nubes tabernaculi, & irruit synagoga super Moysen & Aarõ, & apparuit gloria domini, quãuis magni meriti siat & virtutibus polleant, non apparet eis gloria domini nisi in tribulatione & periculo, & penè in ipsa morte. Apostolus etiam in his gloriam domini consequi meruit. vnde enumerat se super cæteros in tribulationibus fuisse, ter virgis cæsum, semel lapidatum fuisse, & naufragia pertulisse, & pericula maris ac fluminum &c.

†sæp. 18. d. De pœ. dist. 2, 5. opportet.

2.Cor 11 f.

Rom. 5. c.

Vbi supra. b *Recedite.* ORIG. Iubentur ergo Moyses & Aaron exire de medio synagogę, vt intereat. Sed videamus quid faciunt. Sancti sunt & perfecti, & magis euangelij quam legis discipuli, ideo diligũt etiam inimicos, & orant pro persecutoribus. Illis enim irruentibus, isti procidunt in faciem, & ait Moyses ad Aaron: *Assume batillum & impone super illud ignem, & injice incensum &c.* Videant ergo qui Deum pariter criminantur & legem, quomodo Moyses & Aaron priores fecerunt, quod postmodum euangelium docuit. Diligit Moyses inimicos & orat pro persecutoribus. Inuenitur ergo euangelij virtus in lege, & fundamento legis innititur euangelium. Nec vetus testamentum nomino legem, si etiam spiritaliter intelligam. Illis tantum lex vetus est testamentum qui eã carnaliter intelligunt. Illis vetus est & senuit, quia vires suas obtinere non potest. Nobis autem qui eam spiritaliter exponimus semper noua est, & vtrunque nobis nouum testamentum est, non tẽporis ætate, sed intelligentię nouitate. vnde Iohannes ait: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem,* cùm sciret, datum esse mãdatum dilectionis in lege. Sed quia charitas nunquam cadit, nec mandatum veritatis vetescit, semper nouum esse pronuntiat. Semper enim obseruãtes nouos facit in spiritu, peccatori autem & charitatis fœdera non seruanti etiam euangelica vetescunt. Nec potest ei nouum testamentum esse, qui nõ deponit veterem hominem, & induit nouum secundum Deum creatum. Hortatur Moyses pontificẽ magnum, vt offerat in cæstris incensum, & oret pro populo. Iam enim cœperat populus vastari. In spiritu videbat Moyses quæ gerebãtur. Intellige populum Israel in cæstris per ordinem tribuum & familiarum dispositum: virtutem verò quando à Deo missam, non passim, sed ex prima parte cœpisse populum vastare, & procedentem per ordinem mortis stragem. Cõsidera post hæc pontificem indutum veste pontificali, & portantem batillum atque ignem cum incenso tendere ad locum, quo per angelum vastantem mors peruenerat, & stantem vbi mors finem dederat primis, & imminebat postremis. Intuere stantem põtificem, & obiectione quadam viuentes à mortuis dirimentẽ, &

Ioh. 13. xl.

C

virtutem repropitiationis eius, & incensi mysterium, erubuisse D angelum vastatorem: & in hoc mortem finitam, & vitam repatatam. Considerata verò historia, ascende ad verbi huius celsiora fastigia, & vide quomodo verus pontifex Iesus assumpto batillo carnis, & superposito igni altaris, anima scilicet magnifica, adiecto etiã incenso, qui est spiritus immaculatus, medio inter viuos & mortuos stetit, & mortem compescuit, destruens eum qui habebat mortis imperium, vt qui credit in eum non moriatur, sed viuat in æternum. Hoc ergo mysterium postea futurum, iam tunc qui populũ vastabat expauit. agnoscebat figuram batilli ignis incensi, & qualis offerenda erat deo hostia ab eo qui medius viuorum & mortuorum constiterat, præuidebat. Illos imago saluauit, ad nos salutis veritas peruenit. Non enim indumenta pontificis purpura, lana, byssoque contexta erubuisset ille angelus, sed fututa magni pontificis indumenta intellexit, & cessit, quibus vniuersa creatura inferior est. Puto autem quòd non solùm primo aduentu domini forma ista completa sit, sed etiam in secundo complebitur, veniet iterum filius hominis, & quosdam inueniet mortuos & quosdam viuentes. Et possumus intelligere, quòd nonnulli in hoc vitæ statu inueniantur, cum multi præcesserint mortui. Vel mortuos, corpora intelligamus, viuentes autem animas, & tunc fortè medius viuorum & mortuorum stabit Christus, cùm statuet oues à dextris, hædos autem à sinistris, & dicet his qui à dextris: *Venite benedicti patris mei &c.* His autẽ qui à sinistris: *Ite maledicti in ignem æternũ &c.* Sunt enim mortui qui in ignem æternum mittuntur: viui autem qui mittũtur ad regnũ.

Exo. 28. g.

E

Matt. 25. c.

c *Et stans inter.* GREG. Aaron vt iram Dei placaret, thuribulum sumpsit, atque inter viuentes & mortuos stetit: quia sacerdotis est negotium Deo orationem fundere, & pro iustis ne cadant & pro peccatoribus vt resurgant: vnde: *Iuret oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.*

Sacerdotis officium.

Psal 87. a.

ISID. Aaron thuribulum accipiens, occurrit quassationi, & stans in medio viuorum & mortuorum, lęthalem plagam obiectu suo quasi quidam murus excludit. Iste sacerdos Christus qui ruinam mortis in mundo aspiciens occurrit à summo cælo, venitq; obuius quasi gigas ad currendam viam. Stetitque inter viuos & mortuos, quia natus & mortuus est, sicque thuribulum passionis accipiens, & in odorem suauitatis prætendens, sustendit ignis æterni perniciem, & inimicam pertulit mortem.

Mysticè.

d *Et plaga cessauit.* ORIG. Alia litera: Et cessauit vastatio, vel cõfractio quòd magis conuenit. Cõfractio enim fit in fictilibus vasis, quæ sunt peccatores. vnde: *Filij Sion qui erant honorabiles & in auro elati, quomodo reputati sunt in vasa fictilia &c.* Et in magna domo, sunt lignea vasa & fictilia, & alia ad honorem, alia ad contumeliam, quæ confringi possunt. Vnde Apostolus de vasis fictilibus: *Si quis emũdauerit se ab his, erit vas ad honorem sanctificatũ & vtile domino, & ad omne opus bonum paratum.* In quo ostendit, quia vas quod fit, & per quem fit, vnus & idem homo sit: intellige ergo propositum hominis esse quod operatur, reliquam partem hominis esse ipsum vas, quod sit ad honorem vel ad contumeliam. Cum ergo sensus noster quæ bona sunt eligit, & ad bonam conuersationem trahit, facit nos vas vtile. Cum autem neglexerit, & decideritpropositum nostrum à bonis, efficimur vas in contumeliam. Si intellectus noster luteus sit, & de luto semper & de terrenis cogiter, efficimur vas fictile, & opus manuum figuli. Vnde: *Nunquid figmentum dicit ei qui se finxit, quare sic me fecisti?* Luteus enim & terrenus sensus non capit mysteria.

Vbi supra. Tropolog.

Thren. 4. a.

2. Tim. 2. d.

Rom. 9. c.

F

Dicitur

Dicitur etiam corpus nostrum vas fictile, vel litera legis: in eo quod Apostolus ait, *Habentes thesaurũ istum in vasis fictilibus:* Quia in corpore positis thesaurum gratiæ per spiritum sanctum

2.Cor. 4. b.

A

aut qui percussi sũt quatuordecim milia hominũ & septingẽti, absq; his q perierãt in seditione Core. Reuersusq; est Aarõ ad Moysen ad ostiũ tabernaculi fœderis postq queunt interire[9].

1 dominus largitur, & in sermonibus legis qui contemnuntur, quia nulla ãrte grãmatica expositi videtur, reconditus sit thesaurus sapientiæ & scientiæ Dei.

D

NICOLAVS DE LYRA.

1 Reuersusque est Aaron ad Moysen. *adhuc pro populo orantem. Et in hoc dedit exemplum prælatis, quòd non debent spiritualia subtrahere beneficia subditis propter iniuriam sibi illatam ab eis.*

† ocyus, vel in momẽto

CAP. XVII.

a *Cunctis principibus.* Omnis princeps habet virgam quia sine ea populum regere non potest. Vnde Paulus, quia princeps populi erat, dicebat: *Quid vultis in virga veniam ad vos, an in charitate?*

1.Cor. 4. d.

✠PROCOPIVS. Vnicuique virgæ mãdat inscribi principis nomen, totius tribꝰ cui præest, vice, ne quis alius quã describitus sacerdotium sibi vendicet. Quod sanè vniuersũ propter tribũ Leui factũ est, quòd Aaron princeps ipsius istam dignitatem obtineret: Cuius certè virga amygdalina folia vt par erat, extrudit, & fructum reddit: ac ea quidem in vasis sacris reponitur, signo nimirum iis qui immorigere esse pergerent, ne ipsi quoque interirent. Præterea eos qui ad Deum sese conferunt, virtute eius ex veteribus nouos fieri declarat. Porrò forma amygdali virum bonum adumbrat, vt enim nucleus eius est cõtentus, & in patamine latet: ita virtus in animi habitu recõdita, nõ in corporis est conspectu. Videtur porrò virga amygdalina virtute quadam naturali dormitorientibus pone caput posita, somnum eripere, vigilantiamque concitare. Quapropter ad Ieremiam dixit Deus, *Quid tu vides Ieremia?* Cui respondit ille, *perticam amygdalinam*, cui subintulit: *rectè vidisti, festinabo enim meis, vt eos effectum darem, imigilans.*

B

† & pro singulis capiti bus domus patrum suo rũ erit vna virga

Ex cathena græco. Vbi supra.

✠PHILO. Amygdalus omnium arborum prima floret, vltima frondes deponit, quod vtrunque ad sacram tribum spectat.

Ieremi. 1.

ORIG. Omnes principes tribuum necesse est, vt habeant virgas. Vnus solus est pontifex Aaron cuius virga germinauit. Hic est Christus, cuius virga non solum germinauit, sed etiam floruit, & credentium attulit fructus. Quis est fructus quem attulit? Nuces inquit, qui fructus primo indumento amarus, secundo munitur, tertio pascit. Talis ergo est in auditorio Christi legis & prophetarum

C

CAP. XVII.

1 ET locutus est dominus ad Moysen dicens: 2 Loquere ad filios Israël, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cunctis principibus tribuum virgas duodecim, & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ. Nomen autem Aaron †erit in tribu Leui, † & vna virga cunctas eorum familias continebit, ponesque eas in tabernaculo fœderis corã testimonio, vbi †loquar

a

1 3 4 5 6

†scribes super virgam

† testificabor tibi. hoc loco testati sumitur pro loquimã testimonia Dei sunt eius oraculavoces & eloquia. Matt. 5. a. Pro. 22. c.

qualitate sui, nulla iam corpori corrupteła dominabitur. Nunc ergo necessaria est abstinentia, sed postmodum non quærenda. Tertio loco inuenies absconditum mysteriorũ sapientiæ & scientiæ Dei sensum, quo nutriantur animæ sanctorum etiam in futuro. Hic est etiam pontificalis fructus, de quo promittitur his qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia saturabuntur. Sic ergo in omnibus scripturis triplicis sacramenti ratio percurrit. Sic & sapientia monet, vt describamus eã in corde nostro triplicitur. Sic tres puteos fodit Isaac, quorum tertius latitudo vel amplitudo nominatur. Quia verò sacerdotale sacramentum est virga nucis, puto Hieremiam (qui erat de sacerdotibus ex Anathot) vidisse virgam nuceam & prophetasse quę scripta sunt quidem de virga nucea vel de lebete vel de olla succensa, quasi per hæc ostenderet in virga nucea esse vitam, & in lebete succenso, mortem. *Vita enim & mors ponuntur ante faciem nostram.* Et est vita Christus in sacramento nucis, mors autem diabolus in figura lebetis. Si ergo peccaueris, erit pars tua cum lebete accẽso: Si bene egeris, in virga nucea cum pontifice magno. In canticis quoque canticorum sponsa dicitur descendere in hortum nucis, & cum nucibus sacerdotalium pomorum copiam inuenisse.

Hiere. 1. c.

Eccle. 15. d.

Canti. 6. d.

F

a *Germinabit*

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio.

1 ET locutus est dominus *Hic consequenter ponitur sacerdotij determinatio per floritionem virgæ Aaron. Circa quod primò tangitur virgarum acceptio ad facti discussionem. Secundò vnius germinatio ad sacerdotij probationem, ibi:* Quas cum posuisset. *Tertio eiusdem reseruatio ad recordationem, ibi:* Dixitque dominus. *Circa primum dicitur:*

2 A cunctis principibus tribuum virgas duodecim, vniuscuiusque. *id est tribus, ideo subditur: A cunctis principibus tribuum & cete.*

3 Et vniuscuiusque nomen *scilicet tribus.*

4 Superscribes virgæ suæ. *ita quòd nomen Ruben erat scriptum in virga illius tribus, & sic de aliis.*

5 Nomen autem Aaron. *Hoc dicitur, quia in virga quæ erat pro tribu Leui non erat scriptum nomẽ Leui, sicut de aliis. Cuius ratio erat quia quæstio de sacerdotio quantum ad illos de tribu Leui tam erat determinata per mortem Core & ducentorum & quinquaginta virorum, qui obtulerant incensum: & ideo de sacerdotio Aaron non erat quæstio nisi quantum ad alias tribus.*

6 Et vna virga. *Ex hoc dicunt aliqui quòd præter xij. virgas præditas erat vna communis omnibus tribubus. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum, quia non apparet cui deseruiret: & ideo illud quod dicitur hic: Et vna virga cunctas eorum familias continebit, non refertur ad familias aliarum tribuum, sed ad familias de tribu Leui, in qua erant plures familię, vt supra dictum est in cap. sed virga Aaron sufficiebat pro omnibus, eò quòd quæstio iam erat determinata quantum ad alias familias Leui, ita quod dominus Aaron continebat totum ius tribus Leui quantum ad sacerdotium.*

1 Quem

MORALITER.

✠ 1 *Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad filios Israel.* Hic agitur de certificatione dignitatis sacerdotalis per signum virgæ germinantis.

MORALI. per virgam intelligitur doctrina, propter quod antiquitus Philosophi portabant virgam in signum doctrinæ. Similiter Mar. vj. b. discipulis ad prædicandum missis dicitur, quòd non portent nisi virgam tantum. Igitur ille doctor cuius virga germinat, floret, & facit fructum, promoueri dignus est ad pontificis tificis statum. Germinat autem multiplicando discipulos, floret verò faciendo eos verbo & exemplo bonos & honestos, sed facit fructum faciendo eos doctos & ad docendum aptos.

ALLEGORI. per virgam Aaron quæ germinauit ficea, figurata fuit virgo Maria, de qua scribitur Esa xj. a. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Per quem florem Christus intelligitur secundum doctores Hebraicos & Latinos. Hæc autem virga sicca germinauit absque humore virilis seminis cõcipiendo: floruit autem sanctissimè conuersando, sed fructum protulit Deum nobis & hominem in vna persona pariendo.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Operuit nu. *Dicunt aliqui, q non fuit illa nubes quæ præbebat ducũ populo, sed quædam parua nubes in qua dominus solitus erat loqui cum Moyse. Alij dicunt quod fuit ista quæ præbebat ducatum, sed ante hoc semper stabat in alto super tabernaculum: & tunc descendit operiens & ambiens tabernaculum circunquaque, vt nullus posset accedere.*

2 Cumque iacerent in terra. *ad placandum iram Dei contra populum excitatam.*

3 Dixitque Moy. ad Aaron: Tolle thu. &c. *Cognouit enim ex reuelatione diuina, quòd per preces Aaron & oblationes incensi quiesceret plaga inchoata.*

4 Stans inter mortuos ac viuentes. *vt retineret processum vindictæ.*

2 Cumque

✠ 1 Reuer-

Universidad de Navarra
Biblioteca

Vbi supra. a *Germinabit virga.* ORIG. Vnum fructum promisit Deus in virga & decem plura, vt liberalitatem Dei largiorem promissionibus attendamus. Erit, inquit, homo quēcunque elegero, virga eius germinabit. Vbi verò ad rem venitur non hoc tantum promissum implerur, sed multa adduntur. ait enim: Et produxit frondes & protulit flores & germinauit nuces. soluta antè germen promissi est. Sicut in his promissionem suam Deus in quadruplum dedit, & multò plura & præclariora largitus est quā promisit. In omnibus locis scripturæ vbi aliqua promissio continetur, i futuro multipliciter præparabitur, & verè complebitur illud: *Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.* Siue ergo terram siue cælum dixeris, siue solem hunc & fulgorem visibilis luminis, omnia hæc oculus vidit & auris audiuit. Transgredere ergo omnia quę vides, quæ audis, quicquid etiam cogitari potest, & scito illud repositum esse diligentibus Deum, quòd nec ad cogitationem cordis tui potest ascendere. Vnde puto nihil in his promissionibus corporale cogitandum. Ratio enim materiæ corporalis sensum cogitantis non effugit, sed quæ in sola Dei sapientia continentur.

Tropolo. Angelus.

* quæ erat ī medio virgarū eorum

Canti. 6. d.

1. Cor. 2. b. Esa. 64.

Lib. 14. Moral. cap. 29.

b *Inuenit germinasse virgam &c.* ORIG. Cùm sacerdotium Aaron qui de tribu Leui fuerat despiceretur, dignusque alius qui offerret holocaustā crederetur, duodecim virgæ iuxta duodecim tribus in tabernaculo poni iubentur, & virga Leui viruit, & quid virtutis Aaron in munere haberet, ostēdit. In qua innuitur, quòd omnes qui vsque ad finem mundi iacemus in morte, quasi virgę reliquæ in ariditate remanemus. Sed cunctis virgis in ariditate remanentibus, virga Leui ad florem rodijt, quia corpus domini, veri scilicet sacerdotis in mortis ariditate positum in florem resurrectionis erupit, quo flore Aaron rectè sacerdos esse ostenditur, quia resurrectionis gloria redemptor, qui de tribu Iuda & Leui ortus est, intercessor pro nobis esse monstratur. Virgæ duodecim tribuū in ariditate permanent, quia corpus dominipost mortem viuit, sed nostra adhuc corpora vsque in finem mundi differunt à gloria resurrectionis.

Moraliter.

Vbi supra. Allegoricè. 1. Cor. 15. f.

ORIG. Virga aridagerminat cùm corpus extinctum reuiuiscit, cui quatuor præstabuntur. *Seminatum in corruptione, surget in incorruptione. Seminatum in infirmitate, surget in virtute. Seminatum in ignominia surget in gloria. Seminatum corpus animale, surget spirituale* Hæc quatuor virga aridi corporis in resurrectione germinabit.

Vbi supra. Mysticè. Cant. 2. a.

c *Virgam.* GREGO. Carnem Christi, quæ de radice Iesse succisa & mortificata cito reuixit post ariditatem mortis.

Esa. 11. a.

In virga regnantis potentia. in flore pulchritudo: vnde: *Ego flos campi & lilium conuallium.* Alij hanc virgam quæ sine humore floruit Mariam esse putant, quæ sine coitu edidit verbum dei. vnde: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de ra.. ace.* Christus, scilicet qui futuræ typum præferens passionis, candido fidei lumine

C

a ad te. Quem ex his elegero, germinabit virga eius, & cohibebo à me querimonias filiorū Israel, quibus contra vos murmurāt. Locutusq; est Moyses ad filios Israel & dederunt ei omnes principes* virgas per singulas tribꝰ. Fuerūtq; virgæ duodecim absq; virga Aaron*. Quas cùm posuisset Moyses corā domino in tabernaculo testimonij, sequēti die regressus in- 1 2

¶ Cruc.

b c uenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & †turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses omnes virgas de cō spectu domini ad cunctos filios Israel, videruntq; & receperunt singuli virgas suas. Dixitq; dominus ad Moysen: Refer 3 4 5

† protulerūt ramos & floruerat flos, & redierat amygdalas

virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum rebelliū filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum a me, ne moriātur. Fecitq; Moyses sicut præceperat dñs. Dixe- 6

Exo. 34. a.

runt autem filij Israel ad Moysen: Ecce consumpti sumus, o- 7

c mnes peribimus. Quicunq; accedit ad tabernaculū domini, moritur. Num vsq; ad internecionem cuncti delendi sumus?

1. Reg. 14. c.

mine ac passionis sanguine purpurabat, flos virginum, corona martyrum, gratia continentium. D

d *Turgentibus &c.* ORIG. Hac verò ratione qua promissionū bona maiora promissionibus dantur, pœnæ quæ peccatoribus prædicuntur, multiplicatis cruciatibus inferuntur. Nisi quis tertiū aliquid posse fieri cogitet, colligens ali qua solatia ex his quæ in comminatione Dauid continentur, vbi triduo prænūtiata est futura mortis vastatio, & intra sex horas breuiatum est tempus supplicij. Sed hæc ibi proficere possunt, vbi pœnitentiæ tempus cessa tisfactionis locus cō ceditur. Scribitur tamen, quia Deus malis reddit peccata in tertiam & quartam progeniem, bonis autem faciēs misericordiam, non solùm in tertiam & quartam, sed secūdum scriptu ram in mille generationes. E

Vbi supra.

ORIG. Possumus etiam sic intelligere eorum quæ in virga germinauerunt, differentiam. Qui in Christo credit primò moritur, & postea renascitur, & sic virga arida germinat. Primum germen est prima in Christo confessio. Secūdò frondescit, vbi renatus donū gratiæ & spiritus sanctificationē recipit. Inde refert flores, vbi proficit & suauitate morū decoratur, & fragrātiā misericordiæ & benignitatis effundit. Tandē affert fructus iustitiæ quibus nō solū ipse viuat, sed vitā aliis præbeat proferēdo scilicet ex se verbū fidei & scientię Dei vt alios iustificet. Sic ergo singuli fideles de virga Aaron qui est Christus germinantur, quorum quatuor istæ differentiæ aliis in scripturæ locis velut ætates quatuor designantur. vnde: *Scripsi vobis pueri, & scripsi vobis adolescentes, & scripsi vobis iuuenes, & scripsi vobis patres.* In quibus non corporalis ætatis sed animæ profectus differentias ponit, sicut obseruamus in germine sacerdotalis virgę. Habentur autem hæc omnia, non tam in virga Aaron, quam in ea quæ exiuit de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet super quem requiescet spiritus domini. Nec videtur otiosum quòd virga dicitur exire, flos ascendere. Quamuis enim vnus sit Christus per substantiam, singulis tamen diuersus efficitur, prout egetis in quo operatur. Qui segnior est pro disciplina sit ei virga, & in virga non ascendere dicitur, sed exire. Exeūdum est enim ei qui est segnis, & transeundum ad alium statum, sicut virga: desit seueritate rigidioris doctrinæ compulso. In iusto verò qui sicut palma floret, ascendere dicitur Christus. Si quis ergo verberibus indiget, exit ad eum in virga, proficit ad iustitiam, ascendit ei in flore vsquè quò afferat fructus spiritus, qui sunt charitas, gaudium, pax, & cæteræ virtutes.

1. Ioh. 2. b.

Esa. 11. a.

Gal. 5. d.

F

e *Quicunque accedit.* ✠ PROCOPIVS. Malis enim non patet aditus ad Deum, vnde post actum iudicium eiiciuntur improbi. Ante iudicium verò hominibus qui in mundo sunt, spatium conceditur vitæ emendationis. Atque ad Christum propter affinitatem carnis quam cum eo habemus, amplius accessus nobis est tributus.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quem ex his elegero, germinabit virga eius. *Vt hoc signo alij quiescant à sacerdotio.*

2 Fuerūtque virgæ duodecim &c. *Quia erant duodecim tribus præter tribum Leui. In Hebræo habetur: Fuerūtque virgæ duodecim & virga Aaron in medio, quia sic fuerunt dispositæ coram domino in tabernaculo: quòd sex virgæ erant ex vna parte ipsius, & sex ex altera: & ex hoc patet quòd non fuerunt ibi xxiij. virgæ, sed xij. tantum.*

3 Viderūtque, scilicet virgam Aaron solum germinasse miraculosè.

4 Et receperunt singuli virgas suas. *Recognoscentes eas tanquam non mutatas, & sic viderunt sacerdotium remansisse Aaron & filijs eius per signum datum à Deo.*

5 Refert virgam Aaron in tabernaculum. *Vt si qui de cætero vellent contendere pro sacerdotio, reprimantur hoc signo.* Moraliter. *Moraliter virga quæ est signum domini & correctionis, significat bonum prælatum, in quo est potestas regendi atque etiam corrigendi. Hæc ergo virga germinat bonitate conscientiæ, frondes veritate doctrinæ, floret celebritate famæ, & fructificat sanctitate vitæ, & ideo sibi debetur dignitas sacerdotalis.*

6 Dixerunt autem filij Israēl. *Istud referitur ad prædicta in capitulo precedenti. viderant enim filij Israel Core & sibi adiunctos mortuos, eo quod accedebant indebitè ad diuina, & occasione etiam huius plures alij sunt mortui: ideo timentes petierunt à Moyse remedium apponi, & ideo non sunt puniti, cùm dixerunt:*

7 Ecce consumpti sumus omnes &c. *Quia nō dixerunt hoc murmurando contra Deum vel contra Moysen, sed remedium quærendo.*

CAP.

CAP. XVIII.

Quæst. 35. a ✠ TV & filij &c. ✠ THEODORETVS. Compositis rebus: & ex germinante virga Aaron, cum populus tandem pro certo haberet, Deum solam Leuiticam tribum admittere ad sacerdotium, atque ea in re ita confirmati essent, vt dicerent: Cuncti perimus, si ad altare accedamus. Rursum legem sacrorum constituit, vt sacerdotes præsint, Leuitę ministrent, si quis ex aliis accedat, imputabitur illis. Deinde præcepit, quid a sacerdotibus, quid a Leuitis accipiēdum, illis omnes oblationes, his decimas assignat. Pactum salis, cōmunionem sacrorum appellauit. Nam de sententia Apostoli, qui altari seruiūt, de altari participant. Nonnulli dicūt ita simpliciter significari, quicquid sacerdotibus de victimis destinabatur, quod sale omnes victimæ spargerentur. Decimas verò voluit Deus Leuitas pro hæreditaria possessione accipere, atque ex eo veluti agro decimam exegit in perpetuum.

B RABANVS. *Tu & filij &c.* Alia litera. Tu & filij tui & domus patris tui accipietis peccata sanctorum, & peccata sacerdotij vestri. Hæc sunt peccata sanctorum quæ appellantur sacrificia pro peccatis. Peccata verò sanctorum dictum est, nō quæ sancti committunt, sed ab eo quòd sunt sancta. Dictum est, sanctorum, quia in sanctis offeruntur. Et peccata dicuntur sacrificia pro peccatis ideo appellata sunt peccata sanctorum. Et peccata sacerdotij vestri, idest eadem ipsa quæ offeruntur pro peccatis, sicut etiam in Leuitico declarat, & pertinere dicit ad sacerdotem.

Peccata sanctorum quæ sunt.

Hom. 10. in Numero 8.

ORIG. Alia litera. *Tu & filij tui & domus patris tui tecum sumetis peccata sanctorum.* Qui meliores sunt, inferiorum culpas & peccata suscipiunt. vnde: *Vos qui fortiores estis infirmorum imbecillitates sustinete.* Israelita si peccet, idest laicus, ipse suum non potest auferre peccatum, sed requirit Leuitam vel sacerdotem vel pontificem, vt peccatorum remissionem accipiat. Sacerdos autē aut pontifex si delinquat, ipse suum potest purgare peccatum, si tamen non peccet in Deum. De huiusmodi enim peccatis non facilè videm' in legis literis remissionem peccatorū significari.

Rom. 15. a.

Vbi supra.

ORIG. Iesus pontifex noster qui penetrauit cælos cum filijs suis, id est apostolis & martyribus sumit peccata sanctorum. Venit enim vt peccata mundi tolleret morte sua. Filij quoque eius auferunt peccata sanctorum. vnde Paul. *Libenter impendar pro animabus vestris.* Et alibi: *Ego enim iā immolor &c.* Hostia verò ad hoc immolatur, vt eorum pro quibus iugulatur, peccata purgentur de martyribus Iohannes in Apocalypsi scribit: *Quia animæ eorum qui iugulati sunt propter nomen Iesu assistunt altario.* Qui autem assistit altario, ostenditur sacerdotis fungi officio, idest pro

Hebr. 5. d. 2. Cor. 12. c. 2. Tim 4. b.

Apo. 6. c.

C populi peccato supplicate. Vereor ergo ne fortè, ex quo martyres non fuerint, & hostiæ sanctorum non offeruntur pro peccatis nostris, non fiat remissio, & accidat nobis quod de se dicunt Iudæi. Quia non habentes altare neque templum neque sacerdotium, & ideo nec hostias offerentes: peccata nostra, inquiunt, manent in nobis, ideo veniam non consequimur. Nos autem dicere debemus, quia hostiæ martyrum nō offeruntur pro nobis: ideo manent in nobis peccata nostra. Non enim meremur persecutionē pati propter Christum. Sciens enim diabolus per passionem martyrij remissionem peccatorū fieri, non vult nobis persecutionem gentium publicam mouere, quia inuidet gloriæ nostræ, vel fortassis, scit nos Deus idoneos ñ esse martyrio. D

Dan. 3. b. Osee 5. b.

CAP. XVIII.

1 2 3 4 5 6 7 8

a ¶ Lxx. Sumetis peccata sanctorum, quia per ea scilicet quæ offert pontifex pro peccato cuiusque purificat eum.

a ¶ Sacrificia pro peccatis oblata quæ debentur sacerdotibus.

DIxitque dominus ad Aaron: Tu & filij tui, & domus patris tui tecum, portabitis iniquitatem sanctuarij, & tu & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri. Sed & fratres tuos de tribu Leui & sceptro patris tui sume tecum, præstóque sint & ministrent tibi. Tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Excubabūt* Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi, ita † duntaxat, vt ad vasa sanctuarij & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. Sint autem tecum & excubent in custodijs tabernaculi, & in omnibus ceremonijs eius. Alienigena non miscebitur vobis. Excubate in custodia † scribatur. Non enim (vt putant quidam) statim qui sanctus esse cœpit, peccare non potest & continuò est sine peccato. Dicitur enim per Ezechielem: *A sanctis meis incipietis.* Si enim sancti sine peccato sunt, quomodo primi succumbunt in supplicio peccatorum? Et alibi: Iustus in principio sermonis sui ipse sui accusator sit. Apostolus quoque qui in principio epistolæ scribit: *Omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei vocatis sanctis.* postea eisdem dicit: *Nolite propter cibum soluere opus Dei.* Et ad Corinthios: *Paulus vocatus apostolus Iesu Christi, ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis.* postea eisdem dicit: *Cum enim sint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales estis & secundū hominem ambulatis.* Et paulò post: *Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gētes, & vos inflati estis.* In quo nullum immunem relinquit, dum alijs fornicationem, alijs inflationem & superbiæ crimen ascribit, & multa huiusmodi & peiora in sequentibus ponit. B

* que

Vbi supra. Quæstio.

ORIG. Quærendum est quomodo alij qui sancti dicantur, & de peccatis eorum E

Ezc. 9. c. Pro. 18. c.

Sed sanctorum multæ differentiæ sunt. Sancti enim dicuntur sāc vatij. hi idemque peccatores, qui se Deo vouerunt, & separauerunt à vulgo vitam suam, vt domino seruiant. Huiusmodi homo secundum hoc quòd cæteris actibus circumcisis se domino mancipauit, sanctus dicitur. Sed fortè in hoc quòd domino seruit, non ita gerit omnia, vt competit, sed in aliquibus delinquit. Si enim qui separat se ab omnibus actibus, vt disciplinam medicinæ vel philosophiæ consequatur, non continuò ita perfectus est, vt nō peccet in aliquo: imò plurima delinquendo vix ad perfectionē peruenit: & tamen cum ad huiusmodi scholas se tradidit, certum est eum vel inter medicos vel inter philosophos numerari. Ita qui mancipatur studijs sanctitatis secundum hoc quod proposuit, sanctus appellatur. secundum hoc verò quòd necesse est eum in multis delinquere, dum vsu, disciplina, & diligentia abscindatur consuetudo peccandi peccator dicitur.

☞ Addo

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XVIII.

Diuisio.

1 DIxitque dominus. *Determinato sacerdotio, hic consequenter adiungitur oneris impositio. & primo inquantum sacerdos, est mediator populi ad Deum. secundò eiusdem inquantum est mediator Dei ad populū capitulo sequēti, prima in duas, quia primo onus imponitur, secundo merces retribuitur, ibi:* Locutusque est dominus. *Circa primum dicitur:*

2 Dixitq; dominus &c. *mediante tamen Moyse, vt dicit Ra. Sa.*

3 Tu & filij &c. *idest, habebitis illa quæ offeruntur in sanctuario pro peccatis populi, vt exponunt aliqui. Sed ista expositio non videtur conueniens, quia portare & sustinere designant onus impositum: receptio autem oblationum non est sacerdotibus onerosa. ideo aliter exponitur: reflectendo ad finem capituli precedentis, vbi quæritur remedium contra periculum mortis in populo, si indebitè aliqui accederent ad diuina, vt*

MORALITER.

✠ 1 *Dixitque dominus ad Aaron &c.* Sequitur:

† *Ita duntaxat vt ad vasa sanctuarij & ad altare non accedāt.* Per hoc autem quòd Leuitæ arcentur ab ingressu sanctuarij, & ab actu offerēdi sacrificia in altari holocaustorum, significatur, quòd clerici qui sunt sub sacerdotibus etiā in alijs sacris ordinibus cō

stituti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Addo amplius,quòd nisi sanctum propositum aliquis habeat
A & sanctitatis studium;generatim esset peccati pœnitentiam gerere,
vel re medium quærere. Qui nō sunt sancti,in peccatis suis mo
riuntur:qui sancti sunt,pœnitentiam pro peccatis gerunt,vulne
ra sua sentiunt,lapsus suos intelligunt, sacerdotem requirunt,
& purificationem per pontificem.Ideo cau
te significanter dici
tur,quia pontifices,
& sacerdotes nō quo
cunque, sed sancto
rū peccata sumunt.Sā
ctus enim est qui pec
catum suum per pon
tificem curat.

a *Tu autem & filij.* ORIG.Alia litera.*Tu autem & filij tui tecum in conspectu tabernaculi testimonij, obseruate custodias vestras,& altaris tabernaculi &c.*

Obseruare diligēter
conuenit quæ scripta sunt,& eos præcipuè qui in ordine sacer
dotali gloriantur.Qui autem obseruet, & faciat quæ sacerdoti
bus mandata sunt, & qui vtatur ordine & ore sacerdotij, opera
verò non obseruet,solus nosse potest qui scrutatur corda & re
nes.Mandantur autem obseruari non solum ea quæ foris sunt,
sed præcipuè quæ intra velum sunt, quasi cura sit sacerdotibus,
euidentia & manifesta diuinæ legis mandata implere, & mys
teria abscondita omni perspicacia intueri.Si verò ad hominem ve
lit referre tabernaculum testimonij:(Paulus enim corpus homi
nis tabernaculum dicit)interiora velaminis vbi inaccessibilia te
guntur:principale cordis dicemus,quod solùm recipere potest
mysteria ver tatis.Duo verò altaria,ideſt interius & extoriꝰ quo
niam altare orationis indicium est, illud puto significare quod
dicit Apostolus:*Orabo spiritu,orabo & mente.*Cum enim in corde
orauero,ad altare interius ingredior.vnde: *Tu autem cum oraue
ris intra in cubiculum tuum,& claude ostium & ora patrem tuum in
abscondito.*Qui ita orat,ingreditur ad altare incensi quod est inte
rius.Qui verò clara voce & verbis cum sono prolatis,vt ędificet
audientes spiritu orat:& offert hostiam in altario quod est foris
ad holocaustum populi cōstitutum. Oportet ergo sacerdotes ea
præcipuè curare,quæ intra velum interius teguntur, ne quid i
bi pollutum inueniatur,interiorem scilicet hominem & cordis
secreta,vt ibi immaculata permaneant. Cherubin & propitiato
rium scientia est intelligenda trinitatis.Cherubin quidem mul
titudo,id est perfectio scientiæ interpretatur, & quæ alia perfe
ctio scientiæ,nisi agnouisse patrem & filium & spiritumsanctū?
Hæc ergo cutanda sunt à sacerdotibus,vt incontaminata & illę
sa seruentur.Vna verò habēs cælestem cibum mānæ,thesaurus
diuini verbi est. Arca aurea in qua sunt tabulæ testamenti mens
nostra est,in qua legem Dei descriptam habere debemus. Hæc
debet esse aurea,id est,pura & pretiosa,in qua lex Dei sit scripta,
non atramento, sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis,sed
in tabulis cordis carnalibus.vnde: *Qui ostendunt opus legis scriptū
in cordibus suis.*Scripsit autem Deus in cordibus eorum digito le
gem naturalem,quam dedit Deus humano generi,& in cuncto
rum mentibus scripsit. vnde initium sumimus & semina quæ
dam ad perserutandam veritatem, quæ si bene excolamus fru
ctum vitæ afferent nobis.

Tu autem & filij tui. ALLEGO. Perfectiores scilicet in eccle
sia sanctuarij, & in ministerio altaris, ne oriatur indigna
tio super filios Israël. Ego dedi vobis fratres vestros Le
uitas de medio filiorum Israel,& tradidi donum domino,vt
seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Tu autem & filij tui
custodite sacerdotium vestrum,& omnia quæ ad cultum al
taris pertinent, & intra velū sunt,per sacerdotes adminiſtra
buntur. Si quis externus accesserit,occidetur. Locutusque est
dominus ad Aaron:Ecce dedi tibi custodiā primitiarū mea
rum. Omnia quæ sanctificantur à filijs Israel tibi tradidi
& filijs tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna.

a ¶ Non a proselytis,non a Gentilibus.

¶ Spiritualiter scilicet intellecta.

sia sancti doctores quorum officium est sacramenta diuina ma
nibus contrectare,vasa sancta,ideſt scripturę mystica verba ven
tilare & ad intellectum perducere. Cætera autem turba medite
tur diligenter quæ capere pōt,& quę magistrorū discretio iubet.

b *Si quis externus &c.* Non de tribu Leui. Ozias enim de tri
bu Iuda,quia vsurpauit sacerdotiū, lepra percussus est.

c *Locutus est dominus &c.* RABANVS. Alia litera. Locutus est dominus ad Aarō dicens:Ecce dedi vobis ad cōseruandum primitias. Alij tamen ad obseruandum,sed verius ad conseruandum. Quærēdum est autem, quomodo secundum legem primitiæ obseruantur? Non enim vt custodiant sacerdotes accipiunt, sed vt consumant: hoc ergo ad legem literæ non applicatur, sed ad legem spiritus. Spirituales enim primitiæ conseruari possunt, literales non possunt. Christus primitiæ est verē,quæ ad conseruādum nobis datę sunt.Beatum est enim, vt anima quæ Christum suscepit,semper conseruet & semper ha
bear.Quæ autem offerebantur in lege,consumebantur,& in vē
tre digerebantur in secessum. Has autem primitias qui manducauerit,& gustauerit panem qui de cælo descendit, nō morietur in ætornum.Hic est enim panis,qui cum semper comedatur sem
per permanet,imò augetur. Quantò enim amplius verbum Dei sumpseris,tantòjabundabit.

d *Primitiarum.* Primitiæ literales consumuntur,spirituales cu
stodiuntur.Quantò enim verbum Dei amplius sumpseris:tantò abundabit.

e *Omnia quæ sanctificantur à filijs Israel.* ORIG. Alia litera.*Ex omnibus quæ sanctificauerint mihi à filijs Israel &c.*Non vult Deus accipe
re primitias nisi à sanctificatis Israel.Inueniuntur enim apud Gē
tiles opera digna Deo.Excoluerunt enim aliqui virtutes animi, & philosophia in nonnullis aliquid egit. Ex illis vult Deus be
nefacta suscipere quorum mens videt Deum, & qui sancti sunt per fidem Dei.Gentilis autem etiam si quid honestum habeat in moribus(quia non Deo,sed sibi ascribit)non sanctificatur,nec inter primitias recipitur.

ORIG.Videtur autem secundum literam proselytos exclu
dere:solos autem sanctificatos ex filijs Israel vult offerre primi
tias. Puto autem proselytum ex eo dici, quod licet ei ecclesiam ingredi.Scriptum est enim:*Non abominaberis Idumæum quia frater tuus est,nec Ægyptium,quia incola fuisti in terra eius.Filij si nati fuerint eis,tertia generatione intrabunt in Ecclesiam Dei.* Donec ergo fructus nō affert Ægyptius vel Idumæus,nec facit filios pri
mæ & secundæ & tertiæ generationis, non ingreditur in eccle
siam sed filiorum generatio ingredi facit. Notādum autem quia non dicit, si nati fuerint eis filij vel filiæ,sed filij si nati fuerint eis.Soli filij qui faciunt patres in ecclesiam introire.

IDEM. Ter etiam in anno apparere iubetur omne masculi
num,non fœminium.

f *A filijs.* non à filiabus. Non enim otiosè alibi nominat eum filijs etiam filias,alibi sanctarum nō facit mentionem.Quæ tamē specialiter nō ad sexū,sed ad discretionē animarū referēda sunt.

IDEM.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ego dedi vobis, &c. *non ad faciendum opera vestra exterioria in domibus vestris,sed ad seruiendum in ministerijs tabernaculi, ideo subditur:* Et tradi.do.&c *Sequitur:*

2 Tu autem & filij tui custodite &c. *ideſt sacerdotale officium: quod seruatur debite ministranda, & perditur indebitè exercendo.sicut Nadab & Abiu mortui sunt offerendo ignem alienum,vt habetur Leu.x.*

3 Locutus est dominus &c. *Hic describitur retributio pro labore, & primò qu antum ad sacerdotes generaliter secundò quantum ad Leuitas, ibi:* Filijs autem Leui.*tertiò quantum ad summum sacerdotem specialiter,ibi:* Locutusque est dominus. *Quantum ad primum dicitur:*

4 Ecce dedi tibi custodiam primitiarum. *Et dicitur,custodiam, quia non oportebat talia comedere prima die & secunda tantum sicut de aliquibus sacrificijs,quorum reliquiæ non poterant reseruari pro vsu sacerdotum in tempus magis longum.*

5 Omnia quæ sanctificantur. *Hoc est.Deo promittuntur per votū.*

6 Tibi tradidi,& filijs tuis pro officio sacerdotali *id est pro labore officij.*

¶ In san-

MORALITER.

5 *Omnia quæ sanctificantur à filijs Israel tibi tradidi.*Per hoc autem quòd sacerdotibus assignantur primitiæ & Leuitis decimę pro sustentatione sua familiarūque suarum,ostenditur quòd in nouo testamento populus tenetur prouidere seruientibus deo de victu & vestitu,secundum conditionem statuum & personarum,& istud obseruatum fuit ab antiquo etiam apud Gentiles, sicut patet Gen.xlviij.o.vbi dicitur quòd sacerdotes Ægypti tempore famis non fuerunt compulsi vēdere possessiones suas sicut alij,quia statuta cibaria sibi ex horreis publicis præbebantur.

MORAL.

Vbi supra. Gen.30.c. Gen.34.d. Vbi supra. Angelica

IDEM.Difficilè inuenies sanctos quibus Deus eximium præ
A beat testimonium filias genuisse, Abraham & Isaac non genue
rant filios.Solus Iacob vnam filiam genuit, & ipsa fratribus &
parentibus opprobriū fuit,& vindictæ furorē fratribus incitauit.

a *Hæc ergo accipies &c.* IDEM.Et hoc sit vobis ex his quę sanctificantur sanctis de sacri
ficiis &c. Spiritus san
ctus ita sanctos est,vt a
non sit sanctificatus.
Non enim aliunde ac
cedit ei sanctificatio,
nec initium sanctita
tis accepit.Idem de
patre & filio intelligendum est.Sola enim trinitas substantia est, quæ non extrinsecus,sed sui natura sancta est. Omnis verò creatura vel spiritualis & dignatione,vel meritorum ratione sanctificata sancta dicitur. Vnde: *Sancti estote quia ego sanctus sum &c.*

Leuit.18.c. Non enim eadem sanctitas in deo & homine poncnda. De deo enim dicitur,quia sanctus est,hominibus autem quasi qui non semper fuerunt,iubetur vt fiant sancti.Vbi autem habemus nos, sancti estote,in Greco habetur sancti efficimini.Sed nostri interpretes indifferenter estote pro efficimini posuerunt. Vnusquisque ergo nostrum ex quo se deo vero corde mancipauit,sanctus

Heb.2.c efficitur.Verè autem & semper sanctus solus est Deus,vnde: *Qui enim sanctificat & qui sanctificantur ex uno omnes.* Non autem pu

Io.10.c. tes esse contrarium quod de Christo legimus: Quem pater san

Io.17.c. ctificauit, & misit in hunc mundum. Qui enim sanctificatur se
cundum carnem Christus est, non secundum spiritum. Secun
dum spiritum pariter & secundum carnem,dicit:Ego sanctifico meipsum pro eis,vt qui sanctificat secundum spiritum intelliga
tur:qui autem sanctificatur secundum carnem, vnus tamen & idem Christus.Ab omnibus ergo fructibus sanctificatæ sunt of

Gal.5.d. Deut.6.a. B ferendę primitię,sed spirituali pontifici.*Fructus autem spiritus est, charitas,gaudium,pax,patientia,&c.*Sunt autem primitiæ charita

Matt.22.d. tis,vt diligat Deum ex *toto corde,& ex tota anima & ex tota mente.* Ex hoc charitatis fructu secundo habere debeo,vt diligam pro
ximum sicut meipsum.Illæ ergo primitię charitatis deo offeruntur per pontificem,quæ secundo loco sunt, meis vsibus relinquuntur:tertio autem loco ex hoc fructu diligere debeo etiam

Mar.5.g. inimicos meos.

Hom. 11. in Numeros 7 frugem

ORIG.Primitias omnium † gregum sacerdotibus lex man
dat offerri,ita vt omnis qui possidet agrum, vineam, oliuetum, hortum, & si quid quod exercetur in tertis, & qui peculia cuiuscunque pecoris nutrit,offerat deo omne quod primum est. Deo enim offerri dicit,quod sacerdotibus datur:hoc enim ex lege do
cetur, quia nemo legitime vtitur fructibus vel pecoribus, nisi deo,i.sacerdotibus,ex singulis primitię offerantur.Hanc ergo le
gem secundum literam sicut alia nonnulla necessariò obseruan
dam puto. Sunt enim aliqua mandata,etiam in nouo testamento necessariò obseruanda.Sunt tamen qui dicant: Si aliquid obser

Cur non omnia secundū literam seruantur.

Pſal.18.b. uatur secundum literam,cur non omnia ? Si verò spiritaliter in
telligenda,spiritaliter sunt omnia discutienda.Nos autem vtriusque assertionis insolentiam temperantes, quid in his obseruan
dum sit autoritate scripturarum proferemus.Scriptum est enim: *Lex domini irreprehensibilis,conuertens animas,testimonium domini fidele,sapientiam præstans paruulis.Præceptum domini lucidum,illuminans oculos.timor domini castus permanet in seculum seculi. Iustitiæ domini rectæ,lætificantes corda. Iudicia domini vera, &c.* Nisi esse ut hæc singula diuersa,non proprias differentias vnicuique scriptura dedisset,vt aliud de lege domini,aliud de mandato, aliud de iustificationibus,aliud de iudiciis diceret.Aliud ergo lex, aliud præceptum,aliud testimonium,aliud iudicium,aliud iustifi

Deut.6.a. catio.vnde alibi:*Hæc est lex & mandata, & iustificationes,& præcepta,& testimonia,& iudicia,qua præcepit dominus Moſi.*Diligentius ergo his quæ recitantur ex lege intendamus. Sicubi enim scribitur esse mandatum,non continuò lex accipienda est,iustificationes quoque non statim lex, aut mandatum putandæ sunt.Testimonium enim,aut iustitia non confusè vnum ex cæteris,sed di

Pſal.10.a. Exo.12.g. stinctè accipiendum est. Cùm ergo dicitur, quia lex habet vm
bram futurorum : non ideo mandatum vel iustitiæ vel iudicia vmbra sunt futurorum.Nec est enim scriptum: hoc est manda
tum paschæ,sed hæc est lex paschæ.Et lex vmbra futurorum bo
norum est,& lex paschæ.In hoc ergo corporali debeo intelligere vmbram esse futuri boni, & quia pascha nostrum immolatus est Christus.Similiter etiam inuenies de azymis, &

1.Cor.5.c. C de aliis festorum dierum obseruantiis scriptum. Quia ergo hæc omnia sub legis titulo feribuntur in lege, quærere de
beo quæ sunt azyma futurorum bonorum,& inueniō Apo

D 1.Cor.5.c. stolum dicentem : *Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, &c.* Scriptum est quoque : *Hæc est lex circumcisionis.* Quæro ergo quid circumcisionis vmbra bonorum contineat futurorum, ne mi
bi in vmbra circum
cisionis dicat Paulus: *Si circumcidimini,Christus vobis nihil proderit.*Hæc ergo singula, quæ non secundum literam obseruanda dicit Apostolus,inuenies apud Mosen legis titulo signari.

Gen.17.b. † in igne Gal.5.a.

Vbi supra. Deut.5.b.

IDEM.Vbi verò dicit: *Non occides, non adulterabis*, & hu
iusmodi, legis titulum non præmisit. Hæc enim mandata sunt, & ideo non examinantur apud discipulos Euangelij, sed implentur.Non enim mandatum, sed lex vmbram habere futu
rorum dicitur bonorum.

Lex duplex.

IDEM.Notandum verò,quod lex dupliciter dicitur. Genera
liter enim omnia hæc,mandatum,iustificationes,præcepta,testi
monia,iudicia lex dicuntur.Specialiter autem aliqua pars eorum quæ in lege scripta sunt,vt supradicta.Generaliter verò lex signi
ficatur, cùm dicitur: *Non veni soluere legem sed adimplere.*Et ali

Mat.5.b. Ro.13.c. bi: *Plenitudo legis est dilectio.* Omnia enim quæ in lege scripta sunt,legem nominauit.

Deu.16.c. IDEM.Alibi quoque: Iustè, inquit, sectare quod iustum est.

Quæstio. Et quid opus est etiam in his allegoriam quærere, cum ædificet litera?

Gen.2.d. IDEM. Quæro quoque si aliqua quæ secundum literam stare possint, necessariò etiam allegoricè intelligantur? Scriptum est enim in lege : *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & ad*

Eph.5.g. Gen.2.d. Mat.19.a. *harebit vxori suæ, &c.* Quia hęc allegorica mysteria continent: Paulus pronuntiat dicens: *Mysterium hoc magnum est, &c.*Quia autem oportebat etiam secundum literam custodiri ipse domi
nus ostēdit, dicens:Scriptum est: *Propter hoc relinquet hō patrē & matrem,& adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne una.* Quòd autem *Deus coniunxit,homo non separet.* Quòd autem Abraham duos fi

E Gal.4.c. lios habuit,vnum de ancilla,& vnum de libera,quis dubitat hoc secundum literam stare debere:Adiecit tamen apostolus:Hæc au
tem sunt allegorica.

Mat.13.g. 2.Cor.3.b.

b *Omnis oblatio,&c.* IDEM.Est autem sapientis scribæ & docti de regno Dei,vt sciat de his thesauris proferre noua & vetera,& quomodo penitus literam occidentem abiiciat,& spiritum viui
ficantem requirat,aut confirmet vtilem & necessariam literę do
ctrinam,aut manente historiæ etiam mysticum sensum introducat,sicut in præsenti loco.

Vbi supra. Moraliter. 1.Cor.9.b.

IDEM. Vtile est enim sacerdotibus euangelij offerre primi
tias, vt qui euangelium annuntiant, de euangelio viuant. Im
pium est enim vt qui ingreditur Ecclesiam Dei, qui scit sacerdo
tes & ministros assistere altari, & verbo Dei, aut ministerio Ecclesiæ deseruire, non offerat sacerdotibus primitias de fructibus terræ quos dedit dominus, solem suum producendo & pluuias ministrando.Qui enim sibi datos fructus à Deo credit,scit mune

Matt.23.c. rando sacerdotes, honorare Deum de muneribus suis.vnde : *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ,qui decimatis mentam & cyminum & anetum, & præteritis quæ maiora sunt legis. Hypocritæ,hæc oportet fieri & illa non omitti.* Vult ergo dominus hæc secundum literam non omitti.Ad discipulos quoque ait : *Nisi abundauerit iusti*

Mat.5.c. *tia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum non intrabitis in regnum cælorum.* Quod ergo vult à Phariſæis,multò magis à discipulis.Quod autem à discipulis non vult fieri,nec à Phatiſæis.Vn de dictum est antiquis:*Non occides.*hoc seruant Phariſęi.Discipulis autem dicitur:*Quisrascitur fratri suo,reus erit iudicio.*

Vbi supra. Mat.5.c. Ibidem. Gala.3.b.

IDEM.Christus nos redemit de maledicto legis nō de maledicto mādati vel testimonij,vel iudiciorū.ne s. subiecti essem⁹ circon
cisioni carnis, & sabbathorū obseruationi,& huiusmodi q̄ eom
nentur in lege; non in mandatis.Abundat ergo iustitia nostra, plus quàm scribarum & Phariſæorum, & illi de fructibus terræ

Mat.5c. gustare non audent, priusquam primitias sacerdotibus offerant, & Leuitis decimas leparent. Ego autem nihil horum faciens, fructibus terræ ita abutar, vt sacerdos & Leuita & Dei altare non sentiat.

F Rom.15.c. ORIG.Petrus quoque & Paulus per se primitias credentium offerunt.vnde Paulus dicit:*Ut ab Ierusalem vsque ad Illyricum*

¶ reple-

NICOLAVS DE LYRA.

1 In sanctuario comedes illud. *Et sic determinat locum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

repleuerim euangelium Christi, vbi non nominatus est Christus, ne A super alienum fundamentum ædificarem. Omnes ergo quos docuit tanquam fructus suos offert, & quotidie quærit nouos
Roma 1.b. agros quos excolat, & noua rura quæ seminet. Vnde ait: *Capio venire ad vos, ut aliquem fructum habeam in vobis, sicut in cæteris gentibus.* Ex his omnibus electa quoque ti-
nnat. C & singularum
Ecclesiarum eligit & offert primitias.

Vbi supra. Allego. IDEM. Quisquis etiam doctor quia docet, prædicat & instruit auditores, agrũ Ecclesiæ suæ, id est, credentium corda videtur excolere. Habet quoque culturæ suæ fructum, & in fructu electum aliquem & præcipuum, quem quasi primitias offerat, & alium pro primogenitis, alium pro decimis.

IDEM. Habet fortè aliquis primogenitos & inferiores, quos neque pro primitiis, neque pro primogenitis, sed pro decimis possit offerre.

a *Mares tantum, &c.* ✠ BEDA. Mystice significatur, quod masculi tantum intelligant mysteria, fœminę verò vt qui in fœmineis peccatis sunt, non desyderent sacramentum in Ecclesia, oblatione contenti.

b *Iure perpetuo.* Quomodo potest æternum esse, quod visibile
1.Cor.5.c. est? *Quæ enim videntur temporalia sunt*, primitiæ autem quæ offeruntur Aaron, visibiles sunt, circuncisionem quoque & azyma & pascha visibile, necesse est æternum non esse, sed temporale. Inuisibilis ergo circuncisio quæ in occulto est, æterna est & azyma syncertitatis & veritatis. Sic & hæc ei qui non in manifesto
Rom.2.d. 2.Co.4.d. sed in occulto Iudæus, qui spiritu, non litera legem custodit, secundũ interiorem hominem legitima æterna dicuntur.

Vbi supra. Mystice, c *Omnem medullam, &c.* ORIG. Ostendimus mandatum de primitiis frugũ vel pecorũ debere etiam secundum literam stare, videamus quomodo spiritaliter intelligatur. Hic enim ait: Omnes primitiæ olei, vini, & frumenti: horum omnium primi-
B tiæ quæ oblatæ fuerint domino, tibi ea tradidi. Si autem omnes primitiæ ad pontificem pertinent, pontifex requirendus est ad quem pertinere debeant, etiam illæ primitiæ quas in aliis locis etiam inuenimus. De Christo autem legimus, quia sit primitiæ
1.Cor.15.c. mortuorum: est ergo & ipse in aliqua parte primitiæ. Dicit etiam Apostolus de quibusdam, quia sunt primitiæ Asiæ, & alij Achaiæ primitię. Consequens ergo est per singulas Ecclesias aliquos primitias nominari: de quibus est Cornelius, qui Cæsarien-
1.Cor.16.c. Act.10.d sis Ecclesiæ cũ his q cũ eo spiritũ sanctũ susceperũt, primitiæ dicitur: & forte omnium gentium de quibus primus credidit, & primus spiritum sanctum meruit. Ager autem mundus dicitur: Ager autem non terræ solum, sed corda humana, quem angeli
Matt.13.a. exceperunt excolendum. Culturę ergo suę fructus ipsi possident eos scilicet qui sub procuratoribus & actoribus agunt, & nondum ad summam ætatis perfectionem peruenerunt. Perfectos verò tanquam electos & præcipuos offerunt primitias pontifici magno. Inuenimus ipsum Cornelium antequam doctrinam ver-
Act.10.a. bi vel gratiam baptismi à Petro susciperet, audisse ab angelo, quia orationes eius & eleemosynæ ascendissent ad Deum, v per angelum videtur quasi primitias Deo oblatus.

Christus est primitiæ primitiarum. Cornelius primitiæ gentium. Alij primitiæ ecclesiarum: sicut quidam primitiæ Asiæ, alij Achaiæ.

Vbi supra. Angelorum assistentia. ORIG. Aderit vnusquisque angelorum in consummatione seculi in iudicio, producens secum eos quibus præfuit, quos iuuit, quos instruxit, pro quibus semper vidit faciem patris qui in
Mat.18.b. cœlis est. Et puto ibi inquirendum vtrum culturæ hominum angelus defuerit: an culturæ angelicæ non dignè humana segnitia respondent: Erit ergo & in hoc iudicium Dei vtrum negli-
Hęb.1.d. gentia ministrorum, qui ministerium & adiutorium missi sunt propter eos qui hæreditatem accipiunt salutis, an nostra ignauia tot lapsus nobis eueniant. Erit ergo etiam inter homines & angelos iudicium Dei. Et fortè iudicabuntur aliqui cum Paulo, &
C conferentur laboribus & fructibus eius, qui ex multitudine credentium veniunt, & fortè inuenietur fortior aliquibus angelis. vnde: *An nescitis quoniam angelos iudicabimus?* Non quod Paulus D iudicet angelos, sed opus Pauli iudicabit aliquos. Hinc fortassis 1.Cor.6.a. Petrus aiebat: *In quem concupiscunt angeli etiam conspicere, &c.* 1.Pe.1.c. Quamuis etiam apostoli angelis vtantur adiutoribus ad prædicationis officium consummandum. Vndein Actibus apostolo- Act.11.c.

¶ Fortes in fide. ¶ Virgines.

rum dicebatur: quia 1 angelus Petri esset 2 qui ad ostium pulsaret. Similiter ergo intelligitur esse angelus Pauli & cuiuslibet apostoli & singulorũ per ordinem vel 3 pro meritis quos in laborib⁹ & doctrina vel Apostolorum vel reliquorum doctorũ necesse est primas partes habere: & animatum quæ per eos profecerunt fructum cum his per quos operati sunt ad aream domini comportare. Erit ergo in congregatione fructuum, id est, in electione credentium, qui fuit illius Ecclesiæ præcipuus & eximius primitiæ. Superior verò illius Ecclesiæ primogenitus ab illo archangelo oblatus. Omne ergo quod abumbratum est in le- Heb.10.a.
ge (quoniam *lex vmbram habet futurorum bonorum*) alio quodam modo per angelorum ministeria in futurorum bonorum veritate complebitur, vt quæ formata sunt in Israël, qui est secundum carnem, in veris Israëlitis implcantur. Nomen enim Israëlis ad angelos peruenit, qui tantò verius Israël appellantur, quantò verius sunt mens videns Deum, hoc enim Israël interpretatur. Sicut enim quædam nomina gentium vel principum ad angelos malos referuntur, vt Pharao rex Ægypti, Nabuchodonosor rex Babylonis vel Assyrius, ita quæ de sanctis viris & de gente religiosa scribuntur, ad sanctos angelos referuntur, vnde Esaias de Esaiæ 37.b. Nabuchodonosor: *Et educam gladium super gentem magnam & super principem Assyriorum.* Et alibi: Quasi de principe cuiusdam Esaiæ 14.c. gentis: *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris*: Quia autem in Genesi legimus Deum & angelos loquentem: *Venite* Gen.11.b. *confundamus linguam eorum*, putandum est quòd diuersi angeli diuersas in hominibus linguas & loquelas operati sunt: Verbi gratia: Vnus vni homini linguam impressit Babylonicam, alius E Ægyptiam, alius Græcam & sic fortasse diuersarum gentium ipsi principes fuerunt qui linguæ & loquelæ videbantur autores. Mansit autem lingua per Adam primitus data, i. Hebræa in ea parte hominum, quę nõ angeli vel principis, sed Dei portio est.

ORIG. Offerunt ergo angeli ex nobis primitias, & excolit Vbi supra. Angeli cultor hominum. quisque quod studiosè ab erroribus gẽtium conuertit ad deum: & est quisque in portione vel cura illius vel illius angeli. Et sicut ab initio cum dispergeret Deus filios Adam statuit fines gen- Deu.32.a. tium iuxta numerum filiorum Dei, & quæque gens sub illo vel illo angelo facta est, Israël autem pars Domini & funiculus hæreditatis eius. Ita credo in fine mundi huius, & initio alterius seculi futurum: vt iterum diuidat excelsos filios Adam, & qui non poterunt tam mundi esse corde, vt ipsum videant Deum & esse portio Domini vel sanctos angelos videant, & sint secundum numerum angelorum Dei. Optabile est ergo ita proficere quemque, vt inter primitias vel primogenita eligatur, & deo offeratur tanquàm pars eius. Si minus, vel sanctorum angelorum Psal.62.c. pars esse mereatur. Dummodo non inueniatur inter illos de qui Can 2.d. bus dicitur: *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt*, hoc est dæmonum. Hæ sunt enim vulpes Lucæ 13.g. quæ exterminant vineas, de quibus erat Herodes, de quo dicitur: *Ite, dicite vulpi huic.* Refugiamus ergo tertenos actus, & intelligentiam terrenam: ne introeamus in inferiora terræ. Intro eunt enim qui legem Dei & promissionum bona terrena intelligentia excipiunt, & non excitant animas terrenorum ad expectationẽ cælestiũ, vt quæ sât quæ sursũ sunt, nõ quæ super terrã.

IDEM. Offerunt angeli primitias, vnusquisque credo gentis Vbi supra. Coloss.3.a. Apoc.2.b. suæ & ecclesiæ suæ, quibus Iohannes in Apocalypsi scribere videtur, angelos scilicet ecclesiæ Ephesi, Smyrnæ, & Laodiciæ &c. Offert ergo quisque primitias gentis suæ vel ecclesiæ quæ ei dispẽsanda cõmissa est: vel fortè extrinsecus & alij angeli sunt, q ex omnib⁹ gẽtib⁹ fideles cõgregẽt. Et cõsiderem⁹ ne forte sicut in aliqua ciuitate vbi nõdũ Christiani sunt, si qs doceat, instruat & postea ibi prĩceps & episcopus fiat, ita sãcti angeli eos quos è di F

☞ uersis

☞ uersis gentibus congregauerunt, si proficere fecerunt, in futuro A principes fiant & rectores, vt Christus dicatur rex regum & do-
Apoc. 19.c. minus dominantium. Hi enim sunt reges eorum quos regunt & proficere faciunt. Ipsi ergo offerunt quosdam quidem pontifici, quosdam filijs pontificis, id est superioribus virtutibus & archangelis, quosdam Leuitis, id est, Paulo inferioribus: si angelici ordines, vt Israëlitæ distincti sunt, cùm ipsi dicantur vm b
brę & exemplari deseruire cęlestium. Fortè ergo in futuro cum omnes fructus congregabuntur ad aream, erunt quidam portio veri pontificis, id est Christi, alij Leuitarum, vel angelis vel alijs cælestibus virtutibus segregati, quidam & portio hominum, qui in hac vita prudentes Dei dis-
† Primogeniturum B pensatores fuerunt, vnde ei cui dominus crediderat quinque mnas, & fecerat decem: ait: *Esto potestatem habens super decem ciuitates, &c.* Quę
Lucæ 19.c. enim hic potestas super ciuitates intelligitur, nisi gubernacula animarum? Vnde mihi videtur quòd
† Deut.18.a. iter angelos alij principatum & potestatem super alios gerant, alij subiaceant & obtemperent potestati. Sic nec ille cui potestas decem ciuitatum vel quinque datur, immeritò ad hanc peruenit potestatem. Omnia ergo apud Deum ratione & iudicio fiunt, nec ad gratiam tantùm sed pro merito, alius princeps multorum esse ponitur, alius principatui subiectus.

IDEM. Agri angelorum corda nostra sunt, quisque eorum ex agro quem colit offert primitias domino.

Mysticè. Hebr.9.d. Ephes.1.d. Colos.1.b. IDEM. Sicut Christus rex regum, ita primitiæ primitiarum, quę non pontifici iam sed deo oblatę sunt: quia seipsum hostiam obtulit deo, & surgens à mortuis sedet ad dexteram Dei. Dicitur autem primitiæ & primogenitus totius creaturæ. Quod vtrum
C sic per singulas creaturas intelligi debeat, vt inter homines primitię dormientium dicitur & intelligitur, an celsiori & diuiniori intelligentia, non est præsentis temporis persequi.

Sed si mererer ego magnam & summo pontifice dignum offerre sensum, vt ex his quæ loquimur & docemus aliquid egregium summo pontifici placeret, peterat angelus qui præest ecclesiæ ex omnibus dictis nostris aliquid eligere, & loco primogenitorum vel primitiarum de agello nostri cordis domino offerre. Sed vtinam pro his quę loquimur damnari non mereamur, sufficeret nobis hæc gratia.

Quæst.31.in Numeros. a *Vniuersa frugum.* AVGVST. Primogenita omnia quæcunque in terra eorum fuerint, quantumcunque obtulerint domino, tibi erunt. Hic primogenita non fœtus primos vel primitiuos pecorum dicit. Nam ipsa Græcè πρωτότοκα nominantur: hæc autem πρωτογενήματα. Sed Latinè his duabus rebus duo nomina no D sunt reperta: & ideo ista, πρωτογενήματα, quidam primitias interpretati sunt, sed primitiæ ἀπαρχαὶ dicuntur & aliud sunt. Hæc igitur tria ita discernuntur: quia πρωτότοκα, sunt primitiui animalium fœtus & hominum: πρωτογενήματα verò primi fructus de terra sumpti, vel de arbore vel de vite. Primitię autẽ de fructibus quidem, sed iã relatis ab agro: sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa, quæ primitus sumebãtur.

¶ Corda humana. a Vniuersa frugum initiã, quæ gignit humus & domino deportantur, cedent in vsus tuos. Qui mundus est in domo tua, ve-
b scetur eis. Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum
¶ Primogeniti sunt qui cum mulieribus non fuerunt coniugati vel martyres. ¶ Rationalibus. ¶ Idoneis, simplicibus. erit. Quicquid primum erumpetè vulua cunctæ carnis quam 1
offerunt domino, siue ex hominibus siue de pecoribus fuerit 2
tui iuris erit, ita duntaxat, vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundum est, redimi 3
facias, cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque pondere sanctuarij. † Siclus viginti obolos habet. † Primogenita autem bouis, & ouis, & capræ non facias 4
redimi, quia sanctificata sunt domino. Sanguinem tantùm eorum fundes super altare, & adipem adolebis in suauissimum odorem domino. Carnes verò in vsum tuum cedent, 5
sicut pectusculum consecratum & armus dexter tua erunt.

¶ Archangeli, angeli, apostoli, & quilibet doctores ecclesiæ. ¶ Episcopis. ¶ Sacerdotibus, diaconibus. Omnes primitias sanctuarij, quas offerunt filij Israël domi-
c no, tibi dedi & filijs ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactum 6
a ¶ Sapientiæ diuini condimenti. ¶ Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. &c. Psal.15.b. salis est sempiternum coram Domino, tibi ac filijs tuis. Di-
a xitque Dominus ad Aaron: † In terra eorũ nihil possidebitis, 7
¶ Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. &c. Psal.15.b. nec habebitis partẽ iter eos. Ego pars & hęreditas tua in me- 8
9

Mysticè autem, decimæ obseruantiam legis significant, vel syncritatem integritatis fidei, vel perfectionem boni operis, Mysticè. quæ maximè habere debent qui ministerio diuino se exhibent. In denario enim numero creaturæ & creatoris cognitio comprehenditur, quia septenarius respicit ad humanam naturam, tribus scilicet vim animæ ostendentibus. vnde: *Diliges dominum* Deut.6.a. *Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Corpus autem ex quatuor constat elementis. Septenarium autem si ternario numero fidem & confessionem trinitatis exprimenti adiunxeris, denarium complebis.

c *Pactum salis.* RABAN. Pactum salis nominat oblationum Pactum salis. vniuersitatem quæ ad ministerium vel ad ius sacerdotum pertinet, vnde in Leuitico: *Quicquid obtuleris sacrificij fide con-* Leui.2.d. *dies, &c.*

Mysticè ostenditur sapientiam conuenire sacerdotibus & prę- Mysticè. dicatoribus diuinæ legis, non secularem sed apostolicam, de qua P Paulus dicit: Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam 1.Cor.2.b. non huius seculi. De qua apostolus dicit: Vos estis sal terræ. Sicut enim omnis cibus sale conditur, sic omnis sermo aposto- Matth.5.b. lica sapientia. Aaron ergo & filiis eius pactum est salis sempiternum, quia non solum episcopis necessaria est sapientia, sed etiam presbyteris, diaconibus, & omnibus ordinibus: & hoc coram Deo, id est, vt pura & simplex sine Rom.8.b. versutia & malitia Deo placeat. *Sapientia enim huius mundi inimica est Deo.*

d *In terra eorum.* ✠ PROCOPIVS. Separatum est ab aliis ge- ☞ nus

1 ✠ Mares; tantum edent. *Et sic determinat sexum quantum ad sacrificia prædicta.*

2 Primitias autem quas vo. &c. *Sequitur:* Qui mundus est in do domo tua vescetur eis. *Licet possent comedi à masculis & mulieribus vt pote vxore & filiabus sacerdotis, tamen non erat licitum immundis.*

3 Omnem medul. &c. *Quia primitiæ debebant dari de meliori, quod significatur per medullam.*

✠ 1 Quic-

mi quia sanctificata sunt domino. *Quia debebant immolari ipsi Deo.*

5 Carnes vero in vsum tuum cedent sicut pectusculum conse. *id est, sicut de aliis sacrificijs quorum vna pars est offerentium, pectusculum tamen & armus dexter de illis pertinent ad te, sic carnes de istis.*

6 Pactum salis est sempiternum. *In omni sacrificio ponebatur sal, & ideo stabilitas alicuius pactis designatur nomine pactis salis.*

7 In terra eorum nihil possidebitis. *Ex quo enim accipiebant victum à populo, non debebant habere partem in hæreditate.*

8 Nec habebitis partem inter eos. *Hoc additur ad denotandum, quod nec etiã in prædæ hostium debebant habere partẽ vt dicit Ra. Sa.*

9 Ego pars, &c. *Quia oblata & sanctificata domino erant assignata pro victu suo.*

✠ 1 *Filijs*

nus sacrum, non mi- A nisterij ratione tantum, sed etiam spei differentia. His enim qui in rebus carnalibus spem collocant, merito dicetur: Hæc, est portio tua, hæc fors tua. Sors, inquam, quoniam mihi diffiditis, ait Dominus. His verò qui opes in cœlo con- † moriantur dunt, hoc in terra eorum nullam portionem obtinebis. Item, ego sum portio tua & hæreditas tua. Talem noluit Christus esse eum qui cum omnia legis fecisset, † Deut.18.a. absolutus esse vellet, cum inquit, vende facultates tuas, largire pauperibus, & age, sequere me, habebisque thesaurum in cœlis.

dio filiorum Israel. † Filiis a ¶ Qui continentes post cõiugium viuunt. autem Leui dedi omnes de ¶ Veri scilicet. decimas Israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, vt non accedant vltrà filij Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum † mortiferum, solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus & portantibus peccata populi: Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. † Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. Locutusque est

dominus ad Moysen dicens: † Præcipe Leuitis atque denuntia: † Cum acceperitis decimas à filiis Israel quas dedi vobis *, primitias earum offerte domino, id est decimam partẽ decimæ, vt † reputetur vobis in oblationẽ primitiuorũ, tam de arcis quàm de torcularibus & vniuersis, quorum accipitis primitias, offerte domino, & date ea Aaron sacerdoti. Omnia quæ offertis ex decimis & in donaria domini † separatis, optima & electa erunt *. Dicésque ad eos: Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis

a ¶ Or gene. Allego. Non solum cibus vel pecuniam largiatur, sed & affectum miserendi habeat & compatiendi.

quasi de area & torculari dederitis primitias, & comedetis eas in omnibus locis vestris, tã vos quàm familiæ vestræ, quia pretiũ est pro ministerio, quo seruitis in tabernaculo testimonij, & non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes: Ne polluatis oblationes filiorum Israël, & moriamini.

† Loquere De decimis in hæreditatem vestram,

† & reputabitur vobis eleuatio vestra actu data pretis frumentum de area & plenitudinem de torcularibus. † separabitis * cuncta.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Filiis autem Leui. *Hic consequenter agitur de mercede Leuitarum, & patet litera vsque ibi:*

2 Et portantibus peccata po. *Quia si ex eorum negligentia aliquis ingeram indebite ad tabernaculum punientur.*

B 3 Quas in vsus eorum & necessaria separaui. *Per hoc ostenditur quod Leuita non poterant tantum decimas comedere sed etiam in alia sibi necessaria commutare.*

4 Locutusque est dominus. *Hic consequenter agitur de mercede summi sacerdotis specialiter, quia Leuita de decimis receptis à populo debebant dare partem decimam summo sacerdoti, & de illis debebant dare illa quæ erant meliora, aliter peccarent si scienter sibi meliora retinerent: & ex hispatet litera vsque ibi:*

5 Ne poll. *Id est, decimas vobis oblatas ab ipsis per peccatum præditum.* E

6 Et moriamini. *scilicet si hoc feceritis.*

CAP. XIX.

a Locutusque est dominus. Augustin. Alia litera. *Et locutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens: Ista est distinctio legis, quæcunque constituit dominus, &c.* Non est distinctio nisi inter duo vel plura. Distinctionem enim singularitas non recipit, nec distinctionem cui iusliber rei memoranit. sed addidit legis, nec cuiuscunque legis. Assidue enim in scriptura dicitur de vnaquaque re, de qua legitime præcipitur: hæc est lex istius vel illius, non vniuersalis lex, quæ continet omnia quæ legitime præcipiuntur. Hic verò cùm dixisset: *Hæc est distinctio legis, adiunxit quæcunque constituit dominus*, præcipiendo scilicet non creando. Quidam enim quæcunque præcepit dominus, transtulerunt. Si ergo hæc est distinctio legis, quæcunque præce-

Quæst.33.in Numeros. De distinctione legis. † Hoc est istatum legis quod

CAP. XIX.

Locutúsque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: † Ista est religio victimæ, quam constituit dominus: Præcipe filijs Israel, vt adducant ad te vaccam rufam æratis integræ, in qua nulla sit macula: nec portauerit iugum: tradetisque eam Eleazaro sacerdoti. † Qui eductam extra castra immolabit in conspectu eius, & tingens digitum in sanguine eius asperget contra

a ¶ Quia omnis operatio eius perfecta. b ¶ Quia peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius 1.Petr.2.d.

animam suam, & iterum sumendi eam.

d *Tradetisque.* Vacca ad immolandum sacerdoti traditur: quia dominus incarnatus pro redemptione nostra sacrificium semetipsum fecit, datus manibus Iudaici populi.

Augvs. Alia litera. *Et dabis eam ad Eleazarum sacerdotem, &c.* Cur non ad Aaron? Forte præfiguratũ est non ad tempus quod tunc erat, sed ad posteros huius sacerdotij passionem domini perenturam.

c *Qui eiectam extra castra.* Augvst. Quia extra portam passus est Christus, vt nos à conuersatione præsentis vitæ quasi à ciuitate educeret.

Idem. *Et eiectam eam extra castra.* Sic eiectus est dominus passurus extra ciuitatem.

Idem. *In locum mundum.* quia non habuit causam malam. Et occidet eam in conspectu eius, sic occisa est caro Christi in conspectu eorum qui futuri erãt in nouo testamento domini sacerdotes.

f *Immolabit.* Isidorvs. Vaccam rufam (cuius cinis est expiatio populi) immolare non poterit, nisi qui terrena opera non fecerit, iugumque delicti non traxerit, & vinculis peccatorum ligatus non fuerit.

g *In conspectu omnium.* Rabanvs. Quia Christus in conspectu omnium quasi extinctus est. In conspectu patris immolatus, quia quod ante oculos hominum pœna, hoc ante oculos patris sacrificium fuit.

h *Et tingens digitum in sanguine eius.* Augvst. Alia litera. *Et accipiet Eleazar sanguinem eius, & asperget contra faciem testimonij a sanguine eius septies.* Quia Christus secundum scripturas fudit sanguinem in remissionem peccatorum, ideo contra faciem tabernaculi testimonij, quia non aliter declaratum est, quam fuerat diuino testimonio pænuntiatum. Et ideo septies, quia ipse numerus ad emundationem pertinet spiritalem.

Rabanvs. In digito discretio operationis signatur. In sanguine vaccæ digitum tingere, est in passione domini nostra opera confecrari, vt passionem eius quam cognoscimus imitemur. *Passus est enim nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.*

Rabanvs. Eleazar sacerdos immolat, & in sanguine digitum tingit: quia plebs Iudæa ex reproborum parte humiliratem domini vsque ad passionem perfecuta est. In electis verò operationem humilitatis eius imitata.

i *Asperget contra fores tabernaculi.* Tabernaculum synagogam significat.

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XIX.

1 Locutúsque est dominus. *Hic consequenter agitur de officio sacerdotis inquantum est mediator Dei ad populum, & hoc proprie respicit purificationem quæ a Deo deriuatur ad populum per sacerdotis officium. In lege autem erant duæ purificationes. Vna ab immunditia spirituali, quæ contingit ex peccatis, & ista quæ erat grauior purificabatur per oblationes & sacrificia, vt habetur Leuit. xiij. & v. Alia autem erat ab immunditia corporali, quæ contingit ex tactu alicuius rei immundæ vel alia immunditia corporali, per quam efficiebatur homo ineptus ad ingrediendum locum cultus diuini ita quod tales immunditiæ erant quasi quædam irregularitates impedientes accedere ad locum diuini cultus, quandiu manebant. & tales purificabantur per aspersionem aquæ lustrationis in aqua commiscebantur cineres vaccæ combustæ: & de ista purificatione agitur hic. Circa quod primo ponitur ritus oblationis secundo modus expiationis, ibi:* Habebunt quoque filij Israël. *Ad-* Diuisio. *huc circa primum describitur vaccæ immolatio secundo ex hoc aliquorum inquinatio, ibi:* Et tunc demum. *Circa primum dicitur sic:*

2 Ista est religio victimæ, &c. *Quia immolabatur pro purificatione totius populi, vt posset accedere ad cultum Dei, qui cultus in sacra* Religio vi- *scriptura vocatur religio: & ideo hæc victima specialiter nominatur* ctimæ. *nomine religionis.*

3 Præcipe filiis Israël. *Quia pro purgatione multitudinis fiebat ista immolatio, ideo animal immolandum debebat exhiberi à toto populo.*

✠ 1 Ad

MORALITER

✠ 1 *Locutúsque est dominus &c.* In hoc capitulo agitur de immolatione vaccæ rufæ, de cuius cineribus aquæ commistis fiebat aqua lustrationis ad purificationem immundorum. Per hanc vaccam, quæ debebat esse sine macula, figurata fuit caro Christi sanctissima. & licet hæc vacca in translatione nostra dicatur rufa, tamen in Hebræo dicitur rubea, quia caro Christi fuit in suo sanguine rubricata. Debebat etiam esse ætatis integræ, quia Christus tricesimo tertio anno ætatis suæ pro nobis fuit immolatus. secundum autem aliquos passus fuit xxxiiij. anno: sed hoc non refert ad propositum. nam vterque annus est ætatis perfectæ.

✠ 7 *Qui*

qđ de iuuencæ rufæ mactatione dicitur satis congruè figurat, Lo A cutus est enim dominus ad Moysen & Aaron dicens: Ista est distinctio legis, quæcunque constituit dominus, deinde mandare incipit, hæc adiungens, dicens. Loquere filiis Israël. Potest etiam ita distinguiri. Et locutus est dominus ad Moysen & Aarõ dicens: Ista est distinctio legis, quæcunque constituit dominus dicens: non quecunque constituit dominus † He.13.b. creans, sicut cælum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, sed quæcunque constituit dominus dicens, in duobus. s. testamentis, vt deinde sequatur: Loquere filijs Israel & accipiant à te iuuencam rufam sine vitio. Iuuenca rufa carnem Christi significat. Sexus fœmineus infirmitatem carnalem: rufam passione cruentatam. Quod autẽ ait, accipiant à te, in ipso Moſe figuram ostendit legis: quia Ioan. 9.c. secundum legem vsi sunt sibi occidere Christum, quiá soluebat sabbathum, & obseruationes legis prophanabat.

Quæst. 36. a *Vaccam.* ✠ Theodoretvs. Vacca præfigurat Christi passionem. Rufa, corpus terrenum prænotat, quia nomen Adæ terram rubram significat, ex qua corpus ipsius formatum est. Quod vacca macula carebat, expertem peccati Christũ innuit. Quod vacca iugum subiisse non debeat, Christi libertatem sub B indicat. Iugum enim denotat seruitutem. Quod mactetur extra castra, passionem saluatoris extra portam peractam præsignat. Totam vaccam cremari mandauit, quia omnia quæ pertinebant ad Christum erant munda. Lignum cedrinum crucis erat figura. Sicut enim illud erat immune à corruptela, ita lignum crucis vnificat. Coccinum, typus erat sanguinis Domini. Hyssopus etiam aderat, quia calor viuificus dissoluit frigiditatem mortis. Eum tamen qui cremauit vaccam, impurum esse dicit vsque ad vesperam, ad denotandum eos qui Christum crucifixerunt.

Raban. Per masculum fortitudo, per fœminam infirmitas significatur: per vaccam ergo infirmitas dominicæ incarnationis ad sacrificium assumpta figuratur. *Mortuus est enim Christus* 2.Cor. vlc.a. *ex infirmitate sed viuit ex virtute dei.*

Can.5.c. Vaccam rufam, rubram scilicet sanguine passioni. vnde: *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Candidus scilicet ex diuinitate, rubicundus ex sanguine, candidus etiam per iustitiam vitæ.

Lib.6.Mora. cap.21. Moraliter. Gregor. Vaccam rufam mactamus, cùm carnem à lasciuia voluptatis extinguimus: quam cum hyssopo, ligno cedrino, & cocco offerimus, quia cum maceratione corporis sacrificium fidei, spei, & charitatis adolemus.

Quæst.33. b *Nulla sit macula.* Augvst. sine vitio. Hanc enim carnem cæteræ hostiæ significabant, vbi similiter sine vitio pecora immolari iubebantur. Erat enim in similitudine carnis peccati, sed Leuit.22.a. non caro peccati. Sed hîc vbi euidentius legis distinctionem voRom. 8.a. luit Deus commendare, parum fuit dicere sine vitio, nisi diceretur quæ non habet in se vitium. Quòd si repetendi causa dictum est, forte non frustra est quod eam rem ipsa repetitio firmius cõ C mendauit, quamuis non aberret à vero: & ideo additum intelligatur, quæ non habet in se vitium, cùm iam dictum esset, iuuencam sine vitio. Quia in se non habuit vitium caro Christi, in aliis autem habuit, qui membra eius sunt. Quæ enim in hac vita caro sine peccato, nisi illa sola, quæ non habuit in se vitium? D c *Nec portauerit.* Omnis qui peccat, seruus est peccati. Quia ergo Ioan.8.d. Christus nunquam peccauit, iugum non portauit.

Augvst. Alia litera. Et non est super eam superpositum iugum &c. Non enim subiugata est iniquitati, cui subiugatos inueniens liberauit, & vincula eorum dirupit. vnde: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, &c.* Super illius enim carnem non est positum iugum, qui potestatem habuit ponendi

Vbi supra. Psal.115.b. Ioan.10.d.

Vbi supra. Vbi supra. Vbi supra. Heb.13.d. Ioan.19.c.

Idem. *In locum mundum.* quia non habuit causam malam. Et occidet eam in conspectu eius, sic occisa est caro Christi in E conspectu eorum qui futuri erãt in nouo testamento domini sacerdotes.

f *Immolabit.* Isidorvs. Vaccam rufam (cuius cinis est expiatio populi) immolare non poterit, nisi qui terrena opera non fecerit, iugumque delicti non traxerit, & vinculis peccatorum ligatus non fuerit. Moraliter.

g *In conspectu omnium.* Rabanvs. Quia Christus in conspectu omnium quasi extinctus est. In conspectu patris immolatus, quia quod ante oculos hominum pœna, hoc ante oculos patris sacrificium fuit.

h *Et tingens digitum in sanguine eius.* Augvst. Alia litera. *Et accipiet Eleazar sanguinem eius, & asperget contra faciem testimonij a sanguine eius septies.* Quia Christus secundum scripturas fudit sanguinem in remissionem peccatorum, ideo contra faciem tabernaculi testimonij, quia non aliter declaratum est, quam fuerat diuino testimonio pænuntiatum. Et ideo septies, quia ipse numerus ad emundationem pertinet spiritalem. Vbi supra. Mystice.

Rabanvs. In digito discretio operationis signatur. In sanguine vaccæ digitum tingere, est in passione domini nostra opera confecrari, vt passionem eius quam cognoscimus imitemur. *Passus est enim nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.* 1.Petr.2.d.

Rabanvs. Eleazar sacerdos immolat, & in sanguine digitum tingit: quia plebs Iudæa ex reproborum parte humiliratem domini vsque ad passionem perfecuta est. In electis verò operationem humilitatis eius imitata. Moraliter. F

i *Asperget contra fores tabernaculi.* Tabernaculum synagogam significat.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ad te. *Erat enim immolanda pro peccato idolatriæ vituli. ideo dicitur vacca magis quàm vitulus: quia sic nominatur ille populus Oseæ v.* Sicut vacca lasciuiens declinauit Israël: & eadem ratione adducebatur ad Moysen, & non ad Aarõn, quia timore populi fecit idolum vituli, vt habetur Exod. xxxij.

2 Rufam. *In Hebræo habetur: Rubeam: quæ idolum prædictum fuit aurcum propter similitudinem coloris.*

3 Ætatis integræ. *In Hebræo non habetur, Ætatis: & ideo integritas refertur ad colorem vaccæ, qua debebat esse rubea integraliter absque varietate aliqua alterius coloris.*

4 In qua nulla sit macula. *id est, defectus membrorum, quia talia defectuosa non erant immolatitia.*

5 Nec portauerit iugum. *ad significandum, quod filij Israel in idolatria vituli abiecerant à se iugum legis Dei.*

6 Tra

6 Tradetisque eam Eleazaro & non Aaron. *Quia Eleazar non peccauit in conflatione vituli.*

7 Qui eductam extra. *Non solum de castris deiecit & Leuitarum, sed etiam populi, ad designandum quod idolatria debebat simpliciter à toto populo elongari, quia periculosius inficit quam lepra, propter quam tamen eiciebantur leprosi de tribus castris prædictis, vt dictum est supra v. capitulo.*

8 Immolabit in. *In Hebræo habetur: In conspectu suo: quia sicut dicit Ra. Sa. Eleazar debebat eam immolare per alteram eorum se & multitudine.*

9 Et tingens digitum in sanguine eius, asperget. *Non quod de loco extra castra rediret ad tabernaculum, vt dicunt aliqui: quia non debebat inde recedere, donec vacca esset incinerata: sed de illo loco vertebat se versus illam partem, vbi erant fores tabernaculi, aspergens versus illam partem, sicut Danicl vj. dicitur quod aperiis fenestris orabat contra Ierusalem, existens tamen in Chaldæa.*

✠ 1 Septem

MORALITER.

✠ 7 *Qui eductam extra.* In quo figuratum fuit, quod Christus extra Ierusalem erat passurus: vt habetur Ioan. xix.

† *Asperget contra.* Ad significandum quod per aspersionem sanguinis Christi mundatur Ecclesia perfectè, quæ perfectio significatur numero septenario, eò quod totum tempus reuoluitur septem diebus.

✠ 2 Comburet

Universidad de Deusto
Biblioteca

significat. Qui ergo tinxerit digitū cōtra fores tabernaculi asperget, id est, quisquis passionis Iesu vias imitatur synagogæ non credenti & resistenti per exempla bona & prædicationem rectam signum bene vivendi præbeat.

Idem. *Aspergetur.* id est, resistenti plebi per prædicationem rectam & opera passionis Christi exemplā monstrabit.

Aspergatur. iunctus.

a *Septem vicibus.* Quia septem sunt dona spiritussancti, quæ per Christi sanguinē super Ecclesiæ populos distribuūtur, in quo ab omni delicto purgantur.

*sacerdos

Moraliter.

Philip.3.b.

Vbi supra.

B

1.Petr.1.b.

c *Tam pelle & carnibus eius, &c.* Idem. Quod verò sequitur: pellis eius & carnes & sanguis eius cum stercore eius comburentur: Id expositum est quomodo cremabitur & significatum est, quod non solùm substantia mortalis corporis Christi quæ commemoratione pellis & carnium & sanguinis intimata est, sed etiā contumelia & abiectio plebis quæ in stercore significaretur, conuerteretur in gloriam quam conbustionis flamma significat.

Raba. Per pellem & carnem exterior Christi operatio significatur. Per sanguinem subtilis & interna virtus exteriora tacta viuificans. Per timum lassitudo, sitis, esuries, & timor mortis. & quæcunque ex humanitate pati voluit. Quicquid enim defectu mortalitatis habuit, quasi fimus in eo abiiciendum fuit, quæ omnia igni cremonda sunt. id est iuxta veritatē spiritussancti intelligenda, vt quæ ab eo corporaliter gesta sunt per incorporeum diuinitatis spiritum disposita sentiantur.

d *Lignum quoque cedrinum, & hyssopum, coccumque bis tinctum.*

Apolli. De more igitur sacrorū cecinit vates, *Asperges me Domine, hyssopo & mundabor, lauabis me &c.* & cui patefactum erat tale mysterium expiationis, quæ per sanguinem Christi futura erat, proposuit: *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.*

Psal. 50.

Raban. Cedrus lignum altum & imputribile est. Hyssopus herba valde humilis, quæ tamen inflationem amouet pulmonis. Per cedrum ergo † altam, perseuerans contemplatio. Per hyssopum mansueti cordis humilitas signatur. Qui enim contemplatione ad superna tollitur, per humilitatis compassionem debet condescendere inferioribus, nec se ex eo quod habet erigat, sed his qui illud non habent, prædicando libenter impendat.

† alta Allegor.

C

D

Augustin. Alia litera. *Et accipiet sacerdos lignū cedrinum & hyssopum & coccinum, & mittet in medium combustionis iuuencæ.* Lignum cedrinum spes est, quæ in supernis firmiter habitat. Hyssopus fides, quæ est humilis herba radicibus hærens in petra. Coccinum charitas, quod feruorem spiritus igneo colore tostatur. Hæc tria debemus mittere in resurrectionem Christi, tanquam in medium combustionis illius, vt cum illo sit abscondita vita nostra.

Vbi supra.

1
2
3
4
5
6

Raban. Potest intelligi par cedrum spes, quæ alta petit. Per hyssopum (quæ etiam odore stomachi immunditiam purgat) fides quæ nimis aduersa æquanimiter tolerat: & quicquid ex anteactis peccatis contractum fuerat, mundat. Per coccum verò, charitas. Vnusquisque igitur nostrum in flammam quæ vaccam vorat cedrum hyssopum & coccum bis tinctum mittat. i. in sacrificio dominicæ passionis fidem, spem, & charitatem exhibeat, ne passionem redemptoris sui sine causa audiat. Hinc Paulus: *Nunc autem manent fides, spes, charitas: maior autem horum est charitas.* Vnde & hic coccus extremus ponitur, quia fide & spe completa cùm ad æternam patriam venerimus, sola in nobis charitas ad vltimum multiplicatur.

Moraliter.

1.Cor.13.d.

Greg. Mittatur in flammam quæ vaccam vorat, cedrus, id est perseuerantia & altitudo nostræ contemplationis comburatur igne dominicæ passionis. Mittatur & hyssopus. i. humilitas cordis nostri, veritatem manſuetudinis trahat ex admistione dominicæ passionis. Mittatur coccus bis tinctus, id est charitas, quæ nos ad amandum deum & proximum excitat, assiduè nos contemplari passionem dominicam compellat, vt in ipsa discat opera recta quæ faciat.

Moraliter.

E

e *Hissopum.* Isido. Baptismum, quia hyssopo tincto sanguine agni spargebantur.

Exod.12.d.

f *Coccumque bis tinctum.* Idem. Coccus bis tinctus, sanguis Christi quo mente & corpore abluimur. Hæc tria purgant peccata, cedrus i. fides crucis, hyssopus baptismus vel martyrium, coccus sanguinis dominici sacramentum.

Rabanvs. In cocco bis tincto virtus charitatis exprimitur quæ flamma sancti amoris succensa, duobus præceptis exhiberi iubetur, dilectione scilicet, dei & proximi. Bis tinctus ergo coccus est charitas duplici præcepto formata, vt sic diligatur deus ne deseratur proximus, & sic proximus, ne contemnatur deus.

g *Sacerdos.* Idem. Omnes qui in Christo credimus sacerdotes sumus. vnde: *Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium &c.* Alta ergo quæ per contemplationem sentimus, & quod ex manſuetudine humilitatis agimus, quod per ignem charitatis exhibemus, passionis Christi sanguine tingere debemus, vt omne quod in nobis est, illum imitetur à quo est, quia extra imitationem passionis non tam virtus quam vitium est.

1.Petr.2.b.

Rabanvs. Potest iste sacerdos qui vaccæ carnes, pellem, sanguinem, simumque comburit, ordinem Iudaici sacerdotij cum plebe suppositā in necem domini consentientis significare. vnde sequitur: Et tunc demum lotis vestibus & corpore suo.

h *Et tunc demum lotis vestibus.* Idem. Potest intelligi quod iste sacerdos & lotis sit vestibus, & tamen vsque ad vesperam

☞ immun-

F

✠ 1 Septem vicibus. *ad denotandum quod peccatum idolatriæ quodāmodo æquiponderat omnibus aliis peccatis, eò quòd importat totalē recessum à Deo, vniuersitas autem septenario numero designatur.*

2 Comburetque eam cunctis videntibus. *In Hebræo habetur, In conspectu suo, quia istam combustionem faciebat per alium.*

3 Tam pelle & carnibus, &c. flammæ traditis. *ad denotandum, quod de peccato idolatriæ nulla conditio vel circunstantia debebat in populo remanere.*

4 Lignū quoque cedrinū & hyssopum. *Ista ponebantur in igne ad reprimendum feruorē exhalantē ex combustione pellis & simi vaccæ.*

5 Coccumque bis tinctum. *Qui diuersorum colorem ad designandum quod cineres debebant seruare per totum annum ad purificationem populi: prout subditur postea: Vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam, &c.*

6 Et tunc demum lotis vestibus &c. *Hic quæritur quomodo comburens vaccam maculabatur ex hoc, cum illa combustio fieret ad hoc, quod ex cineribus vaccæ combustæ immundi purgarentur. Ad hoc* ✠ *respon-*

4 Lignum

✠ 2 *Comburetque eam.* ad significandū, quod Christus ex maximo charitatis feruore fuit passus. Per hoc autem quòd cineres vaccę aquis viuentibus cōmistæ purgabant immunditias carnis, significabatur, quod virtus Christi passi in aquis baptismalibus purgaret immunditias mentis: & in aquis pœnitentiæ immunditias post baptismum contractas. *Heb.x.d. Si sanguis hircorum aut vitulorum aut cinis vitulæ asperſus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quāto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientias nostras ad seruiendum deo viuenti?* Per hoc autem quod in cōbustione vaccæ ponebatur lignum cedrinum,

✠ hyſſo

☞ immūdus, quia Iudaicus populus ex parte eorū qui crediderunt
A mundus. ex parte eorum qui non crediderunt vsque ad vesperam permanet immundus. Lauat ergo vestimenta & corpus, quia credendo exteriora opera & interiorem mentem à prauis actionibus mundat, & plenè tunc ad castra reuertitur, cum ad fidem perfectè reuocatur.

¶ Cognitione fidei. a ¶ Ecclesiæ. b ¶ Finem mundi rerum verò reliquiæ solus sunt.

Sed quia Iudæa in infidelitate partim perdurante, ad fidē Gentilitas ingreditur, & mysteria diuinæ incarnationis intelligit rectè: *Colliget autem cineres vaccæ vir mundus, &c.*

a ¶ Qui offerunt vitulam, immundi sunt, & qui Christum apprehenderunt. b ¶ Exteriora opera.

a ¶ Mentem interiorem.

¶ Finem mundi. ¶ Agnoscendo

a ¶ Gentilis fide mundatus. vnde: Fide corda eorum mundans. b ¶ Subtilissima incarnationis sacramenta.

Augvst. Lauabit vestimenta sua sacerdos, & lauabit corpus suum aqua, & postea introibit castra, & immundus erit sacerdos vsque ad vesperam.

a ¶ Contracta aliqua labe huius vitæ, etiam post plenam remissionem peccatorum. b ¶ Profelyti, Gentiles.

¶ Non etiam corpus.

Lauatio vestimentorum corporis, mundatio est exteriorum & interiorum. hoc sacerdos. Deinde sequitur: & q comburet eā, lauabit vestimenta sua, & lauabit corpus suum aqua, & immundus erit vsque ad vesperam. In eo qui comburit, eos figuratos arbitror, qui Christi carnem sepelierunt, resurrectioni eam velut ere
B marcioni mandantes.

Vbi supra.

a *Vsque ad vesperam.* Idem. Ad vesperam sacerdos intrat, quia infidelis populus qui vsque ad vesperam. id est, finem mundi extra mandata vitæ, velut extra castra positus est, prauis operibus commaculatus, aqua baptismi & pœnitentia lotus ad cognitionem in fine mundi quasi in castra reuertitur.

C

Quæst.37.

✠ Theodoretvs. Non modo sacerdos, sed ministri etiam omnes immundi erunt ad vesperam, hoc est, vsque ad legis consummationem. Nam aurorę similis aduentus Domini eis, *qui sedebant in tenebris & in vmbra mortis, illuxit.*

Isa.9

Vbi supra.

b *Colliget autem.* Augvst. Et congregabit homo mundus cinerem iuuencæ, reliquias, scilicet, interfectionis & cōbustionis scilicet famam, quæ secuta est passionem & resurrectionē Christi, quia sunt reliquiæ homini pacifico. Cinis erat Christus, quia velut mortuus ab infidelibus condemnabatur, & tamen mundabat, quia resurrexisse à fidelibus credebatur. Et quia hæc fama in cæteris gentibus, quæ non erant de consortio Iudæorū maximè claruit, dictū est: *Congregabit homo mundus cinerem iuuencæ.* Mundus, scilicet, ab interfectione Christi, quæ Iudæos fecit reos, & reponet in locum mundum, id est honorabiliter tractabit: tamen extra castra, quia extra celebrationem Iudaicæ consuetudinis Euangelicus honor claruit.

Gregorivs. Vaccam sacerdos comburit, cineres vir mundus colligit, quia infirmitatem domini Iudæus mactauit, subtilia eius mysteria Gentilis intelligit. Mundi sunt qui passionē Christi gentibus prædicant.

c *Effundet eos.* Quia Gentilis sacramenta quæ agnouit, prædicare non cessat, sed nescientibus manifestat.

Moraliter.

Raban. Vir mundus in loco purissimo vaccæ cineres fundit dum quilibet doctus ex Gentilitate assumptus, mundā per humilitatem Gentilium corda requirit: & mysteria eis redemptoris tradere non desistit. Quod cùm agitur, fides gentium multiplicatur, diuina virtus agnoscitur, disciplina præceptorum tenetur.

d *Extra castra.* Quia omnis Gentilitas extra legem, extra sacrificium, extra synagogam.

D

e *Purissimo.* Quia prauis ac pollutis mētibus non sunt secreta dominicæ incarnationis tradenda, sed his qui ad fidem venientes cor mundauerunt.

† De consec. d.5.c.aquam.

f *Multitudini filiorū.* Augvst. Alia litera. *Et erit synagoga filiorum Israel in conseruationem.* Aqua asperſionis purificatio est. Postea declarat plenius quemadmodum ex hoc cinere fiebat

Vbi supra.

Tropo.

2

aqua asperſionis, vnde mundabantur à contactu mortuorum, id est, ab iniquitate huius moribundæ vel morticinæ vitæ. Sed mirum est quod sequitur: Et qui congregat, inquit, cinerem iuuencæ, lauabit vestimenta sua & immundus erit vsque ad vesperam. Quomodo erit ex hoc immundus qui mundus accesserat? nisi quia & hi qui sibi videntur mundi in fide Christiana agnoscunt, quia omnes peccauerunt & egent gloria Dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius. Hunc tamen vestimenta sua lauare dixit, non etiam corpus, credo quòd illius cineris congregatione & repositione in locum mundo (si hæc spiritaliter intelligantur) iam intrinsecus vult intelligi fuisse mundatum. Sicut Cornelius audiens & credens quod prædicauit Petrus, ita mundatus est, vt ante visibilem baptismum cum suis qui aderant donum
p acciperet spiritussancti. Sed nec visibile sacramentum contemni potuit, vt ablutus etiam extrinsecus lauaret quodammodo vestimenta sua.

E

Act.10.g.

g *In custodiam.* Quia subtiliora sacramenta mundis Gentilium cordibus tradita, in mentis munitionem vertuntur. Quia dum secreta & subtilia operationis illius per imitationē attendimus, per hoc nobis immunditiā prouidemus, propter operationē, in custodiā nostrā fiant cineres, propter baptismū verò in aquā asperſionis. Tūc cineres in nostrā custodiā prouidè custodimus, cum redēptorē nostrū pro iniquitatibus nostris passum cōsideramus solicitè. Perpēdimus enim quid retribuat bonis, qui volunt mori pro malis: quid ad iustitiam fidei adducti eius gratiæ debeamus, qui in iniquitate positi intercessionem mortis eius accepimus.

h *Habebunt hoc.* Augvst. Alia litera. *Et erit filiis Israel & proselytis qui apponuntur legitimum æternum &c.* Quid aliud ostendit quam baptismum Christi, quem signabat aqua asperſionis, & Iudæis & gentibus profuturum, id est, filijs Israel & proselytis tanquam naturalibus ramis & inserto pinguedini radicis oleastro. Quem autem non mouebat, quod post ablutionem de singulis quibusque dicitur: & immundus erit vsque ad vesperam? Non hic tantum, sed in omnibus, vel penè omnibus talibus mūdationibus vbi nescio quid intelligatur, nisi q. omnis homo post remissionem plenissimā peccatorum permanendo in hac vita contrahit aliquid, vnde sit immundus vsque ad finem vitæ, ibi enim dies iste quodammodo claudetur quod significat vespera.

Quæst.33. Moraliter. Rom.11.c.

☞ a *Qui*

✠ *respondetur quod immunditia dupliciter contrahitur. Vno modo ex immunditia rei tactæ, & sic tangens mortuum efficiebatur immundus. Alio modo ex indignitate tangentis, sicut si laicus tangeret calicē consecratum, peccaret, & hoc modo redigens vaccam in cineres, & etiam colligentes cineres illos efficiebantur immundi, quia cineres illi ordinabantur ad purificationem totius populi: & ideo tangens illos quocunque modo debebat se reputare ad hoc indignum, & maculam aliquam contrahere, & per consequens indigere aliqua purgatione: ista tamen purgatio non fiebat per asperſionem cum aqua lustrationis, de qua dicetur infrà, sed per ablutionem corporis & vestium, & sic patet litera, vsque ibi:*

Cineres cum sodiebantur.

1 In custodiam & in aquam asperſionis. *Ad hoc enim custodiebantur cineres, vt cum aliqui essent mundandi ponerentur de cineribus illis in aqua munda, & tunc ex illa aqua aspergerentur illa quæ erant mundanda per modum qui habetur infrà.*

2 Habebūt hoc. *Hic consequenter describitur expiationis ritus quantum ad immunditiam contractam ex mortuo & primo quantum ad hoc quod ista immunditia est in hominibus secundo prout est etiam in aliis rebus, ibi:* Ista est lex. *Circa primum dicitur sic:*

✠ 1 Qui

✠ hyssopus, & coccus, significabantur tres personæ cum Christo passæ, duę per compassionem mentis, & tertia per compassionem carnis. Prima fuit beata virgo Maria per hyssopum, quæ est humilis herba significata quia fuit humillima. Luc.j.c. *Respexit humilitatem ancillæ suæ.* Secunda fuit Ioannes Euangelista, significatus per cedrum, quæ est arbor multum alta: ipse verò fuit elevatus ad videndum secreta cælestia. Apo.j. Tertia fuit latro Christum confitens in cruce significatus per coccum bis tinctum, quia Christo compatiebatur mente, dicente Lu.xxiiij.f. *Hic autem nihil mali fecit.* & cum Christo patiebatur in corpore.

✠ *MORA-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Qui tetigerit ea.* AVGVSTIN. *Qui tetigerit morticinum, &c.* Incipit docere quomodo immundi facti homines, aqua illa aspersionis purificentur: *Qui tetigerit*, inquit, *mortuum omnis anima hominis immunda erit septem diebus. sic purificabitur die tertio, & die septimo & mundus erit.* Et hic nihil aliud intelligo, nisi tactum mortui hominis esse iniquitatem. Septem verò dierũ immunditia propter animam & corpus dictam, animam in ternario, corp⁹ in quaternario. Secundũ hoc dictũ arbitror p̃ pphetã: *In tribus & quatuor iniquitatibus nõ aduersabor.*

† in statutũ perpetuum

Amos.1.a † De conse. dist. 4. c. nec quenquc

b *Si die tertio, &c.* IDEM. Si autem purificatus non fuerit die tertio & die septimo, non erit mũdus. Omnis qui tetigerit mortuũ ab omni anima hominis, & mortu⁹ fuerit tactio mortuo anteq̃ fuerit purificatus, tabernaculũ domini polluit, exterétur anima illa ex Israël. Notãdum est, quod difficillimè reperitur in his libris aliquid euidenti⁹ de vita animæ post mortẽ fuisse cõscriptum. Hic ergo cum dicit: Si fuerit mortu⁹ ante purificationem, manere in illo immunditiam & exteri animam illam ex Israël, id est, a consortio populi Dei. Quid aliud intelligi vult, nisi manere animæ pœnam, etiam post mortem, si dum viuit, mũdata non fuerit hoc sacramento, quo Christi baptismus figuratur?

Vbi supra

† oblationis pro peccato

De vita animæ post mortem.

Quoniam aqua aspersionis, inquit, non est aspersa super eum, immundus est, adhuc immunditia eius in ipso est. Adhuc, id est, etiam post mortem.

c *Polluet taberna.* quantum in se est, secundum illud: *Spiritum nolite extinguere:* cùm extingui ille non possit. Nam si ex hoc tabernaculum immundum factũ vellet intelligi, mundari iubereret.

1. Thessa. 5. d.

d *Vas quod, &c.* RABAN. Tegimen operculi vel ligatura, est censura disciplinę, qua quisquis non premitur, quasi vas immundum pollutumque reprobatur. Quasi enim vas sine operculo vel ligatura polluitur, qui per studium ostentationis patens nullo velamine taciturnitatis operitur.

¶ Tanquam pinguedini radicis inserti.

qui habitant inter eos, † sanctum iure perpetuo. † Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimò nõ poterit emundari. † Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aspersus hac commistione non fuerit, polluet tabernaculum domini, & peribit ex Israel, quia aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, & manebit spurcitia eius super eum. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & vniuersa vasa quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus. Vàs quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper, immundum erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius vel sepulchrum, immundus erit septem diebus. Tollent de cineribus combustionis † atque peccati, & mittent aquas viuas super eos in vàs, in quibus cùm hõmo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex ea omne tentorium & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos, atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio & septimo die. Expiatúsque die septimo lauabit & se & vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ, quia sanctuarium domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus. Erit hoc præceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui asperget aquas, lauabit vestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas

a ¶ Vt credatur Christus die tertia à mortuis resurrexisse.

a ¶ In regno scilicet sanctorum adueniente domino.

b ¶ Huius scilicet, gratiæ fide munitus.

¶ Regno sanctorum.

a ¶ Quilibet homo.

a ¶ Veramen taciturnitatis. b ¶ Censurum disciplinæ.

¶ Mundi scilicet.

a ¶ Minister Christi scilicet qui eius pr. sonam portat. ¶ Eidem. ¶ Alias ex eo.

c *Si quis in agro.* AVGVST. Alia litera. *Omnis qui tetigerit super faciem campi vulneratum, aut mortuum aut occisi hominis os, aut monumentum &c.* Quæritur, quid intelligit vulneratum aut mortuum? Si enim aliud voluit intelligi vulneratum, aliud mortuum, cauendum est ne putetur immundus esse, etiá qui tetigerit vulneratum vitium, quod vtique ab surdum est. Sed quia possunt & mortui esse vulnerati, & ipsos mortuos intelligitur discreuisse, vt etiam vulneratũ mortuum intelligamus, id est, vulnere perẽptũ aut mortuũ sine vulnere.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

† De conse. dist. 4. c. nec quemque.

Quæst. 14.

Hebr. 10. a.

Act. 15. b.

f *Lauabit & se &, &c.* IDEM. Alia litera. *Et lauabit vestimenta sua, & lauabitur aqua, & immundus erit vsque ad vesperam.* Alia est aqua aspersionis, & alia illa qua lauit vestimenta sua. Et lauabitur aqua, quam puto spiritalem intelligendam per significationem, non per proprietatem. Nam sine dubio visibilis erat, sicut omnes vmbræ futurorum. Sed qui sacramento baptismi rectè abluitur (quod illa aspersionis aqua figurabat) mundatur spiritaliter, vt sit mundus & corpore & spiritu. Quòd verò hyssopo dixit aquam aspersionis aspergi, qua herba diximus significari fidem, quid aliud occurrit, nisi quod scriptum est: *Fide purificans corda eorum.* Non enim prodest baptismus, si deest fides. Aviro autem mundo dixit hæc fieri, vbi significantur

Quæst. 33.

☞ ministri

ministri portãtes peraspersionis, immundus erit vsq; ad vesperam, & omne quodcunq; tetigerit immũdus, immundum erit, & anima quæ tetigerit, immunda erit vsq; ad vesperam.

1 2 3

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quicquid teti. *Et ideo etiam talia indigent purgatione.*
2 Et anima quæ illorũ quippiã. *id est, de illis quæ sunt sic polluta.*
3 Immun

ADDITIO I.

In cap. xiix. vbi dicitur in postil. Circa primam dicitur sic: Ista est religio victimæ.

In Hebræo in hoc loco non dicitur: Ista est religio victimæ, sed dicitur sic: Istud est ceremonium legis, præcipe filijs Israël &c. *Et dicunt expositores Hebræorum, quod hoc præcipium vocatur sic, quia non habet rationem literalem sic claram, sed potius secretam. Multa enim sunt in hoc præcepto dicuntia ab aliis sacrificialibus, vt patet intuẽti. Vnde in hoc loco Ra. Moy. Gerundẽ excusans se à reddendo rationem de hoc præcepto talia verba scripsit: Nos autem qui pro peccatis nostris sumus contaminati in hac captiuitate, ignoramus munditiam sanctitatis, donec veniat super nos spiritus de alto, & effundat deus aquas mundas super nos, & mundemur, amen: sic fiat in diebus nostris. Hac Hucille. Vtinam iste Rabbi saperet & scripturas intelligeret.*

Nota de rabbi Moyse.

ADDITIO II.

In eo. cap. xix. vbi dicitur in postilla: Alii designandum quod cineres debebant seruari per totum annum.

Cineres vaccæ non solùm seruabantur per totum annũ, sed per plures annos. Traduntenim Hebræi, quòd sex vaccæ fuerunt tantùm immolatæ per totam durationem vtriusque templi. Quarum prima fuit facta in deserto tempore Mosi, de qua hic habetur, cuius cineres duraverunt per totum templum primum. Secunda fuit facta tempore Esdræ sacerdotis in principio templi secundi: alius autem duas Simeon iustus immolauit in diuersis temporibus, qui fuit summus sacerdos: & duxit per octoginta annos in officio: alie autem dua per Iohannem summũ sacerdotem patrem Mathatiæ, à quo descenderunt Machabæi &c.

Sex vaccæ immolatæ.

E

CAP. XX.

a *Venerunt q̃, filij, &c.* ISIDORVS. Tricesima tertia mansio est in deserto Sin: hęc est Cades. Sin autem interpretatur sancta per antiphrasin: sicut dicitur lucus cum minime luceat, vel bellũ cũ sit horridũ. In hac mãsione Maria moritur & sepelitur, quæ significat pphetiam mortuã, sicut Moyses & Aaron legis & sacerdotij finem, qui non valent ad terram promissionis peruenire, nec populũ de solitudine huius mundi educere, quò exploratores sunt reuersi. Porrò aquæ ex petra

Sin solitudo.

† vel congregationem Moritur Maria.

CAP. XX.

VENERVNTQVE filij Israël & omnis multitudo in desertũ Sin mẽse primo, & mansit populus in Cades: Mortuáq; est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. Cumq; indigeret aqua populus, coierunt aduersum Moysen & Aaron, & versi in seditionem, dixerunt: Vtinam periissemus inter fratres nostros corá domino. Cur eduxistis † ecclesiá domini in solitudinem, vt & nos & iumenta nostra moriamur? Quare nos fecistis ascendere de Ægypto: & eduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec mala granata: insuper & aquam non habet ad bibendum?

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

educere, quod tacit⁹ Iesus Iesus, id est, saluator Dei filius.

✠ PROCOPIVS. Indefinitè ait mense primo, nec apposuit postquàm egressi fuerũt ex terra Ægypti, cũ supra dixerit, quod secundus instabat annus. Hic verò primũ dicit mensem ex quadraginta annis istis quos dominus eos in deserto fore est minatus. In eum reuertuntur iterum in desertũ Zin. Vnde eos mouisse tradit & longis actos errorib⁹ aduenisse in Cades, quò exploratores sunt reuersi. Porrò aquæ ex petra

☞ emana

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XX.

Diuisio.

Venérunt q; filij, &c. *Hic cõsequenter ponitur impedimentum proueniens ex aquis contradictionis, vbi primò ponitur retardatiuum itineris ex aqua deficiente. secundò additum impedimentum ex hoste insurgente: ibi:* Misit interea.

Circa primũ præmittitur Maria obitus secundò aquæ defectus, ibi: Cũq; indigeret aqua. *Circa obitũ Mariæ præmittitur locus cũ dicitur:*

Sin. 2 In desertum Sin. *Iste locus est alius abillo qui vocatur* סין *Sin. Exod. xvj. vnde & ille scribitur per literam samech: iste autem per sade sic* צין *Tsin. Describitur etiam tempus cum dicitur:*

3 Mense. *s. quadragesimi anni ab exitu filiorum Israël de Ægypto, postquã fuerant vagi per desertum, secundum sententiam domini vt dictum est supra xiij. cap.*

4 Et manſit. *Dicunt aliqui, q̃ iste est locus de quo missi fuerãt exploratores, vt habetur supra xiij. cap. ita q̃ populus fuit bis in isto loco. semel anno secundo egressionis de Ægypto, quia quando recesserunt de monte Sinai, venerunt illuc, & tunc inde missi sunt exploratores, qui redeuntes fecerunt desperare populum de consecutione terræ promissionis, vt dictum est xiij. cap. & tunc dominus fecit eos reuerti per desertum, & postea quadragesimo anno ab exitu de Ægypto redierunt ad eundem locum. Alij autem dicunt q̃ iste est alius locus ab illo. vnde & ad differentiam eorum locus, vnde exploratores missi sunt vocatur Cadesbarne, vt habetur Deute. j. & Iosue xiiij. Iste autem vocatur Cades absolute sine additione.*

Cades.

5 Mortuaq; est ibi. *Dicit Rabbi Sa. q̃ mors Mariæ continenter adscribitur post capitulum de purgatione per aquas lustrationis. quia sicut fit expiatio per dictam aspersionem Aaron sic modo per iustorum mortem secundum quod dicitur Psalm. cxv. a.* Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

Diuisio.

6 Cumq; indi. *Hic describitur aquæ defectus, vbi propter hoc describitur primo populi murmuratio, secundò defectus reuelatio ibi:* Ingressusque. *Circa primum dicitur: Cumq; indigeret aqua populus. Dicit Rabbi Sal. q̃ hoc fuit dictum post mortem Mariæ ad insinuandum, q̃ dum viuebat per eius merita populus in deserto existens, per magnum tempus ante non habuit defectum aquæ.*

7 Et versi in seditionem. *id est rebellionem & contentionem contra Moysen & Aaron.*

8 Dixerũt: Vtinam periissemus inter fratres nostros. *Hoc est cum illis qui perierunt tempore Core, quia mors illorum fuit brevis, ista autem prolixa, & per consequens grauior.*

9 Quare nos fecistis ascendere de Ægypto. *Vbi viuebamus in abũdantia:* & adduxistis in locum istum pessimum. *Cuius causam subdunt dicentes:*

10 Qui seri non potest. *Et sic patitur defectum fructuum, quos profert terra per humanum laborem, & etiam eorum quos sponte gignit. Ideo subditur:*

11 Qui nec, &c. *Ista tamen querela erat irrationabilis, quia manna sufficiebat pro omni cibo hominibus bonis, vt dictum est supra xj. cap.*

12 Insuper. *Ista plus habebat de ratione, quia sine aqua non potest*

☞ homo

MORALITER.

✠ a *Venerũt q̃, filij, &c.* In hoc ca. agitur de aquis cõtradictionis, vbi Moyses & Aarõ peccauerũt, dubitãdo de verbi diuini impletione, ꝓpter malitiã populi, secundũ docto. Latinos, secundũ Hebræos autẽ peccauerunt trãsgrediẽdo verbũ domini, qui nõ dixerat eis pcutite petrã, sed loquimini ad petrã & illa dabit aquas, ñ cut plenius dixi locũ istũ literaliter exponẽdo. Per hoc igitur, q̃ isti qui erant sanctissimi peccauerunt, debet incuti timor aliis quantũcunque sanctis, ne cadant in peccatum: secundum illud j. Cor. x. c. *Qui se existimat stare, videat nẽ cadat.*

T

NICOLAVS DE LYRA.

Tangens cadauer hominis.

1 Qui tetigerit cadauer. *Ita quod non poterat ingredi atrium tabernaculi, cuius ratio est: tum propter reuerentiam illius loci, quia ex cadauere mortui exeunt humores corrupti, quibus tangentes cadauer fiebant inepti ad accedendum ad sacratum quia idolatræ & sortilegi circa mortuos faciebant superstitiosa, & ideo immundi ex tactu cadaueris prohibebantur ab ingressu atrij, donec essem mundati aqua lustrationis per modum qui subditur, cum dicitur:* Aspergetur ex hac aqua, *& patet:*

2 Omnis qui tetigerit. *Hic exprimitur pœna intrantis tabernaculum vel atrium si non est purificatus à tali immunditia, cuius pœna est mors. vnde subditur:* Peribit ex Israël.

3 Ista est lex. *Hic agitur de purificatione predicta immũditia pronse extendit non solum ad homines, sed etiam ad res alias, cum dicitur:*

4 Omnes qui ingrediuntur, &c. *scilicet hominis mortui, &c.*

5 Vas quod. *Ex hoc habetur, quod si in tẽtorio mortui esset vas, quod haberet operculum, non contrahebat immunditiam, quia immunditia talis non contrahebatur in superficie exteriori, sed interius, vbi repanebantur illa quibus homines vtebantur.*

6 Siue. *quia idololatræ & sortilegi in superstitionibus suis vtebantur ossibus mortuorum. & circa sepulchra talia exercebant, & etiam quia talia habent in se immunditiam corporalem.*

7 Tollent de cineribus combustio atque. &c. *Sic autem nominatur, quia sicut prædictum est, illa vacca immolabatur in expiationem peccati idolatriæ vitulę.*

8 In quibus cum homo mundus tinxerit hyssopum. *Quæ est herba odorifera, ad denotandum quod per talem aspersionem amouebatur fœtor vel immunditia contracta.*

9 Atque hoc modo. *id est, asperget immundum ex tactu mortui & modis prædictis.*

10 Tertio. *Ad tollendam enim talem immunditiam requirebatur talis ritus: aliter incurrebatur pœna mortis, vel secundum alios pœna excommunicationis. vnde subditur:*

11 Si quis hoc ritu. *antequam ingredi.atur atrium domini.* Peribit anima illius. *&c.*

12 Ipse quoque qui aspergit. *Licet esset mundus, vt prædictum est, tamen ex tactu rei sacræ debebat se reputare indigere aliqua purgatione, eò quòd debebat se reputare indignum tali tactu, vt suprà dictum est de colligente cineres. Ista tamen purgatio non fiebat per aspersionem aquæ lustrationis, quia si aspergeret seipsum, contraheret maculam sicut & aspergens aliũs, & si aspergeretur ab alio, eadem ratione & ille aspergens ipsum, indigeret aspergi per alium, & sic in infinitum, propter quod ista purgatio fiebat per lotionem vestium suarum.*

☞ 1 Quic

Universidad de Deusto
Biblioteca

emanationem, alij quidē eandē de qua in Exodo, esse tradūt, alij
A verò aliam, siquidē tempora variant. Nihilominus tamē priores
hanc repetitionem esse dicerent. Qui verò aliam esse asserunt, id
ipsum sic astruunt, quod siquidē populus retrò pedem per desertum tulerit, siti ob desperationem de promissione bonorum laboraverit.

a *Percutiens virga.*

Quæst. 35. AVGVSTINVS.
Quia de petra aqua educta est, Apostolus
1.Cor.10.a. exposuit dicens: *Et omnes eandē potum spiritalem biberunt. Bibebāt enim de spiritali consequente eos petra, petra autē erat Christus.* Signi
Mystice. ficata ergo de Christo profluēs gratia spiritalis, qua interior irrigatur sitis. Sed q̄ virga petra percutitur, crux Christi figuratur: ligno enim accedente ad petrā gratia
† De cele. missa.c. in quadam. manauit, & q̄ bis percutitur euidentius si-
B gnificat crucem. Duo enim ligna sunt crux.

Ex cathena græca. ✠ CYRILLVS.
† De pœ. di. 2.c. si enim. Percutiens virga bis. At in Ægypto semel tantū eadem virga vel æra vel aquas diuerberans ostētabat, nūc quia insultanti populo succumbens, de fide aliquatenus deturbatur, parum abfuit quin dominus negaret aquas. De petra tamē ad alterū vix ictum emanarunt, ne apud eam plebem improbā simul & rudem minus potens argueretur.

Moyses offē dit dominū. b *Quia non credidistis.* ISIDORVS. Hic Moyses dominū offendit, & prohibetur Iordanem transire: turbatus enim murmure populi, dubitanter petrā virga percussit, quasi non posset Deus
Exod.17.b. aquā de petra educere, quod fecerat antè. Hic Moses Iudaicum populum sub lege positum significat. Nam sicut Moyses petram
1.Cor.1.b. virga percutiens de Dei virtute dubitauit: ita ille populus sub lege per Moysen data positus Christum ligno crucis affixit: & eum Dei virtutē esse non credidit. Sed sicut percussa petra manauit aqua sitiētibus, sic plaga dominicæ passionis effecta est vitā credentibus. Hanc ergo carnalem de Christi diuinitate dubitationē
C in ipsius Christi altitudine Deus mori iubet, cum mortem carnis
D Moysi in monte præcipit fieri. Sicut enim petra Christus, ita & mons Christus, petra humilis fortitudo, mōs eminens magnitudo. Prudentia enim carnis viuit, cùm tanquam petra percussa
1.Cor.1.d. *Christus enim crucifixus Iudæis scandalum,* Rom.8.a. 1.Cor.1.c. *gētibus autem stultitia.* Christi humilitas in cruce contemnitur.

Ingressusq; Moyses & Aaron dimissa multitudine tabernaculum fœderis, corruerūt proni in terrā, clamauerúntq; ad dominum atq; dixerunt: Domine Deus audi clamorē populi huius & aperi eis thesaurum tuum fontē aquæ viuæ, vt lactiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusq; est dominus ad Moysen dicens: Tolle virgam, & cōgrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petrā coram eis, & illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquā de petra, bibet omnis multitudo & iumēta eius. Tulit igitur Moyses virgā quæ erat in cōspectu domini, sicut præceperat ei, cōgregata multitudine ante petrā, dixitq; eis: Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis a-

a ¶ Iudæus sub lege Moysi positus.

quā poterimus eijcere? † Cúmq; eleuasset Moyses manum

a ¶ Ligno crucis affigens. ¶ Propter duo ligna eiusdem crucis. b ¶ Christum. ¶ Spiritalis gratiæ.

a percutiens virgā bis silicē, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. Dixitq; dominus ad Moy
b sen & Aaron: † Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis
me coram filijs Israël, non introducetis hos populos in ter-
c ram quam dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israël contra dominum, & sanctificatus est in

Christus petra humilis fortitudo, mōs eminens magnitudo. Prudentia carnis viuit, cùm tanquam petra percussa Christi humilitas in cruce contemnitur. Prudentia carnis moritur, cum tanquam mōtis eminētia Christus excelsus agnoscitur. Ipsis enim vocatis Iudæis & Græcis, Christus Dei virtus & Dei sapientia est.

✠ THEODORETVS. Quare dominus succensuit Moysi & Aaron, quādo aquam eduxit è petra? Ipsis de morte sororis dolentibus, instabant filij Israël murmurantes ob aquæ penuriā. Quapropter molestē ferentes eorum petulantiam, ambiguis vti sunt verbis, dum educerent aquā. Sic enim ait legislator: Audite me increduli. Num ex hac petra potero vobis aquā educere? propterea dñs contra eos sententiā, ptulit, dicēs: Quia non credidistis mihi, &c. Hoc ipsum canit Dauid, *Et vexatus est Moyses propter illos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit in labijs suis.* Scie
Psalm. 77. dum est tamen Deum aliud procurantem hanc tulisse sententiā.

✠ HIERONYMVS. Superfluū est de Moyse & Aaron scribere, q̄ ad aquam contradictoriā offenderint Deum, & terrā promissionis non intrauerint.
Lib.2. aduersus Iouinianum.

✠ AVGVSTINVS. Arguitur Moyses voce diuina, quod eius fides ad aquam ejiciendam aliquantulum titubauerit. Quod ei cum peccato Petri potest esse cōmune, qui in mediis fluctib⁹ simili fidei defectu dubitauit. Vetū absit vt credamus hinc eum esse alienatum à societate sanctorum qui cum S. Elia meruit clarificato in monte domino assistere.
Lib.16. contra Faustum cap.16.

c *Hæc est aqua cōtradictionis, vbi iurgati filij, &c.* AVGVSTINVS. F

☞ Quod

☞ Quod de aqua illa dictū est quæ de petra profluxit, hæc est aqua
A cōtradictionis, qa maledixerunt filij Israël ante dominū, & sanctificatus est in ipsis. Prius maledixerunt, quando locuti sunt cōtra beneficium domini, quo eduxerant de Ægypto, & postea sanctificatus est in ipsis, cum in miraculo eius sanctitas declarata est. An fortè duo genera hominum de monstrauit contradicentium gratiæ Christi, & percipientium, vt illis sit aqua cōtradictionis, istis sanctificatiōis. De ipso enim dicitur: *In signum cui contradicetur, &c.*

Quæst. 36. in Numeros. Aqua contradictionis.

Luc.2.c.

Ex cathena græca. ✠ GREGORIVS NYSSEN. Septima hæc est exacerbatio
B apud aquam quæ vocatur cōtradictionis, propterea quod populus insurgens contra Mosen, seditionē concitauit. Nam altera in Horeb vocata est aqua tētationis, de qua dictum est in Exodo. Hic verò dominus ira scitur Moysi, q̄ cùm iuberetur accepta virga populum in concionem vocare, corāque petram alloqui, ille perculsus animo, nihil de Deo, vti solitus erat, magnificè pfatus, paucis & quidē subobscuris vsus est.

† transibis

C a *Hæc mandat, &c.*

✠ PROCOPIVS. Edom id est, Idumæi ex Esau, qui Edom quoque nominabatur, propagati sunt. Adhibita est autem familiæ cognationisq; compellatio ad maiorem persuasionis efficaciam. Commiserationem item captat, mala antehac exantlata verbis obiiciendo, innuitque diuinū erga se studium ac virtutem. Cæterum Israël dēflexit ab eo, & genus est reuersus, licet ab eo nullam reuerentiam c*secutus. Dei enim voluntas est, genus non abnegare, etsi iniuriam faciat.

Eis. Misit interea nuntios Moyses de Cades ad regē Edom, 1
a qui dicerēt: Hæc mandat frater tuus Israël: Nosti omnē la- 2
borem, qui apprehendit nos, quomodo descēderint patres 3
nostri in Ægyptum, & habitauerimus ibi multo tēpore, afflixerintq; nos Ægyptij & patres nostros, & quomodo cla- 4
mauerimus ad dominum, & exaudierit nos, miseritq; angelum qui eduxerit nos de Ægypto. *Ecce in vrbe Cades, quę 5
est in extremis finibus tuis, positi obsecramus vt nobis trāsire liceat per terrā tuam. Non ibimus per agros nec per vi- 6
a ¶ Gratis scilicet, sed pretium dabimus, quod declarat in sequentibus.
neas, nec bibēmus aquas de puteis tuis: sed gradiemur via† 7
publica, nec ad dextram nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. Cui respondit Edom: Non 7
transibis per me, alioquin armatus occurrā tibi. Dixerúntq; 8
filij Israël: Per tritam gradiemur viā, & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra dabimus † quod iustum est. † Nulla erit in pretio difficultas, tantùm † velociter transeamus. At ille respondit: Non † transibitis. Statímq; egressus est obuius cum infinita multitudine & manu forti, nec voluit acquiescere deprecanti, vt concederet transitū per fines suos. Quamobrem diuertit ab eo Israël. Cúmq; castra mouissent 8
b de Cades, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ 9
Edom, vbi locutus est dominus ad Moysen dicens: † Pergat 10
Aaron ad populos suos. Non enim intrabit terrā quam dedi 11
disum ascensus.*

Lucæ 2.c. Literaliter. * Et

b *In montem Hor.* RABANVS. Tricesimaquarta mansio est in mōte Hor in extremis finibus Edom, in quem ascēdit Aaron iuxta præceptum domini, & mortuus est anno quadragesimo egressionis Israël de Ægypto, ex quo s*nouus populꝰ terrā promissionis intraturus erat. Et quanquam in monte sacerdotium Eleazaro filio relique
† regis, † pretiū earit, & lex eos qui eam impleuerint ad summum perducat, ipsa rum † vel nihil detrimenti erit tamen sublimitas nō † pedibus est trans Iordanem, nostris trāsibimus: sed in extremis terre- Hebr. norū operum finib⁹: *Et plangit eum populus xxx. diebus.* Aaron plangitur: Iesus verò nō plangitur. In lege † Congregabitur descensus ad inferos, in euangelio ad para-

Iosue 24. g.

F

☞ a *Tolle*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *homo conuenienter viuere.*

1 Ingressusq;. *Hic ponitur defectus reuelatio quantum ad defectum aquæ, qui non poterat tolerari competenter vbi præmittitur Moysi & Aaron oratio, quæ debet esse solitaria, & hoc notatur cùm dicitur:*

2 Dimissa multitudine. *humilis & supplicatoria. Ideo subditur:*

3 Corruerunt proni. *Debet etiam esse deuota. ideo subditur:*

4 Clamauerúntq;. *ex magno affectu & feruore. Debet etiam esse rationabilis & discreta. ideo subditur:*

5 Et aperi eis. *Ista enim petitio erat discreta & rationabilis: quia de hoc quod erat necessarium. Consequenter ponitur domini exauditio cum subditur:*

6 Et apparuit gloria domini. *id est nubes in qua dominus solitus erat loqui cum Moyse quasi paratus petitionem eorum exaudire: vnde subditur:*

7 Tollo virgam, &c. *Ista fuit virga Aaron: quia de ipsa subditur:*

8 Tulit igitur Moyses virgam quæ erat in conspectu domini. *De virga autem Aaron dicitur cap. xvij.* Refer virgam Aaron in tabernacum testimonij.

9 Audite rebelles & increduli. *Hoc dixit Moyses: quia frequenter consimilia acciderant in populo.*

10 Num de petra hac aquam vobis poterimus eijcere. *Istud verbum Moysi poterat dupliciter intelligi, affirmatiuè & negatiuè, quia si pronlit vt dicunt expositores catholici communiter: quia licet non dubitaret de potentia dei, quin posset illud, dubitauit tamen de effectu, ne impediretur propter malitiam populi. & ideo dubitando de effectu dixit:* Num de petra, &c. *vt si effectus fuisset secutus, sic intelligeretur, non obstante incredulitate vestra poterimus eijcere aquam de petra virtute diuina: si autem nō sequeretur, sic intelligeretur:* Num de petra, &c. *q.d. non poterimus propter malitiam vestram.*

11 Percutiens virga bis silicem. *quia primo ictu non exiuerūt aquæ propter dubitationem Moysi. secundo tamen ictu exiuerunt propter implectionem diuini promissi. Consequenter ponitur dubietatis punitio, cùm dicitur:*

12 Quia non, &c. *tu & Aaron, vt sanctificaretis me. i. sanctitatem meam in impletione promissi mei absq; dubio credendo, & fidem vestram absq; dubio coram populo pronuntiando: imò contrarium fecistis. ideo:*

13 Non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. *sed morientur ante ingressum, & licet multum desiderarent ingredi, quia tamen fouerunt quòd verbum Dei erat diffinitiuum: ideo verbum domini humiliter acceptauerunt: & tunc non orauerunt pro eius retractione: postea tamen Moyses orauit dominum pro ingressu terræ: sed nō fuit exauditus, vt habetur Deut. xj. Sequitur:*

14 Et sanctificatus est in eis. *Per hoc enim quòd filij Israël viderūt, quòd vindicta Dei non parcebat Moysi & Aaron, qui erant sancti & amici sui fuerunt territi & magis obedientes ne incurrerent offensam Dei. Hebræi autē dicunt, quòd Moyses & Aaron peccauerunt eo quòd non fecerunt sicut præceperat Deus: quia dixerat:* Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas, *vt patet in textu, ita quòd ex solo verbo absq; percussione dedisset aquas, quod fuisset nouum signum diuinæ potentiæ. Non enim legitur quòd adhuc factū fuisset simile, & ideo subditur postea:* Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israël. *q. d. si coram filijs Israël dixissetis: Ecce lapis iste qui non audit nec videt & tamen obedit verbo Dei, emittendo aquas absq; vlla percussione, multò fortius vos qui estis rationales, verbis domini debetis obedire absq; vlla flagellatione: in hoc sanctitatem meam professi fuissetis verbo & facto: quod quia non fecistis proua vobis impo fuerat, ideo non introducetis hos populos, &c.*

✠ 1 Misit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Misit interea. *Hic additur impedimentum ex hoste insurgente, & hoc tripliciter. primò Idumæorum. secundò Amorrhæorū, ca. xxj. & tertiò Moabitarum ca. xxij. Circa primum primò ponitur impedimentum ratione regis Edom insurgentis. secundò subditur impedimentum ratione pontificis morientis. ibi:* Cumq; castra mouissent. *Circa primum adhuc primò ponitur populi deprecatio ad regem Edom, & vt inclinaretur ad exaudiendum petitionem primò allegatur propinquitas generis cùm dicitur:*

2 Hæc mandat. *Idumæi enim & Israëlitæ erant de duobus fratribus s. Esau & Iacob. Secundò assistionem laboris, cùm dicitur:*

3 Nosti. *Afflictis enim est compatiendum. Tertiò ordinatio diuinæ voluntatis, cui non est resistendum, & hoc notatur cùm dicitur:*

4 Et quomodo cla. *Quartò retardatio sui itineris, cùm dicitur:*

5 Ecce in vrbe, &c. *q.d. nisi possimus transire per terram tuam ab itinere, quod accepimus de mandato Dei erimus grauiter impediti. Consequenter remouent illa propter quæ petitio eorum posset denegari, cùm dicitur:*

6 Non ibimus. *i. nullum damnum terræ tuæ inferemus, sed pacificè transibimus. Consequenter describitur huius petitionis denegatio, cùm dicitur:*

7 Non tran. *Et patet litera seq. Notandum tamen q̄ huius contrarium videtur habere Deut. ij. vbi Moyses dixit: Misit ergo nuntios ad Schon regem, &c. & subditur:* Nobis cōcedas transitum sicut fecerunt filij Esau. *Ad hoc respondent expositores nostri communiter dicentes, quòd licet rex Edom non concesserit filijs Israël transitum per medium terræ suæ sicut petebant, tamen concessit eis transitum per extremitates regni sui. Rab. Salo. dicit quòd illud quod est allegatum de Deute. non refertur ad transitum, sed ad cibum concessum pro pretio. duo enim petebat Moyses à Schon rege dicens:* Alimenta pretio vende, *& postea subdit:* Nobis concedas transitum, *quòd patet Deut. ij. & quod subditur:* Sicut fecerunt filij Esau. *hoc refertur tamen ad primum, quia vt dicit, licet filij Esau denegassent Israëlitis trāsire per terram suam: tamen portabant eis cibaria venalia, vbi transibant filij Israël extra extremitates regni Edom magis propter lucrum suum quam propter sustentationem filiorum Israël.*

8 Quamobrem diuer. *a medio regni, non tamen ab extremitatibus secundum primam expositionem prædictā, vel totaliter à regno eius secundum aliam.*

9 Cumque castra. *Hic interponitur impedimentum ratione mortis Aaron, cùm dicitur:*

10 Pergat Aaron ad populos suos. *id est ad limbum patrum.*

11 Non enim intrabit in ter. *Videtur quòd hæc non fuerit causa quare mortuus est Aaron ante ingressum terræ promissionis: quia ante factum de aquis cōtradictionis dixerat dominus, quòd Caleb & Iosue tantum intrarent terram, vt dictum est. xxiij. c. Ad hoc enim dicitur communiter quòd illa sententia tantum fuit semp murmuratores, de quibus non fuerunt Moyses & Aaron. Potest etiam aliter respōderi ex textu, quia ibidem dicitur: In solitudine hac iacebunt cadauera vestra, omnes qui numerati estis à viginti annis & suprà, in qua numeratione non continentur Leuita, vt ibidem dictum fuit, de quibus fuerunt Moses & Aaron.*

✠ 1 Tolle

MORALITER.

✠ 1 *Misit interea nuntios, &c.* Per Edom, qui interpretatur terrenus, intelliguntur mali Christiani, in bonis terrenis tantum modo confidentes, & isti frequenter nituntur impedire bonos Christianos qui sunt fratres eorum in fide à profectu in via morum, ne ipsi perueniant & alios inducant in terram viuentium, & hoc aliquando faciunt prælati malo consilio informati: & aliqui curati peruersi qui bonos homines & literatos impediunt à prædicationibus & confessionibus audiendis in hoc similes regi Edom, qui filios Israël impediuit in progressu ad terram promissionis.

10 *Pergat, inquit Aaron &c.* Hic agitur de morte Aaron, & Eleazari substitutione, cùm dicitur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Tolle Aaron &c.& duces eos in montẽ Hor. Cumq; nudaueris, &c.

✠PROCOPIVS. In monte moriuntur Moses & Aaron, ac in figura seu animas in altum subduci indicant. Est verò differentia in hoc, quòd alter longinquius, alter propius terræ sanctæ moritur. Moses enim fuit virtuti vicinus magis, quam

4 rebelles fuentis Eleazar.

filijs Israël, eò q; incredulus fuerit ori meo ad aquas contra
a dictionis. Tolle Aaron &* filiũ eius cum eo, & duces eos in
montem Hor. Cúmq; nudaueris † patrẽ veste sua, indues ea
Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur & morietur ibi.
Fecit Moyses vt præceperat dominus: & ascenderunt in mõ
tem Hor coram omni multitudine. † Cumq; Aaron spoliaſ-
set vestibus suis, & induit eis Eleazarum filiũ eius: Illo mor-
b tuo in montis supercilio, descendit* cum Eleazaro. Omnis
autem multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo
triginta diebus per cunctas familias suas.

mium virtutis in lege est constituta. Primo igitur satis defungitur ea quæ plus reprehensionis habuerat, eo quod contra Mosen quiddam ausa fuerat. Magis enim tacere ac moderatè agere fœminam quàm virum decet. Porrò inferior Aaron Mose fuit, quare secundò meritò moritur.

b Omnis autem multitudo. BEDA. Aaron plangitur, Iesus non plangitur, quia in lege descensus ad infernum, in Euangelio ad paradisum transmigratio. Fleuit populus triginta diebus, quia ante legem & sub lege & sub gratia synagoga non recipit spiritale gaudium, sed super occidentem literam mœsta incumbit.

1 † Aaron
2 3
E
† Deut.10.b.
4 5
* Moyses
6 7 8
F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tolle Aaron. *non violẽter, sed persuasiue, vt prõptè obediat diuinæ voluntati de suo transitu & filij successione. Isti enim duo debebãt eum consolari de morte s. quia deus volebat & quia filius eius ei in honore succedebat.*

2 Cumque nudaueris patrem veste sua. *i. tunica pontificali.*

3 Indues ea Eleazarum filium eius. *vt antequam moriatur, videat filium suum sui honoris successorem. Dicit enim Augustin. quod hoc factum fuit, vt pontifex nouus præberet officium sepulturæ defuncti. Sed hoc non videtur conuenire ei quod dicitur Leuit. xxj. b. quod summus sacerdos nõ debet aliquem sepelire. Et ideo dicit Rab. Sa. quod Moyses fecit illud officium, dicens quod cùm ascendissent in mõtem viderunt ibi speluncam à deo paratam, & in ea lectum stratum, & antè lectum lampadem ardentem, & reuelatum fuit Moysi quod erat locus sepulturæ Aaron, & tunc ad dictum Moysi ipse Aaron posuit se in lecto illo, & extendit manus & pedes, & clausit os & oculos, & sic deus accepit eius spiritum in pace, propter quod Moyses hoc videns desideranit talem modum mortis, & fuit sibi concessus à domino, secundum quod dicitur Deute. xxxij. g. Iungeris populis tuis, sicut*

Augustin. *mortuus est Aaron frater tuus. Potest tamen teneri dictum Augustini, quod Eleazar sepeliuit patrem suum, & quod hoc fuit specialiter illi concessum propter excellentiam Aaron. Nec valet obiectio Rab. Sa. quia sicut Leuit. xxj. prohibetur summus sacerdos aliquem sepelire, ita etiam sepultura præsentialiter adesse, & tamen oportet concedere quod*

Augustin de sepultura Aaron.

Eleazar præsens fuit in morte patris sui, tam ex textu quàm ex verbis omnium expositorum Hebræorum & catholicorum.

4 Fecit Moyses vt præceperat dominus. *persuadendo ipsi Aaron modo prædicto.*

5 Et ascenderunt &c. *Dicit Ra. Sa. quod multitudo non ascendit, sed tantùm Moses, Aaron, & Eleazar tamen omnis multitudo vidit quando ascenderunt.*

6 Omnis autem &c. *Per hoc enim vidit, quia viderunt quod nõ redibat cum aliis duobus, ideo dicitur hic:*

7 Videns occubuisse. *de præterito.*

8 Fleuit super &c. *Tum quia diligebat eum, tum quia propter reuerentiam pontificalis officij. Ex hoc autem cœpit ecclesia consuetudinem faciendi memoriam defunctorum die tricesima sepulturæ. Quod autem hic dicitur Aaron esse mortuum & sepultum in monte Hor,* Die tricesima memoria defuncto rum. *videtur contradicere ei quod habetur Deut. x. b. vbi dicitur: Mortuus & sepultus est in Mosera. Ad hoc dicunt aliqui, & Mosera & Hor vnus mons est diuersimodè nominatus. Ra. Sa. dicit contrariũ: probans per illud quod habetur infrà. xxxiij. cap. vbi dicitur quòd inter Moseroth qui est idẽ locus qui & Mosera, vt dicit Israelitis: Nomina enim propria Hebraica frequenter variantur à parte finis, licet idem significens: sicut in Latino idem significant Colinus & Coletus, & inter mõtem Gor sunt sex mãsiones. Dicit igitur quòd Aaron secundum veritatẽ fuit mortuus & sepultus in Mosera, vt dicitur Deute. x. sed postea filij Israël venientes ad montem Hor fleuerunt Aaron ac si tamen esset ibi præsens, & ex hoc dicitur ibi mortuus & sepultus.*

CAP.

MORALITER.

✠ 2 *Cumque nudaueris patrem veste sua &c.* Per hoc autẽ, quod Aaron nudatus vestibus sanctis statim mortuus fuit corporaliter, significatum fuit, quòd in nouo testamento pontifices & curati & etiam clerici seculares vel religiosi statim quòd nudantur vestibus virtutum mortui sunt spiritualiter, licet adhuc corporaliter viuant: Apoc. iij. a. *Nomen habes quòd viuas: & mortuus es.* Per hoc autem, quod Aaron spoliato, Eleazar indutus fuit, significatur quod aliquibus à gratia cadentibus alij subrogantur, Apoc. iij. c. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

MORAL.

ADDITIO.

In cap. xx. vbi dicitur in postil. Audite rebelles & increduli. *Optimo Hebraorum quã hic recitat postil. est solitus Ra. Sa. Aliquem expositores Hebraorum variè se habent. Cæteris tamen dimissis Ra. Moy. Ægyptius dicit:* Audite rebelles & increduli. *In quibus verbis manifestauit se iram magnam habere contra populum. In quo dicit: q. Moses erraut dupliciter. Primò quia in tanto homine sicut Mose, à quo omnes debebat addiscere modum vsũ diui vitium iræ erat valde vituperabile, pʃertim in publico. Secundò quia ex hoc dabat occasionem, vt populus crederet Deũ fuisse iratum in hoc loco contra eos, quod tamen, vt dicit, non fuit sic, cum ipsi pertinssent illud quod erat sibi necessarium, s. aquam in quo non peccabant, sicut nec in petendo panem supra, Exod. xvj. Et ideo in hoc loco vt dicit, non fit mentio q. Deus iratus fuerit contra eum. In hoc autem q. Moses nõ fuit locutus petræ, sicut dixerat eis:* Loquimini ad petrã, *sed bis percussit eam, dicit q. non peccauit Moses. Nam in hoc quod dictum fuit sibi:* Tolle virgam & cõgrega populum, *intelligitur q. tolleret virgam ad percutiendum: quia in aliis locis quando accipiebatur virga à Mose in faciendis prodigijs seu signis, hoc erat per extensionem virgæ cum manu vel percussionem & huiusmodi.*

In quo fuit peccatum Moſis.

Circa quod attendendum q. hæc sententia Ra. [illegible]y. videtur veritatem obtinere in hoc quòd euacuat motiuum Ra. Sa. dicentis quod in percussione per virgam fuit peccatum Mosis. Sed motiuum principale Rab. Mo. non videtur valere. Moses enim licet perfectus fuisset, legitur tamen quandoq; fuisse iratus sicut supra Leui. x. fuit iratus contra Eleazar & Ithamar, etiam sine causa rationabili, vt ibidem habetur. & infrà xxxj. cap. legitur: Iratúsq, Moyses principibus exercitus, &c. *quod fuit satis in publico: non tamen ex hoc fuit punitus nec reprehensus. verba enim domini dicentis:* Quia nõ credidistis mihi, manifestè ostendunt, *quod peccatũ illud ad incredulitatẽ pertinet: non autẽ ad iram. vnde videtur tenendũ cum expositoribus nostris, s. quòd peccatum Moysi pertinuit ad dubietatẽ seu incredulitatem, prout in postilla declaratur. Si autẽ contrà hoc dicatur quare hic dubitauerunt ne impe-* Quæstio. *diretur diuinũ miraculũ propter malitiã populi magis quã in aliys locis? Dicẽdũ, quòd in hoc loco maximè videtur populi peccasse, tum q. a eligebãt magis fuisse punitos p. acerbissimã mortẽ corporalẽ & perire à facie Dei, sicut legitur de Core & socijs eius supra, Num. xvj. quam esse in hac vita sub diuino regimine, quod patet ex hoc quòd dixerunt:* Vtinam perissemus inter fratres nostros, &c. *q. d. eligibilius fuisset nobis perire inter fratres, qui nõ solũ mortui sunt, sed perierunt coram domino, à facie domini quã in hac vita esse. Tum q. a contẽpserunt hoc, scilicet liberationis de Ægypto, quod pertinet ad maximã ingratitudinẽ, cum dicunt:* Quare nos fecistis alcẽdere de Ægypto. *Tum quia nõ fundabãt principaliter querimoniã suã in defectu aquæ, sed potius in defectu aliarum rerum quæ nõ erant sic necessaria vitæ, vnde dicunt conquerẽdo de illo deserto:* Nec sicum gignit nec vineas nec malogranata.

nata, vnde videntes Moyses & Aaron tantam insaniã, dimissa multitudine ingressi sunt tabernaculum fœderis, & corruerunt proni non adorandum pro eis, quia non credebant hoc esse rationabile. hoc enim quod sequitur in translatione nostra: Domine deus audi clamorem populi huius, & aperi ei thesaurum tuum aquæ viuæ, vt satiati cessiet murmuratio eorũ: *non est in Hebraeo, sed statim cum dicitur:* Corruerunt proni in terram. *Sequitur:* Et apparuit gloria domini super eos. *Vnde in hoc loco misericordia diuina excedit vota ipsius Moysi, qui non credebat eos esse dignos exaudiri. Ex qua quidem tam seditiosa & peruersa populi murmuratione Moses timuit seu dubitauit ne impediretur diuinum beneficium, & ex hoc quodammodo turbatus prorupit in illa verba quæ dubitationem sonant. Num de petra hac vobis aquam poterimus eyicere? Cuius sententia veritas patet per Psal.*

Psalm.105.c. *dicentem:* Et irritauerunt eum *scilicet populus. Et* vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerant spiritum eius. *s. ipsius Moysi. Et distinxit in labijs suis scilicet ex illa exacerbatione vexatus prorupit in talia verba labijs suis quæ erant distinguenda quia dubitando de totum illud peccatũ fuit primo & principaliter in populo, & Moyses erravit ex quadam infirmitate distinguens in labijs suis modo præ dicto. quod proprie consonat sententiæ doctorum nostrorum, & deuiat à sententijs Rab. Sa. & Ra. Moy. Considerandum etiam quòd pœna quæ fuit imposita ipsi Moysi & Aaron valde leuis fuit scilicet quod nõ transirent Iordanem. Ipsi enim tam erant in fine dierum suorum, vt infrà Deute. xxxj. a. Moyses dicebat: Non possum vltrà ingredi & egredi, quæ quidem pœna magis redundabat in damnum populi, qui talibus pastoribus carebat. vnde infrà Deut. xij. d. Cum Moyses deprecaretur Deum, vt reuocaret istam sententiam legitur:* Iratúsque est dominꝰ mihi propter vos, & nõ exaudiuit me. *Ex quo patet quòd principale peccatum fuit in populo.*

D

CAP. XXI.

a *Vod cum audisset.* Audiuit Chananæus q. venisset Israël in locum exploratorum, vbi quondã ascendit populus, iniuit prælium, & captiuũ duxit Israël. Rursumq; in eodẽ loco pugnatur, ex voto victor vinci tur, victi superant. In

B quo intelligitur, vt cũ nos Dei auxilio desti tutos inuaserint hostes & captiuauerint, non desperemus. Potest enim fieri, vt vincamus, vbi victi sumus.

✠PROCOPIVS. Cur populus ille qui profectione cõtra Deũ nititur, & prælia tur, & prælio vincit? Quo niam vexatio (vt vulgo) dat intellectũ, & afflictiones ad Deum conuertunt, quemadmodum hoc quod vota Deo nuncupãt, patet, quodq; voti fiunt compotes, quod factum eò quod impios solum vincere vellent, lucrumq; non captarent. Porrò vocabulũ Hærem, donarium hoc seu anathema perpetuæ memoriæ consecrat. Est item signum iustitiæ diuinæ atque potentiæ & pietatis eorum qui fecerunt votum.

a Anathema. AVGVSTINVS. Alia litera. *Et anathematizauit eum & ciuitates eius, & vocatum est nomen loci illius Anathema, vt nihil inde vltor in vsus suos auferret, sed totum in pœnam voueret.* Est enim anathematizare q. vulgo dicitur deuotare. Græcè enim ἀνάθεμα ſῶ anathema tizo, idẽ est quod deuoueo, detestor. Quæſt. 40. in Numeros. Anathema quid ſit.

CAP. XXI.

a VOD cùm audisset Chananæus rex Arad 1
qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet 2
Israël per exploratorum viam, pugnauit cõ
tra illum, & victor existens duxit ex eo præ 3
dam. At Israël voto se domino obligãs, ait: 4
Si tradideris populum istum in manu mea,
delebo vrbes eius. Exaudiuitq; dominus preces Israël & tra- 5
didit Chananæum, quem ille interfecit subuersis vrbibus
b eius, & vocauit nomen loci illius Horma, id est anathema. 6
c Profecti sunt autem de monte Hor per viam quæ ducit ad 7
mare rubrum, vt circumirent terram Edom. Et tædere cœ- 8
pit populum itineris ac laboris, locutusq; contra dominum, 9

b Anathema. AVGVSTINVS. Alia litera. *Et anathematizauit eum & ciuitates eius, & vocatum est nomen loci illius Anathema, vt nihil inde vltor in vsus suos auferret, sed totum in pœnam voueret.* Est enim anathematizare q. vulgo dicitur deuotare. Græcè enim ἀνάθεμα ſῶ anathema tizo, idẽ est quod deuoueo, detestor. Quæſt. 40. in Numeros. Anathema quid ſit.

c Profecti sunt, &c. HIERONYMVS. Tricesimaquinta mãsio est in Salmona. Tricesimasexta mansio est in Phinon. Hæ duæ in ordine historiæ non inueniuntur. In his mortuo Aaron, murmurat Israël contra dominum & Moysen. Manna fastidit, à serpentibus vulneratur. Pulchrè autẽ Salmona interpretatur imaguncula, quia ibi expressa est imago Christi per serpentem æneum, qui in ligno pependit. Phinon verò interpretatur os, quia cùm passionem Christi cognoscimus, quod corde credimus, ore pronuntiamus. *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Rom.10.b.

E Ad Fabiolã de 42. mansionib.

☞ a *Quamobrem* F

NICOLAVS DE LYRA CAP. XXI.

Chananæi. 1 VOD cum audisset. *Hic ponitur impedimentũ proueniens ex inuasione Chananæorũ. Sciendum tamen quòd Chananæi vno modo accipiuntur generaliter p omnibus illis qui descenderunt de Chanaan, & hoc modo accipiuntur hic, quia Aradij, Amorrhæi & Chananæi descenderunt de Chanaan, vt habetur Gen. x. Alio modo dicuntur Chananæi specialiter illi qui descenderunt de Chanaan: & cum hoc habitabant in terra promissionis: de quibus non agitur hic, sed postea: q. a filij Israël non erant intermino, sed adhuc in via in qua filij Israël fuerunt impediti, primò ab Aradys, secundò ab Amorrhæis, ibi:* Misit autẽ Israel.

Diuiſio. *Circa primum ponitur impedimentum ex inuasione Aradij, secundò ex murmuratione populi, ibi:* Profecti sunt autẽ. *Circa primũ dicitur:* Quod cum audisset Chananæus rex Arad: *quia (sicut dictum est) descenderat de Chanaan per Aradium, ideo dicitur Chananæus & rex Arad.*

2 Venisse scilicet Israël p exploratorũ viam. *Dicunt aliq. quòd isti sunt exploratores, quos misit Moyses, vt dictum est supra xiij. a. quòd exercitus Israël incedebat per eandem viã per quam illi exploratores perrexerant. Sed hoc non videtur verum, quia exercitus multum declinauerat à via recta, vt circumiret terrã Edom. Non est autẽ verisimile, quòd exploratores tanta quærerent diuerticula, maximè q. a copleuerunt iter suum in breui tẽpore, vt dictum fuit supra xiij. cap. Et ideo dicunt aliqui, quòd exploratores hic dicuntur illis qui præcedebant exercitum Israël ad prouidendum locum castrorum, vt dictum fuit supra x. cap.*

3 Duxit ex eo prædam. *s. ex Israël. Quæ autem fuerit ista preda,* Præda qualis ſit. *non exprimitur in litera, sed dicit Rab. Sa. quòd fuit tantum vna ancilla ab eis capta, sed hoc non bene consonat textui: videlicet quòd pro tam modica re diceretur: Victor existens. Item q. a subditur:*

4 At Israël voto domino se obligans. *Non est autem verisimile, quòd pro perditione tam modicæ rei fieret talis solennitas voti.*

5 Delebo vrbes eius. *in memoriam diuini auxilij.*

6 Et vocauit nomen loci illius Horma, id est anathema. *Istud* Horma. *est additum à translatore pro expositione huius nominis Horma. Hebraice dicitur* חרמה *hormah, id est, excisio destructio. vnde supra dictum est:* Delebo, &c. *Sciendum tamen quòd destructio alicuius ciuitatis propriè dicitur Horma, quãdo occisis habitatoribus, spolia ciuitatis separantur à cõmunibus vsibus, & applicatur diuino cultui. & propter hoc spolia ciuitatis Hiericho vocãtur Horma, siue Anathema, vt habetur Iosue vij. quia occisi fuerunt habitatores, & quicquid fuit auri & argenti & æris & ferri, fuit domino consecratum.*

7 Profecti sunt autem. *Hic subditur impedimentum ex murmuratione populi cùm dicitur:*

8 Et tædere cœpit populum itineris ac la. *propter deuiationẽ magnam à recta via ratione prædicta.*

9 Locutusq; cõ. do. & Moy. *Litera sequens solum loquitur de Moyse, tamen hic ponitur Deus cum eo, quia secundum dictum saluatoris: Qui vos spernit, me spernit.*

✠ 1 Cor

MORALITER.

✠ 1 *Quod cum, &c.* Arad interpretatur descendens: ideo p Arad intelligitur diabolus rex inferni, qui videns fideles p filios Israël significatos ad terrã viuentium anhelare, nititur eos impedire, & aliquando debellat eos & deprædatur, sicut rex Arad victor existens duxit ex Israël præ lam, sed quoniam varius est euentus belli, non debent fideles ex hoc desperare, sed cum Dei adiutorio fortius

fortius vires resumere, quod notatur cùm dicitur:

4 *At Israël voto, &c.* Est enim votũ promissio Deo facta de meliori bono, & sic triumphant de diabolo.

8 *Et tædere, &c.* Isti figurant acidiosos generaliter ex operis boni labore fractos, & specialiter pauperes religiosos ex defectu victus & vestitus iniuste murmurantes contra suos superiores emẽdare non potentes: maximè cùm in religionis ingressu ordinis grauia diligenter eis fuerint explicata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Quamobrem misit.* ✠ PROCOPIVS. Non amplius ad terrā A sanctam contendunt, propter diffidentiā cuius nomine sunt cōdemnati, verūm à tergo Idumæam regionem pererrant. Dilabuntur enim res omnes, quæ citra Deum instituuntur, quemadmodum vita quoq; ipsa propter diffidentiam resoluitur.

b *Fac serpentē.* ISIDORVS. Mortui serpentū exaltatio & inspectio æneo serpente sanabatur. Quia Christus antiquū serpentē in patibulo triūphauit, & venena eius exclusit, vt quia verè expressēq; imaginē filij Dei & passionē eius conspexerit, sanetur. Iohan.3.b. vnde: *Sicut exaltauit Moyses serpentē in deserto &c.* Æneus serpēs in ligno suspendi tur, quia æs cæteris metallis est durabili⁹, & Christus per humanitatē in serpēte mortuus, viuit per diuinitatem quasi æneus. B

Quæst.39. ✠ THEODORETVS. Quare Deus instituit vt per serpentē æneum sanarentur serpentum morsus? Istud salutarē Christi passionem præfigurat. Nam per serpentem natum est peccatum, vnde maledictionem accepit à Deo. Erat itaq; serpens figura peccati & maledictionis. Postquam igitur Christus in similitudine carnis peccati apparuit (inquit Apostolus) per serpentē æneū passio Christi præsignatur. Quemadmodū enim serpens æneus erat imago serpētum, non tamen illorū venenum gerebat: ita filius vnigenitus corpus habebat humanū, sed peccatorū macula carebat. Et sicut à serpentibus morsi serpentem intuentes sanabantur, ita qui vulnerati sunt à peccato passioni Christi credentes mortem superant & vitam æternam consequuntur.

In lib. radicum. ✠ R. DAVID CIMHI. Dicunt sapientes medicinæ quod homo quem momordit serpens, si aspiciat æs, illicò moriatur. Ideoque dixisse Deum ad Moysen: *Fac tibi serpentem æneum, &c. Qui percussus aspexerit eum, viuet.* Contrario scilicet modo naturæ huius seculi, quo maius apparere faceret miraculum. Quod idem & de massa ficus quo Ezechias curatus fuit, constat. Similiter & de ligno quod dominus Mosi ostendit, quod ex sc amarum erat. C

Lib. de præscrip. aduers. hæreticos. ✠ TERTVLLIANVS. Ophitæ hæretici serpentem magnificant in tantum vt illum etiam Christo præferant. Ipse enim (inquiunt) scientiæ nobis boni & mali originem dedit. Huius animaduer

animaduertens potentiam & maiestatem Moyses, inquiunt, æ- D reum posuit serpentem, & quicunque ipsi aspexerunt, sanitatem consecuti sunt.

✠ IDEM. Rursus Moses post interdictam omnis rei similitudinem, cur æreum serpentem ligno impositū, pendentis habitu in spectaculū Israēli salutare proposuit eo tempore quo à serpentibus exterminati sunt: nisi quod & hic dominicæ crucis vim intentabat, qua serpēs diabolus publicabatur, & læso cuiq; à spiritalibus colubris, intuenti tamen & credēti in eam, sanitas mor suum peccatorū, & salus exinde prædicabatur? Lib. aduersus Iudæos. lib. 3. aduersus Marcionē. & lib. de idololatria. † angustijs afficitur † 1. Corinth. 10. b. Iudic 8. c. † ignirum † super vexillum vel perticam

c *Profectiq; filij Israēl castrametati, &c.* Tricesima septima māsio est in Oboth, quæ vertitur in magos vel phythones. Quia post imaginē Dei quæ in cordis ratione monstratur, & confessione fidei, quæ ore profertur, consurgunt serpentes & maleficæ artes. Nos autem omni custodia seruantes cor nostrum, obturemus aures, ne audiamus voces incantantium, & carmina syrenarum. 10 11 E

d *Vnde egressi.* HIERONYMVS. In Ieabarim. Aceruus s. lapidum transeuntium. Hi sunt sancti, qui per hoc seculum ad alias mansiones transire festinant. Sunt enim sancti lapides, qui voluūtur sup terram leues & politi & rotunditate sua rotarum currib⁹ similes. Sunt alij de via tollendi: ne ambulantium pedes offendant. vnde Esaias: *Erigite lapides de capite plateārum.* Vbi supra. Prouer 3.d. Esa.33.c. Tropolo. Esa.62.d.

Quod autem dicitur in finibus Moab, & suprà scriptū est, in solitudine Moab, quæ respicit Moab cōtra solis ortum, ostendit iuxta literam q; hucusq; fuerint in finibus Idumæorū, & nunc veniant ad terminum Moab, de alia s. prouincia ad aliā. Non em semp vni virtuti studendū est, sed de virtute in virtutē eundum, & de alia ad aliam transeundum. Hærent enim sibi, & ita connexæ sunt, vt qui vna caruerit, omnibus careat. Hoc autem eorum propriè est qui solis iustitiæ ortum considerant. Virtutum connexio.

c *Venerunt ad torrentem Zareth, &c.* RABANVS. Tricesimano Mala.4.a. na mansio fuit in Dibongad, sicut in serie mansionum scriptum est, quod interpretatur fortitor intellecta tētatio. Sed pro hac in ordine historiæ dicitur, quia de Ieabarim venerunt ad torrentē Zareth. Deinde castrametati sunt trans Arnon, quæ est in solitu- Literaliter. F

dine ☞

dine finium Amorræi, in terminis Moabitarū & Amorrhæorū. A Et postea venerunt ad puteū, vbi cecinerunt carmen hoc: Ascende putee, quē foderūt principes, &c. Et de solitudine in Matha na, deindo ad torrentes Dei: & pòst ad excelsa, & de excelsis ad vallē quæ est in regione Moab. Hæc loca in finibus Amorrhæorum quidā interpretā tes putant nō mansiones esse, sed transitus nec præiudicare debere catalogo māsionū extraordinariā expositionē. Alij spirituali bus spiritualia cōparā tes, nolunt regiones significari: sed per nomina locorum profectus virtutum, & post magos & cōgregationes lapidū sæpe veniamus ad torrentem Zareth, quod interpretatur aliena descensio: & in descensione positi transeamus ad Arnon. i. maledictionē, quæ est posita in finib⁹ Amorrhæorū, qui amari hostes sunt, vel multa loquuntur. Si autem trāseamus terminos Moab (qui de incestu natus est, & à vero patre recessit) occurrit nobis puteus quem non plebeius, non ignobilis fodit, sed principes & duces, qui canētes prophetant, quò transituri sint de deserto. i. Mathana. i. donū, inde ad Nahaliel. i. torrētes Dei, deinde ad Bamoth, quod interpretatur excelsa, vel adueniens mors, quādo conformes efficimur mortis Christi. Postea occurrit nobis vallis humilitatis, quæ tamē in vertice mōtis Phasga posita est, qui interpretatur dolatus s. nihil habens informe vel rude, qui respicit solitudinē, quæ Hebraicè dicitur Sin, quia in virtutū culmine positi totius mūdi ruinas & omniū peccatorū respicimus vastitatē. Dibongad interpretatur fortiter intellecta tentatio. Post Dibongad pugnatur contra Sehon regē Amorrhæorū, & Og regē Basan. Cum autem venerimus ad summū & biberimus de fonte principū: ascendentes montē Phasga, ne superbiamus, sed propositam nobis solitudinem timeamus. B

Gen.19.g. Gen.12.b. Phil.3.c. Quæst.42.

a *In libro bellorum.* AVGVSTINVS. Non dixit in quo libro scriptū sit, vel cuius, pphetæ vel patriarchæ. Neq; negandū est, fuisse iam libros siue Chaldæorū, vnde egressus est Abrahā, siue Ægyptiorum vbi didicerat Moyses omnē illorum sapiētiam, vel cuiuslibet alterius gentis, in quorū librorum aliquo potuit hoc esse scriptū. Qui tamē non ideo sit assumendus in eas scripturas, quibus diuina cōmendatur autoritas. Licuit enim diuinæ autoritati vnde voluit verū testimoniū sumere, sed non ideo omnia quæ ibi scripta sunt, accipiēda confirmat. Cur autē hoc loco istud cōmemoratum sit non euidēter apparet: nisi fortè vt fines illic inter duas gentes constituerētur, bello actum est, q; eiusdē loci homines propter magnitudinem bellum domini esse dixerunt, vt scriberetur in aliquo eorum libro bellum domini. Liber.2.in Numeros.cap. 21.

✠ RVPERTVS. Nulla concludit ratio materiales fuisse libros bellorū domini, ante hanc eius qui hæc loquitur Mosis scripturā. Sed nec vlla alia nouimus bella domini, nisi illa, quib⁹ aduersum omnem impietatem per fideles homines prædicat sermo domini. Ergo quod dicitur, prophetia est, quam in libro cœlesti Moyses iste vidit eisdem oculis, quibus videri meruit aut potuit cuncta cœlestia, quorum secundum exemplar quod in monte monstratum est illi, dixit hæc & fecit. Dicitur ergo in libro bellorum Domini, notum & celebre est in fide Euangelicæ veritatis, vbi vera & fortia leguntur bella domini. C

b *Sic faciet in torrentibus.* ✠ RVPERTVS. Torrentes Arnon D fluuij sunt eloquentium hæreticorum, scandentium superbiæ cutrum, rotantium verba peccati contra Christū, & eius catholicum populum. Istis igitur de libris bellorū domini, de omni libro catholicæ veritatis, vel diuinæ autoritatis prædicatur, quia secundum similitudinē Pharaonis & exercituū eius subuertentur, & in profundum inferni precipitabuntur. Ibidem cap. 13.

¶ Maledictionem.

Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi. Siquidem Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos: Vnde † dicitur in † libro bellorum domini: † Sicut [1] fecit in mari rubro, † sic faciet in torrentibus Arnon. † Sco- [2] puli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, [3] & recumberent in finibus Moabitarum. Ex eo loco † appa- [4] [5]

1.Cor.10.d. † dicetur † cōmemoratione, aut eū bella domini cōmemorabuntur † & Mysticè.

c *Ex eo loco, &c.* ORIGENES. Quid est q; magnopere præcipit dominus Moysi populum cōgregare, vt det eis aquas de puteo bi bere? quasi non spōte ad bibēdum conueniret populus? Ait spiritus p Salomonē in prouerbijs: *Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorum tuorum fonte, & ne superēffundātur tibi quæ extra tuam fontem.* Quāuis in alijs exēplaribus legerimus: Et effundantur tibi aquæ extra tuum puteum. Habet ergo quisq; in semetipso puteū, imò puteos multos & vasa aquæ multa. vnde ait: *De vasis tuis, & de fonte puteorum tuorum.* Habuit Abraham puteos & Isaac. In Euangelio super puteum sedebat saluator requiescēs post laborem, & dicēs: Quia si quis biberit ex aquis, quas puteus continet terrenus, sitiat rursus. Qui autē biberit ex illis, quas dat Iesus, fiat in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Alibi autē dicitur: *Qui credit in eum flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Qui ergo credit in eum, non puteum, sed puteos non solùm fontes sed & flumina habebit in se: non quæ mortalē solent conferre vitam, sed quæ conferant æternam. Secundum hæc ergo quæ in prouerbijs legimus: vbi putei cum fonte nominantur accipiendum est verbum Dei: puteus verò, si profundum mysterium tegit fons autem si ad populos effluit. Quærendum est autem quomodo pluraliter puteos, & singulariter fontem in prouerbijs dicit Sapientia: *Bibe aquas de fonte puteorū tuorum.* Videamus ergo quorum puteorum vnum dixit fontem. Ego puto q; sciētia ingeniti patris vnus possit intelligi puteus, & alius agnitio vnigeniti filij: alius enim à patre filius, nec idem qui & pater. vnde: Alius est qui testimonium de me dicit pater. Tertius est puteus cognitio spiritussancti. Alius enim est à patre & filio spiritus. vnde: *Mittet vobis pater alium paracletum spiritum veritatis.* Est ergo hęc triū personarum distinctio in patre & in filio & spiritusancto, quæ ad pluralem puteorum numerum reuocatur, quorum vnus est fons, quia vna est substantia & natura trinitatis. Hom.11.in Numeros. Quæstio de puteo. † quod fecit siue oppressio quā fecit † & quid effusiones vel aqua cū impetu currēs † in Beer. i. puteus hic autē puteus est Prouer. 5. c. Gen.14.b. Gen.26. Iohan.4.b. Iohan.7.E Prouer.5.c. Iohan. 8. Iohan.14.b. Prouer.5.c.

ORIGENES. Possunt & illi putei videri de quorū sapiētia dicit, *qui repletus est scientia Dei, ipse enim mihi dedit eorū quæ sunt scientiā veram, vt scirē scientiā mundanā & elementorum virtutem, & initium & finē & medietatē temporum, & vicissitudinū permutationes & cōmutationes temporum, anni circulos & astrorum positiones, naturas animalium & iras bestiarum, &c.* Vides quanti sunt putei in rerum scientia. Puteus est sciontia virgultorū, & forte cuiusq; virgulti natura habet proprium puteum. Item est puteus animaliū sciētia, & forte queq; species animaliū proprium habet puteū, & hæc singula (quoniā profundā habent scientiā) merito putei esse dicūtur. Et dum absc̄ditum fuit mysteriū Christi à seculis & generationib⁹, rectè horū sciētia putei dicūtur. Cum autē credentibus manifestauit Deus p spiritū, efficiūtur hæc omnia fontes & Hom.11. Tropolo. Sapien.7.c. Col.1.d. F

flumina,

✠ 1 Cur eduxisti nos de Ægypt. &c. *Timebāt enim, ne sicut quādo patres eorum declinauerunt à recta via post deliberationem quam conceperant ex verbis exploratorum accidit mors & pestilentia in populo, vt supra dictum est xiij. cap. ita accideret in hac deuiatione.*

2 Deest panis. *Quia manna non sapiebat eis. vnde subditur:*

3 Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. *quasi dicant: Non præbet nobis fulcimentum virtutis. Quare autem manna diuersimode sapiebat bonis & malis, dictum supra xj. cap.*

4 Quamobrem. *id est, quia murmurabant de beneficio diuino de quo deberent gratias agere.*

5 Misit domi. *Dicunt aliqui q; dicuntur ignitis, eò quòd volantes per aërem emittebāt scintillas ardentes. Alij autem eò quòd per morsus eorum calefiebat caro, ac si ignireturSequitur:*

6 Fac ser. *In Hebræo, æneum, non habetur in hoc loco, sed postea habetur: Fecit ergo Moyses serpentem æneum.*

7 Et pone, &c. *In Hebræo habetur:* In pertica: *& in idem redit: sic enim positus fuit, vt posset à longe & à pluribus videri. vnde Iohan.xij.* Quemadmodum exaltauit Moyses serpentem in deserto, &c.

Serpens Moysi. 8 Qui percussus aspexerit eum viuet. *s. sanabitur. Dicit Rab. Sa. quòd in serpente non erat virtus sanandi, sed aspicientes serpentē, recognoscebant cognoscebant assistionem illam sibi à Deo iuste illatam, petentes ab eo misericordiam, & ipse sanabat eos. Ratio autem mystica est, quia serpens ille figurabat Christum passurū in cruce, vt habetur Iohan xij. per cuius intuitum & fide & deuotione sanamur à morsibus satanæ.*

9 Profectique. *remoto impedimento. Hic consequenter ponitur itineris continuatio.*

10 Fixere tētoria in Iehabarim. *In Hebræo habetur* בעיי העברים Abarim. *in bijeabarim. s. in solitudinibus Abarim. Abarim enim est nomen montis, in quo Moyses moriturus ascendit, vt habetur Deute. xxxij. Circa quem sunt solitudines.*

11 In solitudine quæ respicit Moab. *s. in illa parte solitudinis circa montem prædictum existentis, quæ respicit terram filiorum Moab. Dicit autē Ra. Sa. hic q; petierunt filij Israēl transitū per terram Moab, sed non fuit eis cōcessus, & ideo iuerunt in circuitu, & non intrauerunt in terra Moab: & hoc etiam habetur Iud. xj. c. vbi dicitur:* Et circuiit Israēl ex latere terrā Edom & terrā Moab. *Quòd autē dicitur Deute. ij. f. Concedas nobis transitum, sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ, qui morantur in Ar: quòd videtur contradicere dicto eius. Respondet quòd li, sicut fecerunt, refertur ad eibum, cōcessum eis pro precio a Moabitis, non ad transitum per eorum terram, sicut dictum fuit de filijs Esau capitulo præcedenti.*

✠ 1 Vnde

Liber bellorum domini. ✠ 1 Vnde dicitur. *Hic consequenter ponitur diuum beneficij oblatio, & primò in transitu per iuculos. vnde dicitur in libro bellorum domini. s. beneficium istud ibidem scribitur. Dicunt autem aliqui, quòd iste liber non est translatus, sicut nec plures alij. vnde ij. Regum dicitur: In libro iustorum, qui non habetur apud nos. Alij autem dicunt, quòd intelligitur de libro Numeri, vbi hoc scribitur: quia libri Hebræorum in quibus continentur bella Iudæorū, communiter appellantur libri bellorum domini, quia virtute eius vincebant. Hebræi autē dicunt, q; hic est textus: In narratione bellorum domini, quia dictio Hebraica hic posita est æquiuoca ad librum & ad narrationem: & est sensus secundum Hebræos, quando narrabuntur bella quæ fecerunt filij Israel Dei adiutorio protecti, narrabitur etiam istud quod subditur:*

2 Sicut fecit in mari rubro. *Pugnans pro Hebræis Ægyptios demergendo & Hebræos saluando, vt habetur Exod. c. xiij.*

3 Sic

3 Sic faciet in torrētib⁹ Arnon. *s. pugnabit ibi p eis. vnde subditur:*

4 Scopuli torrētium inclinati sunt. *Dicunt enim Hebræi, quòd in loco vbi debebant transire filij Israel, erant scopuli magni prominentes super aquam, in quibus erant cauernositates, & in eis aduersarij Hebræorum posuerant homines armatos latentes, vt inde cum lapidibus & sagittis interficerent filios Israēl desubtus transeuntes, sed dominus fecit illos scopulos inclinari super aliam partem aquæ, & sic illi qui latebant ibi fuerunt mortui ex illa inclinatione, & filij Israel habuerunt liberum transitum super scopulos inclinatos, & postea illi scopuli diuina virtute reuersi sunt ad locum suum.*

5 Ex eo loco. ap. pu. *Non sic est intelligendum, q; ille puteus fuerit in loco, vbi inclinati sunt scopuli, sed ex illo loco transierunt vltrà, & posuerunt castra, & ibi datus fuit iste puteus, vt populus biberet & iumenta. vnde in Hebræo habetur: Ex hoc loco ad puteum. s. venerunt ad locum vbi datus est puteus.*

✠ 1 Tunc

✠ 4 *Quamobrē misit dominus.* Per quos significantur dæmones, quos dominus permittit tales murmuratores inuadere, & ignem concupiscentiæ fortius in eis ascendere, propter quòd debent pœnitentiam agere, recognoscere culpam, & veniam implorare. Et tunc per aspectum serpentis æneī sanantur, id est per aspectū Christi passi fide vera. Sicut enim serpens æneus similis fuit animali venenoso, tamen nihil habuit de venenositate Christus habuit carnem similem peccatrici nihil tamen habuit de veneno peccati: ideo dicitur Iohan. iij. *Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo sta exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

✠ 5 Ex eo

✠ 5 *Ex eo loco apparuit puteus super quo locutus.* Per quē significatur sacra scriptura, vbi hauritur salutaris sapientia de quo dicitur Iohan. iiij. b. *Puteus altus est*, nam intellectus sacræ scripturę profunditatis est magnæ. Ideo subditur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ flumina, vt iam non habeatur in occulto horum scientia: sed ri-
A get credentes & latier. Ideo credo saluator dicebat: *Qui*
Iohan.7.f. *credit in eum,* & aquã doctrinæ eius biberit, nõ iam puteus nec fons,
sed fient in eo flumina aquæ viuæ. Sicut enim vnus puteus.i. sermo
Dei efficitur puteꝰ & fontes & flumina, ita & anima hominis q̃
est ad imaginem Dei
potest in se habere &
producere puteos &
fontes & flumina.
Sed puteꝰ qui sunt in
anima nostra indiget
fodiente, vt mundeꝰ
† foderunt liberales populi cum legislatore tur, & quod terrenũ est auferatur, vt venæ illæ rationabiliũ sensuum quas eis inseruit Deus, pura & syncera fluẽta producant. Dum enim terra tegit, non potest puꝛe latꝛcis vnda profluere. Ideo scriptũ est: *Quia*
Gene.21.d. *pueri Abraham fodiebant puteos, sed operiebant eos terra Philistei.*
Gene.26.d. Isaac quoq; qui hæreditatem patris sui ceperat, patris puteos fodit, & terram remouit quam iniecerant Philistæi.
Moraliter. Notandum autem, quia dum viueret Abraham, non sunt ausi Philistæi replere puteos aut injcere terram, sed eo mortuo inua
Gene.24.c. luerunt & insidiati sunt puteis eius, sed reparãtur per Isaac. Puer
Gene.29.b. quoq; Abrahæ ad puteos inuenit Rebeccã, quæ interpretatur patientia: hæc efficitur vxor Isaac, sed apud puteos. Similiter Iacob cùm ad Mesopotamiã venit habens præceptũ patris, ne alienige-
Exod.2.d. nam duceret vxorem, apud puteos inuenit Rachel, & Moyses Sephoram. Si ergo intellexisti quæ & quales sint sanctorũ vxores, si vis patienꝑam in coniugium sumere, vel sapientiã & alias
Sapien.8.a. animi virtutes, & dicere quod de sapientia dictũ est: *Hanc quæsiui mihi ducere vxorem.* Esto assiduè circa puteos istos, & ibi repe-
B res huiusmodi coniugẽ: quia apud viuentis verbi fluẽta certum est habitare virtutes. Sunt ergo multi putei intra animam, & alij plurimi in singulis scripturarum sermonibus & sensibus. Est tamen hic eminentior quem foderunt, non quicunq; homines, sed principes & horum sublimiores quos appellauit reges. Ideo in hymnis cantur Deo apud hunc puteum: & scriptum est, quoniã hic est puteus, super quo locutus est dominus Moysi: Congrega populum & dabo ei aquam de puteo.

Allegoricè. a *Congrega populum, & dabo.* Lex conuocat te ad puteum, Christum Dei filium, propria quidem substantia subsistentem vno tamen cum patre & spiritu deitatis fonte nominatum. Ad
Iohan.4.b. Rom.10.b. hunc ergo puteum.i. ad Christi fidem conuocat te lex. Inde ipse dicit: quia *Moyses de me scripsit.* Vocat autem vt bibamus aquas, & cantemus ei canticum. *Iocorde credamus ad iustitiam, & ore confiteamur ad salutem.*

Vbi suprà. Apoc.3.c. b *Ascendat puteus.* ORIGENES. Initiate illi puteum.i. initiũ omnium ponite puteum: quia ipse est principium & primogenitus omnis creaturæ.

Vel sic, vt verba dirigantur ex persona Moysi ad populum: Da te initium cordi vestro, vt incipiat intelligere quid sit puteus, de quo spirituales aquæ hauriendæ sunt, & reficiendus est populus credẽtium. Initiate ergo ei.i. Israeli hunc puteum, vel sensum mysticum si quis ex corde videt, Deum de profundis possit haurire. Ad hunc puteum Moyses.i. lex congregat, ad quem videtur aliquis peruenire, sed nisi per Moysen congregetur, non est Deo acceptus. Marcion videtur sibi venisse & Basilides & Valẽtinus: sed quia non venerunt per Moysen, nec acceperunt legẽ & prophetas, non possunt laudare Deum de fontibus Israel. Non ve-
Gene.14.b. tiunt ergo ad puteum tales, quem foderunt principes & excudebant reges. Est autem vallis salsa in qua sunt putei bituminis. Omnis autem hæresis & omne peccatum in valle est, & in valle salsa. Peccatum enim non ascendit sursum, sed semper ad ima & inferiora descendit. Est ergo in valle positus salsus & amarus omnis hæreticus sensus, & omnis peccati actus. Quid enim dulce, quid suaue potest habere peccatum? Si autem veneris ad hæreticam sententiam & amaritudinem peccati, venisti ad puteos bi-
C tuminis, quod est esca & nutrimentum ignis. Si gustaueris aquã de

¶ Lxx. Initiate ei puteum, id est initium omnium confitemini esse puteum.

a ruit puteus super quo locutus est, dominus ad Moysen: Con
1 grega populum, & dabo ei aquam. Tunc cecinit Israël car-
b men istud: Ascẽdat puteus. Concinebant, puteus quẽ fode-
¶ Alij reges. 3
d runt principes & † parauerunt duces multitudinis in datore
4 ¶ Munera ipsorum.
e legis & in baculis suis. Profectiq; sunt de solitudine Matha-

de his puteis, si hæreticum sensum & peccati amaritudinem re- D
ceperis, fomenta ignis & gehennæ incendia in te præparabis. Ta
libus dicitur: *Incedite in lumine ignis vestri, &c. Foderunt illum prin* Esa.50.d.
cipes & excuderunt reges. Principes ergo foderunt, reges excuderunt, quod ab excudendo, non excidendo dictũ est. Excudi enim dicitur, quod in saxo cẽditur vel formatur. Principes ergo tanquam infetiores fodẽrũt, id est, quasi in terræ mollitiem altitudinem quandã demerserunt. Hi verò quos reges appellat, quasi fortiores, non solùm terræ profundum, sed saxi duritiã penetrãt, vt perueniant ad profundiores aquas, & ipsas abyssi venas perscrutentur: scientes iudicia Dei esse abyssum multam. Hi sunt Apostoli, quorum aliquis dicit: *Nobis au-* 1.Cor.2.c.
tem reuelauit Deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur etiam alta Dei. Qui ergo per spiritum sanctum possunt alta scrutari & penetrare profunda mysteria putei, reges esse dicuntur, qui puteum in petra excuderunt, quia dura & difficilia scientiæ penetrarunt secreta. Foderunt ergo puteum istum principes, & excuderunt reges gentium, id est, Apostoli, qui gentes congregauerunt ad obediendum fidei, & omnibus patefecerunt scientiam Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Impleuerunt enim mandatum Dei, *docentes om-* Matth.28.d.
nes gentes, & baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus-
sancti. Et per hoc excuderunt, id est, patefecerunt scientiam E
putei. Hæc quoque quæ in manibus habemus, nobis puteus est, & omnis scriptura legis & prophetarum: Euangelica quoque & Apostolica simul vnus puteus est, quem non possunt fodere vel excudere, nisi reges & principes, qui scilicet possunt auferre terram & amouere superficiem literæ, & de inferiori petra vbi Christus est, spiritales sensus velut aquam viuam proferre. Reges dicuntur, quia peccati regnum expulerunt, & iustitiæ regnum in membris suis posuerunt. Decet enim eum docere cæteros qui prius fecerit quæ docet. vnde: *Qui fecerit & docuerit sic* Matth.5.c.
hominem, magnus vocabitur in regno cælorum. Magnum autem in regno esse, est regem esse.

c *Principes.* Possunt ijdem vocati principes & reges. Vel principes, prophetas intelligamus: ipsi enim sensum & prophetiam de Christo defossam in profunditate literæ collocauerunt. ideo Hiere.23.c.
de illis dicitur: *Nisi occulte audieritis, plorabit anima vestra.* Et Psalm.30.c.
alibi: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscon-*
disti timentibus te! Reges sunt Apostoli, qui perscrutantur alta Dei, & ecclesias regunt, vnde & Christus dicitur rex regum. 1.Tim.6.c.

d *Et parauerunt duces.* ORIGENES. Excuderunt, inquit, reges gentium in regno suo dum dominarentur eis. Non enim possunt fodere puteum istum, nec latentes aquæ viuæ venas aperire, nisi prius domini sint gentium barbararum. Quicquid in eis ferum fuit in actibus, quicquid barbarum in moribus, domuerunt & subiecerunt regio sensui, vt non Gentiliter, sed legitimè agant. Hi verè sunt reges, profunda putei rimantes, & verbi Dei arcana perscrutantes. Vbi suprà.

e *Profectique sunt.* ORIGENES. Profecti à puteo veniunt in Vbi suprà. Deut.10.c.
Marhana, quod interpretatur munera ipsorum. Fidem enim Mich.6.c.
& affectum expetit Deus ab homine. vnde: *Et nunc Israël: Quid* secundum
dominus Deus tuus posci à te, nisi vt timeas Deum, & incedas in Lxx.
vijs eius, & diligas eum &c. Hæc munera oportet à nobis domino dari, postquam agnitionem bonitatis eius de altitudine putei biberimus. Notandum autem quòd propheta dicit: poscit à te, vt erubescant qui negant in arbitrio hominis esse vt saluetur. Quomodo enim posceret ab homine Deus, nisi haberet homo in potestate sua quòd poscenti debeat offerre? Sunt ergo, quæ dantur à Deo & quæ ab homine. In ho- Lucæ 19.b.
C mine fuit, vt de vna mina faceret quinque, ex Deo vt mnam F

☞ haberet

NICOLAVS DE LYRA.

1 ✠ Tunc cecinit Israel. *pro gratiarum actione.*
2 Ascendat puteus. *id est, aqua de puteo.*
3 Quem foderunt principes. *Quia ex diuino iudicio percusserunt cum baculis in loco determinato, & inde exiuit aqua in abundantia.*
4 In datore legis. *id est, Deo qui dedit legem principaliter, & in Moyse qui dedit eam ministerialiter, & ex eius merito data est illa aqua. Cætera patent.*

✠ 1 Misit

MORALITER.

✠ 3 *Quem foderunt principes, & parauerunt duces.* id est, Apostoli alijque doctores ad aperiendum eius intellectum literalem & mysticum cum Dei adiutorio fideliter laborantes.

✠ 1 *Misit*

☞ haberet homo, ex qua posset facere decem minas. Cùm autẽ ob-
A tulit ex se, accepit ex Deo, non iam pecuniam, sed potestatem &
Gene.22.a. regnum decem ciuitatum. Petiit Deus ab Abraham, vt offerret ei filium suum, obtulit intrepidus, imposuit super aram, cultrum eduxit ad iugulandum, sed continuò inhibetur, & aries pro filio
Deut.12.c. datur ad victimã. Vides ergo quia quæ de Deo offerimus nobis manent, sed expetimur, vt affectus noster & fides probetur.
† Suprà.20.b. Qui de hoc puteo bibit, ad hoc proficit vt habeat munera q̃ Deo offerat, de quibus in lege dicitur
Leuiti 2. secũdum aliã literam. *Munera mea, data mea.* Ex his ergo quę Deus dedit, offertur Deo. Dedit autẽ agnitionem sui, & homo offert ei fidem suam
† omni populo suo B & affectum.
* Israele Cum obtulerimus quæ ex nobis sunt, cõsequimur quę ex Deo sunt. Cum enim nostram fidem & affectum obtulerimus, tunc
Rom.11.b. ipse largitur diuersa dona spiritussancti, de quo dicitur: *Omnia autem ex Deo sunt.*

a *In Bamoth.* Bamoth aduentus mortis, qua scilicet commorimur, vt conuiuamus ei, & mortificamus mẽbra nostra super ter-
Roma.6.a. ram. *Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem.* Qui enim ordinem salutaris viæ tenet, debet per hæc singulariter agere, & post multa ad hunc locum venire.
Vbi supra. ORIGENES. Et ex Bamoth, inquit, in nemus, quod est in cãpo Moab, à vertice montis cæsi qui respicit ad desertum. Si hoc itinere incedamus, quòd non tam locorum vocabulis, quàm animæ profectibus constat, post omnia venimus in nemus, vel secũ-
† Rama. dum alios in † Ianam, quod interpretatur ascẽsus vel vertex mõtis. Per hæc ergo venitur ad illud famosum paradisi nemus, & amœnas delitias antiquæ habitationis, vel ad perfectionis & beatitudinis summitatem, vt dicamus quia suscitauit nos cum
Eph.2.a. eo, & sedere fecit in cælestibus cum Christo. Vides quousque peruenitur à puteo, quibus mansionibus, imò profectibus iter animæ paratur ad cælum.
Vbi supra. Allegoricè. b *Misit autem.* IDEM. Mittit Israël legatos ad regẽ Amorrhęorum, regem scilicet superbum, qui ait: Virtute mea faciam, & sapientia intellectus mei auferam fines gentium &c. *Et ascendam*
Esa.14.c. *in cælum, & super sydera cæli ponam thronum meum &c.* Ille quoque superbus & elatus, quasi vnigenitus eius: de quo scriptũ est: *Quia*
2.Thes.2.a. *exaltetur super omne quod dicitur, aut quod colitur Deus &c.* Omnis ergo elatus, filius elati huius est vel discipulus & imitator est. vn-
1.Tim.3.b. de: *Ne forte elatus incidat in iudicium diaboli.* In quo ostenditur, quod omnis elatus sicut diabolus condemnabitur. Nos ergo qui transire volumus per hunc mundum, vt perueniamus ad sanctam terram sanctis promissam, mittimus verbis pacificis ad Sehon, promittentes quia non habitabimus in terra eius, nec morabimur cum eo, sed transibimus tantum incedẽtes via regia, vel via regali nusquã declinantes, nec in agrũ, nec in vineã, nec de lacu eius bibentes. Cùm enim ad aquã baptismi venimus, & primæ fidei signacula susceperimus, diabolo renuntiamus, & pompis eius, & omnibus operibus eius, & omnibus seruitijs eius, & voluptaC tibus eius, quod adũbratur cùm dicitur: *Quia nõ declinabit Israel in agrum,*

¶ Ex Deo.

a na: de Mathana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth. † Ba-
moth vallis est in regione Moab in vertice Phasga, & respi-
¶ Alias Moyses.
b cit contra desertum. † Misit autem Israël nuntios ad Sehon 1
c
a ¶ Id est infidelium scilicet qui Deum in amaritudine docunt.
regem Amorrhæorum, dicens: Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: Non declinabimus in agros & vineas,
a ¶ Disciplinam diabolicam vel pietati contrariam.
d nõ bibemꝰ aquas ex puteis. Via regia gradiemur, donec trãseamus terminos tuos. Qui cõcedere noluit, vt transiret Israël 2
e per fines suos, quin potius † exercitu cõgregato egressus est
f obuiã in desertũ, & venit in Iasa, pugnauitq; cõtra eũ. A quo
¶ Cunctas.
g ✠ percussus est in ore gladij, & possessa est terra eius ab Arnõ
h i vsq; Ieboc, & filios Ammõ, qa forti psidio tenebãtur termini 3

a *Tulit* F

princeps est. secundum quod dicitur: *Quia omnis mundus in ma-* 1 Iohan.5.d.
ligno positus est. id est ipse mundi princeps est. Iohan.14.a.
d *Via regia.* Quæ dicit: *Ego sum via, veritas, & vita.* De quo dici- Psal.71.a.
tur: *Deus iudicium tuum regi da.* Hac incedendum est, & nusquam declinandum, nec in agrum nec in vineam, id est nec ad opera, nec ad sensus diabolicos si volumus pacifice transire per mundum. Sed hoc magis incitat principem mundi, quòd dicimus nos nolle manere cum eo vel morari vel aliquid eius contingere. Inde trasciturꝰ & mouet persecutiones & pericula, & cruciatus intentat. Inde dicit: *Congregauit Sehon populum suum &c.*
e *Exercitu.* principibus scilicet & iudicibus mundi, & omnibus nequitiæ ministris qui semper impugnant populum Dei.
f *In Iasa.* In Iasa, Hebraicè יהצה iahtsah, quod interpretatur mandati implerio. Si enim veniamus ad impletionem mandatorum, superamus superbum & elatum. Mandatum enim complere. est diabolum & exercitum eius superare. Nihil enim nobis potuit nocere, si veniamus in Iasa, id est si præcepta domini nostri Iesu Christi seruemus.
g *In ore gladij. Vinus est sermo Dei efficax, & penetrabilior omni gla-* Heb.4.c.
dio &c. De quo dicit Apostolus: Et gladiũ spiritus quod est ver- Ephe 5.c.
bum Dei. In huius ore cadit Sehon, id est diabolus.
h *Terra eius.* Omnis terrena regio terra Sehon dicitur. Sed Christus & ecclesia eius in omni terra Sehon dominatur.
i *Ab Arnon vsque Ieboc.* ✠ PROCOPIVS. Iaboc quæ Ammonitarum erat, excipit. Erat enim eorum qui è Loth extiterãt. Vbique enim bella intestina attingit. Erat verò ea terminus Amorrhæorum captiuorum. Iaser verò ea est, quæ cum terra Moabitarum esset ab initio, postea Seonis est facta. Cæterum eam leuant Tyrannis ac violentis hominibus Israëlitæ, iisque qui pristinos incolas ademerant. Ea verò est Efebon vrbs Seonis. i. metropolis.
RABANVS. Ieboc ciuitas finisque regni Sehon, sicut Arnon initium. Interpretatur autem Arnon maledicti fines eorum. Ieboc luctamen. Necesse est enim, vt qui vult exire de regno diaboli, luctetur cum eius ministris. Sed si vicerit, iam non erit Ieboc ciuitas Sehon, sed Israëlis. Hinc Iacob cùm venisset ad quendam lo- Gene.32.f.
cum, paratum est ei certamen, & ibi tota nocte luctatus cùm inualuisset, vocatum est nomen eius Israël.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Misit autem Israël nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum dicens: Obsecro vt transiro mihi liceat per terram tuam: Nõ declinabimus &c. *Hic ponitur impedimentum ex inuasione Amor-*
Diuisio. *rhæorum, & primo regis Sehon, secundò regis Og, ibi: Verterunt q̃, &c. Isti enim duo reges fuerunt Amorrhæi, vt habetur Iosue 3. Cæca primum ponitur ipsius Sehon debellatio. Secundò soluitur tacita quæstio, ibi: Vrbs Hesebon fuit. Circa primum dicitur: Misit autem Israël nuntios, vt possent transire pacifice ad terram sibi promissam. Sequitur:*
2 Qui concedere noluit, vt transiret Israël per fines suos, quin potius exercitu &c. *Dicunt enim Hebræi, quod ipse vetuit populos tribuum à Chananeis, qui habitabant terrã promissionis vt impedirent transitum filiorum Israel ad eos: & ideo non solum transitum prohibuit, sed etiam uit eis obuiam ad debellandum eos. Et patet littera vsque ibi:*
3 Quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum. *Dicit Rab. Sa. quod istud forte præsidium erat prohibitio domini, ne filij Israël terram eorum acciperent, sicut habetur Deut. 2.*

✠ 1 Vrbs

MORALITER.

✠ 1 *Misit autem Israël nuntios ad Sehon &c.* Ab isto loco vsque ad finem huius capituli agitur de regibus Sehon & Og nitentibus impedire filios Israël à transitu vsque ad terram sibi promissam: per quos designantur dæmones & homines mali; qui nituntur impedire bonos in progressu virtutis. Sed sicut Sehon & Og à filijs Israel fuerunt debellati, sic dæmones & mali homines cum Dei adiutorio à bonis superantur & sic per iter suum gradiuntur, Psalm. lxxxiij.b. *Ibunt de virtute in virtutem. & videbitur Deus deorum in Sion.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæst. 44 A

☞ a *Tulit ergo.* AVGVST. Hic possedit Israël ciuitates Amorrhęorum, quas bello superauit, quia non eas anathematizauit. Si enim anathematizasset, possidere non posset, nec inde ad vsus suos aliquid prædæ vsurparet. Notandum verò quomodo iusta bella gerebantur: innoxius enim trāsitus negabatur, qui iure humanæ societatis debebatur: Sed iam vt Deus sua promissa polleret, adiuuit hic Israëlitas, quibus Amorrhæorū terrā dari oportebat. Nam Edom cū simili ter eis transitum negarot, non pugnauerunt cum illa gente Israëlitæ, id est filij Iacob cum filiis Esau: quia terrā illā Israëlitis nō promiserat, sed declinauerunt ab eis.

Homil. 13. in Numeros. Rom. 2. d. b *Israël.* ORIGEN. Qui in Christo Israël est, non in carne, nec in manifesto Iudæus habitat in omnibus ciuitatibus Amorrhęorum, cum in toto orbe terrarum Christi ecclesiæ propagantur. Sed & quisque nostrum prius fuit ciuitas regis Sehon, qui interpretatur elatus. Regnabat enim in nobis stultitia, superbia, impietas, & omnia quæ sunt ex parte diaboli. Sed vbi expugnatus est à fortibus & vasa eius direpta, effecti sumus ciuitates Israel & hæreditas sanctorum, si tamen excisa est in nobis penitus potestas quæ prius dominabatur, & arbor infructuosa, & rex elatus:

Matth. 11. d. & simus sub eo qui dicit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* In Hesebon & viculis &c. Sigillatim ciuitates superbi & infructuosi regis enumerat. & præcipuam regni eius vrbem Hesebon nominat, quę interpretatur cogitationes: Meritò ergo maxima pars regni diabolici & potestas eius plurima in cogitationibus regnat, quia de corde prodeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, & huiusmodi, quę coinquinant hominem. Necessariò ergo ista ciuitas igne exuritur, quem saluator venit mittere in terram, & vult vt accendatur.

Allegoricè. 2. Cor. 11. c. ISIDORVS. In tricesima nona mansione geritur bellum contra Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan. Sehon interpretatur tentatio oculorum. Hic est diabolus qui transfigurat se velut in angelum lucis, & per hæreses & schismata verisimilia mentitur, vt incautos sallat: hunc Amorthæi, id est amaricantes habent regem. Nisi enim quædam simulatio veritatis præcedat, non sunt hæreses amaricantes, nec schismata in ecclesia. Hunc regem quisque occidit, cùm damnat simulationem, & diligit veritatem. Og interpretatur conclusio: Basan autem confusio. Id enim diabolus agit, vt concludat viam ad Deum, opponēdo idola ne credatur in Christum. Conclusio præcedit vt rex, sequitur confusio tanquam plebs, quia qui modò concluduntur, ne credant in Christum, cùm Christus apparuerit, confundentur. Ideo mansio hæc, id est Dibongad, interpretatur fortiter intellecta tentatio: quia si superetur simulatio quæ per schisma vel hæresim exacerbat ecclesiam, & confusio quæ per sacrilegium claudit fidei viam, tentatio intelligitur, & intellecta fortiter superatur.

c *Sehon regis.* Sehon, id est loquentis: qui enim sub diabolo agunt, tantum loqui norunt, sed inania loquuntur, vtpote astrologi aliqui & philosophi. Fidelium autem regnum quod à Deo est, non in sermone sed in virtute Dei.

1. Cor. 4. d. d *Moab.* RABANVS. Moab qui interpretatur de patre, vel aqua paterna, de incestu & ebrietate conceptus, quasi absente & nescіente patre, secularem scientiam significat, quæ autorem sui sensum habet. Et quia ex Dei conditione generatur, videtur nasci de patre. Sed quia adulter est, & aduersari populi Dei, de incestu & spelunca & nocte generatur. vnde secundum Esa. *In nocte perit.* id est in errore sempiterno. Arnon quoque vrbs Moabitarum, quæ interpretatur aduersarius, significat quòd hæc sapientia Deo inimica ecclesiastico sermone contra se pugnante, veritatis igne consumitur, à quo & habitatores excelsorum Arnon deuorantur. Arnon enim maledicto vel illuminatio eorum interpretatur. Quia qui confidunt in eloquentia vel sapientia humana, quæ filiis tenebrarum videtur lucida, corruūt & cōsumuntur.

Esa. 15. a.

† ab iis qui prouerbiis vtuntur

e *Idcirco dicitur.* ORIGENES. Alia litera. Propter hoc, inquit, dicent ænigmatistæ: *Venite in Hesebon, vt ædificetur & construatur ciuitas Sehon, quoniam ignis processit de Hesebon, & flamma de ciuitate Sehon, & deuorauit vsque Moab &c.* Sehon erat rex, cuius erat ciuitas Hesebon: Hic est ergo verborum ordo, acsi dicant ænigmatistæ: Venite vt ædificetur & construatur Hesebon, quæ fuit ciuitas regis Sehon. Ænigma dicitur sermo figuratus: Ænigmatistæ qui figuraliter loquuntur. Hi sunt lex & prophetæ. vnde: *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.* Et Esa. *Erunt,* inquit, *verba libri huius, sicut verba libri signati.* Signatus est enim liber, quia figuris perplexus est, & ænigmatibus inuolutus. Venite in Hesebon vt ædificetur: cecidit prima subuersa & incensa, reædificanda est alia. Si videas Gētilem in dedecore vitæ & in religionis errore, dic quod hic sit Hesebon ciuitas in regno regis Sehon. Regnat enim in cogitationibus eius rex infructuosus & elatus. Ad hūc si accedat Israël, id est ecclesiæ filius adhibens iacula verbi Dei, distringens gladium spiritus contra eum, & destruat in eo omnes munitiones Gentilium dogmatum, & omnes argumētationes elatorum igne veritatis exurat, dic quia subuersa est Hesebon ciuitas regis Sehon. Non tamen desertus relinquitur. Cùm enim filij Israël euertērint in hominibus malas cogitationes & impios sensus, bonas cogitationes reædificant & pios sensus, doctrinam veritatis inserunt, religionis ritum, viuendi ordinem, & morum honestatem. Et tunc verè dicunt isti ænigmatistæ adinuicem: Venite, ædificemus Hesebon, quæ fuit ciuitas Sehon. Filij enim ecclesiæ, quia legis ænigmata spiritaliter intelligunt, ænigmatistæ dicuntur. vnde: *Ecce constitui te hodie super gentes & regna, eradicare & subuertere, reædificare & plantare.* Subuertit enim Hesebon, eradicat cogitationes impuras. Reædificat autem & replantat cogitationes castas, vt efficiatur Hesebon, nō Amorrhęorū, sed filiorum Israël.

Aenigmatistæ. Psal. 77. a. Esa. 29. d.

Hiere. 1. b.

✻ PROCOPIVS. *In prouerbio: Venit in &c.* Constat sibi Dei iustitia quæ per successionem familiarū deinceps reddita est, ad terram euertendum quā Amorrhæi lugubri quassatione edita iniustè occuparunt. Adeò vt hominū sermonibus cōbustio priorum incolarum decantaretur. Miserationem enim commouet, væ tibi Moab, periisti &c. Deuastatos enim fuisse Moabitas indicat, dispersosque iuuenes & iuuenculas, quos Deus nunc est vltus.

f *Væ tibi Moab.* RABANVS. Chamos interpretatur cōgregās, vel quasi attrectatio. Dibon abūdanter intelligens tētationē vel fluxus eorum. Nophe sufflans vel spirans. Medaba, de saltu. Væ ergo illis, qui in spiritali Moab confidentes, congregant sibi thesauros secularis sapiētiæ, & erigunt se cōtra potentiā Dei, quorū

Moab. Chamos. Dibon. Nophe. Medaba.

☞ audacia

B C D E F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Vrbs Hesebon. *Hic respondetur tacitæ quæstioni, quia immediatè dictum est, quod Israël habitauit in Hesebon & viculis eius, & tamen fuit in terra Moab: ideo posset aliquis quærere, quomodo Israël accepit terram illam, cùm esset ei prohibitum à domino, ne pugnaret contra eos, & quod nihil de terra eorum daretur eis, vt habetur Deuter. 2. g. a. Ideo ad hoc respondetur hic, quia licet illa terra fuisset intra terminos Moab, aliquando tamen Sehon rex Amorrhæorum eam acquisierat iure belli, & sic Israël eam licitè occupauit: propter quod hic declaratur, quomodo Sehon illam terram acceperat à filiis Moab, cùm dicitur:* Vrbs Hesebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit &c. *Idcirco dicitur in prouerbio, hoc est in cantilena facta & diuulgata de victoria quam habuit Sehon contra filios Moab.*

Quæstio.

2 Venite in Hesebon, ædificetur & construatur ciuitas regis Sehon. *Primò enim eam destruxit pugnando contra filios Moab, & postea eam sibi reædificauit.*

3 Ignis egressus est. *Quia ille Sehon incendit terram in circuitu, pugnando contra filios Moab.*

4 Væ tibi Moab. *quia deuictus es à Sehon.*

5 Peristi populę Chamos. *nomen est idoli Moabitarum.*

6 Dedit filios eius in fugam. *sicut victi solent fugere quando possunt.*

7 Et filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon. *quia mulieres non possunt ita fugere sicut viri, ideo facilius capiuntur.*

✻ 1 Iugum

☞ audacia non præualebit, sed fugiet & tradetur in captiuitatem

A regis spiritualium Amorrhæorum. Iugum enim ipsorum dispersit ab Hesebon vsque Dibon, id est à radice cogitationis vsquo ad profunditatem intellectus desiuet scientia eorum, lassique sustantes vanitates verborum, & spirantes fœtidum odorem putridi sensus, in saltum peruenient, vbi non

† vel reguū sunt arbores fructuosæ sed bestiæ, contra

Psal. 73. d. quas dicitur: *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.*

a *In terra Amorrhæi.*

✻ PROCOPIVS. Quapropter Dauid in psalmis, cum potentiæ & iustitiæ nomine Deū celebrasset, inquit, Instituit in tentoriis ipsorum tribus Israël. Cum enim de extrema ciuitate Iaser dicit, Ceperunt eam & vicos eius, inquit, & eiecerunt Amorrhæum eius loci incolam. Idipsum cū in vna ac altera gente

† vsque quo nō relinquetur ei qui aut fugeret vel superstes esset sub Mose factum sit tantum, de vastatione futura vniuersæ terræ impiorum ac colonia iustorum vaticinatur.

b *Iazer.* id est fortitudinem eorum. Fortissima scilicet hæreticorum dogmata dialectica arte constructa.

c *Et possede.* Ab errore conuertendo, & præcepta domini docendo, vt de eorum correctione & profectu cælestem sibi patriam acquirerent.

d *Og rex Basan.* ORIGENES. Ad Og regem Basan nec legatos mittere dignantur, nec petere ab eo vt transeant per terram eius: sed statim cum eo pugnant, & superant eum & populum eius. Basan interpretatur turpitudo. Meritò ergo nec legati mittuntur ad istam gentem, nec transitus petitur per terram eius. Nullus enim nobis transitus vel accessus debet esse ad turpitudinem, sed ab initio statim expugnāda, & omnino cauenda est. Og autem interpretatur conclusio, quæ figuram tenet omnium carnalium & materialium rerum, quarum desiderio detenta anima excluditur à Deo, cōtra quos ita bellum præcipitur gerendum, vt non relinquatur in eo viuens. Nullum ergo oportet relinqui à filiis Israël in regno turpitudinis & dedecoris viuentem. Decet Israëliticam virtutem resecare turpia, & pia reædificare & honesta. De regno autem Sehon non est scriptum, vt nullus viuus relinquatur, nec de regno Moab. Forte enim ex illis aliquibus indigemus pro vitæ huius exercitiis & agonibus, alioquin debuimus ex hoc mundo exisse. De Basan verò, id est turpitudine nullo penitus indigemus, excutienda sunt omnia opera turpitudinis. in nullo enim potest honestum esse, quod turpe est.

Vbi supra.

† desolauimus eos vsque

† expulit Amorrhæū qui erat ibi † Deut. 3. a. & 29. b.

1. Cor. 5. c.

A B C D E F

CAP.

† Iugum ipsorum disperiit ab Hesebon vsque Dibon, † lassi peruenerunt in Nophe, & vsque Medaba. Habitauit itaque

a Israël in terra Amorrhæi. Misitq; Moyses qui explorarent Iazer. Cuius ceperunt viculos, & † possederunt habitatores. †

b c Verteruntq; se & ascenderunt per viam Basan, & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo pugnaturus in Edrai.

d Dixitq; dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum ac terram eius. Facies; illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, vniuersumque populum eius † vsque ad internecionem, & possederunt terram illius.

✻ Abundanter intelligens tentationem scilicet vel fluxus eorum.

a ¶ Sufflans vel spirans. ¶ De saltu.

¶ Interclusio.

¶ Abundantes vanitates verborum, & spirantes fœtidum odorem putridi sensus, in saltum peruenient, vbi non sunt arbores fructuosæ sed bestiæ, contra quas dicitur: *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.*

¶ Lex. ¶ Prædicatores.

¶ Conuentus populorum.

b c ¶ Turpitudinis.

¶ Intercluſio.

d *Og rex Basan cum omni populo suo pugnaturus in Edrai.* Dixitq; dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum ac terram eius. Facies; illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, vniuersumque populum eius † vsque ad internecionem, & possederunt terram illius.

1 Iugum ipsorum. *Id est dominium Moabitarum.*

2 Disperiit ab Hesebon vsque Dibon. *Per hoc ostenditur, quod Sehon non occupauit totam terram eorum sed partem.*

3 Lassi. *Ex bello & fuga.*

4 Peruenerunt in Nophe & vsque Medaba. *Nomina sunt ciuitatum quæ eis remanserunt, & ad quas confugerunt.*

5 Habitauitque Israël in terra Amorrhæi. *Hæc est conclusio ad ostendendum, quod Israël non fecit contra præceptum domini, occupando terram Moabitarum seu Amorrhæorum, quod erat eis licitum.*

6 Misitque Moyses qui explora. Iazer. *quæ erat ciuitas Sehon, in qua remanserant aliqui bellatores ad custodiendum.*

7 Cuius ceperunt vicu. & posse. habi. *Isti enim exploratores missi à Moyse ne viderentur similes illis quos miserat de Cadesbarne, qui in reditu suo terruerunt populum, vt dictum est supra xiij. cap. noluerunt reuerti donec cepissent loca ad quæ exploranda missi fuerant.*

8 Verteruntque se. *Hic ponitur impedimentum ex inuasione Og, cùm dicitur:*

9 Et occurrit eis Og rex Ba. ne timeas eum. *Erat enim valde fortis & robustus, qua gigas valde magnus, & habebat populum fortem: ideo dixit dominus Moysi vt non timeret, assecurans eum de victoria: & patet*

ADDITIO.

In cap. xxj. vbi dicitur in postilla: Fecit ergo Moyses serpentem æneum &c.

Licet multis modis Deus potuisset sanare percussos ab ignitis serpentibus, quàm per intuitum serpentis æni, tamen hic modus in hoc loco videtur valde conuenire ex duobus. Primò ex correspondentia ad peccatum. Peccauerant enim in hoc, quod ex cibo optimo & suauissimo de quo naturaliter debuissent cum gaudio reficī, nauseabat tamen eorum anima de illo quod est contra communem cursum naturæ. vnde dicunt: Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. *Et ideo Deus per oppositum percussos à serpentibus ignitis, qui communiter debuissent lædi ab intuitu eorum, prout tradunt medici de his qui à cane rabiem patiente mordentur: hoc contra cursum naturæ Deus disposuit, vt per aspectum serpentis curarentur. Secundò ex correspondentia ad figuratum. Constat enim, quod quidam audientes doctrinam Christi, quæ erat cibus animæ suauissimus, nauseabat anima eorum. vnde dicebant, Ioh. vj. f.* Durus est hic sermo. *Quorum multi fuerunt à serpentibus ignitis percussi, scilicet à tentationibus diabolicis: sed fecit Deus exaltari serpentes, scilicet Christum, in similitudinem carnis peccati in cruce pendentis: quem fideliter intuentes, etiam si morsibus diaboli fuissent læsi, sanarentur, prout in euangelio Ioh. iij. legitur. Et iste sensus licet pertineat ad figuram, reducitur tamen ad sensum literalem, inquantum reddit rationem literæ, prout supra in quæstione ante principium Gene. de sensu literali posita fuit oštensum.*

Fabula Iudæorum, de magnitudine & fortitudine Og regis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæst 26.

† Ios. 24.b.

† quia multus erat, & angustijs affectus esset Moab propter filios Israel quod ijs Moab dixisset

B

V*Idens autem.* AVGVST. Quod dicit scriptura postquam vicit Israël Amorrhæos, & possedit omnes ciuitates eorũ, A misisse legatos Balac regẽ Moabitarum ad conducẽdum Balaam, qui malediceret populũ Israël, satis ostenditur nõ omnes Moabitas venisse in conditionem Schon regis Amorrhæorum, quãdo eos bello superauit. Quidam remanserunt gens Moabitarum vsq; ad illud tẽpus, vbi regnauit Balac rex Moab. Quòd verò Moab dixit senioribꝰ Madian, id est Moabitæ senioribus Madianitarum: Nũc ablinget synagoga hæc omnes qui in circuitu nostro sunt. Non vna gens erat, sed vicini ad vicinos dixerunt, quod pariter cauendum esset. Moab enim fuit filius Loth: Madian filius Abrahæ de Cethura: non verò vna gens erat, sed duæ vicinæ.

D

Gene.19.g. Gene.25.a.

✠ PROCOPIVS. Post Amorrhæos geminus turbatur populus, Moabiticus & Madianiticus. Qui cũ bello renuntiassent, ad impositurã Satanicam sese receperunt. Sed spes ipsorum labefectat Deus, cum ne tantillum quidem eloqui Balaamo permisisset, non quidem quod execratio iniusta lædat, iuxta Salomonem enim execratio vana non superueniet cuiquam.

CAP. XXII.

PROFECTIQVE castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Hiericho sita est. † Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israël Amorrhæo, & quòd pertimuissent eum Moabitæ, & † impetum eius ferre non possent: dixit ad maiores natu Madian: † ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse autem* erat eo tempore

a

1 2 3 4 5 6 7

¶ Prædicator.

† nũc lambet vel corrodet hæc cõgregatio

* Balac

Verum E

Verum vt præsidium suum declararet populo, ac efficeret ne à A pietate decideret, reliquiæque populi Deum cognoscerent. Quinetiam signa edidit cum per Israëlem tum etiam per gentes vt ad se conerteret. Cæterum signis nihil motus Balac, accersiuit Balaamum tanquam potentiorem, cui indicat Deus, vt quam

† Mic.6.b.

animum, etiam inuitus contraria dicat.

Lib.1.in numeros ca.17.

✠ RVPERTVS. Balac de stirpe Sem, (Moab quippe natus est de Loth) illorum exemplum est, qui in ecclesia positi & falso nomine Christiani, tales sibi pretio conducunt arbitros benedicendi ac maledicendi, & idcirco criminis eiusdem habẽtur cum ipsis qui vẽdunt emptores improbi, de templo Dei cum funiculo furoris eius eiiciendi. Hæc vbi aguntur, ora subditorum iussa laxantur licentia in reprehensionem prælatorum.

* propter me

a rex in Moab. † Misit ergo nuntios ad Balaam filium Beor † ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, vt vocarent eum & dicerent: Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me: Veni igitur, & mãledic* populo huic, qui fortior me est, b si quo modo possim percutere & eijcere eum de terra mea. c Noui enim quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris. Perrexerunt senio- d res Moab, & maiores natu Madian, habentes diuinãtionis

1 2 3

a ¶ Lxx. diuinationes, pretium scilicet diuinationis.

† interpretẽ somniorum.

Exod.15.b.

virũ gẽtes & vrata sunt, dolores comprehenderunt habitatores Philistiim. Tunc festinauerunt duces Edom, & principes Moabitarum & cætera. Cogitauit ergo apud semetipsum dicẽs: Quia orationibus huius populi arma nulla possunt conferri, ideo mihi preces requirendæ sunt, quæ possint superare orationes istorum. Scriptum est ergo: Et dixit Moab ad seniores Madian. Nunc ablinget synagoga hæc omnes qui in circumitu nostro sunt, sicut ablingit vitulus herbam campi. Quia sicut vitulus abrumpit ore herbam campi, & lingua tãquam falce secat quæcunque inuenit, ita populus hic ore & labiis pugnat, & in verbis habet arma. Mittit ergo Balac ad Balaam vt oppo- E nat verba verbis, & preces precibus. Nec mireris si est in arte magica tale quid. Esse enim hanc artem designat scriptura: vt eam prohibeat, sicut dæmones esse significat, sed coli vetat: quia magorum magistri sunt spiritus maligni. Nullus enim sanctorum spirituum obtẽperat mago. Non potest inuocare magus Michaël vel Raphaël vel Gabriel. Minus ergo potest inuocare patrem vel filium vel spiritumsanctum. Nos soli accepimus potestatem hãc. Qui autem spiritussancti particeps effectus est, immundos spiritus inuocare nõ debet, ne fugiat ab eo spiritussanctus. Magi sunt qui inuocant Beelzebub. Hoc sciebat populus qui contra dominum mentiens ait: *In Beelzebub principe dæmoniorum ejcit dæmonia.* Saluator autem sciens verum esse, quod Beelzebub princeps sit dæmoniorum, in hoc non arguit mendacij, sed respondit: Si ego in Beelzebub ejcio dæmonia, filij vestri in quo ejciunt? Constat ergo quosdam dæmones esse malos, qui inuocati à magis adsunt eis ad malũ, non ad bonũ, parati sunt autẽ malefacere, bene autem facere nesciũt. Hi ergo atte quadam & cõpositione verborum in amicitias cesserunt Balaam, de quorum amicitiis magnus fructus apud homines videbatur. Mittit ergo rex ad eum dicens: Veni nunc, & maledic mihi populum hunc &c.

Exod.14.b.

Mar.3.e.

Lib.2.in Numeros ca.16.

✠ RVPERTVS. Hunc Balaam diuinum siue ariolum Hebræi tradũt eum fuisse, qui in libro Iob dicitur Eliu, primo virum sanctum, & prophetam Dei, postea per inobedientiam & desiderium munerum, dum Israël maledicere cupit, diuini siue arioli vocabulo nuncupatum.

b *Siquo modo possim.* Videtur non ex integro cõsidere in Balaã, fama virtutum quæ in populo Dei factæ sunt perterritus.

c *Noui enim, quod benedictus sit.* ORIGENES. Non credo eum scire, quod quibuscunque benedixisset Balaam, benedicti essent: sed adulandi gratia hæc dicere, vt artem eius extollẽs promptiorem sibi faceret. Ars enim magica nescit benedicere, nec dæmones. Scit benedicere Isaac, & Iacob, & omnes sancti: Impiorum nullus benedicere nouit.

Homil.13.

Ars magica non benedicit.

Gene 27.e. Gene.41.a.

✠ PROCOPIVS. Vis dæmonum in subditos efficax est, quæ si Deus consilio suo pro piis se opponat, eneruatur, quemadmodum cum Mosi aduersatum esset, liquet. Atqui aliquò vsque se extendit virtus illa, quemadmodem de aspide inquit Dauid, veneno inficiens à sapiente inficitur.

d *Diuinationis pretium.* Alij: Diuinacula in artibus, quas curiositas humana composuit. Sunt quædam quæ scriptura diuinacula nominauit. Gentilis autem consuetudo vel tripodas vel cortinas, vel huiusmodi vocabulis appellat, quæ quasi ad hoc F

Diuinatio.

consecrata,

NICOLAVS DE LYRA CAP. XXII.

1 PRofectique. *Hic consequenter ponitur impedimentum procuratum per Balaam ad suggestionem regis Moabitarum. Et quia in sequentibus Balaam dicitur magus & ariolus, & tamen eius prophetia tanquam vera habetur in auctoritate, ideo videndum est si fuerint à Deo vel dæmone, & de veritate ipsarum. Circa primum sciendum, quod propheta dicitur quasi procul fans, quia denuntiat illa quæ sunt procul ab humana cognitione secundum viam naturæ. nunc autem ita est, quod quanto aliquis est subtilioris intellectus, tanto eius cognitio se extendit ad altiora, ad quæ non potest attingere cognitio intellectus magis rudis, qui non potest capere nisi sensibilia & grossa. & si hoc est verum in diuersis intellectibus eiusdem speciei, multo plus est verum in intellectibus diuersarum specierum, cuiusmodi sunt intellectus angelicus & humanus: & ideo cum angelus sit sublimioris & altioris naturæ, eius cognitio ad multa se extendit, ad quæ non potest humana cognitio attingere: naturalia autem in dæmonibus remanserunt integra, & ideo eorum cognitio naturalis ad plura se extendit, quam humana. Cognitio autem bonorum angelorum adhuc ad plura se extendit, inquantum sunt illuminati lumine gratiæ & diuinis reuelationibus. Patet igitur quod dæmones à Deo permissi, possunt hominibus aliquas veritates reuelare eis incognitas: tum quia dæmonum cognitio naturalis ad plura se extendit quam humana, vt dictum est: tum quia secundum August. 9. super Gene. ad literam, plura de supernaturalibus veritatibus à sanctis angelis aliquando dæmonibus reuelantur, quæ possunt vlterius hominibus reuelare à Deo permissi. Cum igitur reuelatio sit hominibus per dæmones, tales dicuntur prophetæ dæmonum: cum autem sit à Deo immediate, vel mediantibus angelis sanctis, dicuntur prophetæ Dei. Considerandum etiam quod talis reuelatio differt à precedenti, non solum quantum ad causam reuelantem, vt dictum est, sed etiam quãtum ad formam reuelationis: quia reuelatio facta à Deo & angelis sanctis nullam falsitatem continet, sed illa quæ fit à dæmonibus, frequenter habet admistam falsitatem, quia secundum quod dicitur, Iohan. viij. f. Ipse dæmon mendax est, & pater mendacij. Et ideo licet aliquando reuelet hominibus aliquas veritates, hoc facit vt efficacius decipiat, vt ex pluribus veritatibus ab eo prædictis, postea sibi credatur in falsitate, secundum quod dicitur in collationibus patrum, collat. 9. abbatis Moysi, quòd dæmon in specie angeli boni cuidam fratri frequenter apparuit, & multas veritates sibi dixit, & quando vidit illum fratrem bene inclinatum ad credendum sibi, tunc ei persuasit vt circumcideretur, & quod aliter non poterat saluari. Sciendum etiam quod reuelatio veritatis quæ fit à Deo & angelis bonis, non fit hominibus bonis, sed etiam aliquando malis, vt patet per verbum saluatoris, Matth. 9. capi.* Multi dicent in illa die: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus &c. *& subditur:* Et respondebo illis: Nunquam noui vos &c. *Hoc etiam patet per illud quod habetur* j. *Reg. xiij. de prophetа idolorum qui seduxit prophetam domini, & postea facta est sibi reuelatio à Deo de morte illius prophetæ domini, eo quod non obedierat voci eius.*

Propheta qs dicatur.

Reuelationes dæmonum.

Prophetia enim respicit actum intelligendi: charitas autem qua facit hominem bonum, est actus voluntatis, quæ procedit ab actu intelligendi: prius autem potest esse sine posteriori: & ideo reuelatio prophetica potest esse sine charitate, & aliquando fit vt dictum est, & hoc cedit ad commendationem veritatis reuelatæ, vt talis veritas testimonium habeat etiam ab aduersariis veritatis, & ad bonum aliorum. Descendamus igitur ad propositum, dicendo quod Balaam fuit propheta dæmonum, quia fuit ariolus & magus, quærens reuelationes à dæmonibus. Fuit etiam propheta domini modo prædicto, inquantum aliquæ veritates fuerunt sibi reuelatæ à Deo, licet ab ipso non quæreret, sed virtute diuina fuit damon prohibitus dare sibi responsum à quo quærebat, & sunt sibi reuelatæ veritates à Deo: & compulsus est pronuntiare quod nolebat, videlicet sanctitatem & prosperitatem populi Israël, cum tamen contrarium desideraret, vt patebit. & hoc factum est ad commendationem populi Israel, & ad terrorem aduersariorum, & ad gloriam Dei principaliter, qui erat ductor illius populi & ad salutem gentium, quæ ex prophetiis Balaam motæ sunt postea ad quærendum Christum natum. vt habetur Matth. 2. a. & propter hæc & similia, eius prophetia scripta sunt in Canonica scriptura. His præhabitis descendendum est ad literam, cum dicitur: Profectique &c. *vbi primo ponitur ipsius Balaam vocatio. secundò contra populum Israël eius impia consultatio. cap. xxv. Circa primum describitur Balaam ad maledicendum vocatus, secundò ad maledicendum conatus. ca. xxij. tertiò ad benedicendum coactus cap. xxiiij. Circa primum præmittitur ipsius Balaam vocatio sine effectu, secundò cum effectu, ibi:* Rursum ille. *Circa primum primò ponitur ipsius Balac petitio. secundò ipsius Balaam responsio, ibi:* Cumque venissent. *Circa primum præmittitur causa petitionis, cum dicitur:*

Druisio.

2 Videns autem &c. Amorrhæo. *id est Sehon & Og & populis eorum quos interfecerat Israël, licet essent fortissimi.* F

3 Et quod pertimuissent eum Moabitæ. *Non audentes inuadere eos sicut fecerant duo reges prædicti.*

4 Et impetum eius fer. non pos. *In Hebræo habetur: Et abominatus est Moab filios Israël ad est obediebat. & de hoc confidebat Balac, quod Moabitæ cum eo impedirent filios Israel, & hoc videtur verior litera, quia filij Israël non fecerunt impetum contra Moabitas, cum esset eis prohibitum à domino, vt habetur Deut. 2. a. vbi dicitur:* Non pugnes contra Moabitas &c.

5 Dixit ad maiores natu Madian. *Erat enim Balac de populo illo natus, vt dicit Ra. Sa. & etiam alij. Nec est idem populus cum Moabitis, quia Moabitæ descenderunt de Loth, & Madianitæ de Abraham per Madian, qui fuit filius Cethuræ.*

6 Ipse autem. *scilicet Balac.*

7 Erat eo tempore in Moab. *Per hoc enim quod dicitur eo tempore, designatur quod non erat rex naturalis vel ex progenie illius terræ, sed ex accidenti, vtpote quia subiecerat sibi vnam partem illius terræ, sicut Sehon subiecerat sibi aliam vt dictum est ca. precedenti. Vel fortè quia Moabitæ fugientes de prælio Sehon, subiecerant se ipsi Balac reddendo ei tributum, vt iuuaret eos contra Sehon, vel contra filios Israël, de quibus timebant, vt dictum est.*

An prophetia Balaam fuerit à Deo

✠ 1 Misit

MORALITER.

✠ 1 *Videns autem Balac.* Per Balac qui in arcto positus recurrit ad consilium & auxilium Balaam arioli significantur illi qui in infirmitatibus vel aliis necessitatibus positi, recurrunt ad illos qui sunt magicis artibus imbuti: & sicut iste Balac in hoc magnas expensas fecit, & tamen nullum commodum sed magis oppositum reportauit, sic & illi grauiter valde peccant, & nullam vtilitatem reportant.

✠ Cernens

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Misit ergo nuntios. *Hic ponitur ipsa petitio Balac per nuntios suos eum subditur:*

2 Veni igitur & maledic populo huic qui fortior me est. *Vt per maledictionem tuam eius virtus debilitetur. Dicunt etiam hic aliqui Hebræi, quod Balac audierat de populo Israël quod plus vincebat verbis & precibus quam armis, vt dictum est Exo. xvij. de victoria contra Amalec. & ideo vocauit Balaam vt maledicendo Israël, verba verbis opponeret.*

3 Noui enim quod benedictus sit. &c. *Hoc dixit, quia Balaam prædixerat sibi antequam esset rex Moab, ipsum regnaturum ibidem, vt dicit Ra. Sa.*

4 Et maledictus in quem &c. *quia per maledictiones suas & carmina contra Moabitas fuerant debellati à Sehon.*

5 Habentes diuinationis pretium in. *In Hebræo habetur: Habentes diuinationes in manibus, quod exponitur tripliciter ab Hebræis. Vno modo vt per diuinationes in manibus intelligantur munera pro diuinationibus, prout accipit translatio nostra. Alio modo*

Diuinationes in mani bus.

✠ instrumenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

consecrata, mouerit ab eis & contrectari solent. Sed diuina scri-
1. Reg. 30. b. A ptura Ephod vernaculo sermone nominat in prophetis, quod
tradunt esse indumentum prophetantium. Aliud tamen in diui-
Infrà 22. d. na scriptura prophetia, aliud diuinatio. Ait enim: Non erit augu-
ratio in Iacob, neque diuinatio in Israël. Abdicatur ergo penitus
diuinatio, opere enim & ministerio dæmonum impletur. Igitur
Balaam acceptis diuinaculis, cum solerent ad se dæmones veni-
re, fugatos videt, & Deum adesse: quem ideo dicit se interro-
gare, quia consuetos sibi parere nō videt. Venit ergo Deus ad
Balaam, non quia sit dignus, sed vt fugentur illi, qui ad male-
dicendum, & malefa-
* Balac ciendum adesse con-
sueuerant: hinc enim
B prouidebat Deus popu-
lo suo.

a *Et respondebo &c.*

✠ Procopius. Diuinationem per insomnia profitetur, quàm quidem nō à Deo vero requirit, quamuis dominum nominet, sed à dæmone familiari, & à falso dictis diis, qui nunc per insomnia, nunc per augu-
ria, nunc alio atque alio modo sua hominibus produnt. Vnde deinceps sequitur: Posthac non profectus est Balaam more suo obuiā auibus, quando videt conatus suos esse irritos, & linguam suam menti non posse respondere.

Homil. 25. in Matthæum. ✠ Chrysostomus. Quid mirum si credentibus homi-
nibus, vitam verò discordem à fide viuentibus, gratias Deus im-
pertiuit, quando & iis qui neutrum tenerent, idem dedisse cogno
uimus? Nam & Balaam tam à recta fide quàm ab optima ratione
viuendi longè alienus gratia prophetiæ ditatus est, ad aliarum
rerum dispositionem. Nec minus & Pharaoni homini eiusdem
notæ, quæ fututa erant, prædixit.

b *Venit Deus &c.* Non dicitur vtrum in somnis hoc factum sit, quamuis per noctem factum esse constet. Postea enim dicit scri-
ptura: Exurgens Balaam mane &c.

Nemo glorietur, si sibi Deus loquitur. Nouit enim quomodo loquendum sit cum talibus, cùm loquatur etiam cum reprobis. Qui & cùm per angelos loquitur, ipse loquitur.

Homil. 13. Origenes. Venit Deus & ait ad eum &c. Potest obiicis Licet inuocet Balaam dæmones, maledicat populo, inuocati dæmones faciant quod possint: Nunquid non potest Deus de-
Quæstio. C fendere populum à dæmonibus, vimque eorum cōpescere? Quid opus

pretium in manibus. Cumq; venissent ad Balaam, & narras-
sent ei omnia verba Balac, ille respondit: Manete hîc nocte,
a & respondebo quicquid mihi dixerit dominus. Manentibus
b autem illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum: † Quid
sibi volunt homines isti apud te? Respondit: Balac filius Se-
phor rex Moabitarum misit ad me, dicens: Ecce populus qui
egressus est de Ægypto, operuit superficiē terræ, veni & ma-
ledic ei, siquo modo possim pugnans abigere eum. Dixit-
que Deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas
populo, quia benedictus est. Qui mane consurgens di-
xit ad principes *: Ite in terram vestram, quia prohibuit
me Deus venire vobiscum. Reuersi principes dixerunt ad
Balac: Noluit Balaam venire nobiscum. Rursum ille
multò plures & nobiliores quàm antè miserat, misit.

Ideo diabolum non remouit à principatu huius seculi, quia ope
ra eius necessaria sunt ad perfectionem eo-
rum qui coronandi † Qui sunt.
sunt. Sic & reliquos
dæmones non vult
ante tempus à propo
siti sui intentione vio-
lenter abstrahere. Ideo
non permittit eos per
Balaam inuocari, ne
forte inuocati de-
struerentur ante tem-
pus, & Deo defenden
te populum, perime-
rētur. Aliud est enim
si expectat dæmon à E
Deo aliquem tentan-
dum, sicut Iob, & cer
ta distinctione pote-
statem accipiat, & dicatur ei: *Do tibi omnia eius in potestate, sed ip-* Iob. 1. b.
sum non contingas. Aliud si mago exigente & adiuramentis qui-
busdam extorquente, dæmones sine vlla obseruatione desæ-
uiant. In quo si eis libertas seruetur arbitrij, populum Dei per-
dent: si auferatur, hoc erit Deo damnasse creaturam rationalem,
& ante tempus intulisse iudicium, & impendisse omnibus, qui
contra eos certantes poterant coronari. Si enim dæmonibus au-
feratur libertas arbitrij, nullus impugnabit athletas Christi,
& nullum certamen erit, nullum præmium, nulla victoria.
Sic ergo agit Deus, vt populus adhuc rudis, & qui nuper ab-
strahi cœperat à cultu dæmonum, dæmonibus non tradatur,
& inuocanti mago responsa non deferantur, & genus dæmo-
num arbitrij potestate non nudetur. Ideo præuenit Deus, &
Balaam inuocare dæmones prohibet, si tamen à cupiditate ces-
sasset. Sed quia persistit in desiderio pecuniæ, indulgens po-
testati arbitrij, ire permittit, verbum tamen suum injcit in
os eius, prohibens maledictionem* fieri per dæmones, vt
benedictionibus locum daret, & pro maledictis proferre fa-
cit benedictiones & prophetias, quæ ædificant etiam reli-
quas gentes. Si enim prophetiæ eius à Moyse scriptæ sunt,
quantò magis ab his qui cum eo habitabant in Mesopotamia,
apud quos tanquam discipulos huius artis magnificus habebatur.
Ex illo fertur magorum genus & institutio in partibus orien-
tis vigere. Qui scripta habentes omnia quæ Balaam prophetauc-
rat, hoc F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *instrumenta diuinandi, quæ curiositas humana adinuenerat: & tali a portabant nuntij, ne Balaam excusaret se ex defectu talium. Tertio modo quod illi nuntij qui erant de Madian, dixerant adinuicem quasi pro diuinatione: Si Balaam statim consentiat venire nobiscum, eius aduentus erit nobis vtilis, si autem differat responsionem, nihil valebit nobis: vnde quod postea subditur: Manete hic nocte, vbi subditur: Manentibus autem illis apud Balaam. In Hebræo habetur:* Et manserunt principes Moab apud Balaam. *quasi dicat iam recōsserant maiores natu Madian, reputantes aduentum eius eis inutilem, statim cum audierunt responsionis dilationem. Per talem modum dicitur. 1. Reg. xiiij. quia Ionathas dixit armigero suo de Philistæis: Si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro. Si autem dixerint, ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris, & hoc erit nobis signum. In hoc tamen est differentia, quod Ionathas non dixit hoc superstitiose sicut Madianitæ, sed ex diuino instinctu.*

1 Cumque. *Hic ponitur Balaam responsio, cum dicitur:*

2 Ille respondit: Manete hic nocte. *Erat enim propheta dæmonum, vt prædictum est. Reuelationes autem à dæmonibus quas iste quærebat, vt communiter fiunt de nocte, quia sunt spiritus tenebrarum.*

3 Et respondebo quicquid mi di. dominus. *Dicunt hic expositores aliqui, quod dubium est de quo intelligatur hîc dominus, vtrum de Deo vel de dæmone: quia magi & arioli dæmonem sibi apparētem vocant principem vel dominum, exhibendo sibi reuerentiam. Sed apud Hebræos non est dubium, quia vbi translatio nostra hic habet dominus, in Hebræo habetur nomen domini tetragrammaton, quod non potest intelligi nisi de Deo vero. Sed hoc videtur contradicere prædictis, scilicet quod Balaam quærebat reuelationes à dæmone. Ad quod dicēdum, quod modus est magorum maximè cupidorū, qualis erat iste Balaam, fingere coram hominibus quod reuelationes sibi fiant à Deo vero, vt sic eis magis credatur, & reportent maius lucrum.* Magorum mos.

4 Venit Deus. *ad est angelus bonus loquens in persona Dei, & ideo aliquando Deus, aliquando angelus nominatur: Venit autem iste angelus bonus non vocatus à Balaam, sed vt virtute diuina dæmonem averteret a dando responsum ipsi Balaam, & ad imponendum legem & frænum ipsi Balaam, ne faceret aliquid vel diceret contra Israel.*

5 Quid sibi volunt homines &c. *Non quærit ex ignorantia, sed vt ex responsione Balaam commentitius prohibeat eum. vnde subditur:*

6 Respondit, Balac &c. rex &c. *quasi dicat: propter dignitatem regiam deberem ire ad eum: quærebat enim licentiam eundi, motus cupiditate lucri.*

7 Noli ire cum eis. *ad maledicendum illi populo.*

8 Neque maledicas. *etiam de loco isto.*

9 Quia benedictus. *à Deo, à quo recipit benedictionem in patribus, vt patet Gene. xxv. & in pluribus aliis locis.*

10 Prohibuit me. *Dicit Ra. Sa. quod Balaam cupidus & superbus dixit: vobiscum, fingens coram eis, quod nō esset prohibitus ratione via, sed ratione societatis: quia non erant nuntij sufficienter honorabiles ad deducendum eum: propter quod Balac misit ad eum secundo plures & honorabiliores nuntios, vt postea subditur:* Diuisio.

11 Rursum. *Hic describitur secunda vocatio quæ est cum effectu. Et primò describitur eius vocatio, secundò reprehensio ibi: Et iratus est Deus, tertiò receptio, ibi: Quod cum audisset Balac. Circa primum dicitur:*

✠ 1 Ne cun-

rat, hoc inter cætera habebant: Quia orietur stella ex Iacob, &
Mat. 2. a. A exurget homo ex Israël. Ideo magi nato domino agnouerunt stel
lam, & intellexerunt impleri prophetiam magis quàm Iudæi, qui
sanctorum propherarum varicinia contempserunt. Illi ergo
agnoscentes adesse tempus, venerunt & adorauerunt. Et ad ma-
gnæ fidei argumen-
tum paruum puerum
quasi magnum regem
venerati sunt.

† dixerit sa- a *Sic dicit Balac fi-*
ciam. *lius Sephor &c.* Balac
† infrà 24. c. Allegoricè. exclusio vel deuora-
tio. In quo significa-
tur mundi huius ali-
qua contraria pote-
stas, quæ excludere &
deuorare cupit Israë-
lem spiritualem, nec
vtitur ministris nisi
pōtificibus & Scribis & Pharisæis. Ipsos inuitat, mercedem pro-
mittit, illi verò sicut Balaam cuncta simulant se ad dominum re-
ferre, & zelo Dei agere. Dicunt enim, scrutare scripturas & vide,
Iohan. 19. b. quia propheta à Galilæa non surgit. Et: Nos legem habemus, &
secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.

Quæst. 48. b *Si dederit mihi Balac &c.* Augustinus. Quòd ait Balaam
Literaliter. iterum ad se missis honoratioribus nuntiis: Si dederit mihi Balac
plenam domum suam auro & argento, non potero præuaricare
verbum &c. Nullum habet omnino peccatum, sed quod sequitur
graue est peccatum. Iam enim cōstans esse debuit, cùm dominus
B dixisset: Non ibis cum eis &c. Nec eis spem dare, quod posset do-
minus tanquam Balaam muneribus & honoribus flexus, contra
populum quem benedictum dixerat suam mutare sententiam.
Sed se victum cupiditate monstrauit, vbi sibi loqui dominum de
hac re iterum voluit, de qua eius iam nouerat voluntatem. Quid
enim opus erat adiungere? *Et nunc sustinere ibi nocte hac &c.* Do-
minus autem videns cupiditatem deuictam muneribus, permisit
ire, vt iumento quo vehebatur, eius auaritiam coërceret, hoc ipso
eius confundens dementiam, quod prohibitionem domini per
angelum factam, asina transgredi non auderet, quam ille cupidi-
tate transgredi conaretur, quamuis eandem cupiditatem timore
supprimeret. Venit enim Deus ad Balaam nocte, & ait illi: *Si vo-*
care te venerint homines, exurge sequere eos &c. Et exurgens Balaã,
† dominum strauit asinam suam &c. Cur post istam permissionem † domini
iterum non consuluit, sicut post illam prohibitionem, nisi quia
cupiditas eius apparebat, quamuis timore premeretur. Denique
scriptura dicit: Et iratus est animatione dominus quia ibat & in-
surrexit angelus domini, & cætera quæ sequuntur, donec asina
loqueretur. Nihil hîc mirabilius videtur, quàm quod loquente
asina territus non est, sed insuper ei (velut talibus monstris as-
suetus) ita perseuerante respondit. Postea illi angelus loquitur,
arguens eius viam, quo tamen viso exterritus adorauit. Deindo
ire permissus est, vt per ipsum prophetia proferretur. Non enim
omnino permissus est dicere quod volebat, sed quod spiritus co-
2. Petr. 2. c. gebat: Ipse autem reprobus mansit. vnde: *Secuti viam Balaam filij*
Beor, qui mercedem iniquitatis dilexit.

c *Venit ergo Deus.* Molestus est Deo Balaam, & propè extorquet
permitti sibi, vt eat maledicere filiis Israël, & inuocet dæmones
ad quem iam venerat Deus.

Homil. 13. in Numeros. Origen. Difficile est in explanatione historiæ, quomodo
cùm dicatur venisse Deus ad Balaam nocte primò, & interrogas-
se qui essent homines qui venissent ad eum, & respondisset nis-
sos esse à Balac dicente: *Veni & maledic mihi populum.* Respondit
dominus: *Non ibis cum eis & cætera.* Secundò dicitur nocte venis-
se & dixisse, vt iret cum eis & cætera. Sed verbum quod daret
Deus in ore eius hoc loqueretur. Et tertiò eunti occurrisse ange-
lus Dei & cætera, cui tamē via eius importuna videretur, vt eum
etiam interficere vellet nisi asina declinasset, & tamen culpatus,
quia ire voluerit, ab ipso ire permittitur, tātùm vt verbum quod
C Deus dederit in ore eius solum proferat. Sed priusquam venia-
mus ad

mus ad rem, dicendum quòd in Hebræorum literis nomen Dei hoc, Deus vel dominus diuerse dicitur scribi. Aliter enim scribitur quicunque Deus, aliter Deus de quo dicitur: *Audi Israël, dominus Deus tuus Deus vnus est.* Iste ergo Deus Israël Deus vnus & creator omnium certo literarum signo scribitur, quod apud illos tetragrammatō dicitur. Quando sub hoc signo scribitur, nulla dubitatio est quin de Deo vero dicatur. Quando verò communibus literis, incertum est an de Deo vero, an de quo-
libet aliorū dicatur. † transgredi
Aiunt ergo qui He- † parum vel magnum fa-
bræas literas legunt, ciam Heb.
Deum hic non sub
signo tetragramma-
tici esse positum: de quo qui potest requirat. Quòd autem Deus dixit quasi interrogans qui sunt isti homines: Quæritur cur ignorare videatur? Et iterum quod ait: *Non maledices populum, est enim benedictus*, quasi si dixerit: Non maledices populum meum. Nos interim dicemus, sapientia Dei omnia ita esse disposita, vt nihil otiosum sit apud Deum vel bonum vel malum. Malitiam Permittit Deus malitiam fieri.
non fecit Deus, tamen cum ab aliis inuentam prohibere posset
non prohibet, sed cum ipsis vtitur ea ad necessarias causas. Per
ipsos enim in quibus est, probat eos qui ad virtutum gloriam
tendunt. Si enim perimeretur malitia, non esset qui contrairet
virtutibus: virtus autem si contrarium non haberet, non clare-
sceret, nec examinatio fieret: non probata verò nec examinata,
nec virtus esset. Tolle malitiam fratrum Ioseph, & inuidiam, si- Gene. 7. d.
mul perimes dispensationem Dei, & quæ in Ægypto pro salute Gene. 41. b.
omnium gentium gesta sunt. Si Ioseph non distraluitur, somnium
Pharaonis non exponetur. Nemo intelligit quæ Deus reuelau-
it ei. Nemo frumenta in Ægypto congregabit, peribit Ægyptus
& finitimę regiones, & ipse Israël & semen eius quærens panem.
Ægyptum enim non ingredietur, nec egredietur in mirabilibus
Dei. Non fierent plagæ in Ægyptios, neque virtutes quas fecit
Deus per Moysen & Aaron. Nemo mare rubrum sicco pede
transibit. Non dabitur manna, nec aqua de petra, nec lex in
monte Sinai, quæ in Exodo, Leuitico, Numeris, Deuteronomio
referuntur, ad humani generis scientiam non venient, terram promissionis nullus intrabit. Tolle regis Balac malitiam qua
maledici desiderat Israëlem, & astutiam, qua inuitat Balaam ad
denorandum populum, & auferes dispensationem Dei & prouidentiæ eius fauorem, nusquā erunt prophetiæ Balaã. Auferes malitiam Iudæ & proditionem, auferes pariter & crucem Christi & passionē, nec exuuntur principatus & potestates, nec triumphantur in ligno crucis. Si non fuisset mors Christi nec resurrectio Col. 2. c.
eius, nec aliquis primogenitus ex mortuis, nec spes in nobis fuis- Col. 1. c.
set resurrectionis. Ponamus diabolum nō peccasse, vel post peccatum malitiæ voluntatem perdidisse, auferetur à nobis certamen
aduersus astutias diaboli, nec erit corona iustitiæ, & victoria legitime certanti. Si desint obsistentes, nō erunt agones, nec victoribus munera ponuntur. Non solùm ergo bonis vtitur Deus ad Deus nō solū bonis sed etiam malis vtitur ad bonum. Tim. 2. c.
opus bonū, sed etiam malis. Sunt vasa ad honorem, sunt ad contumeliam, vtraque tamen necessaria. Sunt autem rationabilia & liberi arbitrij, neque casu neque fortuitu vnusquisque vas honoris efficitur, aut contumeliæ: si se talem præbuerit, vt electus esse mereatur, vas honoris efficietur. Qui verò pessime viuit, fiet vas contumeliæ, non à conditore, sed à semetipso causis contumeliæ datis. Non ergo tales esse conditor fecit, sed eorum mētes secundum propositum eorum prouidentiæ suæ iustitia, & ineffabili quadam ratione dispensat. Sicut in magnis vrbibus, teterrimę vitæ homines, vltima opera & laboriosa condemnantur operari, quæ tamen necessaria sunt, aut fornicibus lauacri ad succendendos ignes deseruiūt, vt vel commoditate vel delitijs perfruaris, aut cuniculos purgāt, aut huiusmodi faciūt, vt tibi fiat in vrbe
delectabilis F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ne cuncteris venire ad me. Paratum habeo honorare te, & quicquid volueris dabo tibi. *Sciebat enim Balac ipsum esse superbū & cupidum, & ideo promittit sibi honores & diuitias, vt alliciat eum ad veniendum.*

2 Si dederit mihi Balac domum suam. *Per hoc intelligitur, quod erat cupidus talium.*

3 Non potero immutare verbum domini. *Fuit enim conatus protestari virtutem Dei, vt nihil posset agere vel dicere nisi quod placeret sibi.*

4 Obsecro vt hic maneatis &c. *Quamuis enim iam prius fuisset prohibitus ire, tamen cupiditate auctus adhuc quærebat quomodo posset ire, vt si forte dæmon ei priuatim permitteretur sibi dare responsum de contrario.*

5 Venit ergo Deus ad Balaam nocte & ait ei. *Exponatur sicut prius.*

✠ 1 Si vocare

Universidad de Navarra
Biblioteca

delectabilis habitatio. Ita Deus quidem malitiam non fecit, inuentam tamen ex propositi intentione eorum qui declinauerunt à via recta, auferre penitus noluit, prouidens quòd si esset illi inutilis qui ea vteretur, faceret tamen vtilem his aduersum quos exercebatur. Ideò refugere omnino debemus, ne vnquam malitia in nobis inueniatur. In aliis verò vincere, nõ eam petimere studẽdum est: quia illorũ quibus est aliquid necessarij operis, conferunt vniuersitati. Nihil enim otio sum, nihil inane apud Deum. si enim bona sit propositio hominis, vtitur ad bona: si mala, ad necessaria. Sed beatior eris si ex virtute quæ in te est, aliquid boni huius vitæ vniuersitas consequatur, secundum illud: *Vt sitis sicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam.* Sunt ergo necessaria luminaria huic mundo, & quid tam delectabile & tam magnificum, quàm opus solis & lunæ à quibus illuminatur mundus? Opus est enim mundo, etiam angelis, qui sunt super bestias, & præsunt animalium nationibus, virgultorum, plantationumque & cæterorum incrementis, & qui præsunt operibus sanctis, qui æternæ lucis intellectum, & occultorum Dei agnitionem, & rerum diuinarum scientiam docent. Vide ergo ne inter angelos inueniaris, qui bestiis præsunt, si belluinam duxeris vitam, aut inter eos qui terrenis operibus præsunt, si corporea & terrena dilexeris. Satage autem quomodo assumaris ad societatem Michaelis, qui orationes sanctorum semper offert Deo. Assumeris autem in hunc numerum vel in hoc officium, si instes semper orationi & vigiles in ea. Vel in officium & societatem Raphaëlis, qui medicinæ præest, vulneratum, scilicet peccatis & sagittis diaboli, cum videris, adhibe curationem sermonum, & medicinam verbi Dei, vt peccati vulnera per patientiam sanes. Qui talia in hoc mundo agit, præbet se vt in futuro vas electionis & vtile domino, ad omne opus bonum paratum à conditore formetur, qui contraria gerit, vas ad contumeliã diuinæ dispensationis se præbuit. Ideo puto in diuinis voluminibus scripta esse bonorum gesta & malorũ, & ex sinistris dextrisq; actibus scripturas cõtextas, vt intelligamus quia apud Deum otiosa non sunt nec malorum nec bonorum opera.

Tropologi. a *Si vocare.* RABANVS. Balaam diuinus erat, dæmonum scilicet ministerio & arte magica nonnunquam futura prænoscẽs, rogatur à Balac vt maledicat Israël. Legati veniunt, diuinacula in manibus ferunt, stant attonitæ gentes & obnixè expectãtes quid respondeat Balaam, quem dignum diuinis credebant colloquiis. Vide quomodo sapientia Dei vas ad contumeliam præparatum proficere fecit, non vni genti, sed toti mundo. Et huic cui solebant videri dæmones, prohibens iter mali operis videtur Deus. Stupescit Balaam, & miratur prohibentis autoritatem. Nõ enim solebat malũ dæmonibus displicere. Remittit legatos dicẽs: Non se posse facere nisi verbũ quod Deus dederit in os eius. Redeunt legati, iterũ requirit, iterũ molestus est, iterum cupit audire. Non C enim facilè cupidus mercede caret. Quid ergo audit secundò? Si te

a Deus ad Balaam nocte, & ait: Si vocare te venerunt homines isti, surgẽ & vade cum eis, ita dũntaxat, vt quod tibi † præcepero facias. Surrexit Balaam mane, & strata asina sua profectus est cũ eis. Et iratus est Deus *. Stetitq; angelus domini in via † cõtra Balaã, qui sedebat asinæ, & duos pueros habebat secum. Cernens asina angelum * stantẽ in via euaginato gladio *, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cùm verberaret Balaam, & vellet ad semitã reducere, stetit angelus in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur.

a ¶ Cedit Deus cupiditati, dimittit eum in desiderium cordis sui.
b ¶ Expletur consilium diuinæ dispensationis.
Missus à domino.
¶ Qui erat extra macerias vinearum.

† vt aduersaretur ei,
* in manu eius
Phil. 2. f.
b Si te vocare venerint homines isti, surge & vade cum eis. In quo voluntati cupiditatis eius cedit Deus, secũdum illud: *Dimisit eos in desiderio cordis eorum &c.* Consilium autem diuinæ dispensationis expletur. Dicitur enim ad eum: *Verbum quodcunque posuero in ore tuo, hoc loqueris.* Si non indignus fuisset, verbum tuum dominus nõ in ore eius sed in corde posuisset, sed quia in corde eius desiderium mercedis erat, & pecuniæ cupiditas, verbum domini non in corde, sed in ore ponitur. Agebatur enim mira dispensatione, vt prophetarum verba quæ intra Israëliticam aulam continebantur, per Balaam ad gentes peruenirent, cum ei omnes gentes crederent, & nationibus secreta de Christo mysteria, & thesaurum magnum proferret, non tam corde & sensu, quàm ore & sermone.

Pſal. 80. c.
† loquar
* quod per geret ipse
* domini
Quæſt. 41. E

b *Surrexit Balaam mane & strauit &c.* ✠ THEODORETVS. Quare cum prohibuisset illum ira, rursum abire iussit? Desiderio promissarum pecuniarum captus, denuo rogauit, an sibi cum his qui missi fuerant, abeundum esset, existimans dominũ Deum pœnitere potuisse, itaque permisit abire, tantum non dicens, Abi quidem, quoniam ita desideras, scito tamen te non esse locuturum quæcunque statuisti.

ORIGENES. Allegoricè: Si videas contrariam potestatem Dei populum impugnantem, intelliges quis sit qui sedeat super asinam. Et videas homines quomodo à dæmonibus præcipitantur, intelliges quæ sit asina. Sic enim intelligis Iesum mittentem discipulos ad asinam alligatam, & ad pullum vt soluant & adducant vt ipse sedeat super eã. forsitan hæc asina, id est ecclesia prius portabat blasphemiam: sed à discipulis soluta Christum portat, vt cum ipsa ingrediatur Ierusalem cælestem. vnde: *Ecce rex tuus venit tibi mitis: & sedens super subiugalem*, credẽtes scilicet ex Iudæis, *& pullum nouellum*, scilicet ex gentibus credentes.

Hom. 13. in Mat. 21. d.
Zach. 9. c.
Exo. 32. g.

c *Stetitq; angelus domini.* Qui aderat scilicet filiis Israël, de quo scriptum est: Angelus meus ibit tecum.

✠ THEODORET. Quare cum proficisci iussisset, perterret illum per Angelum? Perterret illum tam asini voce præter naturam emissa, quàm Angeli visione vt cognoscat quantam populi cutam Deus gerat. Aiunt nonnulli Angelum illum esse Michaëlem qui populo præerat. At dicat aliquis quam vim habebat vatis maledictio inuito domino? Nullam quidem. Verùm quia propter iniquitatem continuam populus percutiebatur plagis à Deo immissis, ad illorum imbecillitatem dispensauit Dominus, quæ per Balaam gesta sunt. Nam vt à Deo eruditi non putarent propter maledictiones vatis calamitates euenire, non permisit vatem maledictionibus vti, amputatis hoc modo stultorum occasionibus.

Quæſt. 42.
Quæſt. 43.

d *Cernens asina angelum stantem.* Magus dæmones videt, asina angelũ, non quod sit digna videre sicut nec loqui, sed vt cõfutetur Balaam. vnde mutum animal arguit prophetæ dementiam.

GREGOR. Balaã peruenire ad propositũ rendit, sed eius votũ

Ia pastorali 3. par. admonitione 13.

animal F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si vocare te venerunt homines isti, surge & vade &c. *Dicunt aliqui quod hoc fuit dictum ironicè ab angelo, sed Balaam accepit hoc tanquam dictum seriosè, & propter hoc angelus stetit in via contra eum tenens gladium euaginatum, vt postea subdatur. Alij autem dicunt quod verbum angeli licet fuerit seriosè dictum, non tamen fuit præceptum, nec concessio simpliciter, sed permissio quæ aliquando fit à Deo de malis, vt eluciantur inde bona. Quia secundum quod dicit Augustinus in enchiridio: Deus adeò est omnipotens & bonus, quod non sineret mala fieri, nisi inde eliceret meliora bona: & sic factum est in proposito. Permisit enim ire Balaam, satisfaciens eius cupiditati, & tamen iter illud quod faciebant intentione nocendi populo Israël, Deus conuertit in bonum, scilicet commendationem populi Israël, & ad Dei gloriam gloriam, vt patebit in sequentibus.*

Augu. quod Deus non permittit malum nisi propter bonum.

2 Et iratus est Deus: Stetitque angelus domini &c. *Hic ponitur ipsius Balaam reprehensio, quia tha intentione peruersa, vt dictum est, quæ non potest abscondi à Deo, licet ab hominibus abscondatur, ideo dicitur:* Et iratus est Deus, *propter eius peruersam intentionem. Vel secundum alios, quia verbum ironice dictum acceperat vt seriosum.*

5 Cernens asina angelum stantem. *Apparebat enim in specie humana quem Balaam tamen non videbat, quia in potestate angeli sic apparentis, est facere quod sic videntur ab vno & ab alio. Hoc autem factum est vt præsumptio Balaam cõfutaretur etiam per animal brutum, secundum quod dicit Be. Petrus secunda canonica 2. c. Subiugalem autem hominis voce loquens prohibuit prophetæ insipientiam.*

4 Auertit. *timore angeli.*

✠ 1 Attriuit

MORALITER.

✠ 3 *Cernens asina angelum stantem in via.* Per hoc autem quod asina quæ est animal stolidum, vidit angelum quẽ Balaam reputatus sapiens non videbat, significatur, quòd diuina secreta frequenter hominibus de seculari sapientia præsumentibus absconduntur, & illiteratis atque simplicibus reuelantur. Matth. xj. d. *Confitebor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

MORAL.

animal cui præsidet, præcedit: quia angelum asina vidit, quem † tacta humana mens non videt. Plerunque caro per molestias † tarda A flagello suo menti indicat Deum, quem ipsa carni præsidens non Moraliter. videbat: Ita vt anxietate spiritus proficere in hoc mundo cupientes, velociter tendentes impediat, donec inuisibilem qui sibi obuiat, innotescat.

Vnde bene per Petrũ 2. Petr. 2. c. dicitur: *Correptionem habuit sua vesana subiugale mutum, quod hominis voce loquens prohibuit prophetæ insipientiã.* Insanus quippe homo à subiugali muto corripitur, quãdo elata mens humilitatis bonum quod tenere debeat, ab afflicta carne memoratur. Sed huius correptionis bonum Balaã non obtinuit, quia ad maledicendũ pergens vocem non mẽtem mutauit.

B a *Parietis.* Id est, maceriæ illius vineæ, in qua non erat angelus, quoniam ab alia parte erat in sulcis vineatũ, iuxta septuaginta.

b *Ad locum.* Non iam in sulcis vinearum, sed inter ipsas macerias, id est in via obstitit, vt non posset ad dexteram neq; ad sinistram ire.

c *Concidit sub, &c.* Quia cæsa non iuit retrò, in partem non declinauit, quia non ab altera parte terrebatur, sed in media via in angusto erat angelus.

d *Aperuitq;.* Vt arguatur per eam Balaam, & mutæ pecudis vocibus confutetur, qui diuinus videbatur & sapiens.

Allegoricè e *Et locuta est.* ISIDORVS. Asina cui Balaam sedet, angelum videt & loquitur: Id est bruta Gentilitas, quam quondam Balaam, id est seductor idolatriæ quasi brutum animal & nulla ratione renitens, quo voluit errore substrauit: sed ista angelum vidit quem homo videre non potuit, & vidit & detulit, & locuta est vt agnosceremus sub aduentu magni angeli, illam Gentilem plebem mutata duritie stoliditatisque natura solutis Deo linguis locuturam.

Hom. 14. Pſal. 31. b. 1 Cor. 1. d. C ORIGENES. Asina cui Balaam sedebat (quia scriptura dicit: Homines & jumenta saluabis domine) pars credentium potest intelligi, quæ pro stultitia vel innocentia animalibus comparatur. Vnde. *Non multi sapientes, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes.* Hi ergo à pessimis dominis scribis & Pharisæis subiecti tenebantur & vincti, sed à domino soluuntur, non quidem per ipsum, sed per discipulos eius. Vnde: *Ite in vicum qui est contra vos, & inuenietis asinam alligatam, &c.* Sicut ergo in euangelio non ipse dominus sed discipuli eius soluunt asinam, ita hîc non ab ipso Deo, sed ab angelo aperitur os asinæ. Et sicut in euangelio, qui non videt, arguunt loquentes. Vnde: *Pater gratias tibi ago, quoniam abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Scribæ igitur & Pharisæi sedebant super asinam, & tenebant eam vinctam. Ipsis ergo

Mat. 11. d.

a Quem videns asina, iunxit se parieti, & † attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam, & nihilominus angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram b nec ad sinistram poterat deuiari, obuius stetit. Cumq; vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedentis. Qui * iratus, vehementius cædebat fuste latera eius. † Apc- d ruitque dominus os asinæ, & locuta est: Quid feci tibi? Cur e percutis me, ecce iam tertio? Respondit Balaam: Quia cõ- meruisti, & illusisti mihi. Vtinam haberem gladium † vt te perciterem. Dixit asina: Nonne † animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti vsque in præsentem diem? Dic quid simile vnquam fecerim tibi? At ille ait: Nunquam. Pro- tinus aperuit dominus oculos Balaam, & vidit angelum g stantem in via euaginato gladio, adorauitque eum pronus in terram. Cui angelus: Cur, inquit, tertiò † verberas asinam tuam? Ego veni, vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, h mihique contraria. Et nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret. Dixit Balaam: Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me: Et nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar. Ait angelus: Vade cum istis, & caue ne aliud quàm quod † præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cum principibus. Quod cùm audisset Balac, egressus est in occursum eius in † oppido Moabitarum,

a ¶ Fideles feliciter fluitos, innocentes.

† verberasti
† dãs locum resistenti
Iobã. 1. f.
† loquutus fuero
† ciuitate

15 extollatur si prophe- reatur, quia prophetiæ destruẽtur, linguæ cessabunt, scientia de- 1 Cor. 13. d. structur: permanent autem fides, spes & charitas, maior autẽ his charitas, quæ sola nunquam cadit.

f *Respondit.* Nimirum tanta cupiditate plenus ferebatur, vt nec tanti monstri miraculo terreretur, & respõderit quasi ad hominẽ loquens cum Deus non asinæ animam, in rationalem naturam vertisset: Sed quod illi placuerat ex illa fonare fecisset ad illius vesaniam cohibendam. Illud fortè præfigurans: *Quia stulta* 1 Cor. 1. d. *mundi elegit Deus, vt confunderet sapientes*, pro spiritali & vero Israël.

g *Euaginato gladio.* ✠ PROCOPIVS. Quod spectatur, speciem quandam rerum habet, re verà tamẽ nihil est, non enim gladius angelis est, nec ferrum in cœlo, omnia verò plena sunt terroris ei qui metu indiget, etiam vox ipsa asinæ. Porrò ipsa visio auditione multò horribilior irrogatur ei qui spectaturus erat F Angelum, non eo fine vt metu sui iter intercluderet, cum ipsum ei esset concessum, verùm vt ab insidiis contra quemcunq; prætextum abstraheret.

h *Et nisi asina declinasset, &c.* ✠ IDEM. Obedictia eius tibi saluti fuit. Ita perit quicquid Deo est aduersum, quemadmodum tenebræ à luce.

i *Peccaui, nesciens, &c.* ✠ IDEM. Quod si verũ fatetur, cum ve-

ritatis

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Attriuit sedentis pedẽ. *Declinando quantum poterat ab angelo, qui stabat versus partem alterius muri.*

2 Concidit sub pedibus sedẽ. *Timore angeli quem non poterat declinare.*

3 Aperuitque dominus os asinæ. *Non est intelligendum, quòd asina illa verba intelligeret, vel formaret, quia verba rationabilia non intelliguntur, vel formantur, nisi ab habente intellectum, & ideo illa verba fuerunt formata virtute angeli mouentis linguam asinæ ad prolationem verborum in confusionem ipsius Balaam, vt prædictum est.*

4 Respondit Balaam. *Erat enim assuetus videre dæmones sibi apparentes in specie animalium & secum loquentes, ideo ad vocem asinæ non expauit, nec admiratus fuit.*

5 Protinus aperuit dominus oculos Balaam. *Licet enim essent aperti ad videndum alia, non tamen ad visionem angeli, ratione prædicta.*

6 Ado-

6 Adorauitque eum. *Timore correptus.*

7 Cur inquit, tertio, &c. *Cum tamen magis deberes gratus esse, eò quòd declinauit gladium meum.*

8 Ego veni vt aduersarer tibi. *Dicit enim aliqua & probabiliter, quòd hoc erat angelus qui præerat exercitui Israël ideo dixit:*

9 Peruersa est via tua mihique contraria. *& sequitur:*

10 Dixit Balaam. *Timore dubius.*

11 Et nunc si displicet tibi, &c. *Iam enim dixerat ei angelus viam eius sibi esse contrariam, sed cupiditate lucri quærebat licentiã eundi.*

12 Ait Angelus: Vade cum istis, &c. *Exponatur sicut prius hoc esse dictum ironice secundum aliquos, vel permissiue secundum alios.*

13 Quod cum audisset Balac. *Hic describitur receptio ipsius Balaam honorifica, cum dicitur:*

14 Egressus est in occursum eius. *Ad faciendum sibi reuerentiam.*

15 In oppido Moabitarum quod situm est in extremis finibus. *Quia filij Israël non intrauerunt terminos Moab, vt dictum est cap. præcedenti. Sequitur:*

V

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritatis indictus esset hostis, se ex nudis verbis ad se factis, non A agnouisse Deum testatur, quapropter Angeli visio necessaria erat.

Hom.15. Literaliter. a *Ecce adsum: Nunquid aliud loqui potero nisi quod Deus posuerit in ore meo, &c.* ORIGENIS. Balaam in scripturis nunc vituperabilis, nunc laudabilis ponitur. In vituperabilibus est cum prohibitus à Deo vadit ad regem persidiæ & vere quod ille vt veniat, & mercedis cupidus iterum consulit Deum donec relinquatur cupiditatibus suis, & eat in voluntatibus suis. Culpabilis est eũ ædificat aras, victimas imponit dæmoniis, & apparatu magico diuina consulta poscit, cùm consiliũ dat pessimum quo populus decipiatur. Laudabilis ostẽditur, cùm verbum Dei ponitur in ore eius, cũ spiritus Dei super eum sit, cũ de Christo prophetauit, cùm Iudæis & gentibus de aduentu Christi mysteria futura pronuntiat, cùm pro maledictionibus populo benedicit, & nomen Israël super visibilem gloriam mysticis extollit eloquiis. Difficile est ergo definire, & personam eius statuere, cui non solùm conueniat ista diuersitas, sed etiam illud quod ipse de se velut prophetans dicit: *Moriatur anima mea inter animas iustorum,* Mich.6.b. *& fiat semen meum sicut semen iustorum.* Per Michæam quoque dicitur: *Populus meus, memento quid cogitauerit aduersum te Balac rex Moab, & quid ei Balaam filius Beor responderit, a fauicula usque Galgal, vt cognoscerent iustitia domini.* Ostendit ergo quia per hæc iustitia domini cognosceretur. Ideo omnia illa respondit Balaam filius Beor de rege Balac quæ scripta referuntur. Quis putas, inuenietur, qui possit ex ipsis responsis Balaam ostendere, quòd Dei iustitia manifestetur in illis? Si enim Dei sermo positus est in ore eius, & spiritus Dei factus est super eum, & iustitia Dei ex responsis eius cognoscitur, quæ ab eo dicuntur prophetica & diuina esse credenda sunt, quamuis difficile inueniatur, quia factus est spiritus Dei super aliquem De hc. c. eũ prophetarum. Sed aut visio quam videt, aut assumptio verbi ex iniuncto. Dei, aut verbum Dei factum est ad illum, vel illum, & alia quædam de prophetis legimus: sed factum esse spiritum Dei super aliquem prophetarum, me legisse non memini. De Da- 2.Reg.16.c. uid autem ita scriptum est: *Et apparuit vel illuxit spiritus Dei super Dauid ab illa die,* & deinceps, non tamen factus est spiritus 1.Reg.10.b. Dei super Dauid. De Saul verò ita scriptum: *Decidit spiritus domini super te, & prophetabis cum ipsis, & conuerteris in virum* 1.Reg.16.c. *alterum.* Item de eodem: *Spiritus domini discessit à Saul, & C stupefecit eum spiritus malignus à domino.* Item: *Factum est cum esset* D *esset spiritus malus in Saul, assumpsit Dauid psalterium, & psallebat: & erat ei bonum, & discedebat ab eo spiritus malignus.* Mi- Ibid.d. nium ergo videri potest quod scriptum est: *Fatius est spiritus domini super eum.* In Pharisæorum ergo & scribarum persona, eisque similium Balaam explicare conabimur. Ex Mesopotamia, inquit, vocauit me Balac rex Moab ex montibus orientis, &c. Mesopotamiam dicit terram quæ inter flumina Babyloniæ iacebat, de quibus dicitur: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Si quis ergo inter flumina Babylonis fuerit, si quis reumatibus libidinis inundatur, & luxuriæ æstibus circumluitur, non dicitur stare sed sedere. Vnde: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Sed nec flere possunt, nisi prius recordari Sion. E Bonorum namque recordatio malorum causas lamentabiles facit. Nisi enim quis recordetur Sion, nisi legem Dei & scripturarum montes aspiciat, mala sua flere non incipit. Ex his ergo fluminibus vocatur Balaam, & ab his montibus orientis inuitatur. Montes isti non sunt montes sancti de quibus dicitur: *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Et alibi: *Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui.* Sed de quibus dicitur: *Montes tenebrosi, & cæt.* Et alibi. *Mons tenebrosus.* Et iterum: *Ecce ego ad te mons corrupte.* Isti sunt montes in quibus est omnis altitudo, extollens se aduersus scientiam Dei. Ab his montibus vocatur Balaam. Quales sunt montes, talem habent orientem, habent enim ortum luminis sui. Illo qui connectit se ficut angelum lucis, habet illam lucem de qua dicitur: *Lux impiorum extinguetur.* Et sicut lux impiorum, & quæ conuertit se ficut angelum lucis, contraria est illi luci quæ dicebat: *Ego sum lux mundi.* Ita & isto oriens contrarius est illi de quo dictum est: *Ecce vir, oriens nomen eius.* Ex illius ergo, non huius orientis finibus, veniebat Balaam illuminatus ab illo lucifero de quo dicitur: Et quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur.

Pſal.136.a. Balaam vocat à finibus. -munera

Pſal.136.a.

Balaã à mũdi oriẽte.

Mich.6.c. Hie.51.c. 2.Cor.10.b.

Iob.18.a.

Iohan.8.a. Zacha.6.c. Eſa.14.c.

b *Duxit eum ad excelsa Baal.* ✠ PROCOPIVS. Impiorum sacrificiorum locus, machinationibus contra Israëlem destinatur, argumento imbecillitatis dæmonum, multitudinis victimarum, & technæ Balaami qui tot tantaque gesserat. Nulla enim vis contra dominum. Quin & sacris se iungit Balac, simulque operatur, quo infirmitas ea fit euidentior. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nunquid aliud loqui potero. *Hic coactus est confiteri diuinam virtutem sicut prius, sicut & infra cogitur benedicere populo Israël, cuius tamen exterminium desiderabat, vt patebit infra per consilium quod dedit contra eum.*

2 Cumque occidisset Balac boues & oues. *Ad faciendum grande conuiuium.*

3 Misit ad Balaam & principes, &c. *Supra dicitur, quod habebat tantum duos pueros secum, & ideo principes qui hic nominantur, erant illi quos miserat Balac, quibus misit munera pro labore viæ, & quia fecerant illud quod primi nuncij non poterant facere. Aliter exponitur quòd non misit muneramis ad Balaam, misit tamen principes cum muneribus illis vt essent gratiosiora.*

4 Mane autem facto. *Scilicet post quintam noctis.*

5 Duxit eum ad excelsa Baal. *Id est ad montem, vbi colebatur* Idola vnde pitum. *idolum nomine Baal. Secundum quod dicitur in Scholastica historia: Idola ortum habuerunt à Belo rege Assyriorum, quo mortuo filius eius Ninus, qui Niniuem condidit, in consolationem suam de morte patris fecit idolum, ei tantam reuerentiam exhibens, vt parceret seruis suis peccantibus quando ad idolum refugiebant, & inde cœperunt idola in aliis locis honorari & coli, & sicut inde est tracta idolatria ad alia loca, sic & denominatio quia sicut Assyrij illud idolum vocauerunt Belum, ita Babylonij idolum suum vocauerunt Bel: alij populi Beel, alij Bael, alij Baalim, alij Beelphegor ex compositione alterius nominis cum eo. Iudæi autem vocabant idola Beelzebub, id est Deus muscarum, eò quod ex sacrificijs sibi factis musca congregabantur, & hoc dicebant in contemptum idolatriæ: quia apud eos tantum remanserat cultus vnius Dei, & secundum hoc dicebant de Christo:* In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. *Dicebant enim principem dæmonum in idolis dare responsa, & propter hoc nominabant ipsum nomine idoli. Ductus est autem illuc Balaam, quia erat ariolus & magus & cultor dæmonum.*

6 Et intuitus est extremam partem populi. *Id est, totum exercitum vsque ad extremam partem. Quod patet ex hoc quod dicitur sequenti capitulo vbi dicitur, quod inde duxit eum ad alium locum, vnde posset partem Israëlis videre, & non totum. Ex quo concluditur, quòd de hoc loco videbat totum exercitum Israël.*

CAP.

CAP. XXIII.

a *Donec vadam, &c.* ✠ PROCOPIVS. Dæmones sibi familiares consulit, auguriis enim vti consueuerat. Verùm eorum nullî comparere est permissum. Venit autem nũtius Dei, qui nihil quidem dixit, sed in eo qui dicturus esset, operatus est. Dixit igitur, pro operatus est, ponitur: nõ enim verba illi facta sunt, sed animus apparatus est.

b *Dominus autẽ posuit, &c.* ✠ IDEM. Metu enim apparitionũ adornatus fuerat, nec mirum sanè, cum & asina spiritus illius efficaciam recepisset, quamuis ignorare quæ dicerentur. Deus enim ex lapidibus quoque vocem B suscitat, iuxta illud, *Quod si tacuerint, lapides clamabunt.*

c *Assumptaq; parabola.* ✠ IDEM. Hoc modo sapientem sermonem vocare scriptura solet, iuxta illud, *Aperiam in parabola os meum.* Pſal.77. Dicit autem ea quæ Israëlitarum audire maximè intereraat, quæ in prouerbium erant abitura.

Ex Cathena Græca. d *De Aram adduxit me.* ✠ GREG. NYSSENVS. Alij de Syria accersiit me. Cumque superius diceret, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, Euphratem dicunt flumen hoc appellari. Lxx. De Mesopotamia, quæ fluminibus Babyloniæ Pſal.136.a. abluitur. Vnde: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordare. Sion.*

Hom.15. c *Veni inquit.* ORIGEN. *Veni,* inquit, *& maledic mihi Iacob.* In Latinis sermonibus penè superflua videtur esse repetitio, sed in Græcis sub nomine Israël est præpositionis adiectio sc. supermaledic mihi Israël, vt maiori intentione maledictum in Israël quàm C

Diuiſio. 1 DIxitque Balaam. *Hic describitur ipsius Balaam ad maledicendum conatus. Et diuiditur in tres partes, secũdum quod ter conatus est ad hoc. Secunda ibi:* Dixit ergo Balac, *tertia ibi:* Dixitq; Balac. *Circa primum igitur maledicere populo conatur per sacrificia dæmonibus oblata, cum dicitur:*

2 Ædifica mihi, &c. *In veneratione septem planetarum, quos colebant idolatræ, & potissimè illi qui erant astrologia imbuti, quantum ad hoc quòd omnia quæ aguntur in humanis actionibus deriuantur à stellis, de quibus erat iste Balaam.*

3 Dixitque Balaam ad Balac, &c. *Hic enim ritus obseruabatur in sacrificijs idorum.*

4 Donec vadam. *Licet nominet hic nomen domini, intendebat tamen habere reuelationem à dæmone quomodo procederet in populi Israëlis maledictione: quærebat enim tunc augurium, vt habetur in principio sequentis capituli, quod non dicitur reuelatio à Deo, sed à diabo-* Augurium in tenebris. *lo. Sciendum etiam quòd recedebat à societate aliorum quærens auguria: tum quia dæmones communius apparent magis in tenebris & in solitudine, quam in luce vel societate, quia sunt spiritus tenebrarum, & per pacta occulta & priuata, & non per signa publica iustitiæ faciũt quod faciunt: tum quia appartio quæ apparet cultoribus suis communiter fit per abstractionem à sensibus, & cum aliqua horribili passione corporis, & hoc sit Dei prouidentia, vt prophetæ dæmonum à prophetis Dei etiam per exteriora signa distinguantur, in quibus talis passio horribilis non fit. Propter quod Balaam querebat à turba segregari, quando quærebat augurium, vt libentius dæmon ei appareret, & vt aliqua passio horribilis sibi coram alijs non accideret, propter quam ab eis contemneretur, consequenter à tali augurio impediretur cum dicitur:*

5 Cumq; abiisset velociter. *Ad quærendum dæmonis responsum, qualiter posset maledicere populum Israël.*

6 Occurrit illi Deus. *Impediens prædictum responsum, & ponens in ore Balaam contrarium, vnde sequitur postea:*

7 Assumptaque parabola sua. *Parabola dicitur quando vnum ver-* Parabola. *bum pro alio ponitur, & hoc modo dicitur hic parabola, quia quærebat verba maledictionis, & posita fuerunt in ore eius verba benedictionis. Dicitur etiam parabola, quia parabolice & per similitudines loquebatur, vt patet in sequentibus.*

8 De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, &c. *Cum magno labore & sumptibus & eausam vocationis subdit:*

9 Veni, inquit, & maledic Iacob. *Imprecando ei malum pœne.*

10 Propera & detestare Israël. *Imprecando ei malum culpæ, vt sic dominus qui est protector eius ab eo recedat.*

11 Quomodo maledicam, &c. *q.d. prædicta facta sunt frustra: quia prohibitus sum à Deo, cui non possum resistere.*

✠ 1 De

MORALITER.

✠ 1 *Dixitq; Balaam, &c.* Per Balac & Balaam qui per diuersos modos & vias quærebant malum populo Israël cõtra domini voluntatem Balac inducendo, Balaam exequendo, significantur illi qui diuersis viis malum innocentibus machinantur: sed domino disponente malum super eos reuertitur, sicut Balac & Balaam occasione huius mali per filios Israël fuerunt occisi, vt habetur infrà. Simile verò huius habetur ij. Reg. xvij. & xviij. Nã Achitofel & Absalom quærebãt mortem Dauid, & domino disponente Dauid saluatus fuit, & Achitofel manu propria se suspendit, & Absalom capillis propriis in quercu suspensus, à Ioab principe militiæ fuit occisus. Similiter diabolus mortem Christi procurans, per hoc deiectus fuit ac etiam spoliatus. Pſal.ix.c. *Infixa sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.*

Balaã maledictione & amaritudine plenũ erat, & sub lingua eius labor & dolor, & sedebat in insidiis cum diuitibus: expectabat mercedem à rege, vt in occultis interficeret innocentes. Sed †obtulit Balac & Balaã Deus, qui facit mirabilia solus ex inimicis operatur salutem. Iniecit enim verbum in os eius, quamuis †ostenderit nondum cor eius posset capere verbũ Dei, †solus aut silens adhuc enim erat in E corde eius mercedis cupiditas. Vnde post verbum Dei quod habebat in ore, dicebat ad Balac: Veni, & dabo tibi cõsilium, &c. Non enim in corde sed in ore tantùm habuit verbum Dei. *propter me ipsum* Idcoq; dicit verbum Dei positum in ore eius. †Cur

f *Quomodo maledicam.* ORIG. Alia litera. Quomodo maledicam, quem non maledicet dominus? Aut quid supermaledicam quem non supermaledicet Deus? Iacob non maledicit dominus, nec Israël, sed alicui putas maledicit? Ad serpentem dicit: *Maledictus tu in ommbus bestijs terra,* & ad Adam: *Maledicta terra in operibus tuis,* & ad Cain: *Maledicta terra quæ aperuit os suum, vt reciperet sanguinem fratris tui, &c.* Dicturus quoque est his qui à sinistris eius erunt: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Et cùm dicit: *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ,* & huiusmodi, videtur maledictis arguere. F Quid est ergo quod Apostolus dicit: *Benedicite & nolite maledicere.* Quod ab hominibus non vult fieri, ipse facit, qui exemplum Quomodo Deus maledicat. vitæ

Vbi suprà.

Gene.3.c. Ibidem.c. Ibid.4.b. Matth.25.d. Ibidé 23.b.

Rom.12.c.

Universidad de Navarra
Biblioteca

vitæ hominibus ponit. Non ira est, Deus enim cùm maledicit, A meritum designat eius cui maledicitur, & sententiam promit, vtpote quem non fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem qui hæc non potest scire, neque propositum mentémque alterius agnoscere, si dicentis vel sententiam promentis intuitu referat maledictū, non potest esse iusta maledicendi causa, vbi peccantis ignoratur affectus, & maximè maledicta profert, eū conuitiis atque iniuriis prouocatur. Quod vitium resecat Apostolus, ne maledictis maledicta, & conuitijs conuitia prouocemus, præcipiens vt benedicamus & non maledicamus, non quòd iudicādi veritas quæ homines non latet, & pronuntiandi autoritas perimatur.

† quartam partem

a *Cui non maledixerit Deus.* Qui tantum meritum designat eius cui maledicitur, & sententiam promit, quem non qualitas peccati, nec fallit affectus peccantis. Homo autem neutrum nouit, & sæpe conuitiis aut iniuriis prouocatus maledicit. Ideo dicit Apostolus: *Benedicite & nolite maledicere*, vt conuitiandi vitium resecetur.

Rom.12.c.

b *De summis, &c.* Quasi ideo non debet maledici, quia alta & B cælestis eius vita. Nemo intelligit eam, nisi ad eminentem scientiam ascenderit.

Libr.2. in Numeros. cap.18.

✠ Rvpertvs. Parabolica dictio ab eo incipitur, quod ait, de summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo eum. Nam quod præmisit, quomodo maledicam, &c. Nudus & manifestus est veritatis sensus. Nemo quippe maledicere aut detestari efficaciter potest eum, cui à domino benedictio data est. Igitur de summis silicibus videbo eum cum dicit, patres excelsos, patriarchas summos, intellige istius populi patres, non tam carnis quam fidei. De illorum silicum & collium altitudine, dignitatem illius populi contemplare. Nunquam enim melius intelligis, quid amplius Iudæo quam gētili. Cùm dicis cum Apostolo, quia horum est adoptio, & testamentum & gloria & legislatio & obsequium & promissa, & eorum patres, ex quibus secundum carnem Christus. Profectò de summis silicibus vidisti, de collibus hunc populum gloriosum considerasti. *Populus*, inquit, *solus habitabit & inter gentes non reputabitur.* Abraham, inquit, & filij eius, filij, inquam, non carnis, sed promissionis, solus habitabit, solus & singularis erit cultor vnius Dei, populus vnius principis, corpus vnius capitis, solus, inquam, habitabit, solus benedictionem hæreditate possidebit. Quamuis de cunctis gentibus colligendi sint in vnum qui dispersi fuerant filij Israël, iam post sui benedictionem, inter gentes non reputabuntur.

Vbi suprà.

Origenes. Alia litera. De verticibus montium intuebor eum, & à collibus intelligam eum. Quasi quia in excelsis collibus & altis montibus positus est Israël, id est in alta & ardua vita, ad quam intuendam & intelligendam nemo sit idoneus, nisi ascendat ad eminentem scientiam. Non ideo ei maledicit Deus, quia eius vita præcelsa, non humilis & deiecta. Quod non de carnali Israël dici videtur, sed de illo cuius super terram ambu- C

Philip 3.d.

lantis cōuersatio est in cælis. Aut si etiam ad illum populum hæc referuntur, rectè intuebor & intelligam dicitur, vt tempus futurum significetur, quo omnis Israël ad fidem Christi veniens saluabitur. Et à mōtibus & ab his collibus intuebitur, id est qui excelsam & cælestem vitam consurgentes cum Christo exercuerint super terram.

c *Vide, &c.* Actus Iacob, id est actiuorum videntur. Contēplatio Israël, id est contemplatiuorum tantum intelligitur. Vel in futura resurrectione Iacob videbitur, id est corpus Israël intelligitur, D id est resurgentium anima & spiritus.

d *Populus solus.* Quia non est permissus cæteris hominibus, nec inter cæteras gentes reputatus, certis nobilitatus priuilegiis, observationibus & legitimis suis, sicut tribus Leui non est permissa cæteris.

Populus solus habitabit, &c. Origen. Vbi suprà. Tropologi. Heb.12.c.

Spiritalis Iacob & Israël verè solus habitat in gentibus. Si enim accessimus ad Sion montem & ciuitatem Dei Ierusalem cælestem, & venimus ad spiritalem Iudæā quæ est portio Dei, & in terris positi ibi conuersamur, verè non reputamur inter cæteras gentes, nec eorum fines nostris admiscentur, etiam si restituatur Sodoma in antiquū statum & Ægyptus, & si quid aliud tale in propheris scriptum est. Verūtamen Iacob & spiritalis Israël, cum ad ecclesiam primitiuorum ascenderint, nullus æquabitur vel miscebitur. Nisi enim insertus fuerit Rom.11.c. ramis oleastri, & socius factus radicis & pinguedinis oliuæ, quomodo potest sociari Iacob vel Israël? Cùm sine radice ista neque Iacob potest quispiam vocari nec Israël. Neq; ergo ex Iacob vel Israël, si quis peccat, Iacob dici vel Israël potest. Neque ex gentibus, si quis ingressus fuerit ecclesiam domini, inter gētes vltrà E reputabitur.

e *Quis dinumerare.* Idem. Alia litera: Quis inuestiganit sumē Vbi suprà. Iacob, & quis dinumerauit plebem Israël, &c. Simile est hoc illi quod dixit dominus Abrahæ: *Respice ad cælum & dinumera stellas cælis si potes & ait: Sic erit semen tuum. Et credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.* Si Abraham aut quilibet hominum vel etiam angelorū, fortassis & superiorū virtutū, non potest numerare stellas nec semē Abrahæ, quia dictū est: *Sic erit semen tuū.* Pſal.146.a. Deus autē (*qui numerat multitudinē stellarū, & omnibus eis nomina vocat.* Et qui dixit: *Ego stellis omnibus mandam*) potest inuestigare Baruch 3.d. semen Iacob, & dinumerare puluerem Israël. Ipse enim solus scit quis verè sit Iacob, & quis verè Israël. Non enim respicit Iudæū Roma.2.d. in manifesto, nec circūcisionē in carne, sed qui in occulto est Iudæus, & corde circūcisus. Ipse ergo solus qui dinumerare potest & inuestigare, qui secūdum incomprehēsibilem sapiētiam ad illā cælestem formam, quā ipse solus scire potest, posuit etiā istos numeros quos habemus in mambus, in quibus præcepit, vt secūdū cognationes suas & domos familiarū ex nomine omnes masculi per capita numerētur à xx. annis & suprà, omnis qui ingreditur in virtute, & colligitur eorū qui dā sacratus numerus, tunc scilicet sacratus & placitus Deo, cū ipso præcipiēte numeratur. Si autem contra præceptū domini voluerit quis numerare, licet ille Dauid fit, licet magnus propheta, contra legem agit, & arguitur 2.Re.24.b. per prophetam, & patitur illa quæ in secundo libro regum sunt scripta.

Saprà 1. a.

f *Moriatur anima mea.* Origen. De se prophetare videtur. Vbi suprà. Sed secūdum literā nec in Balaam, nec in illo Israël factū est, nec fieri potuit, nec enim intra ipsos, sed ab ipsis mortuus est.

Origen. Moriatur anima mea morte iustorum. Hoc magis F conuenit personæ ipsorum qui in præsenti licet vanus populus habeātur, quia sunt sine gratia spiritussancti. Cū tamen plenitudo gentium introierit, omnis ista prophetia quæ de Israël dicitur, in spiritali Israële complebitur, & anima eius morietur cum animabus iustorum. Suscipient enim in se fidem Christi, vt in Rom.6.a. morte ipsius baptizentur, consepulti illi per baptismum in mortē. *Et fiat semen meū sicut semen iustorum.* Non enim ipsi, sed semen eorū sit sicut semen iustorū, qui credētes de gentibus in Christo

☞ iusti-

☞ iustificati sunt. Neque ergo circoncisio est aliquid, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Gal.5.a.

A Greg. Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum, &c. Multi intra ecclesiā prolixas preces ad Deū habēt, vitam precantium non habent, & in oratione lachrymātur, sed in tepore tentationis superbia pulsantur, fastu intumescūt. Similiter auaritiæ, luxuriæ, iræ, & tētationi succūbunt, nec se pro æterni regni desiderio fleuisse meminerunt. Quod de se Balaam ostendens ait: *Moriatur anima mea morte iustorum, &c.* Sed post cōpunctionem contra eorum vitam, quibus se similem fieri etiā moriendo poposcerat, cōsilium præbuit, & occasione auaritiæ oblitus est, quod de innocentia optauit. Plerunque enim mali inutiliter compunguntur ad iustitiā, sicut boni innoxiè tentantur ad culpam. Fit enim dispensatione diuina, vt illi dū bonū aliquod agunt, quod tamen non perficiunt, superbè inter ipsa quæ etiam plenissimè perpetrant mala, confidant, & isti dum de malo tentātur, cui nequaquam consentiunt, quò per infirmitatem titubant, eò gressus cordis ad iustitiam per humilitatem verius figant. Alterum pa- Rom. 7.d. tet in Balaam, de altero Paulus ait: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mea, &c.* Ille ergo compungitur, nec iustitiæ propinquat. Iste tentatur, & tamen culpa eū non inquinat: quia nec malos bona imperfecta adiuuāt, nec bonos mala incōsummata condemnant. Virtutis enim pondus oratio non 1.Reg.1.c. habet, quam perseuerantia non tenet. Vnde: *Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati.*

Vbi suprà. a *Et fiant nouissima mea horum, &c.* Orig. Hoc in magis qui do oriente primi venerunt adorare Christum potest intelligi, qui Matt. 2. a. de genere Balaam erant per generis successionem, & per disciplinæ traditionem. Constat enim eos agnouisse stellam quam prædixerat Balaam in Israël orituram.

b *Quid est hoc.* Balac contra spem benedictiones pro maledictionibus audiens, & vltrà non ferens, prophetantis verba interrupit.

Vbi suprà. Allegoricè Gen 3.c. Idem. Non vult amarus rex benedictionem, sed maledicta quærit. Est enim de cognatione illius cui dicitur: *Maledictus tu ab omnibus bestijs terræ.*

Cc *Dixit ergo Balac.* Putat eum perterritū Israëlis multitudine, & ideo non ausum maledicere, & mutationem loci sibi prodesse. D

d *Videre non possis.* Demens putauit Israëliticam gratiam loci abiectione posse celari, nesciens quia non potest abscondi ciuitas supra montem posita. Mat.5.b.

c *Super verticem montis.* ✠ Procopivs. Alium nunc non minus altum explorat locum. Super his enim simulacra collocantes, sacra faciebant eis. Consilium vero eorum est, idolatriæ humilitatē locorum sublimitate subleuare. Procubuit enim homo, & sese abiecit vir, inquit Propheta, quando de idolorum cultoribus verba facit. Atqui Deus propter Israëlē nihil non facit, etiam cum per Magum loquatur. Propter quē Cyrus etiam quantumvis indignus imperium ter maximū adipiscitur, quo Israëlē liberet, ad quē E dixit, propter Israëlē seruum meum te nomine tuo vocabo. †posuerit in ore meo

f *Ædificauit.* Res † pœniteat prophanis sacrificiis eum agebatur, & diuinatione arte magica quærebatur. Volens tamen Deus abundare gratiam vbi abundauit delictum, adesse dignabatur, non sacrifi- Rom.5.d. ciis, sed in occursum venienti. Et ibi dat verbum suum & mysteria & futura pronunciat, vbi maximè fides & admiratio Gentilium pendent vt qui nostris nolunt credere prophetis, credant diuinis suis.

a morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Di- 1
¶ Secunda prophetia Balaam.
b xitq; Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Vt maledi- 2
ceres inimicis meis vocaui te, & tu econtrario benedicis?
a ¶ Cui verbum in ore posuit Deus.
†supra 22.g. Cui ille respondit: † Num aliud possum loqui, nisi quod † 3
c iusserit dominus? Dixit ergo Balac ad Balaam: Veni mecum 4
in alterum locum, vnde † partem Israëlis videas, & totum 5
d videre non possis, & inde maledicito ei. Cumq; duxisset eum
† populum quidē videas & extremā tantum partē ipsius & non totum †speculatorum
e in locum † sublimem super verticem montis Phalgæ ædifi- 6
f cauit Balaā septem aras, & impositis suprà vitulis atq; arie- 7
gtibus, dixit ad Balac: Sta hic iuxta holocaustum tuum, donec 8
ego pergam obuius. Cui cùm dominus occurrisset, posuis- 9
setq; verbum in ore eius, ait: Reuertere ad Balac, & hæc lo-
queris ei: Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum
suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac:
Quid, inquit, locutus est dominus? At ille assumpra parabo-
¶ Animo & fide.
h la sua, ait: Sta Balac & ausculta, audi fili Sephor: Non est 10
a ¶ Qui vitijs impediatur, ne verum sit quod loquitur.
Deus quasi homo vt mētiatur, nec vt filius hominis vt† mu- 11

Lib. 33. moral. cap.27.

A Greg. Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum, &c. Multi intra ecclesiā prolixas preces ad Deū habēt, vitam precantium non habent, & in oratione lachrymātur, sed in tepore tentationis superbia pulsantur, fastu intumescūt. Similiter auaritiæ, luxuriæ, iræ, & tētationi succūbunt, nec se pro æterni regni desiderio fleuisse meminerunt. Quod de se Balaam ostendens ait: *Moriatur anima mea morte iustorum, &c.* Sed post cōpunctionem contra eorum vitam, quibus se similem fieri etiā moriendo poposcerat, cōsilium præbuit, & occasione auaritiæ oblitus est, quod de innocentia optauit. Plerunque enim mali inutiliter compunguntur ad iustitiā, sicut boni innoxiè tentantur ad culpam. Fit enim dispensatione diuina, vt illi dū bonū aliquod agunt, quod tamen non perficiunt, superbè inter ipsa quæ etiam plenissimè perpetrant mala, confidant, & isti dum de malo tentātur, cui nequaquam consentiunt, quò per infirmitatem titubant, eò gressus cordis ad iustitiam per humilitatem verius figant. Alterum pa- Rom. 7.d. tet in Balaam, de altero Paulus ait: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mea, &c.* Ille ergo compungitur, nec iustitiæ propinquat. Iste tentatur, & tamen culpa eū non inquinat: quia nec malos bona imperfecta adiuuāt, nec bonos mala incōsummata condemnant. Virtutis enim pondus oratio non 1.Reg.1.c. habet, quam perseuerantia non tenet. Vnde: *Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati.*

Vbi suprà. a *Et fiant nouissima mea horum, &c.* Orig. Hoc in magis qui do oriente primi venerunt adorare Christum potest intelligi, qui Matt. 2. a. de genere Balaam erant per generis successionem, & per disciplinæ traditionem. Constat enim eos agnouisse stellam quam prædixerat Balaam in Israël orituram.

b *Quid est hoc.* Balac contra spem benedictiones pro maledictionibus audiens, & vltrà non ferens, prophetantis verba interrupit.

Vbi suprà. Allegoricè Gen 3.c. Idem. Non vult amarus rex benedictionem, sed maledicta quærit. Est enim de cognatione illius cui dicitur: *Maledictus tu ab omnibus bestijs terræ.*

Cc *Dixit ergo Balac.* Putat eum perterritū Israëlis multitudine, & ideo

tio arte magica quærebatur. Volens tamen Deus abundare gratiam vbi abundauit delictum, adesse dignabatur, non sacrifi- Rom.5.d. ciis, sed in occursum venienti. Et ibi dat verbum suum & mysteria & futura pronunciat, vbi maximè fides & admiratio Gentilium pendent vt qui nostris nolunt credere prophetis, credant diuinis suis.

g *Sta hic iuxta.* Ad holocaustum suum stabat in idolatria sua positus, ideo magis cadebat. Surgere ergo videtur qui magis ceciderat, cum in idolatria stare videretur.

h *Non est Deus quasi homo, vt mentiatur.* Orig. Alia litera *Non* Hom. 16. in *sicut homo frustratur Deus neque sicut filius hominis terretur.* Quasi, Numeros. putas Deum sicut hominem fruistrari in his quæ loquitur. Homi- Deus non nes enim multis vitiis impediuntur, ne verum sit quod loquun- frustratur. tur. Irati enim loquuntur aut metu, aut cupiditate, aut inclantiæ gratia: Deus autē in quo nulla passio est, quicquid dixerit pro earum meritis dicit: Et ideo nō potest frustrari, quia quicquid ratione profertur, non potest ratione carere. Nō est ergo Deus qui frustra loquitur sicut homo, nec vt filius hominis terretur vel terret secundum alios. In hominibus sententiam mutat terror, sed Deus qui super omnia est, à nullo terreri potest, vt sententiā mutet. Nec sicut filius hominis terret, homines enim pro inclaria terrores faciunt & minas etiā his quibus nocere non possunt. Deus autem ratione terret, vt corripiat hominem in auditionis tribu-

☞ latione

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dixitq; Balac. *Hic consequenter Balaam reprehenditur, quia agebat contrarium illius propter quod vocatus fuerat.*

2 Cui ille respondit. *Se excusando.*

3 Num aliud possum loqui, &c. *q.d. eius virtuti non possum resistere, & in hoc coactus fuit profiteri virtutem diuinationum & augurioru nullam esse, nisi quantum Deus permittit.*

4 Dixit ergo Balac. *Hic describitur secundus conatus ipsius Balaā, & primò per mutationem loci, cum dicitur:*

5 Veni mecum in alterum locum, &c. *Tum quia magi & augures in talibus obseruant loca & tempora: tum quia Balac credebat Balaā fuisse territum, videndo totum populum, & ex hoc non fuisse ausum maledicere, vel quia sciebat maius meritum esse in toto populo quàm in parte, vt si Balaam fuisset prohibitus maledicere toti populo propter merita eius, non tamen prohiberetur à maledictione partis: & per consequens eius aduersarij diminuerentur & debilitarentur. Secundò per oblationem sacrificij, cum dicitur:*

6 Ædificauit Balaam, &c. *Et exponatur sicut suprà. Tertio per inquisitionem augurij, cum dicitur:*

7 Donec ego obuius pergam. *Intendebat enim obuiare dæmoni solito sibi apparere & loqui.*

8 Cui

NICOLAVS DE LYRA.

1 De summis sili. &c. *Quia erat in alto monte, vbi duxerat eū Balac, vt patet ex dictis in fine præcedentis cap.*

2 De collibus, &c. *Non ad maledicendum, quia sum prohibitus, sed magis ad benedicendum, quia sum compulsus. Vnde subditur:*

Quomodo Israël populus solus. 3 Populus solus habitabit. *Id est segregatus ab alijs populis. Primò in corde per fidem vnius veri Dei, alijs populis ad idolatriam declinātibus. Secundò in carne per circuncisionem. Tertiò in lege specialiter dat a illi populo secundum quod dicitur Psal.cxlvij.b.* Non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis. *Quartò in veste, vt dictum est suprà xv.c. Hæc & similia beneficia facta sunt singulariter illi populo, eò quod Christus nasciturus erat de eo secundum carnem.*

4 Et inter gentes non reputabitur. *Sed erit populus Deo peculiaris, secundum quod dicitur Exo.xix.a.* Et itis mihi in peculium de cunctis populis.

5 Quis dinumerare possit puluerem Iacob. *Id est multitudinē de eo egressuram. q.d. nullus. Vtitur autem hoc nomine pulueris, quia homo secundum carnem qui traducitur à parentibus, originatur à puluere, secundum quod dicit Genes.ij. b.* Formauit hominem Deus de limo terræ. *In Heb. habetur*, de pulvere terræ. *Item quia Abrahæ de multiplicatione sit seminis fuerat dictum Genes.xiij.d.* Si quis possit numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit.

6 Moriatur, &c. *Mali enim homines licet nolint viuere vita iustorum, appetunt tamen mori morte eorum, & talis erat Balaam. Alij exponunt dicentes, quòd propheta ait de morte sua, vt sit sensus: Moriatur anima mea, id est peribit mea corporalis vita morte iustorum insuetā à iustis, quia postea fuit interfectus à filijs Israël. vt habetur infrà xxxj.ca. Sed hæc expositio non consonat literæ sequenti, cum subditur:* Et fiant nouissima mea horum similia: *sed prima consonat.*

✠ 1 Dixit-

7 Cui cum dominus occu. *In cuius præsentia dæmon vbi potest.*

8 Reuertere ad Balac & hæc loqueris ei. *Ad contrarium suæ intentionis. Vnde subditur:*

9 Non est Deus quasi homo, vt mentiatur? *Quia ipse est veritas per essentiam.*

10 Nec vt filius hominis muteretur. *Sed contrarium huius videtur haberi Hiere.xxvij.a.* Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam: ago & ego pœnitentiam super malo quod cogitaueram vt facerem ei. *Dicendum quòd Deus cer-* Deus immu- *tissimè est immutabilis secūdum quod dicitur Iacob.i.c.* Apud quem non rabilis. est transmutatio. &c. *Tamen facit & dicit mutabilia per immutabilem voluntatem suam. Ad cuius intellectum considerandum quòd aliqua Dei verba significatiua sunt futurorum, secundum quod sunt in Dei præscientia & illa immutabiliter eueniunt, quia Dei præscientia est immutabilis: Alio modo sunt significatiua futurorum, prout sunt in causis secundis mutabilibus, quæ sunt merita & demerita hominum, & talia non implentur semper, sed mutantur secundum ea, sicut & causæ eorum, & hoc modo dicitur Iosiæ in.a.* Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur. *Hoc enim exigebant demerita illius populi pro tunc. Sed quia egerunt pœnitētiam, non est admpletum illud verbum, & hoc non arguit mutationem in Deo, sed in libero arbitrio humano. Et per hoc soluitur auctoritas Hieremiæ allegata.*

V 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

latione, vt verbo comminationis tertius emendetur, ne perueniat ad eum vindicta malorum suorum.

✠ Procopius. Non vt homo Deus perforari potest, cæteri vt mentiatur, reddiderunt. Quidam verò vt suspendatur & despiciatur expoluerunt. Tantum adiutus est minis angeli.

✠ Rvpert. Quasi diceret, veni ego in alterius locum, sed non in vtilitatem Dei. Semel posuit verbum in ore meo, quod mutari non patitur, quādoquidē omnis homo mēdax, & omnis filius hominis mutabilis est, sed non itidē Deus mentitur.

a *Dixit ergo, &c.* Origen. Alia litera. Ipse cùm dixerit, non faciet, loquetur, & non permanebit? Cùm homines non faciant quæ dicunt, vitio humanæ fragilitatis mutabiles, Deus immutabilis est. Sed dicit aliquis: Cùm Deus locutus sit de Ninive, quòd post triduū subuerteretur, quare non permāsit in verbo suo? Et in his quæ locutus est de Dauid vbi tribus diebus promissa fuerat mors vt vastaret populum, & intra vnam diem & vsq; ad horam prādij cessauit? Videbitur fortasse quæ per interrogationem dicuntur non definita esse, sed medium aliquid ostendere.

B Et irreuocabilis sententiæ non monstratur affectus, quod tempore tantius dictum hoc videatur. Ipse enim dixerit, nonne faciet? Scriptum est in Iona: *Et Ionas qui dē prædicauit & dixit: Adhuc tres dies, vel quadragima* secundū Hebræos, *& Ninive subuertetur.* Obseruādum ergo, quòd non inuenitur in sermonibus Dei, quibus ad propheram locutus est, dictū: *Adhuc tres dies & Ninive subuertetur.* Sed ipse Ionas dixit: *Adhuc tres dies & Ninive subuertetur:* vt sermo dictus & non factus, à Iona potius quā à domino prolatus videatur. In libro quoq; Regum: *Factum est verbum domini,* inquit, *ad Gad prophetam, dicens: Hæc dicit dominus. Tria tibi ego super te elige tibi vnum ex his quod faciā tibi. Et introiit Gad ad Dauid dicens: Aut venient tribus annis tibi fames super terram tuam, aut tribus mēsibus, vt fugiāt inimici tui, aut tribus dies mors fiet in terra tua.* Obserua ergo quomodo nec in his tribus comminationibus Deus inuenitur de morte trium dierum dixisse. In verbis enim Gad positū est, non in mandatis domini. Et non semper quæ per prophetam dicuntur quasi à Deo dicta accipiuntur. Per Moysen multa locutus est Deus, aliqua tamen Moyses propria autoritate mandauit. Vnde: *Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis hæc Moyses, &c.* vsque: *Quod ergo Deus coniunxit homo non separet.* Vides ergo hic Deum neq; præcepisse, neq; fieri voluisse diuortium: Sed Moysen propter duritiam Iudæorum scripsisse dandum esse repudium, hinc Paulus ait: *Dominus dicit, non ego.* Et alibi: *Hoc autem ego dico, non dominus.* Et iterum: *Præceptum domini non habeo: consilium autem do.* Et iterum: *Quæ loquor non loquor secundum Deū.* Similiter ergo & in cæteris prophetis. Alia dominus locutus est, & non prophetæ, alia prophetæ, & non dominus. Videtur ergo obiectio dissolui, cum tam sua quam prophetica verba dominus reuocat, & mutat in melius. Sed magis arbitror priorē absolutionē totius scripturæ sensibus conuenire. Et in illis præcipuē quibus patiens & multæ misericordiæ & pœnitens super malitia dicit Deus. Vel in his maximè quæ generaliter ab Hieremia pronuntiantur, in quibus ostenditur pro multis miserationibus incomprehēsibili bonitate sua Deus dicere & non facere, loqui & non permanere sic. Ita finem loquar: id est ex definito loquar super gentes & super regnum, vt auferam eos & dispergam. Et si conuertatur illa gēs à malitia suis pœnitebo de omnibus malis quæ cogitaui facere eis, & in finem loquar super gentem & super regnum, vt ædificem eos & plantem. Et si fecerint mala in conspectu meo, & non audierint vocem meam, pœnitebit me de omnibus bonis quæ locutus fueram vt facerem eis. Quomodo ergo possumus his quæ absolutè per Hieremiam dicuntur, præferro illa quę suspensè per Balaam dicuntur, nisi quia negligentibus & contemptoribus illa confirmanda, hęc verò à perfectioribus secretius aduertenda sunt.

b *Non est idolum in Iacob.* Alia translatio: *Non erit labor in Iacob, neque videbitur dolor in Israel,* in futuro scilicet seculo.

Origene. *Non erit labor in Iacob, neque videbitur dolor in Israel, &c.* Futuræ vitæ status denuntiatur. Hæc enim vita sine labore & dolore non transcurritur. Paulus enim ter virgis cæditur, semel lapidatur, & innumerabilia patitur, sed in futuro aufugiet dolor, & tristitia, & gemitus. Quod tamen non ad omnes, sed ad eos tantùm qui meritis Iacob & Israel fuerint, refertur, vt pauper Lazarus qui hanc vitā in labore & dolore trāsegit. Vnde vbi diues cruciatur, ille quiescit. Ille in vero Israel est & in vero Iacob, in quem non venit labor & dolor. Diues autem ille erat secundum carnem Israēl: Dicitur enim illi, quia fratres habent legem, & prophetas audiant illos.

c *Dominus Deus, &c.* Idem. Alia litera. Dominus Deus suus cū ipso est, & præclara principum cum ipso sunt, &c. Nunquam Israēlem suum deserit Deus. Præclara principum potestas est principatus & regnum verum, quoniam sunt & aliqui principes, qui de principatu suo vel pellendi, vel iam fortè pulsi sunt, & hi introducendi qui verè Israēl sunt. Præclara illa omnia quæ habuere in cælis illi principes, qui non seruauerunt principatum, sed reliquerunt æterna domicilia, Israēl iste & Iacob qui luctatus est & vicit, accipiet.

d *Et clangor victoriæ regis in illo.* Admonitio prædicationis, quā in nobis rex, id est Christus diabolum triumphat.

e *Deus eduxit eum.* Idem. Alia litera. Deus qui eduxit eum ex Ægypto sicut gloria vnicornis ei, &c. Eductus est ille Israēl de Ægypto ista terrena. Spiritualis autem de Ægypto seculi, & de potestate tenebrarum. Et est gloria eius quasi vnicornis. Vnicornis fertur esse animal secundum nomen suum formatum, in cuius virtute & potētia Christus intelligitur. Cornu autem pro regno sæpe ponitur. Vnde: *Quatuor autem cornua quatuor regna sunt.* Sub nomine ergo vnicornis videtur ostendi, quia omne quod est, vnum eius cornu est, id est, vnum regnum. *Omnia enim patet subiecit sub pedibus eius, vsquequo & inimicus nouissimus destruatur mors,* & tanquam vnicornis vnum regnum omnium teneat, & regni eius non erit finis. Erit ergo spirituali Israēli gloria sicut gloria vnicornis. Vnde: *Pater da illis, vt sicut ego & tu vnū sumus, ita & isti in nobis vnum sint,* cū sc. transformabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ.

f *Cuius fortitudo.* Cuius: Christi. Cuius quicquid est, vnum cornu est, id est vnum regnum, cuius gloria est spiritualis Israēl. Ipse enim ait: *Pater, da illis vt sicut ego & tu vnum sumus, ita in nobis vnum sint.*

✠ Procopius. Robur eius vt monocerotis. Monoceros animal est, quod nullis hominum viribus in seruitium redigi potest. Eo igitur ceu exemplo indomita populi vis indicatur. Interea verò confitebatur Balaam artes suas esse superatas ab iis qui eas non tractarent. Verum rerum futurarum cognitione propterea non destituuntur eis quid facturus sit Deus. Vaticinia enim dæmonum non ad vtilitatem spectant.

A ✠ Theodoret. Quidam monoceroti voluerunt assimilare dominum Deum. Ego verò arbitror hoc de populo dictum esse, nempe quemadmodum monoceros vnicum habet cornu: sic populus verè pius vnicum Deum adorat. Ideircò Dauid dixit, in te inimicos nostros ventilabimus cornu.

a *Non est augurium in Iacob.* Origen. Alia litera. Non est augurium in Iacob, neque diuinatio in Israēl. Videtur mihi præscientia futurorum quantū ad ipsam rem spectat, medium quiddam esse, id est, neque propriè bonum, neque propriè malū, cum possit interdum etiam à parte diabuli ad hominum notitiam futurorum venire præscientia. Cum autē tempus & opportunitas & voluntas Dei fuerit, datur etiam à Deo per prophetas hominibus præscientia. Ideo propriè bonum dici non potest quod aliquando à malo est, neque propriè malū quod aliquando à Deo. In libro regum scriptum, est, quòd arca Dei ab Allophylis capta est, & ducta in Azotum, & introduxerunt eam in domum Dagon. Et inuentus est Dagon pronus cecidisse in terram ante arcam. Et grauata est manus domini super Azotos, & percussit eos in natibus. Post hæc ipsa est in Accharon, & dixerunt Accharonenses diuinis & sacerdotibus suis: *Iudicate nobis quomodo remittamus arcam in locum suum? Qui dixerunt: Si remittis, nolite dimittere inanem, sed quod debetis reddere ei pro delicto, & sanabimini, & ignoscet vobis:* aliter non discedet manus eius à vobis. Et post pauca: *Facite currum, & duas vaccas fœtas assumite, quibus non est impositum iugum, & iungite ad currum, recludentes in domo fœtus earum, & ponite arcam super currum & vasa aurea quæ obtulistis pro delicto, & omnia sancta eius, & dimittite eam: Et videte si vadit per viam suam in Bethsames, ipsa fecit nobis hæc mala. Si non vadit, sciemus quia manus eius non tetigit nos, sed fortuito hæc acciderunt.* Videte ergo quomodo causam malorum, vtrum ex manu Dei & pro arcæ iniuria venerit, an fortuitò acciderit propositis contemplantur indiciis. Sequitur: *Cum imposuissent arcam domini super currum, direxerunt boues in via contra viam quæ ducit Bethsames, & non declinauerunt neque ad dexteram neq; ad sinistram.* Quis ergo in his diligenter inspiciens præscientiam, quæ de boum directione prædicta est, vel fortuitam dicat, vel arte compositam, & non à dæmonibus ministratam? qui timebant arcæ virtutem, qua etiam cultus dæmonum destruebatur, simulachris eorum templisque conuentibus. Est ergo quædam operatio dæmonum in ministerio præscientiæ, quæ artibus quibusdam ab his qui se dæmonibus mancipauerūt, colligitur, & nunc per sortes, nunc per auguria: nunc ex contemplatione fibrarum quæ vocant auspicia, & huiusmodi præstigiis comprehendi videtur & intelligi. Quæ artes adeò homines deceperunt, vt iustissimi Ezechiæ filius Manasses, hoc errore deceptus ædificauerit altare omni exercitui cæli in vtraque domo domini spiritualibus scilicet nequitiis in cælestibus positis. Et alia erāt quæ expectabat, de quibus dici posset: Quia in omni virtute signis & prodigiis mendacibus fierent, vt deciperentur etiam electi. Hæc ergo omnia in operatione dæmonum fieri non dubito, dirigentium vel auium vel pecudum, vel fibrarum motus, aut sortium secundum ea signa, quæ ipsi docuerunt obseruari ab his quibus hanc artem tradiderunt. A quibus omnibus qui homo Dei est, & in portione Dei numeratur, penitus debet esse alienus, quæ occultè dæmones machinantur, ne rursus dæmonibus societur spiritu eorum & virtute repletus, ne ad idolorum cultum reparetur. Melius est ignorare, quàm à dæmonibus discere. Melius est nec à propheta discere, quàm à diuinis quærere. Diuinatio enim non diuinitus datur, sed per antiphrasim dicitur, quasi quæ per homines fiat dæmonibus repletos. Sed gentium ritus diuinū credidit omne quod per qualemcunque spiritum profertur. Nos tamen ab his nihil discere Deus iubet, ne efficiamur consortes eorum. Vnde Christus dedignans testimonium à dæmonibus accipere ait: *Obmutesce & exi ab eo.* Paulus quoque cum mulier habens spiritum phytonis, clamaret: *Isti homines serui sunt summi Dei, &c.* dolens ait: *Præcipio tibi in nomine Iesu Christi discede ab ea,* quia indignum iudicabat sermoni suo à spiritu phytonis testimonium dari. Magis ergo dolere debemus, si quando videmus decipi animas ab his qui velut diuino spiritu, phytoni, aut ventriloquo, aut huiusmodi dæmonibus credunt. Non erit ergo augurium in Iacob, neque diuinatio in Israēl. Sequitur:

In tempore dicetur Iacob & Israēli quod perficit Deus. Id est cū oportet, cū expedit, dicūtur futura à Deo per prophetas per spiritum sanctū. Si non dicūtur, præscire non expedit. Qui ergo diuersis artibus & dæmonū inuocationibus futura inquirunt, discere cupiunt quæ non expedit. Ad destruendam autem penitus diuinationem vel augurationē, etiam hoc addamus, quòd omnes isti auium vel animalium ministerio vtuntur, quæ in lege scribuntur immunda, & semper homini insidiantur: ex quo ministerio dæmonum opportuna & digna iudicantur. Nam phytonibus dracones & alij serpentes ministrare perhibentur. Auguribus & his qui excedentibus auspicia captant, lupi ferunt omnia, aut vulpes, aut accipitres, aut corui, aut aquilæ, aut huiusmodi: quæ Moyses (his credo de causis) notauit immunda.

Nec diuinatio in Israēl. ✠ Ambrosius. Si diuinatio non est in Israēl, vnde isti oraculum Dei, quod futura manifestauit, qui augur erat? Si oraculum Dei loquebatur, vnde meritum diuinæ aspirationis assumperat? Sed nō mireris à domino auguri infusum quod loqueretur, quādo infusū legis in euāgelio etiā principi sacerdotū vni ex persequētibus Christum, quia oportet vnum hominem mori pro populo. In quo non prophetiæ meritū, sed veritatis assertio est, vt aduersariorum testimonio manifestaretur, quò perfidia non credentium, vocibus suorum augurum redargueretur.

In Israēl. Qui per fidei puritatem & munditiam mentis videt Deum, nec ipsum Balaam reciperet, sed verbum quod Deus posuit in ore eius respuere non audet. Nisi enim verbum à Deo esset, non illud famulo suo Moysi procul absenti, cum Balaam hæc diceret, reuelasset.

b *Temporibus suis.* ✠ Greg. nyssenvs. Quod, inquit, cōfertur à Deo in Israēl, nec per vaticinia, nec per augurum obseruationes prædici potest. Dominus ipse per suos prophetas & quæ futura sunt, & quid illi agendum, monebit.

c *Ecce populus, &c.* Alij. *Ecce sicut catulus leonis exurget, & sicut leo exultabit.* Catulus enim est, cùm nuper geniti infantes rationabiles sine dolo hæc accipiunt. Leo autem exultans, cùm vir perfectus deponit quæ erant paruuli.

Origen. Alia litera. *Ecce populus sicut catulus leonis exurget, & sicut leo exultabit.* Videtur describere confidentiam populi in Christo credentis, & libertatem quam habet in fide, & exultationem quam gerit in spe. Comparatur enim catulo leonis, cùm tendit ad perfectionem lætus & velox: leoni verò cùm iam obtinet quæ perfecta sunt. Sicut enim leo & catulus leonis nullum animal timent, sed cuncta sunt eis subiecta, ita perfectus Christianus qui tollit crucem suam & sequitur Christum dicens: *Mihi mundus crucifixus est & ego mundo:* despicit omnia quæ in mundo sunt, imitans eum qui leo de tribu Iuda, & catulus leonis dicitur. Sicut enim ipse est lux mundi, & discipulis dedit vt essent lux mundi. Ita cum sit leo & catulus leonis dedit in se credentibus nomen leonis, & catuli leonis.

d *Erigetur.* Erigēdum dicit populum futurum, de eo enim quē videbat, dixisset erectus est.

e *Non accubabit.* Origen. Alia litera. *Non dormiet donec comedat prædam, & sanguinem vulneratorum bibat.* hæc ad literam stare non possunt. Quomodo enim iste populus tam laudabilis, tam magnificus sanguinem vulneratorum bibat? Cùm etiam vocati ex gentibus iubeantur abstinere à sanguine sicut ab his quæ idolis immolantur. *Sed nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Caro enim eius vere est cibus, & sanguis eius vere est potus. Qui vulneratus est propter peccata nostra.* Sanguinem eius bibimus, non solùm sacramentorum ritu, sed etiam cùm sermones eius recipimus, in

---

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dixit ergo & non faciet. *Quasi diceret: Non. Et hoc est intelligendum de pronuntiatione alicuius futuri, prout ipsi in præordinatione scientiæ & voluntatis diuinæ, cuiusmodi erat prosperitas populi Israēl.*

2 Ad benedicendum adductus sum. *Se. ex intentione diuina, licet ego venerim intentione contraria.*

3 Non est idolum in Iacob. *Ideo idolatria vitium dicitur tamen idolum quod sit ad similitudinem alicuius rei existentis: Simulachrum autem est imago rei non existentis, sicut si corpori humano inseruntur caput aristis & ala auis, quadrat pingebatur imago Iouis. Et dicitur simulacrum à simulo, las, quod est fingere, quasi quid fictum.*

4 Dominus Deus eius cum eo est. *Per verum cultum.*

5 Et clangor victoriæ regis in illo. *Quasi diceret, rex cœlestis dat eis victoriam pugnando pro eis, vt habetur Exodi xvij. de Ægyptijs & xxiij. de Amalecitis virtute diuina debellatis.*

6 Deus eduxit eum de Ægypto. *In mirabilibus signis.*

7 Cuius fortitudo similis est rhinocerotis. *Id est vnicornis secundum aliquos. secundum Hebræos est animal simile bouj, quod vocatur gallice Buphle, & est animal magnæ fortitudinis. Secundum etiam quosdam, cuius. secundum aliquos refertur ad Deum, & sic designatur hic fortitudo Dei, cui non potest resistj: secundum alios refertur ad populum Israēl, & secundum hoc designatur fortitudo Israēlis, cui aduersarij resistere non poterant, vt patet in pluribus locis in hoc libro & in libro Iosue.*

✠ 1 Non

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Non est augurium in Iacob; &c. *Id est non quærunt veritatem de occultis per tales superstitiones, sed à prophetis loquentibus ex inspiratione diuina, ideo subditur:*

2 Temporibus suis. *Id est tempore conuenienti denuntiabitur ei per prophetas volumtas Dei.*

3 Ecce pop. vt leæna consurget. *Id est audaciter & constanter aduersarios inuadet.*

4 Non accubabit. *Id est non quiescet à prælijs donec totaliter depellet aduersarios.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mus, in quibus est spiritus & vita. Est ergo ipse vulneratus, cuius nos sanguinem bibimus, id est doctrinæ verba suscipimus. Et illi omnes vulnerati sunt qui nobis verbū eius prædicauerunt. Ipsorum enim, id est apostolorum eius, verba cum legimus, & vitam ex eis consequimur, vulneratorum sanguinem bibimus. Vnde:

Deut.32.b. Iohan.15.a. *Sanguinem vuæ bibeſ-runt merum.* Illius scilicet vuæ de qua dicitur: *Ego sum vitis vera, discipuli vero palmites, pater agricola.* Tu ergo es verus Israël, quia scis sanguinem bibere, & illius vuæ quæ est de vera vite, & de illius palmitibus, quos pater purgat, quorum fructus vulneratorū sanguis meritò dicitur, quem ex verbis eorum bibimus: si tamen sumus vt catuli leonis exurgentes, & vt leo exultans.

a ¶ Christus occisus est propter delicta nostra. ¶ Alij vulneratorum. b ¶ Verba Christi & apostolorum. Vnde: Verba, quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt. Iohan. 6. g.

dam, & occisorum sanguinem bibat. Dixitq; Balac ad Ba- 1
¶ Tertia prophetia. 2
laam: Nec maledicas ei nec benedicas. Et † ille ait: Nonne 3
dixi tibi, quòd quicquid mihi Deus † imperaret, hoc facerē. 4
a ¶ Putat Balac magis deesse diuino ad maledicendum loci opportunitatem, quam voluntatem.

Et ait Balac ad eum: Vēni & ducam te ad alium locum, 5
a forte placeat Deo, vt inde maledicas eis. Cumq; duxisset eū
¶ Delectationis. ¶ Deserta à Deo negotia.
super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, di- 6
b xit ei Balaam: Ædifica mihi hīc septem aras, & para totidem
vitulos, eiusdemq; numeri arietes per singulas aras. Fecit Ba-
lac vt Balaam dixerat, imposuitq; vitulos & arietes per sin-
gulas aras.

a *Cumq; duxisset.* ORIGENES. Et assumpsit Balac ipsum Balaam in verticem montis Phogor qui tendit in desertum. Quos Exo.24. Deus vocat, ponit in verticem montis Sina. Balac Deo contrarius imponit in verticem montis Phogor, qui interpretatur delectatio. In verticem ergo delectationis & libidinis ponit homines Balac, amator enim est voluptatis magis quàm Dei, etiam vult eos excludere à Deo, excludens enim & devoratio dicitur vel interpretatur. Ideo in cremum tendit Phogor, id est ad ea quæ eremi & deserta sunt Deo negotia.

Hom.16. Cur Deus brutorū sacrificia præcepit. b *Ædificamihi.* IDEM. Quæ sacrificant gentes, dæmonibus & non Deo sacrificant. Quia tamen lex Dei de sacrificiis præcepit, & ritum sacrificandi tradidit Israëli. Fortè quæretur, cur hæc cum dæmonibus dicata videantur, etiam Deo offerri iubeantur? Et erit scita responsio. Quia sicut libellum repudij dari non Dei voluntas fuit, quod coniunxerat, noluit separari. Sed Moyses hoc propter duritiam Iudæorum scripsit, ita & de hoc videri potest. Deus enim non manducat carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potat, qui dicit: Non mandaui tibi de sacrificiis & victimis in die qua eduxi te de terra Ægypti: Sed Moyses, propter duritiam eorum pro Ægyptiā consuetudine tollenda hæc mandauit eis, vt qui abstinere non possunt ab immolando, Deo saltem, non dæmonibus immolarēt. Est fortè secretior ratio sacrificandi Deo propter destructionē sacrificiorum scilicet quæ dæmonibus immolantur, vt quia per illa vulnerantur animæ, per ista sanentur, sicut confirmant qui medicinæ peritiam gerunt. Serpentū enim venena depelli medicamentis sex serpentibus cōfectis perhibēt. Sic ergo dæmoniorum virus per sacrificia Deo oblata depellitur. Sic mors Iesu, mortem peccati credentibus non finit dominari. Sed dum tempus patiebatur, sacrificia sacrificiis opponebantur, vbi ergo venit perfecta hostia quæ totius mūdi tolleret peccatū, sacrificia quæ singillatim offerebantur Deo iam superflua visa sunt, cū vna hostia omnis dæmonū cultura depulsa sit. Balaam verò vel secundū cordis sui propositū quod non emēdauerat, vel secundum figurā, qua persona doctorum & Pharisæorum plebis incredulæ gerebat, instaurat adhuc hostias, in quibus homines spem ponunt, qui fidem Christi non recipiunt.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et occisorum sanguinem bibat. *Id est delectetur in sanguine occisorum, sicut bibens delectatur in potu, & hoc propter admC pletionem diuinæ iustitiæ, secundum quod dicitur Psalm. lviij. b.* Lætabitur iustus cùm viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. *Dicunt aliqui Hebræi, quòd cùm dicitur hic:* Non accubabit, &c. *Prophetauit de Moyse: quòd non moreretur nec quæsieret in sepulchro, donec Madianitæ essent occisi, prout habetur infra xxxj. cap.*

2 Dixitque Balac. *Hic ponitur tertius conatus Balaam ad maledicendum populo Israël, increpatur tamen primò de benedictione cum dicitur:*

3 Nec maledicas ei nec benedicas. *Quasi dicat, si non potes maledicere, potes tamen cessare à benedictione, de quo excusat se dicens:*

4 Nonne dixi tibi. *q.d. compulsus sum hoc facere virtute Dei, cui non possum resistere. Secundò ponitur conatus ad maledicendum cùm* F *dicitur:*

5 Et ait, &c. *Vbi exprimitur conatus per mutationem loci ratione supradicta. Secundò per oblationem sacrificij, cum dicitur:*

6 Ædifica mihi hic septem, &c. *Et exponatur sicut suprà.*

CAP.

ADDITIO.

In cap. xxiij. vbi dicitur in postilla: Occurrit ei Deus impediens prædictum responsum.

Quærendum occurrit: Cur Deus impediebat maledictionem Balaam quam per dæmonem volebat facere: cum talis maledictio non posset nocere populo nisi Deus permisisset, & sic erat omnino vana: & ex hoc magis notificaretur diuina potentia: quando etiam maledicente diabolo cum suo propheta ex hoc nihil possent facere contra populum Dei: ex quo magis remanerent confusa vana expectatio-
Psal.108.d. *ne sua: iuxta illud Psalm.* Maledicent illi, tu autem benedices: qui insurgunt in me confundantur, &c. *Ad quod videtur dicendum*
Quare Deus non permisit Balaam maledicere. *quòd Deus non permisit quòd Balaam malediceret populo propter duo. Primum est quia si Balaam maledixisset eis, Balac & Moabita considerent de tali maledictione & pugnarent cum populo. Dicebat enim Balac in præcedenti capitulo ipsi Balaam. Veni igitur & maledic populo huic: quia fortior me est. Si quo modo possum percutere & eiycere eum de terra mea. Nouit enim quòd sit maledictus in quem maledicta congesseris: sed hoc erat contra Dei dispositionem: qui pro tunc nolebat quòd filij Israël pugnarent cum Moabitis. Vnde infrà, Deuter. ij. b.* Non pugnes contra Moabitas nec ineas aduersus eos prælium. Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum: quia, &c. *Secundum est quia magis diuina potentia manifestabatur in hoc quòd dæmones & eorum propheta non possent prorumpere verbum sine permissione diuina: quam si proferrent maledictionem etiam si non haberent effectum. Vnde de Christo legitur Luc. xiij. f. quòd non sinebat dæmonia loqui: & adhuc magis videtur manifestari diuina potentia quando dæmones seu eorum propheta inuiti id quod Deus vult, manifestant: sicut Matth. viij. d. de Christo dicebant:* Venisti ante tempus torquere nos? *Et sic in proposito intendebat Deus quòd Balaam qui erat valde famosus in huiusmodi diuinationibus dæmonum, profiteretur nullam esse virtutem diuinationum & augurioruṁ, nisi quantum Deus permittit: hoc enim videtur magis redundare in laudem diuinam, præsertim apud eos qui de huiusmodi dæmonibus confidebant.*

CAP. XXIIII.

A a Tropolo. *Vmq; &c.* Cum nullum dæmonum, nullam contrariam potestatem vidit assistere audentem victimis suis, & exclusos ministros malitiæ quibus vtebatur ad maledicendū, etiam potuit inde intelligere, quia bonum esset in conspectu domini benedicere Israeli. Sed ille populus qui nunc vanus est, & doctores
Rom.11.c. qui in Christo non credentes, in vanitate populum detinēt, videbunt in nouissimis diebus cum plenitudo gentiū introierit, & omnis Israël cœperit venire ad fidem Christi, qui nūc
†apertī sunt oculi oculos habent & nō vident, & tunc elevabunt oculos ad altiores & spirituales sensus, & videbūt & intelligent quia bonum est in conspectu domini benedicere Israël, dispositum per tribus & domos & familias, & vnumquenq; in ordine suo resurrectionis gloriam adepturum.

b *Nequaquam abiit.* Id est non stultis sensibus, sicut solebat in B multis animalibus & pecudibus, Dei considerabit voluntatem.
1.Cor.9.b. Sed agnoscet quia neque de bobus cura est Deo, neque de ouiRom.15.a. bus neque de auibus, aliisque animalibus, sed quæ de eis scripta sunt, propter homines intelliget scripta.

Quæst.45. in Nume. ✠ THEOD. Cum experientia didicisset se arte vana nihil profi- cere, non amplius vsus est signis consuetis, sed linguam suam secreuit in obsequium Dei, nec tamen ignorandum quibusdam placuisse, nihil illum prædixisse de saluatore nostro, qui vtique debuerunt intelligere ipsi quoque Nabugodonosor licet impiissimo, aduentum Dei ac Saluatoris nostri reuelatum esse, cum
Dan.2. vidit lapidem excisum sine manibus, &c. Qui igitur per illum ista prædixit: per hunc etiam salutem orbis prænunciauit, vt apud gentes huiusmodi prænunciationes conseruarentur. Non erant igitur fallaces, sed à virtute S. Spiritus procedebant. Qui enim mandauit asinæ vt præter naturam humana voce loqueretur, is hunc in modum per linguam vatis futura prædixit.

Quæst.51. in Num. c *Irruente in se.* AVGVST. Et factus est spiritus Dei super illum, id est super Balaam. Non factus est spiritus Dei tanquam factura sit spiritus Dei, sed factus est super illum, id est factū est
Ioan.1.b. vt esset super illum. Quomodo *qui post me venit, ante me factus est*, id est factum est, vt ante me esset, vt præponeretur mihi, quia prior me erat. Sicut: *Dominus factus est adiutor meus.* Non enim
Psal.117.a. Psal.9.b. dominus factura est, sed factum est vt me adiuuaret. *Et factus est*
Ezech.3.f. *dominus refugium pauperum*, id est factum est, vt ad eum fugerent pauperes. Et: *Facta est super me manus domini*, id est factum est, vt super me esset, & multa similia.

Hom.17. in Num. d *Dixit Balaam.* ORIG. *Dixit Balaam filius Beor.* Homo verè videns dixit: audiens verba fortis qui visum Dei vidit, in somnis reuelati oculi eius. Mirum quomodo tam dignus habeatur Balaam, qui assumpta parabola, hæc de semetipso pronūtiet. Quo-
C modo enim verè videns est, qui diuinationi & auguriis seruit? qui magicæ studet? Nisi fortè quia spiritus Dei factus fuit in D ipso, & verbum Dei positum in ore eius, tam magna de eo dicuntur. Nec Moyses enim nec aliquis prophetarum facilè inuenitur tantis laudibus eleuatus. Vnde magis videntur hæc illi populo conuenire, eo tēpore quo conuersus ad dominū deponit velamē quod erat supēr cor suū. *Deus autē* Ioan.4.d. *spiritus est*, ideo dicit: Reuelati oculi eius, quasi qui ante clausi, per spiritum Dei qui super eum factus est, ablato velamine reuelentur. Nunc ergo est quādo verè videt, & verè audit verba fortis & visum Dei videt in somnis, id est ea tempora quæ in somnis Danieli prophetę designata sunt, videbit impleta: & visiones quæ in somnis illi delatę sunt, intel-
1.Cor.13.d. liget reuelatis oculis, vt possit dicere: *Nos autem omnes reuelata facie gloriam Dei contemplamur, &c.* Fortè hi sunt oculi qui alibi
Prou.17.d oculi terræ appellantur, id est sensus carnis, de quibus dixit serGene.3.a. pens ad Euam: *Quia sciebat dominus, quòd in quacunque die manducaueritis ex eo, aperientur oculi vestri.* Et paulò post: *Aperti sunt oculi eorum.* Alij enim sunt qui per præuaricationem aperiūtur. Alij quibus Adam & Eua ante præuaricationem videbant, qui- E
Ioan.9.g. bus mulier vidit lignum quia bonum est ad comedendum, Christus ergo in iudicium venit in hunc mundum, *vt non videntes videant, & videntes cæci fiant*, quia in peccatoribus non vident oculi qui meliores sunt, sed qui sensus carnis dicuntur, & qui consilio serpentis aperti sunt. Opus ergo Christi fuit, vt qui non vident melioribus oculis quæ bona sunt, sed his qui consilio serpentis aperti quæ mala sunt, cæci fiant, & qui cæci fuerint illis, quos serpens aperuit, videant bona domini illis quos Iesus aperire venit. Nisi enim prius claudatur visus malorū, non patebit intuitus bonorum. Hinc quoque dicitur: *Quis fecit videntem, &* Exod.4.c. *cæcum?* Videntem scilicet secundum spiritum Christi, cæci verò secundum consilium serpentis. Apparet ergo Balaam (quia reuelati fuerant oculi eius dicere de semetipso) homo verè videns & dixit audiens verba fortis. Similiter autem aliæ aures claudendæ & aliæ aperiendæ. Sed si quis hæc secundum historiam velit accipere potest dicere, quia in eo quòd vidit Balaam quòd bonum est in conspectu domini benedicere Israël, reuelati sunt oculi eius & factus homo verè videns. Vera enim vidit quę futura erāt Iacob vel Israeli. Et audiuit verba fortis cum venit ad eū Deus, & dixit ei in somnis: Verbum quod dedero in ore tuo observa vt loquaris. Et hoc erit visum Dei quod vidit in somnis, & ideo dicit, reuelatos oculos eius esse, quia potuit videre quod vidit.

c *Cuius obturatus, &c.* RAB. Quia in somnis clausis corporeis oculis angelico ministerio hæc vidit. Oculos verò mentis partim habet apertos partim clausos, qui mysteria futura agnoscit, sed errorem non corrigit. Sic iniqui aliud scientia, aliud moribus agunt: aliud ore, aliud opere ostendunt. F

f *Quam pulchra.* ORIGENES. Alia litera. Quàm bonæ do- Hom.17.
☞ mus

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIIII.

1 CVmque vidisset. *Hic describitur Balaam, vt coactus ad benedicendum populo Israël. Duabus autem vicibus præcedentibus licet fuerit prohibitus maledicere & cōpulsus benedicere, tamen fuit permissus ire & quærere augurium ad maledicendum populo: sed hic non permissus fuit sed statim post mutationem loci & oblationem sacrificij fuit compulsus benedicere Israeli. Primò*
Diuisio. *igitur describitur benedictio, secundò ejus interruptio, ibi:* Iratúsque Balac, *tertiò eius resumptio, ibi:* Sumpta igitur parabola. *Circa primum dicitur:*

Cùmque vidisset. *Hoc factum est ad ostendendum, quòd absque Dei permissione non solum dæmones non possunt dare responsum hominibus sed nec etiam homines possunt hoc quærere.*

2 Vidit Israël in tentoriis commorantem. *Quia quælibet tribus erat distincte & ordinatè posita, sicut dictum est supra ij. cap.*

3 Et irruente in se spiritu Dei. *Id est, spiritus prophetiæ qui potest esse in aliquo cum malitia voluntatis, vt dictum est supra xxij. cap.*

4 Dixit homo cuius obturatus est oculus. *Duo modo exponitur de modo reuelationis quæ fiebat sibi à dæmonibus, quia fiebat communiter in somno vel in auersione à sensibus, & tunc oculus corporalis nō videt. Alio modo exponitur de modo reuelationis diuinæ sibi factæ, quia fiebat sibi absque gratia iustificante: vt sic videret veritates pro alio, tamen non videbat ad consecutionem vel promotionem propriæ salutis, & sic erat malitia excecatus.*

5 Dixit auditor sermonum. *Non tamen factor.*

6 Qui visionem omnipotentis intuitus est: *Inquantum fiebant sibi reuelationes à Deo.*

7 Qui cadit & sic, &c. *Per somnum vel auersionem à sensibus.*

8 Et sic aperiuntur oculi eius. *Quia hoc modo fiebat sibi reuelatio dæmonis communiter, vt dictum est. Alio modo exponitur de reuelatione diuina. Qui cadit per malitiā voluntatis. Et sic aperiuntur oculi eius, quia hoc modo fiebat sibi reuelatio scilicet ab vsq; gratia iustificante.*

9 Quam pulchra ta. *Id est bene ordinata.*

✠ 1 Vt

MORALITER.

✠ 1 *Cùmq; vidisset, &c.* Per Balaā qui veram prophetiæ doctrinā habuit, & tamen malæ vitæ fuit, significatur doctor quicūq; vel præ- dicator habens bona & verā doctrinā, sed malā vitam, cuius doctrina aliis prodest, sibi tamē obest. Luc. xij. f. *Seruus qui cognouit voluntatē domini sui, & nō fecit, vapulabit multis*, scilicet plagis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus tuæ Iacob & tabernacula tua Israël, &c. Non terrenas domos laudat, quæ non erant apud eos præter cæteras gentes. Sed populus diuisus erat per tribus, tribus per plebes, plebes per cognationes, cognationes per domos familiarum, domus per numerum hominum, & per capita numerabantur: hoc est, omnis qui erat à viginti annis & supra masculus, qui ad bellū procedere poterat, hæc Spiritu prænidens extollebat. Nec solius literæ contuēda est sententia, assumpta enim parabola
1. Cor. 15. c. Allegoricè. loquitur. Si enim cōsideres diuisiones & ordines populorum qui in resurrectione in vero Israël erunt, cùm quisque resurget in ordine suo, si potes intueri tribus illas & cognationes in quibus non tam carnis & sanguinis est cognatio quàm mentis & animi, intelliges quam bonæ sunt domus Iacob & tabernacula Israël. Est autem domus res fundata & stabilis, & certis terminis septa. Tabernacula verò eorum qui semper in via sunt & ambulant nec itineris sui terminum repererunt. Iacob ergo habendus est in eorum personis, qui in actibus perfecti sunt: Israël verò sunt qui sapientiæ & scientiæ student. Quia ergo actuum exercitia certo fine clauduntur. (Non enim sine fine est operum perfectio) vbi impleuerit quis omnia quæ facere debuit, ipsa enim operum perfectio bona domus dicitur. Eorum verò qui sapientiæ & scientiæ student (quia nullus finis est. Quis enim finis & terminus sapientiæ Dei erit? Quantò enim amplius quis accesserit, tantò profundiora inueniet: incomprehensibilis est enim sapientia Dei) eorum domos non laudat, quia non peruenerunt ad finem. Sed tabernacula mirabatur, in quibus ambulant, & semper proficiunt, & quantò proficiunt, tantò proficiendi via augetur, & in immensum tenditur: ideo tabernaculum nominat. Si quis autem scientiæ cepit aliquos profectus & aliquid experimenti, scit quia vbi ad aliquam venerit theoricam & agnitionem spiritualium, ibi anima quasi in tabernaculo moratur. Cùm ergo ex his quæ reperit, alia rimatur, & ad alios proficit intellectus, quasi eleuato tabernaculo tendit ad superiora, & ibi collocat animi sedem sensuum stabilitate confixam, deinde ex ipsis alios inuenit spirituales sensus, quos priorum sensuum consequentia patefacit, ita semper ad priora se extendens tabernaculis incedit. Nunquam est enim quando anima scientiæ igniculo succensa otiari possit & quiescere, sed super à bonis ad meliora, & à melioribus ad superiora prouocatur. Hoc ergo iter sapientiæ Dei grandi & multo decore scripsit, dicens, vt nemora vmbrantia, vt paradisi super flumina, &c.

✠ Avtor paraphrasis hierosolymitanæ. Quam bona sunt tabernacula, in quibus orauit Iacob pater eorum; & tabernaculum fœderis quod fecistis nomini meo, atque tabernacula per circuitum domus Israel. Sicut torrentes prævalent, sic prævalebunt Israelitæ. Sicut sunt horti plantati ad scaturgines aquarum, sic erunt ciuitates proferentes, scilicet scribas & doctores legis. Et quemadmodum est cælum quod expandit verbum domini pro domicilio quietis suæ, sic vivent & durabunt Israelitæ in æternum. Decori & celebres sunt tanquam cedri iuxta aquas quæ extolluntur crescendo. Consurget rex eorum inter filios eorum, & redemptor eorum ex ipsis. Inter eos quoque erit, & congregabit eos nempe captiuitates eorum, ex prouincijs inimicorum suorum. Atque filij eorum dominabuntur populis. Fortior erit Saulo qui pepercit Agag regi Amalecitarum, & multiplicabitur regnum regis Messiæ.

✠ Procop. Fortunam Israelis celebrat vaticinio de eo qui ex eis oriundus esset. Nam iuxta Paulum, Salus ex Iudæis est. Eadem verò prophetia quid postremis temporibus per Christum gerendum esset, prædicit. Item mox fore, vt Israelis populus in hoc itinere amplietur, & in cælesti rege ex ipsis oriundo tanquam irrigatus surgat. Ac vt luculentissimum finem bellis Gogicis faciat, qui Gog vltimo insultu contra sanctos Dei facto igne cælesti ac diuino cum exercitu suo absumatur, iuxta Ezechielis prophetiam. Eius verò loco quod dicitur, & prodibit homo, po-

a ¶ Eorum scilicet qui semper ambulant, nec itineris certum terminum reperiunt. b ¶ Qui in actu & opere perfectus est. c ¶ Qui sapientiæ & scientiæ student.

a tabernacula tua Iacob, & tētoria tua Israël, vt † valles nemoro 1
a- ¶ His fluuijs tabernacula Israël inundata sunt sicut illa quæ fixit dominus. b ¶ De quibus dicitur, vt rete piaret eos in æterna tabernacula Luc. xvj. b. c ¶ Quia non circumferuntur omni vento doctrinæ.

b sæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit dñs, 2
a ¶ Angeli. b ¶ Iuxta. c ¶ Diuinas scientiam. d ¶ Populi multi vel doctrina.
c ¶ Gentes vel primitiua ecclesia.
c d quasi cedri ppe aquas. Fluet aqua de situla eius, & semē illius 3 4

suit Symmachus aquas rigantes & incrementum adiuuantes. D Descensurum enim instar pluuiæ super vellus, Dauid prædicit. Iam verò de Christo hæc omnia rectius intelligentur.

a *Vt valles nemorosa.* Orig. Alij, *nemora vmbrantia.* Qui iter sapientiæ Dei incedunt, nemora sunt eis vmbrantia omnis cœtus Vbi supra. Moraliter.
iustorum & chorus prophetarū. Sub vmbra em̄ sensuū quos apud eos scriptos inueniunt, refrigerātur animæ eorum, & in doctrina corū quasi incedentes per opaca nemorū delectantur. †torrentes in longum tendentes
b *Vt horti iuxta fluuios irrigui.* Idem. Alia li- Vbi supra. Mysticè.
tera. *Et sicut paradisi super flumina.* Inueniunt isti paradisos super flumina similes illi in quo lignū vitæ est. Sunt autē flumina scripturæ euāgelicæ vel apostolicæ, vel cæleſtiū virtutū erga huiusmodi animas adiutoria. Rigantur enim ab illis & inundantur, & ad omnem scientiam & agnitionem cęlestium nutriuntur. Quāuis enim Christus fluuius sit qui lætificat ciuitatem Dei, & spiritussanctus non solùm ipse fluuius est, sed & his quibus datum est vt flumina de ventre eorum procedant. Pater quoque dicit: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Ex quo scilicet fonte flumina Ioan. 7. f. ista procedunt. His fluminibus inundata tabernacula Israël, siūt Hier. 2. c. sicut tabernacula quæ fixit dominus. Tabernacula ergo taber- Domus Iacob & tabernacula Iacob. naculis comparat. Possumus enim dicere domos Iacob esse legem, & tabernacula Israël prophetas. Non enim ipsum Iacob, sed domos eius laudat, nec Israël sed tabernacula eius, cùm reuelati fuerint oculi eius. Quandiu enim velamen positum est super lectionem legis & prophetarum, non videntur bona tabernacula, nec laudabiles domus. Sed cùm intelligitur quia spiri- 2. Cor. 3. d. talis lex est & prophetæ, amota litera quæ occidit, & percepto spiritu qui viuificat. Videntur etiam credentis populi de gentibus congregati corpora simul laudari & animæ, & domus Iacob de corporibus dicatur, sicut in quodam libello legitur, quòd Iacob domus sit Israël, id est corpus eius Iacob dicatur, & anima Israël. Iacob ergo corpus laudabile est in continentia & castitate. Tabernacula verò Israël animæ perfectæ, quibus conuenit nomen Israël à videndo Deum. Ista ergo tabernacula sunt sicut tabernacula quæ fixit Deus. Illa scilicet quæ ostendit Moysi, cùm tabernaculum construeret dicens: Vide omnia facias secun- Exod. 25. d. dum typum qui ostensus est tibi in monte. Ad horum imitationem debet Israël facere tabernacula, & quisque nostrum. Matt. 4. c. Hinc videtur contigisse vt Petrus & Andreas & filij Zebedæi arte piscatores inuenirentur. Paulus verò faber tabernaculorū, Act. 18. a. & illi mutantur in piscatores hominum, & Paulus per Christū vocatus apostolus, simili artis suæ transformatione ad cælestia tabernacula constituenda transfertur. Tabernacula enim facit Rom. 15. c. docens viam salutis, & beatarum in cælestibus mansionum, & Exod. 25. d. ab Ierusalem vsque ad Illyricum ecclesias construit. Facit autem tabernacula ad similitudinem eorum quæ in monte ostendit Deus Moysi. Sed vnusquisque qui de Ægypto exiuit, & habitat in deserto, in tabernaculo debet habitare, & diem festum agere. Sicut enim cōmemoratio fit egressionis ex Ægypto p pascha & azyma, ita cōmemorationis in deserto fit memoria p tabernacula. In tabernaculis em̄ habitauerūt patres nostri in deserto. Hæc Leuit. 23. g. oportet fieri ex verbis legis & propheratū & psalmorum. Cùm Philip. 3. c. enim ex his quæ scripta sunt proficit anima, & quæ retrò sunt obliuiscens ad anteriora se extendit, & ex augmento virtutum & imitatione profectuū in tabernaculo meritò dicitur habitare.

c *Cedri.* Dei scilicet, q̄ fuscipiūt palmites vitis de Ægypto translatæ. In qbus requiescit ille fructus, cuius vmbra operuit mōtes.

d *Fluet aqua de situla.* ✠ Rvp. Aqua hæc sacra est scriptura, ad Lib. 2. in quā propheta imitat dicēs, omnes sitientes venite ad aquas, id est, Num. ca. 21. omnes quærentes Deum, sanctas legite scripturas. Situla Christus est. Nam per situlam aqua hauritur, & per Christum sancta scriptura aperitur. Imò abello sitis excitatur, vt hæc aqua desideretur, ab illo sensus aperitur, vt scripturæ intelligantur.

e ✠ *Et semē illius erit in aquas multas.* Hoc experti sumus. Esse em̄ de hac situla q̄ est Christus, multa sancti spiritus in vna ecclesia dona pcepim⁹, multa & largissima scripturarū sūcta possidem⁹. F

✠ Orig.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vt valles nemorosę, vt horti iuxta. *a delectabilia ad habitādū.*
2 Vt taberna. *Quæ quia tabernaculum fœderis vbi erat habitatio diuina, erat in medio, & tentoria Israël in circuitu posita, vt visum est supr. à 9. cap. & 10.*
3 Quasi cedri propo. *Per hoc designatur prosperitas populi Israël, vel secundum alios hoc refertur ad templum postea factum à Salomone*
ne de legum exemplaribus, vt habetur 10. Reg. v.
4 Fluet aqua de situla eius. *Per situlam qua est instrumentum hauriendi aquam de puteo & effundendi ad vsum humanum, intelligitur studium legis & prophetarum, quod viguit in Ierusalem circa templum per quod studium hauriebantur aquæ sapientiæ de puteo sacræ scripturæ, & effundebantur docendo populum, secundum quod dicitur Esa. 2. a.* De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem.

✠ 1 Tol

Orig. Alia litera. *Exibit homo de semine eius, & dominabitur gentibus multis & exaltabitur Gog regnum eius. Deus eduxit eum ex Ægypto. Sicut gloria vnicornis, &c.* Christus exiit de semine Israël secundum carnem, qui dominatur in gentibus. vnde: *Pete à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c.* Gog interpretatur
Roma. 9. a. A
Psal. 2. d.
super tecta: Et hic nō pro gente ponitur vt putatur, sed vt in multis ipse sermo Hebræus non interpretatus relictus est. Est enim sermonis consequētia talis, & exaltabitur super tecta regnum eius & c. r. e. Exaltari autem super tecta de perfectione credentium dicitur, crescere autē de multitudine. In his ergo qui perfecti sunt, super tecta exaltatur regnum Christi, id est super eos qui in supernis sunt. Sūt enim fortè aliqui in cælestibus, qui rebus aliquibus plus proficiunt, & altius exaltantur hi qui in regno Christi sunt. vnde: *Qui in tecto est, non descendat aliquid tollere de domo.* Qui enim ad excellam perfectionē venerunt, non debent ad huius mundi (qui domus appellatur) humilia descendere. Et alibi: *Quod auditis in aure prædicate super tecta.* Crescit autem regnum eius dum multiplicatur ecclesiæ numerus (vsquequo ponat pater inimicos omnes sub pedibus eius,) & nouissimum inimicum destruat mortem.
†Exaltabitur magis quam Agag
†cōfringet
†Fuge
B
Matt. 24. b.
Matt. 10. c.
1. Cor. 15. d.

a ¶ A regno scilicet. b ¶ Regem scilicet Amalecitarum cui pepercit. c ¶ Saul.

a erit in aquas multas. † Tolletur propter Agag rex eius, & † au- 1 2
b feretur regnum illius. Deus eduxit illum de Ægypto, cuius 3
c d fortitudo similis est rhinocerotis. † Deuorabunt gentes ho- 4

a ¶ Etiam de passione Christi prophetat Balaam.

e stes illius, ossa q̄; eorum † confringent, & † perforabūt sa- 5
f gittis. Accubans dormiuit vt leō, & quasi leæna, quam fusci- 6
g tare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedi- 7
h ctus, qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Ira- 8

¶ Quarta prophetia. a ¶ Similia in superiori præfatione præmissa sunt.

tusq; Balac contra Balaam, complosis manibus ait. Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus econtrario tertiò benedixisti. † Reuertere ad locum tuum. Decreuerā quidem
i magnificè honorare te, sed dominus priuauit te † honore
k disposito. Respondit Balaam ad Balac: † Nonne nuntiis tuis quos misisti ad me dixi, si dederit mihi Balac plenam
l domum suam argenti & auri, non potero præterire sermonem domini Dei mei, vt vel boni quid vel mali pro-

✠ Procop. Prophetia hæc per omnia prophetiæ Iacob respōder. Velut hoc, *Ex semine meo filij mi ascendisti, ci, prodibit ex semine eius,* Iacob scilicet. Huic verò, *Ipse erit expectatio gentium,* hoc, *& dominabitur gentibus complurib⁹.* Huic etiam, *manus tuæ supra hostes tuos,* hoc, *deuorabunt gentes hostes illius, & perforabunt sagittis.* Item huic, *Catulus leonis Iuda,* & quæ deinceps. D Genc. 49.
†eleuabitur
c *Et perforabunt sagittis* Lxx. *Et iaculis suis sagittabunt unumquem.* Christus enim verbis suis vicit diabolum, & omnes contradicentes superat & confringit: omnis enim qui peccat, inimicus eius est dum peccat. Si autem verbis Dei confixus peccata sua agnoscēs compungatur, & ad pœnitentiam cōuersus, iaculis eius confixus dicitur. Mystice. Matt. 4. b. †Consumet fab. Deus † conteret
†gloriā
f *Accubans dormiuit vt leo, &c.* Si intellexisti quantā requiem habeat iter sapiētiæ, quantū gratiæ, quantumque dulcedinis, noli dissimulare, noli negligere, agere dere iter, nec eremi solitudinem perhorrescas: habitanti enim in huiusmodi tabernaculis occurrit manna cæleste, & angelorum panem manducabis. Incipe tantùm cito, in consortium tuum venient angeli quos significant cedri. Supra 22. d. Moraliter. E Exod. 16. d.
g *Quam suscitare nullus audebit.* Lxx. Quis suscitabit eum? Nūc enim à patre insecitatus dicitur: Nunc ipse templum corporis sui suscitare se dicit, ideo quasi percontantis significatur affectus. Ioan. 2. b.
h *Qui be.* Qui benedicunt, Christo benedicunt in communionem paternæ benedictionis assumpti. Qui autem maledicūt, maledicti sunt. Iudæi qui maledixerunt Christo, lachrymabiliter maledicti sunt. Quid enim posset illis euenire, qui maledicunt sapientiæ & veritati & vitæ, nisi vt ab his omnibus exules iaceant? Hæc enim omnia Christus est. Benedicere Christo. Ioan. 9. c.
i *Qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Iratusque Balac contra.* Orig. Ego puto quòd non solùm maledicit Christo, qui sermonem aduersus eum profert maledictum: sed etiam qui sub nomine Christiani malè agit, turpiter viuit, & inhonestis verbis aut factis nomen eius facit blasphemari. Sicut non solū Deum benedicit, qui sermonibus solis sed actibus vita & moribus facit nomen Dei benedici. Vbi supra. Maledicere Christo.
k *Dominus priuauit te honore disposito.* Ostendit dominus quia etiam Balac intellexit non iam dæmonum ministerio decipi Balaam, sed Dei virtute ad meliora transferri.
✠ Procop. Non quod Deum cognouerit Balac, alioqui enim non accersiisset vatem. Loquitur autem ad morem Græcorum, qui dicuntur sacrificiis suis manifestari.
l *Non potero præterire sermonem domini Dei mei, vt vel bo.* Sciens Balaam, quòd non sibi per ministros solitos responsa deferrentur, sed ab eo qui habet omnium potestatem, rectè videtur protestatus se non posse præterire verbum domini, vel proferre aliquid boni vel mali ex ore suo. Qui enim loquitur, non potest sacrificiis vel muneribus permutari, apud quem non est transmu-

Deut. 32. b.
Ioan. 4. d.
C
Sap. 7. c. Subtilitas laudabilis.

✠ Pro

tatio, F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tolletur propter Agag rex eius. *In hoc prophetat de Saule rege Israël, qui non impleuit præceptū domini de delectione Amalec, sed cepit Agag regem Amalec vivum, & de spoliis meliora seruauit, ideo fuit reprobatus à regno, vt habetur 1. Reg. xv.*
2 Et auferetur regnum illius. *Quia translatum fuit de domo Saul ad domum Dauid. Ra. Sa. aliter exponit dicens, quod hic est textus: Altior Agag rex eius, id est primus rex Israel capiet Agag, & hoc fecit Saul. Et eleuabitur regnum eius scilicet regnum Israël, quod fuit postea valde eleuatum tempore Dauid & Salomonis.*
3 Deus eduxit illum, &c. *Exponatur sicut cap. precedenti.*
4 Deuorabunt gentes hostes illius. *Id est Israelites & by gentes, est accusatiuus casus, hoc est dictum: Hebræi perfecte triumphabunt de aduer-*
saries: & hoc patet per literam Hebraicam que planior est, quæ sic habet: Deuorabit scilicet Israël gentes hostes suos, & ossa eorum corrodet, *id est, fortitudinem eorum destruet.*
5 Accubans dormiuit. *Id est dormiet, & ponitur hic præteritū pro futuro propter certitudinem prophetiæ, & designatur in hoc fecuritas populi in terra sibi promissa, aduersarios debellatis: ideo subditur:* Quasi leæna, sequitur:
6 Quam suscitare nullus audebit. *Quandiu enim in vero cultu Dei perstiterunt habitauerunt in terra Israël confidenter.*
7 Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus, qui maledixerit. *Quasi diceret, tanta erit optimo bonitatis huius populi, quod benedicentes ei reputabuntur benedicti, & maledicentes maledicti.*
8 Iratusque Balac. *Hic ponitur benedictionis interruptio per Balac ipsum reprehendentem, & patet littera vsque ibi:*

✠ 1 Dabo

Universidad de Deusto
Biblioteca

tario, & ideo non potest sacerdos mercede mutari, vbi Deus A muneribus non mouetur. Discessurus tamen Balaam incipit iterum prophetare. Et dicit: Consilium do tibi, &c.

Hom.18. a *Dabo tibi consilium.* ORIG. Vent. consilium do tibi quid faciat populus hic populo tuo in nouissimis diebus. Et assumpta parabola sua ait &c.

Velim requirere quis sit hic sensus vel orbotum: Consilium enim dare nō videtur, sed ait: *quid facturus sit hic populus populo tuo in nouissimis diebus.* Cùm videretur conuenientius dici: Veni, propheto tibi quid facturus sit populus hic populo tuo, & esset consequentia, vt videretur Balaã prophetare de his quæ populus Israelis facturus esset populo Balac vel cæteris gentibus, vt non relinqueret ex vrbibus Moab vllum saluũ. Hæc prophetia quoque quam de Christo coniungit, & dicit: Orietur stella ex Iacob, &c. conuenienter posita videretur, si diceret: veni & propheto tibi. Sic ergo intelligendum est: Consiliũ do tibi, diuinum scilicet, quod in nouissimis diebus impiendum est, mihi nunc reuelatum, aperio tibi: & manifesto, vt scias quid populus hic faciat populo tuo, hoc est, consilium Dei tibi manifesto. Similiter etiam intelligendum puto, quod Apostolus ait:

Rom.11.d. *Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Hic enim quis, non pro nullo, sed pro raro & pro eximio habetur.

Matt.11.d. Cor 2. Cognouit enim filius sensum Dei qui dicit: *Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Quæ scit ergo pater, scit & B filius, & consilium eius & sensum. Spiritus quoque qui scrutatur alta Dei sensum eius agnoscit. Filius ergo qui agnoscit sensum Dei, consiliarius eius est. non quia ignoranti quid agat consilium det filius aut spiritus, sed quod consilij & voluntatis eius & particeps & sciens est. Balaam ergo quia consilij quod reuelauerat ei Deus, participem faciebat Balac, ait: *Veni, consiliũ do tibi,* tanquam qui verè videns sit & verè audierit.

Hom.18. in Num. Scire scientiã excelsi. b *Dixit Balaam.* ORIG. *Dixit Balaam filius Beor: Homo verè audiens sermones Dei sciens scientiam excelsi, &c.* Hoc non facilè de quolibet prophetarum scriptum reperi. Miror ergo, quomodo de Balaam scriptum est, cui nec hoc dicere concessum est, quod in prophetis in vsu est. Hæc dixit dominus, sed ait: Dixit Balaam, &c. Quomodo scit scientiam excelsi? Qui etiam Balac docuit quomodo mitteret scandalum coram filiis Israël, vt manducarent immolata & fornicarentur. De apostolis enim vix inuenitur dictum, quòd sciant scientiam excelsi, quamuis Paulus dixerit se audisse arcana verba quæ non licet homini loqui, non est professus se habere scientiam excelsi. In ecclesiastico dicitur:

Eccl.1.a. 1. Cor.1.d. *Omnis sapientia à domino Deo est.* Quod fortasse ita intelligere possumus, quasi à Deo sit etiam sapientia mundi quæ destructur, & principum mundi, & si qua est, per quam falsa scientia commendatur. Sed in sequentibus legitur: Non est sapientia malitiæ disciplina, vbi docetur, quia omnis disciplina quæ falsum asserit, etiam si vehemens videatur & verisimilis, tamen non debet sapientia dici: quia omnis sapientia à Deo est, id est omnis C peritia quæ vel erga aliquam artem vsui humano necessaria habetur, vel cuiuslibet rei scientia à Deo data, vnde Iob dictum

Iob 38.d. secundum aliam literã, Exod.31.a. est: *Quis dedit mulieribus texendi sapientiam & varietatis disciplinam?* Et de Beseleel dicit dominus: *Repleui eum spiritu sapientiæ &*

ferit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dabo tibi consilium, &c. *Sciebat enim Balaam, quòd quandiu spiritus Dei ipsum moueret ad loquendum non posset populo Israel maledicere, sed cognrabat quòd in recessu de terra illa, vnusmodi spiritus ab eo recederet, & tunc permitteretur agere & loqui secundum malam voluntatem suam, & tunc daret ipse Balac consilium contra filios Israël, quod & factũ est, vt habebitur in principio sequentis cap.*

2 Supta igitur parabola, rursum ait, &c. *Hic ponitur benedictionis ver-sum*

MORALITER.

✠ 1 *Verumamen pergens.* Per hoc autem, quòd Balaam prohibitus est à Deo maledicere populo Israël, tamen contra eum dedit consilium pessimum, per quod fuit tractus ad fornicationem corporalem, & etiam spiritualem, scilicet idolatriam: significati fuerunt hæretici necromantici & consimiles, qui timore pœnæ corporalis impediuntur suam docere doctrinam pestiferam in publico, sed eam docent in suis conuenticulis in occulto. Item per hoc quòd Balaam filios Israel debellare non potuit per dæmones, & tamen eos confudit & afflixit per mulieres: ostenditur nobis quantum horrenda est familiaritas mulierum atque fugienda. Eccl.vij.d. *Inuenit mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum est, sagena cor eius, vincula sunt manus illius: qui autem placet Deo, effugiet eam.*

MORA

ferit vel euanuerit vel assumpta sit, vel quid omnino indè factũ A fuerit, non dicitur. Sed fortè sicut in baptismo super Christum spiritus quasi columba descendit & mansit super eum, & vox pa-

Matt.3.d. tris audita est. *Hic est filius meus dilectus.* Ita & stella quæ venit su prà, vbi erat puer & stetit, in Christo permansit. Et sicut ibi venisse spiritum Dei super eum & mansisse in eo, ita accipimus quòd nunquã ab eo recessit spiritus Dei, ita stella quæ venit, & stetit super eum, nũquam discessit. Ideo deitatis eius indiciũ illam stellam fuisse opinor. Ordo quoq; propheriæ idẽ ostendit, cum de deitate dicit: *Orietur stella ex Iacob.* De humanitate verò: *Exurget homo ex Israël,* vt vtrunq; euidenter prophetarum appareat.

✠ PROCO. Hæc prophetia tradunt excitatos Balaami posteros (scruasse enim apud se par est) cum viderent alienam ac insolitam stellam perpendiculariter supra Iudæam immotam stare, venisse inquisitum, indicatum illum regem, quemadmodum Matthæus in euangelio prodidit. Verùm enimuerò stellæ huius ortum cessurum inquit in ruinam Moabitarum, quos scorsum nominauit, quod tunc temporis contra Israelem starent, & quod idola eorum sectatus populus sacrificasset Belphe Moabitarum B Deo. Vnde & duces eorum ac heroas qui in summo pretio apud eos erant, quando Israelitæ cum Moabitidis fornicati sunt, expressit. Quocirca rerum in peius deuolutionem vaticinatur, & ostendit Moabitarum Heroas, qui Israelitis olim insultauerint, in ortu futuræ stellæ collapsuros esse, & cum illis filios Seth, Edom. Esau, & omnes alias gentes per illas significatas. Quinimò omnes homines nomine Seth intelligi voluit. Imprimis verò Idumæos, qui eodem modo ad Israelem sunt delati. Omnes igitur inquit à sua superstitione & impietate esse destitutos.

✠ IDEM. Cæterùm stellæ mysterium inspiciamus accuratius. *In signa & tempora* omnes stellas positas esse tradit Moses. Producuntur enim ad res expectationem hominum fugientes vultu micanti fulgores stellarum, quas vocant cometas, trabes, & barbas & huiusmodi. Atqui seruatoris stella his omnibus recentior extitit. Quippe quæ demonstrat re vera magnum & spirituale luminare cœlitus demissum, totum orbem illustrãs. Quid enim tam magnificum tamque mirificum inter homines factum est? Consuetum verò sacræ scripturę est, simul seruare semper signũ quod apparet, cum pronuntiato super eo edito & sensum spiritualem, cuius gratia signum existit, vt narrationis certitudinẽ, quantum potest, adiuuet. Ita vtrumque hic quoquo est conservatum eius stellæ quæ apparuit, quæ significauit Deum cœlitus illuminantem, quem etiam hominem propter ministerium eius propheria vocat. Secundum diuinitatem enim passim orientem & lumen & solem iustitiæ appellat, vtpote quæ illuminat omnẽ hominem qui in mundum venit.

C Col.2.c. a *Et percuti.du.* Principatus & potestates affigens cruci. Aliter non

a ¶ Diuinitas Christi. ¶ Quam viderunt magi in oriente. b ¶ Egredietur virga de radice Iesse. Esa.xi.a. c ¶ De qua dicitur Reges eos in virga ferrea, &c.

a stẽlla ex Iacob, & consurget virga de Israël, & percutiet † du- 1 2
a ¶ Nequitias spiritales. ¶ Vitia scilicet in civ. b ¶ Captiuam ducet captiuitatem. ¶ c Humanum genus. ¶ Caro quæ adversus repugnabat spiritui.
b c ces Moab, b vastabitque omnes filios Seth, & erit Idumæa pos- 3 5
a ¶ Obedire scilicet rationi & virtuti. ¶ Anima.
d sessio eius. Hæreditas Seir cedet inimicis suis, Israël verò † for 5
a ¶ In virtutibus abiecta ignauia. b ¶ Scilicet Christus secundum carnem. c ¶ Salubriter.
¶ Dicens: Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Matt. x.vj.d.
d ¶ Reliquiæ salutis hem. e ¶ Mundi. ¶ Hæreticorum vel philosophorum, qui contra Deum dogmata sua muniunt.
e titer aget. De Iacob erit qui dñetur, & pdat d reliquas ciuitatis. 6 7

†Incessit vel ambulauit, præteritum pro futuro id est prosiliet siue orietur

1. Reg. 16.c. Scientia Balaam.

Dan.1.b. Ibidem 2.c.

B

Lib. 15. Moral. cap. 22.

C

Greg. *Dixit homo cuius obturatus est oculus.* Nescit impius mala quæ facit, nisi cùm pro eis puniri cœperit. Consilium Balaam contra Israelitas præbuit, sed post in pœna vidit quid prius ex culpa commiserit. Electi autem quia ne peccare debeant, præuident: oculi eorum ante casum patent. Iniquus verò post casum oculos aperit: quia post culpam iam in pœna conspicit, quia malum debuit vitare quod fecit.

c *Qui cadens apertos habet oculos.* Sæpe malus æterna iudicia admiratur, prædicationem cælestis patriæ cùm audit, diligit: & opera diuinæ dispositionis obstupescit. Iacens ergo miracula considerat, quia Dei potentiam sciendo pensat, sed viuendo non amat.

d *Videbo eum sed non modo.* Alia litera: Ostendam ei, & non modò. Beatificabo & non appropinquat. Hæc ad illos quorum personam gerit, referuntur. Quia doctores legis & scribæ ostendunt Christum in lege & prophetis promissum, sed non modò, id est quando venit, sed cùm plenitudo gentium introierit, tunc ostendent, tunc beatificabunt, quem modo blasphemant. Sed tempus quo hæc futura sunt, longè est & in fine seculi. Ideo ait, Ostendam illi, id est populo, qui tunc saluabitur, sed non modò.

e *Non modo,* cùm ista loquor: Quia *vbi venit plenitudo temporis,* Rom.11.a. Gal.4.a. *misit Deus filium suum.*

f *Orietur stella ex Iacob.* ORIG. De hac stella in euangelio dicitur, quia veniens stetit supra, vbi erat puer. Sed si inde discef- Vbi supra. Stella ex Iacob. Matt.2.b.

& ferit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *nominatur stella propter sanctitatem. secundum Ra.Sa. per stellam intelligitur aliqua constellatio specialis, quæ apparuit circa nativitatem ipsius Dauid, designans ortum eius, sed cuiusmodi fuerit illa constellatio non dicit.*

1 Et consurget virga de Israël. *Id est Dauid, qui dicitur virga propter potestatem regiam.*

2 Et percutiet duces Moab. *Secundum quod dicitur 2. Reg. viij.a.* Et percussit Dauid Moab, & mensus est eos funiculo coæquans terræ.

3 Vastabitque omnes filios Seth. *Dicit Ra. Nathan, quòd Seth prout hic accipitur, est nomen ciuitatis in terra Moab, cuius populum totaliter destruxit Dauid.*

4 Et erit Idumæa possessio eius. *Secundum quod dicitur 2. Reg. viij.d.* Et facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid.

5 Hæreditas Seir, &c. *Id est filiis Israël, quorum erant inimici.*

6 De Iacob erit qui domi. *Scilicet vniuersaliter, hoc refertur ad Salomonem secundum aliquos Hebræos dicentes, quod ipse dominatus fuit totis orbi, secundum quod dicitur iij. Reg. x.d.* Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ, &c. *& subditur ibidẽ:* Et singuli deferebant ei munera, *id est tributa secundum istos.*

7 Et perdat re. *Quia plures subiecit quos non subiecerat pater eius. Ra.Sa. exponit de Messia, quod dicitur Li: De Iacob erit qui dominetur, scilicet vniuersaliter, secundum quod scriptum est de eo Ps.l. lxxj.b.* Et dominabitur à mari vsq; ad mare, &c. à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. *Et perdat reliquias ciuitatis, id est Romæ, quæ fuit ciuitas nominatissima, & per hoc intelligitur Romanum imperium, an quo successerunt catholici, qui secundum cum per Messiam venturum cum aliis gentibus sunt destruendi. Sed hæc expositio falsò innititur fundamento, scilicet quod Messius siue Christus sit venturus quantum ad primum eius aduentum de quo loquitur, quod tamen est transactus, vt dissè declarauit per scripturas Hebræorum in quadam quæstione de quolibet. Item falsum assumit, scilicet quod primus aduentus Christi sit in virtute oraculorum eum Zacharias propheta dicat contrarium eius.* Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator & ipse pauper. *Quæ autoritas secundum doctores Hebræos de Christo intelligitur, ideo aliter exponenda est ista propheria Balaam à principio, quæ secundum omnes doctores catholicos de Christo intelligenda est. Vt debo eum sed non modo, quia Balaam & omnes alij visus sui Christum etiam corporeis oculis, quando in forma humana apparebit ad iudicandum. Sed non propè, quia multum distat iudicium. Aliter exponitur & melius, vt videtur de aduentu in carne. Videbo eum sed non mo-*

✠ do,

Diuisio.

Roma peribit.

Nota quæstionẽ postil latoris.

Tropolo. Luc.19.f

Matt.10.d.

1. Tim.2.b.

F

Princi

Universidad de Navarra Biblioteca

a *Principium.* Non hoc ad historialem Amalec referri potest. A Non enim primus erat antiquitate, sed ad spiritalem qui declinando populos à Deo & faciendo Gentiles ex Dei cultoribus Amalec nominatur. Et initium gentium dicitur, quia initium dedit, vt homines fierent Gentiles mutãdo gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, vt enim in populo Dei Christus est initium, sicut in populo qui declinat à Deo, & Gentilis efficitur Amalec.

Rom.1.c.

† pone in petra

Hom.19. in Nume.

Gen.14.a. Quæstio de Amalec.

ORIG. Initium gentium Amalec, & semen eorum peribit: Scriptum est in Genesi: *Et reges hi conuenerunt ad fontem iudicij, hic est Cades, & interfecerũt omnes principes Amalec, & Amorrhæi.* Sed quæritur vtrum sint duæ gentes eiusdem nominis: quia in catalogo filiorum Esau scriptum est Gen.xxxvj.a. *Iste sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir. Et hæc nomina filiorum Esau, Eliphaz filius Adæ vxoris Esau. Fuerunt autem filij Eliphaz, Theman, Omar, Sephua, Cenez, Gathan. Thamna autem fuit concubina Eliphaz filij Esau, & hæc peperit Amalec ipsi Eliphaz: & isti sunt filij Adæ vxoris Esau.* Et post pauca: *& hi sunt duces ex filiis Esau, filius Eliphaz qui fuit primogenitus Esau. Dux Theman, dux Omar, dux Sephua, dux Cenez, dux Core, dux Gathan, dux Amalec.* Hic igitur Amalec fuit filius Eliphaz primogeniti Esau de concubina Thãna. Redeamus autẽ ad primã cõmemorationẽ de Amalec, vbi hi qui reuersi sunt & venerunt ad primã cõmemorationẽ de Amalec, vbi hi qui reuersi sunt & venerunt ad fontem iudicij qui vocatur Cades, interficiunt omnes principes Amalec. Cades enim interpretatur sanctificatio vel sanctum, Amalec verò ablingens populum vel declinans populum. Qui ergo reuertuntur ad sanctum & conuertunt se ad sanctificationem, interficiunt Amalec, qui scilicet ablingit populum vel declinat. Hæc est contraria virtus, & nequitiæ spiritales quæ declinant populum à Deo. Horum principes sunt principatus contra quos sanctis est colluctatio, quos tamen superare non poterunt, nisi conuertantur ad sanctimoniã, quę est Cades, & in ipsa est fons iudicij. Omnis enim qui so ad sanctimoniam vertit, habet semper ante oculos fontem iudicij. Prospicit enim diem iudicij, & purificato corde tam malorum pœnas, quam piorũ beatitudines contuetur, quod faciens Amalecitarum principes prosternit. Alij verò subiiciuntur principibus Amalec. Hos enim ablingit & cõsumit, & talem populum declinat à Deo, hæc ad illum primũ referuntur Amalec. Videamus & istum Amalec filiũ Eliphaz primogeniti Esau, quem peperit ei Thamna concubina: Cuius pater Eliphaz interpretatur Deus me dispersit, mater Thamna, primò quidem degener, deinde confectio commota. Necessariò qui ab his gignitur hostis Israël est, ablingens vel declinans populum. Primus enim Hebræos egressos de Ægypto aggressus est in Raphidim

Exod.17.c.

cùm Moyses dixit ad Iesum: *Elige tibi viros & confligе cum Amalec, &c.* Et post pauca scriptum est: *Quia fugauit Iesus Amalec, & populum eius gladio detecit, cum dominus dixit ad Moysen: Scribe hæc ad memoriam in libro & da in auribus Iesu, quia delens delebo memoriam Amalec de sub cælo. Et ædificauit Moyses altare & nominauit nomen eius dominus refugium meum, & ait: Quia in manu occulta dominus expugnat Amalec à generatione in generationem.* D Vide quid debeat intelligi Amalec quem manu occulta, id est inuisibili expugnat Deus à generatione in generationem. In Deuteronomio quoque scriptum est: *Memento quæ fecit tibi Amalec cum exisses de Ægypto, quomodo obstitit tibi in via & excidit caudam tuam omnes qui laborabant post te, &c.*

Deut.25.d.

Nota. Nota quomodo Amalec obstitit populo Dei in via, nõ tamẽ potuit eius caput abscindere, sed caudã, id est eos qui retrò vltimi sequebantur: nec ea quæ retrò erant obliuiscentes, extendebant se ad anteriora. vnde: *Nemo mittens manum suam ad aratrũ, & aspiciens retrò aptus est regno Dei.* Qui enim retrò inuentus fuerit in cauda, abscindet eum Amaloc. In libro etiã Regum ait Samuel ad Saul: *Hæc dicit dominus Deus virtutum: Recogitaui omnia quæ fecit Amalec aduersum Israël: quãdo percussit eũ in via cũ ascẽderet ex Ægypto: nũc ergo vade, pcute Amalec, & anathematiza omnia quæ habet, & nemini parcas, &c.* Paulò pòst: *Pœnitet me, quia vnxi Saulem in regem.* Et hîc ergo obserua quomodo Deus per prophetam præcepit Sauli, vt expugnaret Amalec, & non parcat cuiquam, & quia pepercit, offensam incurrit inexpiabilem, vt contra naturam suam Deus dicoret: *Pœnitet me quia vnxi Saul in regem.* Non ergo parcamus illi, qui declinat populum vel ablingit & deuorat. Inuisibilis Amalec, qui volentibus ascendere de Aegypto, & de mundi tenebris conscendere ad terram promissionis, resistit in via & impugnat: & si inuenerit lassos, defectos, retrò aspicientes, in vltimis & in cauda positos, abscindet & perimet. Ideo tendendum est ad anteriora, & in verticem montis ascendendum, & semper leuandæ manus in oratione ad cælum, vt ita demum vincatur Amalec. Dauid cum multa bella gessisset, & contra Allophylos fuissent ei acerrimi frequentéq; conflictus, non scribitur obtinuisse regnum, nisi prius domuisset Amalec. Vnde etiam regressus est Dauid postquam cecidisset Amalec, & suscepit regnum Saul, cum tamen Amalec scribatur multas prius strages fecisse in populo Israël, & incendisse plurimas vrbes. Ante aduentum enim veri Dauid qui natus est ex semine Dauid spiritales Amalecitæ: id est contrariæ virtutes multas strages fecerũt in populo Israël, & ipsius Dauid captiuauerunt duas vxores, Iudæũ scilicet & Gentilẽ populũ. Omnes enim constat sub peccato fuisse, sed nõ in his rerũ exitus manſit. adueniens autẽ Dauid, inuenit dispersos Amalecitas manducantes & bibentes & exultantes præda, & cecidit eos, & post hanc cædem regressus suscepit regnum. De hoc ergo Amalec ait Balaã: *Initiũ gentium Amalec, & semen eorum peribit.* Semen eorum est persuasio & doctrina, qua docent homines declinare à Deo: hoc ergo peribit, non ipsi in quibus seminatum est: ipsi enim cum cõuersi ingemuerint, salui erunt. Hæc expositio illis obsistit qui Deũ legis duritiæ, & crudelitatis accusant, qui non solũ gentẽ Amalec, sed & semen eius pronũtiat perituru, cũ gens ad spiritales nequitias referatur: Semẽ verò doctrina Gentiliũ superstitionũ & cultus idolorũ, & omnis secta q̃ à Deo populũ declinat, exponatur.

1.Reg.30.a. Rom.3.c.

Ezech. 18.b.

F

b *Vidit quoq, &c.* ORIG. Alia litera: Et videns Cinæum dixit:

Vbi supra.

NICOLAVS DE LYRA.

do, quia nõ vidit eum in persona propria, sed in posteris suis: quia magi qui venerunt adorare Christum natum, fuerunt de stirpe Balaã. Sed non propè: quia natiuitas Christi adhuc distabat per magnum tempus. Consequenter ostenditur signum dicti aduentus, cum dicitur:

Orietur stel la ex Iacob.

Orietur stella ex Iacob: *quia in natiuitate Christi stella apparuit, quæ magos ad Christum natum perduxit, vt habetur Matth.ij.a. & fuerunt ad hoc excitati ex prophetia ista:* Et consurget virga de Israël, *id est Christus propter potestatem regiam, vnde de ipso dicitur. Psal.ij.b.* Reges eos in virga ferrea, &c. Et percutiet duces Moab, *id est idolatras, qui significantur per Moabitas eò quòd erat idolatra, vt patet ex prædictis. Nec mirandum est de tali significatione, quia Balaam parabolicè loquebatur, vt patet in textu. Quòd autem destructa sit idolatria post Christi aduentum, patet per effectum. Vastabitque omnes filios Seth, id est omnes populos subiicies fidei catholicæ ante finem mundi. dicet nondum sit impleti, de Seth enim egressi sunt omnes populi, quia Abel mortuus fuit sine filiis, & filij Cain fuerunt deleti in diluuio. Dicuntur autem vastari filij Seth per conuersionem ad fidem catholicam, inquantum desinunt esse quod erant per infidelitatem, sicut dicitur Proverb.xij.a.* Verte impios & non erunt, *supple impij, sicut erant prius. Et erit Idumæa possessio eius, &c. per Edom & Seir secundum Hebræos intelligitur ciuitas Romana, & ipsa facta est possessio Christi: quia facta est sedes principalis sui vicarij. De Iacob erit qui dominetur, scilicet vniuersaliter, quia Christo subiecta sunt omnia: secundum quod dicitur Matt.xxviij.d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Et perdat reliquas ciuitatis, *id est congregationis malorum obstinatorum, qui sunt ciuitas diaboli, sicut & iusti sunt ciuitas Dei.*

Destructio idolatriæ tẽpore natiuitatis Christi.

1 Cùmque. *Hic conuertitur prophetia Balaam ad alias gentes, & primò ad Amalecitas, ideo dicitur:*

2 Principiũ. *Nõ potest dici quòd Amalec sit simpliciter principiũ gentium, quia fuit filius Eliphaz, filij Esau vt habetur Gen.xxxvj.b. ante quem fuerunt multi Gentiles: sed dicitur principium gentium quia insurrexerant primò contra filios Israël post exitum de Ægypto, vt habetur Exod.xvij.c.*

Amalec principium gentium.

3 Cuius extrema perdentur. *Per filios Israël, quod factum fuit tempore Saulis regis, vt habetur infra Regum xv.b. Secundò conuertitur prophetia ad filios Iethro, cum dicitur:*

4 Vidit quoque Cinæum. *Iste Cin (à quo dicti sunt Cinæi) fuit filius Iethro vt dicunt aliqui: vel potius ipsemet Iethro vt dicunt alij: prout dictum est supra x.cap. Et ponitur hîc iste populus iuxta Amalec, quia habitabat iuxta eum: secundum quod dicitur j. Regum xv.b.* Dixitque Saul Cinæo: Abite: recedite atque discedite ab Amalec: ne forte inuoluam te cum eo.

5 Robustum quidẽ est habitaculũ tuum sed. *Locus enim sua habitationis erat fortis propter difficilẽ accessum ex rupibus, & sequitur:*

✠ 1 Assur

Valida habitatio tua: & si posueris nidum tuum in petra, & si fuerit A tibi Beor nidus astutia, Assyrij captiuum te ducent, &c. Beor pater est Balaam, hæreticos figurans: & dicitur, salutis possit esse Cinæus, si ponet in petra, id est in Christo nidum suum, spem scilicet nec hæreticorum circundet eum & circumscribat astutia.

De Cinæo.

Si enim hoc fecerit, nihil proderit quòd in petra locatus videtur: ab Assyriis ẽm captiuus ducetur, malignis, scilicet spiritibus à quibus hæretici captiuantur. Videtur huius expositionis & coniunctio, conturbaro sensum sed vernaculum est Hebræ linguæ & cõiunctione frequenter vti vt interdũ abundet. Habet enim vnaquęque lingua aliquid proprietatis quod apud alias videtur vitiosum. Hic ergo, & coniunctio, abundat & superfluit. Caueat ergo Cinæus (qui interpretatur possessio) quamuis possideat istam gratiam, vt in ecclesia Christi sit, ne forte astutia Beor circumueniat eum, & declinans ad prana dogmata tradatur Assyriis, qui enim blasphemant in ecclesia positi, traduntur sathanæ, vt discant non blasphemare. Traduntur autem Assyriis qui interpretantur dirigentes, non vt penitus pereant, sed dirigantur & corrigantur & discant non blasphemare.

† quia Cin incedit vel depascet te, donec Assur captiuũ ducat, &c.

Tropolo. †Dan.11.c.

1.Tim 1.d.

Non videtur Cinæum valde culpabiliter nominare, cui dixit Saul: *Discede de medio Amalec & non pereuntiantes, quia fecisti misericordiam Israël, &c.* Huius robustum est habitaculum, si ponat in petra quæ est Christus nidum suum.

2.Reg.15.b. B

Moraliter. RABANVS. Cinæus possessio interpretatur. Et sunt qui præsentia possident, qui in genio secularis sapientiæ callent, qui verè sibi robustum habitaculum construunt, si se infirmos sentiũt, & in excelsa humilitate Christi fouendam mentis fiduciam ponunt, & omne quod præterit cordis volatu transcendunt.

a *Electus.* Electi de numero sapientium, veritatis inquisitores vita viuunt perpetua. vnde: *Qui elucidant me, vitã æternã habebũt.*

Eccl.24.c.

b *Assur.* Diabolus scilicet cui hæretici traduntur dirigendi & corrigendi.

c *Parabola.* Sæpe parabolicè loqui dicitur, ne quid in his non quasi parabolam, sed secundum literam accipiamus.

d *Quis.* Tam felix qui hæc videat, sentiat, intelligat, & credat, quòd hæc ita fecerit Deus.

Lib.1.in Num. ca.25.

✠ RVPER. Cum dolentis interiectione iterum suspirat, illos beatificans oculos qui visuri erant vastatis Hebræis, superatisq; Assyriis, florente regno Romanorum, elucere regna cælorum. Eodem modo suspirans & prima dixerat prophetia. *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.* Sed hæc suspiria cunctaque prophetiæ vel sapientiæ dona perdidit radix amaritudinis, radix omnium malorũ cupiditas, quia nimium sitiens impiorum munera, sic inter benedictionis verba dixerat ad Balac, *Dabo consilium, &c.*

c *Quando ista.* Cum scilicet orietur stella ex Iacob, surget homo ex Israël. & delebit Amalec, & semen eius peribit: Id est cùm veniet Christus & cultum idolorum destruet, & dæmonum potestatem subiiciet.

f *Venient.* Videtur significare quòd iuxta incarnationem domini veniant Romani, Assyrios, Hebræos & omnes orientales

Literaliter.

C

¶ Nidus meus vel possessio.

a † & fueris electus de stirpe Cin, quandiu poteris perma-

¶ Dirigent.

b nere? Assur enim capiet te. Assumptáque parabola iterum lo-

a ¶ Conclusio prophetiæ Balaam. ¶ Secundum literam commutatio.

d cutus est: Heu quis victurus est, quando † ista facier Deus?

¶ Dæmonum genitor. ¶ Assyrij.

f † Venient in triremibus de Italia, superabũt Assyrios, vasta-

¶ Populum Dei. ¶ Cum vires suas esse putarint. ¶ Non Hebræos. a ¶ Dicente ipso g iudice. Ite maledicti in ignem æternum.

§ buntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribũt. Sur-

i rexitque Balaam, & reuersus est in locum suum, Balac quo-

k que via qua venerat rediit.

ORIG. Alia litera: *Et exibunt de manibus כתיים Cetim, & affligent Assyrios*, Cetim interpretatur plaga finis. Qui verò conuersi ad Deũ, & à Christo eruditi plagã quæ in fine seculi impius venier, effugiunt, affligent Assyrios: Id est his quibus in agone positis conteret Deus sathanam sub pedibus affligent Assyrios, id est, dæmones. Calcabunt enim super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.

Vbi supra.

† vel desolauerit eum.

Rom.16.c. Luc.10.c.

g *Hebræos.* Hebræus est qui de Ægypto transit ad terram promissionis, de tenebris ad lucem, de morte ad vitã. Sed non sine magno certamine potest obtinere. Affligit ergo & affligitur, credit aduersarium & creditur. Affligunt ergo Assyrij Hebræos, id est populum Dei, sicut affligunturab eis.

Allegoricè.

h *Etiam ipsi peribunt.* HIER. Et ipsi pariter peribunt. Nõ cum Hebræis scilicet, sed pariter, id est flagrum vt Hebræos afflixerint. Pariter enim Græcus sermo pro statim ponit. Hic ergo erit finis omnium, vt Assur cum tradebantur delinquentes in populo Dei, vel in interitum carnis vt spiritus salnus fieret, vel vt discerent non blasphemare, pereat etiam ipse ab eo qui potestatem habet perdere in gehennam. Qui dicet eis: *Ite in ignem æternum qui præparatus est diabolo & angelis eius.* Perit vna ouis de centum, sed hanc bonus pastor relictis nonaginta nouem in montibus, descendens ad hanc vallem lachrymarum, & requirens inuenit, & imposituam humeris reportauit. Iste autem Assur qui in fine omnia dicitur periturus, nescio si aliquando aut quæri possit aut inueniri. Perit ergo non errore, sed iudicio, non lapsu motus, sed perseuerantia obduratus. Quod enim scriptum est: *Ego occidam & ego viuere faciam, deducam in infernum & reducam:* nescio si generaliter ad omnes aspiciat, an ad eos tantùm quos deceptio diaboli deduxit in mortem.

1.Cor.5.b. 1.Tim.1.d. Matt.10.c. Matt.25.d. Marc.18.b. Luc.15.a.

Deut.32.f.

i *Surrexit.* ORIG. Quia Balaam Dei virtute constrictus nõ potuit Israël maledicere volens regi placere, ait: Veni consilium do tibi sed consilium non aperuit, quod tamen referetur in fine huius libri. Sed plenius vbi Ioannes ait: *Habet ibi doctrinam Balaam, qui Balac docuit vt mitteret scandalum in conspectu filiorum Israël, vt manducarent idola immolata & fornicarentur.* Quasi populus hic non propriis viribus, sed Deum quærendo vincit & pudicitiam conseruando. Deiice pudicitiam & sponte vincetur, non virtute militum sed decore mulierum pugnandum est, forma vincit armatos, terrum pulchritudo cabtriuat, vbi senserint eos mulieres manus dedisse libidini, non ie prius cupientibus præbeant quam de sacrificiis idolorum comedant, & consecrẽtur Beelpheger. Rex verò Balac continuò consilio paruit.

Hom. 20. Infra 31.b. Apoca.2.d.

k *Reuersus est in locum suum.* ✠ PROCOP. Non patiam innuit, verum stationem eam vnde profectus est ad Balac in vrbẽ superbiorem vt suprà meminit Naũ & ipse quoque cum Balac ab Israëlicis trucidatur, vt paulò post indicabit.

F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Assur enim capiet te. *Fortitudo enim loci non potuit eum sic tuare, quin caperetur & captiuaretur cum decem tribubus Israël, quas captiuauit rex Assur tẽpore Osee regis Israël: vt habetur iij. Reg xvij. Tertiò conuertitur parabola ad Romanos cum dicitur:*

2 Assumptáque parabola iterum. *Prophetia tamen sua præmittit exclamationem dicens:*

3 Heu quis victurus est quando ista faciet Deus: *scilicet quæ sequuntur. q.d. tanta strages per Romanos fiet in diuersis partibus orbis, quòd vix poterit aliquis euadere gladium eorum.*

4 Venient in triremibus. *Id est in nauibus.*

5 De Italia. *Quia per nauigium venit exercitus Romanorum ad partes illas orientales.*

6 Superabunt Assyrios: *Quorum dominatum &c. t magnum.*

7 Vastabuntq; Hebræos: *Quod impletum est tempore Pompeij & confirmatum tempore Titi & Vespasiani.*

8 Et ad extremum etiam ipsi peribunt. *Scilicet Romani quod exposuit Ra. Saadias vnus per regem Babylonis, vt dictum est supra, & improbatum. Ideo aliter dicendum quod hoc factum est per bella intestina inter Romanos conjurgentia propter quæ multa regna recesserunt à dominio imperij Romani: & illud quod remansit videtur quasi quotidie intestinis bellis cæsari. & hoc notatur cum dicitur: Ipsi pertinuit: scilicet à semen ipsorum intestinus.*

Romani regui interitus.

9 Balac quoque via qua venerat rediit. *Conduxerat enim Balaã vsque ad fines terræ suæ, vt haberet consilium ab eo contra filios Israël in fine sicut ei promiserat.*

CAP.

ADDITIO.

In cap xxiiij. vbi dicitur in postil. Quam pulchra tabernacula tua, &c. *Circa prophetias Balaam tam præcedentes quam sequentes tria occurrunt attendenda. Primum est, quod licet de statu populi ſſ-*

De prophetiis Balaam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Araelitici à principio vsque ad finem tractent, vt patet, nusquam tamen aliquid tangit de infortunijs seu aduersitatibus eorum, licet mul ta talia eis deuenerunt tam tempore iudicum quam etiam temporibus regum, & maxime in captiuitate Babylonica & in alijs, sed solum tangunt prosperitatem eorum. Cuius ratio potest esse, quòd Deus nolebat vt talia reuelaretur Balaam, nec per ipsum manifestaretur gentibus: ne ex hoc possent audaciam assumere resistendi seu inuadendi eos. & ideo in principio Deus vniuersaliter dixit ipsi Balaam: Non maledicas populum, quia benedictus est: in quo prohibuit sibi ne aliquid mali de eis diceret. Secundo quia Balaã prophetauit de his quæ pertinent ad prosperitatem illius populi, non solum temporalem, sed etiam spiritualem: quæ quidem bona spiritualia intelligenda sunt de iustis scilicet de Israel seu Iacob secundum spiritum, non autẽ de peruersis: prout patebit infra in locis suis. Tertiò est, quod quatuor prophetiæ illius Balaam videntur respicere quatuor status populi Israelitici. Quorum primus ante legem, scilicet ab Abraham vsque ad datione legis. Secundus est à datione legis vsque ad tempus, quo possederunt terram promissionis: ante tamen quam regem habuissent aut templum. Tertium verò a tempore prædicto vsque ad tempus quo habuerunt regem & templum inclusiue. Quartus verò & finalis status populi sub Christo: & in omnibus istis semper tangitur prosperitas eorũ, omissis aduersitatibus ratione prædicta.

In prima igitur prophetia commendat primum statum illius populi de quatuor. Primo de hoc quod erat à Deo benedictus: vnde non poterat maledici quod correspondet cum hoc quod fuit dictum Abrahæ in prima sui vocatione, Gen. xij. a. Benedicam tibi, &c. Et benedicam benedicentibus tibi, &c. *de quo dicit hic Balaam: Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus. Secundò commendat eum de hoc quòd erat separatus à gentibus in fide: de quo hic dicitur: Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Et quia ista distinctio incepit ab Abraham & fuit continuata per patriarchas, ideò hanc distinctionem prædicit. De summis siticibus videbo eum, & de colibus considerabo illum: scilicet de viris iustis & perfectis qui montibus in Scriptura similantur, à quibus ille populus sumpsit initium. Tertiò commendat eum de magna numerositate, quia cum primi patres essent pauci, tamen in magnam multitudinem creuerunt, de quo dicit:* Quis dinumerare posset puluerem Iacob, &c. *correspondet ad illud quod dixit Deus Abrahæ Gen. xvij. d.* Multiplicabo semen tuum sicut puluerem terræ. *Quarto commendat eum de bono fine, de quo dicit:* Mo
B riatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horũ similia. *correspondenter ad hoc quod dictum fuit Gene. xv. c.* Tu autẽ ingredieris ad patres tuos in pace, *in quo videtur assecurare eum de pœnis alterius vitæ vnde in fine Abrahæ iusti ante aduentum Christi leguntur collocari, vt Luc. xvj. f. Nec mirum si Balaam cum esset pessimus, appeteret finem iustorum. Nam secundum Grego. in pastorali: Sicut plerunque mali inutiliter compunguntur ad iustitiam, sic plerunque boni innoxie tentantur ad culpam.*

In secunda prophetia primò continuat dicta dicendis dicens: Non est Deus quasi homo vt mentiatur, &c. *q.d. iste populus vt dixi, ideò est maledictus à Deo, sed econtra: & quia Deus mentiri non potest, ideo ad benedicendum adductus sum, &c. Consequenter videtur tangere secundum statum populi supradictum, quem comendat in quinq. Primo à separatione ab idolatria, quæ in primo præcepto decalogi*
Commendatur Israël per Balaam in quinque. *fuit promissa. de quo dicit:* Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. *Secundo commendat illum statum de cultu vnius Dei, quod multipliciter traditur in lege, de quo dicit:* Dominus Deus eius cum eo est. *Tertiò commendat eum de hoc, quòd etiam sine rege temporali victoriam obtinebat de regibus sibi aduersantibus,*
Num. 23. c. *vt patet præcipue in historijs Iosue & etiã Iudicũ de quo dicitur:* Clangor victoriæ regis in illo est. *q.d. licet non haberent regem temporalem, obtinent tamen victoriam ac si regem habuissent: & quia illa victoria procedebat ab illo, cuius fortitudo maxima est, ideo subdit:* Dominus Deus eduxit eum de Ægypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis, *scilicet cuius cornua in quibus designatur potestas seu fortitudo, sunt præeminentia cæteris. Quarto commendat eos in hoc quòd non regebantur in cognitione agentiorum seu futurorum per vana & superstitiosa, sed per reuelationes diuinas de quo dicit:* Non est augarium in Iacob, nec diuinatio in Israël: & temporibus suis dicetur Iacob & Israeli, quid operatus sit dominus, *scilicet per prophetas denuntiantes ea quæ Deus vult operari. Quinto commendat eos de hoc, quod in prompta erat eis parata victoria de aduersantibus, de quo dicit:* Ecce populus vt Leæna consurget, &c. Et non accubabit leo, donec deuoret prædam, & occisorum sanguine bibat: *quod potest intelligi de illo populo sub Mose, qui quidem Moses non accubuit, id est mortem non vidit donec deuicit reges Amorræi, Sehon & Og & Madianitas, quorum sanguinem effudit. Vel intelligitur de toto populo qui non accubabit, id est non habebit quietã possessionem terræ sibi promissæ: donec occiderent omnes reges Chanaan, vt patet in historijs sacris de hoc tractantibus.*

Intertia prophetia videtur tangere tertium statum populi supra-
C *dictum, quem commendat in quinque. Primum in hoc quod habebant habi-*
tationem diuinam inter eos, & hoc quandoque in tentoriis sicut à D
tempore Mosis vsq; ad Dauid inclusiue, quando arca fœderis quæ in tentorio à Mose fabricato existens in diuersis locis figebatur, quandoque verò in tabernaculis scilicet intemplis sicut in templo Salomonis, & postea in templo per Esdram & Neemiam edificato, de quo dicit: Quàm pulchra, &c. *Vbi notandum quod in Hebræo in hoc loco prius petuntur tentoria quam tabernacula, sicut in ordine temporis priora fuerunt, vnde assimilat huiusmodi tentoria vallibus nemorosis & hortis irriguis, in quibus homines in transitu delectantur eò quòd talia tentoria non habebant locum fixum sed mouebantur de loco in locum transeundo, vt dictum est. De tabernaculis verò scilicet de templis quæ immobilia erant & cedrina, dicit quòd tabernacula quæ fixit dominus quasi cedri prope aquas. Secundò commendat illum statũ de doctrina sacra, de quo dicit:* Fluit aqua de situla eius, *exponatur prout in postilla: de studio legis & prophetarum quod viguit in Ierusalem, vel de sapientia Salomonis, ad quam audiendam de vniuersa terra veniebant, vt in iij. Reg. iiij. Tertiò commendat illum de regno temporali, quia primus rex qui fuit in Israël, deuicit regẽ Agag qui erat principalis aduersarius illius populi: de quo dicit secundum veram literam Hebraicam:* Superextolletur super Agag rex eius, *& sequitur:* Et elevabitur regnum eius. *exponatur prout in postilla. Quartò commendat illum statum de victoria, quam habuit de circumstantibus aduersarijs, vt patet tempore Dauid, quam victoriam attribuit fortitudini illius qui eduxerat eos de terra Ægypti dicens:* Deus eduxit illum de Ægypto, &c. Deuorabunt gentes hostes illius, &c. *Quinto concludit hanc prophetiam correspondemter ad primũ dictum suæ prophetiæ vbi dixerat:* Quomodo maledicam cui non maledixit dominus. *q.d. illa benedictio Dei qua hunc populum in patribus benedixerat firma est & irretractabilis.*

In quarta verò prophetia agit de quarto statu illius populi, scilicet sub Christo: vnde in hac prophetia, & non in alijs facti mentionem de extremo tempore quia ultimus status populi Israelitici secundum omnes in hac vita, est tempus Messiæ, vltra quod non est nisi aliud seculum. Et quia in hoc statu mysteria abscondita à seculis erant implenda, ideirco in hac tantum prophetia de se dixit? Qui nouit doctrinam altissimi. *q.d. ista quæ dicturus sum nullus scit, nisi qui nouit* E
doctrinam altissimi, id est secreta altissimi. Quem quidem statum cõmendat in quatuor. Primò ex hoc quod rex eius futurus erat celestis, de quo dicit: Orietur stella de Iacob. *vnde Ra. Moy. Gerunden. sic d. in hoc loco, quia Messias congregaturus est dissersiones Israël ab extremis terræ vsque ad extremum, ideirco assimilat eum stellæ quæ transit per firmamentum à summo cælo. De quo etiam dixit Daniel:* Ecco Dan. 7. d.
in nubibus cæli ficut filius hominis veniebat. *Hæc ille. Quod satis concordat veritati nostræ, licet ipse qui loquitur, hoc non perfecte cognouerit. In signum autem huius scilicet quod rex Messias esset rex celestis stella nona apparuit magis, cum natus esset Christus Matth. ij. a. Secundò commendat statum istum ex parte præsidentis, scilicet Christi, qui idolatriam penitus deuastaturus erat, & sic princeps huius mundi eiiciendus erat foras, vt Ioan. xij. c. Et de hoc dicit:* Consurget
Psal. 44. b. virga de Israel, *scilicet virga directionis. De quo in Psal.* Virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatẽ. *Et quia idolatria ante tempus legis euangelicæ totum mundum comprehendebat, ideirco dicit:* Vastabitque omnes filios Seth. *A Seth enim genus humanum communiter descendit, prout deducitur in glo. Vastauit igitur Christus omnes à Seth descendentes, quia deorũ suorum cultum amouit, eorum templa etiam, & aras destruxit. Nominauit tamen inter omnes gentes Moab & Idumæam seu Seir, quæ est terra ipsius Edom. propter diuersas rationes. Moab enim, quia cum Monticulis loquebatur, quasi diceret eis: Etsi pro nunc non superabunt te, tamen in futurum eis subiecteris. Idumæa verò nominauit, quia fuit primus aduersarius ipsius Iacob ab vtero, cuius primogenituram & benedictionem Iacob accepit, vt Gene. xxvij. Et ideo in scripturis sicut Israeli sæpe accipitur pro populo, qui sub fide & cultu Dei residet, etiã Edom & Seir sæpe accipitur pro gente quæ aduersatur populo Dei etiã si ab Edom & Seir* Abdiæ f.
secundum carnem non descendat: prout in prophetia Abdiæ Deo duce longius est tractandum. quod in Christo impletum est. Subiecit etiam in primo aduentu, & hoc spiritualiter cum post resurrectionem dixit: Matt. 28. d.
Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. *secundum quam potestatem condemnabit omnes infideles dicens:* Qui non crediderit condemnabitur. *Mar. xvj. d. Et ista etiam modo potest intelligi id quod dicitur:* Vastabitque omnes filios Seth. *Tertiò commendat illum statum ex parte populi qui fidem Christi cum tanta constantia & virili fortitudine suspexit, quod etiam vsque ad effusionem sanguinis fidei Christi per orbem diuulgauerunt, de quo dicit: Israël verò fortiter agit. Quarto commendat illum statum circa secundum aduentum, quando non solum Idumæi scilicet aduersarij fidelium, erunt subiecti fidelibus modo prædicto: sed etiam ex toto consumentur, eumes in ignem æternum: sed de hoc dicit:* De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis, *scilicet mundi vel diaboli. vnde Abdias propheta de hoc tractans similiter dicit:* Non erunt reliquiæ F
domus

domus Esau, & sic finitur quarta prophetia, quæ respicit Israel secundum quatuor status prædictos, tangens prosperitates eorum, & nihil exprimens de aduersitatibus intermedijs ratione iam dicta.

In sequentibus verò tangit statum Gentilitatis, specialiter respectu Israëlis, & est quinta prophetia. Vade glo. interlinearis vbi dicitur: Cũque vidisset Amalec *interponis sic: Quinta visio Balaam in qua visione seu prophetia agit de tribus generibus gentium scilicet de primo aduersario Israëlis qui fuit Amalec: & de vltimo aduersario qui fuit gens Romana: & de gente intermedia quæ erat quasi adiacens seu associata ipsi populo Israëli, scilicet populus Cineus descendens de Iethro. De primo scilicet Amalec dicit:* Principium gentium Amalec, &c. *exponatur prout in postilla. De Cineo verò dicit:* Robustum quidẽ est habitaculum tuum. *q.d. Non poterit euadere Assyrios, supple qui in nasuri sunt Israel, vt iij. Re. xvij. etiã si sis in rubustissimo loco: quia Assur capiet te, & hoc scilicet quamdo captiuauit Israëlem. q.d. Ista societas non assecurabitte ab illa captiuitate. In quo innuitur quasi per indirectum aduersitas Israelis in captiuitate Assyriorum: quæ tamen per directum non expressa ratione prius tacta. De gẽte verò Romana, quæ fuit vltima & principalis affligens ipsum populum ab Israële secundũ carnem descendentem dicit:* Venient in triberibus de Italia: *vbi in Hebræo habetur de Roma superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos quasi diceret: Ista gens Romana erit sic potentissima, quòd superabit seu vastabit tam affligentes scilicet Assyrios quã afflictos scilicet Hebræos, & tamen ad extremum ipsi etiam peribunt, quia regnum eorum euacuatum fuit per regnum Christi, prout prophetatum fuit à Daniele, Dan. ij. de lapide exciso sine manibus & statuam percutiente. vnde glo. super hunc locum: Iuxta incarnationem domini venient Romani, Assyrios, Hebræos & omnes orientales superaturi, & tandem regnum perdituri secundum statuam Danielis: Hæc in gl. Et notandum, quòd licet in omnibus prædictis prophetijs Balaam nominabat ipsum populum sub nomine Israelis vel Iacob (quæ sunt nomina quæ accipiuntur frequenter pro populo fidelium secundum nominum interpretationem) in hoc tamen loco nominat eos sub nomine Heber, quia iam nomen Iacob vel Israelis perdiderant, quia tempus quo gens Romana illum populum vastauit, fuit post passionem Christi, quando iam perdiderant nomen Israel & Iacob secundum spiritum.*

A CAP. XXV. D

a MOrabatur, *&c. in Setim.* Interpretatione Hebraicorum nominum, שטים Sittim inuenimus in lingua nostra, respõnsionem vel refutationem dici. Applicuit ergo Israël ad responsionem vel refutationem non bene applicuit.

b *Et fornicatus est.*

Lib. 4. antiq. cap. 5. ✠ IOSEPHVS. Dixit Balaã. Vos quandam victoriã: ad breue tempus aduersus eos lucrati desideratis, quod impetrabitis, si hęc quæ moneo feceritis. Filiarum vestrarum speciosas præcipuè virgines circa eorum exercitum destinato, & supplicantibus eorum iuuenibus,
B vt earum amplexibus misceantur, præcipite, nõ prius annuuant, quàm eos patrias leges relinquere iubeant, & Moabitarum & Madianitarum colere ritum cogant, hic enim illis indignabitur Deus.

✠ PROCOPIVS. Nulla contra hominem est potentia, nisi prius sibi ipsi damnum intulerit. Quemadmodum isti qui libidine capti Dominum obliuioni mandarunt. Quemadmodum quoque posteà Salomon qui in mulierum gratiam idolis templa extruxit. Quare cum populi huius socordia ac ignauia Deo esset cognita, alienigenis vxoribus illis interdixit. Nobis verò qui in fide agimus, cum illis conuersari per Paulum permisit. Nouit enim quod idonei simus magis vtilia suadere, quàm noxiis obtemperare.

Quæst. 45. ✠ THEODORETVS. Probè sciẽs Balaam illos iuuictæ fortitudinis esse, qui proteguntur à Deo, excogitauit in filios Israël impietatem, in quã prolaberentur per intẽperantiam, vt propter
C impietatẽ diuino denudati auxilio, captu faciliores fierẽt. Persuasit itaq; Madianitis vtnõ viri sed mulieres cũ illis decertarẽt, quæ armorum vice, corporis venustate & verborum illecebris essent præditæ, vt illarum pulchritudine capti, illorũ idolis inseruirent.

ORIG.

a CAP XXV.

¶ Lxx. applicuit Israel in Set'm.

MOrabatur autem eo tempore Israel in Setim,
a ¶ Quia non bene applicuit, reiectatus est à Deo.
& fornicatus est populus cum filiabus Moab
b
quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At il-

ORIG. Ipsa historia nos ædificat, docens, quia aduersus nos militat fornicatio. Sed si habuerimus arma apostoli, luxuriæ tela non nocebunt nobis, id est si habeamus loricam iustitiæ, galeam saluti, gladium spiritus quod est verbum Dei, & scutum fidei, calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Si hæc arma proiicimus, diabolo locum dam⁹, & captiuat nos omnis dæmonũ chorus, & Deus contra nos irascitur, nec solùm in præsenti, sed in futuro punimur. Faciunt autẽ nos vincere pudicitia & iusti-
tia, prudentia & cæteræ virtutes. Faciunt autem vinci, luxuria, libido, auaritia, impietas & omnis malitia. Idem ait Ioannes in Apocal. Apo. 2. d.
NICOLAVS DE LYRA

CAP. XXV.

Diuisio. 1 MOrabatur autem. *Hic consequenter ponitur prouocatio filiorum Israel ad peccatum ex consilio Balaam. Et primò ponitur dicta prouocatio, secundo ipsius punitio, ibi:* Locutusque est dominus. *Circa primum describitur primò Israelis prouocati transgressio, secundò transgressionis punitio, ibi:* Et iratus dominus. *Circa primum sciendum, quod Balaam sciens filios Israel esse pronos ad luxuriam, dedit consilium ipsi Balac vt mitteret puellas pulchras, nobiles, & ornatas prope exercitum eorum, & quod iuuenes venientes ad se verbis allicerent: & cum viderent eos inflammatos ad actum carnis, non permitterent se ab eis cognosci, nisi prius comederent de*

idolothitis & idola adorarent quæ secum portauerant: vt sic Deus offenderetur, & populus Israel à Deo percuteretur, & in manibus hostium traderetur. Dicit etiam Iosephus, quod aliqui nobiles de Israel acceperunt sibi vxores de illis. Licet autem hic non sit scriptum quod Balaam dederit hoc consilium, tamẽ habetur ex eo quod dicitur infra xxxj. cap. Cur fœminas reseruastis? nonne istæ sunt quæ deceperunt filios Israël ad suggestionem Balaam? *Et Apocal. 2. d. dicitur.* Habes
illic tenẽtes doctrinã Balaã q docebat Balac mittere scandalũ corã filiis Israel, edere. i. de idolotitis & fornicari. *& hoc q dicitur hic.*

2 Morabatur autem Israel eo, &c. *Nomen est loci propinqui loco vbi prædictæ mulieres venerunt.*

3 Et fornicatus, &c. *Spiritualiter per idolatriam, & corporaliter per luxuriam, vt dictum est.*

✠ 1 Initiatur-

MORALITER.

Meretrices fugo. ✠ 1 *Morabatur autem eo tempore Israel in Setim.* Per hoc autem, quod populus Israel trahens moram prope mulieres Gentiles & idolatras tractus fuit ad luxuriam & idolatriam, monemur nos elongare à mulieribus, ne verbis earum signis & aspectibus decipiamur. Quia scribitur Eccle. iij. d. *Qui amat periculum in illo peribit.* Et Isidorus libro de bona & honesta conuersatione: Si vis à fornicatione esse tutus, esto à muliere corpore & visitatione diseretus, iuxta serpentem, & proximus periculo, diu illæsus non eris: prope ignem inadustus non eris, ferreus sis, aliquando tamen dissolueris.

Isidorus in lib. de bona conuersatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerit animæ cum verbo Dei & complexus adinuicem datus,
A nascitur generosa progenies,pudicitia scilicet, iustitia, patientia
& omnes virtutes. Si autem se diabolo & dæmonibus prostituerit,faciet filios adulteri,scilicet omnia peccata. Per singula ergo
quæ germinus generat filios anima nostra, sensus scilicet & opera. Et si quidem secundum legem est & verbum Dei,quod facit: a b
partic spiritui salutis, c
& saluabitur per ge- d
nerationem filiorū,
de quibus dicitur: *Fructus tui sicut nouellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.* Si verò contra legem est quod agit,
de conceptione corrarij spiritus parit filios peccati & maledictionis. Anima semper parit,semper generat,vel de verbo concipiens,
vel de contrario spiritu. Forte ad has generationes respicit quod
Rom.9.c. dictum est: *Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, &c.* Istæ enim generationes animæ ex spiritu sancto generatæ priusquam faciant aliquid boni,diligūtur. Si verò ex spiritu maligno prius quàm impleant aliquid mali, hoc ipso quod huiusmodi voluntatem peperit anima,digne odio habetur malę
voluntatis execranda conceptio. Ideo forsitan & Chanaan puer
B antequam nasceretur maledicitur,quia peccauerat pater eius. Et
prophetans Noe,quòd vnicuique filiorum suorum optima quæ
Gen.9 d. Ps.136.b. que signaret,vbi ad Cham ventū est: *Maledictus* inquit, *Chanaan puer.* vnde: *Filiæ Babylonis miseræ beatus qui retribuit tibi retribuitam,quā retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram.* Etsi nondum aliquid operis gesserit in nobis Babylonius conceptus, dum paruulus est non miserearis, statim interfice: odibilis enim est: elide ad petram ne crescat, ne augeantur opera confusionis in eo. Petra Christus est, in conspectu tremēdi
iudicij eius posita pereat hæc soboles. Hæc dicta sūt de generali
fornicatione,cui⁹ species est corporalis fornicatio. Hinc Paulus
1.Cor.10.b. ait: *Qui se iungit meretrici vnum spiritus est.* & *qui se iūgit meretrici,vnū corpus est.* Quasi omnis anima aut domino coniuncta est aut meMoraliter. retrici. Dominum autem dixit virtutes quæ Christus est,id est verbum,sapientiam,virtutem,iustitiam,& huiusce modi. Meretricē
Prou.7.b. verò omnes malitiæ species. vnde: *Mulier occurrit ei habēs speciem meretricis,quæ iuuenum facit auolare corda.* Hæc meretrix malitia
est, qui se iungit huic meretrici vnum corpus malitiæ efficitur.
Sicut ergo qui se iungit domino iungit se sapientiæ, iustitiæ, pietati,& veritati,& cum omnibus vnus efficitur spiritus, ita qui se
iungit huic meretrici,iungit se impudicitiæ, iniquitati,mēdacio
& omnibus malis,cum quibus vnum corpus efficitur.

a *Comederunt.* Quasi etiam de his quæ immolata sunt idolis comedunt,quæ execrabilia sunt apud Deum. Quis enim consensus templo Dei cum idolis?

Vbi supra. 2.Cor.6.d. 1.Cor.8.c. ORIG. Ait apostolus: *Si quis viderit scientiam habentem in idolio recumbere,nonne scientia eius cū sit infirma ædificabitur ad mandu candum idolatrica?* Vbi videtur non tam rem ipsam grauem pronuntiare,quam illius offensam qui hæc videns ad idem prouocatur,cùm non simili scientia muniatur,vt non tam sui quàm alterius sit reus. Forte studiosi literarum Græcarum homines,& adamatores philosophiæ doluerio adhuc studiorum veterum tenebantur,& philosophorum dogmata quasi idolis immolata edebant. Quæ fortasse non lædebant eos qui scientiam veritatis acceperant. Sed minus in Christo eruditi, si imitantes talia legerent,vulnerari poterant. Quia ergo charitas non quærit quod vtile est sibi: sed quod multis,talem verbi cibum capiamus,qui nō
1.Cor.13.b. solūm nos ædificet & delectet,sed etiam videntes non offendat.
Est ergo non solūm in cibis idolis immolatum, sed & in verbis.
Omnis fermō qui pietatem,iustitiam, & veritatem docet, Deo
immolatus est. Qui autem impudicitiam, iniustitiam, impietatem,idolis,& qui eum recipit,idolis immolata manducat.

b *Et adorauerunt Deos earum.* Nota ordinem: Malos seruos primò concupiscentia decipit,inde ingluuies,postremò captiuat impietas,cuius mereces exoluitur fornicatio.

Vbi supra. 3.Reg.11.a. ORIG. Salomon cùm esset sapientissimus multis mulieribus
C inclinauit latera, ideo deceptus est: Ego tamen non puto quod mul-

a ¶ Consecrati sunt scilicet idolis gentium. b ¶ Non solum manducauerunt.

li comēderunt,& adorāuerunt Deos earū, † initiatusque est
a ¶ Quia arguit eos lex negligentes & desides.
Israel Beelphegor: Et irātus dñs dixit ad Moysen: Tolle cun-
a ¶ Quare nihil latet. b ¶ Palam scilicet, vt omnibus sint exemplum.
ctos principes populi,& suspēde eos contra sōlē † in patibū-

multæ mulieres multa dogmata non nominentur, quæ singula D
cùm vir sapientissimus scrutari & agnoscere voluisset,intra legis
diuinæ regulam tenere se non potuit. Decepit eum Moabitica
philosophia, vt idolo Moabitico immolaret, & Ammonitarum
& reliquarum gentium,quarum mulieres dicitur recepisse,templa ædificasse, idolis
immolasse. Grādeopus est tot dogmatibus quasi mulieribus
misceri,necà veritate
declinare,sed cōstanter dicere: *Sexaginta sunt reginæ,& octoginta concubinæ, adolescentularum non est numerus,vna tamen est columba mea.*

1 coniunxit
2 quasi
3 coram domino Gen.6.c.

c *Initiatus est Israel, &c.* Consecratus est scilicet mysteriis idoli,
quod apud Madianitas præcipuè à mulieribus colitur,& est species turpitudinis,sed scriptum vix reperitur quæ vel qualis sit vel
cuius formæ, fortè ne auditorem polluat. Cum ergo multæ sint
turpitudinis species vna Beelphegor dicitur. Omnis ergo qui Beelphegor.
turpe aliquid committit,in aliqua turpitudinis specie Beelphegor consecratur.

✠ APOLLINARIVS. Statua hæc erat apud Moabitas eius Ex cathena græca.
Dei,quem Græcorum alij Saturnum, alij Belum vocant. Stabat
hęc in loco qui Phegor dicebatur. vbi à mulieribus Moabitarum
siue Madianitarum prouocati ad impudica sacra Hebræi, initia
eius admiserunt.

ORIG. *Et initiatus est Beelphegor, &c.* Per omnia peccata quæ Vbi supra.
committimus, maximè si non ex surreptione aliqua sed studio
peccamus, illi dæmoni cui curæ est quod admittimus, consecramur. Et forte tot dæmonibus consecramur quot peccata cōmittimus,& mysteria idoli illius suscipimus. vnde: Iam enim mys- 2.Thessa.b.
terium operatur iniquitatis. Circumeuntes ergo quærūt quomodo
vnumquenque mysteriis suis consecrent. Si senseris malignum
spiritū loqui in corde tuo, vt te ducat ad aliquod opus peccati:
Intellige quia vult te obsecrare alicui dæmoni vt suscipias mysteria diaboli. Adest econtra vnicuique nostrum angelus bonus
qui regat,moneat,qui pro actibus nostris corrigendis & misera- Angelus bonus adest vnicuique.
tionibus exposcendis quotidie videat faciem Dei. Et secundum Apo.2.a.
Apocalypsim Ioannis, vnicuique Ecclesiæ generaliter angelus
præsit,qui vel collaudatur pro bene gestis populi, vel pro delictis culpatur. In quo stupendi mysterij admiratione permoueor, E
quòd tanta cura Deo est de nobis,vt etiam angelos suos culpari Quantæ curæ Deo est homo.
pro nobis & confutari patiatur. Sicut cùm pædagogo traditur
puer,si minus dignis imbutus appareat disciplinis, culpa ad pædagogum refertur,nec ita puer à patre vt pædagogus arguitur,
nisi durus & lasciuus, & proteruus pædagogi salutaria monita
spreuerit. Quid autem illi animæ fiat, docet propheta dicens: Esa.1.c.
Derelinquetur filia Sion sicut tabernaculum in vinea, &c. Sui enim
arbitrij est anima, & ideo iustum Dei iudicium est, quia sponte
sua vel bonis vel malis monitoribus patet. Maior autem cura
humanæ salutis Deo est,quàm diabolo perditionis. Quasi enim
non sufficiat angelorum diligentia cōtra dæmonum,& eorū qui
ad peccandum trahūt insidias. ipse vnigenitus Dei ad est. defendit,custodit,& nos ad se trahit. vnde: *Volui cum sum visque ad con-* Mat.28.d.
summationem seculi. Nec sufficit esse nobiscum, vim nobis facit,
& ad salutem trahit. vnde: *Omnia traham ad meipsum.* Vides Io.12.e.
quomodo non solūm volentes sed etiam cunctātes trahit. vnde: Luc.9.g.
Volenti sepeliri patrem suum nec spatium temporis dedit, sed
ait: *Sine mortuos sepelire mortuos suos, &c.* Patet etiam nos trahit. Ioa.6.e.
vnde: *Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum*, qui seruis Lu.14.e.
suis dicit: *Quoscunque inueneritis, compellite intrare.* Sanctus quo- Act.10.e.
que spiritus ait: *Separate mihi Saulum & Barnabam, &c.* Prohibet etiam Paulum ire in Asiam,& cogit ire Ierosolymam, prædicens quia vincula & carceres manent eum ibi.

d *Tolle cunctos principes, &c.* ✠ PROCOPIVS. Vide benignitatem maximam quæ supplicio pancorum quod omnes meruerant, est contenta. Iuxta illud, Castigando castigauit me Dominus. Exemplo enim horum sapere docentur reliqui. sicut eorum quoque qui à Pilato iugulati & sepulti fuerant, super

☞ quibus

☞ quibus Seruator inquit, quod si pœnitentiam non egeritis, gra-
Luc.18. A uiora his vobis euenient. porro principibus quibus facile est maleficos deprehendere supplicium commisit, & suspensionem eorum contra solis radios, quo terrorem aspectu suo pariant. Quod abominationi ducent græci, si mortuum cadauer soli obtendatur.

Vbi supra. ✠ APOLLINAR. *contra Solem.* Id verò non tam factum
† Exo.32.f. est vt occulta facinora proderētur, quam vt per solem qui symbolum gerit ipsius patris, totius naturæ
† 1.Ma.2.c. 2.q.7.c.nosse in fi. Deum agnoscerent omnia intuentē quē ne cogitationes quidem mentis nostræ fallere possunt.

Vbi supra. ORIGENES. Fortassis referuntur hæc ad angelos: Venient
Tropol. enim ad iudicium nobiscum, & stabunt ante solem iustitiæ, ne forte aliquid causæ ex ipsis fuerit, quod deliquimus, ne fortè minus operis expenderint, ne nos à peccatis reuocarent vnde in Apocalypsi: *Habeo aliquid aduersum te quod habes tbi tenentes doctri-*
Apo.2.d. Angeli ex hominum cu stodia merce dē sperant. *nam Balaam,&* huiusmodi. Si enim mercedem sperat angelus, qui nos consignatos accepit à Deo pro his quæ bene gessimus, timet etiam culpari pro malè gestis. Et ideo ostentari dicuntur contra solem, vt appareat quorum culpa commissa sunt peccata per quæ Beelphegor vel cuilibet idolo pro qualitate peccati consecramur. Quòd si princeps, id est cuique angelus consignatus non defuit,sed de bonis cōmonuit, & locutus est in corde meo: in eo duntaxat in quo me conscientia reuocat à peccato, & ego spretis eius monitis & conscientiæ retinaculo in peccatis prorupi, duplicabitur mihi pœna pro contemptu monitoris & facinoris commissi, ne miretis si angeli veniant cum hominibus ad
Esa.3.c. iudicium. *Ipse enim dominus ad iudicium veniet cū principibus populi sui.* Ostendātur ergo principes, & si in illis culpa est, desinit ira Dei à populo. Debemus ergo magis esse solliciti secundum, quod non solum pro actibus nostris stabimus ante tribunal do-
1.Cor.5.b. Heb.13.c. mini, sed & angeli tanquam principes & duces nostri. vnde: *Obedite præpositis vestris,ipsi enim pervigilant rationem reddituri pro animabus vestris.*

Vbi supra. Eph.5.c. ORIG. Populus peccat & principes ostentātur contra solem ad examinandum, vt arguātur à luce. Non enim tantū pro suis arguūtur delictis, pro populo enim coguntur principes reddere rationem, ne fortè non docuerint, non monuerint, non sollicitè arguerint eos qui primum peccauerunt, ne contagio dispergeretur in populos. In ipsos enim conuertetur ira dei, & cessabit à populo. Hęc si cogitarēt homines, principatus nō ambirent: sufficit cuique pro peccatis proprijs argui & reddere rationem. Cui necesse est pro peccatis populi ostentari contra solem, ante quem nihil potest abscondi, nihil obscurari?

Quæst.52. in Numeros. AVGVST. Et dixit dominus ad Moysen: *Accipe duces populi, & ostenta eos domino contra solem, & auferetur ira animaduersionis domini ab Israel.* Iratus dominus de fornicationibus Israël carnalibus scilicet,& spiritualibus (nam & filiabus Moab se miscuerant,& idolis fuerant consecrati) dixit Moysi, vt ostenderet domino duces populi contra solem. In quo verbo intelligitur iussisse crucifigi, vt hoc sit ostentare eos domino contra solem, id est palam in conspicuo huius lucis. Nam Græcus ait, παραδειγματισον quod dici posset exēplar, quia ἥλιος exēplum dicitur

lis vt auertatur furor meus ab Israel. Dixitque Moyses ad iudices Israel: † Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. Et ecce vnus de filiis Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidē videntē Moyse
¶ Christus.
& omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernā
a culi. † Quod cùm vidisset Phinees filius Eleazari, filij Aaron

tur. Nam Aquila dixit, Confige, vel potius sursum confige, D
quod est ἀνασταύρωσον. Symmachus autem suspende. Sed mirum est
quòd scriptura desijt narrare vtrum hoc fuerit ex præcepto domini impletum, quod contemni potuisse non video: aut si contemptum est, impunè contemni. Si autem factum est & tacitum,
cur ex eo quod Phinees transfixit adulteros placatum fuisse dominum scriptura
1 dicit, plagamque cessasse? Quasi crucifixis ducib⁹ sicut præ-
2 ceperat dominus, ad-
3 huc indignatio per-
4 seuerans alio modo
5 placanda videretur,
cùm falsum esse non posset quod pronuntiauerat dicens: Auertetur ira animaduersionis domini ab Israel. Si ergo factum erat,
quis dubitet iram fuisse auersam? Quid ergo opus erat, vt Phinees ad placandum deum in adulteros vindicaret, & scriptura
perhiberet quòd sic placauerit dominū? Nisi forte intelligamus,
cùm illud quòd præceperat dominus de ducibus populi Moyses Deu.17.a.
implere disponeret, voluisse eum etiā secundum legem talia punire flagitia: vt iuberet vnūquenque interficere proximū suū dijs
alienis consecratū. & interea illud Phinees faceret, & sic ira dei
iam placata, non opus fuisse duces populi crucifigi. Hæc sanè
seueritas illi tempori congrua, quantum malum fornicationis & idolatriæ prudentium fidei satis euidenter ostendit.
6 a *Quod cum, &c.* ORIG. Hæc ædificauerūt priorem populū, Vbi supra. Eph.6.c.
tibi autem qui à Christo redemptus es, cui de manibus gladius
corporalis ablatus est, & datus est gladius spiritus, arripe hunc
gladium. Et si vides Israelicum sensum cum Madianitis scortan
tem meretricibus, id est, cum diabolicis cogitationibus volun- E
tatem, ne parcas, ne dissimules, statim percute, peccatum perime:
ipsam quoque voluam, id est secreta naturæ discutiens & penetrans ipsum fomitem peccandi reseca, ne vltrà concipiat & generet, & maledicta peccatorum soboles Israelitica castra contaminet: sic enim sedabis iram dei. Præueniste enim diē iudicij,
quę dies iræ dicitur & furoris. Et exterminato fomite peccati
qui hic vulua mulieris appellatur, ad iudicij venies securus. Oremus ergo vt inueniamus semper paratū istū gladiū spiritus, per
quē exterminētur ipsa femina & cōcepta culpa, & propitius nobis fiat deus per verum Phinees dominū nostrū Iesum Christum.

✠ PROCOPIVS. Hic scortator impudicitiæ suæ atrocitate,
ad iustam iram prouocauit Phinees. Quod videlicet in conspectu
Mosis, & principum libidinem exercuit, nihil etiam reuerituspsorum lachrymas, quas ante tentorium effuderūt. Nam Paulus
quoque lamentandos & lugendos peccatores censet. Verùm
nūc quidem ad pœnitentiam dilatio pœnæ inuitat, interdum verò castigationis causa seruor est. Vnde illa: lex iram efficit. Quapropter animus Phinees æstuauit, adeò vt nec interrogaret principem nec consilium expectaret. Lib de fide & operibus cap.2.

✠ AVGVST. Neque enim quia illum primi populi cōmixtionem Moyses Dei famulos patientissimè perferebat, ideo non in
multos etiam gladio vindicauit. Et Phinees sacerdos adulteros
simul inuentos ferro vltore confixit. Quod vtique degradationibus & excommunicationibus significatum est esse faciendum
in hoc tempore, cum in Ecclesia disciplina visibilis fuerat gla- F
dius cessaturus.

☞ a *Aver-*

✠ 1 Initiatusque est Israel, &c. *ad est, applicatus est siue cōiunctus cultui illius idoli.*

Diuisio. 2 Et iratus dominus. *Hic consequenter ponitur huius transgressionis punitio. Et primò in generali, secundò in speciali, ibi:* Et ecce vnus. *Circa primum dicitur:*

3 Tolle cunctos principes populi. *Dicunt expositores nostri, quòd punitio primò facta est in principibus per suspensionem, quia aliqui erant culpabiles in trāsgressione idolatrandę, & alios subditos reprimere negligendo. Rab. Salo. aliter exponit dicens:* Tolle cunctos principes populi. *id est, congrega eos vt iudicent & puniant transgressionem prædictam.*

4 Et suspende eos, *scilicet qui inueniuntur culpabiles, & hoc vltimum non refertur ad principes.*

5 Contra solem in patibulis, &c. *Vt pœna sit publica sicut & peccatum, & ad terrorem aliorum, & dictum Rab. Sal. consonare videtur huic quod subditur:*

✠ 1 Dixitque

derit u Gentili ad cultum veri dei.

3 Intrauit coram. *id est contribulibus, qui ei persuadebant contrarium.*

4 Videnteque Moyse & omni turba filiorum Israel. *non quòd viderent ipsum concubentem cum muliere, vel intrantem locum vbi ipsa erat, quia non erat ita prope tabernaculum fœderis, sed quia videntibus Mosę & aliis ipse recessit de loco dicens, quod ibat ad mulierem illam pro actu venereo: & sic grauis erat eius culpa: tum ex contemptu tali, cum etiam ex publicatione.*

5 Qui flebant ante fores tabernaculi. *timentes iram dei propter peccatum populi.*

6 Quod cum vidisset. *Præditum virum sic pertinaciter & irreuerenter recedentem.*

✠ 1 Surrexit

6 *Quod cum.* Per Phinees qui zelo dei concitatus occidit principē Simeonis,& filiā nobilissimi principis Madianitarū: significatur iudex bonus temporalis vel ecclesiasticus secularis vel religiosus, qui humano timore sublato non omittit facere debitam iustitiam de personis quę sunt in scādalum cōitatis, licet sint alti status vel sanguinis. Per hoc autem, quod Phinees ex hoc facto per ordinationē dei promotus fuit ad summi sacerdotij dignitatem, datur intelligi quod boni iudices propter timorem humanum nihil de contingentibus omittentes, dignitatem cælestis curæ consequentur, in qua omnes sunt reges & sacerdotes. Apoca.j.b. *Fecit nos reges & sacerdotes deo & patri.*

Universidad de Navarra Biblioteca

a *Arrepta fugione*, significat per crucem Christi non solum idolatriam, sed & omnem carnis effectum vel concupiscentiam perimi, & sic deum placari.

b *Occisi sunt viginti quatuor milia*. Quia lumen veritatis & iustitiæ relinquentes, cæcitatem idolatriæ & fornicationis amauerunt, solis æterni lumine priuati, mortis tenebras incurrunt. Visibilis enim sol viginti quatuor horis orbem illustrat, & suo ambitu noctis tenebras fugat, sic & Christus ad fugandas peccati tenebras per apostolos & prophetas mundum illustrat.

✠ CYRILLVS. Cum vidissent cæteri quã fortiter nauassет operam Phinees pro vera pietate, neque cessaret Moyses inclamare, vt de medio sanctorum tollerentur impudentes, exemplo animati, conuersi sunt in contaminatos, neque filij patres, neque fratres frattrib⁹, nec cognati cognatis pepercerunt.

✠ RVPERTVS. Ecce septem plagis cõsumpta omnis generatio illa, omnes qui numerati erant à viginti annis & supra. Prima plaga fuit in sepulchris concupiscentiæ, vbi cum adhuc essent carnes in dentibus eorum, ecce furor Domini concitatus, percussit eum plaga magna nimis. Secunda plaga fuit, vbi inconsueta morte Chore, Dathan, & Abiron interierunt. Tertia plaga, eodem die, vbi ignis interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incensum. Quarta fuit die sequenti murmurantium contra Mosen & Aaron. Quinta, vbi dum circumeundo terram Edom, tædere cœpit populum itineris ac laboris, locuti sunt contra Dominum ac Mosem, & ob hanc rem misit Dominus in populum igneos serpentes. Sexta est, hæc pœna cunctorum principum populi quos suspendi iubet Dominus. Septima plaga, qua tandem Phinees auertit iram Domini. His inquam septem plagis consumpti sunt, qui numerati fuerant plagis nouissimis, post decem plagas Ægypti, quarum secundum numerum & Ioannes in Apocalypsi septem plagas nouissimas describit, quoniam in illis consummata est ira Dei.

c *Pactum*. Quisquis zelo Dei cõpunctus carnis stimulos conterit, comprimit, vel subiectos ne lasciuiant corrigit, sempiternum sacerdotium acquirit, pertinens ad eundem, de quo dicitur: *tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*, cum quo æternum regnum possidebit. Interpretatur autem Phinees ore parcés vel ore requieuit vel oris augurium. Eleazar, Deus meus adiutor, vel Dei adiutorium. Aaron mons fortitudinis, vel mõs fortis. Quæ nomina congruè prædictum sensum exprimunt. Qui enim se ore continet ne praua loquatur, & mysteria cœlestia exponit, auditoribus per Dei adiutorium pium laborẽ explens, ad montem fortitudinis, id est Christum feliciter ascendit.

✠ PHILO. *Ecce do ei pacem*. Cum lustrato exercitu quæreret Moyses, quo honore Phineem prosequeretur, anteuenit Deus suo oracu lo, imprimisque iuuenem magno affecit honore pacis, quod nullus vnquam mortaliũ affatim prębuit. Deinde perpetui dignitate sacerdotij cõdecorauit. Ad monet locus quanta sit apud Deum vnius viri iustitia pietasquo quę plagas populi auertere potest & obli E uionem inducere eius delicti, cuius expiatio tantum pręconij, tantumque gratię promeruit. Alij legunt: Ecce do ei fœdus pacis & fœdus sacerdotij.

d *Erat autem, &c.* RABANVS. Israelita qui fornicatus est cum Madianitide, significat eos qui ab Ecclesia per errorem vel prauam operationem separati, blaspemiam Dei inter infideles excitant. Quibus dicitur: *Per vos blasphematur nomen dei in gentibus:* Ro.2.d. quos nomina ipsa ostendunt. Nã & Zambri interpretatur psalmus vel canticum, Salu, tentationem respiciens. Simeon, audiuit tristitiam, vel nomen habitaculi. Cozbi, calix immensus vel immola mihi. Sur, murus vel angustia. Madian, co ntradictio vel responsio. Zambri ergo fornicatorem corporalem & spiritualem significat; qui non canticum laudis, sed psalmum irrisionis inter inimicos Christi excitat. vnde: *In me psallebant qui bibebant vinum.* psal.63.c. Hic ergo ad tentationem respiciens & tentationi consentiens, sub nomine habitaculi, id est, sub nomine ecclesiastici de casu suo ingerit tristitiam fidelibus, quia calicis immensi amore repletur, id est, gulæ deseruiens semetipsum diabolo immolauit, cum membra sua libidini tradidit. Hic contradictionis responsum ab aduersariis Dei prauo opere efficiens, muris æterni carceris & angustiæ semetipsum immersit, vbi cruciatur die ac nocte vsque ad nouissimum quadrantem.

CAP.

a ¶ Nobis quoque contra talia surgendum est. ¶ Gladio spiritus.

sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugio ¶ Israeliticum feasum.

ne ingressus est post virum Israeliten in lupanar & perfodit a ¶ Diabolicam cogitationem. ¶ Ipso nomine peccati.

ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus

† Cor.10.b. † Cessauitque plaga à filiis Israel & occisi sunt vigintiquatuor milia hominum. Dixitque dominus ad Moysen: Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meã à filiis Israel, quia zelo meo commotus est contra eos, vt nõ ipse delerem filjos Israel in zelo meo: Idcirco loquere ad eum: † Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quam c semini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus d est pro Deo suo, & expiauit scelus filorum Israel. Erat autem

¶ Psalmus vel canticum.

nomen viri Israelitæ, qui occisus est cum Madianitide Zam ¶ Tentationem respiciens. a ¶ Audiuit tristitiam vel nomen habitaculi.

bri filius Salu dux de cognatione & tribu Simeonis. Porrò a ¶ Calix immensus vel immola mihi.

mulier Madianitis, q̃ pariter interfecta est, vocabatur Cõzbi, filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Locutusque ¶ Murus vel angustia. b ¶ Madian contradictio vel responsio.

est dominus ad Moysen, dicens: Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra ¶ Loci illius.

vos, & decepere insidiis per idolum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

Li.2.in Nu. cap.25.

Pſ.109.a.

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Surrexit de medio multitudinis. *accensus zelo legis.*

2 Ingressus est post virum Israeliten in lupanar. *In Hebræo habetur:* קבה Quobah, *id est tabernaculum: vnde, dicunt aliqui Hebræi quod intrauit tabernaculum illius principis, vbi adduxerat prædictam mulierem: vt ibi cognosceret eam carnaliter. Alij autem quòd intrauit tabernaculum multeris quod erat extra castra per modum prostibuli, vt dicit translatio nostra.*

3 Et perfodit ambos. *quia reperit eos in coitu.*

4 Cessauitque plaga à filiis Israel. *Quia per zelum ipsius Phinees dominus fuit placatus, ne procederet vltrà plaga in populo, vt patet ex litera sequenti.*

5 Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, &c. *Id est dignitatem sacerdotij post patrem suum: licet enim dominus dedisset sacerdotium Aaron & filijs eius, tamen Phinees non erat certus, quòd deberet superuiuere patri suo, & ei succedere in sacerdotio, sed hic fuit certificatus de vtroque.*

6 Erat autem nomen &c. *hoc dicitur ad commendationem Phinees, quia zelo dei motus non timuit occidere principem vnius tribus.*

7 Porrò mulier Madia. &c. *Hoc exprimitur ad ostendendũ odium Madianitarum contra filios Israel, qui cum aliis mulieribus miserunt filiam nobilissimi principis eorum ad prostibulum, vt possent decipere filios Israel, & pertrahere ad offensam dei sui.*

8 Hostes vos sentiant. *Hic consequenter ponitur punitio Madianitarum, eò quod prouocauerunt filios Israel ad peccatum vt dictum est.* Diuisio. *Et circa hoc dicta punitio primò præcipitur, secundò ordinatio populi interponitur, ca.xxvj. tertiò Moses prædictum præceptum exequitur, ca.xxvj. Circa primum dicitur:* Hostes, &c. *Is* hostes, *est hic accusatiuus casus.*

9 Et percutite eos. *non sic autem præcipitur de Moabitis: tum quia et ipsi misserunt filias suas ad decipiendum filios Israel, non tamen ita nobiles misserunt sicut fecerunt Madianitæ: tum quia ipsa Ruth erat descensura de eis, de qua descendit ipse Dauid, vt habetur Ruth vl.tum quia dominus prohibuerat ne bellarent contra Moabitas, vt dictum est supra.xxj.cap.*

CAP.

CAP. XXVI.

Hom.11.in Numeros. A a *Postquam noxiorum &c.* ORI. Quia illi qui primò ascíti fuerant pro peccato ceciderũt: secundus nunc populus in eorum locum succedens vocatur ad numerum. Et quod de illis dictum non fuerat, de his scilicet dicitur: *His distribuetur terra in sortem ex numero nominum, &c.* Si 2.Para 5.a. de prioribus dictum fuisset, falsum fuisset quia, cecidertunt in deserto pro peccato suo, his autem cuncta quæ promittuntur impleta sunt.

Quare populus iterũ numeratur

2.Mach.3.e.

†Gen.46.b. Exo.6.b.

B †diuiserunt se †congregatione b *Numerate omnem.* Iterum populus numeratur & Leuitæ, vt

* eos interfectis primis carnalibus, nouus populus Dei censeatur, qui per Iordanis baptismum transeat, & cœlestis hæreditatis repromissionem accipiat.

Quæst.46. ✠ THEODORET. Quare denuò recenseri populum Deus præcepit? Quia iam tulerat sententiã contra prius numeratos, quorum filios introduc-

C

a *Postquam noxiorum &c.* Per hoc quod dominus præcepit post mortem peccatorum, qui fuerunt vigintiquatuor milia, numerare remanentes in vita, sicut paterfamilias post gregis mortalitatem numerat partem remanentem, & sic cognoscit numerum vtrorumque: Moraliter fuit significatũ, quòd coram Deo recolere debemus & numerare peccata nostra, quæ sunt opera mortua & opera bona quæ sunt opera viua illa ad dolendum, & de ipsis misericordiam postulandum: ista verò ad agendum Deo gratias, cuius adiutorio sunt facta Ioann. *Sine me nihil potestis facere.* & Esa.xxvj.c. *Omnia opera nostra operatus es in nobis, domine.*

ALLE-

CAP. XXVI.

1 Postquam, &c. *Hic interponitur reordinatio populi qui fuerat deordinatus per idolatriam, vt dictum est. Et ponitur hic triplex ordinatio, prima est vnius ad proximum, secunda populi ad principem suum circa medium* Ad ordinationẽ populi quæ requiruntur. *ca.xxvij.ibi:* Dixit quoque do. *tertia vtrorumque ad Deum c.xxvij. Circa primum sciendum, quod ad bonam ordinationem populi inter se requiritur possessionum diuisio: vt dicit Phi.3.Pol. tum quia communia negliguntur & propria magis curantur: tum quia per hoc multa litigia & contentiones cessant, eo q̃ quilibet scit quæ sua, & quæ aliena: & quia diuisio possessionum debet fieri secundum numerum personarum, ideo primò describitur populi numeratio secundò describitur diuisionis* Diuisio. *modus & determinatio, ibi:* Locutusque est dominus. *Adhuc primò ponitur præceptum numerationis secundò modus executionis ibi:* Ruben primogenitus Israël. *Circa primum præmittitur tempus numerationis, cum dicitur:* Postquam noxiorum sanguis. *est. Et dicunt aliqui, quod hoc fuit post occisionem Madianitarum quæ habetur infra*

Infrà 31.b. *xxxj.c. dicet ante scribatur: quia non omnia scripta sunt eo ordine quo facta sunt. Alij dicunt & probabilius vt videtur, quod fuit ante: & quod dicitur hic: postquam noxiorum, &c. intelligitur de filijs Israel occisis propter peccatum idolatriæ, vt habetur cap. prece. quod de filijs Israel occisi sunt xxiij.milia, vt dicit Ra. Sa. quod simile est pastori cuius gregem intrauerunt lupi, & post mortem plurium numerat residuum, vt sciat*

2 Ruben primogenitus Israël. *Hic consequenter ponitur executio numerationis & primò numerantur illi qui habitabant ad partem meridionalem tabernaculi scilicet tribus Ruben, tribus Simeon, & tribus Gad, & patet littera vsque ibi:*

3 In seditione. *Licet ipse essет de filijs Leui tamen hic recolitur, quia pro seditione eius mortui sunt Dathan & Abiron qui erant de tribu Ruben, vt dictum est supra.xvj.c.*

4 Et factum est grande miraculum, &c. *Quale autem fuerit hoc* Miraculũ in morte Core. *habetur ex textu: nisi in generali: scilicet quòd filij Core non fuerunt mortui cum eo sed in gehennam. Habetur insuper Psal.xlv. dicitur: & quando terra aperuit os suum, & deuorauit Core cum multis aliis, & filij eorum remanserunt stantes in aere diuina virtute, quousque terra fuit restricta sub pedibus eorum, propter quod in gratiarum actionem tantæ beneficij filij Core fecerunt illum psalmum, vnde & intitulatur in Hebræo a filijs Core, & litera huius miraculo conformat eam dicitur:* Pſal.45. Deus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, propterea non timebimus dum turbabitur terra, &c. *Non enim Dauid fecit omnes psalmos vt plenius dicetur quando venerimus ad librum psalmorum domine concedente.*

✠ 1 Filij

MORALITER.

✝ 1 *Postquam noxiorum, &c.* Per hoc quod dominus præcepit post mortem peccatorum, qui fuerunt vigintiquatuor milia, numerare remanentes in vita, sicut paterfamilias post gregis mortalitatem numerat partem remanentem, & sic cognoscit numerum vtrorumque: Moraliter fuit significatũ, quòd coram Deo recolere debemus & numerare peccata nostra, quæ sunt opera mortua & opera bona quæ sunt opera viua illa ad dolendum, & de ipsis misericordiam postulandum: ista verò ad agendum Deo gratias, cuius adiutorio sunt facta Ioann. *Sine me nihil potestis facere.* & Esa.xxvj.c. *Omnia opera nostra operatus es in nobis, domine.*

ALLEGORICE verò per hoc quod mortuis transgressoribus in deserto secundum Dei sententiam supra positam xiij.c. Allegoricè numeratur hic nouus populus transiturus Iordanem, & promissionis terram intraturus, significatum fuit, quod populus numero & merito finali ad nouum pertinens testamentum (vt pote qui per sacramentum baptismi transiuit quod per Iordanem significatur, eò quod fuit ibi institutum quando Saluator noster tactu suæ sanctissimæ carnis contulit aquis virtutem regenerandi) terram intrabit viuentium cum fidelibus promissam.

D 1 Ostquam noxiorũ sanguis effusus est, dixit dñs ad Moysen & Eleazarũ filium Aaron sacerdotẽ: † Numerate omnẽ summam filiorũ Israël à viginti annis & suprà, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos in cãpestribus Moab super Iordanẽ contra Iericho ad eos qui erant à viginti annis & suprà, sicut dñs imperarat, quorum iste est numerus. Ruben primo a genitus Israël: † Huius filij Henoch, à quo familia Henochitarũ: & Phallu, à quo familia Phalluitarũ: & Hesrõ, à quo familia Hesronitarũ: & Charmi, à quo familia Charmitarũ. Hę sunt familiæ de stirpe Rubẽ, quarũ numerus inuentus est quadraginta tria milia & septingenti triginta. Filius Phallu Eliab huius filij Namuel & Dathã & Abirõ. Isti sunt Dathã & Abirũ principes populi, qui † surrexerũt cõtra Moysen & Aarõ in † seditiõe Core, q̃ do aduersũ dñm rebellauerũt, & aperiẽs terra os suũ, deuorauit * Core morientib⁹ plurimis, q̃ do combussit ignis ducẽtos q̃nquaginta viros. † Factũ est grãde miraculũ vt Core pereute, filij illi⁹ nõ † perirẽt. Filij Simeõ per 4 cognatiões suas, Namuel, ab hoc familia Namuelitarũ: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. Hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit vigintiduo milia ducenti. Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarũ: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Heri, ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. Istæ sunt familiæ Gad, quarũ omnis numer⁹ fuit quadraginta milia quingẽti. F

D ductuſus erat in terram promissam, quos quidem asseruerant † Post plagam autem ipsi fore captiuos. Inf sit item cosrecenseri, vt suæ benedictionis vim perspicerent, quam reddiderat, nimirum subla tis etiam patribus, eundem super esse numerum.

✠ APOLLINAR. Numerus sanè militũ græca. colligitur per tribus, enumeratio verò nõ qualis olim prior. Nunc enim & ingenuorũ tribus & liberti norum simul connumerantur, quod symbolum fuit nostræ cum Israël societatis prout Dominus inquit: *Erunt vnus* E *grex & vnus pastor.* Neque vera pietas patitur res suas temere fortibus committere, sed pro argumento sors interuenit, causa verò totius negotij à voluntate Dei pendet.

† Fuerunt in signum † perierunt

a *Ista* rus fuit vigintiduo milia ducenti. Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarũ: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Heri, ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. Istæ sunt familiæ Gad, quarũ omnis numer⁹ fuit quadraginta milia quingẽti. F

† Suprà 1.a. Exo.30.b.

✠ APOLLINAR. Ex cathena græca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen.36.a *Isis diuide-tur terra.* ORI. A Reprobat pri-
Vbi supra. or populus, qui est in circuncisione: & introducitur
Nez secundus de primogenito: qui paternam hæreditatem consequitur, non à Mose, sed à Iesu. Moses enim si dat aliquibus hereditatem: non intra Iordanem quem nec trāsit omnimo,
Deu.1. extrà dat terram, non fluentem lac & mel, sed pecoribus aptam muta animalia & irrationabil, a melius quàm homines nutrientē. Iesus meus secundo populo terram dat lacte & melle manantem, imò quę est fa-
B uus mellis prę omni terra. Et Moses quidē hæreditatem non dat in clero, nec potest per plebes, domos, familias, nomina & merita singulorum diuina sorte pēsare. Hoc
Ioan.5.d. facit solus Iesus, cui omne iudiciū dedit pater. Ipse scit etiam quomodo vnūquenque digna mā-
Ioa.17.a. sione dispēset. Sunt aliqui tamen in istis qui supereminent, & omnino non adducuntur ad sor-
supra 18.c. tem. Omnes Leuitæ scilicet, hoc est omnes qui intentè permanent D in ministerio dei, & perigiles in seruitio dei excubias gerunt[1], sortem inter cæteros non quærunt vel accipiunt, sed nec in terra est sors eorū: ipse dominus est sors eis & hæreditas. Hi sunt qui nullis corporeæ naturæ obstaculis hebetati, omniū visibiliū gloriam supergressi, in sola dei sapientia & verbo, ei viuendi vsum exercitiumque posuerunt, qui nihil corporeū requirunt. Sed solā agnitionem secretorum dei, & *vbi est cor, ibi* Mat.6.c. *est & thesaurus,* E semper in domino & in verbo eius, & in sapientia delectabuntur. Hic eis cibus, hoc poculum, istæ diuitiæ, hoc erit regnum. Qui autem inferiores sunt, hæreditatem terræ accipiunt, licet sublimioris alicuius potentioris. Terra enim viuentium promittitur, quæ viuentiū dicitur, quia nescit mortem. Et isti quidem magni & beati, sed beatiores illi qui iam non per speculum in ænigmate: neque in substantiis

C corpo F

† Filij Iuda, Her & Onā, q ui ambo mortui sunt in terra Chanaan. Fue runtq; filij Iuda per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarū: Pha
1 res à quo familia Pharesitarū: Zare, à quo familia Zaritarū. Porrò filij Phares, Hesron, à quo familia Hesronitarū: & Hamul, à quo familia Hamulitarū. Istæ sunt familiæ Iuda, quarū oīs numerus fuit septuaginta *milia quingēti. Filij Issachar per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarū: Phua, à quo familia Phuaitarū: Iasub, à quo familia Iasubitarū: Semran, à quo familia Séranitarum. Hæ sunt cognationes Issachar: quarū numerus fuit sexaginta quatuor milia trecenti. Filij Zabulon per cognationes suas: Saredi, à quo familia Sareditarū: Elon, à quo familia Elonitarum: Iahelel, à quo familia Iahelelitarū. Hæ sunt cognationes Zabulon: quarū numerus fuit sexaginta milia quingēti. Filij Ioseph per cognatiōes suas Manasse & Ephraim. De Manasse ort⁹ est Machir, à quo familia Machiritarū. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarū. Galaad habuit filios Iezer, à quo familia Iezeritarū: & Helec, à quo familia Helecitarū: & Asriel, à quo familia Asrielitarū, & Sechē, à quo familia Sechemitarū: & Semeda, à quo familia Semeditarū: & Hepher, à quo familia Hepheritarum. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat sed tantùm filias: † quarū ista sūt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. Hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum quinquagintaduo milia septingēti. Filij autē Ephraim per cognationes suas fuerūt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarū: Thehen, à quo familia Thehenitarū. Porrò filius Sathala fuit Heran, à quo familia Heranitarū. Hæ sunt cognationes filiorum Ephraim, quarū numerus fuit triginta duo milia quingenti. Isti sunt filij Ioseph per fami-
3 lias suas. Filij Beniamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Belaitarum. Asbel, à quo familia Asbelitarum: Achiram, à quo familia Achiramitarū, Suphā, à quo familia Suphamitarū. Huphā, à quo familia Huphamitarū. Filij Bela, Hered & Noemā. De Hered familia Hereditarū. De Noemā familia Noemanitarū. Hi sūt filij Beniamin p cognatiōes suas, quorū numer⁹ fuit quadraginta quinq; milia sexcenti. Filij
4 Dā per cognationes suas: Suhā, à quo familia Suhamitarum. Hæ sunt cognationes Dan per familias suas. Omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat sexaginta quatuor milia quadringenti. Filij Aser per cognationes suas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Iessui, a quo familia Iessuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum. Filij Brie, Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, a quo familia Melchielitarum. Nomen autem filiæ Aser fuit Sara. Hæ cognationes filiorum Aser, & 5
numerus eorum fuit quinquaginta tria milia quadringenti. Filij Nephtali per cognationes suas Iesihel, à quo familia Iesihelitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: Ieser, a quo familia Ieseritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum. Hę sunt cognationes filiorum Nephtali per familias suas, quorum numerus quadraginta quinque milia quadringenti. Ista est summa filiorum Israel qui recensiti sunt, sexcenta milia, & mille septingenti triginta. Locutúsque est dominus ad Moysen 6
C tē 1 a dicens: Istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in posses- 7

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Filij Iu. *Hic secundò numerantur qui habitabant ad orientalem partem: scilicet tribus Iuda, tribus Issachar, & tribus Zabulon.*

2 Her & Onan qui ambo mortui sunt & cæte. *vt habetur Gene. xxxviij. a. nec reliquerunt semen.*

3 Filij Ioseph. *Hic tertiò numerantur illi, qui habitabant ad partem occidentalem: scilicet tribus Ephraim, tribus Manasse & trib⁹ Beniamin. Et licet in istis tribubus, tribus Ephraim esset principalior in positione castrorum & motione: tamen hic tribus Manasse præponitur in numeratione: quia fuit primogenitus Ioseph de quo fit hic mentio. Cætera patent.*

4 Filij Dan per cognationes suas. *Hic numerantur illi qui habitabant ad partem aquilonarem, scilicet tribus Dan, tribus Aser, & tribus Nephtali. & patet litera vsque ibi:*

5 Nomen autem filiæ Aser fuit Sara. *ista descendit in Ægyptum cum Iacob vt habetur Gen. xlvj. & ideo nomen eius hic recolitur.*

6 Locutúsque est dominus ad Moysen dicens. *Hic ostenditur modus diuisionis terra, & primò quantum ad viros. secundo quantum* Diuisio
ad mulieres, ca. sequenti. Adhuc circa primum primò ponitur modus diuidendi terram tribubus, quæ debebat ibi habere partes. secundò subditur numeratio filiorum Leui, qui non acceperunt ibi partem sicut alij, ibi: Hic quoque est numerus: *Circa primum dicitur sic:*

7 Istis diuidetur terra iuxta. *Istis scilicet superius numeratis diuidetur terra.*

✠ 1 Plu-

corporalibus, sed facie ad faciē Deū videbunt sapientiæ lumine
A radiati, & meræ diuinitatis capaces per puritatem effecti.

Vbi supra. ORIG. Terræ huius diuisio & hæreditas, formā cœlestis hæreditatis tenet, q̄ sanctis diuidetur. Sunt ibi plures, sunt & pauci, sed pauci beatiores. Multi enim per latā viā quæ ducit ad mortē
Matt.7.b. eunt. Qui verò par-
¶ Dignitate vitæ. ctā viā q̄ ducit ad vitā
tendunt, pauci dicun
a tur. Et alibi dicitur:
Mat.10.b. *Quam pauci sunt, qui*
Mat.24.b. *saluantur.* Et alibi: *Vbi*
multiplicatur iniquitas refrigescit charitas multorū non paucorum. In
Gen.6.c. arca Noe (vbi mēsura cœlitus datur) in inferiorib⁹ trecentorū cubitorū ponitur longitudo, & quinquaginta latitudo. Súmitas verò vnius cubiti
† Lobnitarum & sic in sequētibus. spatio consummatur. In inferioribus enim
† Exo.6.c. bestiæ erant & pecudes, in superiorib⁹ aues, in summis verò hó rationalis. Ipse vertex invnū cubitū colligitur. Omnia enim
† suprà 3.a. B ad monadē reducūt. Pone omnē humani generis numerū, elige fideles, pauciores erūt quā vniuersi de fidelibus, elige meliores, pauciores reperies. De ipsis rursus elige perfectiores, pauciores erunt. Et quantò
c cligendo processeris, tantò pauciores inuenies, donec tandem venias ad vnum aliquem, qui confidenter dicat, quòd plus om-
1.Cor.15.b. nibus laborauit. Qui hoc modo plures sunt, plus terræ & corporeæ hereditatis accipiunt. Pauci autem exiguum, quia plus habent in domino. Alij nihil omnino terrenæ hæreditatis accipiunt, qui digni sunt sacerdotes esse & ministri Dei. Horum enim ex integro ipse dominus hæreditas est. Ipsi tamē propter iu-
Iosue.21.a. mēta sua accipiūt aliquid terræ, sed illius q̄ vrbibus contigua est.
a *Pluribus maiorem.* Vt scilicet numerosior tribus maiora spatia terræ sortiatur, q̄ minor aūt fuerit hominū numero minorem.
Vn⁹ sapiēs. Vnus iustus secundum quod Deo acceptus pro pluribus ha-
Eccl.16.a. betur. Vnde: *Per vnum sapientem habitabitur ciuitas, tribus autē iniquorum desolabitur, & vnus iustus pro toto mundo. Iniqui autem etsi*
Gen.15.b. *multi sint, exigui & pro nihilo ducuntur apud Deum.* Est ergo & multitudo laudabilis. vnde Abrahæ quem eduxit foras ait: *Respice cælum, si potes dinumerare stellas, sic erit semē tuū, &c.* In quo notandū
Mat.6.a. quia iustus in interioribus semper consistit, quia in abscōdito orat patrē, & omnis gloria filiæ regis, id est, regalis animæ intrinsecus
C est, ¶ In dignitate & volitate.

siones suas. Pluribus maiorem † partē dabis, & pauciori-
1 bus minorē, singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio
b ita duntaxat, vt sors terrā tribubus diuidat & familiis. Quic
2 quid sorte cōtigerit, hoc vel plures accipiant vel pauciores. Hic quoq; est numerus filiorū Leui per familias suas. Gersonis à quo familia Gersonitarū. Caath, à quo familia Caathitarū. Merari, à quo familia Meraritarum. Hæ sunt familiæ Leui. Familia † Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Musi, familia Core. At verò Caath genuit Amrā, q̄ habuit
4 vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata est † ei in Ægypto. † Hæc genuit viro suo Amrā filios Aaron & Moysen & Mariam sororem eorum. De Aaron orti sunt Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar. † Quorum Nadab & Abiu mortui sunt, cum obtulissent ignē alienum coram dño. Fueruntq; omnes qui numerati sunt viginti tria milia generis masculini, ab vno mense & supra: quia non sunt recensiti inter filios Israel nec eis cum cęteris data est possessio. Hic est numerus filiorū Israel, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote in cā pestrib⁹ Moab, supra Iordanē cōtra Iericho, inter quos null⁹
¶ Fideles scilicet veritatisque propugnatores actionis vel contemplationis. fuit eorū qui ante numerati sunt à Moyse & Aarō in deserto
c Sinai. Prędixerat em̄ dñs, q̄ omnes morerēt ī solitudine, nul-
6 lusq; remāsit ex eis, nisi Caleb fili⁹ Iephone, & Iosue fili⁹ Nun.

super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus, &c. Et alibi: *Sicut tu in me pater, & ego in te, sic & isti in nobis vnum sint.* Hæc omnia non sorte descendunt, sed dilectionis prærogatiua.

✠ THEODORETVS. Deus sorte diuidi terram mandauit, vt litem & controuersiam omnem tolleret, tanquam Deo per sortem terram diuidente. Ita enim veluti quadam sententia rem decerni Deo visum est. Hoc ipsum fecerunt etiam diuini Apostoli antequam Sp. sanctus aduenisset: mittētes enim sortes, Deum omnia cognoscentē deprecati sunt, vt demonstraret vter esset dignior.
c *Nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun.* ISIDORVS. Sexcenta milia armatorum de Ægypto dicuntur egressa, & duo tantùm in terram promissionis ingressi. Multi enim per baptismum ad fidem transeunt, sed ad cælestem patriam pauciss̄imi perueniunt, secundum illud: *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.* Duo tantum ingrediuntur, propter eos qui ex vtroque populo cæleste regnum adipiscuntur, vel qui per actionem & contemplationem ad æternam beatitudinem prædestinantur.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Pluribus partem maiorem dabis, &c. *secundum enim quod tribus aliqua habebat plures familias & plures domos, secundum hoc debebat plus accipere de hereditate in terra promissionis.*

2 Ita duntaxat, vt sors terram tribubus diuidat, &c. *Hoc dicitur ad excludendum contentiones, quæ possent oriri in diuisione terræ, si fieret simpliciter ex humana ordinatione: sic tamen cadebat sors, ordinatione diuina, quòd sors cuiuslibet tribus cadebat super partem terræ sibi proportionatam secundum pluralitatem vel paucitatem familiarum & domorum in ea contentarum, secundum quod dicitur Proverb. xvj. d.* Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperātur. *Alij dicunt, quòd terra primò diuisa est per partes æquales tribubus, & postea quelibet pars diuisa est in familijs & domibus per sortes & per partes inæquales: quia illa familia quæ habebat plures domos, habebat partem maiorem.*

3 Hic quoque est numerus filiorum Leui per familias suas. *Hic consequēter numeratur tribus Leui, cui non est terra diuisa sicut alijs, & ideo numeratio eius ponitur post ordinationem de diuisione terræ, & patet litera vsque ibi:*

4 At vero Caath genuit Amram qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui. *Ista autem Iochabed hic recolitur propter excellentiam Mosis & Aarō, quorum mater fuit. Dicitur autem hic filia Leui, non quia eam genuit, sed quia fuit neptis sua scilicet filia filij sui, & per talem modum Laban vocauit filios Iacob filios suos, quia erant filij filiarum suarum, vt habetur Gene. xxxj. capitulo, & hoc fuit dispositus declaratum Exod.a.* Iochabed.

5 Inter quos nullus fuit, &c. *scilicet in principio libri huius. Hoc autem additur, quia numeratio ista differt ab illa in multis, de quo nullus debet admirari, quia est altera nominum.*

6 Nisi Caleb filius Iephone & Iosue filius Nun. *Erant enim excepti à Dei sententia.*

CAP.

ADDITIO.

In hoc capitulo xxvj. vbi dicitur in postilla: Et factū est grande miraculum, *quale autem fuerit, non habetur ex textu. Vel translatio nostra habet:* Factum est grande miraculum, vt Core pereūte filij eius nō perierint, *in Hebræo habetur:* Facti sunt in signum *scilicet miraculum. Et quod additur,* vt Core pereunte, &c. *non est de textu, & sic refertur hoc quod dicitur:* Facti sunt in signum, *ad immediatè præcedēta scilicet quòd illi qui fuerunt deuorati ab ore terræ:*

Universidad de Deusto
Biblioteca

similiter combusti ibi gne à Deo egrediente, facti sunt in miraculum, quod est manifestum. vnde illa Glo. Hebraica quam allegat postilla. non habet fundamentum in littera. Similiter nec hoc quod dicitur quod psalmus Psal 45.a. *Deus noster refugium, &c. fuit factus propter hoc miraculum, non habet certum fundamentum: exponitur enim aliter prout ibidem. Similiter quod dicit, quod Dauid non fecit omnes psalmos, est contra opinionem Augustini. quam credo esse veram prout in psal. Deo dante ex pluribus locis tractabitur.*

REPLICA *correctorij contra Burgen. in cap. xxvj. Burgen. ponit tria satis dubia, & fortassis falsa quæ non probat. Primo dicit, id quod dicitur de* Core *pereunte, non est de textu: vbi sine auctoritate & ratione redarguit nostram translationem. Secundo dicit quod Glossa Hebraica quam allegat postilla non habet fundamentum: Sed nec hoc probat auctoritate vel ratione, quamuis promittat eius probationem dare velle circa expositionem psalmi:* Deus noster refugium: *quem tamen psalmum non tangit unico verbo. Tertio dicit Dauid composuisse omnes psalmos, & sic improbat beatum Hier. quod tamen hoc habeat veritatem de auctoritatibus psalmorum dicetur infra in correctorio primo circa psalmum primum.*

CAP. XXVI.

a *Coesserunt, &c.* ✠ Procopius. Iustam causam, sortem paternam, cum fratres eis non essent, petendo proponunt, cum impietatis pater commisisset nihil. Verum peccati proprij iusta persoluisset, & ad longiorem vitam peruenire non potuisset. Cæterum, prætéduntᵃ hoc, si quidem vitæ † supra 26. d. infra 36.a. Ios. 17.a. longitudo legem obseruantibus diuina promissione præfinita erat. Possunt autē hoc quoque modo cōcludere. Nemo nisi ob peccatum generis masculini exors fit. Atqui nō tantope re peccauit is, inquiB unt, vt nomen eius in † in congregatione ducendū sit, quemadmodum eorum qui cum Core conspira † fratres & infrā. rūt. Quod Dauid suo ꝓditori imprecatur, inquiens: Vtinā è terra memoria eius excindatur. Id enim veteribus tam durū & c graue visum est, quā nobis vita excidere ę terna.

b *Sed in peccato suo.*

Ex cathena Græca. ✠ Severianus. Contraria videntur esse his quæ paulò ante dicūtur de Salphaad, quòd fuerit expers totius coniurationis, parum animaduertentes dixisse puellas patrem suum non eo mortis genere periisse, quo damnata est à Deo seditio Core, sed suo peculiari peccato, quia scilicet obisset nullis relictis maribus. Tanto enim studio tunc temporis homines sobolem curabant, C vt qui sine spe propagationis decederet, haberetur quasi execratus à Deo.

Homil. 22. in Numer. c *Da eis.* Orig. Dabis eis possessionem, &c. Hęc secundum historiam quid vigoris habeant, palam est omnibus qui sciunt leges istas non solùm apud filios Israel custodiri, sed apud omnes homines, qui tamen legibus viuunt. Vnde apparet quòd libertas

Lex hæreditaria.



filiarum Salphaad non solum eis hæreditatem contulit, sed perpetua viuendi iura seculo dedit. Vides quanta historiæ etiam vtilitas, quis potest leges istas dissoluere, quibus vniuersus vtitur mundus? Nos autem quæramus quomodo spiritualiter ædificemur. Fieri enim potest, vt neque filiæ mihi sint secundum carnem, neque tu ris hæreditas. Erit ergo alicui otiosa lex quæ diuina voce sancita est. Requiramus ergo apud spiritualē legem quæ sint istę quinque filiæ. Quarum etiam si pater mortuus fuerit pro aliquo peccato, ipsæ tamen hæreditatem iussu Dei accipiunt. Virtutes animi & sensus, mentis E filij sunt, filiæ verò opera corporis ministerio impleta. Quin que enim sunt corporis sensus, quibus omne opus in corpore expletur. Istæ ergo quinque filiæ, id est, operum perfectio, etsi patre orbatæ remaneant, non abiiciuntur ab hæreditate, neque excluduntur à regno, sed in medio populi Dei hæreditatem accipiunt. Salphaad autem interpretatur vmbra in ore eius: Hic est intellectus operum pater. Sunt autem multi fratres in quibus intellectus altior & profundior nullus. Sed est in eis sensus emortuus. vnde: *Et mortuum est cor eius in ipso:* Hic igitur si ad intelligentiam spiritualem nihil sapit, sed est emortuus, tamen si genuerit filias, id est, opera mandatorum Dei, hæreditatem terræ cum plebe Dei consequetur. Non poterit quidem numerari inter eos, quorum ipse dominus portio est. *Multi enim vocati, pauci verò electi.* Ostenditur autem ipso nomine, quare iste Salphaad filios non potuit generare, sed filias. Interpreta-

Historiæ vtilitas.

2.Re.25.f.

Matth.20.b.

✠ tur

NICOLAVS DE LYRA
CAP. XXVII.

Ceesserunt autem filiæ. *Hic agitur de diuisione terra, inquantū pertinet ad mulieres. Et diuiditur in duas partes in partem principalem & incidentalem secunda ibi.* Ad filios autem Israel. *Circa primum sciendum, quod quia supra dixerat dominus: Istis scilicet numeratis diuidetur terra, & soli viri fuerunt numerati, ideo hic ostenditur in quo casu mulier debeat hereditare, videlicet quando pater eius non habet filium, & hoc est quod dicitur:* Accesserunt autem filię Salphaad, &c. *qui non habuit filium.*

Pituisio.

2 Atque dixerunt: Pater noster mortuus est in deserto. *Dicunt Hebrai, quod fuit ille qui lapidatus est, eò quod colligebat ligna in sabbatho, vt dictum est supra xv. cap.*

3 Nec fuit in seditione. *Hoc allegauerunt ne eis diceretur, quod priuatus fuisset iure hæreditatis ex illa seditione, vt dictum fuit xvj. cap.*

3 Sed

4 Sed in peccato suo mortuus est. *Quasi diceret peccatum suum nulli nocuit nisi sibi.*

5 Cur tollitur nomen illius. *quasi diceret non est iustum.*

6 Retulitque Moyses causam earum ad iudicium. *quia dictum fuerat sibi prius à domino, quod terra diuidetur numeratis qui erant tantum viri, & ideo noluit eis dare hereditatem absque aliqua determinatione domini.*

7 Qui dixit ad eum: Iustam rem, &c. *& sic determinauit pro ipsis.*

8 Ad filios autem Israël. *Hic consequenter determinatur occasione filiarum Salphaad quis debeat hæreditare etiam in aliis casibus quando pater non habuit filios, quia si habet filiam, debet succedere: & si nec filiam habeat, frater suus debet hereditare: quæ si nec fratrem habuerit, patruus suus debet succedere: & si nec patruum habuerit, alter de eius genere propinquior debet hereditare, & pater litera:*

✠ 1 Erit-

MORALITER.

✠ 1 *Accesserunt, &c.* Per hoc autem quod istis mulieribus ex determinatione domini data fuit hæreditas inter viros generis sui, significatum fuit, quòd in adeptione hæreditatis æternę, nullam facit differentiam diuersitas sexuum vel statuum, sed tātùm meritorum. Gala. iij. d. *Quicunque in Christo baptizati estis, Christū induistis, in quo non est Iudæus neque Græcus, non seruus neque liber, non masculus neque fœmina: omnes enim vos vnū estis in Christo Iesu. Si autem vos vnum estis in Christo Iesu ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.* Vnde & beata virgo Maria non solum super omnes viros, sed etiam super omnes angelos in cœlis creditur exaltata.

✠ † *Cumque*

tur enim זלפחד Zelaphhad vmbra in ore eius, qui vmbram logis in ore habet, & non ipsam imaginem rerum nihil spirituale, nihil profundi intellectus sentire potest, sola vmbra legis in ore eius est, sensus viuos & spiritales generare non potest, sed opera & actus quæ sunt simplicioris vitæ mysteria. Et ideo ostendit in his clemētia domini,

quòd innocentiores a tem Israël loqueris hæc: Homo cum mortuus fuerit absque

a ¶ Qui sapientia & intelligentia vigeat. b ¶ Bum scilicet qui prærogatiua operum vigeat.

filiō, ad filiam eius transibit hæreditas, si filiam non habue-

a ¶ Qui ex imitatione sapientum agunt.

rit, habebit successores fratres suos. Quòd si & fratres nō fue-

a ¶ Illis scilicet qui traditione veterum non proprio sensu nec præsentis doctrinæ monitione aliquid boni agunt.

rint, dabitis hæreditatem frātribus patris eius. Sin autē nec

a ¶ Scilicet qui siue occasione siue veritate doctrinæ aliquid boni agūnon enim perdunt mercedē suam.

paruos habuerit, hæreditas dabitur his qui ei prōximi sunt.

Vbi supra. Diuersi successionum modus. † in statutū iudicij

Erítque hoc filiis Israel † sanctū lege perpetua, sicut præcepit

1 2 3 4 5 b dñs Moysi. Dixit quoque dñs ad Moysen: Ascende in mon-

a ¶ Perfectus non in valle moritur, sed in monte, id est in alto loco: quia vitæ eius perfectio habebatur in excelso. ¶ Oportebat summam perfectionis consecuturo nihil incognitum remanere.

tem istum Abarim, & contemplare inde terram, quam

a ¶ Partem non totam.

daturus sum filiis Israel. Cúmque videris eam † ibis & tu

† † 5 6 c ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron, quia † of-

† congregaoeris † rebelles fuistis ori meo. Iosue.3.b. E

Allegoricè. E

† diminuęt

F

baptizat. Ipse est qui terram sanctam partitur vniuersis, non priori populo sed secundo. Prior enim pro peccato suo cecidit in deserto. Temporibus Iesu quieuit terra à bellis, non temporibus Moysi. Sed de Iesu Christo dictum est, non de filio Naue. Et vtinā terra mea cesset à bellis, & cessāret, si sub Iesu meo principe fideliter militarem: caro mea non insurgeret aduersus spiritum meum, nec impugnaretur terra mea à contrarijs gentibus, diuersis scilicet cōcupiscentijs stimulata. Oremus ergo vt Iesus regnet super nos, & terra nostra cesset à bellis, ab impugnationibus scilicet carnalium desideriorum, & tunc requiescet vnusquisque sub vite sua, sub ficu sua, & olina sua, id est sub velamento patris & filij & spiritussancti requiescet anima nostra.

✠ Procopius. *Ascende in montem.* Potior Aarone Moyses, ac proinde terram videt, & causam propter quam indignus habitus vt ingrederetur comperit, nec non mortem suam ante audiuit, imò verò & Aaronis, qui nullius prædictorum honorem consecutus est. Sic Paulus quoque causam didicit, cur gratiam nō in remedium sit adeptus: verum in hoc causa quidem fuit vtilitas, virtus enim mea in infirmitate perficitur. In Mose verò iustitia, quoniam transgressi estis verbum meum, quod sanè sensu suo ad legem respicit, perfectum reddere non potest, nec promissionem instaurare. Quoniam iustus fide viuet. Cæterum iamiam moriturus Moses, commiserationis non obliuiscitur, curam agit populi, & successorem constituere dignatur.

c *Quia offendistis &c.* Augvst. Eam causam mortis Moysi dicit dominus quam & fratris eius, quia scilicet non sanctificauerunt eum coram populo ad aquam contradictionis, id est quia dubitauerunt quod deus eius posset aqua de petra profluere.

Mysticè autem significatur, quia nec vetus sacerdotium, cuius personam Aaron gerebat, nec ipsa lex, cuius personam gerebat Moyses, introducunt populum Dei in terram æternæ hæreditatis: Sed Iesus, in quo significatur Christus, id est gratia per fidem. Et Aaron quidem antè defunctus est quam Israel in aliquam partem terræ promissionis intraret. Moyse autem adhuc viuente capta est terra Amorrhæorum & possessa, sed lordanem cū eis F nō trāsiit. Ex aliqua enim parte lex obseruatur in fide Christiana. Ibi enim sunt etiam præcepta quę vsque hodie Christiani obser

uare iu-

Moralitèr.

Deut.33.g. Nu.20.d. Exod.17.b. C

Rom.5.c.

Phil.1.c.

Homil.11. Tropol.

Exod.33.b.

Quæst.53.

Z. ch 3.d.

Nu.11.c.

NICOLAVS DE LYRA

1 Erítque hoc filijs Israel sanctum. *id est firmum.*

Lege perpetua. *Sicut enim imperator prater leges quas condidit ro generali ordinatione sui imperij, statuit aliquas speciales ex casu emergentibus, sic etiam dominus prater leges quas dedit Moysi pro ordinatione populi in communi, aliquas etiam speciales dedit ex casibus emergentibus, sicut in casu proposito & in pluribus alijs.*

3 Dixit &c. *Hic consequenter describitur ordo populi ad ducem, & primò describitur huius ordinationis ratio. Secùdo ipsa ordinatio, ibi:* Dixit dominus. *Ratio ordinandi de duce fuit mors Moysi imminens de propinquo, quod notatur cum dicitur:*

4 Ascende

4 Ascende in montem istum Abarim, & contemplare terram. *q. d. dicet determinauerim te non ingredi illud, vt habitum est supra xx. c. tamen volo quod tu videas eā ad aliqualē tuam cōsolationē.*

5 Ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater &c. *id est per talem modum moriendi ita quietum & pacificum, quia hoc desiderauerat Moyses, vt dictum est supra in fine xx. c.*

6 Quia offendistis me in deserto Sin &c. *Istud additur, ne ab aliquibus crederetur quòd Moyses alias offendisset dominum, & quod propter hoc fuisset priuatus ingressu terræ, & etiam ad considerandum feueritatem diuinæ iustitiæ, qua amicum suum Moysen priuauit ingressu terræ desiderabilis sibi pro vna offensa.*

✠ 1 Cui

MORALITER.

✠ † *Cumque videris eam &c.* Per hoc autem, quòd Moyses audito

audito domini verbo de sua morte, tunc non rogauit eum de prolongatione vitæ suæ, sed quasi sui oblitus rogauit eum pro bono populi sibi subiecti dicens:

Universidad de Deusto
Biblioteca

uare iube. Sacerdotium verò illud & sacrificium nullâ partem tenent hodie fidei Christianę, nisi quòd in vmbris futurorum acta & trāsacta. Cum verò ambobus fratribus, vt apponātur ad populū suū dicitur, manifestū est non esse in illis irā Dei, quæ separat à pace æternę societatis. Vnde patet non solū officia, sed & mortes eorum signa fuisse futurorū, nō suppliciā indignatiōis Dei.

a ¶ Etiam Moyses transgressus est. omnes enim peccauerunt: solus ergo Christus à peccato liberare potuit, qui peccatum non fecit.

fendistis me in deserto Sin in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram eis super aquas. Hæ sunt aquæ cōtradictionis in Cades deserti Sin. Cui respōdit Moyses: †Prouideat dominus Deus spirituum omnis carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, & educere illos vel introducere, ne sit populus domini sicut oues absque pastore. Dixítque dominus ad †Moysen: Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus & partem gloriæ tuæ, †& audiat eū omnis synaga filiorum Israël. †Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet dominum. Ad verbum eius egredietur & ingredietur ipse & omnes filij Israel cum eo, & cætera multitudo. Fecit Moyses vt præceperat dominus. Cúmque tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote & omni frequentia populi, & impositis capiti eius manibus, cuncta† replicauit quæ manda uerat dominus.

Nota. *Prouideat.* Nota, non elegit filios, non nepotes, nec rogat vt constituantur duces: Dei iudicio electionem committit.

† Præficiat *Prouideat dō. Deus.* Orig. Recessurus de seculo s. orat Deum vt prouideat ducem populo. Erant ei filij

Exodi 2.d. Gersan & Eleazar, & filij fratris, magni & egregij viri, non orat dominum pro ipsis, vt constituantur duces populi, vt discant ecclesiarū principes successores sibi non propinquitate carnis testamēto signare, ne que principatum ecclesiæ hæreditarium

† vt † Corā Eleazaro sacerdote stabit, qui pro ipso posit ulabit iudiciū veritatis aut cer titudinis vel illuminatio nis coram domino

B tradere, nec eligere eum quem humanus commendat affectus, sed Dei iudicio successoris electionem permittere. Poterat recto iudicio principē eligere, cui dixerat deus: Elige presbyteros populo quos tu ipse scis presbyteros, & elegit tales in quibus continuò Dei spiritus quiesceret, & propheta rent omnes. Sed non eligit & nō audet, ne relinquat posteris præsumptionis exemplum, sed ait: *Prouideat dominus Deus &c.* Quis

Nu. 11. d. erit ergo ex plebe, quæ sæpe clamoribus ad gratiam vel pretium excitatis moueri solet, vel etiam ex sacerdotibus qui se ad hoc idoneum iudicet, nisi si cui oranti & petenti à domino reueletur. Sicut Deus dicit ad Moysen: *Assume ad temetipsum Iesum filium Nane &c.* Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifestè descriptam, vt penè expositione non egeat. Nulla hìc populi acclamatio, nulla propinquitatis contemplatio, propinquis agrorum & prædiorum relinquatur hæreditas, gubernatio populi illi tradatur quem Deus elegit, qui scilicet habet in se spiritum Dei, & in conspectu suo præcepta Dei, qui Moysi notus & familiaris sit, id est in quo sit claritas legis & scientia, vt possint eum audire filij Israël.

b *Spiritu.* Sanctus scilicet. Non enim de spiritu hominis hoc diceret, quem nullus erat qui non haberet. Iubetur tamen manus ei imponere, ne quisquam quantalibet pollens gratia sacramenta consecrationis audeat recusare.

Quæst. 48. ✠ Theodoretvs. Quare Deus præcepit Moysi vt imponeret manus suas super Iosue cum ipsemet testificetur eum in se habere Spiritum Dei? Illud ipsum sub Cornelio accidit. Nam post acceptam spiritus sancti gratiam baptizati sunt. Quinetiam

C Dominus Christus cum omnia charismata S. Spiritus quatenus homo suscepisset, antequam natus esset accessit vt baptizaretur a Ioanne: Ioanneque manum imponi capiti suo iussit: & tum accepit Spiritum sanctum in specie columbæ venientem super se. Itidē Apostoli per insufflationem dominicam Spiritum sanctum adepti acceperunt gratiam sancti Spiritus è cœlo venientem. Cæterum vt populo persuasum esset illum à Deo ducē esse creatum, impositę sunt super eum manus legislatoris, quod quidē Moyses fecit ex præcepto Dei: *Impones enim inquit manus tuas super eum &c.*

c *Et dabis.* Isidorvs. Iesus succedit Moysi, & dicit quæ spiritualiter debeat offerre in ecclesia. Legi enim succedit euā gelium, lex facienda monet, & gratia complet: primum quid offerri debeat per singulos dies, dehinc qd in sabbatho propter spem quietis æternæ, quid in calendis pro innouatiōe vitę, quid in pascha te quo consepelimur Christo p baptismum, quasi à mortuis transeuntes ad vitæ nouitatem, quid in pētecoste pro

† eum Mystice.

Rom. 6. c. E †præcepit ei

pter gratiam spiritus sancti, & remissionem peccatorum &c.

✠ Theodoretvs. Ex his discimus quomodo hi qui a pontificibus ordinantur, spiritalem gratiam consequuntur. Hic enim dixit Deus: *Dabis gloriam tuam ei.* Porrò conu enit admirari prophetam, vt pote qui cum haberet filios, fratrem & nepotem ex fratre, nullum horum ducem præfecit, sed Deum secutus, quem ipse præfecit, ordinauit.

✠ Procopivs. *Et dabis.* Non enim dantem id quod datur deserit, dat verò nec inspirat sicut Christus, siquidem spiritus nullum habet fontem. Quapropter no seniorib⁹ quidem inspirauit, quin & ibidem à Mose ablatum septuaginta viris tribuit.

d *Et partem gloriæ.* Quasi facies eum socium gloriæ tuæ. Non enim res huiusmodi quasi partiliter diuisæ minuuntur, sed totæ sunt omnibus, totæ singulis qui earum habent societatem.

c *Et audiat &c.* Orig. Si sacrificia & institutā legalia vsque in præsens mansissent, euangelij fidem excluisissen. Erat enim in illis magnitudo & reuerentiæ plena religio, quæ primo aspectu stupefaceret intuentem. Quis enim videns sanctuarium, altare, sacerdotes, sacrificium consummantes, & omē illius rei ordinem, non putaret plenissimum hūc esse ritum quē Deus coleretur creator omnium? Sed gratias aduentui Christi tui illa destruxit quæ magna videbantur in terris & cultu Dei à vilibilibus ad inuisibilia trastulit, & à temporalibus ad æterna. Sed ipse Christus aures requirit quæ hæc audiant, & oculos qui hæc videant.

Hom. 22. Sacrificia legalia stupenda.

f *Pro hoc &c.* Moraliter instruimur, vt quisquis ac cipiat præstantem in populo secundum magisterium diuinæ legis (qui in sacerdotis officio maximè commendatur) vitam suam & subditorum ordinet atque regat.

Moraliter

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Cui respondit Moyses: prouideat dñs deus. *In quo patet charitas Moysi, qui acceptans Dei voluntatē pro se nihil petijt sed totam ad procurandum bonū populi se conuertit.* 2 Deus. *quis dicat quia tu nosti corda hominū quæ sunt ignota hominibus, nā tu solus potes ordinare de duce vtili pro populo isto, ad quod requiritur hō bona ac perfecta voluntatis. vnde subditur:* 3 Hominē qui sit super mul. *intendendo vigilanter ad bonum cōtatis, magis volens prodesse qua præesse.* 4 Et possit exire & intrare ante eos. *ita quòd non sit vltimus ad labores sed primus.* 5 Ne sit populus domini, sicut &c. *post mortem meam quia scribitur, Prouerb. xj. b.* Vbi non est gubernator populus corruet. 6 Dixitq; dñs. *Hic consequenter ponitur ducis prouisio, cum dicitur:* 7 Tolle Iosue &c. *persuadendo ei quòd ad voluntatem meam suscipiat omes populi.* 8 Virum in &c. *talis est sicut petisti.* 9 Et pone manum tuam super eum. *q. te viuente instituatur in potestate vt post mortem tuam aliqui ēt lent contradicere.* 10 Qui stabit coram &c. *vt omnes videa quòd post te debeant ei obedire.* 11 Et dabis ei præcepta. *scilit ex parte mea.* 12 Cunctis videntibus. *ad maiorem cernitudin. suæ institutionis.* 13 Et partem &c. *non q. gratia Moysi fuerit vl aliquo diminuta sed quia Iosue non accepit gratiā à Deo ad equalitatem Moysi secundum q. dicitur Deu. vlti. d.* Et nō surrexit vltrà propheta in Israël sicut Moyses &c. *vnde subditur:* Pro hoc si &c. 14 Eleazar sa &c. *hoc autē non indigebat Moyses vt alius cōsuleret dominū pro eo, quia ipse loquebatur cū Deo facie ad faciem sicut homo loqui solet ad amicum suum sicut habetur Exo. xxxiij. Cætera patent.*

CAP.

MORALITER.

✠ 2 *Prouideat dominus Deus.* Ostenditur quantùm bonus princeps vel prælatus de bono populi sui sit sollicitus, pro quo vitam suam debet exponere. Iohannis x. b. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Et de rege Codro refert Valerius Maximus, quòd cum responsum haberet de Apolline Delphico, quòd si in terficeretur ab aduersarijs, populus eius victoriam haberet, sin autem debellaretur, scienter & latenter se præbuit ab hostibus iugulandum, vt suum populum liberaret.

Vti supra.

Vlr. Max. lib. vij.

MORAL

CAP. XXVIII.

Aa Ham. 23. in Numeros. Dixit quoque. Orig. Alia litera. *Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Præcipe filijs Israël, & dices ad eos: Munera mea, data mea, hostias meas in odorē suauitatis obseruate, vt offeratis mihi in diebꝰ festis meis. Et dices ad eos: Hæ sunt hostiæ meæ quæ offerētis domino &c.* Nemo suum aliquid offert domino, sed quod domini est, nec tam offert quā reddit, ideo dicit: *Munera mea, data mea &c.* Quasi quę

*domino præcepturus sum vt offeratis in diebus festis meis data mea sunt, id est à me vobis dātur, ne quis credat offerendo se aliquid conferre Deo.

†De confe. dist. 2. c. non oportet. † in odorē quietis sacrificiū domino. Chal. interpres: vtobiatio voluntariè suscipiatur corā domino.

Dies festus Dei. † in munus Phil. 2. d.

Impius enim est qui putat aliquid se Deo præstare velut indigenti.

Orig. *In diebus festis meis.* Habet Deus dies festos suos. Est enim ei magna festiuitas salus humana. Puto quòd per singulos fideles, per singulos qui conuertuntur ad Deum & in fide proficiunt, festiuitas oritur domino. Lætificat eum impudicus si sit castus, & iniustus cùm iustitiam colit. Agit festum Christus qui pro salute nostra sanguinem fudit, cùm videt prodesse quod se humiliauit factus obediens vsque ad mortem. Agit festum spiritus sanctus cum in his qui conuertuntur videt sibi templa parari. Lætantur angeli ad quorum festiuitatem accedunt conuersi. Gaudium enim est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. Deo & angelis occasionem lætitiæ damus, cùm super terram ambulantē, conuersationem in cælis habemus. Vereor ne econtrario mala conuersatio nostra nō solùm terris, sed & cælo lamentationes inducat, & fortassis ipsi Deo. vt quid enim dicit: *Pœnitet me quia feci hominem super terram.* Et: *Christus videns ciuitatem flleuit super eam dicens: Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos &c.* Et ego hodie si prophetæ non audiam verba, si monita eius spernam, lapido prophetā & quantùm in me est, occido, cuius tanquam mortui verba non audio. Illa quoque lamentantis Dei vox est: *Heu me, quia factus sum sicut qui congregat stipulam in messe, & sicut qui colligit racemos in vindemia &c.* Ierusalem verò quia peccauit grande peccatum, perierunt omnes festiuitates eius. Quia in loco sancto. & in die festiuitatis Christum occiderunt, ideo dicit ad eos: *neomenias vestras & sabbatha vestra & dies festos odiuit anima mea.* Vbi de muneribus mandat, vbi adhuc nulla sunt peccata, dies festos meos dicit.

Exa. 23. b. Gen. 6. b. Luc. 19. f. Mat. 23. d.

Mich. 7. a.

Thren. 1. c. Esa. 1. d.

C b *Hæc sunt sacrificia.* Quæramus ergo diligenter quis sit ordo festiuitatum: vt ex ipsis ordinibus & sacrificiorum ritu colligamus mus qualiter vnusquisque ex factis suis festiuitatem Deo pararo D possit. Prima ergo est festiuitas Dei quæ dicitur indesinens. De his enim mandatur, quæ indesinenter matutinis & vespertinis sacrificijs offerantur. Non primò mandat de festiuitate paschę, vel azymorum, vel scenophegiæ: hanc primam posuit in qua sacrificium indesinens mādat offerri, vt agnoscat qui vult esse perfectus, quia non est intermittenda festiuitas, sed semper indesinenterque agenda: quod significat sacrificiū indesinenter in vespertinis & in matutinis offerendū vt in lege & pphetis, qui matutinū tēpus ostendunt, & in euangelio, quod vespertinum id est in vespera mundi saluatoris ostendit aduentum, in desinenti intentione persistat. Qui autem peccat, & agit dies peccati, non potest agere diem festum & offerre indesinens sacrificiū. Qui autē indesinenter custodit iustitiam & abstinet se à peccato, continuum offert sacrificium. Si oratio iusti sicut incensum offertur in conspectu domini, & elevatio manuum eius sacrificium est vespertinum, cū Apostolus dicat: *Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu vt vacetis orationi.* Et iterum: *Redite in vosipsum.* certum est, quia impeditur sacrificium indesinens his qui coniugio seruiunt. Videtur ergo ille solus offerre sacrificium indesinens qui deuotus est perpetuæ castitati. Sed sunt alij dies festi his qui non possunt indesinenter immolare sacrificium castitatis.

†domino

1 Immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum, vnum of-

a ¶ In lege & prophetis attendenter. b ¶ In euangelica doctrina.

feretis mānè, & alterum ad vesperam: decimam partem ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam

a ¶ Vt sine intermissione oremus & ascendat oratio nostra sicut incensum in conspectu domini.

partem hin. †Holocaustum iugē est quod obtulistis in monte Sinai †in odorem suauissimum incensi †domini: Et libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in sanctuario *domini. Alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam iuxta omnem ritum sacrificij matutini & libamentorū

a ¶ In quo ab omni opere mundi cessatur.

c partem hin.

2

3

d eius, oblationē suauissimi odoris domino. Die autē sabbāthi

4

Pſal. 140. 2.

1. Cor. 7. a.

Ex cathena græca.

✠ Procopivs. Per victimam matutinam significabatur vita quę in paradiso ante transgressionem fuit, per vespertinā verò, restitutio nostri per Seruatorem extremis temporibus nobis reddita. In Christo verò ferias agentes multiplex odoris spiritualis incensum offeremus Deo. Iam verò noui mensis exordiū, nouam vitam, imò nouissimam eam quæ in resurrectione mortuorum est futura denotat. In qua mori oportebit Deo, nec amplius peccatis viuere, verùm vitam agere supernā, hoc enim iuuencorum statuta, qua inferior hircus, qua denique minor agnorum est, innuit, quiuis enim præmia iuxta mensuram suam accepturus est. Porrò duo populi per iuuencos duos denotantur. Horum verò vnitio per vnicum arietem intermediū fit. Sanctorum verò consummata perfectio, per septem agnorum simplicitatem significatur.

d *Die autem sabbathi.* Rabanvs. Secunda ergo festiuitas est sacrificij

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XXVIII.

Diuisio. 1 Dixit quoque dominus. *Hic consequenter describitur ordinatio totius populi ad Deum. & primò in illis in quibus astringebatur lege diuina, secundò in his quibus astringebatur voluntate propria xxx. x. Circa primum sciendum, quòd homo ordinatur ad Deum per oblationes & sacrificia & festa solennia, in quibus debet vacare diuinis, inter quæ erant aliqua quæ fiebam pluries in anno de quibus primò agitur, secundò de illis quæ fiebant tantum semel in anno, ibi:* Mensę autem primò. *Circa primum sciendum, quòd aliquod erat sacrificium quod fiebat omni die, scilicet iuge sacrificium, quod offerebatur quotidie mane & vespere, & de hoc primò agitur, cum subditur:*

2 Hæc sunt &c. *Non propter varietatem coloris excludendam sed defectum membrorum, vt frequenter dictum est alibi. Ritum autem huius sacrificij & rationem, & alia quæ ad hoc pertinent posuit Exo. xxix. versus finem capituli, vbi eadem sententia ponitur sicut hic, excepto quòd hic additur:*

3 Quod obtulistis in &c. *quia hoc sacrificium primò oblatum est ibi in consecratione sacerdotum & dedicatione altaris holocaustorum, vt habetur Exodi xxix.*

4 Die autem sabbathi. *Hic consequenter agitur de festiuitate sabbathi, quæ retinebatur qualibet hebdomada semel. Fiebat autem in memoriam beneficij creationis, vt habetur Exod. xx. vbi dictum fuit de modo obseruandi sed hic agitur de ipso sabbatho quantum ad sacrificia in ipso offerenda, cum dicitur:* Die autem sabbathi offeretis duos anniculos. *Dicebatur autem agnus anniculus postoctauam diē, quia extunc poterat offerri vsque ad completionem anni.*

Sabbathum reiteratur.

✠ 1 Immacu-

MORALITER.

✠ 1 *Dixit quoque dominus ad Moysen &c.* In hoc autem ca. & sequenti agitur de solennitatibus veteris legis scilicet sabbatho, neomenia, paschate, pentecoste, festo tubarum, & expiationis tabernaculorum, & cœtus: quarum solennitatum expositiones mysticæ suprà sunt positæ, Leuitic. xxiij. propter quod hìc dimitto: qui enim vult eas videre, ibi recurrere potest.

MORAL

Universidad de Sevilla Biblioteca

sacrificij sabbathi, & oportet quenque iustum hanc agere festiuitatem, du qua dicit Apostolus: *Relinquitur ergo sabbatismus*, id est observatio sabbathi *populo Dei*. Relinquēs ergo Iudaicum sabbathum, quales debeat Christiano esse sabbathi observatio videamus. Die sabbathi nihil de mundanis actibus oportet operari. Si ergo nihil mū danum geras, spiritualibus vaces, & ecclesiā visitas, verbo Dei attendere habeas, cælestia cogites: de futura spe solicitudinem geras, venturum iudicium præ oculis habeas, nō respicias ad præsentia & visibilia, sed ad inuisibilia & futura. Hæc est observatio sabbathi Christiana, hæc Iudæi obseruare deberent. Apud ipsos quoque faber & structor, & huiusmodi opifices otiātur in die sabbathi: lector autem diuinæ legis vel doctor ab opere suo non desinit: nec tamen contaminatur sabbathum. Vnde: *Sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt.* Qui ergo cessat ab operibus seculi, & spiritualibus vacat, sacrificium sabbathi & diem festum agit. Neque onera portat in viam. Onus enim est omne peccatum, secundum illud: *Sicut onus graue grauatæ sunt super me*, neque ignem accendit, de quo dicitur: Ite in lumine ignis vestri &c. Vnusquisque sedet in loco suo, & non procedit ex eo. Locus animæ spiritalis est iustitia, veritas, sapientia, sanctificatio, & omnia quæ Christus est, locus animæ est. Ex hoc loco non oportet eam exire, vt vera sabbatha custodiat, & diem festum sacrificijs erigat sabbathorum: secundum illud: *Qui manet in me, & ego in illo &c.*

Verum altius repetamus quæ sit veri sabbathi obseruatio. Vltra hunc mundum est: quod enim scriptum est: *Requiescit Deus in die sabbathi ab operibus suis.* non videmus vel nunc factum esse in die septima, vel etiam nunc fieri. Semper enim videmus Deum operari, nec est sabbathum in quo non operetur producens fœlem suum super bonos & malos: & pluens super iustos & iniustos, producens in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum, percutiens & sanans, deducens ad inferos & reducens. Vnde cùm Iudæi præscriberent sibi de operatione & curatione sabbathi, respondit: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Ostendens in nullo huius seculi sabbatho requiescere Deum à dispensatione mundi. Erit ergo verum sabbathum in quo requiescet Deus ab omnibus operibus suis: cùm aufugiet dolor & tristitia & gemitus. & erit Deus omnia in omnibus. In quo diem festum & verum sabbathum cum angelis celebrabimus offerentes sacrificium laudis, & sacrificium indesinens cum indesinenter assistet Deo anima, & offeret sacrificium laudis per pontificem magnum, qui sacerdos est in æternum secundum ordinem Melchisedech.

✠ Cyrillvs 3. Non piget Deum eadem iisdem verbis inculcare

¶ Duos agnos anniculos offert qui simplicitatem mentis & innocentiam operis Deo exhibet.

a offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio, & liba quæ ritè funduntur per singula sabbatha in holocaustum sempiternū. In
b calendis autem, id est, in mensium exordijs offeretis holocaustum domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, a-

¶ Vnius anni scilicet.

c d e f g gnos anniculos septem immaculatos, & tres decimas similæ
g oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos, & duas deci
b mas similæ oleo conspersæ per singulos arietes, & †decimam
decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos: Holocaustum suauissimi odoris atque † incensi est domino. Libamenta autē vini quæ per singulas fundenda sunt victimas ista erunt. Media pars hin per singulos vitulos, tertia pars per arietem, quarta per agnum. Hoc erit holocaustum per omnes

in neomenijs, cùm ecclesia vel quælibet anima soli iustitiæ sic propinquat, vt vnus spiritus cum eo fiat, & per ipsum innouata veterem hominem abijciat.

Idem. Tertia festiuitas neomeniæ dies, in qua & hostia offertur. Neomenia autem noua luna dicitur. Noua autem dicitur soli proxima, vt sub claritate eius lateat. Sed hæc est festiuitas vmbra futurorum sicut & aliæ. Sol iustitiæ Christus est: huic si luna, id est ecclesia quæ lumine eius repletur iuncta fuerit, vt vnus spiritus cum eo fiat, tunc festiuitatem neomeniæ agit. Tunc enim noua efficitur, cum abijcit veterem hominem & induit nouum qui secundum Deum creatus est. Tunc neque comprehendi humanis potest aspectibus. Cùm enim totam se sociauerit domino, & ad splendorem eius totam se concesserit, nihil omnino terrenum cogitat vel quærit nec hominibus placere studet, sed totam se sapientiæ, totam se lumini, totam se colori spiritussancti mancipat subtilis & spiritalis effecta. Ideo dignissimè diem festum agit, & hostiam neomeniæ domino tanquam per † spiritum innouata iugulat.

c *Vitulos de armento.* Potest in duobus vitulis iucunditas boni operis in anima vel in corpore signari. Quæ secundum duo testamenta offertur domino in duobus præceptis charitatis.

d *Arietem vnum.* In ariete regimen disciplinæ forte & immobile secundum vnitatem fidei catholicæ.

e *Agnos anniculos septem.* Simplicitatem & mansuetudinem morum pro cælesti requie per gratiam septiformis spiritus.

f *Et tres decimas similæ.* Hæc offert q scientiā spiritalē in sanctæ trinitatis fide, oleo lætitiæ illuminatus exhibet cū bono opere.

g *Et duas decimas.* Hoc facit qui decalogum legis in duobus præceptis charitatis ad suam & proximorum vtilitatem studet conuertere, & sic totam vitam suam in suauem odorem domino dedicare.

h *Et decimam decimæ &c. per agnos singulos sin.* Hoc fit cùm simplicitas

a ¶ Duos agnos anniculos offert qui simplicitatem mentis & innocentiam operis Deo exhibet.

1 a *Et duas decimas similæ oleo con.* Raba. Hæc offert qui spirituali gratia repletus scientiam duorum testamentorum docens spiritusancto verbis & exemplis docet auditores suos, nō pro temporali lucro, sed pro vitæ æternæ præmio.

b *In calendis.* id est in mensibus, cùm ecclesia vel quælibet anima soli iustitiæ sic propinquat, vt vnus spiritus cum eo fiat, & per ipsum innouata veterem hominem abijciat.

†hebraismꝰ est, pro singulas decimas & infra. † sacrificiū

Neomenia.

Heb.10.a. Malac.4.a.

Ephes.4.f.

†ipsum

Hebr.5.c. C Vbi supra.

Matt 12.a.

Psa.37.a. Exod 35.a. Esa 50.d.

Iohan.15.a.

Gene.2.a. Verum sabbathum. Matt.5.g.

2.Reg.2.b Deut 32.f. 1.Iohan.5.c.

Moraliter. A plicitas morum secundum scripturarum regulam gratia spiritus sancti cooperante instituitur & ornatur. Bone autem hęc omnia in holocaustū domino iubentur offerri, quia hęc agere debemus non vt humanam laudem vel præsentem retributionem quæramus, sed omnium bonorum datori Deo per omnia placeamus, & æternæ vitæ retributione mereamur.

Hom.23.in Numeros. †Exod.12.c. Leuit.14.a. Esai.64.b.

a *Mense.* Orig. Quarto loco ponitur inter festiuitates, diei paschæ solennitas, in qua agnus occiditur, agnus scilicet verus, agnus Dei qui tollit peccata mundi, quia

Iohan.1.d. 1.Cor.5.b.

pascha nostrum immolatus est Christus. Iudæi carnali sensu comedant carnes agni, nos autem carnem veri

Iohan.6.f.

Dei. Ipse enim ait: *Nisi comederitis carnes meas, non habebitis vitam in vobis.* Hoc quod modo loquimur, carnes sunt verbi Dei, si tamen non quasi infirmis olera, aut quasi pueris lactis alimoniam proferamus. Si tantum perfecta loquimur, si robusta, si fortia, carnes verbi Dei apponimus comedendas. Vbi enim mysticus sermo & trinitatis fide repletus & solidus profertur, vbi futuri seculi amoto velamine literæ legis spiritalia sacramenta panduntur, vbi spes animæ auulsa de terris, collocatur in illis quæ oculus nō vidit nec auris audiuit: hæc omnia sunt carnes verbi Dei. Qui potest perfecto intellectu vesci, & corde purificato, ille veræ festiuitatis paschæ immolat sacrificium & diem festum agit cum Deo & angelis eius.

Rom.14.a. 1.Cor.3.a.

B b *Quintadecima die.* Idem. Sequitur huic continua festiuitas azymorum, quam meritò celebrabis, si extermines omne fermētum malitiæ & nequitiæ ab anima tua, & azyma synceritatis veritatisque custodias. Non enim putandum est Deum leges hominibus pro fermento scribere, & exterminari animam iubere de populo suo, si fortè parum fermenti in domo sua habuerit. & huius fermenti causa tantùm offendi, vt animam quam ad imaginem suam fecit, exterminari iubeat & euerti. Sed illud magis est quod horrescit Deus si malitiæ, si iræ, si nequitiæ spiritu anima †fermētetur & intumescat ad flagitia. Hæc si de domo animę no

Vbi supra.

Azymorum festiuitas. 1.Cor.5.c.

†insirmetur Gal.5.b.

stræ non abijcimus, meritò exterminabimur. Sed nè contemnas etiam si videris paruam intra te fermentari malitiam: quia modi cum fermenti totam massam corrumpit. Et ideo neque de paruo peccato negligas quoniam vnum peccatum aliud gignit. Sicut enim quis accepto castitatis fermēto quotidie castior efficitur, sic accepto nequitiæ fermēto quotidie efficit negot & deterior.

C Idem. Omnes qui imbuendi sunt altioribus disciplinis molestum habent rudimentorum laborem, cùm disciplinæ ignorant vtilitatem. Molesta ergo nobis videntur rudimenta Iudæorum, qui primis imbuebantur elementis, cum primò audiuntur. Vult enim quisque discere de his quæ ad salutem pertinēt. Cum autem sacrificia arietum, hircorum, & vitulorum recitantur, nihil vtilitatis inesse putat. Sed si possit ve teris testamenti velamē remouere, videbit quā magnifica sint, quæ superflua & superstitiosa dicuntur. In paschæ festiuitate agnus est qui purificat populum, in alijs hircus, in alijs vitul⁹, aut aries, vel capra vel vitula. Vnus ergo ex his qui ad purificandū populū sumuntur est agnus, id est ipse Christus, qui tollit peccata mūdi. Quòd si agn⁹ qui ad purificandum populū datus est, Christū significat, cō sequenter etiam cætera animalia purificationi deputata referuntur ad alias personas quæ aliquid purificationis conferunt huma no generi. Sicut enim Christus in sacrificium oblatus, peccatorum remissionem vniuerso mundo præstitit, ita fortè cęterorum sanctorum sanguis qui est effusus, est alterius sicut vitulæ, alteri⁹ sicut hirci aut capræ aut alicuius horum fusus est ad expiandum pro parte aliqua populum. Siue hæc ad iustorum propheratumque personas qui in hoc mundo iugulati sunt, vel eorum qui dicunt: *Quoniam propter te morificamur tota die æstimati sumus &c.* referenda sunt siue ad superiores virtutes, quibus procuratio humani generis data est, quis facilè audeat affirmare? Neque enim animalia hæc perspecie, sed per figurā referuntur ad illā vel ad aliā personā. Sicut ipse Christus nō ideo agnus dicitur quòd in agni speciem sit conuersus, sed quia voluntas & bonitas eius quæ Deum hominibus propitiauit, & peccata delenit: quasi agni hostia fuit immaculata & innocens, qua placati hominibus diuina creduntur. Sic ergo fortassis, si quis angelorum vel iustorum hominum enixius interueniat pro peccatis hominum, pro repropitiatione diuina, velut aries aut hircus aut vitulus oblatus sacrificium ad purificandum populum accipi potest. An non videtur vt aries vel hircus holocaustum se obtulisse Paulus pro populo Israel cum diceret: *Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis &cetera.* Et alibi: *Ego iam immolor, &cetera.* Figuraliter ergo potest videri, quòd alius pro festiuitate sabbathi, alius pro festiuitate nouorum, alius pro festiuitate tabernaculorum,

Allegoricè.

2.Cor.3.d.

Iohan.1.d.

E Sanctorum effusus sanguis aliquid confert ad peccatorum populiex pia tionem.

Psal.43.d.

Roma.9.a. 1.Tim.4.b. F

✠ quasi

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *rat prætermitti prædictum sacrificium in principio mensis siue lunationis, quod idem est apud Hebraos: & si prætermitteretur, non poterat supplere in alio mense sicut dictum est de oblatione sabbathi.*

1 Hircus quoque offeretur. *Hebræi dicunt pro expiatione, & in idem redit.*

Notandum tamen quòd occasione huius quod dicitur hic, domino, & non dicitur in alijs hircis sequentibus, qui offerri iubentur pro peccato, vt patet in textu, dicunt Hebræi quòd habetur in Talmud, quòd iste hircus qui offerebatur in neomenia erat pro expiatione ipsius Dei, eo quòd minor aut lunam.

Ad cuius intellectum sciendum, quod ex hoc quod dicitur Gen.1.b. Fecit Deus duo luminaria magna, *dicunt Hebræi, quòd sol & luna in principio suæ formationis fuerunt æquales in lumine, sed quia luna*

Quare luna facta minor sole. fabula ex Talmud.

voluit habere singularem gloriam, suggessit ipsi Deo vt minueret lumen solis, propter quod Deus motus contra lunam minorauit lumen eius: tamen ad pacificandum lunam de diminutione sui luminis fecit stellas, & dedit ei in obsequium ad illuminandum noctem cum ea, & sic exponunt quod subditur ibidem: Luminare minus vt præesset nocti. Et stellas, & posuit eas &c. *veruntamen quia luna non fuit per hoc pacificata, dixit Deus offerte pro me expiationem, quia minorauit lunam. Ex quo patet Iudæorum cæcitas, imò insania, qui credunt deum indiguisse expiatione, & peccasse. vnde & Ra. Sadiet prædictam expositionem non reprobet, tamen cum ipsa dat aliam expositionem dicens quòd in oblatione huius hirci dicitur, domino, ad designandum quòd ille hircus oblatus pro peccatis expiabat illa peccata, quorū solus Deus erat conscius: & simile iudicium habendum est de alijs sequentibus, propter quod non reperitur in eis, domino, quia sufficit quòd ponatur in principio.*

2 In holocaustum. *In Hebræo habetur* על עלת התמיד al olath hatommid, *super iuge holocaustum: quia illud non dimittitur propter ista quæ fiebant in neomenia, quæ erant quædam superaddita iugi sacrificio.*

3 Mense autem primo. *Hic consequenter agitur de solennitatibus quæ fiebant semel in anno tantùm. & primò de illis quæ fiebant in vere. Secundò de his quæ fiebant in autumno. xxix. capi. In verè autem fiebant duo festa, scilicet paschæ & pentecostes. primò ergo agitur de paschate cum dicitur:* Mense autem primo, *scilicet in Martio. Verum tamen mensis Martius apud Hebræos aliquando occurrit cum Aprili nostro, quia computant menses per lunationes: annus autem solaris cōtinet xij. lunationes & undecim dies. propter quod in tertio anno Iudæi vltra duodecim lunationes cuiuslibet anni habēt triginta tres dies, de quibus accipiunt triginta pro vno mense, & sic habent tredecim mensis propter quod apud eos Februarius qui vocatur Adar, duplicatur. & tunc Martius eorum qui vocatur Nisan concurrit fere totaliter cum Aprili nostro.*

4 Quartadecima die mēsis phase dñi erit &c. *id est immolatio agni paschalis, de cuius immolatione & ritu dictū fuit Exodi duodecimo.*

5 Et quintadecima die solennitas. *Quæ incipiebat à vespere præcedentis diei in qua immolabatur agnus. Fiebat autem hæc solennitas in memoriam beneficij eductionis filiorum Israel de Ægypto, quæ fuit quintodecimo die primi mensis, vt habetur Exod.xij.*

6 Omne opus seruile non facietis &c. *Dicit autem seruile, quia illa quæ pertinebant ad cibum illius diei poterant præparari: prout habetur Exodi xij.capit.* Nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. *& loquitur de prima die solennitatis & septima, vt patet ibidem.*

7 Offeretisque in incensum holocaustum domino. *Incensum non accipitur hic pro thymiamate, sed pro cremetione holocausti, quod est sacrificium totaliter incensum ad honorem diuinum, & ideo si incensum est hic adiectivum huius nominis substantiui holocaustum. Cætera patent ex prædictis vsque ibi.*

✠ 1 Dies

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Immaculatos. *id est sine defectu membrorum.*

2 Et duas decimas. *Accipitur autem hic decima pro decima parte ephi, de cuius quantitate dictum fuit Exo.xvj.in fine.*

3 Oleo conspersæ. *Quia in pistatione eius admiscebatur oleum.*

4 Per singula sabbatha. *Per hoc designatur quòd oblatio sabbathi si omitteretur, non poterat supplere in alio sabbatho sequente, vt dicit Rab.Sa.*

Iuge sacrificium.

5 In holocaustum sempiternum. *In Hebræo habetur:* על עלת התמיד al olath hatommid, *id est super holocaustum iuge, quia iugi sacrificio de quo dictum est, non prætermittebatur in sabbatho propter speciale oblationem sabbathi: sed eodem die fiebat sicut in alijs, quia nunquam dimittebatur pro quacunque oblatione alia vel solennitate. & ideo dicitur hic: Super holocaustum iuge, id est vltrà: quia illa sacrificia erant quædam superaddita iugi sacrificio. & etiam quia alia sacrificia fiebant post oblationem iugis sacrificij mattutini.*

6 In calendis autem &c. *Hic consequenter agitur de festo neomeniæ quod reiterabatur quolibet mense scilicet in nouilunio, quia Iudæi accipiunt menses secundū lunationes. Et dicitur neomenia à neos quod est nouum, & mene defectus, & accipitur hic pro luna. Fiebat autem hæc solennitas propter beneficium creationis, ideo fiebat in nouilunio: quia mutatio in istis inferioribus magis apparet secundum innouationem lunæ quam temporibus alijs communiter. Quæ autem sacrificia debeant tunc offerri, ostenditur cum dicitur:* Offeretis holocaustum domino, vitulos de armento duos. *Sequitur:*

Festum neomeniæ.

7 Et tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos &c. *Dicunt aliqui quòd vituli debebant esse trimi, id est trium annorum: ideo cum quolibet offerebantur tres decimæ similæ arietes verò, & ideo cum quolibet offerebantur duæ decimæ similæ: agni verò qui erant anniculi habebant vnam decimam tantum. Et hoc est quod dicitur:*

8 Et decimam decimæ &c. *id est vnam decimam ephi, quæ est decima pars cori.*

9 Libamenta autem. *Oblationes de liquidis libamenta dicuntur.*

10 Media pars hin &c. *De quantitate huius mensuræ dictum fuit Exo.xxix.*

11 Hoc erit holocaustum per omnes menses &c. *Quia non pote*

✠ *rat prætermitti*

Universidad de Navarra
Biblioteca

quasi,hircus vel vitulus aut aries offeratur ad reconciliandū hominibus Deum. Dum enim sunt peccata,necesse est requiri hostiam pro peccatis. Si enim non fuisset peccatū,non necesse erat Dei filium agnum fieri,& in carne poſtum iugulari. Sed quia introijt peccatum in hunc mundum, cuius necessitas propitiationem requirit, quæ tamen per hostiam fit, necessarium fuit pro peccato hostiam pro uidere: & quia peccatum effecit qualitates fuerunt, prouidentur hostię diuersorum animaliū. Sic ergo aliq angelorū vel sancto rum efficitur vitulus, qui in illa festiuitate interuenit pro delictis populi. Alius autem aries in alia festiuitate. Quòd si purificari potuerint homines à peccatis, minuū tur hostiæ. Si enim p multitudine peccatorum multiplicantur hostiæ, & pro exiguitate minuuntur. Vnde in festiuitate scenophegię cū per octo dies iubentur hostiæ offerri, prima die quasi adhuc in abundantia peccatorum quatuordecim vituli iubentur offerri. Secunda quasi imminutis peccatis minuuntur hostię & offeruntur tredecim vituli. Tertia duo decim, post hæc vndecim & quasi purificationibus deficiente per dies multitudine peccatorū, minuitur numerus hostiarū. Sic etiam pro dispositione totius mundi rationē purificationis intelligendum. Indigent enim purificatione nō solūm ea quæ in terra sunt, sed etiam quæ in cælis. Imminet enim cælis perditio, quia *pertibunt & omnes vt vestimentum veterascent, & mutabuntur.* Intuere ergo totius mundi, id est cæleſtium, terrestrium, & infernorum purificationem. Vide quantis indigeant hæc omnia hostijs, quantos requirant vitulos, quantos arietes, quantos hircos: sed in his omnibus vnus est agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatum. Ideo cæteræ cessauerunt, quia hæc vna hostia sufficit pro totius mundi salute: cæteri enim precibus peccata: hic solus potestate dimisit. Dicebat enim: *Fili remissa sunt tibi peccata tua.* Sic ergo imbuitur mundus primò per diuersas hostias quærere remissionem peccatorum, donec veniat ad hostiā perfectam agnum anniculum perfectū qui tollit peccata mū di, per quem festiuitates agat spirituales, nō ad satietatem carnis, sed ad profectum spiritus sacrificijs spiritalibus in purificatione mentis oblatis.

a *Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges &c.* ORIG. Sexta festiuitas dicitur nouorum, quia primitiæ de nouis fructibus offerūtur. vbi enim semina tus fuerit ager & diligenter excultus, & ad maturitatem peruenerit seges, in fructuū perfectione festiuitas domini agitur. Si vis ergo nouorū die festum agere cū Deo, vide quomodo semines, aut vbi: vt possis tales metere fructus quibus lætari facias Deum & agere diem festum. Quod implere non poteris, nisi in spiritu seminaueris, vt de spiritu metas vitam æternam, & vērè agas festum nouorum. Vnde: *Innouate nobis noualia, & nolite seminare super spinas.* Qui cor suum innouat, innouat sibi noualia, & non seminat super spinas, sed super terram bonam, quæ reddet ei fructum tricesimum, aut sexagesimum aut centesimum. Iste est ergo qui in spiritu seminat, & colligit fructum spiritus. Fructus autem spiritus primum omnium est gaudium, & merito diem festum nouorum fructuum agit qui gaudium metit. Præcipuè autem si simul metat pacem, patientiam, bonitatem, mansuetudinem & similia.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dies quoque septimus celeberrimus & sanctus &c. *Per hoc non est intelligendum, quod esset celebrior primo sed diebus intermedijs in quibus non solum erat licitum coquere cibaria, sed etiam facere alia quæ alia opera, quæ non erant licita primo die & septimo.*

Pentecoste. 2 Dies etiam primitiuorum. *Hic consequenter agitur de solemnitate pentecostes, cum dicitur:* Dies etiam primitiuorum. *in paschate enim bene offerebantur primitiua de granis, sed in pentecoste offerebātur primitiua de nouis frugibus, scilicet duo panes de nouo frumento.*

3 Expletis hebdomadibus. *Quia à die crastina paschæ numerabāt septem hebdomadas plenas vt dictum fuit Leuit. xxiij. capitulo, quæ faciunt xlix. dies, & in quinquagesimo die fiebat dicta solēnitas in memoriam dationis legis, quæ fuit data in quinquagesimo die à die exitus de Ægypto exclusiue, vt dictum fuit Exod. xix.*

4 Omne opus seruile non facietis in ea. *Exponatur sic vt prius.*

5 Præter holocaustum sempiternum. *id est iuge sacrificium quod nunquam prætermittebatur. Cætera patent ex dictis.*

CAP.

ADDITIO.

Rō iugis sacrificij. In cap. xxviij. vbi dicitur in postilla. Ritum autem huius sacrificij & rationem &c. *Ratio huius iugis sacrificij quam postillator assignat super Exo. xxix. est vna tantum scilicet quod hoc iuge sacrificiū figurabat æternitatem agni immaculati Iesu Christi, quæ quidem ratio licet est vera non tamen est literalis sed figuratiua. vnde ratio literalis videtur esse illa quam assignat sanctus Thom. prima secundæ. q. ey. ar. iiij. in responsione ad x. argumentum, vbi dicitur, quòd per istud cōtinuum festum iugis sacrificij representabatur perpetuitas diuinæ beatitudinis. & hoc intelligendum est pertinere ad sensum literalem. Hebræi enim qui literam maxime sequuntur perpetuitatem diuinæ beatitudinis concedunt sicut & nos. vnde litera testatur Exo. xvj. c.* Dominus regnabit in æternum & vltrà. *quod præcipue æternitatem diuinam demonstrat secundum quam rationem literalem huius iugis sacrificij propriè conuenitur ei ratio solemnitatis sabbatica, qui celebrabatur in memoriam creationis rerum, quæ præsupponit prædictam æternitatem. Similiter & subungitur festum neomeniæ, per quod celebrabatur memoria diuinæ gubernationis, quæ præsupponit creationem. Si autem ratio figuralis de hoc sacrificio quæratur: sic per iuge sacrificium agni figuratur perpetuitas Christi, prout ipse sanctus doctor vbi supra declarat. secundum quam rationem per sabbathum figuratur spiritualis requies nobis data per Christum, vt habetur Hebræ. iij. & per neomeniam figuratur illuminatio primitiua ecclesiæ per Christum, quæ tria adinuicē sub ratione figurali correspondent. Attribuere autem rationē iugis sacrificij propetuitati Christi, qui est agnus Dei. & consequenter sabbathi rationem creationis mūdi. & rationem neomeniæ gubernationi, non videtur conuenienter dictū. Potest etiam alia ratio horum trium sacrificiorū scilicet sacrificij quotidiani & neomeniæ & sabbatini assignari sicut per ista tria sacrificia insinuetur diuina excellētia. similiter euitetur idolatria cultus & pertinet ad rōnem literalem, vt scilicet Tho. in prima secundæ q. ciij. ar. iij. an. cor. q. vnde p iuge sacrificiū, quod vespere & mane continuè fiebat protestabatur quòd Deus cui offerebatur, est prima & principalis causa diuini motus solis, qui quidem motus maximè mane & vespere manifestatur. Per sacrificium neomeniæ vero protestabatur, quòd Deus est causa prima & principalis motus proprij syderum: qui est ab occidente in orientem, qui quidem motus maximè manifestatur in nouilunio, per quos quidem duos motus hæc inferiora in generatione & corruptione regūntur. Vnde Aug. in. iij. de trinitate: Corpora crassiora & inferiora per subtiliora & potiora quodam regunturordine. Vnde per istas protestationes in huiusmodi sacrificijs intellectus insinuabatur diuina excellentia: & excludebantur errores idolatrarum, qui solem & lunam tanquam deos colebant, iuxta illud Deu. iij. c. Ne forte eleuatis oculis in cælum, adores & colas ea. *Per sabbathū etiā quod vel quē signat, protestabatur diuina immobilitas quæ cū sit immobilis, est causa prædictorum motuum, & dat cuncta moueri. Correspondet autem huic*

5 sacrificium neomeniæ.

huic sententiæ ordo prædictorum adinuicem. Primò enim sabbathū ponitur: immobilitas enim diuina prima & præcipua causa est omnium motuum. Secundo loco ponitur iuge sacrificium, quia motus diurnus est primus omnium motuum. Tertio loco ponitur neomenia, quia motus proprius planetarū & syderum est efficax in generatione & corruptione omnium inferiorum: prout in primo de generatione patet, quæ omnia pertinent ad sensum literalem (vt dictum est) in cap. xxviij.

REPLICA Correctorij contra Burgen. Bur. vult magnificare sim briam dicens postillatorem assignare rationem iugis sacrificij, Exod. xxix. Et addit quòd non sit literalis. & consequenter dicit cum sancto Tho orationem literalem, cui postil. non contradicit sed potius consonat in multis locis. Sed vt videtur Burgen. non bene vidit postillatorem in loco allegato: nam ibi nō reddit, nec curat reddere sicut nec esset ad propositum literæ rationem literalem iugis sacrificij assignare sed distinguit de oleo pilo tuso & trito in molis. Nam quia primum pulchrius est, Deus voluit poni in iugi sacrificio, quod fuit præcipuum & suauissimi odoris: vnde manifestum est, quòd non curauit postillator reddere rationem illius sacrificij, sed solam rationem olei pertinentis ad illud sacrificium quod dicebatur suauissimi odoris, non ratione literali sed figurali: quia figurabat æternitatem agni Iesu Christi. Frustra igitur Burgensis laborat notando postillatorem, in eo quòd de suo scripto sumere non potuit: quia sic non scripsit.

CAP. XXIX.

Hom. 23. in Numeros.

a *Ensis etiam septimi.* ORIG. Sequitur festiuitas septimorum. Sicut enim inter dies, septimus quisque obseruatur sabbathum, & est festiuitas: sita inter menses septimus quisque mensis sabbathum est mēsium. A-

A Septimorū festiuitas.

gitur ergo in eo festi uitas quæ dicitur sabbatha sabbathorū, & fit in die prima mēsis memoria tubarū. Sed quis est qui festiuitatem gerat memoriæ tubarum, nisi qui scripturas propheticas & euāgelicas & apostolicas (quæ veluti cælestis personāt tuba) memorię thesaurocō mēdat, & in lege dei meditatur die ac nocte, & qui potest gratias spiritussancti promereri, quibus inspirati sunt prophetę, & psallens dicere: *Canite in initio mēsis tuba.*

Psalm. 11.a.

B

Afflictio aīę. Est & alia festiuitas cùm affligūt animas suas & humiliāt festa celebrātes. O mira festiuitas, dies festus vocatur animę afflictio. Hic enim, inquit, dies est ppitiationis decima die mēsis septimi. Vide ergo si diē festū vis agere: si vis vt lętetur De⁹ super te affligе aīā tuā & humilia ne expleat desideria tua, ne lasciuiat. Deniq; paschę festiuitas & azymorū, panē afflictionis habere dicūt, nec pōtquis agere diē festū, nisi afflictionis panem māducauerit. Et pascha cū amaritudine māducatur. Vides ergo quales sūt festiuitates Dei: non recipiunt corporalem dulcedinem, nihil remissum, nihil voluptuosum volunt, sed afflictionem animæ & amaritudinem humilitatemque deposcuntquia qui se humiliat, exaltabitur. Hoc ergo poscit dies propitiationis. Cùm enim afflicta fuerit anima & humiliata in cōspectu domini, propitiatur Christus quem posuit Deus propitiatorem in sanguine suo per fidem.

Lucæ 18.c. Rom. 3.d.

D

b *Quintadecima verò die mensis septimi quæ &c.* APOLLINA. Etat hoc festum tabernaculorū, de quo simul cum cęteris sacris diebus abundè dictum est in Leuitico. Octaua huius festi dies ab aliis exodium dicitur, ab aliis perfectio retentioque, quòd finem imponeret ea dies an niuersariis, continerentque se posteà a ceremoniis huiusmodi quasi iam exiissent, productaque in medium essent eo anno quæcunque lex solennia iuberet. Vnde in Regibus celebratum esse exodij festum legimus.

Ex cathena græca.

ORIGENES. Vltimus dies festus de quo lætatur in homine scenophegia est. Lætatur ergo super te, cùm viderit in tabernaculis habitantem, nō super terram fixum & fundatum animum habentem, nec quæ terrena sunt: & quasi vmbra pro hæreditate possidentem: sed in trānitu positum & dicentem: *Incola ego sum & peregrinus*

Vbi supra. Scenophegia. † oblatione F Psal. 38.c.

CAP. XXIX.

1 Ensis etiam septimi prima dies venerabilis 2 & sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis in ea, quia dies clangoris est & tuba rum. Offeretisque holocaustum in odorem 3 suauissimum domino: vitulum de armento 4 vnum, arietē vnum, agnos anniculos imma 5 culatos septem, & in sacrificijs eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, vnam decimam per agnum, qui simul sunt agni septē, & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi præter holocaustum calēdarum cum sacrificijs suis, &† holocaustū 6 sempiternum cum libationibus solitis: Eisdē ceremonijs offeretis in odorem suauissimum incensum domino. Decima 7 quoque dies mensis huius septimi, erit vobis sancta atque ve

a ¶ Orig. Non permittas animam explere desideria sua nec concedas ei lasciue euagari, sed inquantum potest fieri, affligе eam & humilia.

nerabilis, & affligetis animas vestras. Omne opus seruile non 9 facietis in ea: Offeretisque holocaustum domino in odorem suauissimum, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem, & in sacrificijs eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, † decimam decimæ per agnos singulos, qui sunt simul agni septem, & hircum pro peccato, absque his quæ offerri pro delicto so- 10 lent in expiationem & holocausto sempiterno & † sacrifi- 11 cio & libaminibus eorum. Quintadecima verò die men- 12

† singulas decimas

b

C Exod. 12. b.

tem, nec quæ terrena sunt: & quasi vmbra pro hæreditate possidentem: sed in trānitu positum & dicentem: *Incola ego sum & peregrinus*

Psal. 38.c.

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XXIX.

Diuisio. Ensis etiam septimi. *Hic consequenter agitur de festis, quæ celebrabantur tempore autumnali, scilicet in septembri, & ille mensis erat quasi totus festiuus. Fiebant enim in illo quatuor festa: scilicet festum tubarum de quo primò agitur. secundò expiationis, ibi:* Decima quoque die, *tertio tabernaculorum, ibi:* Quintadecima verò die, *quarto cœtus vel collecta, ibi:* Die octauo. *Prima igitur die huius mensis erat festum tubarum, & hoc est quod dicitur:*

Dies clangoris & tubarum quare.

2 Dies clangoris est & tubarum. *Fiebat enim hoc festum duplici de causa. Vna erat in memoriam liberationis Isaac a morte, pro quo immolatus fuit aries, vt habetur Gene. xxij. & ideo illa die clangebant Iudæi in cornibus pecorum, quia ille aries inter vepres herebat cornibus, vt ibidem dicitur. Alia causa, quia iste clangor erat quasi quædam denuntiatio solemnitatis sequentium: vt se homines ad illas præparārēt.*

3 Vitulum de armento vnum. *In memoriam vituli immolati ab Abraham, Gen. xv.*

4 Arietem. *In memoriam arietis immolati pro Isaac.*

7 Tolle. *Et ista præda diuidebatur in duas partes æquales. vna erat pugnatorum qui fuerant in prælio, & alia reliqua multitudinis: & hoc notatur cum dicitur:*

8 Diuidesq;. *Et quòd hæc sit sententia patet ex litera Hebraica, quæ sic habet: Et medietatis prædam inter magistros belli & totam multitudinem: quia magistri belli medietatem eis assignatam diuidebant pugnatoribus: iterũ qualibet medietas diuidebatur in duas partes inæquales, quia de medietate pugnatorum separabatur pars quinquagesima domino, & dabatur Eleazaro sacerdoti, & hoc est quod dicitur:*

9 Et separabis in partem domino. *In Hebræo habetur: Separabis solutionem domino. ex quo patet, quod illa pars separabatur de parte bellatorum ex debito.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignem transeunt alijs sufficit aquæ purificatio. Assumitur autem A ex prælio homines & iumēta, cum captiuatur omnis intellectus
2. Cor.10.c. ad obediendū Christo p verbum Dei. In quo pugnātes captiuāt intellectū eorum q contraria sentiunt. Pauci sunt tamē qui pugnare possint, & prælia ista conficere de sexcentis milibus armatorū, qui videtur militare deo, sola xij. milia eligūtur, cæteri remanent in castris. Intuere quāti sunt in ecclesia, qui possint p veritate pugnare, & cōtradicentibus resistere, qui sciāt verbi Dei bella tractare. Beati sunt qui pro populo Dei possunt pugnare, & de hostibus spolia reportare. Reliqua tamen pars populi quæ videtur imbellis, si cū quiete resideat in castris, si in silentio agat & à Moyse nō recedat, sed in lege Dei p maneat, spoliorū partem habebit. Fiet em æqua portio non per numerū, sed quantum B datur omni populo, tātum xij. milibus qui spolia ceperunt. Quis hæc audiens non animatur pro ecclesia pugnare, & inimicis veritatis resistere, q dogmata ecclesiæ oppugnare, vel voluptati & luxuriæ docēt operā dare? Qui ergo hos expugnat, & vel in se vel in proximis vitia perimit, capiet spolia multa quinquagies multiplicata quā cæteri. In tantum enim numeri quātitas videtur augeri, cū sexcētis milibus xij. milia cōferūtur. Offerre tamē vtra que pars iubetur deo, & illi quidē q vicerūt vnum ex quingentis. Qui autem domi re-
Luc.7.f. sederunt vnū ex l. Vterq; autē numerus sacratus est. vnde: *Vnus devotat denarios quingentos, & alius l. &c.* Sed & septē septimanæ vno additō quinquagesimū diem faciunt, qui pentecostes festiuitas dicitur. Similiter lxx. septimanæ addita vna decade quingē tos reddunt. Et quātō plures sunt lxx. septimanæ quam vij. tantō præstantior est numerus quingentorum quam quinquaginta.

2 *Cumq; accessissent.* ✠ Procopius. Obtulerunt quotquot imperata fuerant. Vtrō autē iusta gratulatoria persoluunt pro subditorū salute quod ipsorum nullus in cōflictu obijsset. Populorū enim principes, & sua & populorū causa, angustioribus donis venerari Deum solent, aliquid semper ex abundanti addētes, C & mandata exuperātes. Qualis erat Paulus, qui vltra legē & mādatum

partem domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animā de quingentis, tam ex hominibus, quam ex bobus & asinis & ouibus, & dabis eam Eleazaro sacerdoti, † 3
quia primitiæ domini sunt. Ex media quoq; parte filiorum 4
Israël accipies quinquagesimum caput hominum & boum & asinorum & ouium cunctorumq; animātium, & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodijs tabernaculi domini. Fecerunt q; Moyses & Eleazar sicut præceperat dominus. Fuit autem præda quā exercitus ceperat, ouium sexcēta septuaginta quinq; milia, boum septuaginta duo milia, asinorum sexaginta milia & mille: animæ hominum sexus fœminei, quæ non cognouerunt viros, triginta duo milia. Dataq; est media pars his qui in prælio fuerant, ouium trecenta triginta septem milia quingentæ. E quibus in partem domini suppu tatæ sunt oues sexcentæ septuaginta quinq;, & de bobus triginta sex milibus, boues septuaginta & duo, de asinis triginta milibus quingentis, asini sexaginta & vnus. De animabus hominum sedecim milibus cesserunt in partem domini triginta duæ animæ. Tradiditq; Moyses numerū primitiarum domini Eleazaro sacerdoti, sicuti fuerat ei imperatum * ex media parte filiorum Israël, quā separauerat his qui in prælio fuerāt. De media verò parte, quæ cōtigerat reliquæ multitudini, id est, de ouibus trecentis triginta septem milibus quingentis, & de bobus triginta sex milibus, & de asinis triginta milibus quingētis, & de hominibus sedecim milibus, tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excubabāt in tabernaculo domini, sicut præceperat dominus. Cumq; accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni centuriones q;, dixerunt: Nos serui tui recensuimus nu
merum pugnatorum quos habuimus sub manu nostra & ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in dona †

a ¶ Qui etiam alios in ecclesia ab hostibus tam visibilibus quam insensibilibus defendunt.

¶ Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Act. iiij. f

a ¶ Discordantes non possunt offerre. vnde: Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

enim ita sunt imbelles, vt nūquam possint fieri bellatores vt senes, fœminæ, serui. Pueri verò ita sunt imbelles, vt sperent fieri bellatores, cùm occurrerint scilicet in virum perfectū, & in mēsuram ætatis, etiam in summā bellatorū venire se sperāt, & esse electi in xij. milib⁹ vel esse principes electorū. Considera omnia p̄sentia seculi repleta bellis, & dæmonū inuisibilibus prælijs perurgeri. In populo verò Dei esse quosdā fide robustos, virtutibus armatos, q huiusmodi bella conficiūt: & semp in procinctu positi cēā eos q pugnare non possunt ab hostib⁹ rueantur verbo & exēplo, si tamē non desit eis fides. Impossibile est enim sine fide saluari. Inter ipsos bellatores sunt aliqui parati & expediti, vt nullis se implicēt secularib⁹ negotijs, meditātes in lege Dei die ac nocte.

ORIGENES. Differētias esse profectus & meritorū in populo fideliū, & in alijs locis, & hic colligimus de eo quod scriptum est: *Et accesserunt ad Moysen oēs qui constituti erant principes per tribus in exercitu tribuni & centuriones, & dixerunt ad Moysen: Nos pueri tui collegim⁹ summam virorū bellatorum nostrorum, & non dissensit ex nobis quisquā, & obtulimus munus domino, &c.* Loquuntur ergo ad Moysen electi principes, qui constituti sunt sup exercitum, & pro rebus bene gestis munera offerūt domino, dicētes: Nos pueri tui sumus qui accepimus E summā filiorū Israël bellatorū, scilicet xij. milia q electi sunt ex omnibus tribubus, vt pugnarēt cōtra † Ammonitas. Sunt ergo in populo Dei bellatores multi, & multi imbelles: & inter bellatores sunt quidam q appellantur summa bellatorū, eminentiores s. inter bellatores: & rursus hic celsiores q constituti sunt super eos principes & præla ti singulis milibus electorū. Est ergo multa diuersitas in ordine bellatorū. Inter imbelles quoque est aliqua differentia. Quidam

Vbi suprà. Differentiæ meritorū fidelium. † oblationē domini

* à domino

† Madianitas.

Differentia est inter bellatores & imbelles. Ephe.4.a.

Hebr.11.b.

2.Tim.2.a. F

✠ 1 Vnam animam de quingētis. *Id est vnum individuum, quia ibi accipitur anima pro toto composito.*

2 Tam ex hominibus. *ad est, ex virginibus quæ fuerunt reseruatæ, vt prædictum est. Homo enim est communis generis, & potest accipi pro masculo & pro fœmina.*

3 Et dabis eam Eleazaro. *De acquisitis iure belli. & ideo cedebant in vsum sacerdotis, sicut primitiæ fructuum & animalium.*

4 Ex media quoq; parte filiorum Israel, &c. *Hic consequenter agitur de medietate quæ erat reliquæ multitudinis cuius quinquagesimum individuum debebat tradi Leuitis qui seruiebāt in tabernaculo. Cætera patent in litera.*

5 Cumq; accessissent principes exercitus ad Moysen. *Hic agitur de diuisione prædæ prædictā facta ex beneplacito seu deuotione. principes enim exercitus rediit de bello sicut consuetum est, numerauerunt bellatores suos, & inuenerunt eundem numerum qui erat ante belli congressum, quia nullus ceciderat in prælio, propter quod moti deuotione obtulerunt domino omne aurum quod rapuerant in præda, ad faciendum vasa quæ erant necessaria tabernaculo. Et patet litera vsque ibi:*

✠ 1 Perisce

✠ † *Offerimus in donarijs, &c.* Per hoc significatur q victores vitiorum, victoriam attribuere non debent virtuti propriæ, sed bonitati diuinæ.

ac nocte. Hi summa bellatorū appellantur. Non est autē dictum A de cōmuni numero bellatorū: quia nemo in eis dissensit, sed de his qui summa bellatorū dicuntur. *In tabulis enim nulla dissensio, nulla discordia.* De his enim dictū est: *Multitudinis credentiū erat cor vnum & anima vna, &c.* Hi sunt qui plurimū auri pugnā
Act.4.f. do ceperant, & omne aurū & ornamētum, siue capitis, siue brachiorū vel digitorum id est quicquid in intellectibus vel in operibus habent, deo offerūt, sciētes quia munera eis data eiꝰ sunt. Ideo nec vnus dissensit: dissentientes enim non possunt offerre (vnde: *Si offeras munus tuum ad altare, & memoratus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus, &c.*) vt leuēt scilicet manus suas ad Deum sine ira & dissensione. In musicis enim instrumētis si armonia chordarū consonanter aptatur, suauem sonū reddit: si aliqua sit dissonātia carminis, dulcedo corrūpitur. Ita si Dei milites dissentiant, ingrata sunt omnia Deo, etiā si bella multa cōficiant, spolia multa deferāt, & munera offerāt.
Matth.5.d. Dicetur enim: *Vade prius reconciliari fratri tuo, &c.* Si enim in aliquo dissentis à mādatis Dei, nec hostē vincere potes. In eo enim ipso iam victus es à diabolo, in quo dissentis à Deo. Si ergo vis
Rom.8.g. vincere & summa bellatorū esse, adhære deo, cōcorda cum ipso
B dicens: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio an angustia, &c.* Qui talis est, potest vincere Madianitas & interficere omnes

a ¶ Brachiorum mulierum ornamenta. b ¶ Operum ornamenta. c ¶ Auro & argento factas.

a ¶ Virtutes animi & bona opera.

peccatores terræ, id est carnis fornicationē, immunditiam, D passionē, concupiscētiam, auaritiam, & huiusmodi. & sic erit dignus offerre omne vas aureū, torquē aut vitriolam, aut annulum, aut dextrale, aut catenulā. Torques ornamentū sapientiæ est. In prouerbijs enim de sapientia dicitur: Quòd qui acquisierit eam, Prou.1.a. torquem aureum ponet circa collum suū. Vitriola & annulus ostenditā sunt manuū, in quibus signantur opera. Similiter & dextrale. Catenulæ verò verbi & doctrinæ connexiones significant.

a *Deprecēris.* ORIGENES. Ad propitiādum Deum pro nobis. Si dicamus propter aurū Deum propitium fieri hominibus, absurdum & impium iudicatur. Hoc enim in viro bono notabile dicitur. Per aurum ergo virtutes & opera bona signantur, quæ sola Deo dignè offeruntur, pro quibus solis decet eum propitiari.

Vbi suprà. Auro an Deꝰ placerur.

b *Susceperunt q.* Alia litera. *Et accepit Moyses & Eleazar sacerdos aurum ab omnibus tribunis & centurionibus, & intulit illud in tabernaculum testimonij memoriale filijs Israël coram domino.* Nota quia quæ dicuntur non ad conspectum visibilem, sed ad mentis memoriam referuntur. Beatus enim est qui recordatur se aliquid boni operis fecisse coram domino, & obtulisse munera bene- E placita Deo, virtutes scilicet animi & ornamenta pietatis.

CAP.

✠ 1 Perisce lides. *Ornamenta sunt circa crura: & dicitur περισκελίς, à περὶ circum, & σκέλος crus quasi feminalia seu bracheæ.*

2 Et armillas. *ornamenta sunt circa scapulas, dicta ab armo.*

3 Annulos. *Ornamenta sunt digitorum.*

4 Dextralia. *Brachiorum.*

5 Murenulas. *Ornamenta sunt circa collum mulierum.*

6 Vnusquisque enim. *scilicet de inanimatis, & ideo quod dederūt inde, non fuit ex debito sed ex deuotione, eo quod dominus eos reduxerat saluos de prælio.*

CAP.

a *Filij autē Ruben.* ✠ Procopius. Causam propter quam terram cis Iordanem appetiuerunt, prænōgit. Quòd videlicet non induxissent in animū reliquas tribus deserere. At Moyses ipsorū consilium humā-
tus ignorauit, sicut ꝓphetis non omnia reuelantur, sed non sine aliquo emolumēto aliquādo ignorāt. Qua ꝓpter eos satis increpauit, & eorū q prius in terrā promissionis ingredi recusabāt, memoriam refricauit, &

CAP. XXXII.

a ILII autem Ruben & Gad habebāt pecora mul- 1
¶ Aliās illis. ta, & erat eis in iumentis † infinita substātia. Cūmque vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus a- 2
lendis terras, venerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotē, 3

quātā pertulerint, indicauit. Cum verò rem penitus cognouissēt, fide societatis bellicę ab ipsis postulata, votis eorū annuit. Quod sanè arguit ipsum ad vtilitatē ignorasse. Atqui omnia ad Deum accōmodat, ac defectionē peccatū contra dominū vocat, & possessionē ipsis tradendā, corā domino traditū iri dicit. Quare cū rem suam ꝓmotam esse viderent, instructa acie Iordanē pertrāsituros se esse recipiunt, ac iudicant in oculis domini ipsiusq; auspicijs, hoc bellū fore. Quidam tradunt quod ob portionem quę
C illis cessit Iordanē nequaquam traiecissent, nec vt bellum conspicere

cres ac leues attingunt labores, cum proceribus forte iciunant, aliquando bello petitis Ecclesijs eos æmulantur, nunquam adhuc persuasi, vt res huius mundi cōtemnant, sed subinde ad suas opes reuertuntur, terrenasque voluptates amplectuntur.

ORIGENES. Omnia quæ dicuntur non solum ex sermone, Hom.16. Attendendum quis loquitur. qui dicitur pensanda sunt, sed ex persona dicētis. Si puer loquitur animos nostros ad auditū eloquij puerilis aptamus, nec plus in his quæ dicuntur quàm puer sentire poterat, expectamus. Si F autē vir loquitur, continuò contēplamur, si viro digna sunt quæ dicuntur,

† infinita turba

1 ILij autē Ruben. *Hæc est pars incidentalis, quia sicut patet ex præcedētibus, terra quam occupauerunt filij Israël antequam venerunt ad Iordanem, qui est terminus terræ promissionis ex illa parte, prout patet in multis locis vete. nō erat infrà terminos terræ sibi promissæ. sed quia habitatores illius terræ noluerunt dare transitū filijs Israël vsq; ad terminum terræ sibi promissæ: imò hostiliter eos inuaserunt, vt patuit supra de Schon rege Hesebon, & Og rege Basan ideo filij Israël fuerunt compulsi bellare contra eos, & ideo ipsis debellatis iure belli acquisierunt terram illam, de cuius possessione & diuisione hic agitur ex prædicto casu accidenti, vbi primò ponitur filiorum Rubē & Gad irrationabilis petitio secundò eiusdem petitionis iustificatio, ibi:* At illi propè accedentes. *tertiò ipsius concessio ibi:* Quibus Moyses ait:

Adhuc circa primum præmittitur dicta petitio, secundò ipsius repulsio ibi: Quibus respondit Moyses. *Circa primum ponitur motiuū petitionis, cum dicitur:* Filij autē Ruben, &c. *quia forte de præda animalium dicta ca. præce. emerant magnam partem ab alijs.* Diuisio.

2 Et erat. *s. valde multa. & est modus loquendi hyperbolicus.*

3 Cumq; vidissent. *Quia erant ibi multa possessa & bona. Ideo formauerunt petitionem sequentem.*

✠ 1 Precamur

✠ 1 *Filij autē Ruben, &c.* Per Rubē qui fuit primogenitus Iacob, & tamen maculauit stratū eius, vt dicitur Gen. xlix. intelligūtur mali prælati, qui ratione status primatū tenent in ecclesia Dei, & tamen ipsam q̄ est stratū Christi, maculāt multipliciter p vitā suā malā. de quo dici pōt illud Psal. lxxviij. a. *Deus venerūt gentes in hereditatē tuam polluerāt sanctum tuū, &c.* Per Gad verò, q fortuna interpretatur, significātur clerici cupidi q cōgregandis fortunæ bonis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicuntur,& si eruditus sit, pro eruditionis intuitu etiã dicta pen
A samus. Si autẽ imperitus & idiota, aliter quæ dicũtur accipimus.
Si autẽ senior aut multæ peritiæ ac probatæ:vt qui in eruditione
cõsenuit, longè in eo maior habebitur doctorũ expectatio. Hic
autẽ q̃ loquitur spiritussanctus est.vnde enim poterat Moyses q̃
ab origine mundi gesta sunt, vel in fine gerenda narrare, nisi spi
ritus Dei inspiratione? Vnde potuisset de Christo prophetare?
Iohan 5.g. Christus enim ait: *Si crederetis Moysi, crederetis vtique & mihi: de me enim ille scripsit, &c.* Hoc ergo secundum maiestatẽ loquẽtis oportet intelligi.
Lucæ 16.g. † retrahitus aut revocatis cor & infrã Vnde Abrahom dicit: *Habent Moysen & prophetas, audiant eos.* Nõ homines in corpore positos significãs, sed q̃ ab eis scripta sunt
B dicẽnte spiritu Dei.
†terram Moysi ergo literas remoto velamine ita intelligamus, vt singulis dici videãtur, vt si intelligant auditores & obseruẽt, non eant in locũ tormẽtorum, sicut diues qui audire cõtempsit, sed in sinũ
† vagari eos fecit Abrahæ vbi Lazarus requiescit. Hæc tamẽ ad liquidũ scire, ipsius puto esse spiritussanctus qui inspirauit, & Io
Iohan.5.g. su Christi qui ait: *De me enim ille scripsit.* & patris, cuius consiliũ antiquum humano generi nõ nudum sed velatum literis indicatur. Sed iam ad sensum eorũ quæ latere videtur, veniamus. Duo
Allegoricè. Exire de Aegypto. bus modis de Ægypto exitur. Cum enim quis de errorum tenebris ad agnitionis lumẽ adducitur, & de terrena cõuersatione ad spiritualia instituta conuertitur: de Ægypto videtur exisse, & ad solitudinẽ venisse, ad illũ scilicet vitæ statum, in quo per silentium & quietẽ diuinis legibus exerceatur, & cælestibus eloquijs imbuatur, per q̃ institutus & directus cùm Iordanem transierit, properet vsq; ad terrã promissionis i. p gratiam baptismi vsq; ad Euangelica instituta. Exit etiã anima de Ægypto, cum relinquit huius mũdi tenebras & corporeæ naturæ cæcitatem, & transfer
Lucæ 16.f. tur ad aliud seculum, quod sinus Abrahæ vt in Lazaro, vel paradisus, vt in latrone indicat. Vel si qua nouit Deus esse alia loca
Lucæ 23.f. vel mãsiones, p quæ transiens anima Deo credens, & peruenies vsq; ad flumen quod lætificat ciuitatem Dei, vltra ipsum, sortem hæreditatis promissæ patribus accipiat. Cum ergo dupliciter designetur egressus de Ægypto, & transitus ad desertum, & inde egressus ad sanctæ terræ hæreditatem, videamus quid sibi velint Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse hæreditas, quæ p Moy sen traditur, & extra Iordanem decernitur. In duodecim tribus filiorum Israël mystice totius humani generis figura continetur: vel omnium qui ad agnitionem Dei venerunt. Horũ pars extra Iordanẽ hæreditatẽ consequitur p Moysen. Pars verò trãs Iordanẽ in terra ꝓmissionis p Iesum. Et quidem illi quibus extra
C Iordanẽ hereditas datur, primitiui sunt, licet minus nobiles, licet non

& principes multitudinis, atq; dixerunt: Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemira, & Hesebon, & Eleale, & Sabã, & Nebo,
2 & Beon terra quam percussit dominus in conspectu filiorũ
a ¶ Greg. Quos multa mundi impedimenta occupant, habitationem cælestis patriæ non desiderant.
Israël, regionis vberrimæ est ad pastum animalium: & nos
b serui tui habemus iumenta plurimã, precamurq̃; si inueni-
mus gratiã coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanẽ. Quibus respondit 2
a ¶ Orig. Nota, q̃ volentes vltra Iordanem remanere increpat Moyses, i. lex.
Moyses: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnã, & vos hîc se, 3
debitis? † Cur subuertitis mentes filiorum Israël, ne transire 4
audeãt in locum quem eis daturus est dominus? Nonne ita 5
egerunt patres vestri, quãdo missi de Cadesbarne ad explorandam terram? Cumq̃; venissent vsq; ad vallem Botri lustra
ta omni regione, subuerterunt cor filiorum Israël, vt nõ in-
trarent † fines, quos eis dominus dedit: Qui iratus iurauit, 6
dicens: Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex Ægypto à viginti annis, & suprà, terram quam sub iuramẽto pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob, & noluerũt sequi me,
præter Caleb filium Iephone Cenezeum, & Iosue filiũ Nun.
Isti impleuerunt voluntatem meã. Iratusq; dominus aduersum Israël, † circunduxit eũ per desertũ quadraginta annis,

patriã vẽdicãt, nec tamẽ amãt. Quos bene Rubẽ, & Gad, & dimidia tribꝰ Manasse significãt, q̃a multa pecora & iumẽta possidentes, dum circa Iordanẽ cãpestria cõcupiscũt, in terra ꝓmissionis hæreditatẽ habere noluerũt, dicẽtes: *Terrã quã percussit dominus in conspectu filiorũ Israël, regionis vberrimæ est ad pastũ animaliũ, &c.* Qui ergo iumẽta plurima possidẽt, Iordanẽ trãsire refugiunt: q̃a quos multa mũdi implicamẽta occupãt, habitationẽ cælestis patriæ nõ requirũt: sed fides (quã specie tenꝰ tenẽt) increpat ne otio si delectatione torpeseãt, & alios exẽplo à laboris tolerãtia & flu dio lõganimitatis frãgant. Vnde eis p Moysen dicitur: *Numquid fratres vestri ibũt ad pugnam, & vos hîc sedebitis, &c.* Sed q̃ erubescũt nõ defendero quod cõtinentur, ꝓ fide ad certamẽ ꝓperant, eamq̃; nõ sibi sed ꝓximis vendicãt. *Caulas ouiũ fabricamus, & stabula iumentorũ, &c.* Qui mox fortes, p alijs veniũt, & repromissionis terrã ab hostibꝰ liberãt & relinquũt: ad pascẽda armenta extra Iordanẽ redeũt, q̃a contra fidẽ baptismi tota mẽte & desiderio rebꝰ perituris inseruiũt: q̃a hæreditatẽ terræ ꝓmissionis, s. fructũ fidei nõ amãt. Sicq; pro illa pugnãt, vt sua pignora extra illã deponãt, q̃a enim paruulos foris habẽt, affectũ in eius habitatione nõ habent. Vnde ad cãpestria redeũt, q̃a ab altitudine montiũ quasi à spõ cælestiũ dilabũtur. vt extra terrã ꝓmissiõis bruta animalia nutriant, irrationabiles s. motus animi vanis desiderijs q̃a æternæ lucis claritatem nesciunt, dum transitorijs excæcantur.
b *Iumẽta plurima.* ORIGE. Iumẽta & pecora multa sunt, &c. Prior populus ad hæreditatẽ illius terræ q̃ lacte fluit & melle, nõ potuit puenire, nec verbũ carnẽ factũ agnoscere: q̃a multa iumẽta & pecora habebat. *Animalis enim non potest percipere quæ sunt*
F ☞ *spiritus*

Vbi suprà.
Num.13.d.
1. Cor.2.d.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Precamurq̃, &c. vt des nobis famulis tuis eam, &c. *Quod erat irrationabile, scilicet q̃ haberent terram labore aliorum acquisitam & ipsi non transirent cum alijs ad acquirendum terram pro alijs tribubus, quod videbatur sonare eorum petitio.*
Diuisio 2 Quibus respondit Moyses. *Hic consequenter ponitur dictæ petitionis repulsio: vbi primò eorum ignauia arguitur, cum dicitur:*
3 Nunquid fra. *Secundò impedimentum aliorum inducitur, cum dicitur:* 4 Cur

MORALITER.

† & totaliter sunt intẽti. Per Manasse verò q̃ interpretat obliuio significãtur religiosi q̃ domũ patris sui debẽt obliuisci. Et quoniã inter eos sunt aliqui valde mali, ꝓpter quod dicit Augustin. Sicut non inueni meliores his q̃ in monasterio ꝓfecerũt, ita nõ inueni deteriores illis q̃ in ipsis defecerũt, & isti mali significãtur per dimidiã tribũ Manasse, quæ cum filijs Ruben & Gad accepit possessionẽ extra ꝓmissionis terrã, renũtiãtes iuri quod in terra ꝓmissionis essent habituri. Per hoc autẽ significatum fuit q̃ pla-
ti,

4 Cur subuertitis men. *q.d. propter ignauiam vestram alij credent, q̃ timeatis fortitudinem terræ à deo promissæ, & fortitudinẽ populi, & sic transire non audeant, & impediatur Dei mandatum. Tertiò ad hoc exemplum præcedens adducitur, cum dicitur:*
5 Nonne ita egerunt patres vestri. *Quia territi verbis exploratorum voluerunt reuerti in Ægyptum, vt dictum est suprà xiij.cap.*
6 Quibus iratus iurauit dicens: Si videbunt homines isti, &c. *Et accipitur hic si. pro non i. non videbunt. Cætera patent ex his quæ dicta sunt suprà xiij.cap. xiij.q., ibi:* ✠ 1 Et

ti, clerici, & religiosi mali in sua malitia pseuerãtes possessionẽ nõ sunt in terra viuentiũ habituri, sed sunt bonis vitæ præsentis cõtẽti. Verũtamẽ de istis in textu dicit dicitur, q̃ fuerũt parati ad acquisitionẽ terræ ꝓmissionis, nõ pro se, sed ꝓ alijs, p quod significat q̃ licet habeãt malã vitã, multi tamẽ eorũ habẽt sanã doctrinam. Mat.xxiij.a. *Super cathedrã Moysi sederunt scribæ & Pharisæi: quæcunq̃, vobis dixerint facite, secundũ opera autẽ eorũ nolite facere: dicunt enim, & nõ faciunt.* Et sic p bonã doctrinã alios ad terrã viuentium inducunt: & ab ea seipsos per malam vitam excludunt.

MORAL.

spiritus Dei, nec spiritaliter dijudicare, quia *cùm homo in honore esset non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus.* Accepit
Psal.48.c. A ergo ille populus hæreditatem per Moysen, terram scilicet duorum regum, non enim amplius potuit interficere Moyses, nisi duos reges, quorum terram diuideret populis, multa animalia, multaque pecora habẽtibus. Illis verò qui Iordanem transeunt Iesus diuidit terram.
† multitudo Chald. in cr pres, discipuli Quamuis enim animalia habeant & pecora nõ tanta tamen, quæ eos excludant ne Iordanem transeant: sed cum ipsis & mulieribus & infantibus contendunt transire, & ad patrum promissa peruenire. Illos autem hæc omnia remorantur, ne possint Iordanem trãsire, nec ad fidem Christi, qui est terra promissionis intrare.
* rursus † diminuet
--munitas
† accipiem hæreditatẽ cum eis
a *Si transierint filij Gad & filij Ruben &c.* ORIGE. Alia litera. Si transierint filij Ruben & filij Gad vobiscum Iordanem, omnes armati ad prælium coram domino, & obtinueritis terram in conspectu vestro, dabitis eis terram Galaad &c. Terra multis modis accipitur, & terra hæc in qua habitamus, non ab initio terra vocata est, sed arida, & postea terra. Sicut hoc cælũ visibile prius firmamentum dictum est, postea cœlũ. In principio tamen creaturæ cœlum & terram fecisse dicitur Deus, &
Homil.26.in Numeros.
* reuertimini, &
B
Terra multis modis.
† egressum est de ore vestro Heb.
Aggæi 2. postea aridam & firmamentum. Hinc Aggæus ait: *Adhuc semel & mouebo cælum, & terram, & mare, & aridam.* Vides quomodo aliud ponit terram, aliud aridam: In multis quoque locis terra in bono accipitur, arida verò rarò. Nam & Adam post peccatum in locum detruditur qui arida nominatur, antea enim erat in terra, paradisus enim non in arida sed in terra est. Mansueris quoque in euan-
Matt.5.a. gelio non arida, sed terra promittitur. vnde: *Beati mansueti: quo-*
Ibid.33.6. *niam ipsi hæreditabunt terram.* Semen etiam quod fructum dat centesimum, sexagesimum, tricesimum, terra dicitur esse, non arida. Puto autem quod profectus sit ab arida ad terram venire, sicut profectus fuit vt atida terra vocaretur. Dum enim infructuosi fumus, nec fructum iustitiæ, pudicitiæ, vel pietatis asserimus, arida sumus. Si autem nos excolentes ad virtutum frugem
C

donec cõsumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malũ in cõspectu eius. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus ve- 1
stris † incrementa & alumni hominum peccatorũ, vt augeretis furorem domini contra Israël. Quod si nolueritis sequi
eum *, in solitudine populum † derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. At illi propè accedentes, dixerunt: Caulas 2
ouium fabricabimus & stabula iumentorum, paruulis quoque nostris vrbes munitas, nos autem ipsi armati & † accin- 3
cti pergemus ad prælium ante filios Israël, donec introduca- 5
mus eos ad loca sua. Paruuli nostri & quicquid habere pos- 6
sumus, erunt in vrbibus munitis propter habitatorũ insidias. 7
Non reuertemur in domos nostras, vsque dum possideãt filij Israël hæreditatẽ suã, nec † quicquã quærimus trãs Iordanẽ,
quia iã habemus possessionẽ nostram in orientali eius plaga.
Quibus Moyses ait: Si facitis quod promittitis, expediti per- 8
gite coram domino ad pugnã: & omnis vir bellator armatꝰ Ior
danẽ trãseat, donec subuertat dominus inimicos suos, & sub-
ijciatur ei omnis terra. Tũc * eritis inculpabiles & apud do- 9
minũ & apud Israël, & obtinebitis regiones quas vultis coram dño. Sinautẽ quod dicitis nõ feceritis, † nulli dubiũ est quin 10
peccetis in Deũ, & scitote qm̃ pctm̃ vestrũ apprehẽdet vos.
Ædificate ergo vrbes paruulis vestris & caulas ac stabula o-
uibꝰ ac iumẽtis, & q̃ † polliciti estis implete. Dixeruntq; filij
Gad & Ruben ad Moysen: Serui tui sumus, faciemus q̃ iubet
dñs noster. Paruulos nostros & mulieres & pecora ac iumẽta
relinquemus in vrbibꝰ Galaad: nos autẽ famuli tui omnes † 11
expediti pergemus ad bellũ, sicut tu domine loqueris. Præce-
pit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti & Iosue filio Nũ, & prin
cipibus familiarũ per tribus Israël, & dixit ad eos: † Si trãsie- 12
rint filij Gad & filij Ruben vobiscũ Iordanem omnes armati
Ignaua manus & imbellis remanet extra Iordanem. Fortes verò relictis animalibus & pecoribus & omnibus impedimentis pugnant nobiscum donec vincantur inimici nostri, 13
vsquequo hæreditatem promissæ terræ capiamus. Sancti enim Iaco.5.b.
patres orationibus nos iuuant & exemplis hortantur & confirmant & scripturis suis quæ ad memoriam reliquerunt, instituunt nos quomodo aduersus inimicas potestates pugnemus, & certamina toleremus. Pugnant ergo pro nobis, & incedunt primi armati. Ipsos enim nobis proponimus, & videntes fortia facta eorum, ad prælium spirituale animamur &c dimicamus. Sic denique qui sub duce Iesu militant, triginta & eo amplius reges perimunt, & terras eorum sorte accipiunt. De-
☞ pultis F

Pfal.36.f.
† festinãtes vel promptũ
--quicquid habere possumus
Heb.11.g.
† ecce peccastis dominо E
† accincti armis
† Ioſ.4.c.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris. *In malum, & vultis peius facere quam ipsi, quia vidistis malum ipsorum & non estis castigati. Quarto ostenditur quod hoc malum debeat cadere super totum populum generaliter, & super ipsos specialiter, cum dicitur:* Quòd si nolueritis sequi eum &c. *& subditur:* Et vos causa eritis necis omni. *Sequitur:*
2 Atilli. *Hic consequenter ponitur prædictæ petitionis iustificatio. & primò quantum ad ignauiam contra eos allegatam, cum dicitur:*
3 Nos autem ipsi armati. *id est muniti armis ad defensionem.*
4 Et accincti. *Armis ad inuasionem.*
5 Pergemus ad prælium ante filios Israël. *quasi dicat nolumus esse in cauda exercitus sicut ignaui, sed in fronte. Secundò ostenditur, quod velint fideliter laborare ad acquisitionem terræ pro aliis tribubus, cum dicitur:* Donec introducamus eos ad loca sua. *& subditur:*
6 Paruuli

6 Paruuli nostri & quicquid habere possumus. *Quasi dicerent essent nobis oneri si trãsirent nobiscum. deo subditur:*
7 Paruuli nostri & quicquid habere possumus, erunt in vrbibus muratis propter habitatorum insidias. *Aliter non essem securi, quia non intendimus cito reuerti. ideo subditur: Non reuertemur &c.*
8 Quibus Moyses ait: Si facitis. *Hic consequenter ponitur petitionis iustificatæ concessio. & primò sub conditione, secundò simpliciter & absolutè, ibi: Respondens itaque filij Gad. Conditio autem est, vt obseruent fideliter promissum prædictum: quod notatur cum dicitur: Si facitis quod promittitis &c. & patet litera.*
9 Si autem quod dicitis non feceritis &c. *Quia illa promissio non tantum stabat hominibus, sed Deo, de cuius mandato terra erat acquirenda.*
10 Et scitote quoniam peccatum &c. *Per pœnam debitam vobis à Deo infligendam. sequitur:*
11 Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacer. *Et sequitur:*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulsis etiam spiritalibus nequitiis, de cælestibus hæreditatem A cæli Christo dimicante percipiunt. Potest adhuc tertius expositionis modus esse, vt in filiis Israël. id est in populo ecclesiæ intelligantur esse quidam spirituales, & intra Iordanem percipere hæreditatem terræ fluentis lacte & melle, sapientiæ scilicet & scientiæ dulcedinẽ capientes, quo tũ terra flumine Dei, tum copiosa estaquis diuinæ intelligentiæ, circundatur & rigatur. Alij autem sunt carnales iumentis & pecudibus, id est crassis & stolidis sensibus abundantes, qualibus dicit Apostolus: Ita insensati estis, vt cum spiritu cœperitis, nũc carne perficiamini. Et: Gal.3.a. *O insensati Galatha, quis vos fascinauit veritati non obedire?* Sed etiã vnusquisque nostrum, nisi se amauerit, & abiectis brutis & belluinis sensibus, ad spiritalem intelligentiam properauerit, remanebit extra B Iordanem, nec poterit per sapientiæ flumen incedere, quod lætificat ciuitatẽ Dei, id est animam Dei ca pacẽ: nec assequetur verbi Dei interiora, quę sunt dulciora super mel & fauum: sed illam tantùm consequetur terram, in qua 3.Reg.2.a. duo reges occisi sunt, vbi dicatur ei: Nihil iudicaui me scire inter vos nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Qui autem potuerit transire Iordanem, & ad interiora penetrare, sequens dominum Iesum Christum, interficiet triginta & eo amplius reges: Illos fortes de quibus dicitur: *Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius.* Psal.2.a.

ad bellum coram domino, & vobis fuerit terra subiecta, date eis Galaad in possessionem. Sinautem noluerint transire * vobiscum in terram Chanaan, inter vos habitandi accipiãt loca. Respõderuntq; filij Gad & filij Ruben: Sicut locutus est dominus seruis suis, ita faciemus: Ipsi armati pergemus corã domino in terram Chanaan, & possessionem iam susceptę nos confitemur trans Iordanem. † Dedit itaque Moyses filiis Gad & Rubẽ & dimidiæ tribui Manasse, filiis Ioseph regnum Sehon regis Amorrhæi & regnum Og regis Basan, & terram eorum cum vrbibus suis per circumitum. Igitur extruxerunt filij Gad Dibon & Ataroth, & Aroer, & Roth, & Sophan, & Iazer & Iegbaa, & Bethnemra, & Betharan, vrbes munitas, & caulas pecoribus suis. Filij verò Ruben ædificauerunt Hesebon, & Eleale, & Chariathaim & Nabo, & Baalmeon versis nominibus, Sabama quoque imponentes vocabula vrbibus quas extruxerant. Porrò filij Machir filij Manasse perrexerũt in Galaad, & vastauerunt eam interfecto Amorrhęo habitatore eius. Dedit ergo Moyses terrã Galaad Machir filio Manasse, qui habitauit in ea. Iair autem filius Manasse abiit & occupauit vicos eius, quos appellauit Hauoth Iair, id est villas Iair. Nobe quoque perrexit & apprehendit Canath cum viculis suis, vocauitq; eam ex nomine suo Nobe.

1 2 3 4 5 6

Armati

† Ioſ.22.2. Deut.3.b.

Quibus prostratis agnoscens secretiora mysteria, vsquequò venias ad sedem Dei, & Ierusalem ciuitatẽ Dei viuentis, non quę seruit cum filiis suis, sed quę sursum est, & libera, & mater omnium nostrum est.

Hebræ.12.c. Gal.4.d.

a *Et dimidiæ tribus Manasse.* ✠ PROCOPIVS. Horũ nũc meminit quę antè nõ indicauit. Cæterùm in agro Samaritano posita sunt, vt in prædictis æstimare licet. Quidam verò perhibent verisimile esse quod Ruben & Gad de hac re ab initio disseruerint. At verò in distributione sortis nunc dimidia tribus Manasse accedit, vnde in distributione demum non antè annumerata est tribus Manasse. His quo que accenset vrbes ædificatas, gens enim pia in impiorum sedem succedit. Adeò vt seorsum in pace iusti habitent, iuxta Dauidem & Salomonem.

E

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Date eis Galaad in. *Si fecerint promissum, aliter non.*

2 Responderuntque. *Hic consequenter ponitur concessio absolutè, quia filij Ruben & Gad viderunt quod Moyses dubitabat de impletione sui promissi, propter quod non concedebat terram nisi sub conditione: deo processerunt ad confirmationem suæ promissionis, vt patet in litera: quo facto Moyses concessit eis absolutè terram quam petebat. vnde subditur:*

3 Dedit itaque Moyses filiis Gad & Ruben & dimidiæ tri. *Ista dimidia tribus fuit adiuncta, quia adiunxit se aliis duabus tribubus in petitione, & quia terra sufficiebat pro ipsis & pro illa.*

4 Igitur extruxerunt filij Gad. &c. *Ciuitates sunt quas filij Israël destruxerant antequam scirent, quod deberent ibi habitare: & postea readificauerunt ad tuendum vxores suas filios, & familias.*

5 Imponentes. *Antequam enim destruerentur, denominabantur à nominibus idolorum saltem pro magna parte: & ideo filij Israel nominauerunt eas aliis nominibus, & etiam vt ex nomine aliquarum ciuitatum esset memoria ædificantium secundum quod dicitur postea.*

6 Iair autem. *quos appellauit* יאיר *Hauoth Iaïr, id est villas Iaïr: & idem dicitur de ipso Nobe quod apprehendit Canath, & vocauit eum nomine suo Nobe.*

Moraliter. Per tribũ Ruben & Gad & dimidiũ tribũ Manasse, intelligũtur tres status excellẽtes in ecclesia. Per Ruben enim qui interpretatur filius visionis, intelligitur status prælatorũ. Per Gad qui interpretatur accinctus, status principũ, qui debẽt esse armis accincti ad defensionẽ populi. Per Manassen qui interpretatur obliuio, status religiosorũ, de quo dicitur Psal.xliv.c. Obliuiscere populũ tuum & domũ patris tui. *Sunt igitur plurimi de istis statibus, qui non quærunt terram patribus promissam, scilicet terram viuentiũ, sed volunt manere circa Iordanẽ in terra morientiũ in bonis vitæ præsentis, figentes ibi pedẽ affectionis, in qua ædificant vrbes, palatia ad sui ostentationẽ. Caulas ouium, quærentes delitias ad sui delectationem. Stabula iumentorũ, quasi quærentes equitate, semper tendentes ad altiora per ambitionem: & isti laborant pro aliis, vt habeant terram promissionis: quia frequenter contingit, quod prælati operantur ad salutem populorum in regimine spirituali. & principes in regimine temporali, & religiosi consulendo populis, & prædicando verbum Dei. ipsi tamẽ hac salute priuatur in personis propriis suis operibº & intẽtionibus peruersis. cætera patẽt.*

CAP. XXXIII.

Quæst.50. a Hæ sunt man. ✠ THEODORETVS. Quare legislator describi mandauit stationes? Vt posteri cognoscerent Dei prouidentiam, qui traducens filios Israël per arida loca, suppeditauit illis rerum necessariarum copiam.

✠ PROCOPIVS. Eorum quæ secundũ Deum geruntur, nil otiosum, nil obscurũ Deus C

CAP. XXXIII.

Hæ sunt mansiones filiorũ Israël, qui egressi de Ægypto 1 F

conspectu Ægyptiorum

NICOLAVS DE LYRA CAP. XXXIII.

1 Hæ sunt mãsiones. *Hic describitur recapitulatio breuis præcedentium, in quibus actum est de processu filiorum Israël ab exitu de Ægypto vsquæ ad Iordanem fluuiũ, qui erat terminus ad quẽ sui processus, quia ab eo incipit terra promissionis. Circa quod sciẽdum, quod in præcedentibus tã in Exodo, quã in hoc libro intentio Moysi fuit describere processum filiorũ Israel, non notãdo omnia loca vbi manserunt filij Israël in via, sed illa solũ in quibus fiebãt aliqua notabilia. & ideo hic ponit numerũ & ordinẽ mãsionũ ab exitu de Ægypto vsq; ad Iordanẽ. Et diuiditur in tres partes, secũdum tria notabilia loca vnde*

MORALITER.

✠ 1 *Hæ sunt mansiones filiorum Israël.* Per hoc autẽ quod populus Israël exiens de Ægypto venit ad terram promissionis per quadra- quadragintaduas mãsiones, intelligũtur mysticè quadragintaduę generationes, per quas Dei populus ab Abraham patre fidei nostrę venit ad Christũ, prout dicitur Matth.j.c. *ab Abraham vs-*

✠ *que ad*

rum exiuisse dicuntur, quia non transfugarum more id fecerũt, A cum à domino per sublimem eius manum emitterentur magis quàm detinerentur. Supra sanè mansiones Israëlitarũ describes, aliorum quoque locorũ nomina recitat, verùm hic eorum tantũ in quæ inciderunt, ac ex quibus mouerunt, mentionem facit.

Homil.17. ORIGENE. Diuersas creauit Deus ciborũ differentias pro diuersitate animalium, vel humani desiderij. Vnde & animalia cognoscunt proprios cibos, & aliis vtitur leo, aliis ceruus. In hominibus quoque qui sanus est & validus fortem cibum requirit, confidit q; edere omnia. Infirmus delectatur oleribus, & fortem cibum non patitur. Patuulus verò si non voce, re tamen ipsa lac rãtum requirit. Cibus autem rationalis naturæ verus sermo Dei est. Sed & hic differentias habet. Non omnis eodẽ verbo nutritur. Est aliis in verbo Dei cibus lactis aptior, s. doctrina, sicut moralis quæ rudibus solet præberi. Hi lectionũ qua nihil est obscurum, libenter accipiunt, verbi gratia: Hester, Iudith, Thobiam, & mandata sapientiæ. Si legatur eis Leuiticus, offenditur continuò animus, quasi non sit cibus suus. Venit enim vt disceret Deum colere, iustitiæ & pietatis præcepta suscipere, & audit mãdata sacrificiorum, & ritus immolationum. Alius euangelistas, Apostolum, psalmos libenter amplectitur, velut remedia infirmitatis suæ. Cui si legantur hæc quæ habemus in manibus, nihil infirmitati suæ aut saluti animæ prodesse iudicabit, sed refutabit tanquam graues & onerosos cibos. Sed sicut leo si habeat intellectum, non abũdantiam herbarum culpabit creatã, nec dicet superfluam, quia carnibus vtitur, nec homo quia sibi aptis vtitur alimoniis, culpare debet quod fecit Deus serpentes in cibũ coruorum. Ita in cibis rationabilibus non refutanda est scriptura quæ obscurior videtur, & inconueniens incipientibus, paruulis, infirmis, & minus ad intelligendum validis. Quisque quod sibi sanũ sentit assumat. Ait ergo: Hæ sunt mansiones filiorũ Israël, ex quo exierunt de terra Ægypti, cum virtute sua in manu Moysi & Aaron. Et scripsit Moyses profectiones eorũ & mansiones eorB rum per verbum domini &c. Quis ergo audeat dicere, quod hæc quę scribũtur per verbũ domini nihil habeãt vtilitatis aut salutis, sed solam narrent historiam? Duobus modis potest quisque spiritaliter exire de Ægypto, vel relinquendo Gẽtilem vitam, & ad cognitionem diuinæ legis accedẽdo, vel cum anima de corporis huius habitatione discedit: ad vtrumque ergo spectant hæ mansiones. De illis enim mansionibus quas anima exuta corpore imò rursus induta suo corpore habitura est, dicitur: *In domo patris mei mansiones multæ sunt &c.* Sunt ergo multæ mansiones, quæ ad patrem ducũt. In quibus singulis quid vtilitatis animæ cõmoratio, quidve eruditionis aut illuminationis accipiat, scit solus pater futuri seculi, qui ait: *Ego sum ostium, nemo venit ad patrem nisi per me.* Qui forte his singulis mansionibus vnicuique animæ ostiũ fiet, vt per ipsum intret & exeat, & pascua inueniat, vsquequo ad ipsum perueniat patrẽ. Sed redeam? ad ea quæ inter nos & in nobis gerũtur. In Ægypto erãt filij Israël in operib? Pharaonis, luto & latere affligebantur, donec ingemiscentes clamauerunt ad dominũ, & misit eis verbum suũ per Moysen, & eduxit de Ægypto. Nos quoque cũ essemus in Ægypto id est in huius mundi erroribus & ignorantiæ tenebris, operantes opera diaboli in concupiscẽtiis & voluptatibus carnis, misertus dominus misit verbum suum. i. vnigenitum filium suum, qui nos de ignorãtia erroris ad lumẽ diuinæ legis adduceret. Sed primò omnium intuere mysterij rationẽ. In egressione enim filiorũ Israël de Ægypto sunt xlij. mansiones, & aduentus Christi in mundum fit per xlij. generationes. Vndeab Abrahã vsque ad Dauid generationes quatuordecim &c. Quadraginta ergo duas generationum mãsiones quas Christus fecit descendens in Ægyptum huius mundi, faciũt qui ascendunt de Ægypto. In quadraginta ergo duabus mansionibus perueniunt filij Israël ad principium capiendæ hæreditatis, vbi Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse accipiunt terram Galaad. Sicut Christus per quadragintaduos patres, quasi mansiones descendit vsque ad nos, & filij Israël per totidem mãsiones ascẽderũt vsque ad hæreditatis promissæ principium. Incipiamus ergo per ea per quæ descendit ascendere, & primam mãsionem facere C

Scriptura sacra ciborum instar aliis aliter atque aliter sapit.

Alia litera.

Mansiones multæ. Iohan.14.a.

Esaiæ 9.b Ioh.10.b.

Exod.1.c.

Matt.1.c.

a ¶ Id est operatione. b ¶ Non enim sufficit manus Moysi, quæ significat scientiam legis, quæritur & manus Aaron, qui sacrificando Deo perfectam significat. c ¶ Vt legamus semper & videamus quantæ nobis imminent profectiones & mansiones.

a per turmas suas in mãu Moysi & Aaron, quas dẽscripsit

que cum de Ægypto huius vitæ tendit ad terram promissionis, pergit per quasdam vias, & certas conficit mansiones. vnde: *Effodiũt super me animam meam, quando ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.* De his mansionibus alibi dicit: *Quam amabilia sunt tabernacula tua domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini.* Et alibi: *Multũ peregrinata est anima mea.* Intellige ergo quæ sunt hæ peregrinationes animæ, in quibus se peregrinari diutius dolet. Tunc autem vertus intelliget quæ fuit ratio peregrinationis suæ cũm regressa fuerit in requiem suam, id est in paradisum. vnde: *Conuertere anima in requiem tuam &c.* Istæ ergo sunt mansiones quibus itur in cælum. Sed quis ita est diuinorum conscius secretorum, qui possit huius ascensionis describere mansiones, & cuiusque loci labores. Quis enarret, quod post primam & secundam & tertiam mansionem adhuc insequatur Pharao & Ægyptij, licet non comprehendant, licet submersi sint. Quomodo enuntiet quod saltus effectus populus Dei, post aliquot mansiones primum cantauit cæticum dicens: *Cantemus domino, gloriosè enim magnificatus est.* Quis hæc egressioni animæ singula possit vel audeat adaptare? Et quomodo vetus populus cecidit, cui conuersatio & habitatio fuerat cum Ægyptiis. Saluus autẽ nouus peruenit ad regnum, qui ignorabat Ægyptios, excepti sacerdotibus & Leuitis? Qui enim in sacerdotum vel Leuitarum ordine fuerit, & solam Deum portionem habuerit, in deserto non cadit, sed peruenit ad terram promissionis. Ponuntur nomina mansionibus. Neque enim conueniens videbatur, vt cætera omnia suis vterentur nominibus, ascensio verò animæ mansionum suarum nomina non haberet. Habet ergo nomina mystica, & deducentẽ se, non Moysen, qui quò iret ignorabat, sed columnam ignis & nubem, filium scilicet Dei & spiritum sanctum. Cùm submersi fuerint omnes Ægyptij & Amalecitæ, & omnes qui impugnauerunt eam, vt per singulas mansiones quæ dicũtur esse apud patrem illuminetur amplius, donec assuescat illius luminis (quod illuminat omnem hominem) intuitum pati, & miræ majestatis fulgorẽ. Si ergo veros animæ in hac vita positæ per hæc doceri intelligamus profectus, quæ conuersa à Gentili vita non tam Moysen quàm legem Dei, nec Aaron, sed sacerdotem illum qui permanet in æternum sequitur, antequam ad perfectũ veniat in eremo habitat, vbi in præceptis domini exercetur, vt fides eius probetur, & victa vna tentatione veniat ad aliam, quasi de mansione ad mansionem, cum ea quæ acciderint fideliter tulerit. Ita enim per singula tentamenta vitæ & fidei profectus mansiones habere dicitur, secundum illud: *Ibunt de virtute in virtutem*, donec perueniatur ad summum gradũ virtutum & transeatur flumen Dei, & promissa suscipiatur hæreditas. Scire autem in deserto illo quomodo vocetur ille locus, vbi applicuerint quid vtilitatis affert legentibus, & legem Dei die ac nocte meditantibus, cum secundo describantur nomina, licet in nonnullis mutata, & per vorbum domini à Moyse describi iubentur? Quod ideo fit vt duas animæ ostenderet vias: Vnam qua in carne posita per legem Dei virtutibus exercetur: & per quosdam gradus proficiens ascendit de virtute in virtutem, quasi de mansione in mansionem. Aliam verò qua post resurrectionem ascensura ad cœlos, non subitò nec importunè conscendit, sed per multas mansiones, in quibus singulis lumine sapientiæ illustrata ad ipsum patrem luminum perueniat.

Pfal.41.a. Pfal.83.b. Pfal.114.b. Exo.14.d. Exo.15.c. Exo.15.d.

a *Per turmas suas.* septuaginta sic: *Cũ virtute sua* Christo scilicet qui est Dei virtus & Dei potentia. Cùm ipso ergo ascendit, qui ad nos descendit vt ascenderemus. *Qui enim descendit ipse est qui ascendit &c.* vnde: *Tecum descendam in Aegyptum &c. ideo non erat in tribubus eorum inscriptus.*

Iacob.1.c. 1.Cor.1.d. Ephes.4.b. Gene.46.a. Homil.27. F

b *In manu Moysi & Aaron quas descripsit &c.* ORIGENE. Nõ enim tantum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *castra mouerunt, scilicet Rameses, mons Sinai & Cades. Secunda incipit*

MORALITER.

✠ *que ad Dauid generationes xiiij. & à Dauid vsq; ad trãsmigrationẽ Babylonis generationes xiiij. & à trãsmigratione Babylonis vsq; ad Christum generationes xiiij.* Quæ simul iunctæ sunt quadragintaduæ. Christus autẽ est hęreditas nobis promissa in veteri ac nouo testa- incipit ibi: *Sed & de solitudine Sinai egressi. terra ibi: Egressiq; de Cades. In prima parte commentur xij. mansiones quæ sic numerentur:*

✠ 1 Profecti

testamento. Secũdum Ambrosium verò in sermone quadragesimæ per quadragintaduas mansiones figurati fuerunt quadragintaduo dies, quibus in obseruatione quadragesimæ ieiunamus, dicens sic: Eodem, inquam, numero Moyses per mansiones peruenit ad requiem, quo & nos per ieiunia properamus ad cælum.

✠ MORAL.

Universidad de Deusto

tantum scientiam legis & fidei, sed etiam operū quibus Deo placerent fructus habere debemus: cùm de Ægypto exiremus. Si enim exiens de Ægypto, & conuersus ad dominum abiiciam superbiā per manus Aaron taurum Deo sacrificaui: Si lasciuiam peremero, hircum: si libidinem, vitulum: si stultitiam, ouem. Sic ergo cum anima vitia purgātur, manus Aaron operatur in nobis, & manus Moysi cùm ad hæc intelligenda illuminamur ex lege. Vtraq; ergo manus necessaria est, vt inueniatur in nobis, non solum fides & scientiæ, sed etiā actuum operumq; perfectio. Nec tamen duæ sunt manus sed vna. In manu enim dixit, nō in manibus. Vnum enim opus vtriusque manus est, & vna perfectionis expletio.

† profectiones eorum

a Moyses iuxta † castrorum loca, quę domini iussione mutabant. Profecti igitur de Rameſſe mēſe primo, quintādecima die mensis primi, altera die phase filij Israël in manu excelſa, videntibus cunctis Ægyptiis & sepelientibus primogenitos quos percusserat dominus (nam & in diis eorum exercuerat vltionem) castrametati sunt in Socoth, & de Socoth

a ¶ Commotione turbida, vel commotione tineæ. Omnia enim quæ in mundo sunt in perturbatione & corruptione posita sunt. b ¶ Quia quartadecima egerunt pas. ha in Aegypto, & quoddam initium festiuitatis, iugulantes agnum pridie quam proficiscerentur.

a *Moyses iuxta castrorū loca, quæ domini iuſſ. &c.* Et scripsit Moyses profectiones eorum & mansiones per verbum domini, vt scilicet legentes quantæ nobis immineant profectiones & mansiones, præparemus nos ad hanc viam, nec segniter tempus nostrum consumamus: Ne dum vanitatibus immoramur, & singulis quæ ad visum, auditum, tactum, odorarum, gustumque veniunt, delectamur, prætereat tempus nec spatium viæ expleamus, sed in medio deficiamus quasi in deserto. Idcirco enim venimus in hunc
B mundum, vt transeamus de virtute in virtutem, neque permanemus pro terrenis in terra, sicut ille qui dicebat: *Anima habes multa bona: manduca, bibe & lætare.* Ait enim illi dominus: *Stulte, auferetur à te hac nocte anima tua.* Non dixit in hac nocte, nec in hac die, sed hac nocte. Nocte enim perimitur sicut primogenita Ægyptiorum, quia dilexit mundum & tenebras eius, socius rectorum mundi huius tenebrarum harum. Tenebræ autem & nox mundus iste dicitur pro his qui in ignorantia viuunt, nec lumen veritatis recipiunt. & ideo de Rameſſe ad Socoth non transeunt.

b *Profecti igitur &c.* Filij Israël adhuc in Ægypto positi quartadecima die fecerunt pascha, & initium quoddam festiuitatis. Sequenti ergo die qui est primus azymorum, quintodecimo, scilicet primi mensis proficiscuntur de Rameſſe, & veniunt in Socoth, vt ibi faciant festiuitates azymorum vel diem. Quis hæc intelligat? Quis vel ex parte cognoscat? sicut Apostolus dicit: *Ex parte scimus, & ex parte prophetamus.* Quis enim intelligit quomodo ex parte dies festos agimus vt *nemo nos iudicet in parte diei festi aut neomeniæ aut sabbathi?* Omnis enim dies festus qui hīc agitur, in parte geritur, non in integro. Sed cùm exieris de Ægypto, tunc erit tibi perfecta festiuitas. Scito tamen quia post illud pascha quod in Ægypto factū est semel, inuenitur in deserto aliud celebriatum cùm lex data est: & posthæc nusquam geri nisi in terra promissionis.

1. mansio. Tropolog.

Luc.12.c.

Exod.12.d.

Ephes.6.b.

1.Cor.13.c.

Coloſ.2.c.

Exod.12.f.

ORIGENES. Hic ordo & distinctio mansionum valde necessaria est & obseruanda his qui sequuntur Deum & cogitant de profectibus virtutum. Fit ergo prima profectio ex Rameſſe, siue de hoc mundo anima proficiscens, & ad futurum seculum pergens, siue ab erroribus vitæ ad vitam virtutis & ad agnitionē Dei. De Rameſſe proficiscitur, quē interpretatur commotio turbida, vel commotio tineæ, quia in hoc mundo omnia in commotione & perturbatione & corruptione posita sunt. In quibus non oportet animam residere, sed proficisci & venire in Socoth, id est tabernacula. Primus ergo animæ profectus est, vt auferatur à cōmotione terrena: & sciat sibi tāquā peregrinari & iter agēti in tabernaculis habitādū. Quo velut in procinctu posita aduersus insidiātes expedita occurrere possit & libera inde iam vbi se sentit esse præparatam, proficiscitur ex Socoth & applicat in Bthan.

Vbi supra.

Primus profect⁹ animę.

Tractatu de 42. māsionibus.

✠ AMBROSIVS. Rameſſes interpretatur commotio turbulenta quæ pœnitentiam significat. Per ipsam enim fit in peccatore turbulēta commotio, vt aboleatur vetustas peccati, & inducatur nouitas gratiæ: vt homo vetus affigatur cruci, & homo nouus resurgat. Debet igitur peccator primò adire Rameſſem, hoc est commotionem quę fit per pœnitentiā, ibique suam figere māsionem. Ibi suam māsionem fixit Achab, quando scissa veste, induto cilicio, iciunauit, & dormiuit in sacco. Ibi Niniue rex, ibi Corinthij &c.

D

c *Manu excelſa.* Vbi non est humanum opus neque terrenum, sed diuinum, ibi excelsa manus nominatur: per manum enim opus intelligitur.

d *Et ſepelientibus &c.*

✠ PROCOPIVS. Plaga enim imminens eorum refrænauit audaciam promptosque ad dimittēdum eos fecit, ne funditus perirent omnes. Tam illustris sanctorum victoria est. Si enim satis exercitationis fuerit, Deus vltionum, inquit Dauid, dominus vltionum iure suo ac libertate vsus est. Deus igitur suorum emolumento ad tempus occultur, sicut idem Dauid testatur: *Quā multa sunt bonitates tua, quas recondidisti reuerentibus te.* Psal.

e *Exercuerat vltionē.* ✠ IDEM. In victoria ab impiis parta omnes dij gentium extirpantur, iuxta propheticum illud: Inducam nomina idolorum, nec vlla eorum extabit memoria. Porrò primogenita pecorum, quæ deorum loco habebant Ægyptij, cum
E aliis primogenitis perdidit, futuræ idolorum excisionis argumento. Insuper verò iubentur omnes Chananæos, ne futuris incolis impedimento sint, neve vllæ impietatis reliquiæ remaneant, sustollere.

f *Et in diis eorum.* Omnes dij gentium dæmonia, in quibus faciet dominus vindictam in die iudicij. Facit & nunc cum quis ab illis deceptus fuerat, vt idola coleret, per verbum domini conuersus Deum colit, vel cum fornicator ad pudicitiam conuertitur, & se erraſſe deplorat: ipsius pœnitentiæ lachrymis vritur dæmon vel de superbia ad humilitatem, de luxuria ad parcimoniam. Quantis eos putas agi tormentis, si quem videant vendere omnia sua & dare pauperibus & tollere crucem suam, & sequi Christum, vel cum viderit fraudis suæ nebulas per agnitionem diuinæ legis reserari? Non enim sine ipsis consummatur peccatum. Nobis ergo Matth.19.
summopere agendum est, ne Ægyptiorum primogenita vel Deos eorū quos dominus extinxit, resuscitemus in nobis, si dederimus eis locū operandi in nobis quæ dominus odit. Sic enim dominus puniet Deos Ægyptiorū de emēdatione nostra & conuersatione.

Moraliter.

g *In Socoth.* in tabernaculis. Dum enim peregrinamur in corpore, in tabernaculis habitamus. 2.mansio. 2.Cor.5.b.

Cum exierimus de Ægypto, id est de seculo, primùm tabernacula figimus, scientes quia ad vlteriora & ad terram sanctam cælestem scilicet properamus.

✠ AMBROSIVS. Quoad mysteria dicimus profectionē filio rū Israël in Socoth. i. in tabernacula, designare quod qui māsionē habuit in Rameſſe. i. in cōmotione pœnitētiæ, debet proficisci in Socoth, hoc est, in tabernacula quasi per cōsideratione ambulare. Quod sicut ille qui aliò tendit, nec firmā habet domū, moratur in tabernaculis, & vidēs se peregrinū in terra, dicat cū propheta: Aduena ego sum in terra. Consideret itē Apostoli dictum: Nō habemus hic ciuitatē permanentē. Cognoscat deniq; q; quandiu est in corpore, peregrinatur à domino, vñ reiiciat ea quæ in mūdo sunt.

Vbi supra.

h *De Socoth.* ORIGE. Proficiscuntur ex Socoth, & applicant in Etham, quæ conuallis dicitur. Sūt enim in his profectus virtutis quæ exercitio & labore acquiritur, nec tātùm in prosperis quantū in aduersis probatur. Venitur ad cōuallem. In cōuallibus enim & in inferioribus certamen habetur contra diabolum & aëreas Homil.27.

potestates. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Profecti igitur de Rameſſe. *Hic est locꝰ vnde primo recesserūt.*

2 Mense primo. *scilicet M.rtio.*

3 Quintadecima die mensis primi. *In mane illius diei recesserunt, vt dictum fuit Exo.xij.*

4 Altera die phase. *id est in crastino immolationis agni paschalis, quem immolauerant die præcedenti, scilicet quartadecima die mensis primi ad vesperā, vt habetur ibidē. Aliqui autem libri sic habent: Altera die fecerunt phase, sed li fecerunt, non est in Hebræo nec in libris correctis, nec mirū, quia non est de textu, sed peruertit sententiam, vel saltem obscurat eā, quia videtur sonare quod filij Israel fecerunt phase post exitum de Rameſſe, quod non est verum: sed ante vt dictum est.*

5 Filij Israël. *Hoc refertur ad illud quod prædicitur: Profecti igitur de Rameſſe, quia media nocte interfecit Dominus omnia primogenita Ægyptiorum propter quod Ægyptij territi compellebant filios Israel exire de terra, & sic recesserunt in mane de Rameſſe.*

6 In manu excelsa. *id est in potestate diuina.*

7 Nam & in diis. ex. vl. *Tunc enim idola Aegypti corruerunt & comminuta sunt.*

8 Castrametati sunt in Socoth. *Ista fuit prima mansio, & post istā enumerantur xj. vsque ad montem Sinai, vbi fuit xij. mansio, & patet litera vsque ibi:*

✠ 1 Fixerunt

potestates. Abraham in valle Salinarum pugnauit contra barbaros reges, & victoriam consecutus est. Descendit ergo viator noster ad eos qui in profundis sunt & in imis, vt non ibi moretur, sed vt victoriam consequatur.

a *In Etham.* Etham sana fortitudo, vel professio, in qua fortitudinem & robur assumimus, ne in via deficiamus.

Vbi supra.

✠ AMBROSIVS. Etham regio est inter solitudinem & Ægyptū, in qua est Petra oppidum, in cuius spelunca habitauit Sanson, cū ab allophylis infestaretur. *Et fecit,* inquit, *in spelunca Petra Etham,* qui locus erat valde munitus, vt testatur Iosephus. In hac mansione primò apparuit dominus in columna ignis, & die in columna nubis. Verùm quia Ethan nobis sonat fortitudo, docemur quod vbi in Socoth huius peregrinationis in meditatione & exercitio bonorum operum vsque in finem perseuerare quis statuerit, ascendit ad Ethan, hoc est, ad fortitudinem, quia dominus dat fortitudinem plebi suæ. Hinc Apostolus: Omnia possum in eo qui me confortat.

Iudic.15.

Libr.6. antiquit. cap.13.

Vbi supra. 3.mansio.

b *Inde egreſſi.* IDEM. Profectiq; ex Ethā applicuerūt Hahiroth, quod interpretatur vicus. Nondū enim ad ciuitatem venitur, nec perfecta iam tenentur, sed quædam parua. Hic est profectus vtà paruis ad magna veniatur. Venitur ergo ad os. i. ad primū ingressum vici, quod est iudiciū conuersationis & abstinētiæ. Hahiroth autē posita est contra Beelsephon, & cōtra Magdalū: Beelsephon interpretatur ascensio speculę vel turris. A paruis ergo ascenditur ad magna. Necdum anima in ipsa specula, sed contra speculam. i. in conspectu speculæ posita est. Speculari enim incipit & prospicere spem futuram & latitudinem profectuum. Et paulatim crescit dū plus spe nutritur, quàm laboribus fatigatur. Quarta ergo
4.mansio. Exod.16.a. mansio est contra Magdalum nondum in ipso quod magnificentia dicitur. Habet ergo in conspectu ascensionem speculæ & magnificentiam rerum futurarū, quibus pascitur & nutritur. In profectibus enim est, non in perfectione.

Vbi supra. 5.mansio.

Epistola ad Fabiolam de 42. māsionibus,

HIERONYMVS. Quarta mansio est Phihahiroth, quod interpretatur os nobilium, quæ scribitur per literam Heth. Quidā putant malè Arioth villas, errorq; est manifestus, q; p. supradicto elemento, a, in literam legant. Beelsephon interpretatur domus aquilonis, vel ascensus speculæ, vel habēs arcana: Magdalum magnitudo vel turris. Assumpta ergo fortitudine nobilitamur in domino, & diaboli arcana contemnimus, & magnificētiam illius, & turritam superbiam declinamus. Non enim est ab austro vnde
Abac.3.a. Cantic.1.b. Hiere.1.c. dominus veniet, & à meridie vbi sponsus recumbit in floribus, sed possessor aquilonis venti frigidissimi, vnde exardescūt mala, qui cùm sit frigidissimus, nomine dexter vocatur, falsò sibi assumens vocabulum virtutis & dexteræ, cum totus sit in sinistra.

Vbi supra. 5.mansio.

c *In Mara &c.* HIERON. Quinta māsio est Mara. i. amaritudo: Nō poterāt ad maris gurgites peruenire, & Pharaonē cū exercitu videre pereuntē, nisi habuissent in ore nobilitates. i. in dominī cōfessione virtutes. Post prædicationē euangelij, post tabernacula transmigrantiū, post assumptā fortitudinē, post confessionis nobilitatē, pericula rursus occurrūt. Semper ergo cauēdæ insidiæ, inuocāda Dei misericordia, vt insequentē Pharaonē possimus effugere, & nubis spiritalis baptismo suffocetur. Egressis de mari rubro occurrit eremus Sur, quæ & solitudo Etham dicitur. In qua tribus diebus egredientes nō habuerunt aquam, & perueniunt ad Marā, ex amaritudine sic dictā. Habebat fons aquā non dulcem.
Exod.15.d. Murmurat populus aquas videns, & potare non sustinens. Mara significat aquas occidētis literę: quibus si immittatur cōfessio crucis, & sacramenta dominicę passionis amaritudo vertetur in dulcedinē. vnde constituit dominus populo legē & iudicia, & tenRoma.5.a. tauit eū. *Vbi enim magnitudo gratiæ, ibi magnitudo dīscriminis.* Ne terrearis, si post victoriā venias ad amaritudinē, quia verū pascha facientes cū amaritudinibus comedūt, & *tentatio probationē, probatio spem, spes parit salutem.* Apud medicos quoque antidotus noC xios humores temperans ex amaritudine nominatur, quæ dulcis ostenditur restituens sanitatem. Sicut e contrario voluptas atque luxuria amaritudine temperatur. vnde: *Quæ ad tempus pingues faciunt fauces tuas, nouissimè verò amariorem fel de imemies.* Pro.5.a.

D

Post hæc profecti sunt de Hahiroth: transeunt per medium maris rubri: & applicant ad amaritudines. Tempus enim profectuū periculosum est. Quod molesta tentatio est trāsire per medium mare: videre flu
6.mansio. Moraliter. ctus in cumulum crescere, audire vndarū infanientium fragorem. Si tamen sequaris Moysen, id est legem Dei, aquæ fient tibi murus dextra lævaque, & siccum iter in medio mari muenies. Illud quoque cæleste iter quod agit anima, potest offendere vndas. Est em̄ pars aquarū super cælos,

a venerūt in Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis. Inb de egressi venerūt contra Phihahiroth, quæ respicit Beelsephon, & castrametati sunt ante Magdalum. Profectique de Phihahiroth, trāsierūt per mediū mare in solitudinē, & amc bulates trib⁹ diebus p desertū Ethā, castrametati sūt in Mara. d Profectiq; de Mara, venerūt in Elim, vbi erat duodecim fōntes aquarum, & palmæ septuaginta, ibiq; castrametati sunt. e Sed & inde egressi, fixerunt tentoria super mare rubrum.

a ¶ Os nobilium: fortitudine enim assumpta nobilitamur in domino: & despicimus Beelsephonmid est dominum aquilonis: & eius superbiam declinamus.

¶ Magnitudo vel turris.

a ¶ Mara interpretatur amaritudo, vt voluptas & luxuria, vitæ amaritudine terminetur: & per crucis signum quasi per cruciatum suauitas cōpescatur.

a ¶ Arietes. hi sunt apostoli duces Christiani gregis. b ¶ Apostolica doctrina.

a ¶ Viuentium. b ¶ Alij scilicet discipuli, qui tamen apostoli dicti sunt.

pars sub cælo. Nos interim earū quæ sub cælo sunt, vndas & fluctus perferimus: Deus videritsi ille quietæ sint, & semper placidæ, nec vllis flatibus excitatæ. Cùm autem venerimus ad transitum maris, eriamsi videamus Pharaonem & Ægyptios insequentes, nihil trepidemus, *credamus in vnum verum Deum & quem misit filium suum Iesum Christum.* Credamus etiam Moysi, id est legi Dei & prophetis, & videbimus Ægyptios iacentes ad littus maris: & cantabimus domino qui equum & ascensorem demersit in mare. Applicuerunt ergo ad amaritudines, sed ne paucas. Omnis enim eruditio ad præsens nō videtur dulcis esse sed amara, postea verò fructum dulcissimum iustitiæ reddit exercitatis. Azyma E quoque cum amaritudine comedūtur. Nec peruenitur ad terram promissionis nisi per amaritudines. Sicut enim medici quasdam amaritudines medicamentis inserunt pro sanitate languentium, ita medicus animarum voluit nos pati amaritudines huius vitæ, quia finis huius amaritudinis acquirit dulcedinem salutis, sicut amarum finem, finis mundanæ dulcedinis. Ne refugias ergo applicare ad amaritudinem.

Ioham. 17. a. Exod.15.a. Hebr.12.c.

✠ AMBROSIVS. Circa hanc mansionem tria sunt considerāda. Profectio, mansio. & operatio. Profectio, quia in huius itinere filij Israël rubrum mare sicco vestigio transierunt. Mansio, quia inuenerunt aquas amaras, quarum amaritudinem sentientes bibere non potuerunt. Operatio, quia mandato domini Moses ligno tactas aquas, potabiles effecit, vnde sitim extinguere potuerunt. Per quæ primò nobis significatur, quod ad gratiam properātibus occurrit Pharao, id est, diabolus cum exercitu suo, quę vt Pharao submersus est in aquis, ita mittitur in stagnum ignis & sulphuris. Deinde in mansione, aquæ gustantur amaræ, quoniam existentibus in gratia, multiplices adhuc manent tribulationum amaritudines. Vnde Ioannes dicebat: *Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione.* Immo & Paulus: *Si extra disciplinam estis, adulterum & non filij estis.* Denique in operatione, sicut verbo suo adest dominus, vt dulcescant aquæ, ita præstat in tribulationibus suam nobis præsentiam, dicente propheta: *Cum ipso sum in tribulatione.* Ideo Stephano in dulcedinem fuerunt torrentis lapides, & Laurentio in refrigerium prunæ.

Vbi supra. Apoc.1. Hebr.12. Psal.90.

7.mansio.

d *In Elim vbi erant.* Profectique de amaritudine venerunt in Elim, vbi sunt xij. fontes aquarum, & lxx. palmæ erant. Vides post amāritudines & tentationum asperitates quam amœna te suscipiant loca. Non veniſſes ad palmas nisi tentationum amaritudines pertulisses. Nec ad dulcedinem fontium, nisi tristia & aspera superasses. Nō quod in his sit finis itineris & perfectio cursorum: sed dispēsator animarum Deus interserit laboribus quędam refrigeria, quibus recreata anima promptior reddatur ad reliquos labores. Elim interpretatur arietes. Arietes sunt duces gregis: hi sunt apostoli duces gregis Christi, qui sunt etiā duodecim fontes. Sed quia non solùm illos elegit Christus, sed & alios lxx. ideo lxx. arbores scribuntur esse palmarum, & ipsi enim apostoli nominantur. vnde Paulus: *Deinde apostolis centum.* Hæc te amœnitas post amaritudinē, hæc requies post laborem: hæc gratia suscipiat post tentationem.

Lucæ 10. 1.Cor.15.c.

e *Sed & inde egressi &c. super mare rub.* Quia post apostolicam

F doctrinam

✠ 1 Fixerunt tentoria super mare rubrum &c. *Istud non videtur verum, quia iam ente mare rubrum transierant, & ab eo se elongauerant per plures mansiones. Ad quod dicendum, quod mare rubrum*

✠ *frequenter*

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctrinam & dulces fructus triumphorum, interdum apparent A præterita discrimina.

Profectiq; de Elim applicuerunt iuxta mare rubrum. Nota quia iam non intrant in mare:sufficit semel intrasse,sed applicant iuxta, & mare quidem vident & vadas, sed motus eius & impetus non timent.

Vbi supra a *Mari rubro &c.* HIERONYMVS. Hebraice יסוף Iam suph. Forte pergentibus quidam sinus maris occurrit iuxta quē fixere tentoria, quod aliud est quàm mare transire. Post euangelicam enim disciplinā, post dulces cibos triumphorum apparet interdum mare & præterita discrimina. Iamsuph ex mari & rubro cōpositum est. Suph enim rubrum & scirpus dicitur quasi mare caricosum. Forsitan ergo venerunt ad quandam paludem carecto & iuncis plenam. Omnes autem congregationes aquarū dicuntur maria. Hæc mansio in Exod. non habetur, sed scriptum est quod de mari rubro venerunt in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai xv. die mensis secundi egressionis eorum ex Ægypto, id est † xxx. postquam egressi sunt de Rameſſe.

† xxxj. Vbi supra. 8. mansio. Exodi 15. b *In deserto Sin.* HIERONYMVS. Profectique de mari rubro castrametati sunt in deserto Sin. Hæc octaua mansio est, licet iuxta Exodum septima. Sed sciendum, quod omnis eremus vsque ad montem Sinai, Sin vocetur, & ex tota prouincia locus vnius māsionis nomē accepit, sicut Moab tam vrbis quam prouinciæ nomen est. In hac solitudine mansiones quinque sunt, Iamsuph, & B eremus Sin, & Daphca, & Alus, & Raphidim. Sin, autē interpre-
Sin solitudo tatur rubus vel odium. Cum enim venerimus ad locū illius mansionis de quo nobis loquitur dominus, odiū inimici incurrimus:
Exod. 3.a. & videmus ardere rubum, & non comburi, id est ecclesiā persecutionibus inflammari & loquente in illa domino nō perire. Et nota quod in hac mansione, in qua nostra torcularia sunt, vnde octauus psalmus prænotatur desertum carpimus rubi, quia plures desertæ filij, quàm eius quæ habet virum.

Profectiq; de mari rubro applicauerunt in desertum Sin. Sin, rubus interpretatur vel tentatio. Ibi iam incipit arridere bonorum spes, vbi de rubo apparuit dominus, & responsa dedit Moysi, & initium visitationis filiis Israel. Solet enim in visionibus esse ten-
1. Corin. 11. c. tatio. Solet enim angelus iniquitatis transfigurare se in angelum lucis, & ideo sollicitè agēdum est, vt discernas visiones. Vnde Ie-
Iosue 5. d. sus Naue, cum visiones videret, interrogat eum qui appparuit, no ster es an aduersariorum? Ita ergo proficiscens anima cum inue-
2. Cor. 12. a. nerit discretionem visionum probabitur spiritalis esse. Est enim inter dona spiritussancti discretio spirituum.

Vbi supra. ✠ AMBROSIVS. Quia Sin interpretatur rubus, significat nobis quod sicut octaua mansione venimus ad Sin, hoc est, ad rubū in quo actum est de liberatione filiorum Israēl, à seruitute Ægypti: ita in resurrectione quæ per octauam intelligitur, veniemus ad rubum, in quo agetur de liberatione nostra à seruitute corru-
Rom. 8. ptionis, quam expectamus, vt Apostolus inquit: *Et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum expectates, redemptionem corporis nostri.* Et tunc videbimus rubum ardere & non comburi, quia corpus humanitatis nostræ motietur, sed non consumetur, imò resurget ad maiorem claritatem.

c *In Daphca.* Hebraicè דפקה Daphquah, id est pulsatio. Post responsa domini, post octauum numerum resurrectionis Christi, incipimus sacramenta pulsare.

Vbi supra. ORIGE. Profecti de deserto Sin, venerunt in Daphca, quæ interpretatur sanitas. Nota ordinem profectuum. Vbi spiritalis efficitur anima, & discretionem habet visionum, peruenit ad sanitatem vt meritò dicat: *Benedic anima mea domino, qui sanat omnes languores tuos.* Multi sunt lāguores animæ, auaritia scilicet, superbia, iactantia, formido, inconstantia & similia.

Vbi supra. 10. mansio. d *Castrametati sunt.* HIERONYMVS. Decima mansio in Exodo non habetur, & creditur in eremo Sin contineri, eodem narrante libro: *Profecta est omnis multitudo Israël de eremo Sin per mā-* D
siones suas per os domini, & venerunt in Raphidim. Vnde patet plures mansiones huius regionis vocabulo demonstrari. In hac so- Exo. 16. a.
litudine murmurat populus propter famem, & conuersus respicit procul in nube gloriam Dei, accipit vesperè coturnices, mane autem manna. Et Nota.
nota in mansione decima fermeatum ponit, & post esum carnium mānam tribui, & impleri scripturam: *Panē angelorum* Psal. 77. c.
manducauit homo.

Profectique de Daphca veniunt in Alus id est labores. Nec mi- 1 * in
reris si sanitatem sequūtur labores, quia ideo sanatur anima, † Exo. 17. a.
vt delectabiliter laboret & dicatur ei: *La-* Psal. 127. a.
bores manuum tuarum quia manducabis beatus es & bene tibi erit.

✠ AMBROSIVS. Tria in hac mansione geruntur. Primò populus Dei gloriam intuetur. Nam scriptum est: *Et gloria domini* Exod. 16.
apparuit in nube. Secundò pascitur carnibus. Tertiò cibatur manna de cœlo. Per quę monemur quod qui in decima quiescit mansione, id est, in obseruatione legis, quæ per denarium significatur, Dei gloriam conspicit. Et idem carne & manna cœlesti pascitur, hoc est, pretioso Christi corpore. Meritò autem beneficia hæc potiora in hoc loco præstantur. Nam Halus labor interpretatur. Laboranti autem congruum est, vt domini gloria appareat.

e *Raphidim.* HIERONYMVS. Castrametati sunt in Raphidim. Vndecima mansio: hæc in Exodo dicitur post perfectionem E Vbi supra. 11. mansio.
de eremo Sin: In ea cōqueritur populus ob ardorem sitis, & fons Exo. 17. b.
de petra Oreb erumpit & profluit, tentationisque nomen sortitur. Moyses ascendit in montem: Iesus contra Amalec militat, & crucis signo superatur inimicus. Remissis orantis manibus hostis victor insequitur. Sedet Moyses super lapidem Zachariæ, qui Zach. 3. d.
septem oculos habet, & in Samuelis volumine appellatur Abne- Exod. 18. a.
zer, id est lapis adiutorij. vtramque manum eius Aaron & Hur, id 1. Reg. 7. c.
est montanus & lucidus sustinent. Deuicto aduersario superuenit Iethro, adducit Sephoram & vtrosque filios, dat consilium Ixx. seniorum, & in typum ecclesiæ de gentibus congregatæ imminutio legis euangelio suggerente completur. Bene dissolutio vel sanitas sortium Raphidim dicitur, propter dissipatum Amalec, vel sanatum Israēl, vel remissio manuum iuxta Syros propter offensam populi, qui contra dominum in hoc loco murmurauit. Post fermentum ergo Alus & Massan, ecclesiæ solent dæmonum tentamenta consurgere.

ORIGE. Post hæc veniunt in Raphidim, quæ interpretatur Vbi supra.
laus iudicij. Bene laus sequitur post labores, sed laus iudicij. Fit er-
go digna laude anima quæ rectè iudicat & discernit, quæ scilicet Corin. 2. d.
spiritualiter dijudicat omnia, & à nemine dijudicatur.

✠ AMBROSIVS. Quia Raphidim laus iudicij interpreta- Vbi supra.
tur, meritò in eius mansione petra exhibet aquam, quia petra de 42. mansionibus.
Christus custodienti iudicium, suæ aquam gratiæ exhibet. Nam Psal. 105.
scriptum est: *Beati qui custodiūt iudicium.* Vincitur Amalech, quia Eccle. 10.
iudicio damnatur diabolus, docetur recta populi administratio, quia scriptum est: *Iudex sapiens docet populum suum.* Hic est qui iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.

f *In deserto Sinai.* HIERO. Sinai duodecima māsio. Statim ti- Vbi supra.
bi veniat in mētem apostolorum numerus. Vna de pluribus, sed 12. mansio.
maior omnibus, non separatur in ordine, præcellit in merito. Ad Exo. 19. a.
hanc xlvij. die perueniunt dicente scriptura: Mense tertio egressionis filiorum Israēl de Ægypto, in hac die transierunt in solitudinem Sinai, pòst peruenitur in desertum Sina.

Sina quidem locus deserti est, quē suprà Sin nominauit. Sed hìc magis locus montis, qui in ipso deserto est, appellatur, qui ex vocabulo deserti Sina dicitur. Postquam ergo laudabilis iudicij facta est anima, & rectum cœpit habere iudiciū, datur ei lex à Deo, quia capax est diuinorum secretorum, & cælestium visionum.

g *Ad sepulchra concupiscentiæ &c.* HIERO. Tertiadecima māsio Vbi supra.
☞ sepulchra 13. mansio.
F

a ¶ Sin rubus vel odium, quia cum venimus in locum ecclesiæ, de qua nobis loquitur Deus, odium inimici meremur.

a ¶ Quia postquam venerimus in locum ecclesiæ: incipimus sacramenta pulsare vt aperiantur nobis.

a ¶ Fermentum quod miscet euangelica mulier in farinæ satis tribus. b ¶ Dissolutio fortium vel remissio manuum, quia ibi dissipatus est Amalec.

a ¶ Vbi omnes concupiscentiæ sepeliuntur & mortificantur.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *frequenter habet sinus magnos, vbi plus intrat terram, & sic factum est hic, quia postquam filij Israel transito mari rubro ambulauerant per desertum: venerunt super vnum sinum maris rubri, vbi fixerunt tentoria.*

1 In Raphidim. *Vbi populo defuit aqua &c.* prout habetur Exo. xvij.

2 Sed & de solitudine. *Hic consequenter enumerantur mansiones a monte Sinai exclusiuè, vsque ad Cades inclusiuè, & sunt mansiones xxj.*

3 Venerunt ad se. concu. *Sic enim vocatus est locus ille, quia ibi sepultus est populus qui desiderauerat carnes, vt dictum est supra xj. cap. Cætera patent in litera.*

✠ 1 Egressiq;

sepulchra concupiscentiæ. Est autem sensus ille de euangelio, ☞ Matt. 4. a. dominus Iesus baptizatus, statim à spiritu deductus est in desertum, & tentabatur à diabolo. Itaque Israēl post familiarem cum Deo sermonem, postquam iuxta montem Sinai commoratus est, anno vno & diebus quatuor mira dispositione castrorum egressus est in solitudinem Pharan, quæ interpretatur onager vel feritas: Ibique succumbit malæ bestiæ fastidiēs cœlestem panem. Vbi supra. ORIGE. Profecti de Sina, veniunt ad sepulchra concupiscentiæ, vbi scilicet sepultæ sunt & obrutæ cōcupiscentiæ, & extincta omnis cupiditas, ne vltrà concupiscat caro aduersus spiritū, mortificata s. morto Christi. Gal. 5. c.

Vbi supra. ✠ AMBROSIVS. Ex his docemur, vt qui conuersationem reliquimus seculi, & Ægyptias ollas, id est, carnalium desideriorum seruorem contemptimus, non debere murmurare cōtra cœlestem panem, nec viruletā Ægyptiorum appetere, quæ sunt magnatum carnium, sed simplicem mannæ cibum, id est puram & cœlestem vitam quærere, alioqui statim ira domini percussi turquebimur, desideria nostra vertentur in tumulos, vt simus sepulchra dealbata. In hac māsione Moses ex præcepto Dei 70. seniores elegit, ei ad regendam plebem adiutores. Super quos spiritus descendit. Quod in typo factum est, quoniam spiritussanctus in die pentecostes Apostolis se infudit, vt ad fundandam Ecclesiam sapientes essent, & ad regendam fortes.

Vbi supra. 24. mansio. supra 12. a. a *In Haseroth.* HIERONYMVS. Quartadecima māsio in Haseroth, quę interpretatur atria. Ibi Aarō & Maria propter Æthiopissam contra Moysen murmurant, & in typū murmurantis contra ecclesiam de gentibus congregatam populus Iudæorum lepra
B porsunditur, nec redit ad tabernaculum cum pristina sanitate, donec statutum plenitudinis gentium tempus compleatur.

Vbi supra. ORIGE. Post hæc venitur in Haseroth, quod interpretatur atria perfecta vel beatitudo. Intuere viator diligentius quis sit ordo profectuum, postquam sepelieris & mortificaueris concupiscentias carnis: venies ad amplitudines atriorum, & venies ad beatitudinem. Beata est enim anima quæ iam nullis vitiis carnis vrgetur.

Vbi supra. 25. mansio. b *In Rethma.* HIERONYMVS. Castrametati sunt in Rethma. Hæc est xv. mansio. Et notandum quod reliquæ mansiones xviij. quarum breuiter catalogus describitur: à Rethma vsque ad Asiongaber, id est xxxij. mansionem sub Pharan solitudinis nomine cōtinentur. In quibus xij. exploratores missi sunt ad terram sanctam, & botrus in ligno relatus, populus gigantes formidans murmurat, & contra Amalec pugnat & vincitur. In Dathan & Abiron & filios Core vindicta Dei profertur, virga Aaaron germinat, vitula rufa in holocaustum crematur. Post sepulchra ergo concupiscentiæ & vestibula, transeundum est ad iuniperum, quæ diu calorem seruat, vt simus feruentes spiritu, & claro sonitu euangelium prædicemus.

supra 13. a. Ibi. 14. g. & 16. c. & 17. b.

Vbi supra. ORIGE. Inde venitur in Rethma siue Pharan. Rethma visio consummata interpretatur: Pharan verò os visibile. Quid, nisi ita crescat anima, vt cùm deserit molestiis carnis vrgeri, visiones habeat consummatas & rerum perfectam capiat intelligentiam? causas scilicet incarnationis verbi Dei, & rationes dispensationum eius altius cognoscens.

Vbi supra. 26. mansio. c *In Remmonphares.* HIERONYMVS. Mali punici diuisio, in quo significatur ecclesia quasi multa grana vno cortice cōtegi: dum omnem turbam credentium in fidei vnitatem cōcludit. Vel
Act. 4. f. varietas & consonantia virtutum. vnde: *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.* Sicque diuisi sunt singuli gradus, vt omnes eadem compage teneantur.

Vbi supra. ORIGE. Inde venitur in Rémonphares, vbi s. diuinarū & cælestium rerum à terrenis & infimis discretio fit. Crescente enim intellectu animæ, notitia ei excelsorū præbetur, & iudiciū datur quo sciat à temporalibus æterna, & à perpetuis caduca separare.

17. mansio. d *In Lebna &c.* Laterem s. In hoc enim transitu nūc crescimus, nunc decrescimus, & post multos profectus sæpe ad laterem, id est carnalia opera redimus. Post hæc venitur in Lebna, quod in-
Act. 23. a. Matt. 23. c. Psal. 19. b. Isa. 1. c. terpretatur dealbatio. Scio in aliis dealbationē culpabiliter poni, vt cùm dicitur paries dealbatus, & monumenta dealbata. Hìc autē dealbatio est, de qua dicitur: *Lauabis me, & super niuem dealbabor. Et si fuerint peccata vestra sicut phœniciū, vt niuē dealbabo.* Et
C alibi: *Niue dealbabuntur in Selmon.* Et vetusti dierum capilli dicūtur esse cādidi, id est albi sicut lana. Hæc igitur dealbatio ex splen- D Psal. 67. c.
dore veræ lucis intelligitur prouenire, & ex visionum cælestium claritate descendere.

e *In Ressa.* Frena scilicet. Si enim ad lutulenta opera descendi- 18. mansio.
mus infrenandi sumus, & cursu vagi atq; præcipites scripturarum retinaculis dirigendi.

ORIGE. Post hęc fit mansio in Ressa, ☞ est visibilis vel laudabilis tentatio. Quamuis enim grandes habeat profectꝰ anima, tamen tētationes nō auferūtur ab ea, quia quasi custodia & munimē sunt ei. Sicut enim caro si sale non aspergitur, corrumpi tur: ita anima si tentatione nō salitur continuò resoluitur. Vnde Leui. 2. d. dictum est quod omne sacrificium sale salietur. Hinc Paulus ait: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus car-* 2. Corin. 12. b
nis meæ: hæc ergo est visibilis vel laudabilis tentatio.

f *In monte Sepher.* HIERONY. Pulchritudinis. Mons autē pul- Vbi supra.
chritudinis est Christus. Vicesima māsio in monte pulchritudi- 20 mansio.
nis constituta est, de quā dicitur: *Domine quis habitabit in taber-* Psal. 14. a.
naculo tuo &c. Vides quid profint frena. A vitiis nos retrahunt, ad virtutum choros introducunt, & in Christo monte pulcherrimo habitare faciunt.

ORIGE. Alia litera. Inde venitur in montem Sepher, quod Homil. 27.
rubicinatio dicitur. Tuba signū belli est, vbi enim se tantis ac talibus virtutibus armatā sentit anima, necessariò procedit ad bellum quod est contra principatus & potestates, & huius mūdi rectores. Vel tuba canit in verbo Dei: doctrinæ scilicet & prædica- Ephe. 6. b.
tioni: vt qui audierit tubam, præparare se possit ad bellum.

✠ AMBROSIVS. Animosa tentatio ista est, ad ardua quippe Vbi supra.
nos inuitat, nempe ad bella asperrima, & cōtra fortissimos & sa- E
pientissimos hostes, de quibus Apostolus: *Non est nobis lucta &c.* Hoc Ephes. 6.
autem, quia Arsaphar, tubæ clangor, seu buccinatio est, quod est belli signum. Nec immeritò, quoniam anima superioribus mansionibus tot tantisque virtutibus se cernens armatam, contineri non potest, quin procedat in medium, & se ad certamina nedum offerat, sed paratam se præferat, & tubarum clangore reliquos etiam prouocet.

g *In Harada.* HIERONYMVS. Miraculū. Et nota ordinē, post Vbi supra.
frenos in ecclesiā intromittimur, inde ad montē Christi ascendi- 21. mansio.
mus, in quo positi muramur quę nec oculꝰ vidit, nec auris audiuit.

ORIGENES. De monte Sepher venerunt in Harada, quod Vbi supra.
interpretatur idoneus effectus, vt scilicet dicat: *Idoneos nos fecit,* 1. Cor. 2. c.
ministros noui testamenti.

✠ AMBROSIVS. Adest pulcher ordo, sed obseruandi sunt Vbi supra.
proficientiū gradus. Nam vbi anima tentationes superauit, vires inferiores premere audet, & vbi super eis imperiū se habere conspicit, aduersariis potestatibus insultat, earumque potentias nedum non timet, sed ad certamen prouocat. Nunc autē de victoria secura ascendit in Arada, id est, gloriatur in domino se idoneam effectam, & dicit cum Apostolo: *Sufficientia nostra ex Deo est, &c.* 2. Cor. 3.
h *Maceloth.* Cœtus. hæc est ecclesia de qua dicitur: *Ecce quam* 1. Corin. 3. b.
bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Vel consonan- 22. mansio.
tia omnium virtutum. Psal. 132. a.

Inde venitur ad Maceloth, qđ interpretatur ab initio. Cōtēplatur enim qui ad perfectionē tēdit initiū rerū, imò cūcta ad eū refert g erat in principio apud Deū, nec ab isto vnquā recedit initio.

Ex hac venitur in Maceloth, quod est principatus vel virgę: vtroque potestas indicatur, & quod anima eousque profecerit, vt dominetur corpori quasi tenens virgam potestatis, imò toti mūdò, cùm dicit: *Mihi mundus crucifixus est &c.* Gal. 6. d.
i *Thahath.* Pauor, qui est custos beatitudinis, vt qui tantū ascen- 23. mansio.
dit, non superbiat: Quasi, venisti ad ecclesiam, ascendisti ad montem pulcherrimum, stupore & miraculo tuo Christi magnitudinem confiteris. Vides ibi multos virtutis socios. *Noli altum sape-* Roma. 12. a.
re, sed sapere ad sobrietatem. Timor virtutū custos, securitas labilis. vnde: *Virga tua & baculus tuus ipsa mē consolata sunt.* Hoc est Psal. 22. a.
dum tormenta formido, gratiam acceptam seruo.

ORIGENES. Post hæc fit mansio in Thahath, quod est con- Vbi supra.
firmatio vel patientia. Necesse est enim eum qui vult aliis prodesse, multa pati, & cuncta patienter ferre. vnde: *Ego enim osten-* Act. 9. c.
dam ei quanta oporteat eum pati pro nomine meo. F

☞ AMBROSIVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ ✲ Ambrosius. Thare latinè interpretatur stupor, Græcè ecstasis, quæ est vehemētis cuiusdam admirationis species ex ardua rerum & insolitarum rerum visione prouenies. Nam in rebus insolitis & naturæ impossibilibus mens stupet. Quod Daniel clarius expressit dicens, *Stupebam visionem, & non erat intelligens.* Et quia in his mansionibus multa admirabilia edita sunt opera, quorum causas non potest humana mens ratione comprehendere. ideò tandem venitur in Thare, hoc est, in stupore.

Ecstasis qd. Daniel 8.

a *Castrametati sunt in Thare.* Hieronymvs. Id est malitia, vel pastura secundum quosdā. Nec errarēt si per Aim literam scriberetur. Sed quia aspiratio dupla in extrema syllabaest, erroris causa manifesta est. Eodem vocabulo & eisdem literis patrem Abrahæ scriptum inuenio, qui in apocrypho paruæ Geneseos volumine, abactis coruis qui hominum frumēta vastabant, abactoris vel depulsoris fortitus est nomen. Imitemur ergo Thare. & volucres iuxta viam triticum deuorantes prohibeamus. Nā & Abraham patriarcha in typo Israël sacrificia per membra diuisit, & volucres abegit, & contemptorem oculum effodiunt corui de conuallibus, verusque Moyses ducit Æthiopissam, & Helias à coruis pascitur.

Vbi supra. 24. manſio. Gene. 11. d. Matth. 13. a. Gene 15. c. Prouer. 30. c. supra 12. a. 3. Reg. 17. a.

Origenes. Inde venitur ad Thare, quod est contemplatio stuporis, id est extasis cum alicuius magnæ rei stupescit animus admiratione.

Vbi supra.

Hieronymvs. Tharo malitia vel pastura, quod ad præpositos ecclesiæ, vel ad custodiam animæ refertur, vt sollicitus sit qui pascit, ne diabolus in caulas ouium, id est ecclesias aliquo vitiorum foramine se ingerat.

25. manſio.

b *Methca.* Hieronymvs. Dulcedo. Quasi ascendisti in excelsum montem patris, & miratus es virtutum choros, timuisti ruinam, abiecisti insidiatores, ideo dulcis te fructus laboris insequitur, vt dicat Psal. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua.* Samson qui abegerat à fructibus suis aues, & vulpes quæ exterminārunt de vineis colligauerat, leonem quoque interfecerat rugientem, fauum inuenit in ore mortui.

Psal. 118. Iudic 15. a. Ibid. 14. b.

Post hæc venerunt ad Methca, quod interpretatur mors noua. Mors autem noua est, quando Christo commorimur & consepelimur, vt conuiuamus ei.

Vbi supra. Triplex mors.

✲ Ambrosivs. Methca, latinè dicitur noua mors. Triplicem autem mortem legimus in scripturis. Vna est corporis. Alia animæ, qua peccati contagio anima infecta moritur, nō quidem in sui substantia, sed in Dei viuificatrice gratia. Nam merito peccati, Deo recedente, spiritalem anima vitam amittit. Tertia est culpæ, qua carnis concupiscentia moritur, vt mens Deo viuat, de qua Apostolus: *Vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati.* Vna igitur mors est naturalis, alia pœnalis, tertia spiritalis. Hāc postremam designat Methca, quæ noua mors dicitur, quia veterem innouat hominem.

Rom. 6.

c *Hesmona.* quæ interpretatur festinatio, quia post dulces fructus laboris non debemus esse otiosi, sed obliti præteritorum in futura nos extendamus.

Roma. 6. a. 26. manſio.

Vbi supra. Origen. Inde ad Seman venitur, quod os vel ossa significare dicitur, in quo virtus & robur patientiæ declaratur.

Vbi supra. Exod. 12. Luc. 10. Hiere. 48.

✲ Ambrosivs. Viatoribus autem celeritas aptissima est. Ideo pascha præcipitur manducati festinanter. Hinc Apostolis mandatum est: *Neminem per viam salutaueritis. Maledictus* item *qui facit opus Dei negligenter.*

27. manſio.

d *Meseroth.* Hieron. Vincula, vel disciplina. Vt magistrorum teramus limina, & præcepta virtutum ac mysteria scripturarum, vincula putemus esse æterna contra diaboli potestatem & vincula. Quibus diruptis vicit hostes Samson. De quibus dicitur: *Dirupsti vincula mea.* Qui vinculo Christi fuerit ligatus, dicet: *Sinistra eius sub capite meo & dextera eius amplexabitur me.*

Iudic. 16. b. Psal 115. b. Cantic. 2. b.

Vbi supra. Origen. Inde ad Moseroth, quod est excludēs, vt iam exclusa dat suggestiones contrarij spiritus de cogitationibus suis. vnde: *Si spiritu potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimittas.* Tenendus est ergo locus, & excludendus aduersarius, ne inueniat locum in corde nostro. vnde: *Nolite locum dare diabolo.*

C

D

Ecclē. 10. a. Ephe. 4. f.

o *Beneiaacan venerunt &c.* Hieronymvs. Filij necessitatis vel striduris xxviij. māsio. Nota numerū quia si ab vno incipias, & paulatim addēs ad septimum vsque peruenias, vicesimus octauus efficitur.

Vbi supra. 28. manſio.

Idem. Beneiaacan interpretatur filij necessitatis vel striduris. De his filiis dicitur: *Afferte domino filios arietum.* Cum autem diuinis scripturis fuoris eruditus, & leges earum & testimonia scieris esse vincula charitatis, & contendens cum aduersariis ligabis eos, & vinctos duces in captiuitatē, & de hostibus & captiuis efficies liberos Dei. Et filij striduris timore supplicij, vbi est fletus & stridor dentium, deserentes vincula diaboli, Christo colla submittent.

Psal. 28. a.

Origenes. Post hæc venitur ad Beneiaacan, quod significat fontes vel excolationes, vbi scilicet diuinorum verborum fontes haurit, vsquequò excoleat eos bibendo, vt nec minimum quidem mandatum prætereat, imò nec vnum iota, aut vnus apex de verbo Dei in intellectu eius habeatur otiosus.

Vbi supra. Matt. 22. b. Matt. 5. b.

E

f *Montem.* Hieronymvs. Gadgad vel Galgath, interpretatur nuntius, vel actio vel concisio. Non enim possumus facere filios necessitatis, nisi præceptores eorum interfecerimus, nec parcat manus nostra armum aut extremum auriculæ extrahere de ore leonis, & nuntiauerimus præmia futura, & accinctos esse in rebellando docuerimus. vnde: *Maledictus qui facit opus Dei negligenter: & prohibet gladium suum à sanguine.* Et Dauid: *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.*

Vbi supra. 29. manſio. Hiere. 48. b. Psal. 100. b.

Origen. Post hæc venit in Gadgad, quod interpretatur tentamentum vel constipatio. Fortitudo quædam in Deo & munimen est animæ tentamentum. Ità enim virtutibus admiscetur, vt videantur absque eo nec decoræ esse nec plenæ, & ideo proficiscentibus ad virtutem variæ & frequentes mansiones in tentationibus sunt. Quas cum transieris, applicabis in Ietebatha. Ietebatha interpretatur bona. Ad bonum ergo non nisi post tentationum experimenta venitur.

Vbi supra.

g *Ietebatha.* Hieronymvs. Bonitas quę est Christus. vt cum venerimus ad perfectum virum sacerdotalem gradum & ætatem plenitudinis Christi, in qua Ezechiel erat iuxta fluuium Chobar, possumus cum Dauid in xxx. psalmo canere: *Domine in te speraui non confundar in æternum. Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus suis.*

Vbi supra. 30. manſio. Ezechi. 1. a. Ioh. 10. b.

h *Hebrona.* Hieronymvs. Transitus id est mundus. *Præterit enim figura huius mundi*, in quem venientes sancti cupiunt ad meliora transire. Ad hanc mansionem venit verus Hebræus, id est transitor, qui dicere potest: *Transiens, videbo visionem hanc magnam.* vnde: *Et non dixerunt qui præteribant, benedictio domini super vos.*

Vbi supra. 31. manſio. 1. Cor. 7. f. Exo. 3. a. Psal. 128. a.

Origē. Inde applicuerunt in Hebrona, quod est transitus. Transeunda enim sunt omnia, quod etiam si ad bona venias, oportet te ad meliora transire, vsquequò ad illud bonum venias, in quo semper debeas permanere.

Vbi supra.

i *In Asiongaber.* Hiero. Asiongaber ligna viri. Quæ s. saltuū & omniū arborum genera, possunt multitudinem gentium figurare. Hucusque solitudo Pharan xviij. continet mansiones, quæ descriptæ in catalogo in superiori itinere non ponuntur.

Ad fab. de 42. mans. 32. manſio.

Origē. post hęc venitur ad Asiōgaber, q̄ interpretatur cōsilia viri. Si qs desiit puer esse sensibus, peruenit ad cōsilia viri sicut ille q̄ dicebat: *Quādo autē factus sum vir, euacuaui quæ erāt parvuli.* Sūt ergo magna cōsilia viri. vnde: *Aqua alta consiliū in corde viri.*

Homil. 27. 1. Cor. 13. d. Prouer. 20. a.

k *In desertum &c.* Hieronymvs. Quæritur cur octaua scilicet mansio xxxiij. dicatur. Sed sciendū quod prior scribitur per Samech literam, & interpretatur rubus vel odium. Hæc autem per Sade, & interpretatur mādatū. Cades nō (vt plerq; æstimāt) sancta dicitur, sed mutata vel transiata. vnde in Gen. Hiras inter-

Vbi supra. 33. manſio. Quæstio. Gene. 38. a.

☞ rogat se-

F

☞ rogat secundum Hebraicam veritatem, vbi est Gadesa i. scortū, A cuius habitus à cæteris fœminis mutatus est. Sin autem sancta interpretatur per antiphrasin, sicut parcæ dicuntur, quia minimè parcunt: & bellum, quia non est bonum: & lucus quia non lucet. In hac enim mansione moritur Maria, & sepelitur, & propter aquas contradictionis Moyses & Aaron offendunt dominum, & prohibentur transire Iordanē. Missisque nuntiis ad Edom transitus petitur & negatur. Quis timeret post tantos profect⁹ murmur populi, & offensam magistrorū, & viæ transitus denegatos? Et nota quod post mortem prophetiæ & aquas contradictionis Idumæum carneum ætque terrenū transire non possunt. Sed egreditur Edom adB uersus eos in populo multo, & in forti manu. Interpretatio quoque nominis, morti, & offensæ, & negato transitui conuenit: vbi enim mandatum, ibi peccatum: vbi peccatum, ibi offensa: vbi offensa, ibi mors. De hac mansione dicitur: *Commouebit dominus desertum Cades.*

supra 20. d. Tsupra 20. d. Rom. 5. b.

Vbi supra. Origē. Hinc iterum Sin, id est tentatio, quia nec aliter expedit hoc iter agere. Aurifex enim vas necessarium facere volēs frequenter admouet igni, subdit malleis, rasoriis perstringit, vt purgatius fiat, & ad speciem quam prospicit artifex, perueniat.

Vbi supra.

Vbi suprà. Origē. Post hæc venerunt ad Pharan Cades, quod est fructificatio sancta. Vides quò venitur, vides quia post tentationis sulcos fructificatio sancta subsequitur. *Hor.* Hieronym. Quidam interpretantur lumen, nec errarent si per Aleph literam scriberetur: alij pellem, qui verum dicerent si ibi esset Ain. Nonnulli foramen, quod posset accipi si Heth haberet elementum. Cùm autem legātur per He, magis mons intelligitur. Et legi potest: Ascendit Aaron sacerdos in montis montem, id est in verticem eius. Et nota. Non in monte simpliciter, sed in montis monte moritur pontifex, vt dignus locus meritis illius monstraretur. Alius enim in valle, alius in campis, alius moritur in monte, alius in monte montis.

Vbi supra. 34. manſio. supra 20. d.

Inde applicatur in monte Hor, quod interpretatur montanus. Venit enim ad montem Dei, vt fiat mons vber, mons coagulatus. Vel ab eo quòd semper in monte Dei habitet, dicatur montanus.

a *Aaron sacerdos in, &c.* Isidorvs. Eodem anno mortuus est Aaron, quo nouus populus terram promissionis intraturus erat. Et quanquam in monte Eleazaro sacerdotium dereliquerit: & lex eos qui eam impleuerint, perducat ad summum: tamē ipsa sublimitas non est trans fluenta Iordanis, sed in extremis terrenorum operum finibus. Et plangit eum populus xxx. diebus. Aaron plangitur, Iesus non plangitur. In lege descensus adC inferos: in euangelio ad paradisum ascensio.

supra 21. a.

b *Audiuitq.* Isidorvs. Audiuit quoque Chananæus, quod venisset Israël & in loco exploratorum vbi quondam populum offendisse nouerat, inijt prælium & captiuum duxit Israël. Rursum in eodem loco expugnatur, ex voto victor vincitur, superat victi. Per quod intelligimus: vt cùm nos auxilio Dei destitutos hostes capti uauerint, non desperemus salutem, sed iterum pugnemus. Potest fieri vt vincamus, vbi victi sumus. Appellaturq; nomen loci illius Horma, id est anathema.

Vbi suprà. 35. manſio supra 21. b.

c *In Salmona.* Hieronym. Castrametati sunt in Salmona, deinde in Phunon. Hæ duæ mansiones xxxv. & xxxvj. in ordine historiæ non habentur, sed scriptum est pro eis: *Egressi de monte Hor per viam maris rubri, vt circumirent terram Edom.* Ex quo ostenditur in finibus & in circuitu terræ Edom eas positas. Nec de more legitur: profecti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona vel in Phunon. Sed post ambitum terræ Idumæorū venit ad extremum & ait: *Profecti filij Israël castrametati sunt in Oboth.* Nec dixit, profecti sunt de illo loco in illum locum, quia

supra 21. c.

Origen. Sequitur post hæc mansio Salmona, quod interpretatur vmbra portionis. Hæc puto est vmbra, de qua dicitur: *Spiritus vultus nostri Christus dominus, cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus.* Illa quoque vmbra similis est huic de qua dicitur: *Spiritus domini obumbrabit tibi.* Vmbra ergo portionis nostræ quæ nobis opacitatem præstat ab omni æstu tētationū. Christus est & spiritussanctus.

Vbi supra. Tre. 4. d. Lu. 1. d.

Hieron. Salmona imaguncula, quia ibi expressa est imago saluatoris per serpentem æneum qui in ligno pependit. E

Vbi supra. d *Phunon.* Os, quia cùm passionem filij Dei cognoscimus, quod corde credimus, ore pronuntiamus, secundum illud: *Corde creditur ad iustitiam, &c.* 36. manſio. Rom. 10. b.

Origē. Hinc venitur ad Phunon quod putamus esse oris parcimoniam, qui enim potuerit mysterium Christi & spiritussancti intueri, & viderit vel audierit quæ nō licet homini loquinecessariò habebit oris parcimoniam, sciens quibus, quando, vel qu⁹modo de mysteriis diuinis oporteat loqui.

Vbi supra. 2. Cor. 12. b.

e *Oboth.* Magi vel phytones, quia post imaginem Dei quæ in corde ratione mōstratur, & confessionem fidei quæ ore profertur, consurgunt serpentes, & maleficæ artes ad bella nos prouocant. Sed omni custodia seruantes cor nostrum, obturemus aures nostras ne audiamus voces incantantiū & carmina sirenarū.

37. manſio. Prou. 4. d.

Origen. Post hoc venitur in Oboth. Cuius nominis quā- Vbi suprà. uis non inuenerimus interpretationem, non dubitamus sicut in cæteris, & in hoc consequentiam profectuum conseruari.

f *Ieabarim.* ✲ Ambrosivs. Ieabarim acerum lapidū transeuntium sonat, quod est Ecclesia iustorum. Lapides enim transeuntes iusti sunt. Hi namque propter eorum firmitatem lapides appellantur, de quibus Petrus: Iustis verò firmitas attribuitur, quia nec fluctuent, nec circunferantur omni vento doctrinæ. Transeuntes etiam dicuntur, quia secundum Apostolum confitentur, quod hospites & aduenæ sint. Denique ecclesia meritò aceruus lapidum dicitur, quia ipsa est columna & firmamentum veritatis.

Vbi supra. Ecclē. 11. a.

g *In finibus.* Significat secundum literam, quod hucusque fuerunt in finibus Idumæorū, & nunc veniunt ad terminos Moab.

Origen. Sequitur post hæc mansio Gai. Chaos: Appropriat enim per hos profectus ad sinum Abrahæ qui ait: *Inter nos & vos magnum chaos firmatum est*, vt cum Lazaro requiescat.

Vbi supra. 38. manſio. Luc. 16 g.

h *In Dibongad.* Hiero. Dibongad xxxix. manſio. Pro hac in ordine historiæ legitur, quia postquam castrametati sunt in Ieabarim in finibus Moab contra ortum solis, inde profecti sunt & deuenerunt ad torrentem Zared, & inde proficiscentes castrametati sunt trans Arnō, quæ est in solitudine finium Amorrhæi, eò quòd Arnon in terminis sit Moabitarum & Amorrhæorum, post Dibongad bellum geritur contra Sehon regem Amorrhęorum & Og regem Basan. Vnde discimus quia cum venerimus ad summum, non superbiamus, sed econtrario solitudinem nobis propositam nouerimus.

Vbi supra. 39. manſio. F

Orig. Inde venitur iterum ad Dibongad, quod interpretatur apiarium tentationum. O mira prouidentiæ cautela diuinæ! Iam viator cælestis summæ profectioni proximus sit succensione virtutum, & tamen ei tentamenta non desunt, sed noui generis audio tentamenta. Apis laudabile animal in scripturis est, cuius laboribus & reges & mediocres ad sanitatē vtuntur, quod rectè de verbis prophetarum & apostolorum, & omnium qui sacra volumina scripserunt, accipitur. Et hoc esse apiarium omnem numerum scilicet diuinarum scripturarum puto. Est

Vbi supra. Apis.

☞ ergo

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Egressique de Cades. *Hic describuntur mansiones a Cades usque ad Iordanem exclusiue, & sunt nouem mansiones.*

2 Castrametati sunt. *Ista est prima post egressum de Cades.*

✲ 1 Ascendit-

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Ascenditque Aaron, &c. *Et ibi mortuus est sicut dictum fuit supra xx. cap. Dicunt tamen aliqui ipsum mortuum fuisse in Moseroth, sicut dictum fuit ibidem.*

2 Audiuitque Chananæus. *Scilicet mortē Aaron & aduentū filiorum Israël, & ex morte Aarō quæ accideret, fuit audacior ad inuadēdum filios Israël: quia credebat diuinū adiutorium ab eis elōgatum, eò quod Aarō qui orabat pro populo, & offerebat sacrificia, mortuus erat.*

3 Venerunt in Ieabarim quæ. *In Hebræo habetur:* בעיי העברים in ijehaabarim. *i. in solitudines Abarim, est enim Abarim nomen*

Universidad de Deusto
Biblioteca

erco his qui ad perfectionem tendunt, etiam in hoc apiario tentationem, cùm dicitur: *Vide ne*
A ttitio. Videolin hoc apiario tentationem, cùm dicitur: *Vide ne*
Deuter.4.a. & 17.a. Exo.22.d. Iohā.8.c. Matt.13.b. *aspicens solem & lunam, adores ea quæ sequestrauit dominus Deus tuus gentibus.* Et alibi: *Deos non maledices.* Et in nouo testamento: *Quid me vultis occidere hominem, qui veritatem locutus sum vobis?* Et alibi: *Propterea in parabolis loquar eis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, &c.* Apostolus quoque ait: *In quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium*, & multa huiusmodi tentamenta in diuino apiario inueniesad quæ necesse est venire per hæc quàm perfectè & piè de Deo sentiat, cognoscatur.

a *Helmondeblathaim.* Quod interpretatur contemptus palatorū, vel opprobriorū: vt intelligamus omnia dulcia & illecebras voluptatum in hoc seculo contemnendas, & opprobria diligenda. Quæ si falsò obiiciantur, beatitudinem pariunt. Mel non offerbitur in sacrificiis Dei, & cera quæ dulcia continet, in tabernaculo non lucet, sed oleum purissimum quod de oliua profertur amaritudine: *Mel enim distillat de labijs meretricis*, de quo puto mysticè gustasse Ionathan, vix populi precibus libertatum.

Leuit.2.c. Exo.27.d. Prou.5.c. 1.Reg.14.d.

ORIGENES. Post hæc venitur in Helmondeblathaim, quod interpretatur contemptus ficuum, id est vbi contemnantur penitus terrena. Nisi enim contempta fuerint quæ delectare videntur in terris, ad cælestia transiri non possumus.

B

Vbi supra. ✠ AMBROSIVS. Helmondeblathaim, contemptus ficuum. Ficus namque dulcedinem ostendunt. Vnde Hieremias vidit ficus bonas valde. Et saluator noster esuriens, scribarum Pharisæorumque amaritudines deserēs, accessit ad arborem fici, vt saltem in plebe aliquam inueniret dulcedinem, & cum non inuenisset nisi folia tantum, maledixit ei. Contemptus ergo terrenarū delectationum ad cœlum properanti necessarius est.

41.mansio. b *Venerunt ad montem Abarim contra Nabo, &c.* Quadragesimaprima mansio vertitur in montes transeuntium, & est contra faciem montis Nabo.

Sequitur mansio Abarim, quod est transitus, contra Naban, quod est absessio. Vbi enim per has omnes virtutes anima transierit, & ad summum perfectionis ascenderit, transiriam de seculo, & absessit sicut Enoch, qui non inuenichatur, quia transtulit illum Deus. Quòd si videatur adhuc in seculo esse, & in carne habitare, tamē non inuenitur in vllo seculari actu, quia transtulit illum Deus in regionem virtutum.

Gen.5.c.

Vbi supra. HIERONYMVS. Hic moritur Moyses, terra promissionis antè conspecta. Nabo interpretatur conclusio, in qua finitur lex, & non inuenitur eius memoria, sed gratia euangelij sine fine perseuerat. Et notandum, quòd mansio transeuntium in montibus sita est, & adhuc profectu indiget. Post montana enim ad campestria Moab & Iordanis fluenta descēdimus, qui interpretatur descensio. Nihil enim tam periculosum quàm gloriæ cupiditas & iactantia, & animus conscientia virtutum tumidus.

C

Vbi supra. 41. mansio. Epilogus gestorum 42. mansionis. Supra 24.a Supra 25.b Supra 16.a c *Ad campestria Moab.* HIERON. In quadragesimā secunda mansione quæ extrema est, residēs populus benedicitur à Balaā, & maledictio mutatur in laudes, fornicatur cum filiabus Madiā: & Phinees fornicantes pugione transfigit: Numeratur rursus populus, numerantur & Leuitæ, vt interfectis pessimis, nouus Dei populus censeatur. Filiæ Salphaat hæreditatem iudicio domini accipiūt inter fratres, nec fœmineus sexus à possessione domini excluditur. Iesus Moysi in monte succedit, & discit à lege quæ spiritaliter debeat offerre in ecclesia, quid per singulos dies, quid in sabbatho, quid in calendis, quid in paschā, quid in pentecoste, quid in neomenia mensis septimi, quid in ieiunio eiusdem mensis die decimo, quid in scenophegia quando figuntur tabernacula. Quintodecimo die mensis eiusdem, vxorum & filiorum vota sine auctoritate & patrum & virorum, cassa memorantur. Bellum contra Madianitas, mors Balaam, prædæ diuisio, & oblatio ea in tabernaculo

D

Suprà 28.& 29.

Dei. Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse circa Iordanem in eremo possessionem accipiunt. Plurima enim habebant iumenta, nec adhuc poterant habitare in templo: Docetur populus vt in terra sancta idola destruat, & nullus de prioribus habitatoribus seruetur. Describitur olim cupita prouincia, & duarum & semis tribuum hæreditas separatur, numerantur tribuum principes qui terram sanctam intrare debeant: quadragintaduas vrbes cum suburbanis suis vsque ad mille passus per circumitum Leuitæ accipiunt, quot sunt scilicet mansiones. Adduntur sex vrbes fugitiuorum, tres intra Iordanem, & tres vltrà: vt sint quadragintaocto, qui fugitiuorum suscipi, qui interfici debeant, & vsque ad mortem summi pontificis reseruari. Succedit Deuteronomium, secunda lex meditatorium euangelij. Ibi breuiter discimus quæ inter Pharan & Thophel & Laban & Haseroth & loca aurea, abiecto Iuda infelicissimo xj. diebus in via de Choreb per viam montis Seir vsque Cadesbarne Moyses populo sit locutus: Et extremum canat canticum in quo synagoga proijcitur, & ecclesia domino copulatur. *Impinguatus est & incrassatus ac dilatatus & recalcitrauit dilectus, & oblitus est Dei saluatoris sui, &c.* Benedicuntur filij Israël, & rursus in Simone Iudas miserandus excluditur. Ascendit Moyses ad montem Nabo in vertice Phasga, qui est contra Iericho, & ostendit ei dominus omnem terram Galaad vsque ad Dan, & Nephtali, Ephraim, & Manassen, & vniuersam terram Iuda vsque ad mare magnum contra austrum, & regionem campestrem Ierichontis ciuitatis palmarum vsque Phegor. Quis potest tanta mysteria nosse? Quis in extremis legis & huius vitæ finibus constitutus non intelligit semper sibi esse pugnandum, & tunc plenam victoriam dari, si fuerit in campestribus Abelsatim, quod interpretatur luctus spinarum, & fleuerit antiqua peccata, & spinas quæ suffocauerunt sementem verbi Dei de quibus dicitur: *Versatus sum in miseria, dum mihi configitur spina.*

Suprà 30.a Suprà 31.a Suprà 32.a Deut.1.a. Deut.32.a. Ibidem a. E Deut.33.a. Deut.34.a. Matt.13.a. Psal.31.a.

ORIGEN. Vltima mansio est ab occidente Moab iuxta Iordanem. Hic enim cursus propterea agitur, vt perueniatur ad flumen Dei, sapientiæ scilicet & scientiæ, vt purificati terram promissionis intremus. In literario ludo vbi pueri elementa suscipiunt, alij dicuntur abecedarij, alij syllabarij, alij nominarij, alij calculatores. Et cùm audierimus hæc omnia, puerorum profectus agnoscimus. Similiter in liberalibus studijs, cùm locum recitare vel locutionem vel laudem, vel alias per ordinem materias audierimus ex materiæ nomine profectū adolescentis aduertimus. Per hæc ergo locorum quasi materiarum nomina in diuinis eruditionibus profectus indicantur. Et sicut illi in singulis immorantes quasi mansiones faciunt, & de vna ad aliam tendunt, ita hic mansionum nomina & profectiones ab vna vsq; ad

Vbi supra. Nota de studio literatorio. F

aliam

aliam profectum mentis indicant & incrementa virtutum.

A a *Transieritis Iordanem.* i. cùm baptizati fueritis; quasi cum deposito veteri homine cum actibus suis, indueritis nouum, qui renouatur in agnitione dei.

b *Disperdite cunctos.* Cùm terram sanctam repromissionis per fidem ingredimur, simul cū idololatria etiam omnia vitia extinguamus.

Col.3.b.

c *Habitatores.* Malignos spiritus, phātasmata vitiorum cum suggestionibus suis vnde: *Beatus qui tenebit: & allidet paruulos suos ad petram.*

Psal.136.b.

B

d *Ego enim dedi vobis.* ✠ PROCOPIVS. Tibi enim dabo eam ad Abrahamū inquit, & semini tuo. Itaque propter patriarcham Deo non indignum est minimè bonis etiā antè visis, terram tribuere, euidenti scilicet demonstratione, quod sancti terram futurā capturi sunt.

† angustijs afficient vos

C

a ¶ Possessionem virtutum.

a Quādo transieritis Iordanem intrantes terram Chānaā, dis- 1
b ¶ Mentis. ¶ Alij titulos vel idola.
c perdite cunctos habitatores regionis illius, confringite † vi- 2
a ¶ Superbi am carnis.
tulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate, 3 4
a ¶ Carnalem animam a squalore vitiorum.
d mundantes terram, & habitantes in ea. Ego enim dedi vo-
e bis illam in possessionē, quā diuidetis vobis sorte. Pluribus 5
dabitis latiorē, & paucis angustiorem. Singulis vt sors cecide
rit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias possessio di-
a ¶ Malignos spiritus & vitia. b ¶ Mentis vel carnis.
uidetur. Sinautem nolueritis interficere habitatores terræ b
a ¶ Conscientiæ punctiones.
qui remanserint erunt vobis quasi clāui in oculis, & laceæ in 6
a ¶ Interitum scilicet hostium, non solatium amicorum.
lateribus, & † aduersabuntur vobis in terra habitationis ve-
strę, & quicquid illis facerē cogitaueram, vobis faciam. 7 8

c *Pluribus dabitis latio.* Quia qui habent copiā virtutum, latitudinem sperant præmiorum. Qui autem paucitate virtutum contenti sunt. secundum meritum suum retributionē percipiunt, vnde: *Qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus de bene, &c.*

D

2.Cor. 9. b.

e *Pluribus dabitis latio.* Quia qui habent copiā virtutum, latitudinem sperant præmiorum. Qui autem paucitate virtutum contenti sunt. secundum meritum suum retributionē percipiunt, vnde: *Qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus de bene, &c.*

f *Per tribus & familias.* ✠ PROCOPIVS. Nō promiscuè, adeò † delubra vt quàm maximè obseruātur ordo, ac quæ vis tribus suam certā nanciscatur sedem. Grauiter autē cōminatur illis, si humanitati iure diuino post habito quosdam seruent. Sanctum enim minimè cum polluto seu profano conuenit. Porrò quibus aliquis applaudit cōtra Dei voluntatem, ijsdem quoq; in manus traditur. Quemadmodum imperatori Iudæi, cū eum regē præ Christo seruatore elegissent. Sub Romanis em captiui perierūt.

E F

corum, vbi dijs suis orationes faciebant

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Disperdite cunctos habitatores regionis illius. *Intātū enim multiplicatæ erant iniquitates eorū, quod sententia mortis erat a deo data super eos, secundū quod prædictum fuerat Abraham, Genesis xv. d. nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum. q. d. quando implebuntur tunc occidentur, & filij tui possidebunt terram.*

2 Confrigite titu. *id est aras.*

3 Et statuas comminu. *id est idola, quæ erant super altaria.*

4 Atque omnia excelsa. *quia in montibus altis fiebant ædificia, & plantabantur arbores ad idololatriam exercendā, & omnia talia præcipiuntur destrui, vt tolleretur idololatria & memoria eius de terra illa, quæ erat deputata cultoribus vnius veri dei.*

5 Quam diuidetis vobis sorte &c. *hoc est expositum suprà xxvj. Si autem nolueritis. Sequitur:*

6 Erunt &c. *id est mortales aduersarij.*

7 Et quicquid &c. *mortem inferendo.*

8 Vobis faciam. *eò quod nolueritis exequi iustitiam meam.*

✠ CAP.

CAP. XXXIIII.

Hom. prima in Numeros. Quis dignè fit numerari.

LOcutusque est dominus &c. ORIG. Diuinis numeris nō omnes digni sunt, sed certis prærogatiuis designātur, q intra numerū dei comprehendūtur. Vnde in hoc libro neq; mulieres nominātur pro fœminea, s. infirmitate, neq; seruj vita & moribus degeneres, nec Ægyptij, qui populo dei erāt admisti, quia alienigenæ & barbari, sed soli Israëlitæ. Neq; illi omnes, sed a xx. annis & suprà. Nec sola ætatis habet obseruatio, sed quæritur si habeāt robur aptū bello. Præcipitur eīm vt numeretur omnis qui, pcedit in virtute. Puerilis ætas nō numerat, nisi fortè primogeniti sint, aut de sacerdotali, aut Leuitica stirpe descēdāt. Si hæc ad literam considerentur, quis dabitur profectus his qui sacris voluminibus gestiūt erudiri? Docet autem præsens lectio, quid sit transcendere pueriliē insipientiā. Si enim desiero paruulus esse sensibus, & vir effectus deposuero quæ sunt paruuli, & effectus iuuenis vincam malignū, procedā in virtute Israël, & dignus diuinis numeris cōputabor. Dum verò inest alicui nostrū puerilis vel lubricus sensus, vel fœminea & resoluta segnicies, dum Ægyptios & barbaros gerimus mores, in sacrato numero esse non meremur. Innumeri enim sunt qui percunt, numerati autem qui saluantur. vnde: *Qui numerat multitudinem stellarum &c.* Christus etiam capillos discipulorum dicit esse numeratos, capillos scilicet illius capitis qui in Nazaræis erant. Quibus inerat

Psal.146.a Matth.10.d. Suprà 6.c. Iudic.15. Moraliter.

CAP. XXXIIII.

1 virtus spiritus sancti ad prosternēdos alienigenas virtutes scilicet animi, & multitudinē sensuum, qui de principali mentis, tāquam de capite apostolorum procedebant.

2 LOCVTVSQVE est dominus ad Moysen dicēs: Præcipe filiis Israel, & dices ad eos: Cū ingressi fueritis terrā Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur. Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, & habebit terminos contra orientem mare salsissimum,

Locutus est ergo dominus ad Moysen in deserto Sina: Illa scilicet quæ superius breuiter comprehendimus: vbi præcipitur numerari à viginti annis & suprà, omnis qui procedit in virtute Israël &cæ. Si quis ergo procedit in virtute, ille numeratur. Nec in qualicunque virtute vel Ægyptiorū vel Assyriorum vel Græcorum, sed in virtute Israël, quæ à deo per scripturas docetur, & per fidē apostolicam & euangelicam traditur.

ORIG. Ratio quoq; tribuū, distinctio ordinū, societas familiarum,

Vbi suprà. Tropolog.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXIIII.

LOcutus est dominus. *Hic describitur terra promissionis limitatio. Cuius vna ratio fuit: quia aliqua erāt præcepta in lege quæ obligabant tantum in terra illa: & aliqua etiā quæ nō poterant fieri extra. sicut ædificatio templi & oblatio sacrificij, & ideo debuērūt limites huius terræ determinari. & primò determinatur terminus partis meridionalis, cùm dicitur:* Pars meridiana incipiet &c.

Mare mortuum innauigabile & piscium expers.

2 Et ha. &c. *mare sal. i. mare mortuum, q. est ita spissum & salsum, quòd non est nauigabile, neq; pisces possunt ibi viuere, vt dicit Philosophus. Methеororū. Iste est locus vbi quinque ciuitates fuerunt subuersæ, vt habetur Gen. xix. & in illo loco descendit Iordanis fluuius. Illud igitur mare erat in angulo cōiungente partem orientalem terræ promissionis*

✠ & meri

NICOLAVS DE LYRA.

montis iuxta quem sunt solitudines, in quibus fuerunt tentoria ix.

1 Supra Iordanem contra Iericho. *Ita quod Iordanis fluuius erat inter exercitum filiorum Israël & Iericho, quæ est ciuitas terræ promissionis.*

2 Ibique castrametati sunt de Betsi. vsque ad Abelsatim. *In hoc ostenditur quantum spatium tenebat exercitus scilicet de vno istorum locorum vsque ad alium. Dicit autem Rab. Sal. quòd sunt ibi xxj. miliaria: Sed non est verisimile, quod exercitus tantum spatium occuparet, maximè quia castra erant situata in quadro circa tabernaculum. vt dictum fuit suprà iij. cap.*

Mansionum numerus.

3 Vbi locutus est, &c. *Illa quæ sequuntur in isto libro sunt in Deuteron. quantum ad magnam partem. In Deutero. enim multa replicantur quæ fuerant antea sibi dicta à domino. Sciendum autem, quod predictæ mansiones in vniuerso fuerunt xlij. quarum filij Israel fecerunt xiiij. primo anno egressionis sua de Ægypto, & in principio secundi anni scilicet vsque ad locum vnde missi fuerunt exploratores. Item octo fecerunt quadragesimo anno scilicet à monte Hor exclusiue vsque ad Iordanem. Et sic patet quod tempore intermedio quod fuit fere xxxviij. annorum: filij Israël fecerunt tantum viginti mansiones. Ex quo patet, quod licet dictum fuerit suprà xiij. cap. quòd filij Israël essent vagi per desertum toto illo tempore, non tamen sic est intelligendum, quod essent quasi sic in continuo motu de loco ad locum, sed aliquando in vno loco diu manserunt. quia tandiu manebāt in vno loco, quandiu nubes stabat super tabernaculum.*

Diuisio.

4 Præcipe filijs Israël. *Suprà descriptus est status populi in itinere procedentis, hic consequenter describitur status eius ad terminum accedentis, vbi primò præcipitur idololatria destruētio: secundò describitur terra promissionis limitatio, ibi:* Locutusque est. *Tertiò terra limitata distributio, ibi:* Præcepitque Moyses. *Circa primum dicitur:* Præcipe filijs Israël. *autoritate mea, vt sint ad hoc firmiter obligati.* Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan, &c.

✠ 1 Disper-

MORALITER.

✝ *Locutus est dominus.* In hoc ca. describuntur termini terræ promissionis secundum quatuor partes orbis, quæ sunt oriens, occidens, aquilo, meridies. Per terram verò promissionis significatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

☞ liarum, ordinatio castrorum, ingentia prodit sacramenta. Certa
A expectatio est nobis resurrectionis mortuorum, cū hi qui viuūt, qui
1. Thes. 4.d. relicti sunt, nō præuenient in aduētu Christi eos qui dormierūt.
Sed cū illis rapientur in nubibus obuiam Christo in aëra, siue
omnes in aëre (sicut Paulus dicit) permāsuri, siue etiam aliqui ad
paradisū, aut ad alia quælibet ex multis mansionib⁹ quę apud
Joh. 14.a. patrē sunt) loca transferēdi. Diuersitas autem translationis &
1. Cor. 15.c. gloria secundū merita cuiq; præstabitur. *Et erit vnusquisque in ordine suo.* Vnusquisque ergo in resurrectióe, aut in tribu Ruben ascribetur, quia in moribus, vel in actibus, vel in vita, ipsi Rubē aliquid simile & consanguineum habuit. Alius in tribu Simeon, forsitan pro abundantia. Alius in tribu Leui, qui s. bene præfuit sacerdotio, vel
1. Tim. 3.c. bene ministrās, geadū sibi bonum acquisiuit. Alius in tribu Iuda qui regio spiritu populum suum, sensus scilicet mentis & cogitationes cordis bene rexit. Singulis quoq; tribubus sociabitur, qui eis aliquid cognatū, vel in actibus vel in moribⁿ habuit. Illud etiam quòd socia connexione tribuum, castrorum positio, & metationis ordo describitur, pertinet ad aliquem statum in resurrectione mortuorum. Quòd tres ad oriētē dicuntur esse tribus, tres ad occidentem, tres ad mare, & tres vltimæ ad aquilonem, (qui durus dicitur ventus) & quòd tribus Iuda quæ regalis
C est, ad orientem statuitur, de qua ortus est dominus noster, non puto otiosum. Et quòd Issachar huic iungitur, & Zabulon, & qđ in quatuor partes trinus iste numerus ordinatur. Quæ quamuis positionum suarum diuersas habeant qualitates, omnes tamē in trinitatis numero continentur, quia sub vno numero patris & filij & spiritussancti censentur omnes, qui ex quatuor orbis partibus
Matt. 8. b. veniētes inuocant nomen domini recumbentes cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno dei. Ego autem imparem me iudico ad enarranda numerorum mysteria. Sed festinandū nobis est ad verum Iesum, prius tamen pædagogo Moyse vtentes, & apud eū multa rudimenta infantiæ deponentes, tendamus ad perfectionem Christi. Moyses enim non multa bella compressit: Iesus omnia bella compescuit, pacem omnibus dedit.

Consideradum etiam quòd egressus de Ægypto populus non D
statim numeratur. Adhuc enim persequebatur Pharao. Nec cum
mare rubrum transiens venit in desertum, nōdū enim fuerat tentatus, nondum ab hoste impugnatus. Confligit aduersum Amalec & vincit, nec adhuc numeratur. non enim sufficit ad perfectionem tendenti vna victoria. Māna accepit & aquam de petra, nec tūc numeratur, nondū in his quæ numeris apta sunt, adoleuerat. Tabernaculum cōstruitur, lex per Moysen datur, sacrificiorum & purificationum ritus docetur, sanctificationum leges & sacramenta condūtur, & tunc ad numerum ex ꝓcepto dei populus adducitur. Vide quanta tibi transeunda sunt, quā ta tolerāda, quot ꝓfectionibus, quot tentationib⁹, quot prælijs pugnandū & vincendū, vt possis pertine-
E re ad diuinum numerum, & inter sanctas tribus numorari, & visitari possis, & per dei sacerdotes Aaron & Moysen numerorum censibus ascribi. Suscipienda est lex dei, offerenda sacrificia, explendæ purificationes, & cuncta peragenda quæ lex spiritus docet, vt possit ad Israëliticum numerum pertinere.

Exod. 17.c
Exod 19.a.
Exod. 17.b.

a qui circumibunt austrálem plagā per ascēsum scorpionis, ita 1
vt transeant in Senna, & perueniant ad meridiem vsque ad
¶ Vel Vnde.
Cadesbarne. Inde egredietur cōfinia ad villā nomine Adar, 2
& tēdēt vsq; Asemona: Ibitq; per gyrū terminⁿ ab Asemona 3
vsq; ad torrētē Ægypti, & maris magni littore finietur. Plaga 4
a ¶ Id est a mari vsque ad mare, a torrente s. Riuocorula qui mari influit, vsque Emath vrbem syriæ.
aūt occidētalis à mari magno incipiet, & ipsō fine claudetur.
b Porrò ad septētrionalem plagam à mari magno termini in 5
cipient peruenientes vsque ad mōtē altissimum, à quo ve- 6
nient in Emath vsq; ad terminos Sedada, ibūtq; cōfinia vsq; 7
c a ¶ Vade hodie Zepheum oppidum Ciliciæ vocant. b ¶ Hebraice Aferen, quod interpretatur atrium fontis. & est terminus Damasci.
ad Zephrōna & villā Enān. Hi erūt termini in parte aquilo- 8
nis: Inde metabūtur fines contra orientalē plagā, de villa E- 9
nā vsq; ad Sephama, & de Sephama descēdēt termini in Reblatha cōtra fontē Daphnim. Inde pueniēt cōtra orientē ad

Iosue 15.c.

Vbi supra.

a *Hæc erit terra, &c.* ORIGEN. In priori diuisione trans Iordanem per Moysen duabus tribubus Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse terra diuisa est. Intra Iordanem per Iosue filium Nun & Eleazarum filium Aaron: Iudas possedit ab austro: Ephraim & dimidia tribus Manasse ab aquilone. Postea vero de Sylo missis exploratorib⁹ per singulas tribus, & descriptione terræ allata ad Iosue & Eleazarum, Beniamin iuxta Iudam & Ephraim & dimidiam tribū Manasse, ab austro secundum sortem, possessionē accepit. Secunda tribus Simeon in
B tribu Iuda, vt impleretur quod scriptum est de Leui & Simeon. Diuidam eos in Iacob, & dispersam in Israël. Tertia Zabulō Galilæam accepit, in qua est mons Thabor. Quarta Issachar, vbi est Iezrael vsque ad Iordanem. Quinta Aser vsque ad mōtem Carmelum, qui imminet mari magno, Tirumque & Sidonem. Sexta Nephthali in Galilæa vsque ad Iordanem, vbi est Tyberias, quæ olim appellabatur Cenereth. Septima à Dan vsq; Iopen, ibi sunt turres Achilaon, & Zeledi, & Emaus, quæ nunc dicitur Nicopolis: licet postea legerimus, quòd ceperint sibi transcensis aliis tribus vrbem Iasen in tribu Dan, quæ hodie dicitur Paneas. *Vmbra enim sunt hæc futurorum bonorum*, & omnis hæreditas terræ illius quę in Iudea, terra sancta & terra bona dicitur. Omnis in Iudæa locus, mons, ciuitas, & vicus, certis nominibus designatur: quibus scilicet aut Chananæi in locis suis, aut Pherezæi, Amorrhæi, Heuæi, Hethæi, vel Hebræi nominauerunt. Forsitan ergo secundum Paulum, qui vmbram cælestium dicit esse terrena in cælestibus regionibus sunt differentiæ locorum. In cælis autem euidenter Ierusalem ciuitas & mons Sion ab Apostolo esse dicitur. Consequens ergo est esse ibi ciuitates circa terrenam Ierusalem sitas, & vicos, & regiones, in quibus populus Dei & verus Israël, per verum Iesum locandus est, & hæreditatem sortis distribu-
C

Heb. 10.a.

Idem Hom. 28. in numeros.

Heb. 8.a.

Heb. 12.c.

a ¶ Stagnum Tyberiadis: quæliber enim congregationes aquarum appellantur maris.
¶ Mortuo vel lingua maris rubris in cuius littore Achila posita est.
mare Cenereth, & tendent vsque ad Iordanem, & ad vlti- 12
mum salsissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per 1
fines suos in circumitu. Præcepitq; Moyses filiis Israël di- 3
a cens: Hæc erit terra, quam possidebitis sorte, & quam iussit 4
dominus dari nouē tribubus & dimidiæ tribui. Tribus enim 5
filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorū Gad iuxta 6
cognationum numerum. Media quoque tribus Manasse, id est duæ semis tribus acceperunt partem suam trans Iordanē contra Iericho ad orientalem plagam. Et ait dominus ad Moysen: Hæc sunt nomina virorum, qui terram vobis diuidēt. Eleazar sacerdos & Iosue filius Nun, & singuli princi- 8
pes de singulis tribubus, quorū ista sunt vocabula: De tribu 9
Iuda, Caleb filius Iephone. De tribu Simeō, Samuel filiⁿ Am-

Iosue 13.b.
Diuisio tribuū per terram promissionis.

Gen. 49.b.

gregantur.

ORIGEN. Videtur quoque quibusdam, quòd singulorū quoque syderum positio & situs, dici ciuitas vel haberi possit in cœlo. quod ego definire non audeo. Video enim omnem creaturam in spe quidem propter eum qui subiecit esse subiectam, expectare tamen libertatem redemptione filiorum Dei sine dubio præclarius aliquid & sublimius operiri. Qui ergo exemplari & vmbræ cælestium in lege deseruiunt, & nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem secūdum merita conuersationem habebunt in cælis, in illa vel in illa parte. Sed sicut multa est differentia in terris habitare s. in locis fœcundis & copiosis, vbi aëris temperies, liberalia instituta, aut in locis infœcundis æstu torridis, aut frigore geluque torpentibus, vbi nullæ leges, & inanis & fera barbaries, semper bella, nūquam requies, nec sine occulta Dei dispensatione & iusto iudicio. Ita & illis in locis erit aliquid tale, vt in nullo prorsus inanis habeatur in terris vmbra cælestium, erit ergo ibi aliqua ciuitas refugij, & erit alia in deserto, sicut Bosor in hæreditate Ruben.

Vbi supra. Anagogicē.

Rom. 8. d.
1. Cor. 13.d.
Rom. 8.d.

Alia quoque consequentia capienda sunt, quia si Deus cùm dispergeret filios Adam: statuit terminum genrium secundū numerum angelorū Dei (vel iuxta alios codices, secūdum numerū
☞ filiorum F

Heb. 12.a.

Iordanis fons.

Mare quid sit.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ & meridionalem.
1 Qui cir. &c. *Mons est in latere meridionali illius terræ sic nominatus, quia scorpiones erant ibi in multitudine.*
2 Vsque ad &c. *Hic est Nilus secundū aliquos, secundū alios verò, quod videtur probabilius, est quidam torrens descendens in mari mediterraneo vocatus Riuocorula, & est in extremitate terræ promissionis versus meridiem.*
3 Et magni &c. *i. littore maris mediterranei, quod dicitur hic mare magnū respectu maris mortui, à quo incipit terminus meridionalis terræ promissionis, vt prædictū est, & finitur littore maris mediterranei.*
4 Plaga &c. *Hic describitur terminus occidentalis, qui est totus super littus maris mediterranei.*
5 Porro ad septem. plā. *Hic describitur terminus aquilonaris incipiens à mari mediterraneo.*
6 Vsque ad montem altissimum. *In Hebræo habetur*: Vsque ad montem montis, *quia sicut dicit Ra. Sal. super montem illum erat quidam monticulus supereminens. Et credo quod iste est mōs Libani quia alibi in pluribus locis mōs Libani describitur esse in termino aquilonari terræ promissionis.*
7 Indo metabuntur. *Hic describitur terminus orientalis.*
8 Contra fontem. *In aliquibus libris additur Daphnem sed non est in Hebræo nec in libris correctis. Hunc locum vocat Matthæus Magedan: Marcus Dalmanutha, & Saraceni Modan, & est ibi versus ortus Iordanis, quod per hoc patet quòd paleæ in hunc fontem immissæ recipuntur in Dan ductu subterraneo meatu, & à fonte Dan & Ior nomi natur Iordanis.*
9 Inde peruenient &cætera. ad mare Cenereth. *Est enim lacus magnus per quē transit Iordanis fluuius, & vocatur mare more Hebraico, quo omnis congregatio notabilis aquarum vocatur mare secundum illud Genes. 1.* Congregationesq; aquarum appellauit maria. *vocatur autem in euangelio mare Galilææ & transit iuxta Galilæam, & mare Tyberiadis à Tyberiade quæ est ciuitas sita in eius ripa. Dicitur etiam mare Genezareth.*

✠ 1 Et

MORALITER.

Terra promissionis.

✠ terra viuentiū siue vita beata, quæ non est propriè loquendo cælum Empyreum. Nam omnes angeli secūdum doctores catholicos fuerunt ibi creati, nō tamen tunc fuerūt beati, quia sic nulli cecidissent, quòd est falsum: Igitur terra viuentium, quòd idem est quòd vita beata, dupliciter accipitur. Vno modo obiectiuè, & sic ipse deus est vita beata, nec habet terminos, sed est infinita. Baruch. iij. capi. *O Israel quam magna est domus dei, & ingens locus possessionis eius: magnus & non habet consummationē, excelsus & immensus.* Alio modo accipitur subiectiuè, prout est formaliter in ipso beato, & sic est terminata vita beata. Huius termini sic possunt assignari, s. ab oriente claritas diuinæ visionis, sicut ab oriente nobis prouenit ortus lucis: à meridie verò suauitas fruitionis, prouenient ex feruore dilectionis, sicut à meridie prouenit feruor caloris: ab occidente firmitas tentationis: certi enim sunt omnes beati, quod nullo modo cadēt à sua beatitudine. Ab aquilone verò, à quo est omne malum. Hiere. j.c. iocunditas exultationis, quoniam videndo pœnas damnatorum quas euaserunt, ex hoc habent materiam exultationis.

✠ Hæc

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et tendent vsque ad Iordanem. *Ex quo patet quod terra promissionis in angulo coniungente partem eius aquilonarem cū orientali se extendebat vltra Iordanem, & secundum aliquos illa portio vocatur Tracontidis regio, Lu. iij.*
2 Et ad vltimum salsi. &c. *Et sic patet illud quod suprà dictum est sc. quòd illud mare erat in angulo terræ promissionis coniungente partē orientalem cum meridionali, quia scientes pars meridionalis ab illo mari incipit vt prædictum est, ita pars orientalis ad ipsum terminatur, vt hic dicitur.*
3 Præcepitque. *Hic agitur de huius terræ diuisione, & primò determinatur huiusmodi diuisio, secundò ex prædictis mouetur quæstio cap. xxxvj. adhuc primò agitur de terræ diuisione, secundo, de diuisa datione quantum ad partem ca. xxxv. Circa primum describitur modus diuisionis super sortes, cùm dicitur:*
4 Hæc erit terra, &c. *De modo autem istarum sortium dictum fuit suprà ca. xxvj. Describitur etiam quibus sit diuidenda, cùm dicitur:*
5 Nouem tribubus, &c. *Cuius causa subditur cum dicitur:*
6 Tribus enim filiorum Ruben, &c. *Quia duæ tribus & dimidia iam acceperant partes suas trans Iordanem. Describitur etiam per quos terra sit diuidenda, cùm dicitur:*
7 Hæc sunt nomina virorum qui terram vobis, &c. Eleazar. *Qui erat pontifex.*
8 Et Iosue. *Qui post Moysen constitutus fuit princeps.*
9 Et singuli principes, &c. *Hoc est intelligendum sōlum de principibus decem tribuum, quibus erat diuidenda terra. Cætera patent in litera.*

An vti sortibus sit licitū.

Duplex est sors.

MORALITER.

✠ 7 *Hæc sunt nomina virorum, &c.* Per nouem principes terram diuidentes promissionis possunt conuenienter intelligi nouem ordines angelorum: nam per eorum ministerium electi perducuntur ad terram viuentium eam secundē varios gradus beatitudinis possessuri, quos saluator Iohan. xiiij. mānsiones appellat. Hebræ. j. dicitur de Angelis: *Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui capiūt hæreditatem salutis?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

filiorum Israël) in initio mundi, & ita dispersi sunt, sicut illorum merita, vel ipsius Adæ contemplatio postulabat. Quid dicemus futurum cum nouissimi Adæ (qui non in animam viuentem, sed in spiritum viuificantem factus est) cœperit filios non dispergere, sed dispensare diuina dignatio, non in initio, sed in fine mundi, vt nec illos qui in Adam omnes mortui sunt, sed qui in Christo viuificati sunt: erit sine dubio quædam distributio, quæ non solũ pro meritis eorũ qui dispensantur, sed & pro nouissimi Adę contemplatione dispẽsenda sit. Sed quis nostrum talis est, vt ab hac distributione ad illam cælestis hæreditatis sortem venire mereatur? Quis ita beatus, vt sors eius in Ierusalem veniat, vt sit ibi templum Dei, imò ipse sit vt tẽplum Dei? Quis ita beatus, vt dies festos ibi agat, vbi altare diuinum perpetuis adoletur ignibus? Quis ita beatus, vt sacrificium suum & inconsum suauitatis suprà illum ignẽ ponat, de quo dicitur: *Ignem veni mittere in terrã &c.* Quis ibi semper agat paschа, in loco quẽ elegerit dominus Deus suus, ibi pẽtecosten, festiuitatem propitiationis: & tabernaculorum solennitatem, non iam per vmbram, sed per ipsam veritatem. Quis nostrum dignus erit cùm diuidere cœperit Deus filios nouissimi Adæ, cui dicat: *Erit supra quinq; vel decem ciuitates.* Non cui dicat: *Intra in gaudium domini tui, sed sedete & vos mecũ super duodecim thronos, iudicãtes duodecim tribus Israël.* & de quib⁹ dicat: *Volo pater vt vbi ego sum, & isti sint mecum.* Volo istos reges esse mecum, vt ego sum tecum, volo eos habere dominationẽ, sicut ego sum dominus dominantium. Hi sunt verè sacris numeris apud Deum numerati, imò quorum omnes numerati sunt capilli.

Lucæ 11.f.
Lucæ 19.c:
Matt.25.b.
Matt.19.d.
Ioh.17.d.
Apoca.19.
Matt.10.d.

miud. De tribu Beniamin Elidad filius Chaselon. De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli. Filiorũ Ioseph de tribu Manasse, Hániel filius Ephod. De tribu Ephraim, Camuel filius Septhan. De tribu Zabulon, Elisaphan filius Pharnath. De tribu Issachar, dux Phaltiel filius Ozá. De tribu Aser, Abiud filius Salomi. De tribu Nephthali Phedael filius Ammiud. Hi sunt quibus præcepit dominus, vt diuiderent filiis Israël terram Chanaan.

1.Cor.15.f.
Gen.2.b.
A Cor.15.a.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ no temperantur. *Potest tamen in hoc quadrupliciter peccatũ accidere. Primò si absque vlla necessitate ad sortes recurratur: hoc enim videtur ad Dei tentationem pertinere. Vnde dicit Ambr. super Lucam:*
B *Qui sorte eligitur humano iudicio non comprehẽditur. Secundò si quis etiam in necessitate absque reuerentia debita sortibus vtatur. Vnde super Actus apostolorum dicit Beda: Siqui necessitate aliqua compulsi Deum putant sortibus exemplo apostolorum esse consulendum, videãt hoc ipsos non nisi collecto fratrũ cœtu & precibus ad Deum fusis egisse. Tertiò si diuina oracula ad terrena negotia conuertantur. Vnde dicit Augu. ad inquisitiones Ianuary: His qui de paginis euangelicis sortes eligunt, etsi optandum sit, vt hoc potius faciant quàm ad damoma consulenda concurrant: tamen mihi displicet ista consuetudo, ad negotia singularia & ad vita huius vanitatem diuina oracula velle couertere. Quartò si in electionibus ecclesiasticis quæ ex spiritus sancti inspiratione fieri debent aliqui sortibus vtãtur. Vnde dicit Beda super Act⁹ apostolorum: Matthias ante pentecosten ordinãdus sorte quæritur, quia fons non-*
dum erat plenitudo spiritus sancti in ecclesia effusa. Septem autem diaconi postea non sorte, sed electione discipulorum sunt ordinati. Secus autem est in temporalibus dignitatibus, quæ ordinantur ad terrena disponenda, & ideo in electione illarum possunt homines vti sortibus, sicut & in diuisione rerum temporalium, vt prædictum est. Si verò aliqua necessitas alia vel ab electione dignitatis ecclesiasticæ immineat,
E *licitum est cum debita reuerentia sortibus diuinum auxilium implorare. Vnde dicit August. in epistola ad Honoratum: Si inter Dei ministros sit disceptatio, qui eorum, tempore persecutionis maneant, ne fuga omnium, & qui eorum fugiant, ne morte omnium deseratur ecclesia: si hæc disceptatio aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant & qui fugiant sorte eligendi sunt, & hoc modo & alijs modis licitis prædictis vsi sunt sortibus viri sancti, qui in veteri ac nouo testamento vsi fuisse sortibus leguntur, sicut Iosue iudicio sortium puniuit Acham: Iosue vij. & Saul deprehendit Ionathã filium suũ mel comedisse. j. Reg. xiiij. & Zacharias sorte exiit vt incensum poneret: Lu. j. & Matthias in apostolatum promotus, Act. j. & sic de alijs. Et sic patet responsio ad quæstionem.*

Augustinus ad Honoratum.

ADDITIO.

In cap. xxxiij. vbi dicitur in postilla: Plaga autem occidentalis. *Quidam Hebræorum dicunt, quòd mare magnum de quo hic fit mentio, quòd est terminus occidentalis terræ promissionis, non est mare mediterra-*
neum. sed mare oceanum, quia mare oceanum proprie dicitur mare magnum. Sed si sic esset, oporteret dicere, quòd limites terræ promissionis se extenderent vsq; ad mare Hispaniæ, quod est inconueniens dictum. Remansisset enim maxima pars terræ promissionis quæ nũquam fuisset acquisita, nec aliqua mentio de ipsa facta.

CAP. XXXV.

a *Præcipe filijs Israël, vt dent Leuitis &c.* ✠ Procopius. Sanctis sufficientem possessionem concedit, non fortitione, verùm dedicatione, nè inopia valdè premantur, neve copia emolleſcerent. Ad Dei enim cultum non agrorum eos confecrauit. Quare Paulus ait, quæstum esse magnum pietatem cum frugalitate coniunctam. Dispergit autem eos per tribus, vt sanctitatis suæ excellentia, omnes sanctos reddãt. Ita quoq; Saluator Saluator in gentium medium allegat Apostolos non tanquam terræ dominos, nam nec ipsi quidem vllam terræ portionem à domino acceperant. Verum illi quidem terram & vrbes principio accipiunt, hi verò animas, quantum videlicet ad victus necessitatem pertinebat, à suis auditoribus accipientes, ac imprimis cum his emissi, qui prouidè etiam sanctiores erant. Externorum enim exilitas, in spiritualibus sublimitas est. Nam qui sedem propriam non habuerunt, totã terram eius loco habent.

CAP. XXXV.

C Hæc quoque locutus est dominus ad Moysen in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho: Præcipe filijs Israël, vt dent Leuitis de possessionib⁹ suis vrbes ad habitandũ, † & suburbana

1 a 2 3 4 5 F † Iosue 21.a.

NICOLAVS DE LYRA CAP. XXXV.

1 Hæc quoque locutus est dominus. *Hic consequenter agitur de terra diuisa ac diuidenda datione, quantum ad eius partem. Cuius fuit duplex causa. Vna pro Leuitarum habitaculo, alia pro fugitiuorum receptaculo, quæ describitur ibi:* De ipsis autem oppidis. *Circa primum dicitur:* Diuiſio.
2 Præcipe filijs Israël. *Ex quo patet quòd erant ad hoc astricti diuino præcepto.*
3 Vt dent Leuitis de possessionibus suis. *Iam habitis quantùm adduas tribus & dimidiam, & habendis quantùm ad nouem tribus cum dimidia.*
4 Vrbes ad habitandum. *Non dicit ad dominandum, vel ad reditus inde accipiendum, quia sic erant ipsius regis vel aliorum dominorum vrbes in quibus habitabant Leuitæ, vnde & Hebron fuit vna de illis, vt habetur Iosue xx. & tamen Caleb fuit dominus ipsius, quia data est ei in possessionem vt habetur Iosue xv.*
5 Et suburbana earum per circumitum, vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana, &c. *Spatia sunt extra muros ciuitatis, quæ non sunt clausa muris.*

✠ 1 Quæ

MORALITER.

✠ 2 *Præcipe filijs Israël, &c.* Per hoc significatum fuit, quòd principes populi Christiani debent prouidere illis qui deputati sunt ad cultum Dei: non solum de victu & vestitu, sed etiam de locis ad habitandum opportunis.

✠ 1 *Decer-*

bent. Mandatur verò vt Leuitis vrbes asylorum concedantur.

A a *Decernite quæ vrbes.* Augustinvs. Quid est quod ait: Et erunt ciuitates vobis refugij à vindicante sanguinẽ, & non morietur is qui occidit, quoadusque stet in conspectu synagogæ in iudicio, cùm de his loquatur qui nolentes occiderint, & alibi dicat, tunc vnumquemque in tali causa confugientium exire liberũ de ciuitate quò confugerat, cùm sacerdos maximus fuerit defunctus? Quomodo ergo hìc dicit, & non morietur is qui occidit, quoadusque stet in conspectu synagogæ in iudicio: Nisi quia ideo iudicatur, vt tunc ei liceat esse in ciuitate refugij, si manifestũ factum fuerit in iudicio, quòd nolens occiderit.

Quæst. 64. in Numer.

B b *De ipsis autẽ vrbib.* ✠ Origen. In cęlis credo ciuitates istæ erunt, quarũ hic figura describitur, quas refugij nominat ciuitates, ad quas confugiant non omnes homicidę, sed qui ignoranter homicidium commiserunt. Sunt enim fortassis aliqua peccata, quæ si proposito ac voluntate committimus, homicidas nos faciũt, & sunt alia quæ si ignoranter admittimus, decernitur nobis credo, & præparatur ex præcepto Dei aliquis locus, vbi ad certum tempus habitare debeamus, si qui non voluntaria peccata commisimus, si tamen immundi inuenimur & alieni ab iis peccatis quæ voluntate commissa sunt & ob hoc secernuntur quædam ciuitates ad refugium.

Hom. 18. in Numeros.

✠ Hieronymvs. Sex ciuitates eliguntur exilij corũ, qui non sponte sed per ignorantiam, vel iactu lapidis, vel impulsione manus, vel ioco, vel lasciuia absq; inimicitijs infelicitate magis quã voluntate peccauerunt, & tamen non absq; crimine sunt, diu relegantur in perpetuum, & ante constitutum diem, nec supplicatione, nec pretio, eorum reuersio impetrari & redimi potest.

D

Rabanvs. Si fortè pro conscientia peccatorum ciuitates terræ promissionis, id est ecclesiæ nõ audes intrare, est Bosor ciuitas Iordanem in solitudine, quæ interpretatur angustia, id est monasterij cellula. Quæ bene est de tribu Ruben, cuius scilicet qui patris thorũ maculauit. Est Ramoth de tribu Gad, quæ interpretatur excelsa mors vel visio mortis. Verè enim excelsa mors pœnitentia dicenda est: cũ mortificatis mẽbris ducitur homo ad excelsa cæli, vnde ceciAllegoricè. Iosue 20.c. †cubitorum †& hæc suburbana eorũ Gen. 35.d. Col.3.a.

dit. Vel quia nobili⁹ est, & rationabilius, per pœnitẽtiam peccatis mori, quam cõmuni morte dissolui. Pœnitentes quoque proponimus nobis tormenta inferni, videmus ipsam speciẽ mortis, de qua per pœnitentiam liberamur. In ciuitate verò

E

filij ancillæ pœnitentiam agimus, quia omnis qui peccat, seruus est peccati, & formam serui accipiens debet se humiliare vsq; ad mortem. Est Gaulon in finibus Manasse, quæ interpretatur volutatio: vt memineris te in cinere & cilicio esse volutãdum, & hoc in finibus Manasse, qui interpretatur obliuio vt obliuiscaris quæ fecisti, & ad meliora te extendas. Hic ergo habita, vt per angustiam mortis & volutationis iram persecutoris euadas, & spem salutis inuenias. Si quid hic vtiliter egeris, ad Cades in terrã promissionis, & in Galilæam poteris peruenire, quæ interpretatur

Ioan.8.d. Phil.2.a.

✠ sancta,

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quæ à muris ciuitatum forinsecus per circumitum mille passuum spatio tendentur. *Id est protendentur vel prolongabũtur in circumitu ciuitatum, ideo subditur:*
2 Cõtra orientem erunt cubiti duo milia: Ad mare quoq;, &c. *Dicunt expositores nostri communiter, quod idem est spatium mille passuum & duorum milium cubitorum, quia passus continet quatuor pedes vt dicunt, cubitus autem continet duos pedes. Sed hoc est contra*
Cubitus. Passus. Versus. *commune dictum, q. passus continet quinque pedes. Vnde versus: Quinque pedes passum faciunt, passus quoque centum. Viginti quinque stadium. si des miliare: Octo facit stadia, duplicatum sit tibi leuca. Dato etiam quòd passus contineret quatuor pedes tantùm, adhuc dictum eorum non consonat Hebraicæ veritati, quia vbi translatio nostra habet mille passuum, in Hebræo habetur mille cubitorũ, & ideo videtur repugnantia ad hoc qđ subditur: Ad orientẽ duo milia cubiti, &c. Rab. Sal. dicit, q. secũdum veritatẽ duo milia cubiti erant extra muros ciuitatũ per circumitum: mille tamen cubiti propinquiores muris erant sic ordinati, q. non poterat ibi dom⁹ ædificari nõ poterat arari vel seri, vel vineæ ibi plantari, sed erant ad recreationem hominum & pascua animalium. Fiebant etiam ibi piscinæ ad lotionem vestium, & ideo isti mille cubiti vocabantur propriè suburbana, & de illis loquitur scriptura præcisè, cum dicitur in Hebraica veritate: Quæ à muris ciuitatum forin-*
forinsecus per circumitum mille cubitorum spatium tendentur. In alijs autem mille cubitis longinquioribus à muris poterant vineæ plantari, largè tamen loquendo pertinent ad suburbana, & hoc modo loquitur scriptura, cum dicitur: Ad orientem duo milia cubiti, &c.
3 De ipsis autem oppidis. *Hic consequenter tangitur causa secunda assignationis prædictarum ciuitatum Leuitis, scilicet vt essent receptaculum fugitiuorum. & primò describitur prædictarum ciuitatum* Diuiſio. *ordinatio. secundò fugitiuorum saluatio, ibi:* Si quis ferro percusserit. *Tertiò redditur prædictorum ratio, ibi:* Ne polluatis terram. *Circa primum agitur de numero ciuitatum refugij: cum dicitur:*
4 Sex erunt in fugitiuorum, &c. *Et per hoc quòd dicit, erunt, patet quòd licet Moyses dum adhuc viueret, sẽparauerit tres ciuitates pro fugitiuis, vt habetur Deuterono. quarto. a. tamen non fuerunt ordinatæ totaliter ad refugium, donec per Iosue aliæ tres fuerunt ad hoc ordinatæ in terra Chanaan, vt habetur Iosue xx.*
5 In quibus cum fuerit profugus, cognatus occisi eum non poterit occidere. *Ex quo videtur, quòd si attigisset eum antequam intrasset ciuitatem, poterat eum occidere.*
6 Donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. *A iudicibus ciuitatis, in cuius territorio fuerit homicidium factum, vt videbitur infra. Consequenter agitur de situ ciuitatum refugij, cum subditur:*

✠ 1 Tres

MORALITER.

✠ † *Decernite quæ vrbes esse debeant, &c.* Ad hoc autem fuerunt sex vrbes assignatæ, tres vltra Iordanem, & tres citrà. Iordanis autem interpretatur riuus iudicij: propter quod per ipsum significatur rigor examinis extremi. Sicut igitur tres sunt ciuitates, id est tres ciuium vnitates, nam ciuitas est ciuium vnitas, in quibus vniuntur fideles ante iudicium, qui sunt ciues sanctorum & domestici Dei, Ephe. ij. a. Has autem ciuitates vel ciuium vnitates ponit Apostolus Eph. iiij. a. *Vnus dominus, vna fides,*
Lib. 1. aduersus Pelagianos.
vnum baptisma. Similiter post iudicium tres ciuitates vel ciuium vnitates, in quibus omnes electi in anima & corpore constituti vnientur, dici possunt tres personæ in trinitate personarum & vnitate essentiæ. Nam quælibet personarum est vna personaliter, & tres personæ sunt vnus Deus essentialiter. Possent etiam dici istæ tres ciuitates, Dei visio clara, fruitio perfecta, & tentio firma. Ante tamen iudicium animæ sanctorum diuinam essentiam & tres personas vidẽt, & ea fruuntur, & in ipsa firmiter stabiliuntur.

Universidad de Buenos Aires Biblioteca

sancta, vt cùm in tribulatione opus corruptionis abieceris, ad A sanctam tibi ecclesiam tribuatur accessus, vt in sorte Nephthali, quæ dicitur vitis dimissa dominici sanguinis, participare mereatis. Hebron quoque tibi patebit, quæ interpretatur coniunctio vel coniugium. Reuertetur enim anima tua ad sponsum suum, quem amiserat per peccatum. Tandē verò Sichē intrabis, quam Ioseph noster hereditatem elegit, in qua & sepultus est, quæ interpretatur humerus vel labor, vt ostendas te per laborem pœnitētiæ ab errore tuo humeris Christi reportatum, & nonaginta nouem ouibus adiūctum effectū esse centesimū, quia Sichem ab alienigonis cōparata est centū agnis.

† homicida est morte morietur. Lucæ 15.a.

B

† Deut.19.c.

a *Tres erūt trās,&c.*

✠ Procopius. Trinas fecernit vtrinque Iordanis vrbes eorum refugio, qui cædē animo non conceptam pepercerunt, numero non longè à Trinitatis dissidenti obseruato. Cæterum asyla ex æquo aduenæ & indigenæ patent facit, iam tum paruā significationē equalitatis, quā gentes cum Israēle habituræ erant, præberi. Atqui refugiorum multitudo hunc finem propositum habet, vt in longitudine viarum, homicidas, ne in cognatorum manus incidant, subleuet.

† impulerit eū vel proiecerit super eū aliquod instrumentum, absque vllis insidiis vel si lapidē proiecerit & cecideric in eū, vnde moriatur, cùm tamen non esset ei inimicus, neque quærebat malū eius.

† propinqui occisi Ex Cathena Græca.

✠ Philo. Cæterū non in tēplis sacrisq; aperuit asyla, no ab immūdis inficerentur: neq; rursus effugiū dedit in loca, quæ deserta forent aut parū tuta, ne cædis inuitæ reus facilè caperetur, tradereturve cōsanguineis defuncti, sed iubet vt ad sacras vrbes Leuitarum, confugiat, vbi non modo se quisq; facilè credere poterat, sed non parūm quoq; solatij percipere, videns apud eos confugisse, qui præmiū cædis à Deo ornatissimas vrbes accepissent. Eos enim qui vitulum pro Deo conflauerant, etiam consanguineos Leuitæ suis manibus volentes interemerant.

b *Si quis ferro,&c.* ✠ Procopius. Cædem spontaneā à non spōtanea notis ac signis distinxit, ne prōptū cuivis esset dicere, inuitus feci, qd simul hominū immodicos æstus, quib⁹ insidias cædiū lugent, sedat. Si enim telū emissum ad cædē idoneū fuerit, spōtanea cædes hæc est. Non absurdū verò erit, si putemus eos quoq; animæ suę cæsores esse, qui peccatis se obnoxios faciūt, in offensam Dei, vi cōtra mētis instinctum sese adducētes, idque naturæ nostræ, partim vitio, quæ mētem hominis ab incūte ætate, cōcupiscentiarum legibus regit & gubernat. Quapropter misera hominis anima fugæ ex mūdo & corpore pœnā sustinet, q̄ facit in vrbē refugij, seu cū lōga tempora mortis abdita incoluerit, vix tandē liberata, Christi magni sacerdotis morte.

a ¶ Sosor in cāpestri solitudine de tribu Ruben & Ramoth Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse.

a subsidia separantur, trēs erunt trans Iordanem, & tres in ter- 1
a ¶ Cades in Galilæa montis Nephthali & Sichem in monte Ephraim & Cariatharbe, ipsa est Hebron in monte Iuda.
ra Chanaan, tam filiis Israēl quam aduenis atque peregrinis,
b vt confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit. Si quis 2
ferro percusserit, & mortuus fuerit, qui percussus est reus
erit homicidij & ipse moriatur. Si lapidē iecerit, & ictus oc- 3
cubuerit † similiter punietur. Si ligno percussus interierit, † homicida est morietur
percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi ho-
a ¶ Non enim opus est eum ad iudicium deduci cum iam homicida iudicatus sit, & propterea de illis ciuitatibus expulsus.
micidam interficiet, statim vt apprehenderit eum percu- 4
a ¶ Damnat malitiam & incuriæ consulit. ¶ Aliud est præmeditate damnum vel mortem inferre, aliud casu.
tiet. † Si pēr odium quis hominē impulerit, vel iecerit quip-
a ¶ Malitiæ vel deceptionis.
piā in eū per insidiās, aut cùm esset inimicus manu percusse-
Morte animæ.
c rit, & ille mortu⁹ fuerit, percussor homicidij reus erit. Cognatus occisi statim vt inuenerit eū, iugulabit. Quòd si fortuitu 5
¶ Per incuriam aut ignorantiam.
& absq; odio † & inimicitiis quicquā horū fecerit, & hoc audiente populo fuerit cōprobatum, atq; inter percussorem & propinquum sanguinis † quæstio vētilata, liberabitur innocēs de † vltoris manu, & reducetur per sententiā in ūrbē, ad 6
a ¶ Ecclesiam catholicam vbi pœnitentiam agat.
d quam cōfugerat: Manebitq; ibi, donec sacērdos magnus qui 7
a ¶ Christus.

† iudicabit congregatio secūdum iudicia ista.

c *Reus.* i. æternæ morti obnoxi⁹. Vnde: *Si quis scādalizauerit vnū ex pusillis istis qui in me credūt,&c.* Et alibi. *Omnis qui odorit fratrē suū, homicida est, nec habet vitā æternam.* Hic secūdum Exodum ab altari iubetur auelli: quia indignus sacramentis dominicis à participatione sacri altaris remouetur, nec reuocatur ad veniam nisi per condignam pœnitentiam. Gen.33.d. Matt.18.a. 1.Ioh.3.c. Exo.21.b.

d *Donec sacerdos magnus.* ✠ Theodoretvs. Cur ad obitum sacerdotis præscribit reditum ei qui nolens interfecit? Quia Quæst. 51.

mors F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Cham. *Licet enim trans Iordanem habitarent tantum duæ tribus cum dimidia, tamen tot erant ibi ciuitates refugij, quot erant citra Iordanem, vbi habitabant nouem tribus & dimidia. Cuius rationem assignat Rabb. Sal. dicens, quòd hoc fuit, quia in terra Galaad quæ erat trans Iordanem, habitabant homines proni ad effusionem sanguinis, secūdum quod dicitur, Osee vj.c.* Galaad ciuitas operantium idolum supplantata sanguine, *vbi in Hebræo habetur: Torcular sanguinis. Alia etiā causa potest assignari, quia terra trans Iordanem erat longinqua à templo domini, ideo ibi multiplicabantur ciuitates refugij, vt effusores sanguinis elongarentur à templo. Vnde & Dauid licet esset sanctus, prohibitus est tamen ædificare templum, eo quòd multum sanguinem effuderat in bellis, vt habetur 1.Paral.xxv.b. Item quia alię tres addendæ erant, quando dilatati fuissent termini habitationis eorum, vt habetur Deuteron.xix.*

2 Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus. *Hic* Diuisio. *consequenter describitur fugitiuorum saluatio, & primo ostenditur, qui fugitiui non sint saluandi, secundo qui sint saluandi, ibi:* Quòd si fortuitu, *tertio qualiter non saluandi debeant condemnari, ibi:* Homicida sub testibus punietur. *Circa primum sciendum, quod percutiens à proposito, si ex percussione sequebatur mors, non debebat saluari per ciuitatem refugij, & quantum ad hoc dicitur: Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, quod autem loquitur scriptura de percutiente à proposito, patet per illud quod sequitur postea. Quod si fortuitu quicquam horum fecerit. Considerandum est, quòd secundum quod dicit Rabbi Salo. in instrumento percussionis requiritur quod homo percussus ex eo possit mori: & ideo consequenter dicitur:*

3 Si lapidem iecerit, &c. *Id est si lapis sit tantæ magnitudinis, quod possit lætale vulnus inferre, & eodem modo dicitur in aliis lesionibus in textu Hebraico, excepto primo, vbi dicitur absolutè: Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit, & nō exprimitur ictu, quia sufficiēter intelligitur, eò quòd cum minimo instrumento ferreo, vtpote cum acu posset interfici homo. Si autem aliquis percuteret proximum à proposito lapillo minimo vel festuca, & percussus moreretur, non esset propter hoc percutiens interficiendus, quia nullo modo est verisimile quòd percussus esset mortuus ex percussione illa, sed alia causa.*

4 Statim vt apprehen. eum inter. *Etiam in ciuitate refugij, vt dicit Rab. Sal. sed hoc est intelligendum, quando inueniet eum post iudicium datum dē homicidio illo quod fuit factum à proposito.*

5 Quod si fortuitu. *Hic ostenditur quis debeat saluari in ciuitate refugij, videlicet interficiens à casu absque odio & insidijs. Et ponitur ad hoc exemplum Deuter. xix. de illo qui non habens inimicitias cum proximo vadit cum eo ad scindēdum ligna, & ferrum securis desiliens manubrio interficit proximum. Sequitur:*

6 Reducetur per sententiam in vrbem, &c. *Ex quo patet, quòd iudicium de homicidio perpetrato vtrum fuerit à casu vel à proposito, non fiebat in ciuitate refugij, sed magis in illa cuius terminis factum fuerit homicidium, quia ibi magis poterat sciri veritas de facto, & quia conditiones rei & actoris erant ibi magis notæ, & ideo dicitur hic quòd data sententia in illa ciuitate de innocentia percussoris, reducebatur percussor in vrbem ad quam confugerat. Consequenter describitur modus saluandi.*

7 Manebitque ibi donec sacerdos magnus, qui oleo, &c. *Si enim antè exiret terminos ciuitatis illius non saluabatur, quia inuentus extra poterat occidi à propinquo interfecti, ad quem de iure pertinebat mortem propinqui sui vindicare. Rationem autem prædictæ moræ assignat Rabbi Salomon, dicens, quòd effusio sanguinis etiam à casu abbreuiat vitam, & est etiam horrida coram deo. Officium autem summi sacerdotis est orationibus, & sacrificijs impetrare prolongationem vitæ, & deitatem placare: & ideo ipso viuente homicida non debebat ad terram propriam redire. Alia autem ratio ad hoc potest assignari. Licet enim interfector à casu esset innocens,*

✠ & pu-

mors pontificis secū A dum ordinē Melchisedech, erat humani peccati solutio. Ille reduxit in paradisum eos qui illinc exulabant. Porrò temporis illius spatio fuga homicidæ propinquorum emolliebat animum, ac cædis plenā libidinem refrænabat. Quòd autem ait, post obitum pōtificis de exulantibus cessare vindictam, satis valet ad persuadendum propinquis, in reliquum iram extinctā esse debere, quasi mortuus sit pōtifex, quo viuente delictū est admissum: legislator autē hunc tam delicto, quām vindictæ præfinierit terminum.

† vrbis enathonis suæ ad quam fugerat

†occidet

B

† non accipietis pecunias ab eo, qui fugit in vrbem refugij, vt reuertatur & habitet in terra, donec moriatur pōtifex

a *Postquā autem ille obiit.* Gregor. Post mortem summi pontificis, homicidæ iubetur reuerti in terram suam, quia humanum genus peccando sibi mortem intulit, post mortem veri sacerdotis, sed non parūm quoq; solatij percipere, videns apud eos confugisse, qui præmiū cædis à Deo ornatissimas vrbes accepissent. Eos enim qui vitulum pro Deo conflauerant, etiam consanguineos Leuitæ suis manibus volentes interemerant.

Hom. 6. in Ezech.

C

a ¶ Leuitis præ consortibus suis. b ¶ A patre. ¶ In cruce. ¶ Impœnitens scilicet, & ideo à sociatate sanctorum & ecclesiæ vnitate remotus.

a ¶ Quia sententia superni iudicis qui secundum carnem proximus noster est, absoluitur qui eum percutit qui de salute sua sollicitus esse neglexerit.

cussus ab eo qui vltor est sanguinis, absque noxā erit qui eum
a ¶ Id est pœnitens in fide catholica manendo, non debuit sceleris sui veniam sperare, nisi in mediatoris Dei & hominum morte.
occiderit. Debuerat enim profugus vsque ad mortem pon- 1
a tificis in vrbe residere. Postquàm autem † ille obierit, homi- 1
a ¶ Id est digna peracta pœnitentia meretur paradisi patriam recipere.
cida reuertetur in terram suam. Hæc † sempiterna erunt, & 2
legitima cunctis habitationibus vestris. Homicida sub testi- 3
bus † punietur. Ad vnius testimonium nullus condemnabi- 2
tur. Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis*, 3
statim ipse morietur. † Exules & profugi ante mortem pon- 4
b tificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt, ne pollua- 5
tis terram habitationis vestræ, quæ infontium cruore * maculatur, nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem, qui 6
alterius sanguinem fuderit † atque ita emundabitur vestra
possessio, me commorante vobiscum. Ego enim sum domi- 7
a ¶ Deum corde videntes & eum audientes.
nus qui habito inter filios Israēl.

cerdotis, id est Christi, absolutionē reatus accepit.

b *Ne polluatis terrā habitationis vestræ.* Moraliter. Polluit terram habitationis suę qui cruēta & nefaria facit opera, proximos scandalizando & spiritaliter interficiēdo. Et nisi per confessionē pœnitētiam & condignam pœnitētiæ meruerit paradisi patriam recipere.

† sacerdos magnus † erunt vocabis in statu dēsideria carnis occidantur, terra corporis illius nullo modo mūdabitur, nec creator omnium in eius anima habitabit, vbi dignus mor- squalorem fordidæ te, conuersationis domi- nari videbit.

* impius est

fo

✠ Proco. Pollutio enim terræ, iniustitia est, purificatio verò iustitia. Nam quòd dicitur terram iniustis cædibus obnoxiam esse, & ex-

† & non potest terra in qua habitatis, in cuius medio ego habito

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ & puniretur *sine sua culpa in hoc quòd erat profugus à ciuitate sua, non tamen hoc erat sine causa, quia ex mora ipsius inter amicos defuncti poterant seditiones & homicidia oriri, & per consequens pax communis turbari, maximè quia Iudæi crudeles erant & proni ad effusionem sanguinis, ideo ad hoc malum euitandum in communitate, homicida à casu manebat exul ad tempus, quòd detrahendum est bono particulari propter conseruationem boni communis, poterat autem reuerti in morte summi pontificis, pro qua tunc erat afflictio & luctus in toto populo & tali tempore solent iræ particulares sedari.*

1 Homicida. *Hic consequenter describitur qualiter non saluandus debeat condemnari, & primò quantum ad testes, cùm dicitur:*

2 Ad vnius testimonium nullus condemnabitur. *Quia duo testes ad minus ad eius condemnationem requiruntur, secundo quantum ad iudices, cùm dicitur:*

3 Non accipietis pretium ab eo qui reus. *Vt à morte saluetur nec etiam*

ADDITIO.

In cap. xxxv. vbi dicitur in postilla. Et suburbana per circuitū: *spatia sunt extra muros ciuitatis. Sicut expositio prima quæ dicit, quòd idem est spatium mille passuum, & duorum milium cubitorum, non videtur veritatem obtinere, propter rationes quæ assignantur in postilla, sic nec expositio videtur valere Ra. Sa. nam hoc quod dicit, quòd mille cubits propinquiores muri erant sic ordinati, quòd non poterant ibi domus ædificari, nec poterat arari vel seri, &c. sed & in aliis mille cubitis longinquioribus poterant vineæ plantari, & huiusmodi, nullum habet in litera fundamentum. Similiter nec hoc quod dicit, quòd spatium mille cubitorum longinquiorū non propriè sed largè suburbana vocantur: habet aliquod fundamentum in textu, & ideo nullius autoritatis videtur esse, vnde ad planum sensum literæ habendum aliter dicendum videtur. Pro quo sciendum, quòd scriptura in hoc loco determinat modum mensurandi suburbia ciuitatū, quæ dandæ erant Leuitis sub hac forma, videlicet quòd prius feratur vnus circulus, cuius circuli ciuitas sit in medio. scilicet in centro, & semidiameter circuli sit longitudinis mille cubitorum. & hoc expresse continetur in hoc quod dicitur:* Suburbana, &c. *quæ à muris ciuitatum forinsecus per circumitum mille cubitorum, &c. In hoc enim quòd dicit per circumitum mille cubitorum, &c. patet manifestè, quòd circulariter spatium mille cubitorum à muris ciuitatis forinsecus tendi debebat, quod est propositum. Deinde mandat formari vnum quadratum æquilaterum cuius quadrati quodlibet latus sit longitudinis duorum milium cubitorum, ita tamen quòd vnum latus sit contra orientem, & aliud contra meridiem, aliud verò respiciat occidentem, & aliud septentrionem, & hoc expresse habetur in hoc quod sequitur: Contra orientem duo milia erunt cubiti, & contra meridiem similiter duo milia: ad mare quoque quod respicit occidentē eadem mensura erit, & septentrionalis plaga æquali termino finietur. Ex quo patet, quod suburbia harum ciuitatum continebantur in vno quadrato æquilatero longitudinis duorum milium cubitorū, & latitudinis eiusdē mēsuræ. Quod quidē quadratū in quatuor diuidebatur quadrata quorū quodlibet latus erat lōgitudinis mille cubitorū. Et vt ista melius intelligātur, ponitur sequēs figura, in qua ciuitas sit a. & circulus per circumitū ciuitatis delat⁹ sit c.f.b.e.cui⁹ circuli a. est centrū, & sit lōgitudo semidiametri huius circuli mille cubitorū, & assignetur punctus orientalis huius ciuitatis in hoc circulo, & sit c. & punctus meridionalis sit f. & punctus occidentalis, & sit h. & punctus septentrionalis sit e. & protrahatur vna linea ab oriente in occidētē, & sit e.a.h. & alia linea à septentrione in meridiē, & sit c.a.f. Deinde protrahatur alia linea à puncto c. qui est orientalis punctus, quæ quidem linea tangat lineā a.e. ad*

FIGVRA CIVITATIS.


Suburbana
Suburbana
Suburbana
Suburbana
Muri
Ciuitas
Ciuitas
Ciuitas

angulos rectos, & sit linea b.c.d. cuius longitudo sit duo milia cubitorũ, scilicet mille ex vtraque parte à puncto c. qui est punctus orientis. Similiter protrahatur secunda æqualis linea à puncto f. qui est punctus meridionalis, & sit d.f.l. quæ quidem linea tangat lineam a.f. ad angulos rectos. Similiter etiam protrahatur tertia æqualis linea à puncto h. qui est punctus occidentis & sit linea l.h.g. quæ tangat lineam a.h. ad angulos rectos protrahatur etiam quarta linea æqualis à puncto e. qui est punctus septentrionis, & sit g.e.b. quæ quidem linea tangat lineam a.e. ad angulos rectos. Quæ quidem figura manifestè adaptatur sensui plano litteræ in hoc loco, vt patet. Nam cum dicitur quòd suburbana, muris ciuitatum forinsecus per circumitum mille cubitorum spatio tendentur, loquitur de circulo c.f.h.e. qui per mille cubitos forinsecus à ciuitate per circumitum tenditur. Cum autem subdit: Contra orientem duo milia erunt. &c. *Loquitur de quadrato b.d.l.g. cuius latera versus quatuor mundi plagas se extendentia habent quodlibet duo milia cubitorum in longitudine. Quod autem sequitur: Eritque vrbs in medio, patet manifestè in figura cum ciuitas a. est in medio, tam circulo quàm quadrati, &c.*

REPLICA correctorij contra Burgen. Et similiter cap. xxxv. Burgensmaginatur de suburbiis & eorum mensuris quædam mathematica ad expositionem litteræ parum valentia: cui tamẽ placet vtuntur eis, quia non sunt contra postillatorem.

CAP. XXXVI.

a ¶ Accesserunt autem & principes, &c. RABA. Prouidere debent piæ cogitationes, ne possessio bonorum meritorum in alienorum transeat dominium, sed legitimo hæredi perpetuò maneat, & ob hoc Moyses, id est lex, consulatur vt respondeat qualiter sui iuris perpetui possessores fiant, quod ipsa exprimunt nomina. Interpretatur oñ Galaad aceruus testimonij, Machir vendens, Manasses oblitus, Ioseph auctꝰ, Salphaad vmbra formidinis. Loquuntur ergo principes familiarum Galaad, filij Machir, filij Manasse, de stirpe filiorum Ioseph pro filiabus Salphaad, quãdo cogitationes piæmentis secundũ scripturarum testimonia decertant pro anima fideli, quæ laborem præsentis vitæ pro futura vendidit, & oblitiscẽs quę retrò sunt, in anteriora se extendit, vt per augmentũ bonorum operũ præmia æterna consequatur. Quinq; enim filiæ Salphaad, id est vmbræ formidinis, exteriora significant, quæ quinque corporis sensibus explentur. Necesse est autem, vt qui in vmbra præsentis vitæ bonis operibus studeant, in timore conseruent ne perdant laborem. Verentur ergo principes Galaad, ne possessio sua in alienam tribum transferatur, & quisque fidelis prouidet, vt opera quæ agit, ad salutem proficiant sibi, ne si praua intentione gerantur, ab immundis spiritibus peruadantur. vnde: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.*

b *Tibi domino, &c.* ✠ PROCOP. Ere peculiari iterum lex generalis deriuatur. Nõ quod Deus quid facto esset opus antehac ignorauerit. Verùm quia temporis opportunitatem expectauit. Verùm tum quidem astutè tacuerunt ipsarum contribules, veriti videlicet, si interrogarent, quòd Dei imperium impedire viderentur. Iam verò eam quæstionem proferre illis est visum, prospicientes videlicet longius, ne occasio ac radix pullulasceret confusionis tribuum, si filiæ hæ, hæreditatem nactæ per nuptias contribulibus non miscerẽtur, quandò nec hæreditatum reuersio anno iubileo concessa, locum habuit. Quapropter legẽ sancit Deꝰ, quantumuis dudum legis necessitatem cognitam habuisset. Ita Christus quòd ad Iairi vocatus filiam, eius mortem è qua eam reduxit non prædicit, res enim diuinæ non ad ostentationẽ comparatæ sunt. Seruat verò decorum, nunc quidem humaniter ad eam eundo, exploratũ eam quãli, nunc verò defunctã excitando. Iubet autem nunc puellas illas quorumcunq; velint, vxores esse, coniunctio enim violenta, ad disiunctionem iret prębet.

c *Nubant.* Simile dicit Apostolus: *Cui vult nubat, tantum in domino.* id est viro catholico: ne possessio, scilicet bonorũ operum & rectæ fidei perdatur, si Gentili aut Iudæo nupserit.

Tropologicè verò mulieri, id est piæ intentioni, per bonam actionem cui voluerit licet se coniungere labori, sic tamen vt pietatem & religionem in omnibus conseruet, ne operis sui pro quo æternæ hæreditatis possessionem sperat detrimentum patiatur, si alieno, id est terreno se coniunxerit.

a *Nupse*

CAP. XXXVI.

†Supr. 27.a.

†Tob. 7.b.

Matt. 6.a.

1 ✠ Accesserunt autem & principes familiarum Galaad filij Machir, filij Manasse de stirpe filiorum Ioseph, locutíque sunt Moysi coram principibus Israël, atque dixerunt: Tibi domino nostro præcepit dominus, vt terram sorte diuideres filiis Israël, & vt filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri. 2 Quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua, & translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur: atque ita fiet, vt cùm iubileus, id est quinquagesimus annus remissionis aduenerit, † confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. Respondit Moyses filiis Israël, & domino præcipiente ait: Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est: & hæc lex super filiabus Salphaad c à domino promulgata est. † Nubant quibus volunt, tantùm 3 vt suæ tribus hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israël de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ 4 maritos de eadem tribu accipient, vt hæreditas permaneat in familiis, nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant, 1 vt à domino separatæ sunt: Fecerúntque filiæ Salphaad, 2 vt sibi fuerat imperatum, & nupserunt Maãla & Thersa & Heglã & Melcha & Nõa, filiis patrui sui de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph, & possessio quæ illis fuerat attributa manſit in tribu & familia patris earum. Hæc sunt mandata 3 atque iudicia, quæ præcepit dominus per manum Moysi ad 4 filios Israël in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho.

a ¶ Aceruus testimonij. ¶ Vendens. ¶ Auctus. ¶ Vmbra formidinis.

†addetur hęreditas earũ hæreditati tribus cuius erunt, & de hæreditate tribus patrũ nostrorum diminuetur hæreditas earum

1.Cor.7.g.

Tropolo.

Finit liber Numerorum.

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XXXVI.

Quæst. 1 ✠ Accesserunt autem, &c. *Hic ex prædictis ponitur quæstio, & primò quæstio mouetur, secundò ad quæstionem respondetur, ibi:* Respondit Moyses, *tertiò effectus executioni datur, ibi:* Fecerúntque. *quæstio autem oritur eò quòd suprà xxvij. cap. de mandato domini ordinatum fuit, quòd filiæ Salphaad succederent patri in hæreditate, eò quod non habebat filium masculum, & hoc est quòd subditur:*

2 Tibi domino, &c. *Et ideo si nuberent viris alterius tribus: sequeretur, quòd hæreditas eorum transiret ad aliam tribum, quia filius natus ex illa muliere qui debebat terram illam hæreditare non erat computandus in tribu matris, sed patris, quia genealogia hominum non accipitur per matres sed per patres: & ex hoc sequebatur, quòd in anno quinquagesimo iubilei, in quo hæreditates debebant reuerti ad primos possessores: quia non poterant vendi vel alienari etiam vltra illum terminum, quantum ad hæreditatem prædictam, non reuerterentur, & sic sequeretur sortium confusio ex tali translatione de parte hæreditatis vnius tribus translata ad aliam, quod est contra domini præceptũ, vt hic, vt hic, & Leui. xxvij. habetur.*

3 Nubant quibus volunt. *Hic ponitur responsio Moysi ex auctoritate domini, videlicet quod ad euitandum inconueniens prædictum filiæ Salphaad non possent contrahere matrimonium nisi cum hominibus suæ tribus, & sic hæreditas earum non transibat ad aliam tribum, & eodem modo præcipitur de aliis mulieribus habentibus hæreditatem. & hoc patet per illud quod subditur:*

4 Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua. *Ex quo videtur, quòd non poterant accipere mulieres de alia tribu, etiam hæreditatem non habentes, nec per consequens poterant illæ contrahere cum viris alterius tribus, vnde & eadem ratio huius assignatur ex vtraque parte tam viri quàm mulieris scilicet in permistione tribuum. vnde subditur:*

5 Cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipient, vt hæreditas permaneat in familiis. *De eadem tribu accipient. In Hebræo habetur sic:* Omnis filia quæ hæreditabit hæreditatem, vni de cognatione patris sui erit vxor. *Ex quo videtur, quòd istud præceptum non cadit nisi super mulieres succedentes in hæreditate, vt dicunt aliqui. Sed contrarium videtur per illud quod in textu dicitur:*

✠ 1 Nec

Ex catena græca.

2 *Nupserunt Maala, &c.* ✠ SEVERIANVS. Hac lege do maritandis tribubus, Ioseph ille, qui ab euangelista vir iustus appellatur, id est, præceptorum domini studiosus, de tribu Iuda, de domo & patria Dauid, Mariam virginem despondit ex eadem tribu, vt genealogia ipsius sit & Mariæ genealogia, de qua Christus sine semine prodiit. Ita factum est, vt ratio scripturę seruaretur, quæ mulieres in prosapiarum censu non refert, neque ideò lædereturaliquo modo veritas.

Quæst. 25. ✠ THEOD. Sed & cõnubia tribus inter se iungere passim noluit, vt syncerum purumq; seruaretur semen Iudæ, vnde gentibus salutem Deus promiserat. Concurrerunt autem, regia simul & sacerdotalis tribus, quia & sacerdos secundum hominem & rex dominus Christus.

RAB. Hoc fit cũ quilibet de numero credentiũ Iudæorum doctori de gentibus credenti so iungit, vt eius magisterio filios gignat, id est pietatis opera. Nomine em̃ patrui dici possunt de gẽtibus electi, quia fratres sunt sanctorũ prædicatorũ, qui fuerũt in Iudæa constituti. Nõ debet esse schisma in spiritali cognatione, vbi vna est fides in professione. Et sicut est vnus pastor, debet esse vnũ ouile. *Omnes enim fratres sumus.*

Eph. 4.a. Ioan. 10.c. Matt. 23.a. 2.Cor. 11.c.

Qui humilitatem habere studet, & in infirmitatibus suis cõ placet sibi solennitatem agit, &. grata munera Deo tribuit, & rex suæ conuersationis existit, & progressu virtutum mouetur, ambulans de virtute in virtutem.

a ¶ Infirmitas. b ¶ Complacens.

a ¶ Solennitas ista vel vitulus. b ¶ Rex eius. c ¶ motus.

¶ Pia actio.

¶ Ecclesia catholica.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nec sibi misceantur tri. &c. *Dispensatum tamen fuit quòd tribus sacerdotalis & regia possent commisceri per matrimonia: tum propter nobilitatem vtriusque tribus: tum vt reges per sacerdotes familiaritatem cum eis habentes in vero cultu Dei tenerentur: tum etiã, vt per hoc pax in communi populo magis seruaretur.*

2 Fecerúntque filiæ. *Hic consequenter ponitur prædicta responsionis executio & patet litera.*

3 Hæc sunt mandata. *Hæc est conclusio libri, hæc scilicet quæ prædicta sunt, sunt mandata, quantum ad moralia & cæremonialia.*

4 Atque iudicia. *Quantum ad iudicialia.*

ADDITIO.

In cap. xxxvj. vbi dicitur in postilla. Et eodem modo præcipitur de aliis mulieribus. In hoc præcepto multum deuiat translatio nostra à veritate Hebraica. Nam secundum Hebraicam veritatem non prohibetur fœminis, quin nubant quibuscunque voluerint de genere Israelitico, nisi tantum fœminis quæ hæreditatem habent scilicet illæ quæ non habent fratres, & istis tantum præcipitur quòd alicui de cognatione patris sui nubant, & hoc est quòd dicitur: Omnis filia quæ habet hæreditatem, vni de cognatione patris sui erit vxor. *Similiter non prohibetur quin viri ducant vxores de alia tribu. Hoc enim quod dicitur in translatione nostra: Omnes enim viri ducent vxores de tribu, & cognatione sua, non est in Hebræo sed ibi dicitur sic:* Non reuertatur hæreditas filiorum Israël de tribu in tribum, sed vnusquisque in hæreditatem tribus patrum suorum adhæreat. *Similiter vbi in translatione nostra dicitur:* Ne sibi misceantur tribus, sed ita maneant, *non est sic in Hebræo, sed dicitur sic:* Nec reuertatur hæreditas vnius tribus ad aliam tribum: *Et ratio huius legis restatur pro veritate Hebraica, quæ quidem ratio finalis est, vt diuisio hæreditatum fienda inter tribus perpetuò remaneret, sta quòd nihil de terra quæ in sorte tribui Iudæ caderet, posset aliquando reuerti ad tribum Beniamin & sic de aliis. Et quia secundum legem veterem fœmina non succedebant in hæreditatem paternam, nisi illa tantum quæ fratribus masculis carebant, vt suprà eodem xxvij. cap. ideo de istis tantum dabatur lex ne commiscerentur alicui de alia tribu, quia per talem commistionem hæreditas vnius tribus transiret in aliam, quod erat contra ordinationem diuinam, sed aliæ fœminæ, quæ fratres habebant, & per consequens non succedebant in hæreditate paterna, non prohibebantur per istam legem, quin contraherent cum aliis quarumcunque tribuum, quia ex hoc non sequebatur confusio sortium, vt satis patet. Nec legitur etiam aliquam dispensationem fuisse super hoc factam, quòd tribus sacerdotalis & regia possent adinuicem commiscери per matrimonia: non enim requirebatur in hoc dispensatio, quia Deus non prohibuit commistionem tribuum, nisi tantum vbi ex tali matrimonio posset sequi commistio hæreditatum, vt patet secundum veritatem Hebraicam, vt dictum est.*

REPLICA correctorij contra Burgen. Nec ponderandum videtur quòd Burgen. circa cap. xxxvj. addit: quia est contra nostram translationem & beatum Hieron. & alios sanctos doctores: non est tamen directè contra postillat. quia videtur idem sentire cum Burgen. in tractatu de differentia nostræ translationis & Hebraicæ veritatis, quamuis hìc disputet materiam illam ad partes opinionum, imò ex translatione nostra idem potest haberi si respiciatur bene quæstio mota per filios Ioseph, & responsio data per Moysen: quæstio enim mota fuit solum pro filiabus succedentibus in hæreditate, pro aliis non, vt patet per postillatorem infrà Iudicum decimo & decimoseptimo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AEPILOGVS COMPENDIOSVS LIBRI NVMERORVM, FERME per omnia prothemati in principio eiusdem libri posito, verbotenus alludens.

LIBER iste יוקרא Vaiedab ber Hebraicè, sed Latinè liber Numeri dicitur, qui inter libros quinq; legis quartum obtinet locum. In quo licet ordini historiæ seruiatur, mysticus tamen intellectus innuitur. Ordini historiæ seruitur, quia cum in Leuitico, qui est tertius de consecratione sacerdotum & vsu sacrificiorum quæ in tabernaculo fiebant, agat: in hoc de eiusdem tabernaculi dedicatione & muneribus principũ, quæ in ipsa dedicatione obtulerunt, scribitur. Et cum tabernaculũ deponi & ad alium locũ transferri debeat, qui seruiant tabernaculo, & quid efferre debeãt, id est, quid Caathitæ, quid Gersonitæ, quid Meraritæ deportarent, assignatur. Qui etiã Leuitæ, & secundũ quam ætatem ministrare debeant in tabernaculo docetur. Cõuenienter itaq; post tertium Leuiticũ iste quartus ponitur. Mysteriũ etiã nobis quod in quarto loco ponitur, insinuatur. Sicut enim inter omnes figuras quadrata est perfectior, sic quaternarij perfectione huius operis perfectio cõmendatur. Nam sicut quarto die facta sunt luminaria: Quarta ætas sub Dauid fuit robustissima, quarta etiã ætas hominis, id est iuuentus inter alias fortissima, & alia multa sub quaternario cõstituta, perfectionis sunt indicia. Ita eorũ qui hoc libro numerantur, ostenditur fortitudinis perfectio, dum hi tantùm qui in virtute Israël proficiunt, numerantur. Excluduntur quippe ab hoc numero pueri, fœminæ, Ægyptij, serui, soli de pueris sacerdotũ & Leuitarũ primogeniti numerãtur. Diuinis qppe numeris est indignus puerilis & lubricꝰ sensus, fœminea laxa & dissoluta segnities, Ægyptij, id est seculares mores & seruiliter timẽtes. Solus Israël numeratur, nec tamẽ omnis, sed tantũ qui virtute procedit ad bellũ contra spiritualiũ nequitias potestatum.

Notandum verò quòd nec in Ægypto nec post exitum statim populus Dei numeratur. Prius quippe Ægyptus deseritur, mare transitur, Amalec superatur, manna manducatur, & tabernaculũ construitur. lex digito Dei scripta suscipitur. & tũc populus Dei
B à viginti annis & suprà numero diuino dignus computatur. In quo significatur, quia nisi quis Ægyptum, id est mundum & eius concupiscentias reliquerit, mare rubrum, id est bapti smum sanguine Christi consecratum susceperit, & templũ Dei per inhabitantem spiritum sanctum factus fuerit: Amalec, id est lingens sanguinem, id est diabolum, & vitia, virtute Dei superauerit: corpus & sanguinem domini perceperit, & eo quasi manna vsus fuerit: legem quoq; Dei per omnia seruauerit, ad huius numeri dignitatem peruenire non poterit. Ratio quoq; tribuum, quæ quatuor locis circa tabernaculũ disponuntur per ternarium, ordo & numerus mansionum, societas familiarum, & cuncta ordinatio castrorum mira spirant sacramenta. Quòd enim per quatuor partes trinæ tribus collocantur, innuitur per quadripartita mundi climata, sanctæ trinitatis fidem doctorum officio prædicãdam. In ipsa quoq; familiarum societate innuitur certa spes resurrectionis, scilicet quòd in illa resurrectione illi tribui siue illi ordini angelorum vnusquisq; sociabitur, quem in hac vita manendo imitari pro posse suo laborauerit. Catalogus quoq; mansionum quas à prima quæ fuit in Rameſſe, vsque ad vltimam quæ fuit iuxta Iordanem, quadraginta duo numeramus: numerũ mansionum per quas ad cælum ascendimus (sicut in eorum dispositionibus dicemus) insinuat. Et eundem numerum in cælum nostræ ascensionis habemus, quem in enumeratione generationis Christi descendentis à primo patriarcha Matthæus ponit, vt in eodem numero nos ascendere ad cælum sciamus, quò Christum ad beatam virginem quasi ad Iordanem descendisse euangelista signauit. Quæ virgo bene Iordanis dicitur, quia pleno gurgite fluens, spiritu sancti gratia redundauit. Patet igitur ex supradictis, hunc librum ideo dici librum Numeri, quia in eo populus Israël numeratur, vel catalogus mansionum continetur. In quo intendit Moyses per numerum filiorum Israël qui ad Iordanem descendisse dicuntur, & catalogum mansionum quibus ab Ægypto vsque ad terram promissionis peruenerunt, qui & quo itinere veniatur ad cælum designare, per hoc enim quòd ostendit qui numerentur, ostẽdit qui sint cælo digni. Per hoc verò quod mansiones numerantur, ostendit quo itinere veniatur. Ordo talis est: Primò duces populi, & populum enumeratum circa tabernaculum per quadrum collocat: Leuitas à numero aliorum exceptos, ad ministerium tabernaculi designat. Deinde tabernaculum dedicatur, oblationes affignantur quæ in ipsa dedicatione offeruntur. Deinde Balaam à rege Balac ad maledicendum populum Dei inducitur. Postea catalogus mansionum describitur. In
E fine sex ciuitates ordinantur, tres citra, & tres vltra Iordanem, ad quas confugeret, qui ignorans proximi sanguinem effunderet. Leuitæ inter tabernaculum & cæteros filios Israël excubantes diuisi per Aaronitas ab oriente, & Caathitas ab austro, & Gersonitas ab occidente, & Meraritas ab aquilone, significant prælatos ecclesiæ, qui sunt medij inter clausirales, (qui per tabernaculum) quibus & in temporalibus prouident, & laicos, quibus in spiritualibus præsunt. Aaronitæ, id est Moyses & Aaron, & horum filiorum filij plicant & inuoluunt in tabernaculo secretiora, & introducentes Caathitas dant eis propriis humeris portanda inuoluta, ne videntes moriantur. Non enim propalanda mysteria ecclesiæ, nisi summatibus viris, id est Moysi & Aaron, quia infirmi inde scandalizarentur: vnde & liber presbytero & diacono apertus portatur, cæteris clausus. Gersonitæ & Meraritæ qui sunt indigniores Caathitis, non propriis humeris sed bobus & plaustris portant sua onera. Quia *qui vult meus esse discipulus, me sequatur*, quasi per mortem. Et quantò quis magis vult accedere ad ipsum Deum, tantò grauiorem in currit persecutionẽm. Benedicetis filiis Israël, & dicetis eis. De hoc loco sumpta est benedictio, quam facit episcopus duobus digitis iunctis & eleuatis. Duo digiti iuncti & eleuati significant legem & sacerdotium, quæ per Moysen & Aaron intelliguntur. Tres versiculi qui sequuntur, contineant illam trinam petitionem quæ fit in verbis episcopi quæcunque sint, petitur gratia spiritus sancti, vera salus, pax æterna. Deinde sequitur distinctio personarum semper his verbis, quod iste præstare dignetur qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in æternum.

Matt. 16. d.

PROTHEMA IN DEVTERONOMIVM.

Myrrhæ. *Fasciculus myrrhæ dilectus mihi.* Myrrha arbor aromatica quinque cubitis tantum in altum excrescit, cuius cortex & radix & folia & omnia amara sunt. Myrrha amara est & cadaueribus apponitur, vt arceat putredinem vermium. Hæc est lex vetus in quinque libris comprehensa, amara, id est nemini parcens: vnde & Marath designata est. Appositæ cadaueribus, id est inuenta pro peccatoribus, vt corruptionem criminum ab eis arceret. Huius fasciculus est Deuteronomius, id est ramusculorum plurium in vnum collectio. Terminata enim lege in quatuor voluminibus, iste quintus additus est, diffusè dicta in vnum breuiter colligens, quædam etiam prætermissa supplens. Additus autem est illis vt numero legali satisfaceret. Quinarius enim numerus est legis, quaternarius euangelij. Vnde & refectio quinq; milium hominum in euangelio ad patres veteris testamenti spectat. Refectio quatuor milium ad patres noui. Illis enim promissa sunt & data terrena, quæ quinque sensibus subsunt. Illis quadrata, id est soliditas terræ viuentium. Deseruit etiam liber iste
C euangelio in nomine, in explanationis serie, in sui dignitate.
Elleh Haddebarim. Dicitur enim Hebraice אלה הדברים Elleh Haddebarim, id est, hæc verba, Græcè δευτερονόμιον, quod est Latine secunda lex: Non vt quidam dixerunt, altera post prædictam, vnde in prædictis dicebatur: Locutus est dominus: hic autem: Locutus est Moyses. Sed secunda, id est secundò iterata, hoc nomine euangelium præfigurans, quod succesit legi, cui nullum succedet. Cum etiã multa breuiter colligit, & supplet quædam, formam euangelij præfigurat. Hoc est enim abbreuiatum verbum quod fecit dominus super terram, & supplet imperfecta legis. vnde: *Non veni* Matt. 5. b. *soluere legem, sed adimplere.* Cùm autem dicitur hoc opus adeò dignum, quod manibus regis gestari iubeatur: dignitatem euangelij aperit quod ordinatum est in manu mediatoris. Cùm ergo lex seruiat euangelio, meritò est fasciculus dilectus Christo, non tantum pro se, quantum, quia ostendit rotam in medio rotæ. Intentio est recapitulare prædicta triplici fine. Vt arctius memoriæ commendetur vt vtilitas prædictorum inculcetur. Quod enim vtile est, sæpe dicere, nec pigrum esse debet (vt ait Apostolus) nec molestum audire. Et vt duritia Iudæorum condemnetur, qui toties dicta non audierunt. Phil. 3. c.

Modus agendi.

Modus agendi. quasi prologum, quo ostendit quis scripserit, & quid, &c. Pòst memorat graue delictum pro quo perierunt in deserto, vt hoc timore excitet ad audiendum. Pòst separat ciuitates refugij. Pòst recapitulat dicta & facta bona & mala supplet. Pòst iubet hunc librum poni in arca, & septimo anno legis omni Israeli in scenophegia. Pòst subdit canticum: Audite, &c. in memoriam murmuris eorum, & pœnæ, obedientiæ & præmij. Et pòst benedictiones tribuum. Vltimò de morte Moysi.
F

CAP. I.

A a *Liber Deuteronomij.* ✠ PROC. Quæ à Moso in hoc præsenti libro repetuntur, præcedentibus enarrationibus mandauimus. Cæterum quoniam à lege hic libet nomen habet, legis præfigendi sunt termini. Est itaq; lex oratio, quæ quid faciendum sit, præcipit, quid non faciẽdum sit vetat. Vel sic, est oratio animali natura politico præcipiés vel vetãs. Natura enim politicus omnis homo est, nam illi insitum est natura legibus reipub. diuinæ parere, de qua dictum est: *Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.* Psal. 86. Vel sic, lex est definitio politici de rebus agendis vel omittendis. Vel sic, est oratio præcipiens vel vetans, de omnibus vitæ actionibus, quæ, quando, & quomodo malè & cum damno fiãt. Vel sic, est norma iustorum & iniustorũ. Vel sic, Mensura iustorum & iniustorum, nõ tam hominũ quam rerum. Vel sic, est oratio docens quomodo remp. administrare oporteat, quæ definitio oi conueniet, qui omnes suas actiones ad rempub. cælestem refert. Vel sic, est oratio interdictoria scientiæ regiæ, quam Christus, ipsa patris sapientia, omnibus qui huius ductu ad regnum cælorum, seu Dei contendunt, impertit. Vel sic, est consensus ciuitatis de rebus faciendis vel non faciendis, sit verò ciuitas consonus ecclesiæ cœtus, de rebus faciendis aut minus. Extenditur autem lex super magistratus ecclesiasticos, tri-
B bunalia, bellum contra oppositas actiones, pacem mutuam, sana de Deo dogmata, nuptias, liberorum eductiones, præparationem extremæ à vita migrationis, deniq; iusta defunctorũ. In vnoquoq; enim horũ, vel legitimè vel illegitimè quisq; versatur.

Quæst. 1. in Deuteron. ✠ THEODO. Cur hic liber qui est in ordine quintus, Deuteronomium, id est, secundilegium appellatur: Cum ex Ægypto dominus populum suum eduxisset, tulit in monte Sina legem, ad cuius normam posteà viuerent, secundo deinde anno iussit, vt terras promissas capesserent, quas illi cum neglexissent, quasi eius opibus diffidentes, iratus iurauit, de censis à Moyse nemini cõcessurum, vt ad optatas sedes peruenirent. Sed fore vt per annos quadraginta vastas per solitudines errabundi morerentur, exceptis duobus. His igitur interemptis recenseri iubet eorum filios, eandem agentes ætatem, quam illi tum quando fuerant supputati. Hosce Deus introducturus in terram quam erat pollicitus, docet ministerio prophetæ legem, quam patribus eorum transgressoribus explanauerat. Quare Deuteronomium continet recapitulationem eorum quæ lege cauta sunt & gesta in libris Exodi, Leuitici, & Numerorum. Notat etiam tempus & locum vbi & quando huic iuuenum multitudini doctrinam proposuit. Quibus apertè demonstratur, non esse hanc nouam legem, sed summam quandam legis, ad instruendos superstites maiorum suorum, qui tot tantaque Dei erga se merita nõ vidissent.

b *Hæc sunt verba quæ.* Præmittit legislator titulum quasi prologum, in quo ostendit nomen autoris, & quid fecerit, & vbi, & quando. Sicut paulò pòst in glossa distinguetur, & terminatur vt quibusdã videtur, ibi: Quadragesimo, &c. vel inferius, ibi: Deus

Historia. noster, &c. Sed ad eorum euidentiam quæ in prologo, & eorum
C quæ sequuntur, tangenda est aliquantulum veritas historiæ. Ab exitu

CAP. I.



¶ Docendo. ¶ Lex.

b c d HÆC sunt verba quæ locutꝰ est Moyses I 2 trò abierunt per desertum, & in illo spatio ix. mansiones iterum fecerunt. Nouecim verò dies Moyses antequam veniret ad Cadesbarne, legem solo verbo recapitulauit, & de Cadesbarne vsq; E ad campestria Moab, & illo spatio vndecim dierum scripto voluit commendare. Ecce de primo anno xij. de secundo xxj. de reliquis nouem, & ita quadraginta duæ mansiones.

Hæc fuit causa huius libri, vt scilicet quæ facta fuerant, breuiter collecta, arctius tenerentur in memoria, facilè enim retinentur quæ breuiter dicuntur.

c RABA. *Hæc sunt verba quæ locutus est Moses, &c.* Principium Deuteronomij titulus esse videtur totius operis, quia personam indicat autoris, & quid fecerit, & locum & tempus. Nomen quoque libri gratiam demonstrat noui testamenti. Deuteronomium namq; secunda lex interpretatur, & euangelium significat quod veteris testamenti sacramenta spiritualiter explanat. Sicut liber Deuteronomij repetitio est quatuor librorum legis. Illi enim proprias continent in se causas, iste replicat vniuersa, haber & ipse propria sacramenta. Deuteronomium quid sit.

Hæc sunt verba. IDEM. Hoc de se tanquam de alio de more sanctæ scripturæ dicit, sicut & ibi: *Erat Moyses mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.* Sic enim vitat arrogantiã, & demonstrat vitandam. Similiter & Iob de se dicit: *Vir erat in terra Hus nomine Iob &c.* Et: *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his &c.* De se tanquam de alio loquitur sicut Ioannes de se ait: *Discipulum quem diligebat Iesus, &c.* Vel spiritus sanctus perhibet ei testimonium, vt nemo possit dubitare Moysen ista scripsisse. Num. 12. a. Iob 1. a. Ioan. 5. e. Ioan. 9. e.

✠ DIODO. Secundum omnia hæc non vno eodemque die retulisse propheram, sed multos interessisse dies, quibus paulatim animos illorum legitimis institutis imbueret, vnde frequenter eadem circumagit verba, vt ex continuatione memoriam instauret. Ex catena Græca.

d *Locutus est.* Moyses lex vetus est quæ, trans Iordanẽ, id est ante Allegoricè. F baptismum

NICOLAVS DE LYRA

CAP. I.

Psal. 118. b. 1 Lex cui datur. DEclaratio sermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. *Sicut dictum fuit in principio Exod. lex non datur propriè vni personæ singulari, sed communitati, & ideo datio legis præsupponit adunationem plebis cui lex sit danda: & ideo sicut fuit dictum in principio Gen. lex quæ continetur in quinque libris Moysi sic diuiditur: quia primò in libro Gen. describitur separatio fidelis populi ab infideli, & eius adunatio sub cultu vnius Dei. In Exodo verò & in aliis duobus libris sequentibus describitur datio legis populo iam adunato. In Deutero. verò describitur replicatio legis data in eius explicatione: de qua potest dici competenter verbum propositum: Declaratio sermonum, &c. Vnde liber iste procedit secundum quadruplicem modum in verbis propositis contentum, scilicet explicando obscura, quod notatur cum dicitur: Declaratio secundo replicando in aliis libris prædicta, quod notatur cum dicitur: Sermonum tuorum, tertiò supplendo omissa, quod notatur ibi: Illuminat, quartò applicando & addendo necessaria, quod notatur cum dicitur: Et intellectum dat paruulis: sicut videbitur in processu libri. Qui quidem liber diuiditur in proœmium & executionem, quæ incipit ibi: Cæpit ò, Moyses. In proœmio quatuor notantur, primo quis scripsit, secundò quibus, ibi: Ad omnem Israel tertiò vbi scripsit ibi: Trans Iordanem, quartò quando scripsit, ibi: Quadragesimo anno. Circa primum scilicet:*

2 Hæc sunt verba quæ locutus. *Sciendum quod aliquid dixerit* Diuisio. ✠ quòd

baptismum Israeliticum docuit populum. In Iordane enim significatur baptismus in quo baptizatus est Christus. In solitudine campestri, id est in sterilitate carnalis populi, qui fructum virtutum non attulit.

Matt.3.d. Luc.13.g. a *In solitu.* Sterilitate plebis, cui dicitur: Relinquetur vobis domus vestra deserta.

b *Contra ma.* Quia generaue prava & peruersa ablutionem peccatorum in sanguine Christi credere noluit.

†& Dazaab c *Inter Pharã.*

a ¶ Iudaicum populum, cui vniuersaliter lex data est. b ¶ Ante baptismum. c ¶ In ecclesia qua non est horror spinarum, id est vitiorum.

a b ad omnem Israël trans Iordanem in solitudine † campestri contra

a ¶ Baptismum Christi sanguinem rubeum. ¶ Nomina locorum. b ¶ Auctus est. ¶ Ecclesia longe lateque diffusa, vel dilatata. c ¶ Insulsitas. Ecclesia enim stulta videtur, quia despicit visibilia, cupiens inuisibilia. d ¶ Dealbatio, ecclesia in baptismo dealbata est. e ¶ Atria de quibus dicit ecclesia: Concupiscit & deficit anima mea in atria domini Psal.83.a.

c mare rubrum inter Pharan & Thophel, & Laban & Haseroth,

a ¶ In ecclesia. b ¶ Sapientiæ. c ¶ Multifaria significat mysteria, & spiritualem thesaurum sapientiæ his quæ dicuntur inesse. d ¶ Numerus transgressionis. e ¶ Peruenerunt, subaudi. ¶ Quia lex Dei à monte Horeb.

d † ubi est auri plurimum, vndecim diebus de Horeb per viam mon-

Pharan auctus: Thophel, insulsitas: Laban, dealbatio: Haseroth, atria. Auctus est enim populus numero hominum, doctrina legis & prophetarum: sed insulsus fuit: quia sal sapientiæ non habuit, dealbatus verò legis ceremoniis variisq; munditiis, quas ex litera legis se habere credidit. Quæ bene per atria significatur, tanquam per diuinas scripturas ad introitum fidei paratus. vnde multi in aduentu Christi facilius susceperunt, quàm ei ante prædictum

Vndecim dies, sunt vndecim apostoli p quos (Iuda reprobato) euangelium Christi prædicatum est in mundo.

† in planicie vel campo

c *De Horeb.* Qui Hebraicè חרב chòreb, incipiens per Seir, id est pillosum & sordidum vitiis populum transiens venit ad Cadesbarne: qui commutatus vel electus vel nobilis interpretatur, significans literalẽ legis sensum in spiritalem per euangelium commutatum. *Omnia enim in figura contingebat illis, scripta ad correctionem nostram: in quos fines seculorum deuenerunt.* Lex enim non est soluta, sed adimpleta, *nec vnum iota aut vnus apex præteribit donec omnia fiant.*

1.Cor.10.b. Matt.5.c.

a *Qua*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *quòd Moyses no scripsit hunc lib. sed tantũ protulit verba vel sententiam, quæ Iosue & alij senes memoriter retinentes: in hunc librum conscripserunt post mortem Moysi & hoc probant primo, eò quòd dicitur in principio: Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses, & nõ dicitur: qua verba scripsit. Secundò ex hoc quod dicitur trans Iordanem, & sic vester quòd liber fuerit scriptus trans Iordanem. Moyses autem Iordanem non transiuit, vt patet in fine huius lib. & in pluribus aliis locis. Tertiò ex hoc q; in fine huius lib. describitur mors & sepultura ipsius Moysi, quã ipse Moyses scribere non potuit. Sed hoc est manifestè contra id quod habetur infrà xxxj.c. vbi dicitur: Scripsit itaque Moyses legem hanc & tradidit sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis domini. Et infrà eodem cap. Postquam autem scripsit Moyses verba legis huius in volumine atque compleuit, præcepit q, Leuitis qui portabant arcã fœderis domini dicens: Tollite librũ istum, &c. Et ideo dicunt alij, quòd Esdras scripsit principiũ & finem huius libri addẽdo verbis Moysi. Sed hoc est contra illud quod dicitur in prin. huius lib. Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses: Ex quo patet quòd nõ sunt verba Esdræ sed Moysi. Propter quod dicit Ra.Sa.& Hebræi alij, q̃ totus iste liber scriptus fuit à Moyse excepto vlti.ca. quod scripsit Iosue post mortem Moysi. Ad illud autem quod obiicitur primo dicendum, quòd Moyses verba lib. huius seu sententiam primo protulit coram populo per modum exhortationis, & quantum ad hoc dicitur: Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses, sed postea scripsit ad memoriã in futurũ. Quod autem secundo obiicitur, magis est ad oppositum, quia trans Iordanem & citra accipiuntur in sacra scriptura respectu situs Ierusalẽ, & ideo illa pars vbi habitabant duæ tribus cum dimidia, quæ fuit acquisita ante transitum Iordanis vocatur trans Iordanem, quia inter ipsam & Ierusalem, Iordanis est medius. Ad tertium responsio patet ex dictis. Consequenter ostenditur quibus scripsit, cum dicitur:*

Quis hunc librum scripserit.

1 Ad omnem. *Dicit autem Ra.Sa. quòd ad hoc vocauit totum populum, vt quilibet haberet locum loquendi si vellet in aliquo obiicere verbis Moysi, vt sic postea nullus haberet locum contradicendi, sed non est verisimile, quòd totus populus posset generaliter audire verba Moysi loquentis, cum numerus virorum qui poterant ad bella procedere absq; mulieribus & paruulis esset sexcenta milia, & mille septingenti triginta, vt habetur Num.xxvj. Et ideo melius videtur dicendũ, quòd quãdo Moyses loquebatur verba libri huius populo per modum exhortationis fuerunt ibi tantũ capitanei & principales populi, in quibus quodãmodo tota multitudo populi cõtinebatur. Scripsit tamen Moyses ad omnẽ Israël generaliter, quia non solũ illi qui erant tunc præsentes, sed etiã absentes & futuri de populo illo obligabãtur ad ea quæ fuerunt scripta in hoc libro: & ideo fuit repositus in latere arcæ vt legeretur quolibet anno septimo, vt habetur infrà xxxj. cap. Consequenter ostenditur vbi scripsit cum dicitur:*

2 Trans Iordanem. *Antequam transirent Iordanem.*

3 Contra ma.ru. *Habet enim hoc mare multos sinus & vnus illorum est contra locum illum.*

4 Inter Pharan. *Nomina sunt locorum circa locũ illum vbi Moyses explanauit legem.*

5 Vbi auri est plurimum. *Quia ibi sunt minerę auri.*

6 Vndecim diebus de Horeb. *Istud exponitur dupliciter: vno modo ab aliquibus referendo ad literam præcedentem cum dicitur: Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses in tali loco. Vndecim diebus id est xj. dies posuit ad loquendum ista. Sed quomodo exponatur litera sequens & cui coniungatur, cum dicitur per viam montis Seir, &c. non habetur ex verbis eorum: & ideo aliter exponitur ab aliis, non soluũ referendo ad literam præcedentem: sed etiam subsequentem, vt sit sensus: Hæc verba locutus est Moyses vndecim diebus: veniendo, scilicet de Horeb per viam montis Seir, ita quòd in illo vndenario dierum facta est legis explanatio. Sed hæc expositio non videtur rationabilis: quia non est verisimile quòd Moyses eundo per viam explanaret populo legem, quia talis explanatio requirit quietem doctoris & auditoris. Et ideo Rab. Salo. aliter exponit dicẽs, quòd in hoc notatur spatium terræ inter montem Horeb & Cadesbarne, quod secundum eos est itineris vndecim dierum, & tamen filij Israël in recessu suo de Horeb post legem datam venerunt illuc in tribus diebus, quod sic probat: quia anno secundo egressionis de Ægypto, mense secundo vicesima die mẽsis recesserunt ab Horeb, vt habetur Num.x. & eodem anno vic esimonono die mensis tertij venerunt in Cadesbarne, vnde miserunt exploratores. Si igitur inde subtrahantur triginta dies, quibus populus mansit in sepulchris concupiscentiæ, quia ibi comederunt carnes mense integro, vt habetur Num.xj. & iterum septem dies quibus mansit populus in Asteroth quandiu Maria fuit reclusa, non remanent nisi tres dies quibus fecerunt iter prædictum, & hoc posuit Moyses secundum eum ad ostendendum filiis Israël, qualiter Deus accelerabat iter populi ad intrandum ciò terram promissionis nisi peccatum eorum impediuisset quando territi verbis exploratorum murmurauerunt contra dominum volentes reuerti in Ægyptum, & ideo quadraginta annis fuerunt vagabundi per desertum. Igitur secundum hanc expositionem est sensus:*

Vndecim diebus. *Supple itur vsque ad Cades eundo.*

8 Dominus Deus tuus. *Hic replicantur in generali beneficia toto illo tempore exhibita, cum dicitur:* Dominus Deus tuus benedixit tibi. *dando legem.*

9 In omni opere manuum tuarum. *& maximè in opere tabernaculi ad cultum Dei poſt legem datam.*

10 Nouit iter. *ducendo te in columna ignis & nubis.*

11 Quomodo tranſieris. *in qua ſunt ſerpentes & ſcorpiones in multitudine conſeruando te ab eorum læſione.*

✠ 1 Per

MORALITER.

✠ 1 *Profectique inde, &c.* Sequitur:

† *In poſſeſſionem, &c.* Et de terris Moabitarum & Ammonitarum dicitur infrà eo. cap. quòd dominus dedit eam filiis Lot in poſſeſſionem, ſicut & filiis Iſrael dedit terram Chanaan, & tamen Idumæi, Moabitæ, & Ammonitæ erant idolatræ, filij verò Iſrael cultores erant vnius veri Dei. Ex quo patet quod Deus terrena bona & temporalia dat indifferenter bonis & malis: ſic autem non eſt de ſpiritualibus bonis & æternis. nam bona gratiæ & gloriæ ſolis bonis conceduntur, & ideo collatio bonorum temporalium non eſt certum ſignum amicitiæ diuinæ, ſed aliquando magis eſt ad contrarium. Iob. xxj. a. *Quare ergo impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatique diuitiis, &c.* Sequitur: *Ducunt in bonis dies ſuos, & in punctō ad inferna deſcendunt.*

MORA-

ctorum patrum veſtigijs & doctrinis inſtituunt, & ſpiritalē militiam ſub rego Chriſto agunt. de qua dicitur: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem. ſed aduerſus principes & poteſtates, &c.*

Ephe. 6. b.

a *Filijs Lot tradidi.* Ar metropolis eſt Moabitarum, ſuper ripā torrentis Arnō: olim poſſeſſa à gente veterrima Emim, poſtea retenta à filijs Lot, id eſt Moabitis ſubuerſis accolis.

Hęc oſtēditur hodie in vertice mōtis, torrēs verò per abrupta deſcendens, in mare mortuū fluit. Ar interpretatur ſuſcitauit. Emim, id eſt, terribiles. hi ſunt dæmones qui lites ſuſcitāt, & contentiones & & tela nequitiæ parant contra fideles. Enacim quoque de ſtirpe Enac procreati, & gigantibus proceritate æquati, ſecūdū nomē ſuū ſignificant dęmones, nā monile collo ſublimi interpretantur. Superbiæ enim faſtu elati omnem militiæ ſuæ paraturam aſcribunt ppriæ virtuti, & ideo illis facilē cedūt, qui in virtute Dei confidunt, & cum Pſalmiſta dicunt: *Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.*

b *De Cadeſbarne.* Hieronym. Cadeſbarne eſt locus in deſerto, qui coniungitur ciuitati Petræ in Arabia, vbi occubuit Maria: & Moyſes rupe percuſſa aquam fudit populo dedit. Mōſtratur etiā vſque hodie ibidē ſepulchrū Mariæ, ſed & principes Amalec ibi cæſi ſunt à Chodorlaomor.

a *Miſi*

Allegoricè.

B

† & filij Eſau expulerunt eos & perdiderunt eos & in loco ipſorum ipſi Pſal. 117. b.

Diuiſio.

Ris ſolitudinem hanc magnam per quadraginta annos, habitans tecum dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit. Cumque tranſiſſemus fratres noſtros filios Eſau, qui habitabāt in Seir per viam campeſtrem de Elath, & de Aſiongaber, venimus ad iter quod ducit in deſertum Moab. Dixitq; dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduerſus eos prælium: Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia a filijs Lot tradidi Ar in poſſeſſionem. Emim primi fuerunt habitatores eius populus magnus & validus, & tá excelſus, vt de Enācim ſtirpe quaſi gigantes crederentur, & eſſent ſimiles filiorū Enacim. Denique Moabitę appellant eos Emim. In Seir autem prius habitauerunt Hōrrhæi, † quibus expulſis atque deletis habitauerunt filij Eſau, ſicut fecit Iſraël i terra poſſeſſionis ſuæ, quam dedit ei dominus. Surgentes ergo vt tranſiremus torrentem Zared, venimus ad eū. Tempus autem quo ambulauimus de Cadeſbarne, vſq; ad tranſitum Zared, triginta & octo annorum fuit, donec conſumeretur omnis generatio hominum bellatorum de caſtris, ſicut iurauerat dominus, cuius manus fuit aduerſum eos, vt interirent de caſtrorum medio. Poſtquam autem vniuerſi ceciderunt pugnatores, locutus eſt dominus ad me, dicens: Tu tranſibis hodie terminos Moab vrbem nomine Ar, & accedens in vicina filiorum Ammon, caue † ne pugnes contra eos, nec † mouearis ad prælium. Non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filiis Lot dedi eam poſſeſſionem. Terra gigantū reputata eſt, & in ipſa olim habitauerunt gigātes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim, populus magnus & multus & procerę longitudinis, ſicut Enacim, quos deleuit dominus à facie eorum, † & fecit illos habitare pro eis, ſicut fecerat filiis Eſau qui habitabāt in Seir, deles Horrhæos, & † terrā eorum illis tradens, quam poſſidēt vſque in præſens. Heuæos quoque qui habitabant in Haſerim vſque Gazam Cappadoces expulerunt. Qui egreſſi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. Surgite & tranſite torrentem Arnon. Ecce tradidi in manu tua Sehon regem Heſebon Amorrhæum, & terram eius incipe poſſidere, & committe aduerſum eum prælium. Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos,

a
1 2 3 b 4 5 † ne obſidas † litiges cū eis. 6 E 7 † & expulerunt eos, & intrauerunt loco ipſorū † & expulerunt eos & habitauerunt in terra ipſorum 8 9 10 11 12 F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Per quadraginta. *per ſpecialem cultum.*

2 Et nihil vobis defuit. *quia dedit tibi manna, & eduxit aquam de petra.*

3 Cumque tranſiſſemus. *Hic deſcribitur ſecundus populus, ſcilicet Moabitarum, cum quibus prohibiti fuerunt filij Iſrael bellare, & præmittur modus veniendi ad terram eorum, cum dicitur: Cumque tranſiſſemus, &c. Conſequenter prohibetur contra eos bellum, cum dicitur:*

4 Non pugnes contra Moabitas, &c. *Cuius cauſa ſubditur, cum dicitur: Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum.*

5 Quia filiis. *Et hoc fuit ex merito Abrahæ & promiſſione ſibi facta. ex hoc enim, quod Lot receſſit de Aram, vt iret cum Abrahā in terram Chanaan, & cum eo iuit in Ægyptum, & redit, vt habetur Geneſis xij. & xiij. Abraham reputauit eum quaſi filium.*

6 Emim primi fuerunt. *Dicti ſunt autem Emim, id eſt, terribiles, quia ex aſpectu ſua magnitudinis alij terrebantur.*

7 Vt de Enacim ſtirpe. *Enac fuit gigas, de cuius magnitudine & filiorum eius dicitur, Numeri xiij. quibus comparati quaſi locuſta videbamur.*

8 Sicut fecit Iſraël in terra poſſeſſionis ſuæ. *Ex hoc aliqui dicunt, quod Eſdras ſcripſit principium huius libri, quia hic loquitur de acquiſitione terræ filiorum Iſrael, quæ tamen fuit acquiſita poſt mortem Moyſis: ſed hoc dictum ſuprà improbatum eſt, ideo dicendum eſt, quòd Moyſes hic loquitur de futuro per modum præteriti, ad oſtendendum certitudinem impletionis diuini promiſſi. Poteſt etiam dici, quid loquitur hic de præterito quantum ad acquiſitionem terræ Sehon regis Heſebon, & Og regis Baſan, quæ fuit acquiſita viuente Moyſe, & antequā ſcriberet librum iſtum. Cætera patent.*

9 Poſtquam autem. *Hic deſcribitur tertius populus, ſcilicet Ammonitarum, contra quem prohibitum fuit præliari, quia Ammon & Moab, ex quibus deſcenderunt Ammonitæ & Moabitæ, fuerunt filij Lot de duabus filiabus ſuis, vt habetur Gen. xix. g. Quos deleuit Deus à facie eorum propter meritum Abrahæ cuius ſibi Lot reputabatur.*

10 Surgite. *Hic conſequenter inducit Moyſes populum ad Dei & legis reuerentiam, recolendo beneficia diuina tempore belli, & primò recolit beneficia exhibita tempore belli præteriti. ſecundò exhibenda tempore belli futuri, ibi:* Ioſue quoque. *Beneficia autem exhibita in bellis præteritis ſunt regna acquiſita per victoriam diuinitus datam. Circa quod primò agitur de terra acquiſitione ſecundò de diſtributione acquiſita, ibi:* Terramque poſſedimus. *circa medium in cap. Adhuc primò deſcribitur acquiſitio regni Sehon. ſecundò ipſius Og in principio tertij cap. Circa primum primò deſcribitur præli cauſa, ſecundò victoria ibi:* Percuſſimuſque. *Circa primum oſtenditur belli cauſa, & iuſta ex parte filiorum Iſrael: ſecundò iuſta ex parte Sehon, ibi:* Voluitque Sehon. *Circa primum oſtenditur bellum filiorum Iſrael eſſe iuſtum ex auctoritate & præcepto domini, qui terram vnius prouintiæ ſuæ poteſt dare alteri. & hoc eſt quòd dicitur:* Surgite & tranſite. *& hoc continuatur ſic cum præcedentibus: quòd ſunt verba domini ad populum quæ refert Moyſes.*

11 Ecce tradidi. *Hoc dicitur ad oſtendendum, quòd victoria fuerat ex beneficio diuino, non ex virtute populi Iſrael.*

12 Hodie incipiam. *quia per victorias habitas de regibus Sehon & Og timor filiorum Iſrael cecidit ſuper omnes hoc audientes.*

Diuiſio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 *Misit ergo nuntios &c.* Sehon diabolum significat, quod est germen inutile vel arbor infructuosa, vel elatus. Israel populũ Christianum, qui per viam mundi huius cupit transire, & ad cælestia regna peruenire. Hic mittit ad Sehon verbis pacificis, promittes se non habitaturum in terra eius, sed tantum transiturum, & regali via incessurum.

Allegorice.

Hoc quilibet fidelis cum primũ ad aquam baptismi peruenit, & prima fidei signacula suscepit. Abrenuntiauit enim diabolo & pompis eius, & operib⁹ eius, & omni seruitio, & voluptatibus eius. Hoc est quod dicitur: *Quia Israel non declinabit in agrum eius, vel in vineam eius, & aquã de lacu eius nõ potabit*, id est disciplinam vel astrologicæ vel magicæ, vel cuiuslibet doctrinæ, quæ cõtra pietatem est, amplius nõ sumet; sed bibet de fontibus saluatoris, non derelinquet fontem aquæ viuæ, vt bibat de fonte Sehon, sed in[illegible]det via regia, quæ *est* Christus, qui dicit: *Ego sum via, veritas, & vita.* Et rex, secundum illud: *Deus iudicium tuum regi da.* Non declinabit in agrum neque in vineã eius, ad opera scilicet vel ad prauos sensus eius. Amorrhei loquẽtes interpretãtur, vel amaricantes: quia deũ ad amaritudinem prouocant, & in verbis tantum confidunt, vt Poëtę, Astrologi, Philosophi, qui inania locquuntur. Regnum autem Dei non est in sermone, sed virtute. Volunt fideles cum pace transire, & pacifici esse etiam cum inimicis pacis sed eò magis principem mundi offendunt, quò se cum illo nolle morari dicunt, nec aliquid eius contingere. Inde exacerbatus magis persequitur, pericula suscitat, cruciatus intentat, congregat populum suum, exit confligere aduersum Israel. Populus eius sunt principes & iudices mũdi, cũctique nequitiæ ministri, q̃ persequuntur populũ Dei: sed & ipse venit in Iasa, quod interpretatur mundi plenitudo. Qui enim ad expletionẽ mandatorũ Dei venerit, Sehõ vel exercitum eius sequentem nõ timebit. Mandata enim Dei complere, est diabolum & exercitum eius superare. Sic enim conterit Deus Sathã sub pedibus nostris, & dat nobis potentiam calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.

Matth. 3. d. Matth. 11. d. 1. Cor. 4. d. Ioan. 14. a. Psal. 71. a. Num. 21. g. Rom. 11. d. infrà. 32. a. Mystice.

Timeant à fidei sacramento baptismi pereuntes.

Hoc quilibet fidelis cum primũ ad aquam baptismi peruenit, & prima fidei signacula suscepit. Abrenuntiauit enim diabolo & pompis eius, & operib⁹ eius, & omni seruitio, & voluptatibus eius. Hoc est quod dicitur: *Quia Israel non declinabit in agrum eius, vel in vineam eius, & aquã de lacu eius nõ potabit*, id est disciplinam vel astrologicæ vel magicæ, vel cuiuslibet doctrinæ, quæ cõtra pietatem est, amplius nõ sumet; sed bibet de fontibus saluatoris, non derelinquet fontem aquæ viuæ, vt bibat de fonte Sehon, sed in[illegible]det via regia, quæ *est* Christus, qui dicit: *Ego sum via, veritas, & vita.* Et rex, secundum illud: *Deus iudicium tuum regi da.* Non declinabit in agrum neque in vineã eius, ad opera scilicet vel ad prauos sensus eius. Amorrhei loquẽtes interpretãtur, vel amaricantes: quia deũ ad amaritudinem prouocant, & in verbis tantum confidunt, vt Poëtę, Astrologi, Philosophi, qui inania locquuntur. Regnum autem Dei non est in sermone, sed virtute. Volunt fideles cum pace transire, & pacifici esse etiam cum inimicis pacis

qui habitant sub omni cælo, vt audito nomine tuo paueant, 1
& † in morem parturientium contremiscant, & dolore teneã- 2
¶ Diabolum.
tur. † Misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Sehon 3
¶ Quæ dicuntur in baptismo. a ¶ Quãsi peregrini & aduenæ. b ¶ Mundum qui in malo positus est.
regem Hesebon, verbis pacificis, dicens: Transibimus per tẽ-
a ¶ Quæ est Christus communis omnibus.
ram tuam, publica gradiemur viã, non declinabimus, neque 4
¶ Vt nullus nobis insti. ¶ Vt iniusti.
ad dexteram neque ad sinistram. Alimenta pretio vende no 5
bis, vt vescamur, aquam pecunia tribue, & sic bibemus. Tan 6
tum est, vt nobis concedas transitum, sicut fecerunt * filij Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ qui morantur in Ar, do 7
nec veniamus ad Iordanem, & transeamus in terram quam dominus Deus noster daturus est nobis. Noluitq; Sehon rex 8
a ¶ Indurari permiserat exigentibus peccatis.
b Hesebon dare nobis transitum, quia indurauerat dominus 9
a ¶ Lxx consortauerat quod & in malo accipitur. ¶ In malo. ¶ Conuertit cor eorum, vt auderent eius populum, & dolum facerent in seruis eius. b ¶ Vincendus.
Deus tuus spiritum eius, & obfirmãuerat cor illius, †vt trã- 10
deretur in manus tuas, sicut nunc vides. Dixitque dominus ad
a ¶ Diabolus. b ¶ Fidelibus. c ¶ Dæmonibus vel inimicis visibilibus.
me: Ecce cœpi tibi Sehon tradere & terram eius, incipe possi-
a ¶ Quod est completio mandatorum. b ¶ Vincendum.
dere eam. Egressusq; est Sehon obuiam nobis cum omni po- 11
pulo suo ad prælium in Iasa, & tradidit eũ dominus Deus no-
a ¶ Dæmonibus. b ¶ Principibus huius mundi & quibuslibet malis.
ster nobis, percussimusq; cum filijs & omni populo suo, cun- 12
a ¶ In eo quod mali erant: vertit impium & non erit. 13
ctas q; vrbes in tempore illo cepimus interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis. Nõ reliquimus in eis quicquam absque iumentis, quæ in partem venere prędã
a ¶ Quod est subleuatus.
tium, & spolijs vrbium quas cepimus ab Aroër, quæ est super

tæ, non carne Iudæi, sed spiritu habitant in omnibus ciuitatibus Amorrhęorum, cum in omni orbe terrarum Christi ecclesię propagantur, & vnusquisque nostrum ciuitas fuit regis Sehon:

☞ quia

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui habitant. *Ex hoc dicit Rab. Sa. quòd in pugna Israel contra Sehon & Og. sol stetit sicut tempore Iosue, & per hoc victoria nostra facta fuit sub omni cælo: Sed non est verisimile, quòd Moyses tantum Dei beneficium tacuisset, cum per scripturam huius libri intẽderet inducere præsentes & futuros ad reuerentiam Dei & legis diuinæ. & ideo dicendum, quod est modus loquendi hyperbolicus, cum dicitur:* Sub omni cælo, *qui modus loquendi frequenter in sacra scriptura reperitur.*

2 Et in morem parturientium. *Exterius in corpore, & dolore teneantur: interius in corde.*

3 Misi ergo. *Hic secundò ostenditur bellum filiorum Israel iustum ex parte ipsorum, quia primo obtulerunt pacem, petentes transitum pacificum. Licet etiam Moyses scivet per reuelationem domini vt prædictum est, quòd Sehon transitum non concederet, sed magis contra eum bellaret, tamen pacem obtulit vt daret exemplum filijs Israel in futurum. licet enim esset eis inhibitum, ne pacem aliquam facerent cum habitatoribus terræ Chanaã, sed eos delerent simpliciter, sicut dictum fuit Nu. xxxij, tamen cum gentibus alijs pugnaturi primum debebant offerre pacem, vt habetur infra xx. ca. Regnum autem Sehon erat extra terram Chanaan, & ideo misit ad eos nuntios verbis pacificis, sicut dicitur hic:* Misi ergo nuntios &c.

4 Publica gradiemur. *sta quod nullum nocumentum inferemus bonis tuis immobilibus seu terræ tuæ nascentibus.*

5 Alimenta pretio pendo nobis. *sta quod nullam iniustitiam faciemus tibi in bonis mobilibus.*

6 Tantum est vt nobis concedas &c. *Contrarium videtur Nu. xx. cap. vbi dicitur:* cui respondit Edom: Non transibitis per me, alioquin armatus occurram. *& postea subditur:* Et diuertit ab eo Israel. *Ad hoc dicunt aliqui, quòd licet filij Esau non concesserint trãsitum filijs Israel per medium terræ suæ, tamen concesserunt transitum per*

per terram suam in extremitatibus. Ra. Sa. dicit quòd non concesserunt transitum per aliquam partem terræ suæ, sed portabant eis alimenta venalia ad loca per quæ transibant iuxta terram suam. & ideo dicit quòd illud quod hîc dicitur: Sicut fecerunt filij Esau, hoc non refertur ad concessionem transitus, sed solum ad venditionem victualium. Duo enim petebant filij Israel scilicet transitum per terram, & venditionem victualium. Primum negauerunt filij Esau, & secundum concesserunt. Posset autem dici, quòd ly sicut fecerunt &c. *potest referri ad vtrunque, quia licet filij Esau non concessissent transitum per terram suam, tamen dimiserunt filios Israel pacifice transire iuxta terminos terræ suæ vendentes eis ibidem victualia. aquarum autem concessit Sehon sed exiuit de terra sua contra filios Israel vt eos exterminaret.*

7 Et Moabitæ. *quia similiter vendiderunt eis victualia.*

8 Noluitque Sehon. *Hic describitur bellum iniustum ex parte regis Sehon. Primo quia denegauit petitionem rationabilem: Quod notatur cum dicitur:* Noluitque Sehon &c. *& subditur causa:*

9 Quia indurauerat. *Dicitur autem dominus indurare homines in modo sinquantum suo iusto iudicio propter demerita hominum subtrahit eis gratiam, vel non infundit. & quia effectus gratiæ est cor mollificare: ideo ad eius subtractionem sequitur induratio cordis, & obstinatio in peccatis.*

10 Vt traderetur in manus tuas. *Ly vt, tenetur hîc consecutiuè, qui a ad indurationem secuta est ista pœna. Secundò ostenditur bellum Sehon iniustum, quia prior impugnauit filios Israel sine causa, & hoc est quod dicitur:*

11 Egressusque. *Non vocauit Sehon Og ad suum auxilium, quia non reputabat se indigere auxilio eius ad destructionem filiorũ Israel.*

12 Percussimus. *Hic describitur victoria per facta cum dicitur:* Percussimus eum. *ad est interfecimus.*

13 Cum filijs. *In Hebræo habetur cum filio suo. Quod exponens Ra. Sa. dicit*

✠

quia regnabat in nobis stultitia, superbia, impietas, & omniaque diabolus suggerit. Sed vbi victus est fortis, & vasa eius direpta, facti sumus ciuitates Israel, hæreditas sanctorum, excisa prius arbore infructuosa, & deiecto elato rege, & regnante in nobis mã- sueto, qui dicit: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde &c.* Nomina quoque locorum conueniunt. Aroer nanque subleuans interpretatur. Arnon aceruus tristitiæ

a ¶ Aceruus tristitiæ. ¶ Scilicet

ripã torrentis Arnõn & oppido quod in valle situm est vsq;
a ¶ Aceruus testimonij.
Galaad. Non fuit vicus & ciuitas quę nostras effugeret manũ. 1
Omnes tradidit dominus Deus noster nobis, absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus, & cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc & vrbibus montanis, vniuersisque locis à quibus nos prohibuit dominus Deus noster.

tiæ, Galaad aceruus testimonij. Ab Aroer ergo quæ est super ripã torrentis Arnon &c. Quia omnis persona cuiuslibet dignitatis fastu superbiæ vel pompa confidens mundana, cum persecutoribus qui varijs tribulationibus Christianos angustiant, vsque ad hæreticorum concilia bula, qui testimonijs scripturarum deprauatis contra ecclesiam pugnant, sed resistere non valent traduntur victi in manus sanctorum cum habitaculis suis.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Sa. dicit quòd hoc intelligitur de quodam filio notabili quem habebat, & erat æqualis patri in magnitudine & fortitudine. Potest tamen dici secundum translationem nostram, quòd in Hebræo ponitur singulare pro plurali sicut Exo. viij. f.* Venit musca grauissima. *id est, multitudo muscarum. Cætera patent vsque ibi:*

1 Non fuit. *Villa est quæ non habet muros, & ciuitas villa est clausa muris.*

CAP. III.

Moraliter. †Num. 21. g.

a *Taque conuersi.* Ad Og qui est rex Basã, nec legatos dignãtur mittere, nec transitũ petere terrã eius petere, cõtinuò cõfligunt cũ eo, superãtes eũ & populũ suũ. Basã interpretat turpitudo. Meritò ergo nec legati mittuntur ad

† ita vt nullus remanserit superstes

gentem istã, nec transitus petitur. nullus enim transitus debet nobis esse, vel ascensus ad turpitudinem, quæ statim expugnãda & omnino cauenda est. Og autem interpretatur conclusio, carnalia significat, quorũ desiderio anima excluditur, & separatur à Deo. Aduersus hæc sic est bellandum, vt nullum relinquatur vitiũ. Nullum enim oportet relinqui in regno turpitudinis. Debẽt enim turpia resecari, vt honesta & religiosa possint ædificari. In regno Sehõ vel Moab non hoc præcipitur. Fortè enim ex illis aliquid nobis opus est, quo multiplex præsentis vitę vsus eger, alioquin deberemus exire de

CAP. III.

a Taque conuersi ascendimus per iter Basan. 1
† Egressusq; est Og rex Basan in occursum 3
nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai. Dixitq; dominus ad me: Ne timeas eũ, 4
quia in manu tua † traditus est cũ omni populo ac terra sua: faciesq; ei, sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon. Tradidit ergo dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og
a ¶ Turpitudinis. b ¶ Multa vitia turpitudini subiecta.
regem Basan, & vniuersum populum eius, percussimusq; eos 5
¶ Quod est maledicta sublimitas.
† vsque ad internecionem, vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore. Non fuit oppidum, quod nos effugeret. Sexaginta vrbes, & omnem regionem Argob regni Og in Basan. Cunctæ vrbes erant munitæ muris altissimis, portisque & vectibus, absque oppidis innumeris, quę non habebant muros. Et deleuimus eos sicut feceramus Sehon regi Hesebon, dis-
¶ Rebelles ¶ Lasciuiam. a ¶ Infirmas cogitationes.
perdentes omnem ciuitatem, viros que ac mulieres & paruu
a ¶ Simplices seruitio Dei vtiles. b ¶ Ornatum verborum.
los: iumenta autem & spolia vrbiũ diripuimus. † Tulimusq; 6
illo in tẽpore terrã de manu duorũ regum Amorrhæorũ, qui erat trans Iordanẽ, à torrente Arnon vsque ad montem Hermon, quẽ Sidonij Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir. Omnes ciuitates quæ sitæ sunt in planicie, & vniuersam terrã Galaad 6
a ¶ In Hebræo * rephaim.
& Basan vsq; Selcha & Edrai, ciuitates regni Og in Basã. Sol⁹ quippe Og rex Basã restiterat de stirpe gigãtũ. Et mõstratur 7

te puri sensus vel membrorum ornatu seruitio Dei aptum inueniemus, reseruare debemus.

☞ a *Terram-*

re de hoc mundo. De Basan verò, id est de turpitudine nihil relinquimus, quia nihil eo indigemus. Honestum etiam esse non potest, qd turpe est.

b *Sexa.* Superiorem sensum cõfirmat. Sex †trasiam eũ agenarius quippe numer⁹ sicut senari⁹ perfectionem significat. Bene autem lx. vrbes memorat vastatas in regione Og regis Basan, id est diaboli, qui est rex turpitudinis, qa perfectè omniũ vitiorum delectationẽ destruendã esse significat. Argob ארגב id est maledicta sublimitas terrenam superbiam significat, quæ in filijs iræ regnat: De structis vrbib⁹, viros ac mulieres ac paruulos dicit interfectos, † 23. q. 4. si iumenta & spolia diuer. per scie repta, quia munitiões. diaboli superata, quicquid in carne nostra rebellõ, quicquid lasciuũ senserimus, cũ paruulis cogitationibus zelo Dei est con- *רפאים terendum. Quicquid autem in simplicitate puri sensus vel membrorum ornatu seruitio Dei aptum inueniemus, reseruare debemus.

NICOLAVS DE LYRA CAP. III.

Diuisio. 1 Taque conuersi. *Hic consequenter describitur victoria de rege Og, & primò describitur occasio pugnæ, secundò conditio victoriæ, ibi:* Percussimusque. *Circa primum dicitur sic:* Itaque conuer. *ad cõtinuandum iter nostrum post debellationem Sehon.*

2 Ascendimus per iter. *id est quod ducit ad Basan.*

3 Egressusque. *Ex hoc apparet causa quare Moyses non petiuit trãsitum verbis pacificis ab isto Og, sicut fecerat à Sehon, quia iste Og non expectauit quòd Moses ad terram eius appropinquaret, & inde nuntios mitteret sed præoccupauit tempus mouendo bellum iniustum contra filios Israel.*

4 Dixitque. *Hoc dictum fuit specialiter de Og, quia erat mira magnitudinis & fortitudinis, vt patet infrà eo. ca.*

5 Percussimusque. *Hic describitur magnitudo victoriæ, & primò ex hominum interfectorum & ciuitatum captarũ & prædarum multitudine, & patet litera. Secundò ex regis Og magnitudine, cum dicitur:*

6 Solus quippe Og rex &c. de stirpe gigantum. *Dicit autem Ra. Sa. quòd loquitur hic de gigantibus, quos interfecit Chodorlaomor & socij eius, vt habetur Gene. xiiij. b. & de illa interfectione euasit solus Og. qui postea factus est rex Basan, vt dicitur. & secundum hoc iste Og diu vixerat: quia à tempore belli prædicti de quo euasit vsque ab bellum in quo obijt fluxerunt plus quam cccc. anni.*

Nota de lõgæuitate Og.

7 Monstratur lectus eius &c. *De magnitudine huius Og dicunt Iudæi, quòd à planta pedis eius vsque ad cumulum pedis erant xxx. cubiti humani, prout dissuasus posuit in libro Numeri xxj. & quia iste passus vbi describitur mensura lecti eius, illam falsitatem destruit. ideo ad coloradum prædictam falsitatem Iudæi peruersè exponunt hanc literam. Dicunt enim aliqui, quòd in Hebræo non est lectus: sed cuna, in qua erat positus quando erat puer, & quòd tam tanta erat fortitudinis & magnitudinis quòd non poterat teneri nisi in cuna ferrea habente nouem cubitos vsuales in longitudine. Sed hæc expositio assumit falsũ, quia in Hebræo non habetur cuna. sed ערש ares, id est lectus vel stratum. vt magis proprie loquamur. eadem enim dictio est hic Hebraica, quæ habetur Psal. vj. b.* Lachrimis meis stratum meum rigabo &c, *& Gen. xlix. a.* Maculasti stratum eius, *de lecto Iacob cum iam esset vir perfectus, de quo certum est, quod non iacebat in cuna. Icè licet puer*

Universidad de Navarra Biblioteca

Lib.27. moral.cap.1c.

a *Terramque.* GREG. Sūt multi in ecclesia qui paruuli esse despiciunt,& in loco humilitatis constituti, immanes apud se esse non desistunt, hi honoribus exrolluntur,voluptatibus perfruuntur,rerum multiplicitate dilatantur,præesse & timeri appetunt, recte viuere negligunt,& rectæ vitæ famā habere concupiscunt. Si qua tamen fides tē tatio exurgat, verbis & clamoribus,ea defendunt,& cœlestem patriā exercitant.nec tamen amant, Tales filij Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse exprimunt, qui multa pecora & iumēta possidentes, terram campestrem vltra Iordanem concupiscunt, in terra promissionis hæreditatē habere nolunt dicentes:*Terra quam percussit dominus in cōspectu filiorum Israel regionis vberrimæ est &c.* Qui iumenta plurima possident,nolunt transire Iordanem. Quia quos multa mūdi impedimenta occupāt, cœlestem non requirunt habitationē, sed fides quam tenēt spocie tenus, increpat ipsos, ne otio torpescant,ne exemplo suo à labore & longanimitate alios retrahant.Vnde eis per Moysen dicitur:*Nunquid & fratres vestri ibunt ad pugnam & vos hic sedebitis: cur subuertitis mentes filiorum Israel?* Sed quia erubescunt, non defendere fidem quam confitentur,ad certamen properant, eamque non sibi sed proximis vendicant. Vnde ad Moysen dicunt *Caulas ouium fabricabimus &c.* adiungunt: Armati & accincti pergemus ad prælium. Mox ergo terrā promissionis ab hostibus liberant & relinquūt, & ad pascendā iumēta vltra Iordanē pergunt: quia contra fidem baptismatis toto desiderio perituris inseruiunt. Sic enim pugnant, vt pignora sua extra terram promissionis deponant, in quibus habent affectum:Ideoq; ad cāpestria redeunt, ab altitudine montium, quasi à spe cœlestium, & extra terram promissionis bruta animalia nutriunt, vana scilicet desideria & irrationabiles animi motus.

Num.32.b.

Num.32.c.

¶ Magnitudinem eius commendat.

lectus eius ferreus qui est in Rabbath filiorum Ammon nouem cubitos habens longitudinis & quatuor latitudinis ad mēsuram cubiti virilis manus. Terramq; possedimus in tempore illo ab Aroer,quæ est super ripam torrentis Arnon,vsq; ad mediā partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad.Reliquā autē partē Galaad & omnē Basan regni Og tradidi mediæ tribui Manasse,omnē regionē Argob.Cū ctaque Basan vocatur terra gigantum.Iair filius Manasse possedit omnē regionem Argob vsq; ad terminos Gessuri & Machati.Vocauitq; ex nomine suo Basan Hauothiair,id est villas Iair vsque in præsentē diē.Machir quoq; dedi Galaad & tribubus Ruben,& Gad dedi†terrā Galaad vsque ad torrentē Arnon,mediū torrentis & confinium vsque ad torrentē Iaboc,qui est terminus filiorū Ammon,& planiciē solitudinis atque Iordanē:& terminos Cenereth,vsque ad mare†deserti quod est salsissimū ad radices montis Phasga contra orientē. Præcepiq; vobis in tēpore illo dicēs:Dñs Deus vester dat vobis terrā hāc in hereditatē,expediti præcedite fratres vestros

a 1 *Terramque possedimus. Hic consequenter recolitur prædicta terræ acquisita distributio,quæ assignata fuit duabus tribubus & dimidiæ, vt plenius continetur Num.xxxij.& hoc est quod dicitur:* Et ciuitates illius dedi Ruben &c.*& patet litera vsque ibi:*

2 Ad terminos. *Nomen est lacus magni per quem transit Iordanis fluuius,& vocatur in euāgelio mare Cenereth,à quadam villa sic nominata super littus eius sita,& mare Tyberiadis à quadam alia ciuitate sita in eius littore,& mare Galilææ,quia est iuxta Galilæam regionem.*

3 Vsque ad mare quod est salsissimum. *nomen est alterius lacus,in quo cadit Iordanis fluuius:& in loco vbi subuersa sunt quinq; ciuitates de quarum subuersione habetur Gen.xix.& de isto lacu dicit fuit Nu.xxxiij Vocatur autem mare more Hebraici sermonis,secundum quem qualibet congregatio aquarum notabilis mare vocatur,secundum illud Gen.j.a.* Congregationesque aquarum appellauit maria.

4 Expediti. *Hoc dicitur viris bellatoribus duarū tribuū & dimidiæ, quæ iam habebant terram assignatam,& ciuitates muratas,in quibus reliquerūt vxores suas & paruulos & familias.& ideo poterant procedere ad bella magis expediti,quam alij qui ducebant secū vxores suas & paruulos & familias.*

Mare salsissimum.

b *Ruben & Gad.* RABANVS. Ruben primogenitus Iacob licet contaminauerit thorum eius. Manasses quoque cuius dimidia tribus extra Iordanem remanet, & quamuis de Ægyptia ca natus, primogenitus est. Itaque priorē populum designant, qui non per verū Iesum, sed per Moysen extra Iordanem, sortem accipiūt,& priores & extra Iordanē, & sequestrati à cæteris.*Iumenta*, inquiūt, *& pecora multa sunt nobis.* Hac causa prior populus ad terram fluētem lacte & melle,non potest venire, nec verbum factum carnem cognoscere. *Animalis enim nō percipit quæ sunt spiritus Dei*, sed comparatur iumentis insipientibus, pro quibus hæreditatem accipit extra Iordanem,terram scilicet duorum regum. Non enim potuit Moses nisi duos tantum interficere reges, quorum terram habentibus pecora multa diuideret. Iesus verò diuisit terrā his qui transierunt Iordanem: habentibus quidem pecora, sed non tanta quæ retineāt eos vltra Iordanem, sed cum ipsis mulieribus & infantibus cōrendunt trāsire & ad patriam peruenire.

a *Præcipe Iosue, &c.* Magna dispensatione Dei factum est,ne Moses qui est typus legis, introduceret populum in terram promissionis, quia lex neminem ad perfectū adduxit. Iosue autem typus Christi qui saluator interpretatur. Christus enim populum suum saluauit, conuenienter dux & princeps in terram promissionis introduxit.

Allegne

Heb.7.c.

a ¶ Montem Libanum,scilicet hic est mons Phœnicis,terminus Iudææ contra septentrionem.

-2 Cor.2.d.

CAP.

filios Israēl. Omnes viri robusti absq; vxoribus & paruulis ac iumētis. Noui enim q; plura habeatis pecora,& in vrbibus remanere debebunt,quas tradidi vobis, donec requiē tribuat dominus fratribus vestris sicut vobis tribuit,& possideāt ipsi etiam terram quam daturus est eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnusquisque in possessionem suam, quam dedi vobis. Iosue quoque in tempore illo præcepi,dicens: Oculi tui viderunt quæ fecit dominus Deus vester duobus his regibus,sic faciet omnibus regnis ad quæ trāsiturus es:Ne timeas eos:Dominus enim Deus vester pugnabit pro vobis. Precatusq; sum dominum in tempore illo dicens: Domine Deus tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam manumq; fortissimam. Neque enim est alius Deus vel in cœlo vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. Transibo igitur & videbo terram hanc optimā trans Iordanem, & montem istum egregium & Libānum. Iratusque est dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi: Sufficit tibi, nequaquam vltrà loquaris de hac re ad me. Ascende cacumē Phasgæ,& oculos tuos circūfer ad occidentē,& ad aquilonē,austrūq; & orientē,& aspice.Nec eñ trāsibis Iordanē istū. Præcipe Iosue & corrobora eū atq; cōforta,quia ipse præcedet populū istum, & diuidet eis terrā q̄ visur⁹ es. Māsimusq; in valle cōtra phanū Phogor.

Num.32.c.

B

C

D

E

F

† tātum interficere reges, quorum terram habentibus pecora multa diuideret. Iesus verò diuisit terrā his qui transierunt Iordanem: habentibus quidem pecora, sed non tanta quæ retineāt eos vltra Iordanem, sed cum ipsis mulieribus & infantibus cōrendunt trāsire & ad patriam peruenire.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio.

1 Iosue quoque. *Postquam explicauit beneficia præstita in bello præterito hic consequenter explicat beneficia prebenda in bellis futuris. & hoc totum fit ad inducēdum filios Israēl ad Dei reuerentiam & obseruantiam legis:& diuiditur in partem principalem & incidentalem.secunda ibi:* Precatusque sum. *Circa primum Moyses ex victoriis duarum concessis filijs Israēl de præterito,assecurat de concedendis in futuro,quia secundum quod dicit beatus Greg.præteritarum rerum exhibitio futurarum est certitudo.Et patet litera.*

2 Precatusque. *Hæc est pars incidentalis.ex hoc enim quod Moyses ex Dei adiutorio duos reges debellauerat, & terram eorum distribuerat,vt prædictum est,opinatus fuit, quòd verbum domini sibi dictum Nu.xx.scilicet quòd non intraret terram promissionis, non esset verbū sententia diffinitiua,sed magis comminationis,quod frequenter retractatur,sicut illud Ionæ iij.b.* Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. *Et ideo orauit dominum vt transiret Iordanem & videret terram promissionis ac diuideret,& hoc est quod dicitur:*

3 Seruo tuo. *i.mihi Mosi.* 4 Magnitudinem. *in operibus mirabilibus.*

5 Manumque. *in debellatione duorum regum.*

5 Transibo. *id est,hoc peto ex tua gratia.*

6 Et montem. *Ra.Sa.dicit quòd per montem hic intelligitur Ierusalem, quæ pro parte principali erat sita in monte: & per Libanum ipsum templum,quod fuit factum de lignis Libani,vt habetur iij.Reg.v.Sed hoc non videtur verum,quia Moyses non petebat visionem spiritualem terræ sed corporalem,vt manifestè patet ex textu.templum autem non fuit factum vsque ad tempora Salomonis. & ideo vsque tunc videri non poterat visione corporali.& ideo dicendū quod per montem Libanum intelligitur duo termini terræ promissionis secundum eius longitudinem,quia mons in quo est ascensus scorpionis est in termino australi,& Libanus in termino aquilonari,& per hoc intelligitur petita visio locorum intermediorum.*

7 Iratusque est dominus mihi propter vos. *Istud refertur ad peccatum Moysi in aquis contradictionis, quod habetur Num. xx. cuius peccati occasio fuit malitia populi,vt suprà dictum est cap.j.*

8 Nec exaudiuit. *verbum suum retractando,sed magis confirmando,quantum ad hoc quod terram non intraret,concessit tamen quod ea ab extra miraculose videret.vnde subditur:*

9 Ascende cacumen. *Nomen est montis.*

10 Et oculos tuos circunfer. *Non accipitur hic oriens & occidens, auster & aquilo prout sunt termini totius terræ habitabilis,quia sic non fuit ostensa Moysi,sed prout significant terminos terræ promissionis, quia Moyses vidit oculis corporalibus totam terrā promissionis a termino eius australi vsq; ad aquilonarē,& ab orientali vsque ad occidētalē.*

11 Præcipe Iosue. *vt recipiat regimen populi & labores in acquirendo terram & diuidendo.*

12 Et corrobora eum *Timebat enim Iosue,ne sicut Moyses magister suus ab ingressu terræ & eius diuisione fuerat impeditus,ita & ipse qui non erat tanta perfectionis,multo fortius impediretur.& ideo dominus voluit eum assecurare de transitu & diuisione,ideo sequitur:* Ipse præcedet populum istum,& diuidet eis terram,&c.

CAP.

MORALITER.

† † *Absque vxoribus & paruulis & iumentis.* Per vxores intelliguntur carnales, qui quanuis sint literati,non tamen sunt inter seculares mittendi,quia plus nocerent mala vita quam proficerent doctrina, eo quod in moralibus magis mouent facta quam verba. Per paruulos autem intelliguntur nouitij,vel de nouo professi,qui non sunt adhuc bene confirmati,& isti similiter non sunt mittendi. Per iumenta verò intelliguntur fratres simplices & illiterati, qui propter defectum scientiæ non sunt ad prædicandum apti.

ADDITIO I.

In capitulo iij.vbi dicitur in postilla: Et montem istum egregium & Libanum. Rab.Sal.dicit,&c.Si visio terræ promissionis quam Moyses petebat à Deo,intelligatur de visione corporali tantum, non modica admirationis dignum videtur,cur Moyses qui tanta perfectionis erat,vt de eo diceretur: Qui in omni domo mea fidelissimus est: & palam & non per ænigmata & figuras dominum videt. *si pro Nu.xij.cum tanta affectione & tam ardenti instantia peterei videre a deo terram illam trans Iordanem,& montem illum egregium: præsertim cum ad hoc impetrandum induxit memoriam maximorum operum, quæ Deus sibi ostenderat:& hoc cum dicit:* Tu cœpisti ostendere seruo tuo,&c. Neque enim alius Deus in cœlo & in terra,qui possit facere opera tua. *In quo videtur maximè magnificare huiusmodi petitionem,quasi eo quando eam his potissimis quæ iam Deus sibi ostenderat dederat,cum tamen inter illa ista radica vel nulla comparatio. Nam prima magnalia quæ Moysi fuerant ostensa de quibus hic fit mentio, pertinebant ad omnipotentiam diuinam,& ad magnam populi Dei visitationem sicut redemptio Ægyptiaca,& datio legis,& deductio per desertum,& huiusmodi. Quod autem Moyses transiret Iordanem,vt videret illam terram corporaliter, nihil horum simile vel æquale includit. Ad quod quidam expositores Hebræorum dicunt, quòd hoc faciebat Moyses,vt populus ille magis diligeret terram illam,cuius visio tā desiderabilis erat à viro tantæ perfectionis. Sed hoc nō videtur conuenienter dictum,quia si sic Moyses hoc petebat per modū fictionis,vt populo hoc ostenderet,non quod in corde sic haberet,quod non pertinet ad virum Dei. Vnde videtur aliter dicendum quod Moyses desiderabat illam terram videre ex deuotione, quam habebat ad illa quæ fuerant sibi facta scilicet immolatio Isaac,quæ fuit celebrata in monte Moria, vbi Deus concessit & iuramento solennissimo firmauit:*

Quare Moyses à Deo desiderauit videre terram promissionis.

NICOLAVS DE LYRA.

de nouo natus sit minoris quantitatis quam in ætate adulta,tamen de communi cursu habet quantitatem pedalē vel parum plus respectu suipsius in ætate adulta.Spatium autem à planta pedis vsque ad caulam ad plus non est nisi quarta pars longitudinis pedis. & ideo sicilicio Iudæorum prædicā de longitudine Og,esset vera quādo fuit de nouo natus,non solum habuit nouem cubitos vsuales in longitudine,sed quater xxx.ad minus.cxx.& ideo ad colorandum prædictam fictionē seu falsitatem Rab.Sa.aliter exponit literam prædictam,concedens q; hic habetur lectus,& non cuna:sed cum subditur:Habens nouem cubitos longitudinis ad mensuram virilis manus, dicit: quòd hoc est intelligendū de mensura cubiti ipsius Og qui vocabatur vir per quandā excellentiam:& ille cubitus erat valde magnus.Sed hæc expositio non potest stare nec colorare prædictam fictionem,quia sicut iam dictū est Og erat de nouo natus,non habuit plus vsque ad caulam non est ad plus nisi quarta pars longitudinis pedis. & ideo si inter planā pedis & caulam ipsius Og erat xxx. cubiti vsuales secundū prædictā fictionem,sequitur q; tota longitudo pedis eius ad minus esset cxx.cubitorum, vt prædictum est. Cubitus autē continet duos pedes secundū communiorē opinionē & veriorem,vt credo,secundū alium verò pedem & dimidiū.ex quo sequitur, q; cubitus ipsius Og continebat. cc.xl. pedes communes secundū prædictā fictionē, vel ad minus lxxx.& per consequens lectus eius nouem cubitorū continebat nomen tantū in longitudine,quod includit maximam absurditatē,quia nō posset fieri lectus ferreus tantæ longitudinis & latitudinis correspondētis,nec inueniretur tāta materia ferri,nec artifex qui faceret, nec esset verū quod dicitur in textu: Mōstratur lectus eius ferreus,qui est in Rabbath filiorū Ammon.*id est in tali ciuitate, qua magnitudo prædicti lecti fere occuparet locū vnius magnæ ciuitatis,& ideo dicē dum,quòd hic accipitur cubitus vsualis & communis,qui continet duos pedes cōmunes,vel ad minus pedem & dimidium.Ex quo patet, quòd lectus ipsius Og erat bene magnus continens nouē cubitos longitudinis. id est xxvij. pedes communes secundum communiorem opinionem de magnitudine cubiti,vel xiij.pedes cum dimidio secundum aliam.*

Moraliter Og qui interpretatur congregans,significat peccatorem qui sibi congregat iniquitatem secundum quod dicitur Psal.xl.b. Coeius congregabit iniquitatem sibi, *quia secundum Greg. peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Lectus enim suos allicientia ad peccatum & detinentia in ipso, sicut in lecto in quo iacet prostratus. habet autem ix. cubitos longitudinis, & quatuor latitudinis, exemplum in peccato carnis, & sic potest intelligi de aliis.Primus cubitus longitudinis est in oculis.Secundus in poculis.Tertius in spectaculis.Quartus in cātilenis dissolutis. Quintus in suauitate aromatum.Sextus in multiplicitate donorū gratis datorum.Septimus in mollitie lectorum.Octauus in applausu sociorū. Nonus in turpi vsu mulierum.Latitudinis verò primus cubitus est delectatio. secundus est consensus. tertius operatio.quartus consuetudo: & quando interuenit incorrigibilitas & obstinatio,tunc est lectus ferreus.*

1 Terramque possedimus. *Hic consequenter recolitur prædicta terræ acquisita distributio,quæ assignata fuit duabus tribubus & dimidiæ, vt plenius continetur Num.xxxij.& hoc est quod dicitur:* Et ciuitates illius dedi Ruben &c.*& patet litera vsque ibi:*

2 Ad terminos. *Nomen est lacus magni per quem transit Iordanis fluuius,& vocatur in euāgelio mare Cenereth,à quadam villa sic nominata super littus eius sita,& mare Tyberiadis à quadam alia ciuitate sita in eius littore,& mare Galilææ,quia est iuxta Galilæam regionem.*

3 Vsque ad mare quod est salsissimum. *nomen est alterius lacus,in quo cadit Iordanis fluuius:& in loco vbi subuersa sunt quinq; ciuitates de quarum subuersione habetur Gen.xix.& de isto lacu dicit fuit Nu.xxxiij Vocatur autem mare more Hebraici sermonis,secundum quem qualibet congregatio aquarum notabilis mare vocatur,secundum illud Gen.j.a.* Congregationesque aquarum appellauit maria.

4 Expediti. *Hoc dicitur viris bellatoribus duarū tribuū & dimidiæ, quæ iam habebant terram assignatam,& ciuitates muratas,in quibus reliquerūt vxores suas & paruulos & familias.& ideo poterant procedere ad bella magis expediti,quam alij qui ducebant secū vxores suas & paruulos & familias.*

Mare salsissimum.

MORALITER.

Patres probatæ religionis.

† *Iair filius Manasse &c.* Per Manassen,qui interpretatur oblitio conuenienter significati potest primus pater alicuius religionis approbatæ,vt beatus Augustl.beatus Benedictus,beatus Franciscus,& sic de alijs,quam quilibet ingrediens obliuisci debet populi sui & domus patris sui. Per Iair verò qui interpretatur vigilans vel illuminatio, significatur quilibet bonus religiosus, qui sui patris exemplo vigilat ad proficiendum in scientia & vita & iste obtinet regionē Argob,quæ interpretatur maledictio,& sublimitas.ideo significat excellētiam superborum maledictā Iob v.a.*Vidi stultum firma radice,& maledixi pulchritudini eius.* Omnis autem superbus est stultus,cuius etymologia est statu altus. Iair autē obtinet Argob,i.excellentiam superborum, quando bonus religiosus verbo & exemplo superbos reducit ad humilitatē bonorū:sic vertit nomina eorum vocās eos Auoth Iair.i. villas Iair: quia facti sunt habitacula Dei,qui habitat in mentibus humiliū, Esaiæ lvj. a.*Super quē requiescet spūs meus,nisi super pauperem & cōtritū & trementem sermones meos.* Vbi verò translatio nostra habet pauperem,alia trāslatio habet humilem,& idem significat. Nam Matthæi v.a. Humiles dicuntur pauperes spiritu, idest, non habentes inflatum spiritum vt exponit Augustl.

Stulti etymologia.

† † *Præcedite fratres vestros filios Israel.* Tales enim religiosi ad ædificationem aliorum apti ad prædicandum & confessiones audiēndum à suis superioribus sunt mittendi.

† † *Absque*

quod in semine Abrahæ, id est, in Christo benedicentur omnes gentes, prout fuit large ostensum supra Gen.xxij.in additione iij. & ideo fecit hic mentionem de monte dicens: Et montem istum egregium. *Et quia ex fide etiam cognoscebat, quod in illo monte postquam ibi templum fuisset ædificatum de lignis Libani, erat offerendus Christus & doctrinam salutis ibi docturus, ideo fecit mentionem de Libano dicens:* Montem istum egregium & Libanum, *& generaliter desiderabat terram totam videre, vt patet in litera, quia per totam terram promissionis scilicet Iudææ, Galilææ, & trans Iordanem Christus processurus erat prædicando, & docendo & miracula faciendo, vt in historiis euangelicis satis patet. Vnde Moyses etsi videre potebat corporalem visionem terræ, hoc tamen erat propter visionem spiritualem supra dictam. Nisi rursum sit ratione huius deuotionis Moyses permisisset videre terram illam, quia etiam hodie fideles Christi videmus in longinquas regiones peregrinari, vt loca sancta visitent: Sed Deus vt suam iustitiam ostenderet, etiam circa sanctos noluit sibi concedere illam visionem de propinquo, sed tantum à longe dicens: Ascende cacumen Phasge, & oculos circumfer ad occidentem, &c. In viris enim perfectis medica exercitatio corporis in rebus ad deuotionem excitantibus, tantum operatur, sicut talium magna exercitatio in minus deuotis. nam secundum Philosophum: Actiuorum actus est secundum dispositionem passi. Philosoph. Est etiam hic alia ratio, qua habetur in glossa: vbi sic dicitur: Magna dispensatione Dei factum est, vt Moyses qui est typus legis, non introduceret populum in terram promissionis, quia lex neminem ad perfectum adduxit. Sed Iosue typus Christi, qui saluator interpretatur, tanquam dux & princeps populum in terram promissionis introduxit. Hæc in glos. Quæ quidem expositio licet allegorica sit, multum tamen correspondet literali, vt patet consideranti.*

A

CAP. IIII.

a *Et nunc Israël audi præcepta & iudicia.*

b *Non addetis.* Docet normam æquitatis, & omnem hæresim percutit. Vetat enim rectæ doctrinæ aliquid prauę intentionis addere, vel aliquid veritatis subtrahere. Via enim regia incedendum est, non ad dexteram vel ad sinistram. vnde: *Quia rectæ viæ domini, & iusti ambulabunt in eis.* Similiter ait Ioannes: *Si quis adposuerit ad hæc, adponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Siquis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro vitæ.*

Oseæ 14.d.

Apoc.22.d.

† in

✠ Procopivs. Itę paulò post dicet: Non declinabis vel ad dexteram vel ad sinistram. In prouerbiis etiam Salomonis inquit: Ne addatis verbis Dei quicquam ne te redarguat, & mendax fias. Verba enim Dei cum plena & perfecta existant, nullum auctarium admittunt. Vnde de Christo illud quoque dictum extat, postquam consummauit verba sua in aures ipsorum.

D

CAP. IIII.

a ET nunc Israël audi † præcepta & iudicia, quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas terram quam dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis.

a ¶ Sicut Scribæ & Pharisæi qui propter traditiones suas reliquerunt præceptum Dei. Matth. x.a. b ¶ Non prohibet veritatem veritati addere, sed falsitatem omnino remouet.

b Non addetis ad verbum quod vobis † loquor, nec auferetis ex eo. Custodite mandata domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis. Oculi vestri viderunt omnia quæ fecit dominus † contra Beelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. Vos autem qui adhæretis domino Deo vestro, viuitis vniuersi vsque in præsentem diem. Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iustitias, sicut † mandauit mihi dominus Deus meus, sic facietis ea in terra quam possessuri estis, & obseruabitis & implebitis opere. Hæc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc, dicant: † En populus sapiens & intelligens, gens magna. Nec est alia natio tam

a ¶ Idolum Ammonitarum.

¶ Vita æterna.

1 c *Hæc est enim sapientia.* ✠ Idem. Summa sapientia & scientia est obseruatio mãdatorum Domini. Illud verò quod dicitur *coram populis*, consonũ est huic, *luceat lux vestra coram hominibus* Mat.5. *&c.* Ita em̃ ad Deũ propiꝰ accedit. Quod idem innuit quod sequitur ne propter peccata eorum procul recedat: peccata em̃ vestra, inquit, interuallũ efficiunt inter me & vos.

† statuta

† præcipio

d *Nec est alia &c.* Non est alia natio tam grandis, dignitate ſ. donorum, non multitudine populorum. Nec enim gens Iudæorum numero vincebat alias gentes aut potentia, sed patrum prærogatiua & dignatione diuina.

† præcepit

2 3 4

† tantum vt solus est iste

5

C

a *Custo*

F

NICOLAVS DE LYRA

CAP. IIII.

Diuisio.

1 ET nunc. *Postquam Moyses induxit populum ad Dei reuerentiam et legis obseruantiã, hic consequenter incipit explicare legem & explanare: & primo replicat explanando legis dationem, secundo legem ipsam cap. v. Adhuc circa primum primo præmittitur dicta explanatio, secundo infertur intenta conclusio, ibi:* Ista est lex. *Primain duas, in partem principalem, & incidentalem secunda ibi:* Tunc separauit. *Circa primum describitur per modum replicationis & explanationis, legis eminentia, secundo legislatoris, ibi:* Nec est alia natio, &c. *Eminentia verò legis primo ostenditur ex effectu, qui est prolongare vitam & multiplicare possessionem temporalem si lex obseruetur, & hoc est quod dicitur:* Vt faciens ea viuas, & ingrediens terram possideas. *Secundò ex eius perfectione: cum dicitur:*

2 Non addetis. *Istum enim perfectum est, quod non habet aliquid superfluum aut diminutum. Considerandum tamen quod hic prohibetur additio deprauans intellectum legis, non autem additio declarans aut illucidans, secundum quod scribitur Eccle. xxiij.* Qui elucidant me me, vitam æternam habebunt. *Quod autem obseruantia legis prolonget vitam, ostendit per hoc quod violatores legis per idolatriam fuerant omnes mortui, & obseruantes eam adhuc erant viui. & hoc est quod dicitur:* Oculi vestri vederunt, &c. *Et patet litera. De idolatria aũt prædicta, & morte idolatrarum dictum fuit Nume. xxv. Tertio ostenditur eminentia legis ex eius conditione, cum dicitur:*

3 Hæc est. *id est, sapida scientia, quæ inducit ad Dei amorem. Sapientia autem philosophorum magis inducebat ad elationis tumorem.*

4 Et intellectus. *Intellectus propriè dicitur habitus principiorum, de quorum veritate non est hæsitatio. & per hunc modum lex diuina vocatur intellectus, quia eius veritas est certissima certitudine adhæsionis, licet non certitudine euidentiæ. Item sicut ea quæ manifestè sequuntur ex principiis per se notis, absque hæsitatione tenentur per se vera, quæ autem repugnant, repudiantur tanquam falsa, sic ea quæ sequuntur ex diuina lege debent tanquam vera approbari, & quæ repugnant tanquam falsa repudiari.*

5 Nec est alia natio tam, &c. *Hic replicatur explanando eminentiã legislatoris, quæ potissimè apparuit in datione legis: Quam quidem eminentiam quatuor ostendum, quæ primò sigillatim explicantur:*

✠ secun

MORALITER.

✠ 1 *Et nunc.* In hoc capitulo Moyses promittit filiis Israël faciem ingressum terræ promissionis, & eius possessionem pacificam, si tamen obseruent Dei mandata diligenter. si verò transgrediantur, eis electionem de terra illa comminatur, & captiuitatem in aliena terra, vbi diis seruient alienis, sicut frequenter dictum est. Per terram promissionis intelligitur terra viuentium, cuius duplex est ingressus. Vnus in re, sicut ingressi sunt beati. & qui sic ingrediuntur nunquam eiicientur. omnes enim sunt certi de suæ beatitudinis stabilitate. Alius est ingressus eius in spe, & sic ingrediuntur fideles Dei gratiam recipientes, quia tamen ab ipsa possunt cadere per mortale peccatum Deo permittente & diabolo procurante. & aliquando sic cadunt, & sic de terra viuentiũ eiiciuntur, & fiunt captiui & serui vitiorum. Ioan.viij.d. *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Et quia multa sunt vitia, & peccata, ideo seruiunt diis alienis, in plurali. Gulosus enim ventri suo seruit sicut Deo suo, Phil.iij.d. *Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt.* Similiter auarus seruit auro, & argento, & lapidibus pretiosis tanquam idolis suis. propter quod Apostolus Col.iij. auaritiam vocat idolorũ seruitutẽ nam auarus tot idola sibi cosẽda statuit, quot contra Deũ concupiscit. *MORA-*

✠ a *Custodi igitur temetipsum.* ✠ Basilivs. Hoc est, teipsum ex omni parte collustra & circunspice, animæ oculum ad tui custodiam habeto peruigilem, per medios ingrederis laqueos, ab inimico occultati laquei nullo non loco defixi sunt. Auis si sibi attenderit, in sublime elata altior redditur aucupum insidiis. Prouide igitur, ne brutis conspiciare deterior nequando irretitus laqueis prædæ efficiaris diaboli. Attende tibi ipsi, hoc est, non tuis, nõ his item quæ circa te sunt, sed tibi ipsi & soli attendito. Ipsi enim nos & aliud sumus, & aliud nostra sunt, aliud item quæ circa nos visuntur. Sanè sumus nos & anima & animæ mens quatenus ad imaginem conditoris nostri sumus facti. Nostrum autem corpus est, & circa nos sunt pecuniæ.

Homilia in illud Mosis attende tibi ipsi.

† magna

† quos discent, vt timeant

B

*præter vocem Quæst.4. in Deut.

Quid imago & similitudo.

† statuta

b *Quæ viderunt.* Visus inter omnes sensus obtinet principatum: ideo pro omni sensu ponitur.

c *Sculptam similitudinem.* Augvstin. Fortasse his duobus vocabulis vnam rem significauit. Vel similitudinem vocauit statuam, vel simulachrũ non ex alicuius hominis lineamentis imitãdo expressũ. Quod enim tali expressione fit, imaginem dici nemo dubitauerit, vt sit omnis imago similitudo: sed non conuertitur. In geminis enim similibus, similitudo est alterius cuiuslibet, in altero non imago, sed si patri similis sit filius rectè imago dicitur, vt sit pater

a ¶ Manifestè apparendo per signa & prodigia & auxiliando.

grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens † sic inclyta, vt habeat † cerimonias iustaque iudicia, & vniuersam legem, quã ego propoñ hodie ante oculos vestros? Custodi igitur temetipsum & animam tuam sollicitè: Ne o bliuiscaris † verborum quæ

1 2 3

† statuta

† eorum

b ¶ Intellexerunt.

viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos, diem in quo stetisti coram domino Deo tuo in Horeb, quando dominus locutus est mihi, dicens: Congrega ad me populum, vt audiant sermones meos, † & discant timere me omni tempore quo viuent in terra, doceantq; filios suos. Et accessistis ad ra-

a ¶ Aereum quod aqua ei nulli occupanti. ✠ Hyperbole.

dices montis qui ardebat vsque † ad cælum, erantq; in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutusq; est dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & formam

a ¶ Ne scilicet volens imitari sculpendo faceres idolum tibi.

penitus nõ vidistis *. Et ostendit vobis pactum suũ quod præcepit vt faceretis, & decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihiq; mãdauit in illo tẽpore, vt docerẽ vos † ceremonias & iudicia quæ facere deberetis in terra † quã possessuri estis. Custodite igitur sollicitè animas vestras. Nõ vidistis aliquã similitudinẽ in die, qua locutus est dominus vobis in Horeb de medio ignis, ne fortè † decepti faciatis vobis sculptã similitudinem, aut imaginẽ masculi vel fœ

4 5 6

† ad quam transitis vt possideatis eam

† corrupti

¶ Hoc de hominibus.

¶ Hoc de animalibus.

minæ, similitudinem omnium iumentorum, quæ sunt super terram, vel auium sub cœlo volantium, atq; reptilium quæ † mouentur in terra, siue piscium qui sub terra morantur in

Q. 5.

† reptant

Gen.1.a. Plato 2.de.

a ¶ Nec in cælo vidisti similitudinem &c.

aquis, nẽ fortè oculis eleuatis ad cœlũ videas solem & lunam

C

An ideo dictum est sub terra, quia nisi aquis terra superior

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *secundò vt melius commendentur memoriæ insimul breuius replicantur, ibi:* Interroga de diebus antiquis. *Illorum autem quatuor primum est benignitatis amor, secundum potestatis terror, ibi:* Ne obliuiscaris. *tertium pietatis dulcor, ibi:* Vos autem tulit. *quartum seueritatis rigor, ibi:* Caue ne quando obliuiscaris. *Primum autem ostenditur hoc quod dominus filius Israel familiariter condescendebat, vt patet in descensu manna quotidie, & in populi allocutione, in legis datione & cæteris aliis beneficiis. & hoc est quod dicitur:* Nec est alia natio tam grandis, *non numero vel corporis, sed quantitate, sed dignitate, quia multæ aliæ nationes fuerunt maiores in fortitudine & multitudine: sed ista fuit dignior aliis, inquantum accepit legem diuinitus datam disponentem ad Christum, qui erat nasciturus secundum carnem ex Iudæis, in quo consistebat maxima dignitas illius populi.*

1 Quæ habeat Deos appropinquantes sibi. *Id est, condescendentes. Et dicit Deos in plurali, quia aliæ nationes colebant pluralitatem Deorum.*

2 Sicut dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus. *Licet enim dæmones in idolis gentium aliquando darent eis responsa, hoc tamen erat rarò. Erant etiam illa responsa obscura & ambigua, &*

Ennius. *per consequens deceptiua, sicut illud: Aio te Æacida Romanos vincere posse. per quod deceptus Pyrrhus pugnauit contra Romanos, & fuit deceptus. Posse enim vincere poterat referri ad ipsum vel ad Romanos, & ipse retulit ad se quod ad Romanos secundum veritatem erat referendum. Verba autem domini semper sunt vera, & nullo modo deceptiua: familiaritas autem quam ostendit Deus filiis*

Israel in veteri testamento fuit figura illius maximæ familiaritatis quam nobis ostendit in beneficio suæ incarnationis, de qua habetur Ioan.j.a. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, &c. *Et quia diuina familiaritas requirit mundiciam cordis & corporis: ideo concluditur:* Custodi igitur temetipsum. *& sequitur:*

3 Ne obliuiscaris. *Hic consequenter ostenditur sua potestatis terror,* Diuisio. *quia sicut amor attrahit ad bonum, ita terror retrahit a malo. & ideo sicut in datione legis alloquendo populum ostendit eis suæ benignitatis amorem, ita per signa terribilia quæ tunc fiebant, scilicet tonitrua & coruscationes & similia, incussit sua potestatis timorem. Et primo ostendit propositum, secundo ex hoc infert corollarium, ibi:* Custodite igitur. *Circa primum dicitur:* Ne obliuiscaris verborum. *de quibus dicitur Exod.xx. cap. Cuncta autem populus videbat voces & lampades & sonitum buccinæ montemque fumantem, & perterriti ac pauore concussi, &c. & hoc est quod subditur:* Et discant timere me. *Sequitur:*

4 Et ostendit. *Id est, legem quantum ad decem præcepta quæ dedit immediate & quantum ad alia præcepta quæ dedit mediante Moyse. & patet litera.*

5 Custodite igitur. *Hic consequenter concluditur corollarium, scilicet quod latria soli Deo sit tribuenda. per hoc quod in datione legis non apparuit figura alicuius creaturæ viuentis. & hoc est quod dicitur:* Custodite igitur sollicite animas vestras. *scilicet a cultu idolatriæ. Cuius causa subditur:*

6 Non vidistis aliquam similitudinem. *Et ideo primò prohibet latriam impendi creaturæ viuenti sub cælo, cum dicitur:* Ne fortè decepti faciatis vobis sculptam imaginem, &c. *secundò corporibus cælestibus, cum dicitur:* Ne fortè eleuatis oculis ad cœlum, &c. *& subditur causa cum dicitur:*

✠ 1 Quæ

Universidad de Navarra Biblioteca

rior esset habitari ab hominibus & animalia terrena habere non A posset.

Quæst. 2. *Quę creauit.* Avg v. Non ita dictum est tanquam Deus præceperit ea à cunctis gentibus coli, à solo populo suo non coli;

†stellas, omnem militia — sed quod præsciuit gentes culturam exhibituras his cælestibus, & tamen præscies creauerit eas, potuerit vtò suum fu turum esse præscisse. Gen.1.b. rit, qui ista non coleret. Vel intelligatur vsus qui commendatur in Genesi: *vt sint in signis & temporibus, & diebus, & annis*, quem vsum communem habet populus Dei cum omnib⁹ gentibus, sed non cultum quem habent aliæ gentes.

b *Sculptam similitu.* Quæst. 7. Avg v. Hic generaliter loquens similitudinem posuit, imaginem tacuit, quia si sit nulla similitudo nec imago. *imaginem aut. †infra.30.d.

Lib.de trinitate. c *Deus ignis consumens.* ✲ Tertvl. In veteri testamẽto, ideò Deus ignis dicitur, vt peccatori populo metus incutiatur, dum iudex ostenditur.

Lib. 1. contra Adimantum c. p 13. ro.6. ✲ Avg v. Ipse Christus loquitur in veteri testamento cum dicit: Ego sum ignis edax qui loquitur in euangelio, quod ignẽ venerit in hunc mundũ mittere, id est, verbum Dei, quod est ipse. Nam veteres scripturas exposuit post resurrectionem discipulis, incipiens à Mose & prophetis, quando ipsi discipuli ignẽ se accepisse confessi sunt, †anima tua eũ fuerit, ibi angustia, & — †à fine siue termino cœli vsque ad finem cæli alterum

C

sunt, dicentes: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis in via, cum aperiret nobis scripturas?* Ipse est ignis edax, consumit enim veterem vitam diuinus amor, & innouat hominem, vt ex eo quod deus ignis est edax, faciat vt eum nos amemus. Nolite ergo timere ignem, qui est ipse Deus, sed timete ignem, quem parauit hæreticis Deus. D Luc.24. -ministeriũ

✲ Nicetas. Nomine Dei essentia intelligitur, non quod ipsa ignis sit, verum allegorica ratione, quia vi sua consumit atque aboler, ac mira vehemẽtia agit. Deus enim vt iustis lux est, ita peccatorib⁹ ignis. In. orat. 44. Greg. Nazianzen.

✲ Ambrosivs. Quomodo Deus ignis consumens est? Non solet consumere nisi sola peccata. In retributionibus quoque meritorum colligimus diuidi ignis naturam vt alios illuminet, alios exurat: illuminet iustos, impios exurat. Non eosdem quos illuminat exurit, & quos exurit, illuminat: sed illuminatio eius inextinguibilis est, ad perfunctionem bonorum, exustio vehemens ad supplicia peccatorum. Lib. 4. exameron. ca. 3.

d *Testes inuoco hodie cælum & terram.* Μετωνυμικως per id quod continet id quod continetur significat. Metonymia figura est.

e *Nouissimo autem.* Conuersionem Israelis ad fidem Christi prænuntiat, vt postquam plenitudo gentium intrauerit, omnis Israel saluus fiat. Roma. 11. d. f *A summo cælo.* Avgvst. Cur non dixerit similiter à summo terræ

¶ Angelos. ¶ Homines. ¶ Alij distribuite. ¶ In vsum. ¶ Interroga subaudi. ¶ Facta consumit & reprobos ignibus gehennæ tradit.

NICOLAVS DE LYRA

✲ 1 Quæ creauit dominus Deus tuus in mi. *& ideo si creatura humana non debet impendi latria, multò minus coporibus cælestibus, quæ propter hominem sunt facta, vnde & motus cæli ad completionem numeri electorũ ordinatur. & ideo ipso copleto cessabit. Vnde habetur Apoca.x.b.* Iurauit per viuentem in secula seculorum, quòd tempus amplius non erit. 2 Vos autem tulit. *Hic autem describitur in legislatore pietatis dulcor, per hoc quod filios Israel sua mera pietate eduxit de Ægyptiaca seruitute, & hoc est quod dicitur:* Vos autem tulit dominus, & eduxit de fornace, *quia ad literã coquebant latteres in fornace: Ferrea, quia illa seruitus erat durissima, vt habetur Ex.j.* 3 Vt haberet populum hæreditarium. *id est immobiliter siti adhærentem, sicut hæreditas est possessio immobilis.* 4 Iratusque dominus contra me. *Hoc addidit Moses ad ostendendum, q̃ debebant esse multum grati Deo, eò quod faciebat eis beneficium quod Moysi negauerat, introducendo eos in terram promissionis: & patet litera.* 5 Cauete ne quãdo obliuiscaris pa. *Hic consequenter circa legislatorem describitur seueritatis rigor, ne ratione suæ pietatis insolescerent, & ad idolatriam declinarent, & hoc est quod dicitur:* Caue ne quãdo obliuiscaris pacti &c. *id est legis, quæ primo præcepto prohibet idolatriã.* 6 Si genueritis. *id est acriter puniens, sicut ignis inter elementa est magis actiuus, & quia ista pœna non solum erat eis inferenda, sed etiã posteris eorum si ad idolatriam declinarent, ideo subditur:* Si genueritis filios. *Sequitur:* 7 Testes inuoco hodie cælum & terram, ito pe *ad est omnem creaturam intellectualem in cælo & in terra existentem, quia sola creatura intellectualis potest propriè testificari. Et exprimit consequenter multas pœnas. Prima est plurimorum mors siue perditio, cùm dicit:* Citò perituros vos. *Secunda de terra eiectio, ibi:* Nõ habitabitis &c. *Tertia inter infideles dispersio, ibi:* Atque dispergetem. *Quarta idolatria seruitus & subiectio, ibique seruietis &c. Verumtamen quia cum Dei iustitia semper currit misericordia, ideo consequenter promittit eis pœnæ remissionem si agam veram pœnitentiam, cùm dicitur:* 8 Cumque quæsieris. *& patet litera.* 9 Interroga de diebus antiquis. *Hic consequenter prædicta de legislatoris eminentia replicat Israelitæ, vt ea memoriæ firmius imprimatur, & primò de benignitate & familiaritate legislatoris, cùm dicitur:* Interroga de diebus an. *id est de his quæ facta sunt ab antiquo.* 10 A summo cælo &c. *id est ab omni creatura quæ cæli ambitu continetur.* 11 Si facta est aliquando. *id est tanta Dei benevolentia ostensa alteri populo.* 12 Vt audiret populus vocẽ domini dei loquentis de medio. *dando sibi immediate mandata.* 13 Sicut tu audisti. *In Hebræo habetur:* Et vixisti. *q. d. hoc non est factum alteri populo. Consequenter repetit de pietate legislatoris in eductione populi de Ægypto, cùm dicitur:*

14 Si fecit Deus. *scilicet alteri populo.*

15 Vt ingrederetur & tolleret sibi gentem. *sicut per effectus suæ virtutis egressus est Ægyptum, vt te inde tolleret.*

16 Per tentationes. *Primò mandando Pharaoni simplici verbo, vt te dimitteret, vt habetur Exod.v. quasi tentans si dimitteret populum absque flagello.*

✲ 1 Signa

terræ vsque ad summum terræ difficilè est dignoscere, sicut & in euangelio vbi dicitur: *Congregabuntur electi à summis cælorum vsque ad terminos eorum.* Sed fortè hoc intelligi voluit nec in hominibus nec in angelis auditũ esse quod in hoc populo singulariter factũ est sicut sequẽtia demonstrãt. Sed quomodo intelligetur illud in euangelio à summis cælorũ vsque ad terminos eorum cum hoc de nouissima electorum cõgregatione dicatur. ✲ Hebræi docẽt quales esse oportuit ciuitates refugij et quibus conditionibus fugitiuus homicida in illis receptus fuerit. Primum æquali spatio à seinuicem dissitæ erant. Secũdò viæ quæ ad illas ducebãt, complanatæ erant, vt nullum esset obstaculum quod fugitiuũ homicidam impedire posset, iuxta illud quod dicitur, Deuteron. 19. Præparabis tibi viam &c. hoc est, vt Hebræi exponunt, obstacula quæque quæ fugientem impedire possent, tolles. Tertiò, in biuio aut triuio stipes erectus fuit, in quo scriptum erat מקלט Michlat, vt fugientem dirigeret in eam viam quæ ad ciuitatem refugij ducebat. Quartò oportebat

†terrores magnos Matth.24.c.

†expelleret

†redi ad cor tuum. heb.

B

*fibi

*& C

signa atque portenta, per pugnam & robustam manum, extentumq; brachium & †horribiles visiones, iuxta omnia quæ fecit pro vobis dominus Deus vester in Ægypto videntibus oculis tuis, vt scires quoniã dominus ipse est Deus, & non est alius præter eum. De cælo te fecit audire vocem suam, vt doceret, & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti verba illius de medio ignis, quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Eduxitq; te, præcedens in virtute sua magna ex Ægypto: vt †deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo, & introduceret te, darétque tibi terram earum in possessionem, sicut cernis in præsenti die. Scito ergo hodie, & †cogitato in corde tuo, quòd dominus ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & non est alius. Custodi præcepta eius atque mandata, quæ ergo præcipio tibi, vt bene sit tibi & filiis tuis post te, & permaneas multo tẽpore super terram, quam dominus Deus tuus daturus est tibi *. Tunc separauit Moyses tres ciuitates trãs Iordanem ad orientalem plagam, vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum, nec *fuerit inimicus ante vnum & alterum diẽ, & ad harum aliquam vrbium possit euadere*: Bosor in solitudine quæ sita est in terra campestri de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad, quę est in tribu Gad, & Golan in Basan, quę est in tribu Manasse. Ista est lex quam proposuit Moyses coram filiis Israël, & hæc testimonia & †ceremoniæ, atque iudicia quæ locutus est ad filios Israël, quando egressi sunt de Ægypto trãs Iordanem in valle † contra phanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitauit in Hesebon, quem percussit Moyses. Filij quoque Israël egressi ex Ægypto posse derunt terram eius, & terram Og regis Basan, duorum regũ Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem ad solis ortum ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon vsque ad mõtem Sion, qui est * Hermon, omnem planiciem trans Iordanem ad orientalem plagam vsque ad mare solitudinis, † & vsque ad radices montis Phasga.

bat istas ciuitates nõ nimis paruas esse, ne deficerent victui necessaria, nec etiam nimis magnas, ne fortè per multitudinẽ hominum eò confluentium, vt fit in magnis vrbibus, propinquus occisi, vrbem non obseruatus subintraret, atque fugitiuo ibi exulãti insidias strueret. Quintò in loco erant vbi sæpius nundinæ habebãtur, quò facilius possent habere cibaria. Sextò, opus erat vt in vicinia multi pagi essent, ad arcendũ aduersariũ. Septimò, si ciuitas refugij destituta erat ciuibus, aliunde sacerdotes, Leuitæ, & Israelitæ accerseban tur. Octauò, Non licuit ibi facere arma bellica, nec venatoria, nec funes aut aliquid tale, ne forte vindex sanguinis, sub prætextu aliquid emendi in vr bem veniret, atque ita homicidam opprimeret. Nonò, si ho micida תלמיד Thalmid, id est, vnus ex studiosis discipulis fuit, præceptor eius simul cum illo exulare cogebatur. Quod si homicida Rabbi erat, schola ipsius in ciuitate refugij nõ licebat discedere, & ad suos redire, donec moreretur summus pontifex. CAP.

D

E

* & viuat

† statuta

† à regione phani

† sub effusionibus collis

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Signa. *quæ dedit fieri per Mosen, vt sibi crederetur quòd esset nuntius Dei sicut fuit versio virga in serpentem & similia.*

2 Atque portenta, *id est plagas Ægyptias illatas.*

3 Per pugnam & robustam manum extentumque. *scilicet in mari rubro secundum quod dicitur Exod.xiiij.d.* Dominus pugnabit pro nobis &c.

4 Et horribiles. *secundum quod habetur, Sapi.xviij.c.* Visus malorum somniorum turbauerunt eos &c.

5 De cælo. *Hic accipitur cælum aereum, quia vox illa formabatur in cacumine montis Sinai immediatè à deo vel ministerio angelico & audiebatur à populo existente circa pedem montis. Consequenter repetit de terrore potestatis cum dicitur:*

6 Et in terra ostendit tibi ignem suum maximum & audisti verba illius de medio. *qui erat valde terribilis, vt habetur Exod.xix.*

7 Quia dilexit patres. *Hoc inducitur ad ostendendum, quod ista beneficia non fecit Deus filijs Israel propter bonitatem eorum, sed propter merita patrum Abraham, Isaac, & Iacob.*

8 Sicut cernis in. *De terra Sehon & Og data tibi. Consequenter ex prædictis concluditur, quòd latria soli Deo sit impendenda, cùm dicitur:* Scito ergo hodie &c. *Secundò, quòd lex eius sit custodienda, cùm dicitur:*

8 Custodi

9 Custodi præcepta eius. *& patet litera.*

10 Tunc separauit. *Videns enim Moyses imminere mortem suam, separauit tres ciuitates trans Iordanem, vt possent ibi refugere & saluari, quæ absque inimicitijs & à casu proximum occiderent. & patet litera. Sciendum tamen, quòd ista ciuitates non fuerunt simpliciter determinatæ ad refugium, quousque alia tres fuerunt institutæ in terra Chanaan, prout dictum fuit Num. xxxv. vbi etiam determinatum fuit, qui & qualiter deberent ibi saluari, & qui non.*

11 Ista est. *Hic ponitur conclusio intenta in hoc capi. Ad hoc enim replicauit legis dationem declarando eminentiam legis, & legislatoris, vt per hoc redderentur filij Israel attenti ad intelligendum & retinendum legem, quæ erat replicanda & declaranda cap. se. & vltra vsque in finem libri. & quantum ad hoc dicitur: Ista est lex quam proposuit Moyses scilicet ca. se.*

12 Et hæc testimonia. *per legem enim intelliguntur præcepta decalogi: per testimonia intelliguntur alia præcepta moralia.*

13 Et ceremoniæ. *Per hoc intelliguntur ceremonialia precepta, quæ ordinant hominem ad cultum Dei.*

14 Atque iudicia. *quæ ordinantur ad iustum conuictum cum proximo. Tangitur etiam tempus huius explanationis legis, cùm dicitur:* Quando egressi sunt de Ægypto, *& locus, ibi:* trans Iordanem &c. *& qualiter fuit acquisitus, cùm subditur:* Filij quoque Israel egressi de Ægypto possederunt terram eius.

CAP.

ADDITIO I.

In cap.iiij. vbi dicitur in postilla: Ne fortè eleuatis oculis in cælum &c. *Non videtur sufficiens ratio in proposito, quam postillator hic assignat, dicens, quòd si creatura humana non debet impendi latria, multò*

Universidad de Navarra Biblioteca

multò minus corporibus cælestibus, quæ propter hominem sunt facta. A Primò quia non erat notum his quibus loquebatur quod motus cæli esset ordinatus ad completionem numeri electorum, & quod ipso completo cessaret. Non enim hoc habetur ex auctoritate diuina in lege Mosaica contenta, quam ille populus recipere tenebatur sed potius ex auctoritate noui te. quod erat eis ignotum. Vnde ratio prædicta non concludebat eis, qui medium huius consequentiæ ignorabant. Secundò, quia posito, quod motus cæli ordinetur ad completionem numeri electorum ex hoc non tollitur, quin huiusmodi motui habeat efficaciam in his inferioribus, magis quam aliæ creaturæ, quarum similitudines hic prohibet, vt tumentorum, auium, reptilium & huiusmodi. Et ideo ex hoc quod aliis creaturis inferioribus prohibetur cultus latriæ impendi non sequeretur quod talis cultus non deberet impendi corporibus cælestibus, quæ sunt altioris & maioris efficaciæ. Tertiò quia secundum sanctum Thom. in prima parte q. lxx. artic. iij. in responsione ad secundum argu. Nihil prohibet dici quòd dignior creatura facta sit propter inferiorem, non secundum quòd in se consideratur, sed secundum quod ordinatur ad integritatem vniuersi. Et ideo dato quòd corpora cælestia propter hominem sint facta, ex hoc non tollitur, quin sint digniora, & per consequens eis aliquis cultus impenderetur à suis inferioribus, præsertim ab hominibus qui temporaliter principaliter sequuntur, in quibus cælestia corpora euidentes habent effectus. Vnde aliter videtur dicendum hic. Ad quod sciendum est, quòd vbi translatio nostra habet: Quæ creauit dominus Deus in ministerium cunctis gentibus: Hebraica littera habet: Quæ distribuit dominus Deus tuus cunctis gentibus. Cuius sensus secundum quosdam Hebræorum expositores est, quod sicut Deus deputauit ad custodias singularum gentium singulos angelos, vt patet Dan. x. de principe regni Persarum & de principe regni Græcorum, sic etiam singulis gentibus deputauit singula astra, quibus tales gentes exhibebant cultum, quod sanè intelligendum est, prout in glossa traditur. & est Augustinus, vbi sic dicit: Non ita dictum est tanquam Deus præceperit ea. scilicet astra à cæteris gentibus coli, & a populo suo non coli sed quia præscituerit gentes culturam eis exhibituras & tamen præsciens creauit, populum enim suum futurum esse præsciuit, qui ista non coleret hac in glo. Vnde conuenienter immediate subiungitur: Vos autem tulit dominus & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hæreditarium. q. d. vos non immerito estis subtrahendi a cultura corporum cælestium, quam cæteræ gentes eis exhibent: quia à solo Deo educti fuistis de fornace &c. vt immobiliter adhæreretis soli Deo, tanquam populus hæreditarius.

Corporibus cælestibus cultus fieri prohibetur.

ADDITIO II.

In eodem cap. iiij. vbi dicitur in postilla: Sicut tu audisti & vidisti: *In Hebræo habetur:* Sicut tu audisti & viuet. *& est sensus quia à seculis non est auditum, quòd aliquis populus totus simul audiret vocem Dei loquentis, dum esset in hac vita, sicut infra v.c. dicitur:* Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuimus, & possit viuere? *Licet enim aliqui dæmones vel falsos Deos colentes audiant vocem deorum suorum, vel fingant se audire, nunquam tamen à toto populo præsertim cum sit magnus, simile dicitur fieri. & ideo dicit:* Interroga à diebus antiquis, si facta est aliquando huiuscemodi res, *scilicet quod populus in hac vita audiret vocem Dei.*

REPLICA correcto. contra Burgen. In cap. iiij. Deuteronomij vbi postillator dicit, quòd corporibus cælestibus cultus latriæ D *prohibet exhiberi, ea ratione, quia prohibetur impendi humanæ creaturæ: quam rationem confirmat, eò quia corpora cælestia tanquam maioris perfectionis, in obsequium hominum sunt creata &c. Huic rationi se opponit Burgen. asserens eam non sufficere. primò quia per auctoritatem noui testamenti confirmata. Secundò quia dicit corpora cælestia esse altioris & maioris efficaciæ, adeo negat consequentiam postil. Et illud secundum dictum confirmat per sanctum Thom. prima parte. q. lxx. artic. iij. in responsione ad secundum argumentum. Putauit Burgen. quòd ratio non concluderet Iudæos, sed si virtus rationis postillatoris inspicitur, non solum Iudæo, verum & pagano & cuilibet luminе rectæ rationis vtenti concludit. Quis vtens rectæ rationis dictamine resipicientis ad ordinem essentialis eminentiæ audebit negare consequentiam illam? Latria non debet impendi homini, igitur nulli corpori cælesti: cum talis consequentia teneat per locum à maiori destruentiue, qui locus fundatur in regula communi. Si illud quod magis videtur inesse nõ inest, nec illud quod minus. cum igitur latria impendi tur alicui ratione perfectionis essentialis, si non impenditur homini, qui est essentialiter perfectior & dignior non modo corpore cælesti, sed & toto cælo, minus impenderetur corpori cælesti cuicunque. Quòd autem homo perfectior sit essentialiter cælo, non indiget probatione, quia eius oppositum sapit multos errores Parisijs damnatos, & quilibet vtens rectâ ratione iudicabit substantiam rationalem essentialiter perfectiorem substantia non rationali: Homo autem est rationalis substantia, cælum non: apud autenticos Philosophos qui cæli animam dicunt cælo coniungi secundum operari non secundum esse. vnde cælum non dicitur rationale, sed à rationali moueri, de quo aliàs erit sermo. Nec valet quod Burgen. adducit, quia videlicet Iudæi non recipiunt nouum testamentum, igitur in expositione veteris testamenti insufficienter assumitur. Nec valet in lege Mosaica non habetur, igitur inconuenienter assumitur in expositione sacræ scripturæ. Burg. enim & Iudæi videre possunt ex lege Mosaica, quod sol & luna sunt in ministerium hominum creata; vt patet Gen. j. & eadem lege videre possunt resurrectionem mortuorum finalem retributionem, & remunerationem iustorum, & principium electorum & complementum, quibus simul computatis videre possunt rectâ ratione dirigente id quod postillator de nouo testamento assumpsit. Et quia ex Gene. principio habent corpora cælestia creata, rectâ ratione habere debent ea secundum se fore transitoria. Ex quibus omnibus concluditur, cultum latriæ eis exhiberi non debere, imò minus quam humanæ creaturæ ratione perfectionis essentialis. Audeo & dicere, quòd minus quam tumentis eadem ratione. Nam omne formaliter viuum (etiamsi musca) est essentialiter perfectius cælo. Nec influentia corporum cælestium arguit eorum perfectionem specificum vltra formaliter viuentia. Stat enim in causis æquiuocis maximè partialibus, effectum esse specificè perfectiorem sua causa, vel econuerso. Nec deductio sancti Thom. quam Burgen. adducit, valet. Per scholam enim Parisiensem reprobatur, & ad errorem reducitur, quod cælum sit dignius homine. Nam esto sit dignius in genere corporum, non tamen in genere viuentium. Super totam enim latitudinem perfectionis substantiæ corporeæ, substantia animata, & maximè rationalis addit essentialem perfectionem. nec influxus vel efficientia manifesta corporum cælestium in inferiora, arguit perfectionem vel dignitatem essentialem. Nam ignis manifestam habet efficientiam ad hominem comburendum: tamen non est dignior homine. Nec valet expositio Burg. quam addit, quia instituit fabulas paganorum & Iudæorum dicentium, singulis gentibus singula astra, sicut singulos angelos præsidere, quod fictum est.*

CAP. V.

a *Vdi Israël, &c.* AVGV. An ideo dictum est, C quia illi non ingrediuntur

CAP. V.

VOcauitque Moyses omnem Israëlem, & dixit ad eum: Audi Israël † ceremonias atque iudicia quæ

diuntur in terram promissionis. Omnes enim mortui sunt, nec pertinent ad hoc testamentum, quo-

Quæst. 9. †statura

a rum

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. V.

Diuisio. 1 VOcauit Moyses omnem. *Hic incipit secunda pars principalis libri in qua incipit replicatio legis, & eius explicatio, & primo repleantur decalogi præcepta quæ proprie dicuntur lex. secundo alia ad legem pertinentia vj. cap. Circa primum Moyses primo ponit quoddam præambulum secundo exequitur propositum vbi:* Et ait: Ego dominus &c. *præambulum autem est explicatio modi per quem Deus dedit præcepta decalogi & hoc notatur cum dicitur:*

✠ 1 Dominus

MORALITER.

✠ 1 *Vocauitque Moyses omnem Israëlem.* In hoc cap. replicantur præcepta decalogi posita superius, Exo. xx. & quia sunt moralia non est ibi alia moralitas quærenda, sicut fuit dictum ibidem excepto præcepto de obseruatione sabbathi quod partim fuit ceremoniale & quantum ad hoc sensus mysticus fuit ibidem positus.

✠ 1 *Vos autem*

rum tunc recognitio facta est, cum a xx. annis & suprà numerarentur vsque ad l. annos habiles ad bellum. Quomodo ergo illis locutus est dominus qui hodie viuunt? An quia xx. vel x. & ix. annorum & infrà potuerunt multi tũ esse qui hoc meminisset, alieni à pœna, quam dominus constituit illis, qui numerari sunt non intrare in terram promissionis, vt hos vtique appellat, qui quamuis xx. annorum & suprà non essent, quando Deus in monte loquebatur vt numerari possent, potuerunt tamen esse x. & ix. & infrà vsque ad puerilẽ ætatem, qui possent quæ facta & dicta sunt, & videre, & audire, & memoria retinere.

✠ PROCOPIVS. Non enim opus habebat Abraham posterique ipsius fœdere Mosis ministerio exciso. Nam iusto lex posita non est. Nec vtiq; iusti quotquot ante Mosem fuerunt, Mosis legem obseruarunt.

✠ THEODORET. Non cum patribus. Nã cum illi propter transgressionem perierint, his verò terram patribus promissa daturus esset, hisce datã esse legẽ asserit.

a *Facie ad faciẽ &c.* AVGVT. Paulò antè admonere curauit, quòd nullam similitudinem viderint, sed solam vocem de medio ignis audierint. An propter rerum euidentiam, & quodammodo diuinæ maiestatis præsentiam, de qua dubitare nemo posset, his verbis vsus est? Potest similiter intelligi quod dictum est, Moysen facie ad faciem cum domino locutum, vt nec ipse præter ignem aliquid viderit. Sed etsi amplius aliquid (Scriptum est enim: *cum intrasset nebulam vbi erat Deus*) non tamen mortalibus oculis vidit substantiam Dei. Vnde postea ait: *Ostende mihi teipsum: vt sciẽter videam te.* Nos autem, qui nunc videmus per speculum in ænigmate, in fine facie ad faciem videbimus. vnde: *Tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum*, vt scilicet quàm perfectè nunc Deus hominem nouit, sed sicut Deus, ita tunc perfectè noscat homo Deum, sed sicut homo. Neque enim quia dictum: *Esto te perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est*, ideo æqualitatem patris quam filius habet sperare debemus, quamuis aliqui hoc sperauerint.

b *Inter vos & Deum.* IDEM. Tanquam dominus esset in loco id est in monte. vnde & illi voces audiebant qui vbique totus, nec per locorum interualla propinquat aut recedit. Sed demonstrationes eius in creatura, quæ non est quod ipse, non aliter humanis sensibus exhibentur. Non fuit ergo Moyses medius loci interuallo, sed per eum placuit populo audire cætera Dei verba, postquam territus est, audiens de medio ignis vocem Dei dicentis decalogum legis.

c *Non facies tibi sculptile.* ✠ DIODORVS. At dicat aliquis: Quid Cherubim effinxit in adyto tabernaculi? Non vtique vt illa adorentur, sed contra ita apposuit, vt arcam testimonij tãquam ministri protegerent & venerarentur.

d *Reddens iniquitatem &c.* ISIDORVS. Sunt qui ita edisserant, vt ad animam humanam sententiam vertant: Patrem in nobis peccatum sensuum & incentiua vitiorum esse dicentes: filium verò si cogitatio peccatum conceperit, ne potem si conceptionem opere perpetraueris, pronepotem si in perpetratis glorieris, secundum illud: *Impius cum in profundum malorum venerit contemnit.* Vel sic potest intelligi, quod tã misericordiæ sit, vt non statim puniat, sed sententiam diu differat.

e *His qui oderunt me, & faciens misericordiam in multa milia diligentibus me, &c.* His scilicet qui hæreditaria impietate dominum oderunt. Per uersum est enim, peccata patrum filijs non peccantibus imputari, cum per Ezechielem dictum sit: *Filius non portabit iniquitatem patris &c.*

f *Non vsurpabis nomen domini Dei tui frustra &c.* Primum mandatum ad patrem pertinet, quod dicitur in sequentibus: *Audi Israël, dominus Deus tuus vnus est*, vt hoc scilicet audiens vnum deũ patrem colas, non multos Deos suscipias. Secundum pertinet ad filium, de quo hic dicitur: *Non assumes nomen Dei tui in vanum*, id est, non æstimes creaturam esse Dei filium. Omnis enim creatura subiecta est vanitati. Sed credas cum æqualẽ patri, Deum Deorũ, Deũ apud Deum, per quẽ omnia facta sunt. Tertiũ ad spiritum, cuius dono requies æterna promittitur: quia enim spiritus sanctus dicitur septiformis, ideo septimum diẽ sanctificauit Deus. In alijs enim diebus operum sanctificatio non nominatur nisi in sabbatho, in quo requieuit Deus. Rectè ergo hoc mandatum pertinet ad spiritum: tum propter sanctificationis nomen: tum propter æternam requiem ad donum sanctiſpiritus pertinentem. Dicitur enim sic: *Memento vt diem sabbathi sanctifices: sex diebus operaberis &c.* In opere sex dierum &c. videtur sex milium annorum operatio signati, in septimo tempus æternæ quietis in quo post bona opera quies æterna promittitur. Quicquid ergo agimus, si propter futuram requiem facimus, sabbathum obseruamus.

Ex cathena Græca.

* istud

†Cald. interpretatur verbum ver bo id est ma nifestis ver bis & signis vt negari nõ possit quin Deus sit.

Prou. 18. a.

Ezech. 18. c.

Primum præceptum. Deut. 6. a.

✠ 1 Dominus Deus noster. *id est decem præcepta decalogi, quæ ab eo fuerunt data immediatè.*

2 Non cum. *id est legem datam, quia non legitur eam dedisse Abraham, Isaac, & Iacob.*

3 Sed nobiscum qui impræsentiarum sumus. *q. d. ex hoc de eius custodia magis solliciti esse debemus.*

4 Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio. *Id est absque medio quantum ad prolationem decem præceptorum, veruntamen, quia alia præcepta non sic fuerunt tradita populo, sed mediante Moyse, ideo sequitur:*

5 Ego sequester. *annuntiando vobis alia quæ ab eo recepi. Et causa huius mediationis subditur:*

6 Timuistis enim ignem &c. *Timore enim percussi petierunt, quod solus Moses audiret verba Dei, & eis referret, vt habetur Ex. xx.*

7 Et ait. *Hic consequenter ponitur replicatio decem præceptorum ex ore Dei datorum. In quo primò ostenditur Dei loquentis sublimitas siue auctoritas. Secundò populi audientis fragilitas, ibi:* Vos autem. *Circa primum dicitur:* Et ait, *scilicet ipse Deus:*

8 Ego dominus Deus tuus. *per creationem & gubernationem.*

9 Qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. *vt esses mihi seruus & non homini. q. d. ex his patet, quod in omnibus debes obedire mihi. Et in quibus debeat esse ista obedientia, consequenter explicat dicens:*

10 Non habebis deos alienos in conspectu meo. *& ponuntur consequenter alia præcepta decalogi eodem ordine, & fere sub eisdem verbis, sicut ponuntur Exod. xx. & ideo pertranseo, quia ibi dictum fuit qualiter ista præcepta distinguuntur & exponuntur secundum doctores catholicos & Hebræos.*

✠ 1 Vos au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Obserua diem.*

A ✠DIODORVS. Ex exchena græca. Cum de operibus cauet, quorum nullus in sabbatho locū, seruiles intelligit, vt ipse appositè operas. Nā lectiones sanctorum, homilias, sacra, & quæcunque animam instituunt, exercere eo die debemus, quam cum maximè.

b *Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi.* Post tria præcepta succedunt septem quæ ad proximum, pertinēt. Inter septem primum, sed in ordine omnium quartum est: *Honora patrem tuum &c.* A parentibus enim homo oculos aperit, & vita hæc ab eorum dilectione exordium sumit. vnde hoc mandatum, maximum & primum dicitur in altera scilicet tabula. Iubemur ergo parentes

B honorare, & officiū pietatis & reuerentiā eis exhibere. Qui enim hoc parentibus non facit, quomodo faciet alijs? Quintū: *Nō mœchaberis*, id est præter legitimā vxorem nulli misceberis. Sextum: *Non occides.* Occidit etiam qui fame vel nuditate proximū mori videt, nec subuenit inquantum potest. Septimū: *Non furtum facies.* In quo omnem rapinam pro

† Exo.20.b. hibet. Octauum: *Non falsū testimoniū dices.* Crimen mendacij & falsitatis abominatur. Nonum: *Non concupisces vxorem proximi tui.* In quo etiam adulterinam cogitationē interdicit. Decimum: *Non concupi-*

† 6.dist.his itaque.23.q. c. non licet. *scres rem proximi tui.* In quo ambitionem & concupiscentiam percutit. Primum ergo prohibet surreptionem: Secundum

C errorem: Tertium seculi amorem: Quartum

id est requies

a ¶ Christum scilicet purum hominem putans.

nomen eius assumpserit.

a ¶ Vt omnia facias propter sabbathum, id est æternam requiem ad spiritumsanctum pertinentem.

Obserua diem sabbathi, vt

a ¶ Omnia sanctè faciendo, a stropitu vitiorum cessando.

sanctifices eum, sicut præcepit tibi dominus deus tuus.

a ¶ Omni tempore operandi.

b ¶ Bona & perfecta.

Sex diebus operaberis, &

a ¶ Naturæ tuæ congrua.

facies omnia opera tua. Septimus dies sabbathi est, id est requies domini Dei tui. Nō facies in eo quicquam

¶ Seruilis. ¶ Quia more seruit.

operis, tu & filius tuus & fi-

a ¶ Qui adhuc scilicet timore premuntur.

b ¶ Iudæus vel sapiens.

lia, seruus & ancilla, bos &

a ¶ Gentilis vel stultus. b ¶ Homines & iumenta saluabis domine, Psal.35.b.

asinus, & omne iumentum

a ¶ Nouiter conuersus. ¶ Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Psal.38.b.

tuum, & peregrinus qui est

a ¶ Ecclesiæ tuæ: Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Psal.86.a.

intra portas tuas, vt requiescat seruus & ancilla tua sicut & tu. Memento quòd &

a ¶ Deo vel diabolo. b ¶ Mundo.

ipse seruieris in Ægypto,

a ¶ Ad filialem timorem.

& eduxerit te inde domin⁹

¶ Omnipotens. ¶ Filio.

Deus tuus in manu forti &

¶ Manifesto.

brachio extēto. Idcirco præcepit tibi vt obseruares diē

a ¶ Hoc est maximum & primum mandatum in altera tabula. ¶ Officio pietatis & honoris.

b ¶ Carnalem vel spiritualem.

sabbathi. † Honora patrem

b a ¶ Ad literam vel Deum vel ecclesiam.

tuum & matrem, sicut præcepit tibi dominus Deus

a ¶ Vita æterna pro qua laborandum est.

tuus, vt longo viuas tempo

a ¶ Viuentium.

re, & bene sit tibi in terra quam dominus Deus tuus

a ¶ Gratis.

daturus est tibi. † Non occi

a ¶ Re vel voluntate, vel fabricando quod potes præstare. ¶ Qui odit fratrem suum homicida est. 1. Io.3.c.

b ¶ Adulterium prohibet carnale vel spirituale Fornicatio est idolatria, & scripturarum expositio prana.

des, neq; mœchaberis, fur-

a ¶ Actu vel consensu, vel auaritia commissi talenti.

¶ Quamlibet rapinam.

tumque nō facies. Nec † lo-

queris contra proximum

a ¶ Pessimum genus mendacij. ¶ Falsitatem interdicit.

tuum falsum testimonium.

a ¶ Sola voluntate. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam; iam mœchatus est. Matth.5.d.

Nōn concupisces vxorem proximi tui. Non domum,

¶ Decimo mandato omnis rei cupiditatem interdicit.

non agrum, non seruum,

¶ Ambitionem & concupiscentiam damnat.

non ancillam, nō bouem, nō asinum, & vniuersa quæ illius sunt. Hæc verba locutus est dominus ad omnem

¶ Nemo excipitur.

multitudinem vestram in monte de medio ignis & nubis & caliginis, voce ma-

¶ In tabulis.

gna, nihil addens amplius

a ¶ Duo sunt testamenta: Duo dilectionis præcepta.

c & scripsit ea in duabus tabu

a ¶ Quia corda Iudæorum dura & insensata. ¶ Quas lapidei erant accepturi.

lis lapideis quas tradidit

1 mihi. Vos autem postquā audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atque dixistis: Ecce ostendit nobis dominus Deus noster maiestatem & magnitudinem suam. Vocem enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quòd loquente Deo cum homine vixerit homo. Cur ergo moriemur & deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus vltra vocem domini Dei nostri, moriemur. Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuētis, qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuim⁹, & possit viuere? Tu magis accede, & audi cuncta quæ dixerit dominus Deus noster tibi, loquerisque ad nos, & nos

2 audientes faciemus ea. Quod cum audisset dominus, ait ad me: Audiui vocem verborum

3 populi huius, quæ locuti sunt tibi: Bene omnia locuti sunt: † Quis det talem eos habere

a ¶ Nisi ego.

†locutio est Hebraica & vtinam.

4 a ¶ Gratiam infusam. ¶ Cultu timore b ¶ Non lapidei, sed tenibiles. c ¶ Vt vnum iota non præteeat.

mentem vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit

tum impietatē: Quin D tum fornicationem: Sextum crudelitatē: Septimum rapacitatem: Octauum falsitatem: Nonum cogitationem adulterij: Decimum cupiditatem mundi. Et notādum, Nota. quod sicut decē plagis percutiuntur Ægyptij, sic decem præceptis regitur populus Dei, & dæmones occiduntur.

c *In duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi.* Is: DORVS. Duo testamenta significātur in duabus tabulis vel dilectio Dei & p Exod.20.c. ximi, in quibus tota lex pendet & propheta. In vna enim tabula tria præcepta ad dilectionem Dei pertinēt, in altera septem ad proximi societatem. Lapideæ tabulæ, lapidea Iudæorū corda significant, de quibus dicitur: *Auferam* Ezech. 36.f. *à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneū*, sensibile scilicet & intelligile.

d *Quis det talē eos habere mentem.* Vult Deus intelligi gratia sua hoc beneficium concedi, vt in omni-

☞ bus sit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vos autem. *Hic consequenter describitur audientis populi fragilitas, vbi primò describitur timor populi. secundò approbatio Dei, ibi: Quod cum audisset dominus. Circa primum sciendum, quòd humana fragilitas non potest bene sustinere sublimitatem Dei. vnde & Daniel ex apparitione angeli iuxta se corruit in terram, vt habetur Dan.x.ca. & eodem modo hic populus ex sublimitate diuini sermonis territus & debilitatus petijt humiliter, quod solus Moses qui erat perfectior & Deo familiarior, verba Dei audiret & eis referret, & quòd parati erant illi obedire sicut nuntio Dei. & patet litera.*

2 Quod cum. *Hic consequenter describitur approbatio Dei, & ideo subditur:*

3 Bene. *patentes audire mandata Dei per internuntium, cuius causa subditur:*

4 Quis det. *q.d. hoc est mihi placitum: scilicet quod timeant dominum*

✠ *MORALITER.*

✠ 1 *Vos autem postquam audistis vocem.* Per hoc autem quòd populus non potens substinere verba domini loquentis, petijt quod solus Moyses audiret immediatè à domino, & referret po-

✠ pulo,

☞ bus sit iustitia Dei ex A fide, nō quasi propria

Ezechi.36.f. ex lege. vnde: *Auferā eis cor lapideum, & dabo cor carneum*, id est

†statuta sensatum. caro enim sensum habet, lapis verò non habet. Et

2.Cor.3.b. alibi: *Idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu.*

CAP.

eis & filijs eorū in sempiternum? Vade ergo & dic eis: Reuertimini in tē toria vestra. Tu verò hìc sta mecū, & loquar tibi omnia mandata & † ceremonias atq; iudicia, quæ docebis eos vt faciant ea in terra quā dabo illis in possessionē. Custodite igitur & facite ea quæ præcepit domi-

1 nus Deus vobis. Non declinabitis D

¶ Vt addatis aliquid vel minuatis.

neq; ad dextrā, neq; ad sinistram, * omnem

sed per * viam quam præcepit dominus Deus vester ambulabitis, vt viuatis & bene sit vobis, & protelentur dies vestri in terra possessionis vestræ.

NICOLAVS DE LYRA.

✠num, & eius mandata recipiant humiliter & obseruent, non solum audita à Deo immediatè, sicut sunt præcepta decalogi, sed etiam alia eis denuntiata per nūtios ex parte Dei sicut per Moysen & alios prophetas.

1 Non. *Id est pro aliqua prosperitate obtinenda vel aduersitate euitanda. Cetera patent.*

CAP.

MORALITER.

✠pulo, & dominus hoc approbauit: significatum fuit quod prælati & doctores credenda & operanda debent accipere à Deo, qui loquitur eis in sacra scriptura: & ipsi per doctrinam alijs tradere debent eo modò quo capere possunt. Grego. in pastorali. Secundum qualitatem auditorum formari debet sermo doctorum. Et Apostolus 1.Cor.ij.b. dicit: *Sapientiam loquimur inter perfectos:* Et ibidem iij.a. *Tanquam parulis in Christo lac potum dedi vobis, non escam. nondum enim poteratis*, scilicet intelligere altiora.

ADDITIO I.

In ca.v. vbi dicitur in postilla: Et primò replicantur decalogi præcepta, quæ propriè dicuntur lex.

B *Hæc præcepta decalogi quæ in hoc loco ponuntur, propriè dicuntur lex: præceptum tamen de dilectione Dei, quod ponitur, & plenè exprimitur in cap. sequenti 5.vj. in quo tota lex pēdet & prophetæ, vt Matt. xxij.d. Non minus propriè lex debet dici, cum sit primum & principale præceptum totius legis, tanquam illud in quod cetera præcepta ordinantur, quia vt Apostolus dicit 1.Tim.j. Finis præcepti est charitas. Vnde hoc prima distinctio postillatoris videtur inconuenienter dicta, specialiter quantum ad secundum membrum, quod comprehendit sextum &c. Circa quod melius & verius diceretur, quod in eo ponuntur prima præcepta fidei, & maximum & principalissimum legis mandatum, cum quibusdam alijs ad legem pertinentibus, prout in eodem capitulo patebit.*

ADDITIO II.

In eodem cap.v. vbi dicitur in postil. Et ponuntur consequenter aliqua præcepta decalogi eodem ordine, & ferè sub isdem verbis, sicut ponuntur Exod.xx.cap.

Doctores Hebræorum qui nimis literam sequuntur, asserunt aliquam varietatem esse inter præcepta decalogi quæ ponuntur suprà, Exod.xx. & præcepta decalogi, quæ hic ponuntur, specialiter in præcepto de obseruatione sabbathi, de quo in prima traditione dicitur: Memento, vt diem sabbathi sanctifices. & in secunda traditione, scilicet in hoc ca. dicitur: Obserua diem sabbathi, inter quæ verba dissimilia asserunt esse magnam differentiam. Dicunt enim quod cum dicitur: Memento. *In primo est præceptum affirmatiuum, in quo præcipitur quod homo sit memor ad sanctificandum illum diem. Itaque si quis nihil operis seruilis faceret in die sabbathi, & tamen non haberet in memoria, quod illa dies est sanctificāda vt sabbathum, esset transgressor illius mandati affirmatiui per omissionem. Similiter si quis haberet memoriam quòd esset dies sabbathi, & sanctificaret eum faciēdo eum diem solennem, & tamen cum hoc quicquam operis seruilis faceret, non esset transgressor primi præcepti affirmatiui, in quo dicitur:* Memento, *sed esset trangressor secundi s.* Obserua. *Consequenter ad prædicta dicunt, quia vt Moyses qui fidelissimus in tota domo Dei est, non reputetur falsò repetisse huiusmodi præcepta ideo dicunt, quòd hæc duo verba, scilicet memēto & obserua fuerūt à Deo prolata similiter & se*

C *mel sub propris literis & syllabis vtriusque verbi, quod est ineffabile: quia per omnipotentiam diuinam hoc dicunt esse factum, & quia Moyses non potest hoc facere verbo nec scripto, ideo in prima traditione scripsit:* Memento. *In secunda verò traditione:* Obserua. *In quo loco altercatio Hebræorum dicitur friuola. Tum quia vbi dicitur:* Memento, *statim prohibet opera seruilia, dicens:* Non facies opus, &c. *& sic etiam ibi tradit rationem negatiui præcepti; & in hoc loco vbi dicitur:* Obserua diē sabbathi, *statim sequitur: vt sanctifices eum, &c. quod pertinet ad hoc, vt homo vacet diuinis in sabbatho, quod est affirmatiū. Tum quia Moyses etsi nō potuerit similiter & semel duo verba dissimilia proferre, potuisset tamen tradere ista præcepta dicendo:* Memento & obserua diem sabbathi: *& sic magis confirmaretur diuinæ locutioni, quam dicendo vnum & omittendo aliud. Et notandum, quòd hæc distinctio ab eis assignata inter memento & obserua, facit valde contra eos in expositione illius verbi Malach.iij.b. vbi dicitur:* Memento legis Moysi, *prout Deo duce ibidem declarabitur.*

ADDITIO III.

In cap.v. vbi dicitur in postilla: Cuius causa subditur: Quis det eos talem habere mentem?

In hoc quod dicitur: Quis det eos talem habere mentem? *non* E *solum intelligitur q⁹ esset beneplacitum Deo, vt Deum timerent, &c. sed etiam includitur q⁹ hoc pendet etiam à potestate humana per libe-* Libertum ar- *rum arbitrium iuxta illud Eccl.xv.c.* Deus creauit hominem, & bitrium. reliquit eum in manu consilij sui. *Inutilem enim aliquis diceret optando, quis det vt hoc fiat si illud optatum omnino esset in potestate optantis.*

ADDITIO IIII.

In eod.cap.v. vbi dicitur in postil. Non declinabitis ad dextram neque ad sinistram.

In hoc enim quod dicitur: Non declinabitis ad dexteram neque ad sinistram, *prohibetur declinatio ab obseruatione præceptorum, non solum causa prosperitatis vel aduersitatis sed etiam ne ex aliqua alia causa deuietur ab intentione legislatoris ad vnam partem, nec ad aliam sicut cum dicitur suprà in Deuteron.iij.a.* Non addetis super verbum quod ego præcipio, nec minuatis. *& iste sensus videtur comprehendere primum, & magis pertinere ad sensum literalem: nam quòd per dexteram intelligatur prosperitas, & per sinistram aduersitas, videtur pertinere ad mysticam expositionem.*

REPLICA correctorij contra Bur. In v. cap. distinguit postil. præcepta decalogi à præceptis dilectionis Dei & proximi, per hoc quia decalogus propriè dicitur lex: dilectio autem finis & principium est decalogi, in quam decalogus ordinatur, prout innuitur in vj. cap. huius. Hanc distinctionem egre ferens Burgen. dicit præceptum dilectionis dici debere legem propriissimè, cum sit primum & maximum præ- F ceptum in lege, ad quod omnia præcepta ordinātur, iuxta illud Apost. Finis præcepti est charitas. *Hoc autem argumentum Burgensi attinet esse, laborans in iniquitatem. nam postillator per suam distinctionem non negat, quin præceptum dilectionis sit maximum præceptum in lege contentum: quia saluator sic respondit quærenti de magno mandato in lege: verumtamen non sequitur quod Burg. intendit, quia consequentia non valet: Hoc est mandatum magnum in lege, ergo est propriè lex: quia multa continentur in lege quæ contra legem propriè acceptam per Apostolū distinguuntur ad Gal.iij. vbi Apostolus voles ostendere propriam legis acceptionem, dicit per legem non esse institiam, sed per fidem. Dicit etiam legem propter transgressionem positam, & multa similia: prout in suis epistolis videri potest, quæ propriè dilectioni nō conueniunt: quia vtiq; dilectio iustitia est, vt distinguitur contra legem: quia qui diligit, vnus efficitur cum eo spiritus, quod sine perfecta iustitia non fit. Etiam dilectio non est propter transgressionem, imò fuit reclarationi complantata in angelo & homine ante transgressionē. Sic igitur accipiendo legem, prout Apostolus distinguit, à promissione & fide formata quæ est dilectio, propriè lex non est, quamuis in lege principaliter, vt finis intendatur sicut & promissio, quæ in lege patribus facta est lex dici non meretur simili ratione. Frustra igitur Burg. postillatorem notauit, qui circa cap. vj. an quo hoc maximum præceptum continetur, breuiter se expediuit, ponens tamen ad intellectum necessaria: quia non erat sui propositi scribere tractatus, quemadmodum Bur. & alij sed solum ordinare postillam, liter alis sensus sufficienter declaratuam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominus Deus noster, Deus vnus est. ✠ THEODORETVS. Frequēter diximus dictiones istas, dominus & Deus, nature diuinæ, non distinctionis personarū esse significatiuas. Hęc verò patet, filius & spiritussanctus, proprietates indicare. Verùm Iudæis adhuc infirmis hæc ex acta Theologia exhiberi non poterat: quoniā inde dicendi plures deos occasionē cepissent. Idcirco nomē diuinū in veteri testamēto singulari numero pronūciatur, nihilominus habet occultas Trinitatis significationes. Hæc ēm clausula dominus Deus tuus, dominus vnus est, vnitatem substantię innuit & personarū numerum demonstrat. Semel enim posuit hoc verbū, Deus: bis autē istud, dominus.

Quæst. 1. in Deuteron.

† Mat.22.d. Matth.22.c. Lenir.to c. Lib.1.de doctrina Christiana ca.26. 27.28.

b *Diliges dominum.* AVGVSTINVS. Charitas non auferetur, sed implebitur cō templata quod credebat, adepta quod sperabat, in ea plenitudine hoc præceptū implebitur. Cùm ineſt aliquid carnalis cōcupiſcētiæ, vel quod cōtinendo frænetur, nō omnino ex tota anima Deus diligitur. Non enim caro ſine anima cōcupiſcit, quāuis caro concupiſcere dicatur, quia carnaliter anima cōcupiſcit. Tunc autē lex nulla erit in mēbris, quæ repugnet legi mentis, ſed toto corde, tota anima, tota mente diligetur Deus. Debuit autē homini iſta perfectio præcipi, quāuis in hac vita nō poſſit haberi, non enim rectè curritur ſi quò currendū eſt neſciatur. Curramus autē ſperādo, credēdo, & deſiderādo, eleemoſinas dādo, & orādo, vt currētes adiuuemur, & ſic præcepta perfectionis audiamus, nec ad plenitudinē charitatis currere negligamus. *Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum ſicut teipſum. In his tota lex pendet & prophetæ.* Finis ergo præcepti dilectio gemina, Dei ſcili. & proximi. Quod ſi te totū intelligas i. animā & corpus, & proximū ſimiliter totū, (homo enim ex anima conſtat & corpore) nullū diligendarū rerum genus in his duob⁹ prætermiſſum eſt. Cum enim pcurrat dilectio Dei, eius modus præſcriptus eſt, vt cætera in illū cōſluant. De dilectione tua nihil dictū videtur. Sed vbi dictū eſt, tanquā teipſum: vt teipſum diligas, non eſt prætermiſſum. Ille autē ordinatè diligit, q quod non eſt diligendū nō diligit, & diligēda diligit, nec plus quod minus eſt diligēdum,

Matth.22.d.

1.Tim.1.b.

CAP. VI.

HÆc ſunt præcepta & † ceremoniæ atq; iudicia, quæ mādauit dominus Deus veſter, vt docerem vos, † & faciatis ea in terra ad quam tranſgredimini poſſidendam, vt timeas dominum Deum tuum, & cuſtodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuę, vt prolongētur dies tui. Audi Iſraël & obſerua vt facias, & bene ſit tibi, & multipliceris † amplius, ſicut pollicitus eſt dñs Deus patrū tuorū tibi terrā lacte & melle manantē. a b Audi Iſraël † Dominus deus noſter, deus vnūs eſt. Diliges

1 2 3 4 5 † 6 7 8

† vt

† ſtatuta

¶ Omni copia.

† valde

a ¶ In maieſtate, trinus in perſonis. Nec habet diuiſionem, nec recipit ſolitudinem.

GREGORIVS. *Diliges dominum Deum tuū, &c.* Per amorem Dei gignitur amor proximi, & p amoré proximi nutritur amor Dei. Nam q amare negligit Deū, diligere proximum neſcit. Et plenius in dei dilectione ꝓficimus, ſi in eius dilectionis gremio ꝓximi charitate lætamur. Dicturus ergo: *Diliges proximū tuum*, præmiſit, *Diliges dominum deum tuum.* vt prius in nobis radicem ſui amoris figat, & poſtea fraterna dilectio ramos expādat. Quod autē amor dei ꝓximi amore coaleſcat, Iohānes oſtendit dicens: *Qui non diligit fratrē ſuum quē videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere?* Dilectio dei p timoré naſcitur, ſed in affectu creſcendo mutatur. vt autē oſtēdatur quam longè quiſq; ſit à charitate proximi vel in ea profecerit, alios flagellis Deus deprimit, alios ſucceſſibus fulcit. Sæpe enim nos miſeros inſequuntur, qui felices ſine comparatione venerantur. Cum autem quis in proſperitate diligit, incertum eſt an proſperitas, an perſona diligatur. In bonis enim non agnoſcitur amicus, & in malis non abſconditur inimicus.

Lib.7.Mora. cap.10.

1.Iohan.4.d.

Triplicis naturæ eſt anima: ideo iubetur diligere tripliciter. Non vult deus amorē ſuum partiri, vt ſimul diligamus deum & aurum, vel vxorem, vel filios. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire,* ipſe ſuper omnia diligendus, eius dilectio præponitur.

Matth.6.c.

✠ THEODORETVS. Manifeſtè nos docuit Deus, neminē poſſe duobus dominis ſeruire. Et hoc igitur loco docemur dilectionem

Quæſt.3.

F

NICOLAVS DE LYRA CAP. VI.

HÆc ſunt præce. *Hic conſequenter agitur de præceptis aliis à præceptis decalogi: & primò de præceptis huiuſmodi ponitur exhortatio generalis. ſecundo explicatio ſpecialis, ibi:* Audi Iſraël. *Circa primum duo:*

1 Hæc ſunt præcepta, &c. *quia in huiuſmodi præceptis aliqua ſunt circa mores, & dicuntur præcepta: aliqua circa modum colēdi Deum, & dicuntur ceremonia: aliqua circa uſtum hominis conuictum, & dicuntur iudicia.*

2 Et facia. *quia aliqua eorum obligabant tantum in terra illa, & aliqua extra illam terrā fieri non poterant. vt dictum fuit Num. xxxiij.*

3 Quæ ego præci. *quia obligabat futuros ſicut & præſentes.*

4 Vt pro. *Hic eſt vnus effectus obſeruantiæ legis, vt dictum eſt ſupra iij. cap.*

5 Et multipliceris. *numero & poteſtate.*

6 Audi. *Hic conſequenter ponitur explicatio illorum præceptorum, quæ ſunt alia à præceptis decalogi, quæ ſunt in duplici gradu, quia aliqua ſe habent ad præcepta decalogi ſicut principia eorum, aliqua autē ſe habent ad ea ſicut quędam concluſiones elicitæ ex præceptis decalogi. Illa autem quæ ſe habent vt principia, ſunt dilectionis præcepta. Cuius ratio eſt, quia in agibilibus finis habet rationem principij. præcepta autem dilectionis ſunt finis præceptorum decalogi ſicut patet manifeſtè, quod tria prima præcepta ordinantur ſicut ad finem ad dilectionē Dei.*

Deī. *alia verò ſeptem ad dilectionem proximi. & ideo dicit ſaluator Matth.xxij.d.q. in duobus præceptis dilectionis tota lex pendet & prophetæ, ſicut ex fine. & Apoſtolus j.Timot.j.a.* Finis præcepti eſt charitas. *Alia autem præcepta à præceptis dilectionis & præceptis decalogi ſunt quaſi quędam concluſiones elicitæ ex præceptis decalogi, & per conſequens quędam declarationes qualiter præcepta decalogi debeant obſeruari. Item ſciendum quod dilectio proximi ordinatur finaliter ad dilectionē Dei. ex quo ſequitur quod præceptum de dilectione Dei habet rationem finis, & per conſequens principij reſpectu omnium præceptorum. Primò ergo egitur de Dei dilectione quæ eſt quaſi finis, ad quē præcepta decalogi ordinantur. ſecundò de aliis præceptis quæ ſunt concluſiones quæ ex principijs decalogi eliciuntur xij. cap. Circa primum Moyſes deſcribit primo ea quæ pertinent ad Dei dilectionem. ſecundò ſert concluſionem intentam: xj.c. quod ſic incipit:* Ama itaque dominum deum. *Circa primum, Moyſes primò per modum exhortationis deſcribit præceptum dilectionis diuinæ quantum ad diligēdi modum. Secundò huius dilectionis multiplex impedimentum & incitamētum, impedimenta excludendo, & incitamenta includendo, ibi:* Cumque introduxerit. *Circa primum dicitur:* Audi Iſraël. *ad eſt attende diligenter, quia ad illud quod ſubditur tota lex finaliter ordinatur.*

Diuiſio.

7 Dominus. *& ideo vnicè ſuper omnia & perfectiſſimè diligendus eſt, & ſubditur huius dilectionis modus cum dicitur:*

8 Diliges. *i. ex tota mentis volumtatis qui hīc deſignatur nomine cordis, quia ſicut cor mouet alia membra corporis: ſic voluntas mouet alias animæ potentias ad actus ſuos.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Hæc ſunt præcepta & ceremo.* Sequitur:

† *Sicut pollicitus.* Ita terra figura fuit ſecundum ſenſum allegoricū virginis gloriosæ. de qua dicitur Eſa.xlv. b. *Rorate cœli deſuper & nubes pluant iuſtū, aperiatur terra & germinet ſaluatorē.* Iſta terra fluit lacte, ad nutritionē paruulorū in fide: & melle, reficiēdo perfectos in cōtemplatione: nā vtroſq; ſua dulcedine fouet & cōſolatur. Secundū autē ſenſum anagogicū terra iſta figura fuit cęleſtis patriæ de qua dicitur Pſal.cxlj.b. *Portio mea in terra viuētium.* Manat autem iſta terra lacte & melle. nam in ea impletur totum deſiderium.

Anagogicè.

✠ 3 Eruntq;

ctionē nō ſcindere, in A dilectionē dei & dilectionem auri, in dilectionē dei & vxorū, in dilectionē dei & liberorū, ſed totam dilectiōis vim creatori deo cōſeruare. Deinde ſecundū creatorē quæ vnicuiq, ſunt vti † infrōtalia lia impartiri, veluti liberis, fratrib⁹ & amicis. Siquidē pertinet etiā ad dilectionē dei B hęc prēſtare. Qui ēm diligit me, mandata mea ſeruabit: Mandata verò dei iſta præcipiunt.

† impleuiſti In Pſalm.44.

† ipſum coles

a *Extoto corde tuo.* ✠ BASILIVS. Hoc autē quod ex omni dicit, diuiſionem in alia nullā admittit. Quātū enim dilectiōe in hæc inferiora inſumpſeris tantum neceſſe ſit vt ei adimas quod totū eſt: eoque pauci ex omnibus amici Dei appellati ſunt, quemadmodum ſcriptum eſt C Moſen fuiſſe amicum.

✠ AMBRO

¶ Intellectu. ¶ Vita. ¶ Viribus vel effectu.

a dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: Eruntq; verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & † narrabis ea filiis tuis, & meditāberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, b dormiens, atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in

1 2 3 4 5 6 7 8

a ¶ In eis. ¶ In omnibus ſcilicet quæ egeris. ¶ Domi vel foris. ¶ foris.

a ¶ Vt opere compleas, & alijs exemplum tribuas. b ¶ Vt in memoria habeas. ¶ Vt die ac nocte meditēris ea. c Cordis.

mānu tua, eruntq; † & mouebuntur inter oculos tuos, ſcribesq; ea in liminē & oſtijs domus tuæ. Cumq; introduxerit te dominus deus tuus in terrā, pro qua iurauit patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & optimas, quas nō ædificaſti, domos plenas cunctarū opum, quas non † extruxiſti, ciſternas, quas non fodiſti, vineta & oliueta, quæ non plantaſti, & comederis & ſaturatus fueris, caue diligenter, ne obliuiſcaris domini, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. † Dominum deum tuum timebis, & ipſi ſoli ſeruies, ac per nomē illius iurabis. Nō ibitis poſt deos alienos cunctarum gentium, quæ in circumitu veſtro ſunt: quoniam deus æmulator dominus deus tuus in

9 10 11 12 † 13 14 15 16 17

a ¶ Ingrediens & egrediens ſemper ea mediteris.

† infrà 10. d. Matth.4.d. Luc.4.b. 3.dif.c.ſi. Matth.23.a.

c *Per nomen illius iura.* AVGVSTINVS. Permittuntur iurare per nomen Dei, ne fortè per idola iurantes, & aſſiduè nominantes ea

Quæſt.12. B

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et tota. *i. ex toto intellectu & ſenſitiuo appetitu. Vt ex motu dilectionis intellectus ſit deo ſubditus maximè in his quæ pertinent ad fidem. & appetitus ſenſituus ſit ſecundum ordinem dilectionis diuina regulatus.*

2 Ex tota. *Per quam deſignatur vis exterior executiua, quod ſit cum ex diuina dilectione actus noſter exterior exequitur imperium voluntatis prompte & expedite.*

3 Eruntque. *dilectione diuina.*

4 In corde. *ad firmiter retinendum.*

5 Et narrabis. *de dilectione dei eos informando.*

6 Et meditaberis. *ad eſt tempore quietis.*

7 Et ambulans. *tempore laboris.*

8 Dormiens. *In Hebreo habetur:* Cubans atque conſurgens. *quia in egreſſu lecti ad dormiendum, & ingreſſu ad vigilandum debet homo per dilectionem cor ſuum reducere in deum. Poteſt etiam exponi dormiens ſecundum tranſlationem noſtram quia de his circa quæ ſolicitatur homo in vigilia, ſolent in dormiendo occurrere phantaſmata. & ſic ſollicitus in vigilia de dilectione dei ſolent conſimilia phantaſmata occurrere in dormitione. propter quod dicit Philoſophus j. Ethicorum quod in dormientibus meliora ſunt phantaſmata ſtudioſorum, à virtuoſorum, quam quorumcunque.*

Philoſ.

9 Et ligabis. *i. in operibus tuis, quia manus eſt organū organorum. vt de Anima. quæ debent fieri ex charitate.*

10 Eruntque, &c. *i. nullo modo erunt tibi obliuioni, ſicut homo non obliviſcitur rei quæ ante oculos eius appenditur.*

11 Scribesque. *i. intrans domum tuam & exiens recordaberis de dei dilectione. Iudæi autem hoc exponentes nimis literaliter, dixerunt peſſimum iſtum qui incipit ab illo loco:* Audi Iſraël, dominus deus noſter vnus eſt, diliges dominum &c. *uſque hic:* In limine & oſtiis domus tuę. *Similiter paſſum illum de dilectione dei qui habetur infrà. xj. cap. qui ſic incipit:* Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis: vt diligatis dominum, *uſque ibi:* Et ſcribes ea ſuper poſtes & ianuas domus tuæ, *ineluſiue debebant ſcribi in ſchedulis & ligari in brachio & ſuper frontem, & poni in limine ſuperiori domus. Et adhuc Iudæi hoc obſeruant in pluribus locis, quod prædicti duo paſſus ſcribuntur in ſchedula. quæ ponitur in ſuperiori limine oſtij domus. Intentio tamen legiſlatoris eſt, quòd ſint in recordatione modo ſupradicto. Notandum etiam, quod omnia prædicta de modo dilectionis diuinæ non ſic præcipiuntur, quòd ſint ſemper in actu ſed in habitu: quia homo tenetur ſemper habere charitatis habitum, qui ſecundum Augu. diuidit inter filios regni & perditionis.*

Auguſt.

12 Cumque introduxerit te dominus. *Hic conſequenter ponuntur impedimenta & incitamenta prædictæ dilectionis, illa remouendo, iſta inducendo, & primò ponūtur iſta prout cōtingunt homini reſpectu ſui, ſecundò reſpectu extranei vel aduerſarij, cap. xij. tertiò reſpectu Dei, capite octauo. Prima in duas: quia primò remouetur impedimentum. ſecundò exprimitur incitamentum ibi.* Cuſtodi præcepta domini. *Circa primum ſciendum, q. homo de penuria veniens ad magnam abundantiam, ex hoc in ſemetipſo ſolet eleuari, & à Dei amore retrahi & impediri, ſecundum quod dicit Grego. homilia viceſima: Tantò quis à ſuperno amore diſiungitur, quantò inferius delectatur. & ideo Moyſes timebat ne filij Iſraël exeuntes de terra deſerta, & intrantes terram promiſſionis plenam omnibus bonis, per hoc ab amore Dei retraherentur, propter quod etiam dicitur in Cantico inſra xxxij. b.* Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit Deum factorē ſuum, &c. *ideo præmonuit eos, ne ex tali affluentia auerterentur à dei amore, & ad idololatriam cōuerterentur, & hoc eſt quod dicitur:* Cumque introduxerit te, &c. *& enumeratis multis bonis mobilibus & immobilibus quæ habituri erant filij Iſraël gratis, intulit:* Caue diligentor.

Diuiſio.

13 Dominum Deum tuum timebis. *timore filiali.*

14 Et ipſi ſoli ſer. *ſeruitute latriæ.*

15 Ac per nomen illius iurabis. *Ex hoc loco errauerunt aliqui Iudæi dicentes, quòd iuratio per nomen domini erat frequentāda, etiam ſine neceſſitate. Quòd improbat ſaluator Matth.v.f. dicens:* Nolite iurare omnino. *ad eſt non iuretis ex qualibet cauſa, quia hoc ad irreuerentiam nominis Dei pertinet, ſed tantum ex cauſa neceſſaria, vt ſi occurrit neceſſitas aliquid affirmandi inter homines, debet fieri per veritatem immobilem, quòd ſit iura ido per nomen domini, & in tali caſu loquitur hic ſcriptura.*

16 Non ibitis poſt deos alienos. *impendendo eis cultum latriæ.*

17 Cunctarum gentium quæ in circumitu veſtro ſunt. *& idem intelligendum eſt de dijs aliarum gentium à Iudæis remotarum, ſed pro exemplo ponitur illud quòd erat propinquum.*

✠ 1 Non

MORALITER.

✠ 3 *Eruntque.* Ex quo patet, quod Moyſes loquitur de verbis Deute. ſecundum verò Hieronym. in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacræ ſcripturæ libris. Deuteronomium eſt nouæ legis præfiguratio, quæ eſt lex amoris. & ideo debet eſſe in corde ſcripta, propter quòd à Chriſto ſcripta non fuit in tabulis lapideis vel chartis, ſed in cordibus credentium permiſſione ſpirituſſancti in ſigno viſibili. Act. ij. ſicut prædictum fuerat Hieron. xxxj. f. *Ecce dies veniēt dicit dominus, & feriam domui Iſraël & domui Iuda* da fœdus nouum non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris, &c. Sequitur: *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. & ero eis in deum. & ipſi mihi erūt in populū.*

5 *Et nar.* Sicut enim pater tenetur prouidere filijs de victu & veſtitu: ita & de documento quantum ad agenda & credenda, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, & tantò magis eis in iſtis prouidere tenetur, quantò quæ ſunt animæ corporalibus præferuntur. Cætera verò non indigent moralitate quia ſenſus eorū literalis eſt, & etiam mor alis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes ea colere incipe-
A tis. Non iurare iubet, sed per aliud Dei nomen iurare prohibet.
Matth.5.c. Melius autē omnino non iurare, non quod mala sit iuratio vera, sed ne facilitate iurandi in periurium cadas.
Qui enim iurat, non solum verum sed falsum iurare potest.
† statuta Qui autem omnino non iurat, longè à periurio est.
B ✻ THEODORETVS. Cur dixit vt iurēt per Deum? Ne iurent per falsos deos.
Quæst.4. Idē enim per prophetam dixit: Si abstuleris nomina Baalim de ore tuo, & iurabis: Viuit dominus, cum veritate. Et hic, vbi dixit, dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies, & adhærebis illi, & per nomen
† statuta eius iurabis, subiunxit:
†nobis & iustitia
C medio tui, ne quando iracundiatur furor domini dei tui contra
a ¶ Hoc diabolo Christum tentanti obiectum est cum diceret: Mitte te deorsum. Matth. iiij. a.
a te, & auferat te de superficie terræ. Nō tentabis dominum 1
deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Custodi præ- 2
cepta domini dei tui, ac testimonia & † ceremonias, quas
præcepit tibi, & fac quod † placitum est & bonum in con-
spectu domini, vt bene sit tibi, & ingressus possideas terram
optimam de qua iurauit dominus patribus tuis, vt deleret
omnes inimicos tuos coram te, sicut locutus est. Cùm inter- 3
rogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid sibi volūt testimo
nia hæc & † ceremoniæ atq; iudicia, quæ præcepit dominus
Deus noster vobis? Dices ei: Serui eram⁹ Pharaonis in Ægy- 4
pto, & eduxit nos dominꝰ de Ægypto in manu forti, fecitq; 5
a ¶ Pro opinione sustinentium.
signa atq; prodigia magna, & pessima in Ægypto cōtra Pha
raonem & omnem domum illius in cōspectu nostro, & edu
xit nos inde, vt introductis daret terram super qua iurauit
patribus nostris. Præcepitq; nobis dominus, vt faciamus o-
mnia † legitima hæc, & timeamus dominum Deum nostrū, 6
vt bene sit nobis cunctis diebus † vitæ nostræ sicut est ho- 7
die. Eritq; † nostri misericors, si custodierimus & fecerimus
omnia præcepta eius coram domino deo nostro, sicut man-
dauit nobis.

xit: Non ambulabitis D
post deos alienos, qui
sunt ex dijs gentium
quę in circuitu vestro
sunt.

a *Non tentabis dominum deum.* Deum tentat qui habens, quod faciat sine ratione se committit periculo, experiens vtrum possit liberari à deo.

† statuta

✻ THEODORETVS. Dominus hoc ipsum exposuit in Euangelijs. Nam cum diabolus dixisset, *Mitte te deorsum*, ait: Non tentabis dominum Deum tuum. Tentat autem Deum, qui sine ratione obijcies se periculo, quidpiam agit. E

Quæst.5. Matth.4.

†& viuamus

-est

CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Non tentabis dominum deum tuum, sicut tentasti, &c. *De hac tentatione qualiter sit intelligenda, dictum fuit Exod.xvij.*

Diuisio. 2 Custodi præcepta. *Remota impedimēto diuinæ dilectionis, hic ponitur eius incitamentum, & primò respectu subiecti propry, secundò respectu finis, qui est quasi idem cum patre, ibi: Cum interrogauerit.* & *quia signum dilectionis est exhibitio operis, vt dicit beatus Grego. ideo dicitur hic:* Custodi præcepta domini Dei tui, &c. *f. ex dilectione & incitamentū ad hoc subditur cum dicitur, vt bene sit tibi, &c. & patet litera.*

3 Cum. *Hic ponitur incitamentum amoris diuini respectu finis, qui est quasi idem cum patre, quia in ipso remanet pater post mortem quodammodo, & ideo debet ipsum incitare ad dei dilectionem & mandatorum eius implerionem per beneficia patribus facta, & hoc est quod dicitur hic:* Cum interrogauerit te filius tuus cras. *ad est in posterum.*

4 Dicos ei: Serui eramus. *seruitute grauissima, &c.*

5 Et eduxit nos dominus de Ægypto in manu forti. *Hæc exposita sunt supra iuy. cap.*

6 Præcepitque, &c. *ex dilectione.*

7 Vt bene sit nobis. *quia per opera bona ex charitate facta acquiritur gratia in præsenti & gloria in futuro, ideo subditur: Eritq; nostri misericors.*

✻ CAP.

ADDITIO.

In cap.vj. vbi dicitur in postilla: Audi Israël.

In hoc ca. ponuntur duo legis præcepta: Quorū vnum est primum & principalissimū circa credenda, s. Audi Israel, dñs deus noster vnus est. *Articulus enim de vnitate dei primū locū in symbolo tenet, secundum verò præceptum quod hic ponitur, primum est & maximū circa agenda s.* Diliges dñm deum tuū. *Vnde saluator Matt.xxij.cap.* Hoc est primū & maximū mandatū. *Et quia in horum præceptorū expositione postillator valde breuiter videtur se expedisse, ideo circa eorum declarationem vlterius videtur esse insistendum.*

Circa declaratione primi inquirendum prima facie occurrit: Quæ fuerit necessitas ponēdi hic istud præcepti de vnitate dei? omnis enim diuina manifestè traditur in decalogo, q. à deo immediate fuit populo traditus, Exod.xx. & in præcedenti ca. à Moyse repetitus. In cuius q. enim decalogi præambulo dicitur: Ego sum dñs deus tuus, q te eduxi, &c. *In quo & p totū decalogum ta nomina qua verba, quæ de deo dicūtur, sunt singularis numeri. In quo manifestè ostenditur vnitas dei. Si autem dicatur q hoc præceptum de vnitate dei, apponitur ad excludendum pluralitatem deorum, circa quod multi erraverunt, vt Manichæi & alij, hoc nō videtur sufficere. nā pluralitas deorū manifestè excluditur in primo præcepto decalogi, vbi dicitur:* Nō habebis deos alienos coram me. *i. pter me, vt supra expositum est, & adhuc expressius supra iuj. cap. talis pluralitas excluditur. dicitur enim ibi:* Scito ergo hodie & cogita in corde tuo, qa dominus ipse est deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & nō est alius. *Vnde dicendum videtur, q licet vnitas diuina cum exclusione pluralitatis deorū intelligatur ex præmissis & aliis in sacra scriptura cōtentis, exprimitur tamē hic p modum præcepti, q deus est vnus, & vnitas quæ hic deo attribuitur, p quandam excellentiam intelligitur. sic f. vt vnitas huiusmodi soli deo conueniat. Si enim vnitas, q hic deo attribuitur, etiā creaturis posset conuenire: sicut de vno cōuertibili cum ante cōmuniter intelligitur, sic superfluè poneretur in præcepto. Sicut enim quilibet homo est vnus homo, & quilibet equus est vnus equus, sic quilibet deus est vnus deus, vnde hoc non indigebat vt institueretur tanquam præceptum & promulgaretur, sed in hoc q hic proponitur vt præceptum pertinēs ad fidem, & cum hoc permittitur:* Audi Israel. Fides ex auditu, *ad Rom.x.c. manifestè datur intelligi, q vnitas quæ hic singulariter deo attribuitur, intelligi debet sic, quòd deus creatur esse maximè vnus, quod nulli rei creatæ cōpetit. Cuius ratio est. nā secundum sanctū Tho. in prima parte q.xj. art.iij. in corpore quæstionis: Cum vnum sit ens indiuisum, id quod est maximè ens & maximè indiuisum, oportet quòd sit maximè vnū. Constat autem, quòd deus est maximè ens, inquantū est ipsum esse subsistens omnibus modis interminatum, & prima causa totius entis creati. Similiter constat, q deus est ens maximè indiuisum, inquantū non diuiditur nec actu nec potentia, nec alio modo diuisionis sed omnibus modis est summè simplex. Vnde oportet dicere, quòd deus est maximè vnus, sic quòd nulli creaturæ talis vnitas competit. & ideo licet in decalogo & alijs locis scriptura de deo loquatur tanquā de vno, excludendo pluralitatē deorū, nihilominus tamen fuit datū hoc præceptū exprimēs diuinam vnitatem, vt talis vnitas intelligatur singulariter deo conueniens modo prædicto. Vnde Bernardus in v. de consideratione, postquā posuit multipliciē modū vnitatis q in creaturis diuersimodè inuenitur, de vnitate dei sic dicit: Verum hæc omnia quid ad illā summā vnum, atq; (vt ita dicā) vnicè vnū, vbi vnitate consubstantialitas facit, huic vni quoduis illorum si adsimiles, erit quodammodo vnum si compares nullo? Hæc ille.*

Præceptum primum & maximum.

Philosō.

Sed potest dici cōtra prædicta, quòd talis vnitas quæ hic attribuitur deo, scilicet sit vera, non tamen pertinet ad fidem, saltem apud omnes. nam Deum esse vnum modo prædicto potest esse scitum per demonstrationem. Vnde Philosophus xij. Metaph. hoc demonstratiuè probat. Multi etiam alij Philosophi hoc demonstratiuè induxerunt, prout in secunda secundæ. q.j. sanctus Tho. tradit artic. v. in resp̄onsione ad quartum argumentum. Ad quod dicendū secundum eundem ibidē, quod multa per fidem tenemus de deo, quæ naturali ratione Philosophi inuestigare non potuerunt, puta circa prudentiam eius & omnipotentiam, & quòd ipse solus sit colendus, quæ omnia cōtinentur sub articulo vnitatis dei: Hæc ille. Ratio autem quare prædicta videantur contineri sub articulo vnitatis dei, talis videtur esse. Nam per fidem illum credimus esse vnum Deum, qui est omnipotens & omnibus prouidens, & qui solus est colendus. Omnia enim quæ in symbolo traduntur, copulatiuè intelliguntur esse credenda.

Trinitas personarum.

Vlterius circa hoc videtur attendendum, quòd ex ista trina iteratione diuini nominis, cum dicitur: Dominus deus noster dominus vnus est, *comeniemter secundum veritatem catholicæ fidei, secundum quam vnus Deus in trinitate veneratur, intelligenda est trinitas personarum*

A *sonarū in diuinis cum vnitate essentiæ. Si enim in p̄dictis verbis Moyses solum vnitatē dei sine quacunq; pluralitate credendam tradere voluisset, sufficisset dicere:* Audi Israel, deus noster vnus est, vel dominus vnus est. *& sic dicendo perfectè vnitatē expressisset, semota quacūque pluralitate. sed in hac trina iteratione manifestè ostenditur præsuppositū a fide vera, q̄ esset diuinum est vnum. verbum enim essentiale quod hic ponitur s. est, singularis est numeri, tria verò nomina diuina quæ p modum suppositi significant pluralitatem trium personarū proprie ostendunt. & sic tales vnitas omnē aliam vnitatē maximè transcendit. Vnde Bernar. vbi supra: Inter omnia quæ vnum velle dicuntur arcem tenet vnitas trinitatis, qua tres personæ vna substantia sunt. Et ibidē infra. Nec abducimur ab hac vnitatis p̄fessione assertione trium, cum in hac trinitate nō recipiamus multiplicitatē sicut nec solitudinē in vnitate. Quamobrem cum dico vnum non me trinitas turbat. Numerus enim qui essentiam nō multiplicat, nō variat, nō partitur. Rursum cum dico tria, non me angust intuitus vnitatis, quæ illa quæcunq; tria seu illos tres, nec in confusione cogit, nec in singularitatem redigit: Hæc ille. Quæ quidem verba huius sanctī doctoris bene videntur adaptari verbo, p̄posito s. cum dicitur: Audi Israel. hoc enim mysterium, prout ipse dicit ibidē, non ratione periculum est sed fidei persuasum. vnde:* Audi Israël. *s. ex auditu crede. hoc enim sacramentum magnum est: nā quomodo sit pluralitas in vnitate, & vnitas in pluralitate scrutari temeritas est: credere verò pietas: nosse verò vita æterna.*

Circa hoc etiam notandum est, quòd Hebræi, qui ista præcepta s. Audi Israël, &c. & Diligas dominū deum tuum, &c. *cum magna solennitate bis in die recitant, dictis his verbis, s.* Audi Israel, dominus deus noster deus vnus est, *antequam incipiant dicere:* Diliges dominum deum tuum. *interponunt sub silentio verba Hebraica quæ hoc dicunt, s. benedictum nomē maiestatis regni eius in secula seculorum, quod tamen in alijs inuocationibus diuini nominis hoc nō dicunt. Ex quo satis videtur innui, quòd in hoc loco specialius exprimitur, q̄ nomen diuinæ maiestatis est trinum & vnum. Est enim ordinatio huius benedictionis eis tradita ab antiquo s. a tempore prophetarum, qui fuerunt in initio templi secundi, prout ex codicibus eorum comprobari possēt, & hoc de primo præcepto prædicto circa credenda.*

B *Sequitur in litera:* Diliges dominum deum tuum.

Circa continuationē huius præcepti ad immediatè p̄cedens, scilicet de vnitate Dei credenda considerandum est, quòd per charitatem homo vnitur deo. Amor enim secundum Dionysium iij. de diuinis nominibus est vis vnitiua. per vnionem aūt charitatis homo sic vnitur deo, vt quodammodo dicatur vnus spiritus cum eo iuxta illud j. Cor. vj. d. Qui adhæret deo, vnus spiritus est cum eo. *Idcirco postquā de vnitate dei ineffabili in p̄cedenti præcepto tractauit, statim subiunxit præceptū charitatis p quā homo supernaturaliter vnitur summæ vnitati.*

Circa quod quidem p̄ceptum sanè intelligendum multa, & magna à doctoribus traduntur, quæ hic omittuntur causa breuitatis, nisi solum quædam quæ ad intellectum huius p̄cepti videntur potius requiri. Quorum primum occurrit inquirere rationem quomodo istud p̄ceptum dicatur primum & maximum legis p̄ceptum, iuxta sententiam saluatoris Matth. xxij. Ad quod dicendum q̄ ratio huius, ppriè & sufficienter habetur ab Apostolo j. ad Tim. j. a. vbi dicit quòd finis præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. *In hoc enim q̄ dicit: Finis p̄cepti est charitas, manifestè habetur quòd præceptum charitatis est primum inter legis præcepta. Finis enim in agibilibus habet rationem principij, cum finis secundum Philosophum est primum in intentione. In hoc autem quod subiungit: De corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, ostendit q̄ præcepta legis, quæ omnia de actibus virtutum dantur, requiruntur & ordinantur ad diligendum Deum. Quæ quidem præcepta sunt in triplici differētia: quia aut sunt talia, quæ ordinantur ad purificandum cor à turbationibus passionum, sicut virtutes quæ sunt circa passiones, de quibus dicit:* De corde puro. *Cor enim impurum à Dei dilectione abstrahit, propter*

C *passionem declinantem ad terrena, vel ordinantur ad habendum bonam conscientiam circa operationes, de quibus dicit:* Et conscientia bona. *conscientia enim mala facit horrere diuinam iustitiā propter timorem pœnæ, vel ordinantur ad habendum rectam fidem, sicut illa quæ pertinent ad diuinum cultum, de quibus dicit:* Et fide non ficta. *Fides autem ficta s. nō rectā trahit affectum in id quod de deo fingitur, separans se à dei veritate. & sic patet, q̄ dilectio dei est p se intenta à legislatore tanquā finis. Cætera verò præcepta quæruntur propter hanc tanquam ea quæ sunt ad finē, & quia in quolibet genere id quod est per se, potius est eo quod est ad aliud: ideo maximū præceptum est de charitate, qua omnia plenè traduntur secunda secundæ q. xliij.*

Secundò considerandum occurrit, quòd ex hoc quòd huiusmodi præceptum est maximum, ad quod omnia sunt referenda, vt dictum est, ideo totalitas quædam fuit designanda circa præceptum de dilectione dei. vnde dicit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde, &c. *Si autem contra hoc arguatur ex eo quod hoc quod dicitur:* Ex toto corde, *importat modum diuinæ dilectionis: modus autem virtutis actus non cadit sub præcepto, vt in prima secundæ q. c. arti. x. in resp̄onsione ad quæstionem. Ad hoc dicendum, quod licet modus quem habet actus*

actus virtutis ex aliqua superiori virtute, non cadat sub præcepto ipsius virtutis, non tamen cadit sub præcepto de honoratione parentum, quòd honoratio fiat ex charitate: modus tamen qui pertinet ad rationem propriæ virtutis cadit sub præcepto ipsius virtutis, sicut quod aliquis operetur sciens cadit sub ratione præcepti tam legis diuinæ quam humanæ. Ignorantia enim simpliciter considerata tollit rationem prædicti vel pœnæ in actibus humanis: & hoc modo sub præcepto de diligendo deum cadit, quod dicitur: Ex toto corde. *Si autem contra hoc dicatur, quod quicunque facit aliquid quod non pertinet ad dilectionem dei, non diligit deum ex toto corde, & sic agit contra dei præceptum. & per consequens peccauit mortaliter, ex quo sequeretur quod peccatum veniale esset mortale.*

D *Ad hoc dicendum, quòd Deum diligere ex toto corde, contingit dupliciter. Vno quidem modo in actu, sic vt cor hominis semper actualiter in Deum feratur: & ista est perfectio charitatis patriæ, quæ cuicunque peccato quantumcunq; minimo veniali non est compatibilis. Alio modo diligere Deum ex toto corde, est cum habitualiter totum cor hominis in Deum fertur, & hoc dupliciter.*

Vno modo, quando homo ex tali dilectione Dei se abstrahit inquantum possibile est, à rebus temporalibus etiam licitis, quæ per occupationem animi impediunt actualem motum cordis in Deum: Et hæc perfectio charitatis ad quam ordinantur consilia.

Alio modo quando homo ex dilectione habituali quam habet ad Deum, etsi non abstrahit se à rebus temporalibus licitis, quæ actum charitatis impedire solent, nihil tamen cōtra Dei dilectionem cor eius recipit. Et hæc est perfectio charitatis viæ, quæ est ex necessitate salutis. Et istis duobus modis vltimis non contrariatur veniale peccatum diuinæ dilectioni, cum non tollat habitum charitatis, sed solum impedit charitatis vsum.

Viterius considerandum occurrit, quomodo totalitas quæ assignatur in hoc loco circa dilectionem Dei intelligenda sit in corde & anima & fortitudine prout hic dicitur: Similiter & in mēte *prout Matth. xxij. & in virtute prout Matth. xij.* Et in omnib⁹ viribus, *prout Luc. x.*

Ad cuius declarationem sciendum, q̄ ista nomina quæ in materia hūius præcepti ponuntur s. cor, anima, mens, & huiusmodi, varias significationes habent in scripturis sacris. Cor enim non solum significat cor carneum sed etiam significat quandoq; intellectum humanū. Ecclesiastes viij. a. Tempus & resp̄onsionem cor sapientis intelligit. *Quandoq; verò significat affectū intellectiuum humanum, vt in Psalmo:* Desideriū cordis eius tribuisti ei. *Mons etiam quandoque significat humanas cogitationes. vnde j. Paral. xxviij. b.* Vniuersas mētium cogitationes intelligit. *Quandoque verò significat memoriam hominis. vnde in Psal. lxxvj. b.* Annos æternos in mente habui. *Similiter anima quandoq; significat animā sensitiuā. Gen. j. c.* Producat terra animam viuentem. *quandoq; verò significat animam rationalem. Ezech. xviij. a.* Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. *Habent etiam prædicta nomina præter prædictas significationes quasdā alias, quæ causa breuitatis omittuntur. Ex qua quidem significationum varietate doctores nostri diuersimodè prædicta nomina in hoc loco exposuerunt. Nam Aug. primò de doctrina Christiana, per cor intelligit cogitationes, per animā verò vitam, per mentem autem intellectum. Alij verò per cor animā vegetatiuam, per animā verò sensitiuā, per mentē autē intellectiuam. Alij verò aliter. Ista tamen diuersitas expositionū non videtur deuiare à mente legislatoris. Intentio autem legislatoris, vt dictū est in hoc præcepto fuit, vt Deus diligatur sicut finis vltimus ad quē omnes actus humani interiores sint saltē habitualiter referendi. Vnde quomodocunque prædicta nomina à dictis sanctis doctoribus accipiantur, omnia quæ in homine sunt, in Deum referibilia videntur continere: vt patet rectè consideranti. vnde nulla expositio eorum est excludenda. Videtur tamen planior sensus circa hoc esse talis. s. vt per hoc quod præcipitur Deum diligi ex toto corde, intelligatur q̄ tota intentio feratur in Deum. Sicut enim cor corporale omnium temporalium motuum est principium, ita intentio voluntatis respectu finis vltimi est* F *principium omnium spiritualium. Includitur etiam in hoc præcepto, q̄ intellectus noster subdatur Deo, sixta illud ij. Cor. x. b.* In captiuitatē redigentes omnem intellectum in obsequiū Christi. *Et sic diligitur Deus ex tota mente. Includitur etiā in hoc præcepto, quod appetitus noster inferior regulatur secundum Deum, quod est ex tota anima Deum diligere. Includitur etiam, quòd exterior actus noster obediat Deo, quod est tota fortitudine vel virtute vel viribus Deum diligere.*

Vlterius quia secundum Aug. ij. in libro de perfectione iustitiæ, in plenitudine charitatis patriæ præceptum istud impletur, scilicet: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. *Nam cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiæ non omnino ex tota anima diligitur Deus. videndum est ergo quomodo Deus nobis præcipit quod implere in via non possumus. Male dictus est enim secundum Hieronym. qui dicit Deum aliquid impossibile præcepisse.*

Ad quod dicendum secundum sanctum Tho. m. in secunda secundæ vbi supra, quòd implere præceptum contingit dupliciter. Vno modo perfectè, & hoc est quando peruenitur ad finem quem intendit præcipiens. Alio modo imperfectè, quando etsi non pertingat ad finem quem intē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *dit præcipiens, non tamen recedit ab ordine ad finem quem intendit præcipiens: Sicut si dux exercitus præcipiat militibus, vt pugnent ad victoriam hostis, ille perfectè implet præceptum, qui pugnando hostem vincit, quod dux principaliter intendit. Ille etiam implet sed imperfectè cuius pugna etsi ad victoriam non pertingit, pugnat tamen sic q contra disciplinam militarem non agit. Intendit autem Deus per hoc præceptum, vt homo totaliter deo vniatur, quod fiet in patria, quando* Deus erit omnia in omnib⁹, *vt dicitur* 1. Cor.xv.d. *Et ideo plenè & perfectè implebitur hoc præceptum, in via verò impletur, sed imperfectè modo tam dicto.*

Sed contra prædicta solet dici, q frustra daretur hoc præceptum, si impossibile esset illud adimplere. præcepta enim dantur ad dirigendos homines in viam salutis. vnde in Psalm. xcviij.b. Præceptum domini lucidum illuminans oculos.

Ad quod respondetur, quòd ideò præcipitur homini ista perfectio quamuis eam in hac vita nemo habeat de communi lege, quia non recte curritur, si quò currendū est nescitur, neq; quò currendum est sciretur, si nullis ostenderetur præceptis. Sed etiam hoc non videtur ex toto sufficere: nam sicut hoc non deberet dari per modum præcepti, cum non detur nisi solum ad ostendendum terminum ad quem curritur: ad quod
1.Cor.13.d. *sufficeret dicere sicut Apostolus:* Deus erit omnia in omnib⁹. *In quibus verbis Apostolus non procedit vt præcipiens, sed vt pronuntians. Vnde salua semper sanctorum reuerentia videtur dicendum, quòd hoc p̄ceptum de dilectione Dei non fuit impossibile vt impleretur perfectè etiam in hac vita vniuersaliter loquendo. Implenit istud præceptum perfectè Christus etiam quando fuit in hac vita, in qua fuit verus viator simul & verus cōprehensor & ideo à primo instanti suæ cōceptionis hoc p̄ceptum, in quo plenitudo legis secundum Apostolum, Rom. xiij.c. cōsistit, implenit: cuius respectu principaliter in lege præmissum est hoc p̄ceptum, tanquam possibile saltem per ipsum Christum totaliter adimplere. per alios verò imperfectè & quasi principaliter. vnde tamè*
B *vnus perfectius alio implet, quantò magis accedit per quandā similitudinem ad perfectionem implentis Christi: de quo Matth. v.b.* Non veni soluere legem, sed adimplere, *propriè enim & verè loquendo totam legem impleuit Christus, simpliciter perfectè huiusmodi p̄ceptum vt dictum est. Nec mirandum si propter vnum singulare individuum præceptū generale daretur, quia dicitur Leuit. xij.a.* Mulier si susceperit semine peperit masculum. *Quæ quidem conditio, quæ intelligitur, cum dicitur: Si susceperit semine, solum fuit apposita propter vnā singularē p̄sonā scilicet beatā virginē. Nulla enim alia sine susceptione seminis concepit & peperit, & similiter dicendum est in proposito.*

Quæstio. *Viterius si quæratur circa prædicta p̄cepta. Cum præceptum de dilectione Dei sit simpliciter primum & maximum, vt dictum fuit, & p̄ceptum de credendo vnitatem Dei, est primum & maximum respectu credendorum, cur ista non fuerunt proposita populo in decalogi traditione,*

☞ tum quæ summa cordis & corporis contritione acquiritur. Harum gentiū regiones possidemus, cum Israëlis exercitu, i. virtutibus vitia superamus. Vt in corde nostro locum fornicationis cassitas obtineat,
A locū futuris patiētia, locum tristitiæ salutaris lætitia, accidiæ locū incolat fortitudo, locum superbiæ humilitas, sic singulis vitijs expulsis loco eorū regnent filij Israël,
†dispendet †prætanimæ Deum videntes. Cum verò Abrahæ de futuris loquere tur deus, non septem, sed decem gentes numerasse legitur, quorum terra semini eius promittitur abiectis
B f. idololatrijs gentiū, blasphemia Iudæorū, errore hæreticorum: quibus ante notitiam Dei & gratiam baptismi, in spiritali Ægypto cōmorātur subiecti sunt. Sed qui inde egreditur, & per gratiam Dei ad eremum spiritalē peruenit, ab impugnatione trium gentium liberatur, contra septem congreditur.

†in faciem eorum †in faciem eorum †statuta Diuisio.

De nominibus Hebræis, tomo 3.

a Hethæum, & Gergezæum, & Amorrhæum, & Chananæū, &
b Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, septem gentes multò
c maioris numeri quā tu es, & robustiores te, tradideritq; eas dominus deus tuus tibi, percuties eas vsq; ad internecionē.† Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earū, neq; socia-
a ¶ Cogitationem istam fugiunt, vitijs non succumbūt.
bis eis coniugia. Filiā tuam non dabis filio† eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuū ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis. Irascetur q furor domini & † delebit te citò. Quin potius hæc facietis eis: †
a ¶ Astutias contemnite.
Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosq; succidite, & sculptilia cōburite, quia populus sanctus es domino deo tuo. Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris † de cunctis populis qui sunt super terrā. Non quia cū-
a & elegit vos, cum omnibus sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos dominus, & custodiuit † iuramentū quod iurauit patrib⁹ vestris: Eduxitq; vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis de manu Pharaonis regis Ægypti, & scies
a ¶ Nullum in se sperantem decipit.
quia dominus deus tuus ipse est deus fortis & fidelis, cūstodiens pactum & misericordiā diligentibus se, & his qui custodiūt præcepta eius in mille generationes, & reddēs odiē-
a ¶ Omne tempus æternitati comparatum est quasi punctum.
tibus se † statim, ita vt disperdat eos & vltrà non differat, protinus eis restituens † quod merentur. Custodi ergo præcepta & † ceremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie vt facias ea. Si postquam audieris hæc iudicia, custodieris

vel colonum eijciens
D siue aduena appropinquans. Amorrhæum, amarum vel loquentem. Chananæū possidentem, vel possessionem vol negotiatores, vel mutabiles. Pherezæum sperantes siue disseminatos. Heuæum, id est lapides colligens. Iebusæum, id est, calcatum siue præsepe eorum.

† Exod. 23.d. 28. q. 1. c. sic enim. §. tuve rò. 35. q. 1. c. cum igitur.

† suo

† Exod. 34.b. 12.a.

b *Septem gentes.* Abrahæ p̄missum est quod decem delerentur. Tunc enim decem erant, sed cùm filij Israël transirent ad Iordanem, iam tres deletæ erant. Filij enim Lot deleuerunt gigantes, filij Esau Hethæos, Cappadoces verò partem Heuæorum.

† cōplacuit in vobis

† testamentum

c *Et robustiores.* Spiritales neq; nitiæ subtiliores sunt, & plus valent ad decipiendū quàm infirmitas hominum ad sustinendum.

E

d *Sitis pauciores.*

✲ OPIVS. Non ad illos qui expertes hæreditatis erant, dictum est illud, pauciores sitis cunctis populis, atq; adeò similiter hinc: pauci qui seruantur. Item hinc, contendite intrare per angustā portam.

☞ a *Benedicetq;*

☞ a *Gentes multas.* Septē gentes sunt septem principalia vitia, quæ per Dei gratiam spiritalis miles exuperans exterminare iubetur. Maioris numeri dicuntur, quia plura sunt vitia quā virtutes. In catalogo dicuntur septem nationes, in expugnatione sine numero ponuntur. Sed cum deleuerit gentes multas cotā te. Numerosior enim est quam Israël populus carnalisū passionum, qui multiplicatur de septenario fomite vitiorum. De gastrimargia, comessatio, ebrietas. De fornicatione, turpiloquia, scurrilitas, ludicra, & stultiloquia. De philargyria, mendacium, fraus, furta, periuria, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, violentia,

Allegoricè de septē gentibus.

† 23. q. 5. c. reuertuntur.

† abstulterit

C

CAP. VII.

† VM verò introduxerit te dominus Deus 1
tuus in terram, quam possessurus ingredeRem principalia vitia & eorum genimina.
a ris, & † deleuerit gentes multas coram te,

lentia, inhumanitas & rapacitas. De ira, homicidiū, clamor & indignatio. De tristitia, rancor, pusillanimitas, amaritudo, & desperatio, & pigritia. De acedia, otiositas, somnolētia, importunitas, inquietudo mentis & corporis, instabilitas, verbositas, & curiositas. De cenodoxia, contentiones, hæreses, iactantia, & præsumptio nouitatū. De superbia cōtemptus, inuidia, inobedientia, blasphemia, murmuratio, detractio, & alia plura. Hæc cùm maioris numeri sint quāvirtutes, deuictis tamen principalibus omnes quiescunt, & perpetua nece delentur. Quòd autem hæ pestes robustiores sint, in tentatione sentimus. Fortius enim militat in mēbris nostris carnalium delectatio passionum, quàm studia virtu-
F ☞ tum

CAP. VII.

Vm vero intro. *Hic consequenter remouentur impedimēta diuinæ dilectionis cōtingentia respectu aduersarij, & sunt tria. Primū est falsa pietas, secundum pusillanimitas. ibi:* Si dixeris in corde tuo. *tertium cupiditas, ibi:* Sculptilia eorum, &c. *Adhuc primò remouet amoris impedimentum primum, secundò infert oppositū incitamentum, ibi:* Custodi ergo. *Adhuc circa primum primò ostendit propositum. secundò remouet quoddā falsum, ibi:* Non quia cum. *Circa primum sciendum, quod septem gentes terram p̄missionis habitantes ante ingressum filiorū Israel ex dei sententia condēnatæ erant ad mortem p̄pter iniquitates suas, vt habetur infrà ix.ca. & filij Israël illuc à domino mittebantur, vt p̄dictum dei iustitiam exequerentur, & ideo si eis parcerent falsa pietate delusi contrahentes cum eis amicitias, deus meritò permitteret eos ab eis decipi, & à suo amore retrahi, & ad idololatriam cōuerti, & hoc est quod dicitur:*

1 Cum vero intro. *& patet litera vsque ibi.*

✲ 1 Non

✝ 1 *Cum introduxerit te dominus.* In hoc capitulo septem gentes enumerātur, de quibus præcepit dominus filijs Israël, vt nullum fœdus cum ipsis habeant, sed totaliter destruantur: per quas moraliter intelliguntur septem vitia capitalia, quæ sunt à fidelibus totaliter destruenda: scilicet acedia, quæ est quædam tarditas & pigritia in bonis operibus incipiendis & continuandis, & significatur p Hethæum qui formidans interpretatur. Acēdiosus em semper est formidans & trepidans in bonis operibus inchoandis. Prouer. xxvj.b. *Dicit piger, leo est in via, leæna in itineribus.* Se-
✝ cundum

✲ 1 Non inibis cum eis fœdus. *vt remaneant in terra sub tributo.*
2 Nec misereberis. *dimittendo eos abire cum sola vita.*
3 Neque sociabis cum eis coniugia. *hoc est cum illis gentibus quæ erant prope terram suam, quia per talia fideles solent trahi ad idololatriam.*
4 Quin potius hæc facietis eis. *ad destruendum omnino idololatriam.*
5 Aras eorum subuertite. *super quas ponebantur idola & incendebantur thura.*
6 Et confringite statuas. *id est imagines metallicas & lapideas.*
7 Lucosque succidite. *qui erant circa templa idolorum ad exercendum luxuriam.*
8 Et sculptilia comburite. *ad est idola lignea.*
9 Quia populus sanctus es domino. *ad est separatus ab alijs & dedicatus cultui diuino.*
10 Non quia cunctas gentes. *Hic remouet falsam opinionem eorum, qua aliqui possent credere, quòd dominus elegisset illum populum, eo quod esset maior numero, quod remouet dicens:* Non quia cunctas gentes numero, &c. *sed quia dilexit vos dominus ex sola sua benignitate, & ex merito patrum: ideo subditur:*
11 Et custodiuit iramentum. *de quo habetur Genes. xxij. ad Abraham.* Per memetipsum iurauj, dicit dominus, &c.
12 Et reddens odientibus se. *Hoc intelligitur de filijs Israël, de quibus dicitur 1. Machabæor. vj.d.* Non enim sicut in alijs nationibus dominus patienter expectat, vt eas cum iudicij venerit tempus in plenitudine peccatorum puniat.
13 Custodi ergo præcepta. *Hic consequenter ponitur incitamentum diuinæ dilectionis, scilicet bonum multiplex ex hoc consequendū, p̄mittitur ergo monitio cum dicitur:*

Custodi ergo præcepta. *s. ex dilectione, & subditur incitamentum cum dicitur:*

✲ 1 Custodiet

C ✝ cundum vitium est auaritia cuius etymologia est æris auidia. Eccl. v.b. *Auarus non implebitur pecunia.* Et significatur per Chananæum qui interpretatur commutans & possidens. nam in cōmutationibus rerum frequenter fiunt fraus & dolus ex auaritia. Auarus enim ita tenaciter possidet ea quæ habet, quod non prosunt alijs nec sibi. Hieronymus in epistola ad Paulinū de omnibus sacræ scripturæ libris: Antiquè dictum est: Auaro deest tam quod habet, quam quod non habet. Tertiū vitium est superbia quæ semp nititur alios sibi subijcere, & p consequens eos à statu suo & honore deijcere: propter quod significatur p Gergesæum qui interpretatur eijciēs colonum. Psal. cxviij.g. Superbi iniquè agebant vsquequaq; cunctos volentes suppeditare. Quartum vitium est inuidia quę est tristitia de bonis proximi, & significatur per

p Amorrhæum, q interpretatur auarus. inuidus enim amare fert prosperitatē alterius, Eccl. xiiij.g. *Nequa est oculus tuus inuidi, quia videre non potest bonū proximi.* Quintum vitium est ira, quæ est appetitus vindictæ propter quod significatur per Heuæum, qui interpretatur colligens lapides. Iracundus enim cum lapide vel alio F lædente statim percutit proximum iniuriosè, ideo dicitur Prouerb. xviij.c. *Spiritum ad iracundum facilem quis poterit sustinere?* Sextum vitium est gula, quæ significatur p Iebusæum, qui interpretatur præsepe meū. Gulosus enim semp vult in præsepe ciborum super cibum & potū se effundere sicut animal brutū. Vnde de diuite epulone dicitur, Luc. xvj.c.q epulabatur quotidie splēdidè. Septimum vitium est luxuria: quæ significatur p Pherezeū, qui disseminatio interpretatur. Per luxuriam enim semen humanum indebitè disseminatur. Vnde Sap. ij.b. dicitur in persona luxuriosorum: *Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A a *Benedicetq; fructui ventris tui.* ✠ THEODORETVS. Vide Quæst. 6. quàm huic populo tanquam puero polliceatur. Cùm essent infirmi & lacte vescerentur, nec essent capaces audiores æternorum bonorum, polliceatur eis sobolis multiplicationem, terræ fertilitatem, fœcunditatem gregis & armenti, corporum denique bonam valetudinem, ac in cæteris victoriam.

Ex cathena Græca.

✠ CHRYSOSTOMVS. Benedicet fructui ventris, id est, multiplici prole cumulabit. Cùm verò homines Deo benedicunt, in alia significatione accipiendum. Ea est, laudant & extollunt, atque illud quod ex ea re boni emergit, totum reflectitur in eos, non in Deum: Nullius enim rei indiget, cui omnes seruiunt. Benedictio apud Hebræos, crementum est bonæ, maledictio vero detrimentum.

B

† expelletes

† tentatiões

† quò eduxit

b *Frumento tuo, vindemiæ, oleo & armentis.* ✠ PROCOPIVS. Dei enim legitimis filijs, sanctè ac fœliciter cedent Christi mysteriorum participatio, & quæ per spiritū sanctum [illegible]ctio. Qui vtiq; ægritudinibus animi liberi sunt ac immunes. Necnon verò anima Dei studiosa his fertilissima est, quas tamē virtutis operib⁹ repellit, atque discutit.

c *Steriles.* Quædam steriles apud Iudæos fuerunt, sed adeò paucæ, vt ad comparationem fœcundarum viderentur nullæ.

d *Plures sunt gentes.* ✠ PROCOPIVS. In Exodo cum confirmaret eos veritos Ægyptiorum vires, inquit, Dominus propugnabit pro vobis, vsque quiescetis. Hic verò memoriam eorum qui Dei virtute deiecti sunt, refricat.

† deuitando

Allegoricè.

e *Insuper & scrabrones, &c.* Non legitur alicubi in historia, quod scrabrones velvespas in hostes eorum Deus præmiserit. Sed per animalia aculeata timoris compunctiones designat, quibus hostes territos fugabat.

C

✠ SEVE

✠ SEVERIANVS. No hostiū multitudine timerent Israëlitæ, insectis agere cum illis pollicetur, & tantulo animali in fugā conuertere. Sunt etiam qui per scrabrones allegoricè vltricium vires occultas intelligunt, & exitiales dæmones, quibus Deus vtitur in hostes.

D Ex cathena Græca.

a multiplicabit, benedicetq; fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo & armentis, gregibus ouium tuarum super terram, pro qua iurauit patribus tuis, vt daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis. Auferet dominus à te omnē langorem, & infirmitates Ægypti pessimas quas nouisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. Deuorabis omnes populos, quos dominus Deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec seruies dijs eorum ne sint in ruinam d tui. Si dixeris in corde tuo, plures sunt gentes istæ quàm ego, quomodo potero † delere eas? Noli metuere, sed recordare quæ fecerit dominus Deus tuus Pharaoni & cunctis Ægyptijs † plagas maximas, quas viderunt oculi tui, & signa atque portenta manúmque robustam, & brachium extentum, † vt eduxeret te dominus Deus tuus. Sic faciet cunctis

1 2 3 4 5 6 7 8 9

a ¶ Timoris punctiones.

e populis quos metuis. Insuper & scrabrones mittet dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat, qui te fugerint, & latere non poterint. Non timebis eos, quia

a ¶ Omnipotens liberando suos. b ¶ In aduersarios suos iuste vindicando.

a ¶ Non alius, ipsi soli victoria ascribitur, per quem hostes superantur.

dominus Deus tuus in medio tui est. Deus magnus & terribilis: Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim 10 atque per partes. Non poteris delere eas pariter, ne forte 11 multiplicentur contra te bestiæ terræ. Dabitq; eos dominus Deus tuus in conspectu tuo, & interficiet illos donec penitus deleantur. Tradétque reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cælo. Nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos. Sculptilia eorum igne combures. Non 12 concupisces argentum & aurum, de quibus facta sunt, neq; 13 assumes ex eis tibi quicquam, ne † offendas, propterea quia

¶ Imaginem vel statuam fabricatam & bene positam.

a ¶ Adorando & colendo. ¶ Alienatio.

abominatio est domini Dei tui: Nec inferes † quippiam ex idolo in domum tuam, ne fiás anathema sicut & illud est. Quasi spurcitiam † detestaberis, &† velut inquinamentum, g ac sordes abominationi habebis, quia anathema est.

† deuitando

† abominationem

† abominando

f *Non poteris, &c.* Cauendum esse ostendit ne fortè expulsis peccatis à carne nostra insurgat spiritalis bestia, id est iactantia, superbia, vel vana gloria, quæ difficilius extirpantur quàm carnalia vitia. Lot enim qui in Sodomis cōtinuit, in monte fornicatione pollutus est. Expulso vitio statim virtus plantetur, ne immundus spiritus redeat, & domum vacātem inueniat.

Gen. 19. g.

Matth. 12. d.

RABANVS. Quibusdam maiora bona Deus dat, nec minora, vt semper animus eorū habeat vnde se reprehendat, & dum perfecti esse appetunt nec possunt, minimè se extollant in his quæ habent, qui p se parua non habere valent. Hinc est quod fortes & potentes aduersarios extinxit Philistæos, & Chananæos diu reseruauit, vt in eis eruditetur Israël habens cōtra quos pugnaret, ne de maioribus deuictis sese extolleret. Eadem ergo mens pollet ex virtute, lassesceit ex infirmitate, vt dum quærit quod habere non valet, quod habet humiliter seruet. Superna quoq; regio in ciuib⁹ suis ex parte damna pertulit, ex parte fortiter stetit, vt electi Angeli dum alios per superbiam cecidisse cōspicerēt tāto robustius quātò humilius starent. Sic in vnaquaque anima agitur, vt maxima lucra conferant, aliquando minima damnant.

Moraliter.

E

g *Anathema.* ἀνάθεμα, id est, à sursum ponēdo, vel suspendendo, sicut donaria in templis suspendebantur, & ab eis qui dabant, alienabantur.

F

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Custodiet dominus Deus tuus pactum, &c. *id est, bonum patribus promissum.*

2 Et diliget te. *dando tibi gratiam suam.*

3 Ac multiplicabit. *in prole & in bonis temporalibus & exemplificat in litera de multis bonis & patet.*

4 Benedictus, &c. *quantum ad famæ claritatem.*

5 Auferet, &c. *quia non solum multiplicabit te in bonis, sed etiam præseruabit te à malis.*

6 Si dixeris. *Hic remouetur impedimentum secundum, quod est pusillanimitas, quòd posset contingere, si filij Israël considerantes praditarum gentium multitudinem & fortitudinem, non essent ausi bellare contra eas: & sic facerent cum eis pacem & contraherent amicitias, ex quibus ab amore Dei retraherentur, & ad idololatriam converterentur.*

tur. hoc remouet dicens:

7 Noli me. *f. eorum multitudinem & fortitudinem, cuius causa subditur:*

8 Sed recor. &c. *et ius exercitū magnū & fortē vno flatu submersit.*

9 Sic faciet, &c. *& ideo tu habes causam metuendi.*

10 Paulatim, &c. *non quia Deus non posset eas delere simul, sed propter aliud quod sequitur:*

11 Ne forte multi, &c. *quia filij Israël non erant adhuc in tanto numero, quod possent terram sufficienter colere.*

12 Sculptilia eorum. *Hic remouetur tertium impedimentum proueniens ex cupiditate, videlicet si de idolis confractis acciperent aurū & argentum, & in vsus suos converterent, & sic Deum offenderent, & ideo prohibet hoc dicens:*

13 Non concupisces argentum, &c. *& patet litera.*

✠ CAP.

CAP. VIII.

A a *Omne mandatum quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias, vt possitis viuere & multiplicemini, ingressiq; possideatis terram pro qua iurauit dominus patribus vestris. Et recordaberis cuncti itine-* 1 *ris p quod adduxit te dominus Deus tuus* * † 2

a ¶ Tibi vel alijs. Deo enim aperta sunt omnia.

b *quadraginta annis per desertum, vt affligeret te atque tenta-* 3 4

c *ret, & nota fierēt quæ in tuo animo versabantur vtrum custodires mandata illius, an non. Afflixit te penuria, & dedit* 5 d *tibi cibum manna, quod ignorabas tu & patres tui, vt ostenderet tibi quòd † non in solo pane viuat homo, sed in omni* 6

a ¶ Verbum caro factum est &c. b ¶ Conuersatio. ¶ Habitus virtutum quem non vult vetustate Dei deficere. 7

f *verbo quod egreditur ex ore Dei. Vestimentum tuum quo* 8

a ¶ Gressus bonorum operum vel fides.

operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus nō est 9

¶ Quod iustum est.

subtritus. En quadragesimus annus est, vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit homo filium suum, sic dominus Deus tuus eruduit te, vt custodias mādata domini Dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum. Dominus enim Deus tuus 10 *g introducet te in terram bonā, terram riuorum aquarumq; & u-*

bi quæ oriuntur in montibus & conualibus, quæ pluuiarum exspectant tempora. Terram frumenti & hordei, vinearum, ficuum atque malorum, terram olei nascentis & mellis. Terram in qua absque vllo paupertatis 11 *incommodo comedes panem tuum, & nihil tibi deerit in ea. Terram cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æra fodies. Comedisti & saturatus es, benedices domino Deo tuo pro terra optima quam dedit tibi. Cauе ne quando obliuiscaris domini Dei tui, & neglectis mandatis eius iudicijs atque cæremonijs quæ hodie præcipio tibi, postquam comederis & saturatus fueris, ædifices domos & habites in eis, armenta quoque tua & pecora multiplicentur, argentum & aurum & cuncta quæ habes abundent, eleuetur cor tuum & obliuiscaris domini Dei tui qui eduxit te de terra Ægypti de domo seruitutis, qui duxit te per solitudinem grandem & horribilem, in qua serpentes flammei & scorpiones & dipsades, vbi non nascitur aqua, qui eduxit tibi de petra durissima riuos aquarum, qui pauit te in deserto manna quod ignorabat pater tuus, vt afflictum te & tentatum postea benefaceret tibi. Ne forte dicas in corde tuo: Fortitudo mea & robur manus meæ hæc mihi cuncta præparauit. Sed recordaberis domini Dei tui quia ipse dat tibi virtutem ad faciendas opes, vt confirmet pactum suum quod iurauit patribus tuis, sicut præsentis temporis declarat euentus. Quod si oblitus domini Dei tui secutus fueris deos alienos, & seruieris eis atque adoraueris, prædico vobis hodie quòd pereatis omnes, sicut gentes quas dominus delet in introitu vestro, ita & vos peribitis, quia nolueritis audire vocem domini Dei vestri.*

u

NICOLAVS DE LYRA
CAP. VIII.

Diuisio. 1 MNE mandatum. *Hic ponuntur incitamenta ad Dei dilectionem sumpta in respectu ad Deum, & primo ex consideratione sua munificentiæ. Secundò ex consideratione sua misericordiæ ix. cap. Prima in duas, quia primò ponuntur incitamenta ex Dei munificētia in beneficijs præteritis. Secundò in futuris, ibi: Dominus Deus tuus introducet te. Circa primum dicitur:* Omne man. &c. facias. *& hoc ex Dei dilectione, cuius incitamenti subditur causa, cum dicitur:*

2 Et recordaberis cuncti. *ab egressu de Ægypto vsque ad diē hāc.*

3 Vt affligeret te. *non ex defectu dilectionis, sed ad bonum tuum: sicut pater aliquando ex dilectione permittit affligi filiū, ideo subditur:*

4 Atque tentaret. *vt patientia tua aliis esset nota ad eorum exemplum & tibi ad meritum. Et loquitur hic scriptura quantum ad bonos illius populi, quia secundum regulam Isidor. ad intelligendum sacrum scripturam, sacra scriptura frequenter attribuit toti populo, quod tamen ei conuenit ratione vnius partis.*

5 Afflixit te penuria. *id est defectu cibi & potus, vt habetur in Exodo, & libro Numeri in pluribus locis. Hoc tamen cessit ad bonum eorū, quia ex hoc dulcior & acceptior fuit abundantia potus & cibi à Deo dati. idcò subditur:*

6 Non in solo pane viuat homo. *id est cibo hominis labore parato.*

7 Sed in omni verbo quod egreditur &c. *id est ex manna, quæ ad præceptum domini descendebat. In Hebræo tamen non habetur verbo tamen secundum translationem nostram, vbi habetur manna, potest dici verbum in quantum ex mandato domini descendebat sicut & verbum aliquando accipitur pro re quæ verbo dicitur sicut habetur 3. Reg. 3. a. Quod est verbum quod factum est, i. res gesta vel facta.*

8 Vestimentum &c. *Dicit autem hic Rab. Salo. quod vestimenta puerorum crescebant cum eis secundum augmentum suæ quantitatis.*

9 Et pes tuus non est subtritus. *Hoc nō potest intelligi generaliter, sed tantum de bonis, prout dictum fuit Num. 1. in principio super illud:* Dolentium pro labore. *quia si ex itinere fiat dolor in corporibus, hoc maxime fit in pedibus, & ibi reparatur expositio huius passus.*

10 Dominus enim Deus tuus. *Hic ponitur incitamentum ex Dei beneficijs futuris, & primo facit propositum, secundo infert corollarium, ibi:* Obserua & caue. *Circa primum dicitur sic:* dominus enim. *Hoc dicitur vt sciant, quòd terram illam non obtinerent virtute propria, sed diuina.* Diuisio.

11 Terram riuorum aqua. *dicuntur autem fontes aquæ existentes in origine rius fluentes ab origine. Stagna, lacus, & paludes retinent sibi nomen commune, scilicet aquarum.*

✠ 1 In cuius

MORALITER.

Allegoricè. Militans ecclesia.

✠ 1 *Omne mandatum quod ego præcipio &c.* Sequitur infrà.

† *Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam & &c.* Secundum sensum allegoricum per terram istam significatur militans ecclesia, quæ bene dicitur terra riuorum, aquarum, & fontium. Per fontes intelliguntur doctores in scholis. Per riuos scholares audientes ab ipsis: Per aquas verò prædicantes populis. Prouer. v. cap. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.

Universidad de Deusto
Biblioteca

montibus addidit. Porrò postquam de vulgaribus, puta de tritico & hordeo dixisset, statim de peculiaribus eius terræ fructibus inducit. Quinetiam olei & vitium inops Ægyptus est. Horum loco regnum colorum, terramque manfuetorum Christus nobis tribuit, cuius torrens ipse quoque Christus est. Torrente enim deliciarum suarum potabis eos. Qui etiam vitæ fontem esse se ait. Cæterum aquæ per explicatos hominum sudimissorum, fertilium-que cãpos erumpunt, necnon per montes sublimitate cœlestis speculationis sublatos. Illic est frumentũ quod cor hominis confirmat. Item hordeum quodinferioris sortis homines, necnon multos nutrit. Illud enim quinque millia in euangelio, hoc verò septem millia exatiauit. Illic vera vitis est, de qua Saluator: *Ego vitis sum vos palmites.* Illic est oleum sanctorum impinguans capita. Ita quoque fluenta sunt, dulcedinem intra se ferentia politæque acerbitatem forinsecus circumlabentia. Illic ficus quæ magna vbertate spiritus suauitatem gignit, non ea quidem quæ sterilitatem propter, ac foliorum

Comparatio fertilitatis terræ laudis & ecclesiæ Psal. 35.

† tibi aqua

¶ Mediocribus. a ¶ Id est doctoribus. b ¶ Ad mentes auditorum flagunt. c ¶ In ecclesia doctrinæ flumina.

fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum [1]
a ¶ Euangelicæ doctrinæ. b ¶ Legalis quæ duro tegmine literæ inuoluta. c ¶ Feruentis doctrinæ quæ laniscat cor hominis. d ¶ Dulcedo sapientiæ.
abyssi: terram frumenti, hordei ac vinearum, in qua ficus & [2] †
a ¶ Congeries virtutum. b ¶ Opera misericordiæ. c ¶ Misericordiæ. d ¶ Dulcissimæ charitatis.
mala grãnata & oliueta nascuntur, terram olei ac mellis, vbi † ‡
¶ Qui descendit Iohan. 6. d.
absque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omniũ † [3]
a ¶ Doctrina firma vel sanctis inuincibiles. b ¶ Sanctis eminentibus.
abundantia perfrueris: Cuius lapides ferrũ sunt, & de mõn- [4]
b ¶ Sonoritas prædicationis.
tibus eius æris mẽtalla fodiuntur, vt cùm comederis & satia-
¶ Gratias agendo. ¶ A quo omnia. ¶ Ecclesia.
tus fueris, benedicas domino Deo tuo pro terra optima, quã [5]
dedit tibi. Obserua & caue nequando obliuiscaris domini [6]
a ¶ Moralia: decem mandata legis scripta in tabulis. b ¶ Discretio boni & mali.
a Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia & ceremo-
b a ¶ Circumcisionem.
niãs quas ego præcipio tibi hodie, ne postquã comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris & habitaueris in eis, habueris q; armenta boum, & ouiũ greges, argẽti, & auri, cunctarũq; rerũ copia, eleuetur cor tuum, & non reminiscaris domini tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis, & ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, † [7]
c in qua erat serpens flatu adurẽs, & scorpio ac dipsas, & nullæ
a ¶ Doctrina scribet. b ¶ Petra autem erat Christus. 1. Corint. 9. b. ‡
omnino aquæ: q eduxit † riuos de petra durissima, & cibauit
¶ Corpore Christi. ¶ Veteris legis.
te mana i solitudine, quẽ nescierũt patres tui. Et postq̃ afflixit

Mysticè.

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 In cuius campis & montibus erumpunt &c. *Hoc dicitur ad ostendendum quòd illa terra erat humida & pascualis pro animalibus nutriendis.*

2 Terram frumenti. *ad ostendendum fertilitatem terræ pro sustentandis hominibus.*

3 Cuius lapides ferrum sunt. *quia minera ferri est in terra lapidosa, vt communiter.*

4 Et de montibus eius æris metalla &c. *Id est mineræ vnde fiunt metalla. Illa autem dicuntur ad ostendendum bonitatem illius terræ, quantum ad metalla, de quibus fiunt vasa varia & instrumenta in vsus vitæ humanæ necessaria.*

5 Benedicas domino Deo tuo. *id est istã dicta sunt, vt diligas dominum minum Deum tuum corde, & benedicas ore pro suis beneficiis tibi collatis.*

6 Obserua & caue nequando obliuiscaris domini Dei tui. *Hic infert corollarium. Frequenter enim contingit, quod ex diuinis beneficiis: quæ debent esse materia diligendi Deum & obediendi sibi, homines insolescunt, & mandata Dei contemnunt: ideo ad hoc excludendum dicit:* Obserua & caue, ne quando obliuiscaris domini Dei tui, & negligas mandata eius &c. *& patet litera ex prædictis vsque ibi:*

7 In qua erat serpens flatu adurens & scorpio ac dipsas. *à quorum lesione te defendit. Et accipitur hic singulare pro plurali. Serpens, id est serpentes, & sic de aliis sicut Exo. viij. f.* Venit musca grauissima, *id est multitudo muscarum. Sciendum etiam quod secundum quod dicit glo. Dipsas est genus minimum serpentis, ita quod vix percipitur, & quemcunque momorderit, siti perit. Cætera patent ex dictis.*

C A P.

MORALITER.

† 1 *In cuius campis & montibus &c.* Per quod designatur sacramentum baptismi quod datur à sacerdotibus, qui dicuntur montes propter altitudinem status super populum, datur etiam in necessitate à simplicibus laicis, qui camporum planicie designãtur, & sic fluuius baptismalis erumpit de montibus & campis.

2 *Terram frumenti hordei ac vinearũ.* Dicitur autẽ ecclesia terra frumẽti ratione corporis Christi, quòd in ea consecratur in pane frumenti, propter quod Christus grano frumenti se comparat dicens Iohan. xij. d. *Nisi granum frumenti cadens in terram &c.* Dicitur etiam terra vinearum ratione sanguinis Christi, qui in ea conficitur in vino vitis. Dicitur autem hordei terra propter sacramentum pœnitentiæ, quæ exigit austeritatem vitæ.

† *In qua ficus.* id est dulcedo mansuetudinis, quæ debet esse in fidelibus & maximè in prælatis ecclesiæ.

† *Et mala granata.* vbi grana interius connectuntur, & per hoc connexio fidelium in charitate significatur.

† *Et oliuera.* id est pietatis opera.

† *Terram.* exultationis internæ Psal. xliij. b. *Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.*

† *Ac mellis.* deguitationis diuinæ bonitatis, Psal. xxxiij. b. *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus.*

3 *Cuius lapides ferrum.* per quos significantur simplices Christiani, qui dicuntur ferrum propter firmitatem fidei, quæ frequẽter magis viget in eis, quàm in hominibus literatis.

4 *Et de.* Per montes intelliguntur prælati & doctores. per metalla verò quæ sunt sonorosa, intelliguntur sonus prædicationis, & sonus diuinæ laudis, qui educuntur de prælatis & eorum ministris, & de doctoribus, & eorum discipulis.

† *Ductor tuus fuit in solitudine.* scilicet dominus. Per solitudinẽ intelligitur religionis status. de quo dicitur, Psal. lxiij. b. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Ad hanc solitudinem adducit dominus sua sancta inspiratione.

7 *In qua erat serpens flatu adurens.* id est, diabolus cuius anhelitus prunas ardere facit, vt dicitur Ioh. xlj. b. Diabolus enim fortius tentat religiosos communiter quàm seculares. Vnde dicit Leo papa de diabolo: Illos pulsare negligit, quos quasi subiectos tenet.

† *Et scorpio.* qui vultu blanditur, & cauda pungit, propter quod tentationem significat, qua sub specie boni ad malum inducit & hoc modo tentandi diabolus frequenter religiosos seducit. Nota de scorpionib⁹.

† *Et dipsas.* quæ illum quem percutit, siti mori facit, Deo significat tentationem de vitio proprietatis qua religiosus percussus moritur siti cupiditatis.

† *MORAL.*

Mysticè. Vatij serpentes hæreses sunt intor se quidẽ diuersæ, sed omnes mortiferæ.

✲ PROCOPIVS. Quemadmodum ipsi experti sunt, postquã permeassent mare rubrum, in quo Apostolus eos baptizatos esse in Mosen, ait. Peragrarunt desertũ horrificum, vbi serpens ardens & scorpius, qui figuram serpentis

¶ Attribuendo tibi.

ac probauit te ad extremum † misertus est tui, ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea & robur manus meæ hæc mihi om-

¶ Cui attribuenda omnia.

nia præstiterunt: sed recorderis domini Dei tui, quòd ipse ti-

¶ Promissionem.

bi vires præbuerit, vt impleret pactum suum super quo iura-

¶ Firmiter promittendo.

uit patribus tuis, sicut præsens indicat dies. Sinautem oblitus domini Dei tui, secutus fueris Deos alienos, coluerisq; illos & adoraueris, ecce nunc † prædico tibi, quòd omnino dispereas, sicut gentes quas deleuit dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci domini Dei vestri.

† testificor vobis

† benefecit tibi

tis spiritualis gerit, Dequem etiam concludendum nobis dominus exhibuit. Ita quoque post baptisma verum, per tentationes deducuntur in desertum fideles, vt à diabolo tententur: quorum figuram Christus sustinuit, cum quo ad tentatorem dicunt: *Non in solo pane viuit homo.*

CAP. IX.

a *Filios Enacim.* ✲ THEODORET. Egygantibus erant oriundi, sicut narrat historia, hoc enim dicit, populum numerosum proceræ magnitudinis, filios Enac quos tu vidisti & audisti. Quis resistet in faciem filiorũ Enac. Adiecit autem, quos tu vidisti, vt illis in memoriam reduceret exploratores illius terræ, qui dicebant: Nempe eramus in conspectu illorum tãquam locustæ. Hoc modo superbiam de sua fortitudine reprimens, admonet eos ne de dotibus animi glorientur. *Ne dixeris, propter iustitias meas &c.* Ista porrò dixit, duo moliẽs apud se, tum vt modestè se gereret, tum vt auxilio Dei omnia tribuerent.

Quæst. 7

B

a

CAP. IX.

VDI Israël: Tu transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes & ad cælum vsque muratas, populum magnũ atque sublimem, filios Enacim quos ipse vidisti, & audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere. Scies ergo hodie, quòd dominus Deus tuus ipse transibit ante te ignis deuorans, atque consumens, qui conterat eos, & deleat atque † disperdat ante faciem tuam velociter, sicut locutus est tibi. Ne dicas in corde tuo, cũ deleuerit eos dominus Deus tuus in conspectu tuo: propter iustitiã meam introduxit me Deus vt terram hanc possiderem: cùm propter impietates suas † istę deletæ sint nationes. Neque enim propter iustitias tuas & † æquitatẽ cordis tui ingredieris, vt possideas terras earum: sed quia illæ egerunt impiè, introeũte te deletæ sunt, & vt compleret verbum suum dominus, quòd sub iuramento pollicitus est patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. Scito igitur, q̃ nõ propter iustitias tuas dominus Deus tuus dederit tibi terrã hãc optimã in possessionẽ, cùm durissimæ ceruicis sis popul⁹. Memẽto & ne obliuiscaris quomodo ad iracũdiã prouocaueris dominũ Deũ tuũ in solitudine, & ex eo die quo egressi es de Ægypto vsq; ad istũ sẽp aduersũ

1 2 † 3 4 5 6 7

--deuorans atque † expellas, & perdas eos

† expulerit Deus istas † rectitudinem

b Quæst. 14. *Neq; enim &c.* AVGVSTINVS. Isti sunt qui non meruerunt perire in deserto, quia C nescierunt dexteram aut sinistram. Iam verò dura ceruice dicuntur.

tur. Illud ergo in sacramento dictum est, non istorum merita commendata, ne quis enim existimet subitò vituperabiles fa- E ctos, qui meritò fuissent ante laudati, paulò post eis dicitur: Memento & ne ob. &c. Si autem quidam tales erant, quidam verò fideles & boni, etiam sic non datur illis terra promissionis, qui nescĩũt dexteram aut sinistram, vt hoc sic intelligamus, quasi non offenderint dominum. Nam & patres eorum qui mortui sunt, nec in terrã promissionis intrauerunt, tales fuisse inueniũtur, vt in eis essent aliqui boni. Vn- Roma. 1. d. de Apostolus quosdã eorum, non omnes dicit offendisse, & peccata eorum commemorat. Similes enim parentibus suis, quod adiunctum est, ostendit, & in Horeb exacerbastis dominũ, vbi illi exacerbauerũt dominũ, qui merito suo in terrã promissionis introducti non sunt. F

✲ PROCO-

NICOLAVS DE LYRA

CAP. IX.

Diuisio.

1 AVdi Israël. *Hic consequenter ponuntur incitamenta diuinæ dilectionis ex consideratione diuinæ misericordiæ portantis patienter eorum peccata ac etiam remittentis, & primò describitur transgressionis actus secundò reconciliationis fœdus cap. x. Adhuc circa primum excluditur eorum iustitia. secundò concluditur eorum culpa, ibi:* Memento. *circa primum prædicit eis Moyses, quod in terra eis promissa habituri erãt virtute diuina victorias multas & magnas. Et quia ipsi vel aliqui eorum possent credere quod hoc faceret eis propter eorum merita, ideo hoc excludit cum subditur:*

2 Ne di. & cæt. *& patet litera, & subditur causa vera dictarum victoriarum. qua est duplex. Vna propter iniquitates gentium in terra promissionis habitatiũ, propter quas morte meruerãt, q̃ notatur cũ dicitur:*

3 Sed quia illæ &c. *Secunda, vt impleretur iuramentum domini factum ad Abraham, Gene. xxv. c.* Per memetipsum iuraui dicit dominus &c. *Sequitur:* Possidebit semen &c. *Cætera patent.*

4 Memento. *Hic consequenter describitur eorum multiplex culpa, & primò ante recessum eorum de monte Sinai. secundo post recessum, ibi: Incendio quoque. Circa primum præmittitur transgressio populi. secundò subditur oratio Moysi, ibi:* Et procidi ante dominum: *Circa primum dicitur: Memento & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum Deum tuum in solitudine, id est post transitum maris rubri, murmurando propter defectum equæ & cibi, vt habetur Exo. xv. & xvj. & xvij.*

5 Et ex & cæt. *quia cum adhuc essent in Ægypto super mare rubrum videntes Ægyptios super se venientes, insultantes dominio & Moysi dixerunt:* Forsitan non erant sepul. &c. *vt habetur Exodi xiiij.*

✲ 1 Nam

MORALITER.

† † *Dominus Deus &c.* per hoc docemur, quod nullum bonum actum debemus nobis attribuere, sed totum virtuti diuinæ. Videmus enim in instrumentis alicuius artis quod licet sint optimè constituta in esse sibi competenti, tamen nihil agere possunt sine motu artificis, vt secutis quãtumcunque acuta scindere non potest, nisi moueatur manu carpentatoris. Res autem naturales cõparãtur ad Deum, sicut ad artificem. Sapien. vij. c. *Omnũ est enim artifex omnem habens virtutem.* Et ideo res constitutæ in esse naturali operari non possunt sine Dei motione generali, quia causa prima plus influit in causatum quàm secunda, prima propositione de causis. Eodem modo in actum meritorium nullus potest exire sine speciali Dei motione.

4 *Memento &c.* licet enim bonorum actuũ nostrorũ debeamus reminisci Deo gratias agẽdo, qui principalis est auctor eorũ, vt dictum est, tamen peccatorum nostrorum frequentius debemus memorari, dolendo de ipsis & veniam postulando, quia peccatũ totum est à nobis inquantum peccatum. Deus enim non est causa peccati, fecũdum quod ipse dicit Osee xiij. c. *Perditio tua Israël, ex me tantummodo auxilium tuum.*

† *Dimitte*

Universidad de Deusto
Biblioteca

✠ PROCOPIVS. Gloriationem horũ amolitur, ac ostendit id quod Abrahamo ante prædixerat, Cõplota enim deinceps fuerũ peccata Amorrhæorum. Quod verò propter iustitiam suã hæc illis non euenerunt, omnium peccatorum quæ statim ab egressu ex Ægypto commiserunt, commonefacit non quidem iuxta seriem, sed in summa quasi.

Quæst. 15. a Deditq; &c. AVGVSTINVS. In Exo. legitur quòd tabulas Moysi dominus dederit. Moyses verò ea dictante scripserit, cũ dominus facultatem scribendi dederit. Notandum est quòd tabulæ quas dominus dedit, in quib⁹ homo non laborauit confractæ sũt, illæ verò quæ humano labore compositæ sunt, integræ permanserunt. Quia lex quam dominus Iudæis dedit, illis nolentibus operati non permansit. Euangeliũ verò quod gentibus datum est, ipsis operantibus & spiritaliter exercẽtibus, durat in seculũ. ☞ CAP.

1 Nã & in Horeb prouocasti eũ. *fabricãdo vitulũ aureũ & adorando eum. dũ Moyses moram contraheret in mõte cũ domino, vt acciperet ab eo legem & tabulas, vt habetur Exod. xxxij. vbi exposita est ista historia qua hic repetitur.* 2 Et procidi. *Hic consequenter describitur oratio Mosi pro remissione peccati prædicti, & hoc est quod dicitur:* Et procidi ante domi. *quia sicut ante quadraginta diebus ieiunauerat in monte ad accipiendum tabulas, sta secundo ieiunauit aliis quadraginta diebus & noctibus ad impetrandum populo remissionem, & etiam ipsi Aaron qui timore populi vitulũ fecerat, vt habetur Exo. xxxij.* 3 Peccatum autem vestrum quod fecc. *id est vitulum. Iscet enim esset res inanimata in qua nõ potest esse peccatũ, vocatur tamen peccatum populi, eò quod populus peccauerat ipsum faciendo & colendo.* 4 In incendio quoque. *Hic consequenter recolitur culpa populi post recessum de monte Sinai, & primo ponitur culpa populi, secundò oratio Moysi, ibi:* Et iacui coram domino. *Primum autẽ habetur Numeri xj. vbi dicitur, quod propter murmurationẽ populi ex labore itineris accensus est ignis ex imperio domini, & deuorauit magnã partem populi, & hoc est quod dicitur:* In incendio quoque. *Item peccauit populus ad aquas contradictionis, prout habetur Nu. xx. b. & hoc tãgitur cum dicitur:* Et in tentatione. *Et iterũ quando inordinatè desideraut esum carnium, propter quod multi sunt ibi mortui & sepulti, vt habetur Nume. xj. & hoc est quod dicitur:* 5 Et in sepulchris cõcupiscentiæ prouocastis dominum. *propter hoc enim vocatus est locus ille sepulchrum concupiscentiæ, quia ibi sepultus est populus qui desideraut carnes. Quarto peccauit populus, quãdo territus verbis exploratorum tanquam rebelles domino voluerũt reuerti in Ægyptũ, vt habetur Nu. xiij. & hoc est quod dicitur:* Quando misit vos de &c. *& sequitur:* 6 Et iacui coram domino quadraginta diebus ac noctibus,

Tresquadragenæ Moysi

ctibus, Hic describitur oratio Moysi, & secundũ quod dicunt Hebræi, ista est tertia quadragena quã fecit Moyses in monte. Prima fuit quando ascendit in montem, vt acciperet primas tabulas, prout habetur Exo. xxxiij. Secunda quando post fabricationẽ vituli ascendit ad dominũ ad impetrandũ remissionem illius peccati, vt habetur Exod. xxxij. Ascendã ad dominũ si quo modo quiuero eũ deprecari pro scelere vestro. *Tertia fuit quando dominus placatus orationibus Moysi dixit ei:* Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, *quibus præcisis ascendit in montem, vt lex in illis tabulis scriberetur, vt habetur Exo. xxxiij. & ibi stetit. xl. diebus & xl. noctibus sicut fecerat pro primis tabulis. vnde &c. se. vbi dicitur:* Ego autem steti in monte sicut prius xl. diebus &c. *In Hebræo habetur:* Ego autem steti in monte sicut diebus prioribus xl. diebus &c. *quod exponit Rab. Sa. dicens: Sicut prima quadragena fuit Moysi consolabilis, quia fuit ante offensam domini, ita & tertia, quia fuit post remissionem peccati. secunda autẽ quæ fuit intermedia fuit tristabilis, quia orabat pro remissione peccati, nec erat certus de obtẽtu vsq; ad vltimũ diẽ illi⁹ quadragenæ, qua dominus dixit ei: Indulsi peccatũ pro quo orasti. Et in signũ huius præcepit secũdas tabulas exeidi, vt lex repararetur. Expositores autẽ nostri cõmuniter tenẽt, quod Moyses fecit in mõte tãtũ duas quadragenas, qa (vt dicunt) nõ plures ponuntur in Exodo. vbi plenius hæc historia describitur. Itẽ quia à primo ascẽsu Moysi ad accipiendũ tabulas à quo incipit prima quadragena vsq; ad diẽ expiationis in quo descendit Moyses apportãs secundas tabulas, vt supponunt omnes doctores catholici & Hebræi (propter quod illa die fit festũ expiationis ex placatione domini) nõ possunt inueniri tres quadragenæ dierũ, vt dicunt: sed ista non infringũt dictũ Hebræorũ. Primũ enim nõ valet, quia quãdo historia scripturæ sacræ in pluribꝰ locis etiãsi scripturæ narrãtur, frequẽter cõingi, vt q. omittitur in vno loco suppleatur in alio, vt patet in omnibꝰ libris historiarũ.* ✠ *sacræ*

MORALITER.

✠† *Dimitte me vt con.eum.* Ex hoc verbo quod dicit dominus Moysi de populo peccatori, patet quod boni prælati suis meritis & orationibus retinentã peccante populo vindictam Dei, & quia pauci sunt tales prælati, ideo dicitur Esa. lxiiij. c. *Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & timeat te.* Cætera sunt moralia vel replicationes quorundam factorum, quorum sensus mysticus suprà positus est,

✠ *MORAL.*

bus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos, vt fuerat comminatus, & orans dixi: Domine Deus, ne disperdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Ægypto in manu forti. Recordare seruorum tuorũ Abraham, Isaac, & Iacob. Ne aspicias duritiam populi huius, & impietatem atque peccatũ, ne forte dicant: habitatores terræ, de qua eduxisti nos, non poterat dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis, & oderat illos: idcirco eduxit, vt interficeret eos in solitudine: qui sunt populus tuus & hæreditas tua, quos eduxisti in fortitudine tua magna, & in brachio * extento. * tuo

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *sacra scriptura. maximè in libro Regum, & Paral. in veteri testamento, & in euangeliis, in nouo. Et eodem modo potest dici in proposito, quod tertia quadragena quæ in Exo. omittitur, hic suppletur. Similiter secundum non valet, quia assumit falsum. Ad cuius intellectum considerandum, quod filij Israël exierant de Ægypto xv. die mensis primi: vt habetur Exo. xij. Festum autem expiationis celebratur x. die septimi mensis, Leuit. xxiij. & sic a prima die primi mensis, in quo exierunt filij Israël de Ægypto, vsque ad diem expiationis fluxerunt sex menses integri, & decem dies, qui simul iuncti faciunt dies clxxxvij. quia Iudæi faciunt menses per lunationes, & ideo duo menses contigui faciunt lix. dies, & sic de aliis combinando. si igitur à clxxxvij. diebus prædictis subtrahantur xiij. dies primi mensis ante egressum filiorum Israel, remanent clxxij. dies ab exitu filiorum Israel de Ægypto vsque ad diẽ expiationis. Omnes autẽ doctores tam catholici quam Hebraici dicũt, quod lex fuit data quinquagesima die ab exitu de Ægypto. & potest hoc haberi Exo. xix. c. Si igitur cum prædictis quinquaginta diebus addantur tres quadragenæ dierum, non habentur nisi centum lxx. dies. Ex quo patet quod à primo ascensu Moysi, qui fuit immediate post datam legis prædictã vsque ad expiationis diẽm fluxerunt tres quadragenæ, & plus, & ideo prædicta non impediunt dictum Hebræorum. Andreas etiam super Leuit. xxiij. dicit quod Moyses ieiunauit in monte Sinai tribus quadragenis. Qui autem vult tenere oppositum, potest dicere quod cum his dicitur:* Et iacui coram domino xl. diebus &c. *refertur ad illud quod prædictum est. Et procidi ante dominum sicut prius quadraginta diebus: ita quòd secunda quadragena hic repetitur & non additur tertia, & secundum hoc eadem quadragena dierum fuit in qua Moyses orauit pro remissione peccati ex fabricatione vituli, & pro expectatione secundarum tabularum, & huic dicto satis videtur consonare textus sequens, cum subditur:*

1 Quibus. *scilicet diebus eum suppliciter deprecabar ne deleret vos. Et consequenter ponitur oratio Moysi, cum dicitur:*

2 Domine &c. *& patet litera ex his quæ dicta fuit super Exo. xxxij. vbi ponitur cõsimilis oratio quãtũ ad sensu, & partim quãtũ ad verba.*

CAP. X.

Quæst. 14. in Deuteronomiũ. Aug. literali ter de duab⁹ tabulis.

a *Scripsitque in.* AVGVSTINVS. In Exodo Moyses x. verba legis in tabulis scripsisse narratur. In Deutero. ipse Deus. In Exodo quoque priores tabulas digito Dei scriptas & postea fractas, secundas autem in arca & in tabernaculo custoditas, duo testamenta significare diximus: vt in veteri testamento lex cõmendaretur tãquam opus Dei, vbi homo nihil fecit, quia lex timore nõ potest impleri, qa cum verè fit opus legis, charitate fit, non timore quæ charitas est gratia noui testamenti. Ideo in secundis tabulis homo legitur scripsisse verba Dei: quia homo potest facere opus legis per charitatem iustitiæ, quod non potest per timorem pœnæ. Cum ergo legitur in Deut. *Et scripsit Deus &c.* scilicet in tabulis secũdum scripturã priorem &c. vtrasque Deus tabulas scripsisse legitur, & nõ homo. In Exodo quoque dixit dominus: *Scribam in tabulis verba quæ erant in*

Exod. 34. a. Exod. 34. d. Ibidem. *prioribus &c.* Solus ergo Exodus quæstionẽ facit. Paulò post enim dicitur: Scribe tibi verba hæc. Et post pauca adiungit: *Et scripsit in tabulis verba testimonij.* Si enim sic intelligatur: *Scribe tibi verba hæc*, alia s. quæ nõ sunt scripta in tabulis, sed in libro legis, certè qd̃ sequitur: *Erat ibi Moyses in conspectu domini xl. diebus & xl. noctib⁹ panẽ nõ mã. & scripsit in tabulis verba sanderis x.* manifestat Moysen in tabulis scripsisse, nõ Deũ, nisi violenter dominũ subaudiamus non Moysen, & sic non erit differentia testamẽtorum, cũ priores & secũdas tabulas scripserit Deus non homo: priores tamen sine dubio Deꝰ fecit & scripsit. Non enim tunc dictum est ad Moysen: *Excide tibi duas tabulas*, sed ita legitur: *Descẽdit Moyses de monte, & dua tabulæ in manibus eius, & tabulæ opus Dei erant & scriptura.* Suprà quoque dictum erat: *Dedit Moysi tabulas lapideas scriptas digito Dei.* Secundas autem Moyses iubetur excidere, vt opere humano intelligantur excisæ, quamuis Deus scripserit. Ideo autẽ vtrũque dicitur in secũdis tabulis, quia Dous per gratiã suã opus legis facit in homine, & homo per fidẽ, gratiã Dei suscipiẽs (quod pertinet ad nouũ testamẽtũ) cooperator est adiuuãtis Dei. Ideo in primis solũ Dei opꝰ memoratur, qa lex spiritualis & facta est, & mã-

☞ datum

CAP. X.

1 IN tẽpore illo dixit dominus ad me: † Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt, & ascende ad me in montem, faciesq; arcam ligneam, & scribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas ante confregisti, ponesq; eas in arca. Feci igitur arcam de lignis Setim. 3 Cumq; dolassem duas tabulas lapideas instar priorũ, ascendi a in montẽ habẽs eas in manibus. Scripsitq; in tabulis iuxta id

¶ Vel instar priorum. 2

† Exo. 34. a.

NICOLAVS DE LYRA

CAP. X.

Diuisio. 1 IN tempore illo. *Hic consequẽter describitur diuine placationis fœdus. & primò describitur propositum. secundò concluditur intentum, ibi: & nunc Israel. Prima in duas, in partem principalem & incidentalem. secunda ibi:* Filij autem Israël. *Circa primum sciendum, quod signum diuine placationis fuit legis reparatio in secundis tabulis, & hæc reparatio describitur, cum dicitur:* In tempore illo dixit dominus ad me. *an signum reconciliationis perfectæ.*

2 Dola tibi duas tabulas &c. *Hoc fuit expositum Exodi xxxiij. Sequitur:*

3 Feci igitur &c. *Dicit Rab. Salo. quòd ista arca fuit alia ab alia quã fecit Beseleel, sed non est verisimile, quia postea subditur:*

✠ 1 Et posui

MORALITER.

✠† 1 *In tempore illo dixit dominus ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt &c.* Sicut dictum fuit suprà, tabulæ primæ quæ fractæ fuerunt, significant vetus testamentum, quod factum est irritũ, quantũm ad ceremonialia præcepta & iudicialia. Secundæ verò tabulæ quę remanserunt integræ, significant nouũ testamentũ, quod est permansiuum. In primis autẽ tabulis homo nihil operatus est, sed dominus dedit Moysi tabulas illas dolatas & scriptas, vt habetur Exod. xxxj. d. In secundis autem tabulis homo, s. Moyses cooperatus fuit, s. eas dolãdo, vt dicitur hîc, & Exo. xxxiiij. per quod significatũ fuit, quod tẽporo dationis veteris testamẽti Deus non erat homo: & sic datũ fuit à solo Deo. sed tẽpore noui testamẽti in vna persona est Deus & homo, qui dedit nouum testamentũ: & istæ secũdæ tabulæ positæ fuerunt in arca de lignis sethim imputribilibus facta vt dicitur hîc per quam significatur fidelis anima, quæ per naturã est immortalis, & per gratiã à putrefactione peccati cõseruatur. In hac autẽ area seruari debet nouũ testamẽtũ, per verã & firmã fidẽ charitate formatã. Ad deportationẽ autẽ huiꝰ arcæ deputata fuit tribus Leuit. sicut dicitur infrà eodẽ ca. Eo tẽpore seperauit tribũ Leui, vt portaret arcã &c. per quod significatũ fuit q. sacerdotes q per tribũ Leui significãtur & maximè curã animarũ habẽtes: p exẽpla bonę vitę & horta mẽta sanę doctrinę & opera misericordię debẽt portare fideles. Cętera huiꝰ capituli moralia sũt: ideo nõ est alia moralitas q̃rẽda.

✠† *MORAL.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

darum sanctum, vbi nullũ opus hominis, quia infideles non ꝯ temperantur adiutorio gratiæ, sed iustitiã suam volũt constituere, & lex eis in damnationem est, quod significat contritio tabularum. Ideo autem superius promisit se Deus scripturum, & in Deutero. non solũ promisisse, sed etiam scripsisse narratur. † seperauit dominus

Deus enim operatur in nobis velle, operari, & perficere: *& nos cum timore & tremore salutem nostrã operamur*, ipse autem adiuuat bonæ voluntatis arbitrium. Philip. 2. b.

a *Verba decẽ.* GILBERT. Conueniẽter in denario numero terminantur verba legis. Denarius enim ex octonario constat & binario. Octo siquidẽ sũt beatitudines, duo charitatis mandata. Denarius numerus.

† statuta ei' quæ

Ex septenario quoq; & ternario constat, quia septem dona spiritussancti implẽt fidem trinitatis. Diuiditur etiam in senariũ & quaternariũ quasi explicãs perfectionẽ operũ & impletionẽ quatuor euãgeliorum. † vel tantũmodo in

b *In Mosera &c.* In libro Numeri in monte Hor mortuus scribitur sed forsitan locus est binomius. Beroth enim filiorum Iacan Num. 20. b. & 33. c.

a quod prius scripserat, verba decem, quæ locutus est dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est, & dedit eas mihi. Reuersusq; de monte descendi, & posui tabulas in arcam quam feceram, quæ hucusq; ibi sunt sicut mihi præcepit dominus. Filij autem Israël castra mouerunt ex Beroth filiorum Iacan in Mosera, vbi Aaron mortuus & sepultus est, pro quo sacerdotio functus est Eleazar filius eius. Inde venerunt in Gadgad, de quo loco profecti, castrametati sunt in Ietabatha in terra aquarum atque torrentium. Eo tempore † seperaui tribum Leui, vt portaret arcam fœderis domini, & staret coram eo in ministerio ac benediceret in nomine illius vsque in præsentem diem. Quamobrem nõ habuit Leui partem neque possessionem cum fratribus suis, quia ipse dominus possessio eius est, sicut promisit ei dominus Deus tuus. Ego autem steti in mõte sicut prius, quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitq; me dominus etiam hac vice, & te perdere noluit. Dixitq; mihi: Vade & præcede populum, vt ingrediatur, & possideat terram quam iuraui patribus eorũ, vt traderẽ eis. Et nunc Israël quid dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas dominum Deum tuũ, & ambules in viis eius, & diligas eum ac seruias domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasq; mandata domini & † ceremonias eius: quas ego hodie præcipio tibi, vt

¶ Quasi ne putes eum seruitio tuo egusse & ideo talia præcepisse.

d bene sit tibi: En domini Dei tui cælum est, & cælum cæli, terra & omnia quæ in ea sunt, † & tamẽ patribus tuis † conglutinatus est dominus, & amauit eos, elegitq; semen eorũ post eos, id est vos de cunctis gentibus, sicut hodie cõprobatur. †

a ¶ Superflua cordis. ¶ Omnem malam voluntatem. b ¶ Omni custodia serua cor tuum, Prouer. 4. d. c ¶ Tumorem superbiæ.

a Circuncidite igitur prepũtium cordis vestri, & cẽruicem vestram ne induretis amplius: quia dominus Deus vester ipse

¶ Vel vitra.

a ¶ Contra quem stultum est superbire.

b est Deus deorũ & dominus dominatiũ, Deus magnus & potens & terribilis, qui personã non accipit nec munera: Facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victũ

¶ Quem debetis imitari.

a ¶ Sicut ipse, vt filius filij patris vestri qui in cælis est. Mat. v. g.

atque vestitũ. Et vos ergo amate peregrinos: quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Ægypti. Dominum Deum tuũ timebis

¶ Filialiter.

a ¶ Spiritualiter. b ¶ Mihi autem adhærere Deo bonum est. Psal. 72. d.

c ¶ Permissio est. d ¶ Non idolorum.

& ei soli seruiẽs. Ipsi ãdhærebis, iũrabisq; in nomine illius.

a ¶ Quem solum laudare debes. ¶ In domino laudabitur anima mea. Psal. xxxiij.

b ¶ Nec tis ingratus. c ¶ Quæ nemo alius fecit.

Ipse est † laus tua & Deus tuus, qui fecit tibi hæc mãgnalia & terribilia, quæ viderũt oculi tui. In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Ægyptum, & ecce nunc multiplicauit te dominus Deus tuus, sicut † ãstra cæli.

a ¶ Hostibus. b ¶ Ne audeas dubitare.

a ¶ Secundum fideles ecclesiæ.

† laudatio, decantatio, hymnꝰ tuus

† cõplacuit tibi

1. Cor. 9. b.

c *Cælum cæli &c.* Quidã dicũt tres esse cælos, aëreũ, ethereũ, & Cæli quot. sydereũ. Nonulli septem, primum aëreum, secundum æthereum,

tertium F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et posui ta. in &c. *ex quo sequitur secundum dictum Ra. Sa. quod illa arca cum tabulis erat intra arcam, quam fecit Beseleel, quia iam quadragesimus annus ab exitu de Ægypto inceperat, quando Moyses dixit istã. In epistola ad Heb. ix. habetur, quod in arca quam fecit Beseleel non erant nisi duæ tabulæ, mãna & virga Aaron, & ideo melius videtur dicendum quod arca de qua hic fit sermo, est illa eadem quam fecit Beseleel. dicitur tamen hic Moyses eam fecisse, quia præcepit eam fieri & disposuit qualiter fieri deberet, tanquam architector.*

2 Filij autem Israël & cæ. *Hæc pars incidentalis quæ primò ponitur secundò ad præcedentia Moyses reuertitur, sibi:* Ego autem steri. *Circa primum incidentaliter ponitur motio filiorum Israël per aliquas mansiones, & sepultura Aaron & separatio Leuitarum ab aliis tribubus, & videtur satis extraneum, quod ista hic interponuntur, maximè quia aliquæ contrarietates ad supradicta hic poni videntur. Primò quia hic dicitur:* Filij autem Israël &c. *in Mosera. & Nu. xxxiij. vbi describuntur mansiones per ordinem, cum dicitur:* Et de Moseroth castrametati sunt in Beneiacan. *Moseroth autem eadem est mansio cum Mosera, vt dicunt Hebræi, & Beroth filiorum Iacan cum Beneiacan, quia Hebraicè* בני *bene idẽ est quod filiorũ, & subintelligitur Beroth. Secundò quia hic dicitur:* Diuisio.

3 Vbi Aaron mortuus & sepultus est. *scilicet in Mosera. sed Nume. xx. dicitur, quod mortuus est & sepultus fuit in monte Hor. tertiò quia hic dicitur:*

4 Eo tempore separaui. *Et tamen fuit separata & sanctificata domino à tempore quo interfecerunt idolatræ in adoratione vituli, vt habetur Exo. xxxij. quod fuit anno primo egressionis filiorum Israël de Ægypto, & Nume. i. expresse habetur, quod fuerunt separati Leuita ab aliis tribubus ad seruiendum domino ante recessum filiorum Israël de monte Sinai, & tamen recesserunt inde anno secundo egressionis de Ægypto secundo mense, vt habetur Nume. x. Motio autem filiorum Israël, de qua fit hic sermo, fuit anno xl. ab egressu de Ægypto. Dubitationes autem istæ expositores nostri parum aut nihil tangunt, sed Ra. Sa. ad solutionem autoritatis primæ dicit, quod quando filij Israël pugnauerunt contra regem Arad, & victi fuerũt ab eo vt habetur Nume. xxj. a. quod quidem bellum fuit xl. anno ab exitu de Ægypto: populus vel saltem magna pars eius territus incepit reuerti versus Ægyptum. & sic ex Beroth filiorum Iacã reuersi fuerunt in Mosera, & ad quædam alia loca declinauerunt quæ hic nominantur. & ideo istud interponitur hic ad arguendum filios Israël de tali rebellione contra dominum, eò quòd ea. præce. Moyses arguendo eos ad memoriam reduxerat plures eorum rebelliones alias. Secunda verò dubitatio soluta fuit Nume. xx. Ad tertiam dicit Ra. Sa. quod filij Leui qui perfectius cæteris tribubus domino adhæserant, sicut ex zelo Dei interfecerunt idolatras post adorationem vituli anno primo egressionis de Ægypto, vt habetur Exod. xxxv. sic xl. anno à dicta egressione contra populum retrocedentem modo prædicto pugnauerunt: & interfectis pluribus illorum alios reduxerunt ad obediendum domino. & sic secundò pugnauerunt contra regem Arad & deuicerunt: & ideo istud factum Leuitarum per recordationem contingitur & cum eo quod fecerunt tempore fabricationis vituli, vt sit sensus:* Eo tempore separaui tribum. *id est sicut tempore fabricationis vituli aliis tribubus recedentibus à domino per idolatriam, tribus Leui non sic declinauit, sic & in retrocessu prædicto, aliis se malè habentibus tribus Leui bene se habuit: & ideo ex vtroque facto fuit digna separari ab aliis & domino applicari.*

5 Ego autem steti. *Positis incidentibus prædictis Moyses ad propositum reuertitur dicens:* Ego autem steti in mõte sicut prius xl. diebus: *hoc refertur ad secundam quadragenam supradictam secundum expositores catholicos, qui communiter dicunt tantũ Moysen duas quadragenas in monte fecisse, vt prædictum est: secundum Hebræos verò refertur ad tertiam de qua dictum est ea. præce.*

6 Et te perdere noluit. *Licet meruisses.*

7 Dixitque mihi. *In quo ostenditur magna Dei misericordia, quia non solum pepercit populo à morte quam meruerat, sed etiam adimpluit in eo promissum, q̃ patribus fecerat de obtinẽda terra promissionis.*

8 Et nũc Israël. *Hic concluditur ex prædictis propositũ, videlicet q̃ debeãt timere & diligere Deũ, qui ꝓpter peccata prædicta eos nõ dimisit, cum tamen in nullo eis indigeret: sed magis econuerso. vnde subditur:*

9 En domini Dei. *s. calum sydereum visibile.* 10 Et cælũ cæli. *s. empyreũ nobis inuisibile, q̃ dicitur cælũ ꝓ antonomasiã. ideo dicitur:* Cælũ cæli terra & omnia quæ in ea sunt. *Per hoc intelligitur omnis creatura, qua cœli ambitu continetur. q. d. ex hoc patet quod tui non indiget.* 11 Et tamen patribus. *id est glutino charitatis coniunctus ex sua mera liberalitate, quia non indiget eis sicut nec te.*

1 Circun-

tertium olympium, quartum igneum, quintum firmamentum, A sextum aqueum, septimum angelorum.

Mystica circuncisio.

a *Circuncidite &c.* Spiritalem circuncisionem significat, id est, mentis custodiam & veram abstinentiam. Quasi cùm luxuriam carnis extinxeritis, etiam mentis superflua resecato. Circuncidẽdi sũt omnes sensus.

Exod. 6. b.

Vnde Moyses se incircuncisum labiis cõ queritur, Et Stephanus Iudæis: *Incircuncisi, inquit, corde & auribus &c.* Verè ergo circũcisus est, qui obturat aures ne audiat sanguinem, & claudit oculos, ne videat malum, qui nõ delinquit in lingua, cuius cor non grauatur crapula & ebrietate, qui lauat inter innocentes manus suas, & ab omni via mala prohibet pedes suos. Qui castigat corpus suum & seruituti subijcit, & omni custodia seruat cor suum. Bina quoque circuncisione indigemus, ne ex his quæramus vanam gloriam, ne foris mundi & intus immundi simus, & simulatæ sanctitatis pœnas sustineamus, sicut Sichimitæ qui patriarcharum circuncisionem imitati sunt, nõ Dei amore, sed ob causam luxuriæ: ideo nihil mercedis acquisiuerũt, sed die tertia intra ciuitatis suæ ruinas perierũt. Tales enim in tempore resurrectionis euacuatis, quibus confidebant virtutibus in æternum moriuntur.

Actuũ 7. f.

B

C

✠ THEODORETVS. Apetit quænam circuncisio sit Deo grata. Circuncidite enim, ait, duritiem cordis vestri. Hæc autem dicebantur his qui præputium nondum habebant amputatum. Iosue enim filius Naue transmisso Iordane circuncidit eos in Galgalis. Atqui licet minimè essent circuncisi, non præcipit vt circunciderẽt præputium, sed duritiã cordis & ceruicem duram. Siquidem longè præstantior est circũcisio cordis.

† Chaldæus para. Auferte stultitiam cordis vestri.

Eadem de re dominus Deus instituit accusationẽ aduersus eos per Hieremiam prophetam:

Hiere. 9.

Omnes enim gẽtes, inquit, carne sunt incircuncisæ, verùm domus Israël incircuncisa est corde.

b *Deus Deorum.* Quæst. 8.

✠ THEODORET. Deos appellat iudices. Diis enim, inq̃t, non detrahes, & principi populi tui non maledices. Et vbi septuaginta dixerunt, Adduces enim in iudiciũ: qui secuti sunt: Aquilã & Symmachũ, interpretati sunt adduces eũ ad Deos, vocantes Deos iudices. Horum Deorum ipsum esse iudicem asserit, non autem falsorum Deorum.

† stellas

D

E

F

c *Descenderunt patres tui in Aegyptum.* Descenditur in Ægyptum, facilis est descensus Auerni. In Ierusalem ascenditur, quia arcta est via quæ ducit ad vitam, & tendit in ardua virtus.

Vbi supra.

1 Circuncidi. &c. cor. vestri, *id est omnem malam cogitationem & voluntatem auferendo.*

2 Et ceruicem vestram ne induretis ampli. *Per rebellionem contra eum.*

3 Quia &c. Deus Deo. est. *id est præcellens dijs per participationem. sicut sancti angeli & homines. sequitur:*

4 Amate peregrinos: quia & ipsi fuistis aduenæ. *Propria enim passio debet inducere ad aliorum compassionem. Cætera patent ex prædictis.*

CAP. XI.

a ¶ Omnia mandata legis in dilectione Dei conseminantur.

† custodi eu stodiã eius & statuta eius

Mãdabo itaque dominum Deum tuum, & † obserua præcepta eius & ceremonias, iudicia, atque mandata ŏmni tempore. Cognoscite hodie quę † ignorant filij vestri, qui non viderũt † disciplinam domini

¶ Potentiam vel operationem.

† quia non eum filiis vestris qui non cognouerũt & † eruditionem

Dei vestri, magnalia eius & robustam manũ, extẽtumq; brachium signa & opera, quæ fecit

a ¶ Quem demersit mari rubro.

* eius † inũdare fecerit super eos aquas

in medio Ægypti Pharãoni regi & vniuersæ terræ eius, omniq; exercitui Ægyptiorum, & equis * ac curribus, quomodo † operuerint eos aquæ rubri maris cum vos persequerẽtur, & deleuerit eos dominus vsque in præsentem diem, vobisq; quæ fecerit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum, & * Dathan atque Abiron filiis Heliab, qui fuit filius Rubẽ, quos aperto ore suo terra absorbuit cũ domibus & tabernaculis & vniuersa substantia eorum, quam habebant in medio Israëlis. Oculi vestri † viderunt omnia opera domini magna quæ fecit, vt custodiatis vniuersa mãdata illius, quæ ego hodie ꝓcipio vobis*, & possitis introire, & possidere terrã ad quã ingredimini, multoq; in ea viuatis tempore, quam sub iuramento pollicitus est dominus patribꝰ vestris & femini eorũ lacte & melle manantẽ.

* quæ fecit

† videre

* vt roboremini

Diuisio.

1 Ma itaque dominum. *In hoc ca. ponitur conclusio reflexiua prædictorum à principio vj. ca. vbi incipit agere de dilectione Dei. Et primò ponit conclusionem intentam. Secundò inducit ad hoc multiplicem rationem per modum cuiusdam replicationis, & additionis, sibi:* Cognoscite hodie. *Circa primum dicit:* Ama itaque dominum. *& paterlitera.*

2 Cognoscite. *Hic adducit primò rationem suprà frequenter positam ex tam ex beneficiis iam præstitis, cùm dicitur:*

Cognoscite hodie quæ ignorant filij vestri. *non quod ignorarent simpliciter saltem quantum ad illos qui attigerant annos discretionis. sed quia non viderant mirabilia quæ fecerat dominus illi populo saltem quantum ad multa, sed tantum audierat per relationem quæ non mouet ita animum sicut visus.*

3 Et Dathan atque Abiron. *de quorum rebellione & punitione habetur Nu. xvj. & omnia prædicta & consimilia debebant eos mouere ad timendum Deum & diligendum.*

1 Terra

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XI.

DE qua exisli. Mente duce Moyse, id est, docente lege terrenas voluptates despicere, & terram promissionis duce Iesu intrare.

b *In hortorum.* Quia carnales quique præsentem felicitatē & copiam rerū temporalium appetunt sibi multiplicare.

✠ PROCOPIVS. His quidem puerilis Israël regitur, nobis verò iuxta normā spiritus extēdenda sunt. Ipse enim Deus totius mūdi fabricæ opifex est, & misericordia eius referta est torra. Sæpius verò terram ob incolarum pietatē inspicit. Atqui terra spiritalis cœlestibus imbribus humectatur, nullamq; ex mundi sapientia terrena sub pedibus eius propter depressionem ac abiectionē terræ huius, partem capit. Ecclesia itaque ea est, quā Deus ingiter ab initio anni electi, iuxta Isaiam vsque ad finē eius inspicit. In quo imbris instar, Dei verbū supra terram est delapsum, qui etiam inspicit super omnes qui habitatam ipsius ecclesiam incolunt.

c *A principio anni.* Ab initio scilicet bonæ voluntatis vsque ad perfectionem bonī operis cursum vitę dirigit. *Deus enim est qui operatur in nobis vell. & perficere pro bona voluntate.*

d *Temporaneam &c.* Quia electis suis priore tempore legis intellectum cōtulit: serotinā pluuiā tribuit: quia vltimo tempore incarnationis suę mysteriūpatefecit nobis.

✠ PROCOPIVS. Cæterùm nobis perfectioribus tempestiuam quidem per prophetas, serotinam verò sua in carne præsentia nouissimis diebus demisit. Ita enim & nos quoque donis spiritualib⁹ fruemur. Quod si verò mandata mea trasgressi fueritis, pluuiam continebit, inquit, & iuxta Isaiam, nubibus pluuiam edere prohibebit. Ecce enim nūc multæ apud eos prophetiæ, multa dona spiritualia, verūm inopia omniū bonorū, & soli mutatio, iam olim quidem ob idololatriam Babyloniis traditi, nunc verò quod Christū in crucem adegerunt.

e *Et serotinam &c.* Quia nouissima hora est, cum prædicatio eius ad nos peruenit, qui dicit: *Eleuatio manuū mearum sacrificium vespertinū.*

f *Scribes ea super postes.* AVGVSTINVS. Quæst. 17. Hoc secundū literam nemo

nemo Israëlitarum feciſſe memoratur: nec facere potuit: niſi per hoc verò maledictiones ſint editæ. Siti autem iſti mōtes ſunt ab orientali parte Hierichuntis vltra locum Galgal. Cæterùm Samaritæ Sicimis vrbi quæ & Sichem dicta, eos adiacere putant, vbi dominus apud puteum cum muliere Samaritica diſſeruit, quæ nunc Neapolis vocitatur. Necnon verò Samaria nuncupatur, ſiquidem mons ille quem Garizim dicunt, Someri qui filium habuit Somoron dictum, etat. Verūm enim verò nomē illud robur ſuum poſt tēpus illud quo ab Aſſyriorum rege coloniæ in eam terrā ductæ, eſt adeptū. Porrò etiam ex vicinis gentibus, quæ cor Samaritanorum peruerterunt, vt orantibus quoq; terrarum tractu ac ſitu eſſent ac preces funderent, ad mōtem illum reſpiciendum eſſet. Nam gētium ſeptuagiata ſacrificuli cognito quod Eſdras, quoniam legem Dei idololatras lapidare præcipientem tenebat, idola abominaretur, aduentaſſet, citra moram ædiū ſublimium idola cōuulſerunt, ac in cauerna quadam montis Garizim (ſicut traditio habet) abſconderūt. Cum itaque ſubtus idola iaceant, quamuis id ignorauerint, eō conuerſi adorant.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Terra enim. *Hic conſequenter adducit rationem ex beneficiis futuris ſub conditione tamen ſi timerent Deum & diligerēt & ſeruirēt ei. Et primò ſub hac conditione promittitur fertilitas terra & abundantia bonorum: Secundò debellatio & eiectio aduerſariorum ibi:* Si enim cuſtodieritis. *Circa primum notandum, quod fertilitas terræ promiſſionis dependet ex deſcenſu pluuiæ ſuper terram, quæ promittitur eis, & hoc eſt quod dicitur:* Terra enim ad quam ingredieris poſſidendam non eſt ſicut terra Ægypti. *id eſt ita fertilis de facili ſicut terra Ægypti ſecundum expoſitionem aliquorum. vnde ſubditur:*

Fertilitas terræ promiſſionis.

2 Vbi iacto ſemine &c. *Cum modico labore poteſt fructificare. Sed hoc non videtur conſonum ſcripturæ in pluribus locis, quæ deſcribit terrā promiſſionis tanquam lacte & melle fluentē & abundantem omnibus bonis, & ideo aliter exponit Hebræi: Non eſt ſicut terra Ægypti, quaſi diceret multò melior eſt quā illa. & ideo ſubditur: Vbi ſ. in terra Ægypti iacto ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ: quia ad fœcundandam eam non ſufficit pluuia de cælo deſcendens & ros, ſed requiritur, quod cum magno labore aquæ de fluuio Nili per alueos deducantur. ſicut ſolet fieri in hortis, in quorum cultura maior labor requiritur quàm in terra campeſtri.* 3 Et oculi illius in ea ſunt &c. *ſ. ad dandum vbrē & pluuiam ſecundum opportunitatē temporum, ſuppoſita tamen prædicta conditione. ideo ſubditur:* Si ergo obedieritis mandatis meis &c. *Sequitur:* 4 Dabit pluuiam. *i. poſt ſeminationem ad germinationē & augmentationem eorum quæ ſeminata ſunt.* 5 Et ſerotinam. *ſante meſſem ad ingroſſandum grana.* 6 Cauete ne forte decipiatur cor veſtrum. *declinando à dilectione & ſeruitute Dei.* 7 Iratuſq; dominus clau. *Ex cuius influentia dependet fertilitas terræ veſtræ.* 8 Ponite hæc verba &c. *Iſta expoſita ſunt ſuprà. xj. c.*

9 Si enim cuſtodieritis. *Hic conſequenter inducit rationem ex debellatione aduerſariorum ſi diligant dominum & obediant ei. & patet litera vſque ibi:*

✠ 1 A deſerto

MORALITER.

✠ 1 *Terra enim ad quam ingredieris &c. terra Ægypti.* Per terrā Ægypti, quæ tenebræ interpretatur, malorum ſignificatur vita, quæ peccatorum tenebris eſt obſcurata. Prouer. iij. c. *Via impiorum tenebroſa.* Et de terra Ægypti ſubditur:

2 *Vbi iacto ſemine &c. aqua.* Per quod ſignificatur, quod vita malorum aquis delitiarum carnalium irrigatur: ſicut de diuite epulone dicitur Lu. xvj. d. quod induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplēdide. Per talem autem irrigationē vitia pullulant, nutriuntur, & augmentātur. Per terrā à Deo promiſſam ſignificatur vita bonorū: Et de terra promiſſa dicitur hīc, quod nō eſt ſicut terra Ægypti. Per quod ſignificatur quod vita bonorum non irrigatur aquis delitiarum ad pullulationem vitiorum & augmentum, ſed ad ſuſtentationem corporis in exercitio virtutum.

† *Sed montoſa &c.* quia vita bonorum debet eſſe montoſa. i. ſurſum eleuata per meditationem cæleſtium. Philip. iij. d. *Noſtra autē conuerſatio in cælis eſt,* & campeſtris per exercitium bonę actionis, de cælo expectans pluuias. i. deſiderans & poſtulans influentiam diuinæ gratię, ſine qua non poteſt homo proficere in operibus actiuæ vitæ & contemplatiuæ. Pſal. lxvij. b. *Pluuiam voluntariā ſegregabis Deus hereditati tuæ.* Et hæc pluuia infrà eodē cap. dicitur tēporanea & ſerotina. Per temporaneam ſignificatur gratia iuſtificans in præſenti. Per ſerotinam gratia glorificās in futuro. gloria nanque dicitur gratia conſummata. Pſalmo lxxxiij. c. *Gratiam & gloriam dabit dominus.* Iſtæ verò pluuiæ à Deo dantur obedientibus, ſicut in textu dicitur:

† *Si ergo obedieritis mandatis meis quæ ego hodie.* Sed rebellibus denegātur. idoo ſequitur: *Cauete ne decipiatur cor veſtrū &c.* ſequitur:

7 *Iratuſq. dominus cla. c.* Subtrahendo gratiā ſuā cor emollientem, propter hæc ipſa ſubtracta ſequitur obduratio cordis, & per conſequens defectus fructus bonæ operationis, ideo ſubditur: *Nec terra proferet germen ſuum.*

MORAL.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 A deſerto & à Libano. *Hic deſcribuntur termini terræ promiſſionis: quia terminus auſtralis eſt deſertū Ægypti, terminus aquilonaris eſt mons Libani: orientalis flumen Euphrates. Non habuerunt tamē terram vſque ad terminum illum vſque ad tempora Salomonis, ideo alibi communiter ponitur terminus orientalis, Iordanis fluuius, quia vſque ad illum terminum terram poſſederunt ſtatim ab ingreſſu ſuo vt habetur in libro Ioſue. Mare autem mediterraneum eſt terminus occidentalis. Et dicitur hic mare occidentale ad differentiam maris mortui, quod eſt in parte orientali.*

Termini terræ promiſſionis.

2 En propono in conſpectu. *Hic adducit rationem ad propoſitum ex benedictione diuina, quæ erat concedenda diligentibus Deum & obedientibus ei, & ex maledictione eius quæ erat inferenda recedentibus ab eius dilectione & obedientia, & vt iſta benedictio & maledictio magis mouerent animum, hīc præcipitur quod poſt ingreſſum terræ promiſſionis publicentur ſolenniter in monte Garizim & in monte Hebal, & hoc eſt quod dicitur:*

3 Cum vero introduxerit, &c. *Et patet litera. Deiſtis tamen benedictionibus & maledictionib⁹ plenius habetur infra xxvij. ca. Quod autem hic breuiter dicitur de eis, eſt per anticipationem.*

CAP. F

ADDITIO.

In cap. xj. vbi dicitur in poſtil. Circa primum ſciendum, quòd fertilitas terræ promiſſionis dependet ex deſcenſu pluuiæ, &c.

Hæc expoſitio Hebræorum quam hic videtur poſtillator approbare, eſt ſolius Ra. Sal. Alij autem, qui magis ſunt autentici, tenēt primam expoſitionem, quod plenius conſonat litere precedenti & ſequenti. Ad quod ſciendum, quòd terra Ægypti multum commēdatur in ſcripturā ex amœnitate. Vnde Gene. xiij. terra Ægypti comparatur paradiſo domini. Quòd autem fertilitas terræ Ægypti plurimum excedat fertilitatem terra promiſſionis, ſatis patet ex geſtis patriarcharum. Abraham enim propter ſterilitatem terræ promiſſionis deſcendit in Aegyptum: vt patet Gene. xij. Et de Iacob & filijs eius Gene. xlvij. Et ratio eſt, quia in terra quæ eſt irrigua ſpecialiter ex aliquo magno fluuio, prout eſt terra Aegypti, non ita contingunt ſterilitates, ſicut in terris quæ licet ſint magis fructiferæ, non tamen poſſunt irrigari niſi ſolū ex pluuia cæleſti: qua deficiente in aliqua parte anni ad hoc opportuna ſtatim ſequitur fames, cuiuſmodi erat terra promiſſionis, quæ non erat irrigua. Vnde dicitur in litera: Montoſa eſt, de cælo expectans pluuias, & ideo ex hoc inducit eos Moyſes ad timorem Dei: quia terra illa ad quam ingreſſuri erant, frequenter indigebat beneficio diuino in pluuijs opportunis: de quo dicitur: Semper oculi illius in ea ſunt a principio anni vſque ad finem eius, & ſic fertilitas terra illius dependet ex obedientia mādatorum Dei. Vnde ſequitur: Si ergo obedieritis, &c. *dabit pluuiam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam, vt colligatis frumentum & vinum, &c. & infra per oppoſitum: Iratus q. dominus claudat cælū, & pluuia non deſcendat: & ſic ex predictis inducit eos ad timorem domini, tanquam frequentius vtilia, quæ beneficio diuino ſcilicet pluuia ad neceſſaria vita habenda, quam ſi commorarentur in Aegypto, vbi talis frequentia non erat ſic neceſſaria. Quod autē dicitur de terra promiſſionis, quòd eſt lacte & melle manans, non contradicit predictis: nam hoc intelligitur præſupposita pluuia opportuna, prout qualitas patrie requirebat.*

Fertilitas Ægypti an excellat terram promiſſionis.

REPLICA. *In ca. xj. vbi poſtil. exponens illud:* Terra, quam ingredieris non eſt ſicut terra Ægypti. *adducit quorundam ſudeorum expoſitionem dicentium, quòd terra promiſſionis non eſt ſicut terra Aegypti. Sed illam expoſitionem alij ut rationabiliter ex litera, qua dicit terram promiſſam non ſolum lacte, ſed in multis alijs locis optimam lacte & melle manantem. Burgen. autem dicit illam abiectā expoſitionem eſſe maximē autenticam. Et vtitur ſolutre argumentum poſtillatoris dicentis, quòd terre promiſſe commendatio debet intelligi præſuppoſita pluuia opportuna prout qualitas terra requirebat: addens quòd fertilitas illius terræ dependet ex obedientia mandatorum Dei. Hoc enim eſſe verum eſſet, quo ad ſingularem reſpectum dicentis ergo illum populum Iſraelem non eſt tamen verum de communiter accidentibus: imo ſic ſemper fuit optima etiam tempore incredulorum. Vade eſt filij Iſrael propter inobedientiam aliquando paſſi ſunt penuriam in terra illa: hoc non arguit ſterilitatem terræ: quia & ſic eorum*

Cc

Universidad de Deusto
Biblioteca

A inobedientia punita potuit in Aegypto, & diaboli inobedientia punita est in celo. Nec valent motiua quæ Burgensis, pro sua opinione allegat. Pro commendatione enim Aegypti vltra terram promissionis allegat falsò Gen. xiij. c. quod Aegyptus comparatur paradiso dominj: nam sōlum illa portio tua de Aegypto venitur in Segor commēdatur, assimilando non paradisō vt allegat Burgen sed regioni circa Iordanem. Vide bene fallax Burgen. allegationem. Nec gesta patriarcharum quæ Burgen. ad idem allegat probant quod intendit. Abraham enim non propter sterilitatem terra promissa peregrinabatur in Aegyptum: quia vt Actuum vij. b. dicitur: Deus non dedit ei hæreditatem in illa terra: nec passum pedis sed repromisit. Nam peregrinabatur etiam per illas & alias terras nunc ad orientem, &c. Et nouissimè ad meridiem quæ terra fuit propinqua Aegypto. & cum esset ibi fames non propter sterilitatem, sed propter aliud accidens. Et forte vt communiter exponitur propter Burgen.

propter probationem fidei Abraha: vide in postill. quā sustinet Burgen. Tunc iuit in Aegyptum, hoc enim sæpe contingit quod in terris bonis satis consequenter se habentibus, fames ex parte est in vna terra & non in alia, & econuerso. Nec tempore Iacob erat fertilitas in Aegypto: quia vt habetur Gene. xliij. septem anni sterilitatis non modo erant in aliis terris, sed etiam in Aegypto, in qua non ratione fertilitatis terræ, sed industria Ioseph seruauit frumenta ad vendendum, pro quibus iuit Iacob & familia eius. Ratio autem quam ad id assignat Burgen. potius est ad oppositum, quia magna flumina præterfluentia terras, sæpe cuncta terrena fecentia inundantia, absorbent & sterilitatem causant vt patet circa Renum, Albeam, &c. & fortassis ita fuit tempore Ioseph in Aegypto, quam plus Burgē. magnificat quam suam natiuam patriam sine tamen ratione & autoritate. D

CAP. XII.

CAP. XII.

a *Ad locū quem elegerit, &c.*

B ✠ PROCOPIVS. Quo loco deinceps adempto, simul quoque ab oblatione victimarum, quas ab initio cōseruat propter consuetudinem quæ apud Ægyptios inoleuerat, quamque præcipiti mutatione abolere non poterat, cessarent aliquando. Cum consilio enim & bona venia, nō violentia, saluté confert.

✠ THEODORET. In omnibus locis in quibus tentoria fixerant, obtuleru nt domino Deo sacrificia, ædificatis altarib⁹ ex rudi lapide, idq; antequam constructum esset tabernaculum. Eo verò composito, non ita diuina sacrificia peragebant, non quod vno tantum in loco illa celebrarent, sed in vnaquaq; māsione. Siquidem spatio quadraginta annorum in solitudine consumptorum, con- Quæst. 9.

✠ ✠ tinen-

C

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XII.

Hæc sunt præcepta. *Postquā Moyses explanauit ea quæ pertinēt ad præceptum dilectionis diuinæ, quod est principium respectu præceptorum decalogi vt suprà dictū est cap. vj. Hic consequenter ponit alia præcepta & monitiones, quæ sunt quasi quædam conclusiones elicitæ ex præceptis decalogi. & per cōsequens quædam explanationes quomodo decē præcepta debeant ordinari & obseruari. Circa quod sic procedit, quia primò ponitur huiusmodi præceptorū explicatio, secundò infertur intēta cōclusio ca. xxvj. Adhuc primò ponuntur illa quæ ordināt ad Deum, secūdo ea quæ ordinant ad proximū ca. xvj. ibi:* Iudices ac magistros cōstitues. *Sciēdum tamen q; ista diuisio non est ita præcisa, quin in prima parte multa ponantur quæ ordinant ad proximum, & in secunda multa quæ ordinant ad Deū. Moyses enim hunc librū primò tradidit filijs Israel verbis per modū exhortationis & predicationis, sicut dictū fuit in principio huius libri. & patet hoc ex toto processu ipsius, propter quod frequenter repetit eandē sententiam in diuersis locis, & aliquando sub eisdē verbis, & de vna materia frequenter transit ad aliam. & ad præcedētem reuertitur, sicut solet fieri in prædicationibus & exhortationibus, & ideo in hoc libro & maxime in sequentibus huius libri non potest inueniri diuisio ita precisa, quin de materia vnius partis tractetur in alia, & econuerso. Hoc igitur præmisso secundū, q; circa Deū ordinatur homo per doctrinationem idololatriæ & institutionem latriæ, & quia opposita iuxta se magis eluceſcunt, ideo frequenter facit vtrūq; in eo c. vt videbitur.* Diuisio.

Primò igitur prosequitur propositum ex consideratione operis. Secūdò ex cōsideratione tēporis ca. xvj. Prima in tres, quia primo prosequitur propositum suū in facto, secūdò in signo cap. xviij. tertio in motiuo ca. xv. Prima adhuc in duas, quia primò prosequitur propositū respectu totius cōmunitatis, secundo respectu vnius personæ vel vnius ciuitatis xvij. c. Prima in duas, quia primo præcipitur destrui locus idolatriæ, secundò per oppositum locus institui latriæ ibi: Non faciotis ita. *Circa primum dicitur:*

1 Hæc sunt præcepta. *Et ideo obligatoria.*

2 Subuertite omnia. *Ne ex phamis seu tēplis idolorū remanentibus Iudæis occasio idololatriæ daretur, & vt memoria idololatriæ totaliter deleretur.*

3 Super montes. *Quia ibi communiter fiebant templa idolorum.*

4 Et subter. *Tales enim arbores plātabantur in extra loca idololatriæ a xercendum actum luxuriæ.*

5 Dissipate aras. *Hæc exposita sunt suprà vij. ca. prope principium.*

6 Non facietis. *Hic consequēter determinatur latria locus & ritus, & primò circa hoc ponitur præceptum. secundò declaratur dictum ibi:* Non facietis. *certiò cōcluditur principale intellectum ibi:* Obserua & audi. *Circa primū præcipitur vnitas loci vbi debēt sacrificia & oblationes offerri, cum dicitur:* Non facietis ita dom. *sed offerēdo sacrificia in pluribus locis, vt faciebant idololatræ suis idolis.* Diuisio.

7 Sed ad locum. *scilicet vnum.*

8 Quem eleg. *Quia ēt locus non erat secundum voluntatem hominum determinandus.*

✠ 1 De

MORALITER.

✠ 2 *Subuertite omnia loca.* Hic tria loca notantur in quibus exercebatur idololatria s. montes excelsi, colles & ligna frōdosa siue luci. Apostō autem Colos. iij. a. Auaritiam nominat idolotū seruitutem, quod non est intelligendum propriè sed similitudinariè, eò quòd auarus colit pecuniam suam, sicut idololatra suū idolum, & per talem modum loquendi quodlibet vitium idolatria potest dici. Secundum hoc igitur super montes excelsos Idololatrant illi qui sunt multum in superbia eleuati, contēnentes alios & se tantummodo reputantes, sicut ille Pharisæus dicebat, Luc. xviij. *Non sum sicut ceteri hominum.* Quod exponens Aug. dicit: Qui sunt cætori hominum, nisi omnes præter ipsum. Super colles idololatrant ambitiosi. Collis enim à collo dicitur, eò quòd est quasi collū montis inter cacumen eius & partē eius inferiorem existens, & sic est in ascensu montis: Sic est autem in ambitiosis, qui semper quærunt ascendere ad gradū indebitū sibi: & per modū illicitum. Subter ligna frondosa, vel in lucis idololatrant luxuriosi, qui latibula quærunt ad exercitiū sui peccati, Iob. Iob. xxiiij. c. *Oculus adulteri obseruat caliginē.* Quod bene significatur per lucum, qui dicitur à lucendo: luces per contrarium. Vnde versus: *Lucus & officium bellum libitinaq; parca. Ista per antiphrasin dicuntur nomina monstq; :* Quæ dicitur à moueo moues, per contrariū. Igitur idololatria montiū subuertitur, quādo superbia per veram humiliationē deijcitur. Exemplū Da. iiij. g. de Nabuchodonosor valde superbo, qui verè humiliatus dixit: *Nunc ergo ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regem cæli, quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia: & gradientes in superbia potest humiliare.* Idololatria verò collium subuertitur, quādo ambitio vel cupiditas abiicitur per contemptum omniū mūdanorum. Exem. de Matthæo qui surgens de teloneo secutus est Christū, vt habetur Matt. ix. & non est dubium quin omnia mūdana reliquerit, sicut & alij apostoli propter Deū. Idololatria verò lucorum subuertitur, quando luxuria per castitatē omnino repellitur. Exēplum de Magdalena Lu. vij. de qua dicit Greg. Conuertit ad virtutes numerum criminum, vt totum seruiret Deo in pœnitentia quicquid ex se Deum contempserat in culpa.

✠ *MORA-*

☞ rinenter migrabāt. Prohibet igitur in terra promissionis hæc fieA rine occasionem inde capiant falsis diis sacrificandi. Denunciat autem & admonet vt in eo loco quem elegerit dominus sacrificia celebrent, mactent, & precētur. Vbi verò inhibuit offerre sacrificia in omni loco, carnes edere volentibus permisit, in vrbibus quidem in quib⁹ morantur, sacrificante sacerdote, & sanguine effuso, iussitq; vt sine discrimine tā mundi quam immūdi carnibus vtantur huiusmodi, docens hæc sacrificia non esse diuina sed cōmunia. Nā ex sacrificiis non licebat immundis quicquam sumere. Vnde meritò subiunxit, *edite illud*, ve- *quærētis & illuc

B *luti capreā aut ceruū.* Aut eius quidem generis animalia munda erant, non tamen offerebātur in sacrificium.

a *Decimas & primitias, &c.* AVGVST. Quærēdum est, quomodo iubeat decimationes omniū fructuum & primitiua omnium pecorū non manducari nisi in ciuitate vbi templum erat, cum eas Leuitis dari in lege præceperit.

b *Nō facietis ibi, &c.*

✠ PROCOPIVS. Etiam adhuc superstite Mose transgressi sunt, & tamen veniā consecuti. Necdum enim venistis, inquit, in requiē. Vnde sub preputio non recusabāt custodire legem, neque vtique victimas offerre licebat. Iam verò iuxta prophetam, vbius locorū incensum adoletur nomini eius, & victima pura offertur.

c *Caue ne of.* Occasionem amputat idolis sacrificādi. Ideo enim præcipit in templo & ad altare domini hostias offerri, vt vbi integra est religio, ibi cultus cōgruus exhibeatur. Mysticè autē in- Mysticè.

Quæst. 18. †omnia electa vota vestra †lætabimini

- aliam

† Attamen prout desiderauerit anima tua mactabis & comedes carnē secundū benedictionē domini Dei tui, quā dederit tibi in tra oēs portas: immundum & mūdum comedes vel immūdi & mūdi poterunt comedere, sicut capreā & ceruum absque esu &c.

nuit nullū munus acceptabile esse Deo extra catholicā eccle- † oblationē siā, hic enim est locus quem Deus elegit, vt i- † spontanea munera quæ sponte & voluntario animo offertis poneret nomē suum ibi, & habitet in eo.

d *Sine immundum faerit, siue mundum.*

✠ PROCOPIVS. Quidam capream & ceruum reliquis animalibus mūdiora esse existimauerūt. Verùm contrarium in- † requiē det vobis tuit. Ea enim quę vitæ mundioris erāt, nō comedebant. Quod igitur dicere intēdit? Illud videlicet, quod † oblationes qui ouc aut boue, aut aliquo eius generis vesci volebāt, idipsū quo sanctificaretur, ad altare deferebant, atq; ita tandē vescebantur. Cæterùm ca- † De eō. di. 1. c. sicut noa preā vel ceruum nec mactare nec offerre licitū erat: offerebant enim nulli, nisi qui in vrbe vbi templū atq; etiam arca erāt. Porrò super caprea aut ceruo simpliciter, sanctificari tātum interdictum erat, quantò magis sacrificare.

13 ☞ a *Absq;*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 De cunctis. *Ista fuit tribus Leuitarum in cuius sorte fuit altare holocaustorum & templum.*

2 Vt ponat nomen suum. *Per recordationem, qui a nomen domini recolebatur in sacrificijs & oblationibus, & diuinis laudibus.*

3 Et habitet in eo. *Per specialem conseruationem loci, vt habetur ij. Macha. iij. g.* ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, &c.

4 Venietis. *non alibi.*

5 Et come. *Hoc non est intelligendum, quòd semper comederent talia in loco templi, sed intra muros ciuitatis Ierusalem.*

6 Non facietis. *Hic exponitur predictum præceptum quātum ad duo ibi inclusa, & primò quantum ad sacrificij locum secundò quātum ad comestionis modum, ibi: Si autem comedere voluerit. Circa primum sciendum, quòd licet regulariter esset deputata vnitas loci pro sacrificijs & oblationibus offerendis, tamen in casu poterat aliter fieri: & hoc est quod dicitur:*

Non facietis ibi quæ. *Vt offeratis sacrificia & oblationes in pluribus locis sicut nos hic facimus, quandiu enim filij Israel fuerunt in deserto etiam post constructionem tabernaculi, poterant offerre sacrificia & oblationes voluntarias alibi, quam in tabernaculo, vt dicit Rab. Sa. non autem sacrificia & oblationes ad quæ tenebantur ex debito, & hoc fuit eis licitum, quousque essent quietati in terra promissionis, quod non fuit xiij. annis, quos posuerunt ad capiendam terram & diuidendam eam, & hoc est quod subditur:*

7 Neque enim. *Sed quando fuerunt quietati non debebant offerre predicta, nisi in vno loco, vbi fuit positum tabernaculum: & iste locus fuit primo Silo, vbi tabernaculum & arca domini habuerunt stabilem mansionem s. cccxliij. an sicut potest probari per tempora iudicum, qui fuerunt à Iosue vsque ad mortem Heli, quia tunc fuit arca capta, vt habetur j. Reg. iiij. postea capta arca à Philistæis translata fuit in Cariathiarim & inde in Masphath, & inde in Galgala, & inde in Nobe, & inde in Gabaon: vt habetur libro de Hebrai. quæst. & inde in domū Obed-*

Obededon, & inde in ciuitatē Dauid, vt habetur ij. Regum vj. & inde in templum Salomonis, vt plenius dicetur j. Reg. vij. Et tunc habuerit pacem perfectam tempore Salomonis, & tunc non fuit eis licitum alibi offerre, quia ille locus fuit ad hoc simpliciter electus, & vltimatè à Deo, vt habetur ij. Paralip. vj. nisi ex diuino instinctu & dispensatione, sicut Helias obtulit sacrificium in monte Carmeli, vt habetur iij. Reg. xvij. Vnde subditur:

8 Illuc omnia. *Tempore medio inter destructionem Silo & cōsummationem templi Salomonis sacrificia votiua & oblationes poterant alibi fieri, quàm vbi erat arca, quia illo tempore non habuit stabilem mansionem sicut & quando erat in deserto, vt dictum est, sic autem nō potest dici de Silo, quia arca ibi habuit diu stabilē mansionē s. cccxliij. an. qui fluxerunt a xiij. anno ducatus Iosue, quo fuit posita arca in Silo vsque ad mortem Heli quando fuit capta à Philistæis. Cætera patent.*

9 Si autem comedere volue. *Hic exponitur præceptum quantum ad comestionis actum, quia dixerat ibi: Comedetis in consp. Dei tui. Possent aliqua credere q; esus carnium esset omnino eis prohibitus extra Ierusalem, ideo declarat quomodo esus carnium erat aliis licitus, scilicet de animalibus quæ non tenebantur offerre, nisi essent de animalibus immundis secundum legem quorum carnes prohibebantur comedere, & hoc est quod dicitur:*

10 Siue immundum. *Non immunditia immediatè prædicta, sed immunditia quæ reddebat animal immolatitium ineptum ad sacrificium, & hoc est quod dicitur:*

11 Hoc est maculatum. *Istud non habetur in Hebræo, sed appositū fuit à transfatore ad intelligendum, quid vocetur hic immundum s. animal habens defectum alicuius membri vel languidum, quod non poterat offerri, licet esset immolatitium secundum genus vel speciem.*

12 Siue mun. *Non solum munditia communi, quæ animalia licita sunt comedi à Iudæis sed etiam munditia speciali, quæ licite sunt offerri, & hoc est quod dicitur:*

13 Hoc est. *Hoc enim non est in Hebræo, sed additum est à transfatore, ad intelligendum quid vocetur hic mundum.*

Universidad de Sevilla Biblioteca

Leui.17.c. Quæst.10.

a *Absque esu.* Homicidium prohibet. Sanguis pro anima ponitur, quia sedes animæ i. humanæ vitæ in sanguine est.

b *Non poteris comedere,&c.* ✠ Theodoret. Duas rerũ decimas dedicari præcepit. Vnam Leuitis offerri, alteram autẽ vendi, & pretium eius in conuiuium illorũ, & curam viduarum ornamenta insumi. Epulari verò iussit, eos in loco sacro. Porrò sapientissimus dominus ista lege cõplexus est, liberans eos ab errore falsorum deorum. Cũ enim doctor impietatis humano genere gulę & voluptatum illecebris subiugato, festis dæmonũ iudicra permulta miscuisset, is qui sagacissimus est, Israëlem ab illo errore liberaro desiderans, etiã de his quæ pertinent ad festa, leges scribit, sacrificia permittit, instrumenta musica tolerat, & iubet epulari, vt talibus illectamentis idolorũ cultum impiũ amputet.

B

Hom.in Psal. 95. †Suprà 19d. †vel mundũ & immundẽ pariter comedes

✠ Chrysostom. Quoniam suspectam habebat Synagogæ mẽtem meritò illam loco circumscribit, temploque includit, non permittens vt quouis loco sibi constituat altare. Nam cũ in vno loco accepisset altare, si terram omnem impleuit idolorum cultu, cogita in quam enormem idolatriã incidisset, si plena libertas concessa fuisset. Ob hanc causam etiam canticum loco circumscriptum est, altare loco definitum, & populus ille loco conclusus. At ecclesia quæ vbiq; Christi corpus est, innumerosq; martyres immolauit, ob charitatem quam gerit erga virum, à nullo prohibetur loco, sed in omni loco sunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædixit Deus per prophetam, in omni loco sacrificium offertur nomini meo,

Ecclesia non sicut synago stũ in se circumfert, ga vno loco ad sacrificia offerẽda definita est.

C

a offerri licet, sicut capream & ceruum, comedes absque esu dũtaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam effundes. Non poteris comedere † in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, & ölei tui, primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris, & sponte offerre volueris, & † primitias manuum tuarum, sed coram domino Deo tuo comedes ea, in lõco quem elegerit dominus Deus tuus, tu & filius tuus & filia, seruus & famula, atque Leuites, qui manet † in vrbibus tuis, & lætaberis, & reficieris corã domino Deo tuo, in cunctis ad quæ extenderis manum tuam. Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo versaris in terra. Quando dilatauerit dominus Deus tuus terminos tuos, sicut locutus est tibi: & volueris vesci carnibus, quas desiderat anima tua: locus autem quem elegerit dominus Deus tuus, vt sit nomen eius ibi, si procul fuerit occides de armẽtis & pecoribus quæ habueris, sicut præcepit tibi, & comedes † in oppidis tuis, vt tibi placet. † Sicut comeditur caprea & ceruus, ita vesceris eis, & † mundus & immundus in cõmune vescẽtur. Hoc solùm caue ne sanguinem comedas. Sanguis enim corum pro anima est, & idcirco non debes animã comedere cum carnibus, sed super terram fundes quasi aquã, vt bene sit tibi & filiis tuis post te, cũ feceris quod † placet in cõspectu domini.

a ¶ Bonam voluntatem.

b ¶ Gratiam spiritalem. b ¶ Misericordiam.

a ¶ Affectu humanitatis & innocentiæ.

¶ Generale est hoc præceptum vt omnes conseruent.

¶ Superno gaudio: Gaudete in domino semper, & iterum dico gaudete: Philip.4.a. Qui gloriatur, in domino glorietur. 1.Cor.1.d.

¶ Id est terrenitati deputans.

Quæst.10 † primitias tuas † rectum

Quæst.10 † intra portas tuas

† intra portas tuas

† rectum est

Mysticè.

☞ pristi- F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sicut capream. *i. ita licitè & absque oblatione eorum sicut ceruus & caprea non offeruntur & licitè comeduntur.*

2 Absque esu. *Cuius esus generaliter prohibetur in lege, cuius ratio est ne per esum sanguinis homines non abhorrerent effusionem sanguinis humani, ad quam Iudæi erant proni: & vt ad pietatem exercerentur, etiam circa bruta animalia, vt per hoc circa homines magis moueruntur pietate, & quia idololatræ post sacrificia sua congregabantur circa idola ad comedendum sanguinem suæ victimæ in veneration̄ idoli.*

3 Quem super. *Id est totaliter, sicut aqua perfectius effunditur de vase quàm cæteri liquores: & quia dixit quòd extra Ierusalem poterat comedi animal mundum, vt dictum est, ne hoc intelligatur generaliter, excipit primogenita animaliũ & decimas, & ea quæ ex voto offerebantur cum dicitur:* Non poteris comedere in oppidis tuis, &c.

4 Sed coram. *Contra hoc arguitur, quia decima debebantur Leuitis, & primitiua sacerdotibus, si ergo talia reddentes poterant inde facere festa sibi & familijs: sequitur quòd sacerdotes & Leuitæ fruebantur debito suo saltem in parte: & ideo dicunt hic aliqui quòd Iudæi faciebant quolibet anno duas decimas de omnibus bonis suis, & prima erat tota de iure Leutarum, secunda quæ erat de nouem partibus eis remanentibus non sic erant & de ista hic loquitur scriptura. Et eodem modo dicunt, quòd faciebant secunda primitiua, & de illis similiter est hic sermo, quæ non erat de iure sacerdotum. Sed hoc dictum non habetur ex scriptura, sed solum vna decima quolibet anno fiebat, alia quolibet tertio anno quæ erat pro pauperibus vt habetur infra xiiij. Et ideo aliter soluitur, quia Iudæi in festiuitatibus in quibus tenebantur apparere coram domino, non debebant venire vacui muneribus, vt habetur Exod. xxiij. & xxiiij. Nec intelligitur hoc de apportatione decimarum & primitiuorum cum hoc esset debitum, sed de hostijs pacificis quas tunc faciebant, quarum pectusculum & armus dexter erant sacerdotis de iure, cæteræ carnes erant offerentium, & de istis loquitur hic cùm dicitur:*

5 Comedes ea, &c. *Et hoc videtur per illud quod habetur infrà xvj. Oblationem ſſontaneam quam offeres iuxta benedictionem Dei tui. i. facultatem datam à Deo.* Et epulaberis coram domino Deo tuo tu & filius tuus, &c. *Aliqui verò dicunt quòd intelligitur de primitiis animalium quæ propter maculam non erant immolatitia: & ideo redimebantur & comedebantur in oppidis, & de pretio emebantur in Ierusalem animalia, ex quibus fiebant epulationes prædictæ. Sed hoc videtur redire in inconuenies prædictum, quia si tenebantur redimi, pretium redemptionis erat de iure sacerdotum: & sic fraudabãtur ac si fierent de primitiis immolatitijs.*

6 Caue ne derelinquas, &c. *Se promissionis, quia sicut dicunt Hebræi non obligabantur ad hoc quando erant extra terram Israël positi, vtpote in captiuitate Babylonica vel alia: & hoc rationabiliter, quia sibi non habebant hæreditatem sicut nec Leuitæ: primitiua tamen animalium in casu poterant comedi extra Ierusalem, videlicet quando habentes talia erant longè à Ierusalem, vt parceretur labori eorũ: concessum fuit eis vt illa venderẽt vel quòd iusto pretio sibi retinerent, & sic comederent & in solemnitate, quando tenebantur ire in Ierusalem portarent pretiũ, & inde emerẽt animalia consimilia mũda: & de illis offerrent, vt habetur infrà xiiij. ea. plenius & hic breuius tangitur cùm dicitur:* Quãdo dilatauerit dominus Deus tuus termin. tuos. &c. *Sequitur:*

7 Mundus & immundus in commune vescentur. *Quia homines immundi ex tactu mortui vel alterius rei immundæ poterant inde co-*

✠ *medere*

☞ pristina conuersatio- A ne discedẽtes, in vnitate fidei & bonorum operum sociantes, eorum errores in vsum nostrum non conuertamus, sed effundamus, id est per confessionem prolatos terrenæ fragilitati deputemus, & quasi indignos vitis spiritualibus abijciamus.

† rectum

† Infra 19.a.

a *Offerentes filios.* ✠ Procopius. Dæmoniacum enim est naturalem affectionem erga affectã sobolem conculcare. Nam omnes creauit Deus vt essent, ita quoq; generationes, vt

† deos

a minus, fecerunt diis suis, offerentes filios & filias, & combu-

b no, nec addas quicquam nec minuas.

ctu domini. Quæ autem sanctificaueris & voueris domino, tolles & venies ad locum quem elegerit dominus: & offeres oblationes tuas carnem & sanguinem super altare domini Dei tui. Sanguinem hostiarum * fundes in altari, carnibus autem ipse vesceris. Obserua & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene sit tibi & filijs tuis post te in sempiternũ, cũ feceris quod bonum est, & † placitum in conspectu domini Dei tui. † Quãdo disperdiderit dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas ingredieris possidendas, & possederis eas atque habitaueris in terra earum, caue ne † imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subuersæ, & requiras † ceremonias earum, dicens: Sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita & ego colam. Non facies similiter domino Deo tuo. Omnes enim abominationes quas auersatur dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. Quod præcipio tibi, † hoc tantùm facito domino, nec addas quicquam nec minuas.

vt mundum conser- D uarent.

b *Nec addas quicquam.* ✠ Idem. Duplex enim in peccatum lapsus est, vel supra vel infra mandata Dei delinquendo. Quidam enim præpotentes sibi visi, hoc quod stateram ingentem suæ vitæ fabricassent, seipsos ab ecclesia abstraxerunt. Quidam verò fluidius ac languidius de matrimonio, itemque cibis statuentes, hoc ipso quod stateram parũ erexerunt, Dei regnum adipisci non poterunt.

* tuarum

† illaquees te post illas

† obseruare debetis vt illa faciatis

NICOLAVS DE LYRA.

B ✠ *medere sicut & mũdt, licet non possent intrare templum donec essent mundati, vt dictum fuit Nume. v. Absita tamen concessione venditionis animaliũ prædictorum excipiuntur animalia per votum Deo sanctificata, quorum carnes non poterant comedi extra Ierusalem, & nisi essent prius oblata in templo, & hoc est quod dicitur:*

1 Quæ autem sanctificaueris, &c. *Talia enim animalia per votũ obligata domino mutari non poterant vt habetur Leui. xxvij.*

2 Obserua & audi omnia, &c. *Hic concluditur principale intentũ huius cap. Ad hoc enim prædicta sunt omnia, vt diligenter cauerent ab idololatria, & patet litera vsque ibi:*

3 Offerentes filios, &c. *Modus autem huius combustionis, secũdum quod dicunt Hebræi erat, qua fiebat idolũ cupreum cõcauum, & in illa cõcauitate accendebatur ignis, & quãdo idolum in qualibet parte erat ignitum, tunc super manus idoli quæ erant dispositæ ad accipiendũ, ponebantur pueri, & sic ex adustione morichantur: sacerdotes verò idoli habebant tympana in quibus percutiebãt fortiter, vt ex fortitudine illius soni non audiretur clamor pueri, & sic parentes de morte puerorum non dolerent, sed magis crederent animas eorum sine afflictione à dijs accipi.*

E Idolum Moloch.

CAP. XIII.

Diuisio.

a *Si surrexerit.* Vult intelligi ea quæ à diuinis nõ secũdum Deum dicũtur, etiãsi euenerint non esse sic accipienda, vt fiant quæ ab eis prædicuntur, nec præter potestatẽ suam ostendit esse quæ ita contingunt. Sed quare permittat supponit, ad cognoscendum s. quantũ diligãt Deũ seruientes ipsis, non illi qui omnia nouit.

† 16 q.5.nec mirũ. circa fi. & in c. illud ante fi.

✠ Chryso. Quod dicit tale est, si quis Propheta dixerit, posse excitare mortuũ, mederi cæco, sed obtẽperate mihi, adoremus dæmones, immo lemus idolis, & si qui hæc loquitur possit mederi cæco, excitare mortuũ ne credideris, inquit, quia permisit vt ille hoc posset, nõ quod ille ignoraret tuũ animũ, sed vt tibi probationis occasionẽ exhiberet, an verè diligeres Deũ. Est autem amantis, otiũ exanimes ad vitã reuocẽt, qui nos conãtur ab amato distrahere, nequaquã tamẽ ab amato deficere. Sed dicis, affligit te corporis morbus. Atqui non tanta passus es quanta beatus Iob, imò ne minimam partem malorum illius. Neq; tamen confugit ad diuinos, non adiit incantatores, aut eos qui per applicaturas promittunt sanitatem, sed expectauit diuinam opem.

Orat.5.aduersus Iudæos.

CAP. XIII.

a ¶ Gentilis vel hæretici.

a SI † surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portẽtum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: eamus & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba prophẽtæ illius aut somniatoris,

1 2 3 4 5 6 7

✠ Theodoret. Quæst.12 Qua virtute prophetã qui cõtraria docet, edit miracula? Permittente Deo dæmones operantur. Sic & medici Pharaonis, prodigium virgæ, fluuij & ranarum ediderũt, ità concedente Deo, ad arguendam operantis insaniam. Iussit enim vt plagas à Deo missas augerent ipsi, qui tamen dissoluere supplicia non poterant, imò ne muscas quidem abigere. Nam quæ Deus concessit, operati sunt, quod etiam hic declarauit, dum permittit Dei propheta prodigiosa facit. Instruimur autem non attendendum esse signis, quãdo is qui edit illa contraria pietati docet.

† sciat

C

Aduersus eos qui morbis afflictati ad magiã confugiunt.

F

☞ a Vi

NICOLAVS DE LYRA CAP. XIII.

c SI surrexerit. *Hic cõsequenter præcipitur destructio idolatriæ in particulari, & per consequens confirmatio latriæ sibi oppositæ. Et primo quantum ad vnam personam, secundò quantum ad vnam ciuitatem ibi:* Si audieris in vna vrbium. *Adhuc primò facit propositum in persona non coniuncta, secundò in coniuncta ibi:* Si tibi voluerit persuadere frater tuus. *Circa primum sciendum, quòd sicut dictum fuit super librum Nume. xxij. homines aliquando instruuntur de veritatibus supernaturalibus per dæmones, & tales dicuntur prophetæ dæmonum, vt dictum fuit ibidem de Balaam, & isti etiam aliquando habent reuelationes à Deo immediatè vel mediantibus sanctis angelis, licet ab eis non quærat sicut fuit idè dictum de Balaam: tamen quando reuelationes fiunt eis à Deo vel à sanctis angelis, hoc fit ad bonum finẽ, vt dictũ fuit ibi, de prophetia Balaam. Sed quãdo ordinatur talis reuelatio ad malũ finem & deceptionem, hoc fit à dæmonibus, qui quandoq; plures veritates dicũt hominibus, vt postea magis credant eis in falsi suggestione, sicut ibidẽ fuit declaratum per exemplum. Et de tali propheta est hic sermo, qui deceptus à dæmonibus mittit homines pertrahere ad idololatriam cùm dicitur:*

2 Si surrexerit in me. &c. *Deceptus modo prædicto in vigilia.*

3 Aut qui somnium, &c. *ab eis confictum vel immissum à diabolo.*

4 Et prædixerit, &c. *mirabile venturum de propinquo.*

5 Atq; portentum. *futurum magis de longinquo: & dicitur à portendo, dis. quòd significat protensionẽ in longum.*

6 Et euenerit, &c. *quia dæmones aliquãdo prædicunt veram futuram, quæ excedit cognitionem humanam, prout declaratum est Num. xxij.*

7 Et dixerit tibi. *Ex hoc patet quod reuelatio sibi factæ fuit per dæ-*

✠ *mones,*

MORALITER.

† 1 *Si surrexerit in medio tui prophe.* &c. Per istum prophetam falsum, qui præcipitur interfici significantur omnes diuinatores, & doctores superstitiosi, qui primò sunt occidendi spirituali gladio per excõmunicationẽ, & si permanserint obstinati, dimittẽdi sunt iustitiæ seculari occidendi per mortem corporalem.

a *Vt palam fiat vtrum diligas eum an non.*
Quæst.19. ✠ AVGVSTINVS. Septuaginta. Scire an diligatis, sed latini interpretes ita, *vt sciat an diligatis*, quamuis eadem sententia videatur, quāuis id quod dictum est scire, facilius ad illos refertur, vt sic accipiamus, tētat vos scire, ac si diceretur, tentando vos facit scire.

predicatores timorem premittunt, & sic ad amorem perducunt, sed perfecta charitas foras mittit timorem, & pulli viuere incipiunt cum timori non succumbunt. Lex quoque oua imposuit dicens: *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* Pullos produxit cũ dixit: *Ne quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.* Notandum autem quod dicitur: Non tenebit eam cum filijs, sed abi re pa. ca. tenens filios, quia aliquando prætermittenda est historia, vt reficiat nos spiritualis intelligentia, non historialis vsus reficiat. Legimus aurum & argentum Ægyptiorum ab Israëlitis deceptoria petitione surreptum, & carnalia sacrificia Deo exhibita. Sed in hoc verborum nido mater dimittenda est, filij tenendi. Cum enim à secularibus vigilantiam ingenij ad defensionem veritatis trahimus, & eorum eloquium in vsum rectitudinis, aurum & argentum tollimus ab Ægyptijs, vt nos diuites, illi pauperes efficiantur. vnde: *In captiuitatem redigentes omnem intellectũ in obsequium Christi.* Et cum nostra corpora per abstinentiam domamus, carnalia sacrificia offerimus. Historiæ igitur exempla dimittimus, sed ex ea allegoricum sensum in mente retinemus.

a *Cum ædificaueris &c.* ✠ PROCOPIVS. Mœnia super pauimento extruenda esse inquit, quo domus pinnaculis circumsepta regiæ figuram habeat. Oportet verò nec non virtutes in sublime euchentes humilitate munire. Animæ enim lapsus, superbia est.

C b *Domum nouam.* Id est ecclesiam.

Quæst. 22. ✠ THEODORETVS. Cur hortatus est coronam addi domui? Subsequentia docent. Inquit enim: Et non committes cædem alio inde labente. Siquidem cum ratione nos cohonestauerit, ea vult nos vti, quando necessitas postulat, & omnibus cõsulere, nec imprudenter omnia Deo committere, sed pro viribus nostris eniten tes, auxilium inde sperare. Sicuti dum seminamus, non collocamus fiduciam in terra, sed benevolentiam diuinam præsto lamur. D

✠ RVPERTVS. Domum nouam ædificat, qui dom⁹ Dei curam habens, subditorum mentes pro officio suo doctrinę verbo informat. Igitur, cum ædificaueris domum nouam, inquit, id est, cumsubiectorũ mentibus doctrinam posueris inchoatiuã, facies murũ tecti per circuitum, id est, quæ

Li. 1. in Deutero. cap. 16.

cunque dixeris, sufficientibus communies rationibus, siue testimonijs scripturarum, ne fiat reus labente alio, quod fit quando incauta dictio peruertẽ dat auditoribus occasionẽ intelligentię.

c *Murum tecti.* id est virtutum custodiam.

d *Ne effundatur sanguis in domo tua.* hoc est ne alio peccante reus tenearis.

GREGO. *Ne effundatur.* Per incuriam atque desidiam. Vnde qui virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat. Li. 8. Moral. cap. 39.

e *Vineam.* doctrinam, vel plebem doctoribus commissam, vbi E vinum spiritalis gratiæ abundare debet.

f *Aliero.* Id est hæretico. Semen bonum verbum Dei, semen ne quam quod inimicus seminauit. Cauendum ergo, ne immisceatur aliquid erroris, & corrumpatur semen Dei. Matth. 13. d.

g *Pariter sanctificentur.* ✠ PROCOPIVS. Quemadmodũ anathema dicitur omne quod Domino consecratur, & quod abominandũ, execrandumque est. Ita sanctum quoque duplici modo dicitur. At in bonam partem quomodo vsurpetur superuacaneum est de monstrare. Dicit igitur ne conseras vineam diuersis seminibus, partim quidem quod vineæ officiat, si dum humor in semen vertitur, seratur, opimũ enim quod fit, per vices est: partim verò his verbis morũ diuersitatẽ & fraudẽ insatiabilitatẽque detestatur.

✠ THEODORETVS. Et inexplebilem auiditatem amputat, & agricolis prouidet. Terra enim fata diuersis seminibus, exilio- Quæst. 23.
res fructus producit.

☞ ✠ RVPER-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *tionalis creaturæ. per hoc enim quòd lex inducit ad ea quæ speciem pietatis habent, & retrahit ab his quæ habent speciem crudelitatis circa irrationabilia, multò fortius ad talia inducit homines circa rationalem creaturam. ad quandam autem crudelitatem videtur pertinere, quòd auicula capiatur simul & detineatur cum pullis suis, & ad pietatem quod dimittatur abire, ideo ad hoc inducit lex, & patet litera.*

Diuisio. 1 Cum ædificaueris domum. *Hic ordinat irascibilem respectu futuri. Sicut enim ad pietatem pertinet non subtrahere auxilium fratri in necessitate præsenti, sic ad eum pertinet præcauere periculo eius futuro, & maximè periculo personæ. Et ideo præcipitur hic, quòd in circuitu tecti dominus fiat murus ad præcauendum periculo casus hominibus desuper ambulantibus: in terra enim promissionis tecta domorum erant plana, & ibi conueniebant homines causa recreationis & collocutionis, & ideo nisi ibi fieret quoddam retinaculum immineret periculum. Secundò debet homo præcauere periculo proximi respectu substantiæ, & quantum ad hoc subditur:*

2 Non seres vineam tuam altero semine. *Vt pote in vinea seminando triticum vel hordeum⁹ vel huiusmodi.*

3 Ne & sementis q̃ seui. *Id est fructus proueniẽs ex grano seminato.*

4 Et quæ nascuntur ex vinea. *Scilicet racemi.*

5 Pariter sanctificentur. *Reddendo inde primitias & decimas domino.*

mino. Fructus enim prouenientes ex semine prædicto citius matureſcit & colligitur, quam fructus vineæ, & ideo in collectione bladi, si darentur inde primitiæ & decimæ, crederem aliqui quod hoc deberet sufficere pro primitiis & decimis totius agri, & sicut damnificarentur sacerdotes & Leuitæ quantum ad primitias & decimas fructuum vineæ. Secundum autem Hebræos hic est textus: Non seres mistim, ne polluatur plenitudo seminis quod seminasti, & prouentus vineæ. Et vocatur hic plenitudo seminis quando granum est prope maturitatem eius, & exponitur litera ista sic: Fructus enim vineæ de nouo plantatæ tribus annis primis secundum legem reputatur immundus, vt habetur Leui. xix. de arboribus plantatis & idem est de vinea, & sic de illo non poterat fieri oblatio domino: fructus autem grani seminati eodem anno reputatur mundus. Si igitur in vinea de nouo plantata seminaretur bladum, fructus inde prouenientes tangens fructum vineæ immundum, similiter pollueretur ex tactu rei immundæ, & sic de illo non possent fieri oblationes domino, vt pote primitiæ & decimæ, & sic damnificarentur sacerdotes & Leuitæ. Ratio autem quare Hebræi hic dicunt pollutionem, vbi translatio nostra habet sanctificationem, est quia dictio Hebraica קדש *quadasch, quæ hic ponitur æquiuoca est, & importat vtrãque significationẽ: prout vario modo punctuatur, & tamẽ puncta nõ sunt de substantia literæ, sed variat modũ pronuntiãdi & significãdi, sicut varius accentus apud Latinos variat pronũtiationẽ, & etiã significationẽ.*

✠ 1 *Non*

MORALITER.

✠ † *Non tenebis eam cum filijs.* scilicet matrem: per quod significatur quòd à tempore publicationis euangelij in quo ceremoniæ veteris testamenti sunt mortiferæ, sensus literalis est dimittendus, & sensus mystici sunt tenendi.

1 *Cum ædificaueris domum.* Domum nouam ędificat, qui religionis ingressum vel nouum sacerdotium inchoat.

† *Facies murum.* Debet enim talis sensus suos & actus diligenter custodire, ne sint aliis occasio ruinæ, sibique imputetur ad interitum gehennæ.

2 *Non seres.* Id est ecclesiam tuæ custodiæ commendatam per te, vel per alterum non instrues miscendo cum semine verbi diuini zizaniam malæ doctrinæ.

✠ 1 *Non*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbi supra cap.17.

✠ RVPERTVS. Hoc rusticorum nouit industria. Alioqui ter A
Matth.13.1. in die pinguedo cuius abundantiam vinea poscit, in vanum dispergitur, quia dum in multa diuiditur, in singulis minus valet.

a *Non arabis.* ISIDORVS. In boue & asino arat, qui recipit euangelia cum luce eorum obtemperantia, quæ præcesserit in umbra.

a ¶ Iudæo sub iugo legis posito. b ¶ Gentili qui ad euangelium pertinet.

14.q.7.c.10. Gloss. De apostata, c. quidã. centur. †Non arabis in boue simul & asino. Non indueris ve- 1
2 stimento quod ex lana lignóq; contextum est. †Funiculos in 3
fimbrijs faciés per quatuor angulos pallij tui, quo operiris.

a ¶ Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium &c. Matt. 7. d.
b ¶ Simplicitate innocentiæ. c ¶ Subtilitate malitiæ scilicet. d ¶ Hyacinthinas fimbrias.

a ¶ In omnibus quæ agis memor esto præceptorum Dei.

d Si duxerit vir vxorem & *postea odio habuerit eam, †quæsie 4
ritque occasiones quibus dimittat eam, obijciés ei nomen 5
pessimum & dixerit: vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam

¶ Sibi commissam.
¶ Hæresis vel inobedientia. ¶ Regendam. a ¶ Vt fructum spiritualem gignerem.

* ingressus ad eam

✠ PROCOPIVS.

B Bos victimæque ciboque sacer est, cum asinus neutrius vsum præbeat. Itaque animæ suæ terram nouantem, vt diuinum semen excipiendi fiat idonea, profanorum ac indoctorum magistrorũ disciplinã recipere non debet, hæreticorũ seu Græcorum videlicet. Quin cũ Dauide dicere: *Exposueriũ mihi iniqui fabulas sed nõ vt lex tua Domine.* Cæterũ mutetur asinus & fiat purus, iuxta illud apud Isaiã, Felix q seminat super aqua, vbi bos calcauit & asinus. Qualis verò illa aqua est: Mysteriũ lauacri regenerationis.

b *Non indueris vestimento.* Moraliter. Lana simplicitas, linum subtilitas. Vestis quæ ex lana linoque conficitur, linum interius celat, in superficie lanam demonstrat. Veste ex lana & lino indui tur, qui sub locutione innocentiæ celat subtilitatem malitiæ.

Allegoricè. Allego. Lineis vestibus lanam vel purpuram miscet, qui inordinate viuit, & professionibus diuersis generis, vt si sanctimonialis habeat ornamẽta vxoris, vel vxor gerat speciem virginis. Hoc autem figurabatur in vestibus quod nũc declaratur in moribus.

✠ PROCOPIVS. Minime verò conuenit, vt qui Christum, ac veræ ouis lanam induerunt, simul quoque terreum illud linũ induant. Huiusmodi verò est, qui sub ouina pelle lupus rapax, & mentis sensu, & operibus existit.

c *Funiculos.* Ad differentiam scilicet, sicut signum circuncisionis Israelitas separat à cæteris. Superstitiosi verò magistri ca- C
ptates auram populi & lucra ex mulierculis, dilatabant fimbrias & eis

alligabant spinas, vt vel ambulantes vel sedentes pungerentur, & sic ad seruiendum Deo monerentur. vnde: *Dilatamphy lacteria sua & magnifi.* D
Matth.15.2. Vxor studita viro. Quæst.33.

d *Si duxerit.* AVGVST. Apparet quomodo subditas viris fœminas, & penè famulas lex esse voluerit vxores: quia dicens ad uersus vxorem vir testimonium, vt lapide tur illa si verum est, ipse nõ vicissim lapidatur si falsum inuenitur, sed castigatur & damnificatur, & eam perpetuò habere iubetur. In aliis autem causis qui testimonio falso nocere voluit eadem pœna plectitur, qua fuerat alter plectendus. 1 2 † Num.5.d. in fimbrijs

✠ RVPERTVS. *Si duxerit &c.* Spiritualiter ita factum est. Vir vxorem duxit, quando naturam assumpsit humanam filius Dei. In illa carnis assumptione vir ipse cognouit vxorem suam, scilicet Iudæorum & gentium ecclesiam, pro temporum & locorum diuersitate numerosam, sed iuxta fidei sacramentum vnam. Verum sic acceptam quodammodo, odio habuit, quæsiuitque occasiones quibus eam dimitteret. *In viam,* inquit, *gentium ne abieritis.* Item, *non missus nisi ad oues &c.* Matth.10. E
Voces eiusmodi, voces erant odij, secundum sensum humanitatis priori non consonantes proposito eius. Nam priusquam incarnaretur amorem ecclesiæ gentium professus fuerat in omnibus prophetis. Ita tanquam mutato consilio dicebat, nõ inueni virginem, sed multorum Deorum, tanquam virorum millibus prostitutam. Verum in copula prædicta incarnationis, vestigia virginitatis spectanda reposita sunt. Egit enim illa quõdam prostituta, pœnitentiam, mutauit carnem suam, & tandem propter virum effudit sanguinem suum. Propter ipsum crimen vnde ecclesiam de gentibus redarguit, verberatus & cruci affixus est, & in porta ciuitatis, coram senioribus vrbis, id est, in consistorio cœli, virgo esse iudicata est, quæ in coniunctione eius posuit vestigia sanguinis sui, quæ in prædicatione eius pœnitentiam egit, & pro fide eius sanguinem fudit. Pater & mater eius sunt Apostolicus ordo & ecclesia primitiua, quorum testimonio in cœlo & in terra defenditur. F

☞ a *Pater*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Non arabis. *Hæc est pars incidentalis in qua ponuntur duo incidenti a ex prædictis. primum est quia suprà inducendo ad pietatẽ circa irrationabilia, posuerat tantum exemplum de auibus. Posset aliquis credere, quod non esset intelligendũ de animalibus ideo despsis ponit exemplum dicens:* Non arabis in boue simul & asino. *Bos enim est fortior asino, & habet maiorem passum, & ideo asinus nimis grauaretur si cum eo in opere copularetur. Aliqui tamen dicunt quod hic est parabolica locutio, per quam intelligitur quòd sapiens & fatuus in opere prædicationis non sunt simul combinandi. Secundum incidens est, quia suprà dixerat quòd mulier non debet vti veste virili, vel econuerso, ideo hic tractat de decentia vestimentorum apud Iudæos primo ostendendo quòd sit cauendum, cum dicitur:*

Diuisio.

2 Non indueris vesti. &c. *Quod exponit Iosephus dicens, quòd hoc fuit prohibitum propter sacerdotij dignitatem, quia in vestibus summi sacerdotis erat talis commistio texturæ, & ideo non erat licita aliis vestis sic contexta. Aliqui autem doctores dicunt, quòd hoc fuit inhibitum ad euitandum quandam similitudinem idolatrarum qui colebam militiam cæli: & ad designandum communiones planetarũ in sacris suis, talibus variis commistionibus vtebantur in vestibus suis & rebus alijs. Secundò ostendit quid sit in vestibus Iudæorum obseruandum, cum dicit:*

3 Funiculos. *Et istud est expositum suprà Nu.xv.*

4 Si duxerit vir. *Postquam ordinauit hominem in parte irascibili, hic consequenter ordinat eum in parte concupiscibili. Et primò reprimendo adulterium secundò stuprum, ibi: Si inuenerit vir puellam, tertiò incestum, ibi: Non accipiet.*

Circa primum sciendum, quòd mulier potest accusari de adulterio duplicitèr. Vno modo postquam ducta est in vxorem. Alio modo ante, tamen post assidationem de quo agitur secundò, ibi: Si puellam virginem desponsauerit vir. *Adhuc circa primum sciendum, quod post contractum matrimonium mulier dupliciter potest de adulterio accusari. Vno modo, quia à viro non inuenta est virgo, & de hoc agitur primò. Alio modo, quia licet sit inuenta virgo, postea tamen adulterata est, de quo agitur secundò, ibi:* Si dormierit vir.

Circa primum dicitur sic: Si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eam, quod potest esse iuste, & tunc mulier est punienda, vel iniuste, & tunc vir est puniendus, vt declaratur postea.

5 Obijciens ei nomen pessimum. *scilicet eam commisisse adulterium, non post eius acceptionem in vxorem sed post assidationem, & sic est ibi falsio datæ fidei, & per consequens adulterium inquantum tale peccatum accidit ei post matrimonium prædicto modo inchoatum.*

✠ 1 Et ferent

MORALITER.

✠ 1 *Non arabis simul.* Id est opus prædicationis non impones similiter sapienti & ignaro.

2 *Non indue. vestimento quod.* In tali nanque veste linum absconditur sub lana. Moraliter igitur tali veste induitur, qui sub verbis innocentiæ celat subtilitatem malitiæ.

3 *Funiculos in fim.* Hoc est expositum suprà Nu.xv.

4 *Si duxerit vir vxorem.* Per istum significatur episcopus, qui sponsus est ecclesiæ sibi traditæ, propter quod portat annulum in desponsationis signum. Nec eam potest dimittere sine licentia papæ. Igitur si ex odio velit eam dimittere, crimen hæresis impones ei priusquam acciperet eam incurrisse, quod crimen est violatio virginitatis, id est integritatis fidei. Si falsum est quod dicit pater & mater: id est Christus & ecclesia debent contrarium declarare: & ille tenetur per debitam pœnitentiam & mandatorum Dei obseruantiam satisfacere, quæ significatur per centum siclos argenti in quibus condemnatur. Centenarius enim numerus per multiplicationem denarij in seipsum consurgit: & sic perfectam impletionem mandatorum decalogi designat. Quòd si verum est quòd obiecit, scilicet quòd illa ecclesia hæresi fuit corrupta priusquam illam acciperet:

✝ *Eijcient*

☞ 2 *Pater & mater eius.*
A Doctores ecclesiæ q quasi pater & mater fouẽt plebem. Patres autoritate, matres pietate.

b *Et verberabunt.* Nõ mirũ, si vir qui falsò accusat, iubetur cædi, & mulctam reddere: puella verò si culpabilis sit lapidari, quia p fœminã initiũ peccati, quæ virũ seduxit & dupliciter peccauit: prius in Deũ, postea in virũ: vir tantum in Deum.

c *Centum siclis, &c.* Perfectionẽ doctrinæ & sollicitudinis, quã impedat subiectæ plebi vel pœnitẽtiæ. Centenarius enim perfectus est, quinquagenarius pœnitẽtiæ consecratus.

d *Si dormierit vir cũ vxore, &c.* ✠ PROCOPIVS. Maximũ delictorũ quod in mulierem cõmittitur, adulB terium est, quod disiungit coniuges. Eadem quoq; ratio de anima quæ Deo vnita est p fidẽ & spiritum. Qui enim cum domino cõ glutinatus est, vnus spiritus est.

c *Si puellam virginẽ despon.* In hoc capitulo sicut in duob[b] præcedentibus & duobus succedentibus corpo ralem condẽnat fornicationem.

✠ THEODORETVS. Cur ijsdẽ pœnis plecti iubet eum qui desponsatã alteri corruperit, quibus adulterum? Quoniam spõ salitorum mirũ, si vir qui falsò accusat, iubetur cædi, & mulctam reddere: puella verò si culpabilis sit lapidari, quia p fœminã initiũ peccati, quæ virũ seduxit & dupliciter peccauit: prius in Deũ, postea in virũ: vir tantum in Deum.

c *Centum siclis, &c.* Perfectionẽ doctrinæ & sollicitudinis, quã impedat subiectæ plebi vel pœnitẽtiæ. Centenarius enim perfectus est, quinquagenarius pœnitẽtiæ consecratus.

d *Si dormierit vir cũ vxore, &c.* ✠ PROCOPIVS. Maximũ delictorũ quod in mulierem cõmittitur, adulB terium est, quod disiungit coniuges. Eadem quoq; ratio de anima quæ Deo vnita est p fidẽ & spiritum. Qui enim cum domino cõ glutinatus est, vnus spiritus est.

c *Si puellam virginẽ despon.* In hoc capitulo sicut in duob[b] præcedentibus & duobus succedentibus corpo ralem condẽnat fornicationem.

✠ THEODORETVS. Cur ijsdẽ pœnis plecti iubet eum qui desponsatã alteri corruperit, quibus adulterum? Quoniam spõ salitorum

†occasiones verborum

† 23.q.5.c. 1 eos. Leuit. 20. b.

† 34.q.2.c. non satis.

† affixit aut oppressit

Quæst.24.

† vir C

a ¶ De qua: Despondit enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. 2. Cor. 11.
b ¶ Deus. c ¶ Ecclesia.

a non inueni virginẽm: tollent eam pater & mater eius, & fe- 1 2
rent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui in
porta sunt, & dicet pater: Filiam meam dedi huic vxorem, 2
quam quia odit, imponit ei † nomen pessimum, vt dicat: nõ
inueni filiam tuam virginem: & ecce hæc sunt signa virgini 3
tatis filiæ meæ. Expandent vestimentum coram senioribus

a ¶ Iudicantes causam populi. b ¶ Cuius iudicio manifestantur occulta. ¶ Ecclesiam.

a ¶ Integræ fidei & operationis.

a ¶ Diuinæ legis opera, quibus probatur incorrupta.

¶ Doctores.

b ciuitatis, apprehendentque senes vrbis illius virum, & ver- 4 5
berabunt illum, condemnantes insuper centum siclis argen
ti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pes- 6
simum super virginem Israël, habebitque eam vxorem, &
non poterit dimittere omni tempore vitæ suæ. Quòd si ve- 7
rum est quod obiicit, & non est in puella inuenta virgini-
nitas, eiicient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus 8
obruent viri ciuitatis eius, & morietur: quoniam fecit nefas
in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes malũ 9
de medio tui. † Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque
morietur, id est adulter & adultera, & auferes malum de Is-
raël. † Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit 10
eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum illa, educes vtrumque ad portam
ciuitatis illius, & lapidibus obruentur. Puella, quia non clamauit, cum esset in
ciuitate: vir, quia † humiliauit vxorem proximi sui: & auferes malum de medio
tui. Si autem in agro reperit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehen-
dens concubuerit cum ea, ipse morietur solus: puella nihil patietur, nec est rea
mortis, quoniam sicut † latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animã

a ¶ Vbi cito audiretur, & liberaretur à doctoribus. b ¶ A dignitate fidei. ¶ Christi.

a ¶ Extra ecclesiam, nec in societate sanctorum susceptam. b ¶ Inter gentiles. c ¶ Animam. d ¶ Deo. ¶ Per catechismum fide imbutã. ¶ Ibidem.

a ¶ Semine errotis corrumpendo. ¶ Seductor. ¶ Anathemate punitus. b ¶ Quia seductori non potuit resistere, nec habuit doctorem qui eam adiuuaret.

f dens concubuerit cum ea, ipse morietur solus: puella nihil patietur, nec est rea
mortis, quoniam sicut † latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animã

¶ De insidijs. ¶ Spirituali gladio.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ferent secum signa virginitatis eius. *Quæ autem sint illa, postea dicetur.*

2 Ad seniores vrbis. *i. ad iudices.*

3 Expandent vestimentum corã senioribus ciuitatis. *Dicunt expositores catholici cõmuniter, q pater & mater sponsa reservabant intheum in quo eorum filia à viro suo fuerat defloratа sub sigillo autentico, vt p hoc ostenderent signa virginitatis, si vir eius vellet postea ei obijcere malitiosè, quòd eam virginem nõ inuenisset. Sed hoc videtur valde turpe, quod pannus talis expanderetur corã iudicibus. Præterea nõ est verisimile, q vir eius auderet eam falsò accusare, cũ sciret parẽtes vxoris habere testimonium prædictũ suæ virginitatis, quia erat consuetudo cõmunis sic seruare pannum secundũ istam opinionẽ, & ideo aliter exponunt Hebræi dicentes, q hæc est locutio parabolica, cum dicitur:* Expandẽt vesti. &c. *id est, per verba testiũ declarabunt, & explicabunt virginitatẽ filiæ suæ, sicut explicatur pannus. sicut Exo.xxij. de fure nocturno est locutio metaphorica, cũ dicitur: Quod si orto sole hoc, &c. sicut ibidẽ fuit expositum. Modus autẽ testificandi virginitatẽ puerat esse p matronas fide dignas, quæ ad petitionem parentũ vidissent virginẽ secretè quando debuit tradi viro: Scriptura sacra in pluribus locis habet talẽ modũ loquẽdi metaphoricũ, sicut habetur Iudicũ ix. Ierunt ligna, vt vngerent super se regem, &c. & in pluribus alijs locis.*

4 Apprehendentq; senes vrbis illum virum. *Si contigit fuerit de falsa accusatione.*

5 Et verberabunt illum. *id est facient coram se verberari. Ista tamen verberatio nõ debet excedere xl. ictũ, vt habetur infrà xxv. cap. Ex hoc etiã patet, quod vir & vxor non semper iudicabatur ad pœna, etiam in fidelitate thori, q a vir deficiens in probatione impositi criminis, nõ puniebatur secundũ legem talionis scilicet morte, sicut vxor. similiter vir poterat habere plures vxores & non econuerso, & vir poterat repudiare vxorem, & non econuerso.*

6 Quod si verũ est quod obiicit. *scilicet eam fuisse cognitam post assidationem.*

7 Eiicient eam extra fores domus patris sui. *In verecundiam parentum, qui in domo sua nutrierunt tantum malum.*

8 Et lapidibus obruent. *Ex quo patet, quòd non accusabatur de fractione virginitatis ante assidationem viri, quia tale peccatum non punitur morte, vt habetur in fine huius cap. & Exod. xxij.*

9 Si dormierit vir. *Hic agitur de adulterio post contractum matrimonium perpetrato, quòd punitur morte adulteri & adultera.*

10 Si puellam. *Hic agitur de fractione virginitatis imposita puellæ post assidationem viri, quæ tamen erat ante consummationẽ matrimonij, & sic iste casus differt à præcedenti, in eo quòd vir imponebat vxori iam ductæ culpam, eam non esse virginẽ inuentam ab eo in consummatione matrimonij, & si hoc accidat in ciuitate, vbi puella per clamorem poterat adiutorium habere & tacuit, vterque debet mori, scilicet*

✠ *puella*

MORALITER.

✝ 7 *Eijcient, &c.* S. per excõmunicationem, & si contumax fuerit, puniri debet per gladium materialem. Residuum huius capituli morale est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæst.34. ☞ a *Non poterit.* AVGVSTINVS. Meritò quæritur, vtrũ ista pœna sit, vt nõ eam possit dimittere p omne tẽpus, quam inordinatè & illicite violauit? Si enim intelligimus eam non posse, i. nõ debere dimitti p omne tẽpus, qa vxor effecta est, occurrit q. Moyses permisit dare libellũ repudij & dimittere. In his autẽ q illicitè vitiãt noluit licere; ne videatur ad ludibriũ fecisse, & potius finxisse q. pã duxerit. Hoc quoq; de illa iussit, cui vir captiuatus fuerit de virginalibus nõ inuẽtis.

b *Non.* Pater noster Christus est, cuius ecclesia vxor est, non licet homini dignitatẽ istius sponsi transferre in se, nec sponsam eius violare, vt amorẽ eius cõmutet in se ex dono virtutum vel ex prædicatione laudem suam quærendo non

†inuẽti fuerint

† reteget discooperiet Psal.103.d.

¶ Vi cogente. a ¶ Extra societatem ecclesiæ.

eius, ita & puella perpessa est. Sola erat in agro, clamauit*, & nullus affuit, qui liberaret eam. Si inuenerit ũir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehẽdens concubuerit cum illa, & † res ad iudicium venerit, dabit qui dormiuit cum ea patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & hãbebit eam vxorem, quia humiliauit illam. Non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ. Non accipiẽt homõ vxorẽ patris sui, nec † reuelabit operimentum eius.

¶ Multi enim tales repugnant. a ¶ Aliquis doctor. ¶ Discipulum.
a ¶ Cui scilicet non adest consilium ecclesiæ. b ¶ Id est sibi sociare præsumpserit.
¶ Vel ea.
¶ Deo. ¶ Perfectam pœnitentiam. a ¶ Sub cura & prouidentia sua.
¶ Maxime vbi se voto discipulus alligauit.
a ¶ Id est, non seducet animam Deo patri coniunctam. b ¶ Prædicator. c ¶ Ecclesiam.
a ¶ Christi.

* ipsa

1 2

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *puella & vir qui concubuit cum ea. si autẽ extra ciuitatẽ, vbi non poterat habere adiutorium per clamorem, solus vir debet mori: quia lex interpretatur factum in partem meliorem, s. quod puella clamauerit, & cognita fuerit per violentiam, & ex hoc habetur argumentum, quòd dubia sint in meliorem partem interpretanda.*

B

1 Si inue. *Hic reprimitur concupiscibilis quantum ad stuprum, quia agitur de puella defiorata ab aliquo antequam esset alicui assidata: & de tali determinat lex quòd vir eam deflorans debet dare patri puellæ quinquaginta siclos argenti pro iniuria sibi facta: quia puella erat in eius tutela: & cum hoc tenetur eam accipere vxorẽ, si pater puellæ voluerit sibi dare, nec postea poterit eam repudiare. Sed si pater puellæ dare noluerit, quia est potentior vel nobilior seu alia ratione, nihilominus vir ille tenebatur dare patri puellæ prædictos l. siclos, vt habetur Exod. xxij. & si non posset soluere, tenebatur ad æquiualentiam seruire seu per aliam viam satisfacere.*

2 Non. *Hic refrenatur concupiscibilis quantũ ad incestum, vt nullus accipiat in vxorem nouercam suã. q. a hoc reuertitur in verecũdiam patris, cum vir & vxor sit vna caro, & ideo vxor patris nõ debet esse subiecta filio: cum igitur vxor sit subiecta viro, secundum matrimonij legem, contra reuerentiam filij ad patrem, quã debet ei de iure naturali est quod accipiat nouercam suam in vxorem. ideo ij. Reg. xvj. d. dicitur quòd Absalom fœdauit patrem suum Dauid, ingrediendo ad concubinas eius: propter quod in detestationem huius criminis præcipiũtur interfici vir & mulier de tali crimine conuicti, Leu. xx.*

E

CAP. XXIII.

Moraliter. Matth. 11.b. ☞ a

NOn intra. Omnes qui molliter viuunt, nec virile opus perficiunt, nõ possunt pmanere in congregatione sanctorũ, nec digni sunt introitu regni cælorum, quod violentiam patitur, & violenti diripiunt illud.

Quæst.25. ✠ THEODORETVS. Sterilitas animę per hoc denotatur. Alienũ enim est à deo fructus bonorũ operũ non producere. Alioquin non solum in hominum genere, sed in pecoribus tale quidpiã admitti prohiberi, propterea quod ad multiplicationem generis creatæ sunt hæ partes genitales. Verũ sicuti sterilitatem interdicit, ita fructum malũ repellit. Non enim ingredietur in ecclesiam Dei de meretrice natus.

b *Mamzer.* Degener sensu vel moribus, vel quẽ hæreticorum prauitas in perceptione sacramentorũ degenerem fecit, vel ritus Gentilitatis aut Iudaismi maculauit. Is in ecclesiam recipietur, cùm integra fide decalogum legis secundum euangelij institutionem seruauerit, & carnalem conuersationem spiritusancto roboratus abdicauerit: vnde: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Et alibi: *Ego sum ostium: per me si quis intrat, saluabitur.*

Matth. 19.c. Iohan. 10. b.

c *Ammonites.* AVGVSTINVS. Alia editio: Nõ intrabit Ammonites & Moabites ecclesiam domini, & vsq; ad decimã generationẽ non intrabit ecclesiam domini, & vsq; in æternũ. Quomodo ergo Ruth Moabitis intrauit? Fortè mysticè prophetauit intraturam q. ait, vsque ad decimã generationem. Computantur enim generationes ab ☞ Abraham

C

F

CAP. XXIII.

¶ Qui non habet semen verbi, nec potest gignere bona opera.

a ¶ Consortium electorum.

1

ON intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis & abscisso veretro † ecclesiam domini. Non ingrediẽtur mamzer, hoc est de scorto natus in ecclesiam domini † vsque ad decimam generationem. Ammonites &

-abscisso veretro Quæst. 35. † vel cõmunitatem aut cõgregationem & cœtum

¶ Societatem sanctorum.
¶ Decalogi obseruationem. ¶ Qui de incestu nati.

Mysticè.

CAP. XXIII.

Diuisio. 1 NOn intra. *Postquam declarata sunt quæ pertinent ad ordinationem partis irascibilis & concupiscibilis: hic consequenter ponuntur ea quæ pertinent ad ordinationẽ partis rationalis: & primo attendendo ad bonũ commune, secundò ad bonum singularis personæ, ibi:* Non trades seruum. *Prima in duas, secundũ quod bonum cõmune est attendendum tempore pacis & tempore belli. Secunda ibi:* Quando egressus fueris aduersus hostes. *Circa primũ sciendum, q. bonum cõmune maximè pacis tempore ex tribus conseruatur. Primũ est si bona & honesta connubia consungantur, quia per hoc bona proles procreatur. Secundum est si personæ immundæ à diuinis elongentur. Tertiũ, si personæ viles & defectuosæ, ad honores & regimẽ populi non admittantur, & secundum hoc litera*

Bonum commune quomodo cõseruatur.

tera ista tripliciter exponitur, primo modo sic, dicunt enim Hebræi, q. per ingressum in ecclesia Dei à quo repelluntur hic aliquæ personæ & gentes, & aliquæ ad semper, & aliquæ ad tempus intelligitur cõtractus matrimony cum muliere Israelitica, a quo impediuntur impotentes ad generandum: quia non est ibi bonum prolis, & patientes defectũ natalium propter vilitatem originis. Ammonitæ & Moabitæ repelluntur ad semper propter peccatum cõtra populum Israël cõmissum, & Ægyptij & Idumæi ad tempus s. vsq; ad tertiam generationem: quia sicut dicit Ra. Sa. non peccauerunt ita grauiter contra populum Israël, sicut Ammonitæ & Moabitæ, quia fecerunt eis persecutionẽ corporalẽ, vtpote Ægyptij populum laboribus affligẽdo, & pueros in flumine demergendo, vt habetur Exod. j. d. Idumæi verò in gladio filijs Israël occurrendo. Nu. xx. c. sed Ammonitæ & Moabitæ persecuti sunt eos spiritualiter conducendo Balaam ad maledicendum eis: de cuius consilio ✠ *filij*

MORALITER.

✠ 1 *Non intra.* Per hoc significatur q. vir impotens ad generandum verbo vel exemplo filios in ecclesia Dei, ad curam animarum non debet promoueri.

2 *Non ingre.* ab hoc similiter excluditur qui defectũ natalium patitur.

3 *Ammonites & Moabites.* per ill[illos] qui quantũ potuerunt, impedierũt filios Israël ab ingressu terræ promissionis, significatur ✠ illi,

☞ Abraham quãdo fuit Lot q genuit Moabitas & Ammonitas, & A inueniuntur ab Abrahã generationes decẽ vsq; ad Salomon, qui genuit Booz maritũ Ruth. Sunt enim istæ, Abrahã, Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Esron, Arã, Aminadab, Naason, Salomon, q genuit Booz, cui Ruth in ecclesia domini peperit filios. Sed cur additũ est, & vsq; in æternũ?

a ¶ Isido. hoc est in æternum, quia denarius clausula numerorum.

an quia pòst nulla anima de Ammonitis & Moabitis intrabit in illam ecclesiã Hebreorũ? an potius ita dictũ est, & vsque ad decimã generationem, vt semp intelligi voluerit p denariũ vniuersitatẽ, & expositurus dicẽs, & vsq; in æternũ? Sed si ita est, Ruth cõtra meritũ admissa videtur. An Ammonitas prohibuit & nõ Ammonitidas, i. viros admitti, non fœminas?

B Maximè q. a cum euertissent Israëlitę illam gentẽ, oẽs viros occidere iussi sunt, fœminas autẽ non nisi eas quæ nouerãt virũ, quoniã ipse in fornicationẽ subduxerant populum. Virgines verò dimiserunt, non eis imputantes culpam qua euerti illa gens meruit, quam etiam hic cõmemorauit, quasi quæreretur: Cur Moabitas & Ammonitas admitti noluerit, subiunxit: eò q. non obuiauerint vobis cum panibus & aqua in via cum exiretis de Ægypto: & cõduxerunt aduersum te Balaam filium Beor de Mesopotamia, vt malediceret te. Has culpas nec tunc quando gens illa depugnata est, fœminis imputauerunt, quas conseruare maluerunt.

a *Moabites.* Hæreticos semp ab ecclesia esse pellẽdos significat, quasi *hæreticum hominem post vnam & alteram correctionẽ deuita.*

Ad Titũ 3.c.

✠ THEODORETVS. Quare in perpetuum vetat eos communicare cum Moabitis & Ammonitis? Primò propter infectã eorum radicem, cum ex illegitimo congressu nati sint. Deinde propter impietatẽ ad quam tentauerũt adducere Israëlitas, adorãtes vxores, & per eas ad cultum idolorũ illos venantium iusta allicientes. Cum Idumæo tamen & Ægyptio conuersari iubet, post tertiam generationem, & cum hoc tanquam cum fratre, cum illo verò tãquam benefico, tẽpore opportuno. Vrgente em fame patres nostri accedentes acceperunt ab Idumæis alimẽta. Lex igitur docet nos antiqui beneficij non obliuisci.

C b *Quia noluerũt nobis occurrere cum.* Tradunt Hebræi, q. hæ gẽtes propinquæ sibi exeuntibus de Ægypto occurrerunt cum pane tantum, cum scirent eos in deserto maximè siti laborare: & ideo huic maledictioni subiecti sunt.

D

Mysticè mundi ad veram terrã promissionis offerunt panẽ pollutum, nõ aqua sapientiæ dulcoratum: & ideo ab ecclesia alienati sunt.

✠ PROCOPIVS. Ammonitæ & Moabitæ, qui cultorũ simulacrorũ, quandiu tales permanserint, figurã sustinẽt, quæ summis viribus ac conatibus contra nos obuiã ruerunt summãq; crudelitatẽ exercuerũt. Idumæi hæreseon sunt imago, oriundi enim ex Esau erant, Israëlitisq; sanguine propinqui. Volunt verò etiã hæreticorum liberi, Christiani nũcupari. Neq; verò tanta ipsis, quanta simulacrorum cultoribus constituta est pœna. In tertia enim generatione recipiendos inquit, sicut & Ægyptios gentiles repræsentãtes, q. erga Christianos non prorsus hostiliter sunt affecti. Aduenæ, inquit, fuistis apud eos. At Moabitarum decretum in Ruth finẽ cœpit.

E

c *Vertitq;.* quia sæpe persecutio causa maioris prosperitatis est. *Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Rom. 8. c.

d *Non.* Idumæus sanguineus vel terrenus, carnẽ, cuius est terrena materia, significat. Ægyptius, i. tenebrosus, corpus morbidũ. Carnẽ nostram non debemus abominari, sed fouere & necessaria illi præbere, curã tamen eius in desideriis non facere. Frater, inquit, tuus est, quia ex carne fumus & anima. Ægyptiũ, i. corpus non abominemur, in cuius terra aduenæ fuimus. Anima enim quæ cælestẽ habet originẽ, quasi aduena moratur in corpore. vnde Apostolus: *Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino.* Qui nati fuerint ex eis, &c. i. p aulatim fient spirituales. Rom 13. d. 2. Cor. 5. d.

Non. Per Idumæum & Ægyptium significatur præsens vita, cui quamuis renuntiantes Ægyptiam terram, i. conuersationem pristinam & concupiscentiam mundi declinemus dum tamen huius mundi necessitatibus subdimur, non omnino Ægyptiam nationem extinguimus, sed quodammodo separati quotidiano victu & vestitu contenti sumus, tertia generatione in ecclesiam intrabunt, quia secularis potest sanctis Dei cõiungi, cum perfectè in patrem & filium & spiritum sanctum crediderit: vel cum spe fide & charitate ornatus fuerit. Mysticè. F

a *Quando.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *filij Israël inducti sunt ad luxuriam & idololatriam. Assignatur etiam alia ratio in litera s. q. Idumæi descenderunt de Esau: qui fuit frater Iacob, a quo descenderunt Israelitæ: & sic Israëlitæ & Idumæi erant quodãmodo fratres & hoc est quod dicitur: Quia frater tuus est. Similiter Ægyptij receperunt filios Israel in terra sua tẽpore famis: & fuerunt ibi cõseruati sub prouidentia Ioseph, & hoc est quod dicitur: Aduena fuisti, &c. & ideo Iumæi & Ægyptij citius admittebãtur ad cõtrahendũ matrimoniũ & secũdũ hanc sẽtẽtiã, patet litera hoc exce.*

1 Quia occur, &c. *quod videtur cõtrarium ei quod dictũ est supra xj. cap. q. licet Moabitæ non cõcessissent eis transitũ per terram suam, tamen in confinio terræ suæ portauerunt eis alimenta venalia. Ad hoc respondent Hebræi, q. viri non portauerunt talia, remanentes in ciuitatibus armati ad custodiã terræ, sed mulieres tantũ: & propter hoc viri fuerunt repulsi à matrimonio p dicto, non autẽ mulieres. vnde & Ruth Moabitis fuit vxor viri Israelitæ & ideo dicitur hic Ammonites & Moabites, quæ sunt nomina masculini generis & non fœminini. Secundo modo exponitur ab aliquibus doctoribus catholicis quod per ingressum ecclesiæ dei, à quo persona supradicta excluduntur, intelligitur ingressus atry, in quo homines mundi orabant in Ierusalem prope templum, à cuius ingressu arcebantur personæ prædictæ tanquam immundæ rationibus prædictis & c. exponantur sicut prius. Tertio modo exponitur*

Quare Moabitę prohibiti ab ecclesia.

Excluſi à cultu diuino.

MORALITER.

✠ illi, qui deuotos quãtum possunt, impediunt ab ingressu religionis, & ingressos per se & per alios impedire nituntur ab actu professionis, & tales priuari merentur ab ingressu patriæ cælestis.

† *Non.* Hoc verbum dicitur filiis Israël, per quos intelliguntur homines literati, qui nõ debent despicere simplices Christianos circa terrena occupatos: propter quod significantur p Idumæos qui terreni interpretantur, & ratio dicti subditur cum dicitur:

† *Quia.* i. regeneratus ex Christo & ecclesia, sicut & tu qui es literatus.

† *Nec.* Per Ægyptium qui tenebrosus interpretatur, peccator significatur, quem iustus non debet abominari, quia fuit aduena in eius terra, i. peccator, sicut ipse j. Iohan. b. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seduc. & ve. &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Cor. 9. d. A b *S. Augustinus.* Multa ponit lex in sacramentis & umbris futurorum. Quædam enim in semine materialis informitas, quæ formata corpus hominis redditura est, in significatione posita est vitæ informis & inexcusite, à qua informitate oportet hominẽ doctrinæ forma & eruditione mundari. ideo illa purificatio præcepta est post seminis effusionẽ. nec enim in somnis peccatũ fit: aut si hoc qs peccatum putat, nõ arbitrãs accidere nisi huiusmodi desiderio, qđ falsum est, nũquid & solita mẽsium peccata sunt fœminarum, quas lex pcipit expiari, nõ nisi ꝓpter ipsam materiale informitatem, quę facto concepto tanquã in ædificationem corporis addit. Ac per hoc cum

Lib. de bono coniugali cap. 20. tom. 6.

B informiter fluit, significari lex voluit animum sine disciplinæ forma indecenter fluidũ ac dissolutũ: quem formandum significat, cum fluxum purificari imperat. Postremò mori peccatũ non est, & mortuũ sepelire humanitatis officium est, & tamen purificatio mandata est, non quia corpus mortuum peccatum est, sed significat peccatum animæ à iustitia desertæ.

Rom. 7. b. Mystice. Gregorius. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pol. &c. Nocturnũ somnium tentatio occulta, qua tenebrosa cogitatione turpe aliquid concipitur, sed opere non expletur. Nocturno somnio pollutus extra castra egreditur, vt qui cogitatione pollꝰ itur indignum se societate fidelium arbitretur, & bonorum se cõparatione despiciat. Ad vesperũ lauatur aqua, cum defectũ suum conspiciẽs, ad lamenta pœnitẽtiæ cõuertitur, vt fletibꝰ deleat quod occulta inquinatio accusat. Sed post occasum solis redeat ad castra, i. deseruescẽte coloris ardore fiduciã erga bonorũ societatẽ sumat, & ad fidelium merita reparetur præsumenda.

Mystice. Moral. 40.

c *Habebis.* Corporalẽ enim mũditiam diligit Deus: ideo præcepit nihil fœdũ remanere in castris. Mysticè. Gregorius. *Habebis locum*, &c. Naturæ corruptibilis pondere grauatæ à nostræ mẽtis vtero quædã cogitationũ superflua quasi ventris grauamẽ erumpunt. Sed portare sub baltheo paxillũ debemus, vt ad reprehendendos nosmetipsos semper accincti acutum circa nos stimulum

Lib 31. Mor. cap 24.

C

¶ Dæmones.

a ecclesiam domini. Quando egressus fueris aduersus hostes 1

a ¶ Nociua.

b tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. Si fuerit inter 2

a ¶ Occulta tentatione. ¶ Tenebrosa cogitatione. b ¶ Consentiendo. c ¶ Societate fidelium se indignum iudicans.

vos homo qui nocturnõ pollutus sit somnio, egredietur ex- 3

a ¶ Superato scilicet feruore tentationis.

tra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur

¶ Lachrymarum. a ¶ Pœnitentiæ. b ¶ Tentatione deferuescente. c ¶ Fidelium consortia.

c aquã, & post solis occasum regredietur in castrã. Habebis 4

a ¶ Confessionem in qua compungaris. b ¶ Sanctorum.

locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ,

a ¶ Acutum compunctionis stimulum. b ¶ Cordis compunctione vel memoria castitatis.

d gerens pãxillum † in baltheo. Cumq; sederis, fodies per cir-

a ¶ Ne appareat ante oculos Dei.

e cumitum, & egesta humo operies quo reuelatus es. Dominꝰ 5

a ¶ Ecclesiæ quæ est vt castrorum acies ordinata.

enim deus tuus ambulat in medio castrorum*, vt eruat te &

a ¶ Visibiles vel inuisibiles.

tradat tibi inimicos tuos, & sint castra tua sancta, & nihil in

a ¶ A seruitute diaboli vel peccati fugientem.

f eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. Nõ trades seruum 6

¶ Cyrillvs. In hoc munditiarum studio latet admonitio, esse nullum non genus sordiũ abijciendum si de hostibus victoriã sperare velimꝰ. Præterea quàm infirma hominum natura, ita vt facilè aberret, inhabitat enim membris nostris peccati lex, primùm ab oculis procul aliorũ secedat aberrans, deinde bonis operibus peccata

Ex cathena Græca.

ad requisita naturę ad didit interpres explicãdæ rei gratia.

† tuorum

E contegat, fœtorem delicti fragrantia rectè factorum opprimẽs, ita in castra sanctorum redire poterit. Quod si clauum in zona id est, in mente instructa crucem Christi gestauerit, fœlicius succedet. Sepelienda igitur omnis immunditia, si cum domino volumus esse in castris quæ sancta dicuntur.

d *In.* Baltheo enim renes accinguntur, ideo per baltheum malę voluntatis contritio designatur vnde Iob: *Baltheum regum dissoluit, & præcinxit fune renes eorum.* Iob 2. c.

e *Operies.* Terrena fragilitate considerata, sordes debemus operire.

Quæst. 36.

f *Non.* Augustinvs. Lxx. *Non trades puerum domino suo qui appositus est tibi à domino suo.* Non quòd dominus eum apposuerit, i. commendauerit, quia depositum diceret, sed appositum dixit, i. adiunctum huic, cùm ab illo discessisset. Reddi ergo prohibuit fugitiuos, non suscipi. Quomodo hoc putari potest nisi gentibus & populo intelligamus ista dici, non vni homini? Ex alia vtique gente refugientem ad hanc cui loquebatur, à domino suo, i. à rege suo, reddi prohibuit, quod alienigena Achis rex Geth seruauit, quãdo ad eum fugit Dauid à facie domini sui, i. regis Saul. Hoc explanat dicens: In vobis habitabit in omni loco vbi placuerit ei.

1. Reg. 27. a.

☞ ✲Proco F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Quando. *Hic consequenter ordinatur rationaliter attendendo ad bonum commune tempore belli, quod quidem bonum consistit primò in munditia spirituali, quia quando mundè seruiebant deo, dabatur eis victoria. & ideo dicitur hic:* Quando. *i. ab omni peccato ne veniat super te diuina offensio, & cadas coram inimicis tuis gladio. secundò requiritur munditia corporalis, ideo subditur:*

2 Si fuerit. *In somno enim non est immunditia spiritualis, licet possit esse in vigilia præcedenti vel subsequenti, tamen ibi semper est immunditia corporalis, quam comitatur depressio mentis. ideo subditur:*

3 Egredietur. *Sideitatis & Leuitarum quæ erant in medio exercitus. non tamen oportebat egredi castra cõmunis populi, prout dictum fuit in simili Nu. v. & idem intelligendũ de aliis immunditijs, quæ quandã irregularitatem faciunt, vt dictum fuit ibidem, sed ponitur hic ista immunditia pro exemplo, quia frequẽter accidit. Quod autẽ subditur:*

4 Habe. *intelligitur etiã de castris cõmunis populi: quæ si tales immũditia fierent intra castra populi, corrumperetur aer ex fœtore, & sequeretur infirmitas, & mortalitas in populo. Item quia arca cum sacerdotibus & Leuitis erat in castris, non erat decens, quod talis fœtor esset ibi, ibi, & hoc est quod subditur:*

5 Dominus enim Deus, &c. *quia ibi erat per specialem cultum sacerdotum & Leuitarum, qui tenebantur exire cum populo ad exercitum licet non omnes. sed aliqui eorum.*

Diuisio.

6 Non trades. *Hic consequenter ordinatur pars rationalis attendẽdo ad bonum singularis personæ. Et diuiditur in tres partes, secundum tria quæ sunt de dictamine rationis, s. vt legalitas seruetur ad omnes, pietas ad pauperes, & seueritas ad rebelles. secunda incipit ibi:* Cùm repetes à proximo tuo. *circa medium xxiiij. cap. tertia in principio xxv. cap. Adhuc prima in duas. secundum quod legalitas duo reseruit. s. operationes & punitiones. secunda incipit xxiij. cap. ibi: Si deprehensus. Prima in duas, secundum duo ad quæ ordinatur legalis operatio. s. ad vitam politicam & domesticam. secunda incipit in principio xxiij. cap. Adhuc prima in duas secundum duo quæ reseruit vita politica. s. cap. Adhuc prima in duas secundum duo quæ reseruit vita politica. s. vrbanitatem & fidelitatem. Secunda ibi:* Cum votum voueris, &c. *vrbanitatem & fidelitatem. Secunda ibi:* Cum votum voueris, &c. *Circa primum sciendum, quod homo viuit vrbanè & conuenienter, primò quando compatienter se habet ad afflictum, & quantum ad hoc dicitur:* Non trades. *& intelligitur quando quæritur à domino ad occidendum seu mutilandũ seu aliter indebitè affligendum. ideo subditur:*

✲ 1 Habita

MORALITER.

✲ 2 *Si fuerit.* Ex quo inolouit consuetudo, ꝙ sic polluti non celebrant vel cõmunicant in crastino, nisi necessitas vel diei solennitas recompenset, vel probabiliter credatur quod à diabolo talis pollutio procuretur, vt à polluto fructus eucharistiæ subtrahatur. Vnde legitur in collationibus patrum, quod quidam semper in diebus solemnibus quibus alij communicabant, talem pollutionem lutionem communiter patiebatur, & senes præceperunt ꝙ communicaret, sicut alij, sic cessauit illa machinatio diaboli.

6 *Non trades ser. domino suo.* Per seruum significatur peccator, de quo dicitur Iohan. viij. d. *Qui facit peccatum seruus est peccati.* Qui per pœnitentiam & spem veniæ confugit ad confessorem, qui debet eum ita charitatiuè tractare, & discretè, quod non det ei occasionem recidiuandi in culpam.

✲ 7 *Ingref.*

☞ ✲Procopivs. In prouerbijs item inquit, Ne tradas seruũ A in manus domini, ne fortè excretur te, & pessum eas. Arguit verò illud ne tradas, immanitatem, quæ imprimis symulacrorum cultoribus est adiuncta. Nam de vicinis gentibus sermo est, quibus seruum necare, etiam nihil reputabatur. Cæterùm Hebræos lex de humanitate admonuit, qua pcipitur ne iumẽtum quoque in itinere negligatur. Verùm bona fide, inquit, fratri tuo restituas. Quãtò verò magis famulum, quando herum iram suam deposuisse certum est.

Quæst. 37. Fornicari omnib⁹ prohibitum.

a *Non.* Augvstinvs. Lxx. *Non erit meretrix à filiabus Israël, & non erit fornicans à filijs Israël.* Manifestè prohibet viros & fœminas fornicari, etiã cum nõ alienis cõiugibus, peccatum esse de monstrans misceri nõ coniugibus suis, quãdo & meretrices esse, & ad eas prohibet accedere, quarũ publice venalis est turpitudo. In decalogo autẽ nomine mœchiæ nõ videtur hoc aperte prohibuisse, quæ nõ nisi adulteriũ intelligi solet. vnde qd nobis videret, ibi tractauimꝰ.

Spiritualiter innuit, quia non licet animæ Christianæ erroribus hæreticorũ se miscere, & filium Dei impudicitiæ, & libidini non licet se tradere.

† Ecclę. 5. a. Batuch 6. d.

* ãte

B

Lib. 2. quæstionũ super Exod. q. 71.

† De ele. c. venerabilẽ. in prin.

Quæst. 38. Canis cõmutatio prohibetur.

a ¶ Diabolo vel peccato. b ¶ Fidem veniens vel pœnitẽs. c ¶ Sub munimine fidei. d ¶ Ecclesia vel ¶ Respuendo vel in desperationem mittendo. sub quocunque ordine fidelium.

dõmino suo, qui ad tẽ confugerit. Habitabit tecum in loco, 1

a ¶ Ecclesiarum vel conuersationum. b ¶ In pace ecclesiæ. c ¶ Quia magis fouendus est ne desperet.

qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarũ requiescet: † ne cõn- 2

a ¶ Fornicationi hæreticorum iuncta. b ¶ Animabus quæ sunt templum Dei viui. c ¶ Vnde fugite fornicationem.

a tristes eum. Non erit mẽretrix de filiabus Israël, neq; scórta- 3

a ¶ Quia deo adoptati sunt. b ¶ Moraliter ostendit sicut abominatio est merces prostibuli sic & donum rapacitatis.

b tor dẽ filijs Israël. Nõ offeres mercedẽ prostibũli, nec pre- 4

c tiũ canis in domo domini Dei tui, quicquid illud est quod vouerint: quia abominatio est vtrumque apud dominum

¶ Mercedem cupiens. ¶ Catholico. ¶ Iudæo. ¶ Verbi Dei.

d Deum tuum. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniã, 5

e nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Fratri autẽ tuo absq; vsura id quo indiget, cõmodabis, vt benedicat tibi dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam

a ¶ Vouete & reddite domino Deo vestro. Psalm. 75. b.

ingredieris possidendam. † Cùm votum vouẽris domino 6

¶ Quasi debitum.

f Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dominus

¶ Reddere. ¶ Ipsa mora.

Deus tuus* & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri, absq; peccato eris: Quod autem semel 7

egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promisi

¶ Libero iure teneris.

sti domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus

a ¶ Scripturam sacram, vel ecclesiam catholicam. b ¶ Christi. c ¶ Necessitati consulit, auaritiam prohibet. d ¶ Incarnationem Christi credẽs sacramentis eius participa.

g es. † Ingressus vineam proximi tui cõmede vuas quantum 8

repetere.

✲ Cyrillvs. Hoc fieri poterat, si meretricibus data sit ouis aut hœdus pro mercede, aut si quis pro cane acceperit agnũ. c *Pretium.* Canis rapacis. Dona iniquorũ non probat altissimus. *Qui offert sacrificium ex substãtia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris.*

D Ex cathena Græca. Eccle. 34. c.

d *Non fœnera.* Vsurã & auaritiã remouet, & charitatẽ impendere iubet.

Est pecunia, quæ ad vsurã dari prohibet quia vitiũ cupiditatis est exigere vel quod cognoscis te nõ cõmodasse. Hanc dominus habuit, & inde pauperibus erogãdã tradidit, & nos ad liberalitatẽ largitatis inuitauit. Altera est quam ad vsuram dare debemus. vnde: *Non oportuit te pecuniam committere numularijs, vt ego veniẽs exigerem quod meum est cum vsura?*

Dare pecuniam ad vsu ram prohibetur. † non vim inferes ei

Matth. 25. c.

✲ Procopivs. Excitat tandem eos, ac manu adducit quo dammodo ad expensarum liberalitatem tam erga domesticos quam peregrinos, quãuis apud vtrosq; diuersam. Nondum enim huius vocis capaces erant, *omni abs te petenti da, & ab eo qui res tuas abstulerit, noli*

E

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Habitabit. *s. quousq; quiescat ira domini sui, & tunc reddẽdus est ei cum sit res domini sui sicut & aliæ res sunt restituendæ. Secundò quando ad seipsum se habet mundè & decẽter, & hoc notatur cum dicitur:* Non erit meretrix de filiabus Israël, &c. *Tertiò quãdo ad Deũ se habet reuerenter, & quantum ad hoc subditur:*

2 Non offe. *quia est quid vile, & propter hoc vocatur turpe lucrum: & ideò talia offerre domino maximè in publico pertinet ad Dei irreuerentiam. potest tamen de hoc fieri eleemosyna.*

Pretium canis.

3 Nec pretium. *Dicit autẽ Iosephus, ꝙ hoc intelligitur de pretio quod accipiebatur ab illis qui locabant canes venaticos, & custodes ouiũ ad impregnationẽ caniculariũ, quod prohibetur offerri, eò quod erat turpe lucrũ, sicut & de meretricio dictũ est. Alij autẽ exponunt de primogenito canis, quia primogenita animaliũ immundorũ inter quæ est canis, nõ poterant offerri: redimebantur tamẽ quinq; siclis, vt habetur Num. xviij. & dabatur sacerdoti, sed pro primogenito canis nõ dabantur propter vilitatẽ huius animalis, ita ꝙ hic excipitur redẽptio primogeniti canis à redemptione aliorũ. Quid autẽ fiebat de primogenito canis nõ redẽpto hic non exprimitur: videtur tamẽ probabile, ꝙ interficiebatur, sicut de primogenito asini dicitur, Exod. xiij. quando non redimebatur.*

Quartò quando ad proximum se habet liberaliter, & quantum ad hoc subditur:

4 Nec fœne. sed alieno. *Istud est permissio nõ liciti, sed minus mali ad euitandum maius. sine fratres suos Iudæos grauarent vsuris.*

5 Cum vo. *Hic consequenter ordinatur rationale in vita politica, prout reseruat fidelitatẽ, qua primo & principaliter habenda est ad Deum, & hoc notatur cum dicitur:* Cum vo. *Ad fidelitatem autẽ hominis ad Deum requiritur, ꝙ adimpleat quod ei promisit. sed quia votum non est de bono necessario ad salutẽ, sed de bono supererogationis subditur:*

6 Si nolueris. *quia non tenetur ad istud bonum nisi ratione voti. secundò habenda est fidelitas ad proximum. ideo subditur:*

7 Ingref. vi. proxi. *quod intelligitur de eo qui ingreditur vineam aut segetem proximi sui ad operandum, vt dicit Ra. Sa. & ideo ei conceditur de fructibus comedere, non tamen ad domum suam portare: quia hoc esset infideliter agere secundum expositores nostros. Intelligitur etiã de aliis, quia intentio legis erat inducere Hebræos ad amicabilem communicationem rerum suarum adinuicem, & ideo lex concessit in talibus esum, & prohibuit excessum. s. deportationem extrà. quia hoc ad infidelitatem & cupiditatem pertinet.*

✲CAP.

MORALITER.

✲ 7 *Ingref.* Per vineam intelligitur ecclesia: Esa. v. b. *Vinea domini ex. do. Israel est.* Igitur intrans ecclesiam alterius & saluti animarum consulens prædicando & confessiones audiendo ibidẽ vuas comedit: nam etiam sibi proficit: sed extrà portat qui hoc sine licentia curati vel superioris prælati facere præsumit. Quod autem ibidem subditur de messe, idem significat sub alio nomine.

Lib. 1. stromat.

Universidad de Deusto

Forus. extra ecclesiā hanc gratiā esserre non licet, quia in vna domo carnes agni edi iubentur.

Lib.1.inibentero. cap.26.

✠ Rvpertvs. Vinea ecclesia est, quā ingressus per fidē comede vuas quantum placuerit, foras verò ne efferas, id est, opera bona quantacunq; potes, corde bono & animo volenti, nihil autē quasi ad oculos hominū. Qui enim lucem suam lucere facit coram hominibus, vt videant opera eius bona, intus vuas comedit, & primo nequaquam damnosus existit. Qui autē fecerit iustitiā coram hominibus, vt videatur ab eis, vuas profecto foras extulit, & amici gratiam læsit.

Nota vtilitatem scripturarum.

b *Si intraueris.* Sunt quædā loca scripturæ quæ historialiter fidem imbuunt, quædam moraliter sanctā cōuersationē instruūt: quædā non secundum historiā, sed secundum allegoriam veneranda mysteria ostendunt. Cautē ergo in segetē proximi intrandum est, vt discernēdo carpas cibum, non præcipitandum succisa messis incurras iudicium.

a ¶ Meditando.

Deu.in vltimo dicit hoc ponere.

a tibi placuerit, † foras autem ne efferas tecum. Si intrāueris

b a ¶ Legem. b ¶ Christi qui verus amicus. c ¶ Rigorem literæ exponendo ad spiritalem sensum redigens. d ¶ In alienum sensum non transferes.

c segetem amici tui frangēs spicas, † & manu conteres, falce autem non metes.

c *Falce autem.*

✠ Procopivs. Illud enim nō necessitati facere, verūm auaritiā exercere est. Cæterūm hoc falce demetere sibi volle aiunt, quod expromptæ magistrorum voces literis mandandæ non sint, tanquam quæ præmeditationis maturitate carent, hinc enim damnum ad legentes fratres redit.

† manu tua

CAP. XXIIII.

a *Si acceperit.* Rabanvs. Homo vxorē accepit, cum terrenæ actionis curā suscipit. Fœditatem agnoscit, cum pollutā esse p peccata sentit. Dimittit eā de domo sua, i. morem eius abijcit à mente sua. Egressa alterū accipit, quia terrenam actionē quam deseruit alius concupiscit. Ipsi quoque in odiū venit & eam vtiliter dimittit. vnde bene sequit. *Si dimiserit eā aut mortuus fuerit &c.* quisq; terrenā curā aut dimittit aut moritur, i. aut non ex animo succūbit, aut peā funditus in animæ vita succumbit. Siue ergo sequens maritus dimiserit, siue mortuus fuerit prior nō recipiet eam in vxorē, qa polluta est, vt scilicet q semel terrenam curam reliquit, ad eam vltrà non redeat, quam ipse proprio iudicio polluit, qui prius deseruit, quia pollutam cognouit.

Mysticè.

Mysticè. *Si acceperit homo vxorem &c.* Christus vxorē sibi accepit, cum synagogā sibi copulauit, quā legem tribuendo in iudicio & iustitia & misericordia desponsauit, sed illa non inuenit gratiā propter incredulitatē & idololatiæ fœditatē. Scripsit enim libellū repudij, i. euāgelij, in quo declaratur quam indigna fuerit spiritalis cōsortij cum Christū crucifigendū tradidit, Barrabam elegit. Datus est in manus eius libellus repudij cum potestas data est crucifigēdi. Ideo de domo, i. ecclesia, ejecta est. vnde: *Multi venient ab oriente & occidēte & recumbent cum Abrahā, &c.* Quod autē sequitur: Cumq; egressa alterum, &c. significat, quod licet Apostoli post passionē & resurrectionē Christi eam ad fidem & pœnitentiā prouocauerint, & spiritalibus nuptijs copulare voluerint, tanquā indigna & errore polluta abominabilis permāsit. vnde: *Vobis oportebat primū loqui verbū Dei, sed quoniam &c.*

Matth. 8.b.

CAP. XXIIII.

a ¶ Quiūber. b ¶ Terrenæ actionis curam.

a †I acceperit homō vxorem, & † habuerit

a ¶ Quia terrena actio prius quam habeatur, fortiter amatur antequam fœda cognoscatur.

† Matth.5.c. & 19.b.

b eam, & non inuēnerit gratiam ante oculos

a ¶ Peccatum quod cognoscit in ea.

eius propter aliquam fœditatē, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, &

¶ Id est abiiciet amorem eius à mente.

a ¶ Quia terrenam actionem, quam prius deserit, alius concupiscit.

dimittet eam de domo sua. Cumq; egressa alterum maritum

a ¶ Non ex animo succumbendo ei. b ¶ In anima succumbendo ei.

duxerit, & ille quoq; oderit eam, dederitq; ei libellum repu

a Ipsius iudicio, quia eam quasi pollutam prius dimisit.

dij, & dimiserit de domo sua vel certè mortuus fuerit, non

a poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta

vir eius vixerit: quo mortuo soluta est. Vir quoq; si dimiserit, aliā non ducat. Si autē nec illi nubere, nec huic licet alteram ducere viua vxore quā dimisit, multò minus licet cū qualibet fœrtari. Beatiora sanè cōiugia, q̄ siue filijs procreandis siue tertena prolē cōtēpta, pari cōsensu cōtinentiā seruare possunt. Nec illud est cōtrā, q̄ dns cōiugē dimitti vetat. Nō em̄ dimittit, q cū ea nō carnaliter sed spūaliter viuit, vt q habēt vxores, sint quasi nō habētes.

1.Cor.7.c.

b *Scribet.* Ad duritiam cordis vestri scripsit Moyses præceptum

E

istud, malens s. indulgere dissidium quàm cōmitti homicidium.

A ✠ Procopivs. Quamlibet ob causam vxorem abdicare præcipit, quem vtiq; Iudæorū dementia ac insania non latuit, ac cauit ne ipsam occideret, seq; vna iret perditū. Alioqui enim Dei sententia hæc non est, qui primitus marem & fœminam fecit, iuxta Seruatoris dictū. Illud quoq; apud Ieremiā secundum legem est: *Si abdicauerit maritus vxorē suam, & discesserit ab ea ac ipsa duxerit alium virum, nūquam ad eum reuertetur amplius.*

Ieremi.3.

†supra 20.b.

a *Ne peccare.* Polluit terrā suā, qui concupiscentijs carnalibus inquinat corpus suū. Ideo necesse est ambitionem præsentis vitæ citius domari, ne va-

† immunis erit in domo sua

Luc.9.g.

leat dominari. Et cum terrena actio semel fuerit repulsa, non est repetenda: ne post tergum respiciat, qui in aratro manū posuerat.

b *Cum ac.* quasi quicunq; carnalibus desideriis se obligat ad regimen ecclesiæ, & ad spiritalem militiā se non habilē esse cognoscat. Quia *nemo militans deo implicat se secularibus negotijs, vt ei placeat, cui se probauit.* vnde: *Nemini cito manum imposueris.*

B

2.Tim.2.a.

✠ Procopivs. Cauet enim ne in pugna nullo relicto post se semine, cadat. Miseret verò eum vxoris & spōsæ & viduæ vnā futuræ. Ita qui virtuti studere inchoauit, pro ea statim dicertare non est idoneus. Nondum enim ad sapientiæ vestigium euectus

C falsa discutere potest dogmata. Porrò etiā eos qui ad fidem nuper per accesserunt, cōmunicationem persecutionum captare non est necesse neque vtile, ne in pietatem cum qua consuetudinem habere statuerunt, impingant.

D

c *Non accipies.* ✠ Cyrillvs. His instrumentis omnia alia cōplectitur, sine quibus vita pauperis hominis sustineri non potest, transferantur.

Ex cathena Græca.

Loco ergo pignoris 1.Tim.5.a. mola superior aut inferior nō tollatur, qa qui prædicat peccatori tanta dispensatione prædicare debet, vt nō relicta spe timoré sub trahat, nec subtracta spe timoré relinquat.

†oneris mōlitatis iniungetæ

E

Isidorvs. Tollit molā superiorē, q peccatum flenti dicit: Nō habebis veniā de cōmissis. Tollit inferiorē qui peccatū palpando dicit: age mala quantū vis: deus pius est & ad veniam paratus, vtiliter vtraq; mola habetur, si spes sit cum emendante formidine, & formido cum spe.

† cum ipsis esca omni animæ

Gregorivs. *Non accipies loco pignoris inferio. &c.* accipere aliquādo auferre dicimus: vnde aues quę alias rapiunt, accipitres vocamus. vnde: Si quis deuorat, si qs accipit, i. rapit. Pignus debitoris, cōfessio peccatoris, hoc accipitur, cum à peccatore peccati cōfessio tenetur. Superior & inferior mola, spes & timor, spes ad alta subuehit, timor autē cor inferius premit. Vna mola sine altera inutiliter habetur. Peccatoris ergo in pectore semper debent spes & formido coniungi, quia incassum misericordiā sperat, si

Lib.33.Moral cap.16. 2.Cor.11.d.

F

iustitiam

a est, & abominabilis facta est coram domino: ne peccare facias terram tuam, quam dominus Deus tuus tibi tradiderit

¶ Vel pollui.

¶ Carnalem delectationem.

b possidendam. † Cum acceperit homo nuper vxorem, non

¶ Contra dæmones. ¶ Ecclesiasticæ curæ.

procedet ad bellum, nec ei quippiam † necessitatis iniungetur publicè, sed † vacabit absq; culpa domui suæ, vt vno an-

a ¶ Quam incurrisset si ecclesiam regendam susceperet.

a ¶ Auferes. b ¶ Confessionis peccatoris, quæ est pignus emendationis.

no lætetur cum vxore sua. Non accipies loco pignoris infe-

a ¶ Timorem qui quasi pigra mola iacet immobilis. b ¶ Apem quæ mira celeritate volitat & acceptas fruges ad vsum hominum molit & minuit.

riorem & superiorem molam, quia † animam suam appando dicit: age mala quantū vis: deus pius est & ad veniam paratus, vtiliter vtraq; mola habetur, si spes sit cum emendante formidine, & formido cum spe.

1 2 3 4 † immunis erit in domo sua Luc.9.g. 5 † oneris mōlitatis iniungetæ E † cum ipsis esca omni animæ

Gregorivs. *Non accipies loco pignoris inferio. &c.* accipere aliquādo auferre dicimus: vnde aues quę alias rapiunt, accipitres vocamus. vnde: Si quis deuorat, si qs accipit, i. rapit. Pignus debitoris, cōfessio peccatoris, hoc accipitur, cum à peccatore peccati cōfessio tenetur. Superior & inferior mola, spes & timor, spes ad alta subuehit, timor autē cor inferius premit. Vna mola sine altera inutiliter habetur. Peccatoris ergo in pectore semper debent spes & formido coniungi, quia incassum misericordiā sperat, si

Lib.33.Moral cap.16. 2.Cor.11.d.

F

iustitiam

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XXIIII.

Diuisio.

1 Si acceperit ho. *Hic ordinatur rationalis in vita domestica: quæ maximè consistit in cohabitatione viri cum vxore, & quia contrariorum eadē est disciplina, ideo primò agitur de separatione viri ab vxore secundò de cohabitatione, ibi:* Cum acceperit homo. *tertiò de necessaria supellectilis pacifica possessione, ibi:* Non accipies. *Circa primū sciendū, quòd in veteri lege plures erant causæ, propter quas homo poterat dimittere vxorē, saluator autē vnam solam ponit s. fornicationem Matth. v. licet enim hic odiū dicatur, causa dimissionis, veritatem quia vxor non habetur odio nisi propter aliquam aliam causam, ideo reducenda est talis dimissio in aliam causam viteriorē, q̄ potest esse multiplex, ideo dixerunt aliqui, q causa propter quas poterat dimitti vxor, erant fœditates in corpore puta infirmitas vel aliqua macula notabilis in corpore vel in anima sicut fornicatio occulta vel aliquid huiusmodi, quòd in moribus deformitatem facit, & hoc est quod dicitur in litera:*

2 Propter. *s. in corpore vel in moribus. In Heb. autem habetur: Propter rem turpem: & eodē modo potest intelligi. Alij autem restringunt has causas satis probabiliter dicentes, quòd non poterat vir repudiare vxorem, nisi propter aliquā causam post matrimonium superuenientem, nec etiam propter quamlibet talem sed propter illas solas, quæ possunt bonum prolis impedire, vel in corpore, vt sterilitas, lepra, morbus caducus & similia. Vel in anima, vt si vxor esset malorū morum, quos & filij & filiæ ex conuersatione cum matre imitarentur.*

Fornicatio repudij.

3 Scribet. *Licet repudiatio non esset inuncta, sed tantum permissa, conscripto tamen libelli repudiandis erat inuncta, ad hoc vt mulier libere posset alteri nubere si vellet. vnde dicit Iosephus, quòd forma illius libelli talis erat, promitto tibi, quòd nunquam tecum conueniam. Alij autem dicunt quòd in libello erat scripta causa repudij sed hoc nō videtur rationabiliter dictum, quia aliquando causa erat occulta, vt potè fornicatio sui mariti nota, & ideo si hanc causam vel consimilem in libello scriberet, eam diffamaret, publicando peccatum occultum, propterea in litera dicitur, quòd iste libellus in manu mulieris repudiata dabatur: & ideo non est verisimile, quòd ibi aliquid expressè contineretur, quod esset in diffamationem mulieris. Sed magis hoc præceptum de libelli datione videtur fuisse datum in fauorem mulieris repudiatæ. Nam dabatur ad hoc, vt posset alteri nubere, vt dictum est, & ne maritus posset eam inuoluntariam ad se reuocare, & sic esset minus pronus ad repudiandum ipsam à principio.*

✠ 1 Ne

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ne pecca. *s. habitantes in terra tua, quia si mulier bis repudiata iterum nuberet alteri, vel marito priori: propter præcedentia tanquā abominabilis posset de facili a marito interfici. Ad maiorem intellectū eorum quæ dicta sunt hic quæritur vtrum repudiatio vxoris esset licita*

An repudiū licitum.

in veteri lege? Dicendum q̄ sic, in casu formicationis: & ideo in hoc cōueniunt omnes, loquendo saltem de repudio quantum ad thorū. In alijs etiam casibus dicunt aliqui, q̄ erat licita ex dispensatione legis, sicut habere plures vxores, sicut enim vnitas vxoris est de dictamine naturæ, sic & inseparabilitas, & ideo sicut illud fuit licitum, quia Abrahā & Iacob non peccauerunt, nec etiam Dauid, qui post legem habuit plures vxores, sic nec repudiantes peccabant. Item lex vetus etsi non conferebat gratiam, tamen peccatum ostendebat secundum omnes doctō. Si igitur repudium esset illicitum, ostensum fuisset per legem, quod non fuit factum, quia magis concedit, vt videtur hic, cum dicitur: Scribet li. &c. Aut per prophetas, quod non videtur etiam: quia Malach. y. d. dicitur: Si odio habueris eam, dimitte eā. *Item dicit Chryso. q̄ sicut Apostoli permiserunt secundas nuptias, sic Moyses libellum repudij, secundas autem nuptiæ sunt licitæ, ergo, &c. Sed hoc videtur esse contra dictum saluatoris Matth. xix. a. s. quòd libellus repudij concessus est à Moyse propter duritiam cordis eorum, talia non excusant à peccato: quia non videntur cōcessa nisi ad euitandum maius malum, sicut etiā dictum est c. 9. ced.* Non trades fratri tuo ad vsuram, sed alieno, *tradere tamen alieno nunquā fuit licitum, vt omnes doctores catholici dicunt: & etiam Philoso. dicit, quòd est contra naturā v. Ethic. & ideo dicendum, quòd nunquam tale repudiū fuit licitum, quia fuit concessum,*

Philoso.

Quædam permissa sed non licita,

vel potius permissum ad euitandum maius malum s. vxoricidium, & hoc non facit licitum sicut permissio fornicationis, ad euitandum adulterium non facit eam licitam.

Ad primum dicendum, quòd non est simile: quia vnitas vxoris in ve. le. fuit intermissa propter maius bonum s. propter multiplicationem prolis ad cultum diuinum, quæ tunc multiplicanda erat per generationem carnalem, & talis intermissio est sancta & licita, sed permittere malum aliquod propter maius malum euitandum, non facit illud licitum, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quòd aliquid est illicitum, quod tamen lege permittitur, ostenditur dupliciter. Vno modo per prophetam à spiritu sancto loquentem, & hoc modo vsuram esse illicitam etiam cum

Psalm. 14.a.

extraneo Dauid propheta ostendit dicens: Domine quis habitabit in

MORALITER.

✠ 1 *Si accepe.* Per vxorem viri intelligitur ecclesia prælati, quæ si post eius acceptionem displicuerit curato, eò quod non videtur ibi se proficere, sed magis deficere propter populi malitiam vel aliam causam: si propter hoc eam dimittit, intrans religionem, & si alius illam ecclesiam acceperit, & ex simili causa similiter dimiserit, vel mortuus fuerit, & sic ecclesia vacet, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem dimittendo religionem, quia scribitur Luc. ix. g. *Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno Dei.*

✠ *Non*

MORALITER.

✠ 5 *Non accipies loco pignoris, &c.* Superior mola spem vitæ cælestis significat, quæ eleuat ad superiora: inferior autem significat timorem, qui deprimit conscientiam. Confessor igitur vel doctor qui à peccatore pœnitente pignus accipit, pro peccati satisfactione

tisfactione molam accipit superiorem, quando per increpationem nimis duram facit eum labi in desperationem, sicut fecit senex de quo suprà dictum est cap. xix. Accipit autem molam inferiorem, quando per magnitudinem diuinæ misericordiæ aufert ei peccandi timorem: & vtrumque mortem inducit spiritualem.

Ee 4

✠ 1 Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustitiam non timeat, & in cassum metuit qui non confidit.

A a *Deprehensus.* ✠ PROCOPIVS. Si deprehensus fuerit homo, qui furatur animas ex fratribus suis. Eodem sanè modo hæretici qui animis rectè sentire cupientibus vim faciunt, & mentes liberas ad seculares opiniones rapiunt, condignam à iudice sustinent mortẽ. Vnde nec istos quidem huiusmodi hominibus Paulus dicit, non quo eos irritet, verũ quod oui cum lupo nũquã cõuenire posse nouit. Quid enim, consortij fideli cum infideli.

Quæst. 39. Quid sit auferre malũ.

b *Auferes.* AVGVSTINVS. Assiduè hoc scriptura dicit, cùm malos iubet occidi, sicut ibi: *Auferte malum ex vobismetipsis.* i. malignũ, secundũ Græcũ masculino genere nõ hoc malũ, eum, s. qui

B tale aliquid cõmisit, vt excõmunicatione dignus sit. Hoc enim nunc agit in ecclesia excõmunicatio, quod tunc interfectio. Quãuis illud apostolicum aliter intelligi possit, vt vnusquisq; malum vel malignũ ex seipso auferat, q sensus acceptabilior esset, si hoc malum vel hoc malignum, nõ hunc malignum scriptum esset, nunc verò credibilius est de homine dictum quã de vitio, quãq; eleganter posset intelligi homo auferre à se malum hominem, sicut dictum est: *Exuite vos veterem hominem.* quod exponens ait: *Qui furabatur iam non furetur.*

Colo. 3. b. Ephe. 4. f.

C c *Plagam le.* Nota, propter peccatum hanc infirmitatem hominibus accidere, sicut Oziæ qui sacerdotium vsurpauit.

2. Pa. 28. d.

Quæst. 29.

d *Mementote quæ fecerit.* ✠ THEODORETVS. Denuo ferens legem de lepra, meminit Mariæ dicens: Memineris, &c. Innuens fuisse plagam à Deo missam, quam peccantibus ipsis infligebat Deus, & rursum pœnitentiam agentibus cessare faciebat.

D

✠ PROCOPIVS. Mementote. Si enim illa cum mihi rebellasset, in conspectu omnium est notata, & extra castra est eiecta

a ¶ Seductor. b ¶ Ad peccandum.

a posuit tibi. Si deprehensus fuerit homo† sollicitans fratrem 1

a ¶ Cum peccamus, diabolo venundamur. b ¶ Intentionis suæ finem. c ¶ Spiritualiter. 2

suum de filijs Israël, & vendito eo acceperit pretium, interfi 3

¶ Excommunicabitur. a ¶ Ab hæreticis, quorum sermo vt cancer serpit. Tim. 2. c.

b cietur: & auferes malum de medio tui. Obseruã diligẽter ne 4

a ¶ Peccati vel erroris. b ¶ Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Phariszi: quæ dicunt vobis facite. 5 Matt. 23. a. c ¶ Contra peccatum vel hæresim.

c incurras plagam lepræ sed faciès quæcunq; docuerint te fa- 6

a ¶ Apparet omnem sacerdotem Leuitam fuisse, quamuis non omnis Leuita sacerdos fuerit.

¶ Non quod addunt vel fingunt.

cerdotes Leuitici generis, iuxta id quod pcepi eis, & imple

¶ Vt cauentis. a ¶ Id est synagogæ murmurantis contra Aethiopissam id est ecclesiam.

d sollicitè. Memẽtote quę fecerit dominus deus vester Mariæ 7

a ¶ Prohibet violentiam & commendat mi sericordiam.

e in via, cùm egrederemini de Ægypto. Cùm * repetes à pro- 8

¶ Ne perturbes.

ximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris do 9

mum eius, vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi profe 10

ret † quod habuerit. Sinautem pauper est, non pernoctabit 11

apud te pignus, sed statim reddes ei † ante solis occasum, vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iusti-

a ¶ Secundum historiam, affectus misericordiæ & æquitatis opera erga pauperes commendat.

f tiam coram domino deo tuo. † Non † negãbis mercedem 12

a ¶ Prædicatoris, cui faceulas & pera interdicitur. ¶ Qui est pauper spiritu.
b ¶ Aduena ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Psalm. 38. c.

indigentis, & paũperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecũ mo-

reddere? & tunc non reddat, si verè non habuit? Maximè quia creditoris misericordia vincitur, cui non debet esse ingratus, si pignus receperit in quo dormiat. Creditor quoque cum non reddiderit, debet eum credere non habere, quia hac etiam indiget misericordia vt pignus sibi restituatur, non habens vbi dormiat.

Quãto magis vobis si legislatorem etiam post exemplum illud, †furans contempseritis, idem accidet.

e *Cum repe.* AVGVSTINVS. Ad opus misericordiæ pertinet vt pignorator in domũ non introt, no fiat perturbatio debitori, sed & debitorem admonet pignus foras proferre creditori. Sed mouet, q iubet egenti pignus eodem die restitui, quia non habet vbi dormiat, cur non potius creditori præcipit, vt non auferat pignus, quod eodem die restituendum est? Quod si ad compellendum debitorẽ fieri voluit, quomodo se vrgebit ad soluendũ, cum sciat se pignus eodem die recepturũ? An fortè propter memoriam fieri hoc voluit, ne obliuiscatur

Quæst. 41. Egẽti pignus restituendũ.

E

* mutuatus fueris proximo tuo aliquid

† cum occiderit sol

†Leuit. 19. c. Tobiæ 4. c. † vim inferes mercenario indigenti

f Non ne. *Qui euangelium annuntiat, de euangelio viuat. Dignus est enim operarius mercede sua.* 1. Cor. 9. c. Luc. 10. b.

a Non F

2 *Non occi.* AVGVSTINVS. Etiam lex dicit sua quemque culpa intetimendum. Quid est ergo quod dicitur: *Reddens peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem?* An de filiis nondum natis intelligendum est propter originale peccatum, quod ex Adam traxit genus humanũ? Hic autem de filiis iam natis facta est distinctio, vt quisque moriatur in peccato suo. Nihil enim trahit ex patre peccante qui iam natus est. Sed cum ibi dicitur (his qui oderunt me) manifestum est illam cõditionem posse mutari, si filij parentũ suorũ facta nõ fuerint imitati. nã & illud ex Adam temporaliter redditur, q a omnes propter hoc moriuntur, non antẽ in ęternũ eis qui fuerint per gratiã regenerati, & in ea vsque in finẽ permãserint. Quãuis meritò quæratur, si reddũtur peccata patrũ in filios his qui oderũt Deũ, cur in tertiã & quartã generationẽ. vel prætermissa prima & secunda, vel nõ etiã in cæteras permanente impietate, & imitatio-

Quæst. 42. Quæstio. Exo. 20. a.

A

B

C

D

Septenarius quare perfectus.

¶ Exilij. a ¶ Ecclesiam: Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Psal. 86. a.
b ¶ Repectans. ¶ Seminauimus vobis spiritualia, non magnum est si vestra carnalia me. 1. Corin. 9. b.

ratur in terra, & intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei

a ¶ Laborantem agricolam oportet primum accipere de fructibus. b ¶ Finem mundi.

¶ In hoc mundo.

b prętium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex 1

a ¶ Viquequò præmia æterna suscipiat. b ¶ Re si non voce.

eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad domi- 2

a num, & reputetur tibi in peccatum. † Non occidentur patres 3

a ¶ Finus non portabit iniquitatem patris &c. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ezech. 18. a.

pro filiis, nẽc filij pro patribus, sed vnusquisq; in peccato suo

imitatione malorum parentum? An per septenarium vniuersitatem intelligi voluit? nec potuit ipsum septenarium dicens: In septimam generationem, sed causam perfectionis eius. Ideo enim septenarius perfectus dicitur, quia constat ex ternario primò, scilicet impari toto, & quaternario primo pari toto. Similiter illud intelligendum puto, in tribus & quatuor impietatibus non aduersabor. vniuersas enim impietates non tres vel quatuor intelligi voluit.

✠ PROCOPIVS. Non intellecto hoc quod in Exodo scriptum est: Parentum peccata super liberos Deum iniustitiæ insimularũt. Qui propter

E

† 4. Re. 14. b.

expositionem insuper addidit. Illi quoque quia Nabugodonosor in captiuitate detinebãtur, ac si nulla eius hic mentio esset facta, denuò clamitabant: Patres nostri manducauerunt omphacem, & dentes liberorum obstupuerunt. Quare iterum per Ezechielem exposuit: Animamet quæ peccat, morietur.

a Non F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si deprehen. fuerit. *Postquam actum est de legalitate seruanda in operationibus, hic consequenter agitur de eius obseruatione in punitionibus: & hoc in duobus grauibus casibus, & primo describitur punitio ab homine inferenda, secundò punitio à deo timenda, ibi:* Obserua diligenter. *Circa primum sciendum, q homo inter creaturas inferiores est nobilior, quia ad imaginem Dei factus est, & ideo pro furto hominis imponitur maior pœna, s. pœna mortis, & hoc est quod dicitur:* Si deprehen. *s. commissus in iudicio.*

2 Sollicitans fratrem. *s. sollicitè insidians, vt eum possit furari.*

3 Et vendito. *Ex quo pater, q si deprehenderetur fur antequam hominem furto sublatum vendidisset, non puniebatur pœna mortis, sed alia minori secundũ arbitrium iudicis sicut Exod. xxij. dicitur, de illo qui furatus fuerat ouem vel bouẽ & occiderat vel vendiderat. q debebat reddere quatuor oues pro vna, & quinq; boues pro vno. Si autẽ inueniebatur animal viuens apud eum antequam vendidisset vel occidisset, non restituebat nisi duplum, sicut & de aliis rebus.*

4 Et aufe. ma. *scilicet malum culpæ per bonum iustitiæ.*

5 Obserua diligen. *Hic describitur punitio à deo timenda pro peccato rebellionis ad superiores, & maxime sacerdotes: pro qua à deo inflicta est aliquando plaga lepræ, vt patet in Ozia rege Iudæ. y. Paral. xxvj. & hoc est quod dicitur hic:* Obserua diligenter, ne incurras pla. *propter rebellionem ad superiores, & ideo subditur:*

6 Sed facies, &c. *In Hebræo habetur:* Obseruetis in plaga lepræ. *quod exponit Rab. S. a. dicens: Caue ne celes plagam lepræ in te vel in alio. Sed facies quæcunq, docuerint te & cætera, ad est si dixerint, te vel alium eiciendum de castris sicut leprosum, vel recludendum ad diligentius considerandum, vel iudicauerint immundum, obedias eis, prima tamen expositio videtur magis concordare literæ sequenti.*

7 Mementote quæ. *quam percussit plaga lepræ propter eius rebellionem contra Moysen, vt habetur Nume. xij. aes dicatur, memores debetis esse huius facti, ne propter peccatum rebellionis plaga lepræ inferatur vobis, quia in hoc dominus non pepercit Mariæ, licet esset sancta & prophetissa, vt habetur Exod. xv.*

8 Cum repetes. *Post ordinationẽ rationalis in legalitate ad omnes, hic ordinatur in pietate ad pauperes, & primò in pignoribus accipiendis secundò in mercedibus reddendis, ibi:* Non negabis mercedem. *tertiò in iudicijs non peruertendis, ibi: Non occidetur. quartò in eleemosynis faciendis, ibi:* Quando messueris segetem. *Circa primum dicitur:* Cum repetes à proximo tuo rem aliquã, quam debet tibi: *& non potest soluere propter quod vis habere pignus.*

9 Non ingredieris domum eius, vt pignus auferas. *quia posses ibi videre aliquid de quo verecundaretur.*

10 Sed stabis foris. *pignus curialiter accipienda.*

11 Sinautem pauper est, nõ pernoctab. *si est vestimentum necessarium de nocte, sed in mane iterum potest accipi, & ita intelligendum est de vestimento necessario de die, quod debet reddi in mane, & potest reaccipi in vespere sicut dictum fuit Exod. xxiij.*

12 Non-nega. *Hic consequenter agitur de pietate ad pauperes in mercedibus laboris sui reddendis, quia communiter sunt ita pauperes, quòd non possunt commodè solutionem expectare. & hoc est quod subditur:*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Si deprehensus fuerit homo, &c.* per hoc significatur, q ille qui hominem diabolo vendit per inductionem ad peccatũ mortale, incurrit pœnam gehennæ.

5 *Obserua diligenter ne incur. &c.* per quam hæresis significatur, vt dictum est suprà lib. Numerorum. Incurrit autem per malam doctrinam infidelium vel hæreticorum: ideo subdit ur:

6 *Sed facies quæcunque, &c.* i. boni & sani doctores.

12 *Non negabis mercedem in.* i. victum pauperis prædicatoris de quo dicitur Lu. x. b. *Dignus est operarius mercede sua.*

✠ 3 *Non*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ex eo sustentat. *id est vitam.*

2 Ne cla. contra te ad do. *quia talis clamor auditur à domino secũdum quod dicitur Iac. v. a.* Ecce merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis clamat, & clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. *In dilatione autem solutionis defraudatur pauper quantum ad hoc, quod non habet ad necessitatem suam.*

3 Non occi. *Hic consequenter ordinatur rationalis in pietate, quantum ad iudicia non peruertenda. Et primò inducit ad hoc generaliter, secundò specialiter in iudiciis pauperum, ibi:* Non peruertes iudicium. *Circa primum dicitur:* Non occi. *Sed contrarium huius videtur ha-*

Diuisio. *beri Exo. xx. a.* Visitans iniquitatem patrum in filios &c. *Ideo ad concordiam huius dicunt aliqui, quod quadruplex est mors, corporalis, spiritualis, temporalis, & aterna. Dicunt igitur, quod morte spirituali & aterna non punitur pater pro filio, nec econuerso, secundum quod dicitur Ezech. xviij. e.* Filius non portabit iniquitatem patris, nec patet &c. *Morte verò corporali & temporali interficitur aliquando filius pro peccato patris, & econuerso. Sed licet istud dictum sit verum, non tamen videtur valere ad propositum, quia lex ista est ad informationem iudicum temporalium, ad quos non spectat imponere pœnam spiritualem vel aternam. & ideo pro nihilo dicuntur eis:* Non occidentur patres pro filiis &c. *Ideo aly dicunt, quod iudicibus temporalibus nullo modo est licitum interficere filios pro peccatis parentum, vt hic dicitur:* Non occidentur &c. *nisi essent participes criminis, & tuc non interficerentur tantum pro peccato alterius, sed pro suo, sed Deus qui est auctor vitæ & mortis, & cui est quilibet quantumcunque iustus mortis debitor, potest interficere filios pro peccatis parentum, & econuerso, & hoc sit ab ipso immediatè, sicut in diluuio pro peccatis parentum submersi sunt paruuli, qui adhuc non poterãt esse participes in peccatis parentum, vtpote rationis vsum non habentes, vel mediantibus angelis sanctis, sicut in submersione Sodomorum interfecti sunt paruuli cum parentibus, vel mediantibus angelis malis, quibus aliquando vtitur Deus ad executionem suæ iustitiæ, sicut pro peccato Ægyptiorum primogeniti fuerũt interfecti quantucunque paruuli, vel mediantibus hominibus sicut de mandato domini filij Israël interfecerũt habitatores terræ Chanaan cum vxoribus & filiis quantumcũque paruulis, sed absque speciali mandato Dei non possunt innocentes interfici. & secundum hoc currit prohibitio ista:* Non occidentur &c. *Sed hoc non videtur sufficere, quia in sacra scriptura inueniuntur filij quantumcunque paruuli & innocentes pro peccatis parentum interfecti, nec habetur expresè quod hoc fuerit de speciali mandato Dei sicut habetur Iosue vij. quod Achan cum filiis & filiabus interfectus fuit: nec tamen inuentur quod fuissent conscij de furto patris, nec quod dominus præcepit eos cum patre lapidari. Item Iudi. xx. decem tribus pugnantes contra tribum Beniamin, interfecerunt mulieres & paruulos pro peccato parentum, aliter non fuissent soliciti reparare tribum illam per alias mulieres dandas fugitiuis de pralio: quia potuissent rehabuisse suas vxores: potuisset etiam reparari illa tribus per filios si remansissent, nec tamẽ inuenitur quod dominus præceperit paruulos interfici. Item ibidem cap. xxj. dicitur, quod vndecim tribus predictæ miserunt viros ad interficiendum viros Iabes Galaad cum mulieribus & parvulis, exceptis mulieribus quæ viros non cognouerant. Nec legitur quod dominus hoc præceperit, nec scriptura factum eorum reprehendit. Item secundum iura ciuilia non reprobata aliquando pro crimine læsæ maiestatis interficiuntur subditi pro peccatis dominorum, & filij pro peccatis parentum. propter quod videtur quod in aliquibus casibus possint filij etiam innocentes pro peccatis parentum interfici etiam absque speciali mandato Dei. Et ideo dicunt alij, quod occisio potest dupliciter considerari, Vno modo vt est pœna tantum, & sic habet rationem mali, cum sit priuatio boni scilicet vitæ, quod est maximum bonum inter corporalia: & sic nullus occiditur iustè pro peccato alterius, quia peccatum est quid personale, pœna autem vt habet rationẽ pœnæ precisa, respicit tantum culpam, vel peccatum, & ideo non transfertur ad aliam personam, sicut nec culpa actualis, de qua est sermo. Alio modo consideratur occisio, inquantum est quædam medicina, quia morte aliquorum multi deterrentur, & à peccatis cohibentur, & sic non habet rationem mali simpliciter, sed tantum secundum quid: Sicut & potio amara inquantum inducit sanitatem, vel abscisio membri putridi vt saluetur corpus, non habet rationem mali nisi secundum quid, sed habet rationem boni simpliciter. Vlterius dicunt, & verum est, quod bona exteriora ordinantur ad vitam corporalem, & vita corporalis ad salutem animæ & ad Dei gloriam & bonum particulare ad bonum commune. Ex quo concludũt, quod sicut rationabiliter ordinatur detrimentum in rebus exterioribus ad salutem corporalis vitæ, vt patet in eo qui proijcit merces in mari, vt per hoc possit in vita saluari: ita rationabiliter ordinatur detrimentum vitæ corporalis ad salutem animæ & gloriam Dei, & detrimentum boni particularis ad bonum commune, & ideo quando occurrit casus, an quo propter peccatum alicuius occisio ipsius & etiam aliorum licet sint innocentes, cedit ad salutem animarum & ad commune bonum, potest rationabiliter ordinari per iudicium humanum, vt si per destructionem vnius domus melioretur tota ciuitas, & per destructionem vnius ciuitatis melioretur totum regnum, vtpote quando propter enormitatem criminis cedentis in detrimentũ salutis animarum, vel honoris diuini, vel cõmunis boni, infligitur pœna sic dura paucis resistentibus, & multi per hoc terrentur, & ab enormibus per quæ posset tranquillitas ciuitatis vel regni perturbari arcentur, & sic bonum cõmune per detrimentum boni particularis conseruatur, talis tamen occisio innocentum inquantũ est pœna, refertur ad peccantes qui in hoc puniuntur, inquãtum filij sui vel amici seu subditi occiduntur: inquantum tamen est medicina refertur ad illos qui occiduntur, quia valet eis ad salutem animæ, si patienter sustineant ordinem iustitiæ propter bonum commune. Est etiam medicina respectu aliorum qui per hoc deterrentur, & à malis coercentur, vt prædictum est. Sic igitur secundum istam viam quod dicitur hic:* Non occidetur &c. *intelligendũ est inquantum occisio habet rationẽ pœnæ, non autem inquantũ habet rationem medicinæ modo prædicto. Sed quoniam occisio innocentis est directè contra præceptum decalogi, quo dicitur: Non occides, sicut dictum fuit Exo. xx. quod quidem præceptum est indispẽsabile. saltem per hominem. ideo difficile videtur qualiter innocens possit per hominem ad mortem condemnari.*

✠ cuiuscunque

MORALITER.

✠ 3 *Non occidentur pa. pro filiis.* quod intelligitur de morte spirituali & æterna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Nec per.* AVGVST. Quæst. 31. & orphani & viduæ. Non pignorabis vestimentum viduæ. Cur non ait: & non pignorabis vestimentum eorum? Quæ causa est, vt trium iudicium declinare vetuerit, pignus vestimentum soli viduæ auferri, nisi quia iudicia omnium facienda, qui non habẽt à quibus defendantur.

Viduas verò admonet veras esse quę pau- 1.Timo.5. peres sunt. vnde: *Si qua vidua filios vel nepotes habet, discat prius domum suã pietate tractare &c.* & cõtinuò subiunxit. *Quæ autem verè vidua est & desolata, speret in domino &c.* Hanc veram viduam dixit, quæ non habet à quibus sustentetur, quæ & viro & posteris & omni ope destituta est, diuitè quippe non diceret desolatam. Eo ipso quoque quod vestimẽtũ prohibet auferre, pauperem ostendit. Creditor namque libentius auferret argentũ quã vestimentum. Si autem multa habet & superflua, quomodo est verè vidua? vera enim vidua desolata est, nec delitiosa. Quę cunque autem diuites nubere nolunt, continẽtia in eis laudatur, non desolatio commendatur.

b *Viduæ.* Vidua anima ante diabolo iuncta, cui conuersæ fidei vestimentum non est auferendum.

c *Memento quod.* ✠ PROCOPIVS. In lætitia enim tutum est exactorum meminisse laborum. Vicissim enim dierũ genialium spatium non sinit obliuisci malorum in egestate antiatorum.

d *Quando messueris, &c.* ✠ RVPERTVS. Spiritualiter, messes segetum, fruges oliuarum, racemi vinearum nostrarum, opera iustitiæ nostræ sunt, quæ absque residuo colligimus, quando ita cauemus iustitiam nostrã facere coram hominibus, vt à nullo videamur. Verum si tãtoperè semper timeamus spectatoré, † nũquam habebimus imitatorem. Aduena pupillus & vidua, qui nõ seminauerũt, quia oliuas & vineas non plantauerunt, pauperes sunt ecclesiæ, qui fidem quidem habẽt, sed nondum fidei cõgrua opera iustitiæ fecerunt. Lib. 2. in Deu tero. cap. 33. † Leui. 9. d. & 23. d.

e *Non reuerte.* Inuidendo gentibus, qui sunt aduenę testamẽtorum Dei.

f *Si fruges col.* Etsi superbi colligant & improbi, ille misericordiam facit quihoc animo dimittit, vt egentes habeant. Præterea cùm hæc populo præcipiuntur, qui non indigent, admonentur ne ista quærant. Si autem quæ fierunt, tãquam prædones pauperum iudicandi sunt.

g *Vineã tuam.* Vineã de qua colligitur vinũ, ꝙ lætificat cor hõis. Psal. 103. b.

a ¶ Qui non potest se defendere in aliena terra. b ¶ Qui parentibus caret

1 morietur. Non peruertes iudicium aduẽnæ & pũpilli. Nec,

a ¶ Quæ marito caret. imo pauper & omnimodo desolata quæ est vera vidua anima.

b auferes pignoris loco vidũæ vestimentum. Memento, quòd

b ¶ Mundo. ¶ In sanguine filij. ¶ De potestate tenebrarum. 3

c seruieris in Ægypto, & eruerit te dominus Deus tuus inde.

¶ Ne sis ingratus scilicet. a ¶ Misericordiam commendat. ¶ Meditando legem.

4 Idcirco præcipio tibi, vt facias hanc rem. † Quãdo mẽssueris

¶ Spiritualem sensum. ¶ Non valens intelligere.

segetem in agro tuo, & oblitus manipulũ reliqueris, non re-

a ¶ Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum. Ephes. 2. d.

e uerteris, vt tollas eum, sed aduẽnam & pupillum & viduam

a ¶ Quæ neglexisti. b ¶ Multiplicet te & tua.

f auferre patieris, vt benedicat tibi dominus Deus tuus in o-

¶ Qui non laborat, non manducet. ¶ Scripturarum.

f mni opere manuum tuarum. Si fruges collegeris oliuarum,

quicquid remanserit in arboribus nõ reuerteris vt colligas,

¶ Vt supra.

sed relinques aduenæ, pupillo ac viduæ. Si vindemiaueris

¶ Sub qua requieuit sanctus. a ¶ Sententias spirituales.

g vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent

a ¶ Qui reliquerint diabolum patrem malorum. b ¶ Quæ fugit diaboli matrimonium.

in vsus aduenæ, pũpilli ac viduæ. Memento, quòd & tu ser-

a ¶ Venundatus sub peccato.

uieris in Ægypto, & idcirco præcipio tibi, vt facias hanc rem.

c Memen- terea cùm hæc populo præcipiuntur, qui non indigent, admonentur ne ista quærant. Si autem quæ fierunt, tãquam prædones pauperum iudicandi sunt.

g *Vineã tuam.* Vineã de qua colligitur vinũ, ꝙ lætificat cor hõis. Psal. 103. b.

CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *cuiuscunque etiam sit autoritatis, sed autoritate Dei & mandato potest hoc fieri, quia nullus in præsenti vita quantum ad hoc est ei innocens, sed omnes sunt debitores mortis, ideo potest hoc debitum quando & quomodo vult, exigere. Ideo qui vult tenere opinionem aliam, quæ mitior videtur, potest de facili respondere ad scripturas inductas pro alia opinione, licet enim non habeatur expressè de textu quod dominus præceperit filios Achan cum ipso interfici, tamen credendum est, quod Iosue in quo erat spiritus sanctus, nihil fecit in hoc, nisi de mandato domini: Potest etiam hoc haberi ex textu aliquo modo. vbi dicitur à domino:* Non poteris stare coram hostibus tuis donec deleatur ex te, qui contaminatus est hoc scelere. *Deletio autem hominis importat mortem eius cum sua posteritate, quia quandiu viuunt filij, remanet in eis pater defuncti uo quodammodo, vt habetur ij. de Anima. Et Eccle. xxx. a dicitur:* Mortuus est pater eius: & quasi non est mortuus: reliquit enim filium similem sibi. *Similiter dicendum de interfectione parvulorum Beniamin, quia cum à decem tribubus quæreretur consilium domini, respondit:* Ascendite; cras enim tradam eos in manus vestras, *Iudi. xx. d. Et ideo cum processerunt ad bellum de consilio & mandato domini, non est verisimile, quod excesserint consilium & mandatum eius, & quod dominus mandauerit omnes interfici cuiuscunque etatis, licet non sit scriptum: quia non omnia quæ Deus dixit, fuerunt scripta. Et eodem modo dicendum est. de interfectione parvulorum in Iabes Galaad. Ad illud quod inducitur de iure ciuili potest dici, quod leges humanæ multa permittunt & etiam statuunt, quæ per diuinum iudicium sunt punienda: quia ratio humana non est infallibilis regula, sed aliquando deficit deducendo conclusiones ex principijs operabilium. leges autem humanæ sunt tales conclusiones, prout à principibus sunt constitutæ, licet secundum veritatem non habeant rationem legis quando deuiant à veritate. Ad rationem autem alterius opinionis potest dici, quod propinare talem medicinam quæ est per mortem innocentis, non pertinet nisi ad supremum medicum, qui est dominus vitæ & mortis.*

1 Non pet. *Hic ordinatur rationalis quantum ad pietatem in iudiciis magis in particulari, videlicet vt non peruertatur iudicium aduenæ & pupilli, quia in hoc committitur duplex peccatum, scilicet iustitia subuersio, & pauperum depressio: & quia pupillus & vidua frequenter simul iunguntur in sacra scriptura, ideo consequenter agitur de pietate ad viduam, cùm dicitur:*

2 Nec auferes pignus &c. *Dictum est enim suprà quod vestimentum necessarium de die non erat retinendum de die ab ipso creditore, sed solum per noctem: nec vestimentum necessarium de nocte debebat retineri per noctem, sed solum in die: vidue autem pro illo tempore habebant vestimenta distincta, per quæ distinguebantur ab aliis mulieribus: & ideo tale vestimentum pauperibus viduis erat necessarium de die ad incedendum, & de nocte ad se cooperiendum. & ideo rationabiliter præcipitur, quòd non accipiatur loco pignoris, quod non debebat retineri à creditore nec de die nec de nocte.* Pignus.

3 Memento quod seruieris in Ægypto, & eruerit te domi. &c. *quasi dicat: Ex hoc tu debes scire te esse obligatum ad obediendum mãdatis meis.*

4 Quando messueris segetem in agro tuo &c. *Hic ordinatur rationalis in pietate erga pauperes in eleemosynis conferendis, quibus titulo eleemosynæ de fructibus colligendis erat pars aliqua relinquenda & patet litera.*

✠ CAP.

MORALITER.

✠ 4 *Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum &c.* Per hoc autem quod manipulus oblitus prohibetur à metente colligi; significatur quòd præcedens doctor vel pastor non debeat tribuere sibi meritum sequentis. Verbi gratia: dicendo quod sequens nihil addidit ad dicta sua: asserens quod in dictis suis, quicquid boni sequens dixerat, realiter vel virtualiter continebatur. Et si hoc factum fuerit in doctrina iuris potest dici manipulus: si autem in opere pietatis, oliuæ fructus: & si in expositione diuinæ legis racemus

✠ MORAL.

ADDITIO I.

In cap. xxiij. vbi dicitur in postilla: Circa primum sciendum quòd in veteri lege &c.

Sententia saluatoris de causa legitima repudij est verissima, prout litera testatur. Nam vbi nos habemus: Propter aliquam fœditatẽ. *in Hebræo habetur* propter aliquam turpitudinem. *Quæ quidem dictio sub eadẽ forma ponitur suprà Leu. xviij. vbi de adulterinis & incestuosis coitibus agitur. Ex quo patet ꝙ nullo modo licebat repudiare vxorẽ, nisi*

A *nisi propter hmõi turpitudinẽ quæ fornicationem includit. Thalmudici vero, qui Pharisaicam doctrinam sectantes sæpe irritabant mandata Dei propter traditiones suas, vt Matth. xv. In tantum deuiauerunt à veritate in hoc loco, quod secundum eorum communem falsam doctrinam, pro solo libito voluntatis vir posset repudiare vxorem: & sic inoleuit vsus vel potius abusus perniciosus vsque ad hodiernum diem inter eos, quòd constat manifestè esse contra diuinam legem. Nec obstat quod dicitur Malac. ij. d.* Si odio habueris eã, dimitto eam. *Nam hoc est intelligendum de odio causato secundum formam Mosaicæ legis in præsenti cap. contentam. Ipsa enim Malachias in fine suæ prophetiæ concludit:* Mementote legem Moysi.

ADDITIO II.

In eodem capit. xxiij. vbi dicitur in postilla: Ad maiorem intellectum eorum quæ dicta sunt.

Circa quæstionem hic motam per postillatorem scilicet: An repudium vxoris esset illicitum in veteri lege, sunt duæ opiniones principales: Quarum illam tenet, quæ communius tenetur scilicet quod repudium nunquã fuit licitũ, sed permissum ad euitandum maius malum, s. vxoricidiũ: quæ quidẽ permissio nõ facit licitũ. sicut tradere ad vsurã nũquã fuit licitũ etiã alteno cũ sit cõtra naturã, secundũ Philosophũ in v. Ethi. Licet fuerit permissũ ad euitãdũ mai⁹ malũ, s. ne fœnerans aret⁹ fratrib⁹.

B *Sed est alia opinio quam quidam tenent, s. quod repudiatio vxoris fuit licita in vetere ex permissione diuina. Quæ quidem opinio secunda, licet non sit communiter tenenda, videtur tamen saltem semper meliori iudicio magis cõsona litera & rationi. Quod patet primo sic: Nam lex vetus quamuis gratiã non conferret, tamẽ ad hoc data erat, vt peccatũ ostenderet. Vnde apostolus ad Ro. vij. b.* Peccatũ nõ cognoui, nisi per legem. *Si igitur repudiare vxorẽ semper esset peccatũ, hoc saltẽ ex per legẽ aut prophetas ostendi debuisset. vnde Esa. lviij. a.* Annuntia populo meo peccata eorũ. *Si enim aliqua quæ necessaria sunt ad salutem nunquam eis nuntiata fuissent, excusabiles fuissent ita ex illud saluatoris Ioh. xv. d.* Si ego non venissem & eis locutus non fuissem, peccatũ non haberẽt. *Sed constat quod repudiatione vxoris fuisse peccatũ, nunquam eis fuit per legem nec per prophetas indicatũ. igitur &c.*

Si autem contra hoc dicatur quod repudiationem vxoris esse illicitam habetur de iure naturali, eò quòd inseparabilitas matrimonij est de iure natura, prout postillator intẽdit probare super Matth. xix. Et ideo non fuit opus vt denuitaretur per legem & prophetas iuxta illud Apostoli 3. Cor. xj. c. Nonne natura docet vos? *Hoc non videtur valere. Nam ea quæ sunt de lege naturæ plenarie traduntur in lege & euangelio. Et sic exponitur illud quod dicitur in decretis di. j. quod ius naturale est quod in lege & in euangelio continetur, prout sanctus Tho. in prima secunda. q. xciij. ar. iij. in responsione ad primum argumẽtum exponit. Sed repudiationem vxoris esse illicitam, non traditur in lege, sed potius oppositum, vt in præsenti ca. Similiter nec in euangelio, sed potius oppositum. nam Mat. xix. b. dicitur:* Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationẽ, & aliã duxerit, mœchatur. *Ex quo planè intelligitur à cõtrario sensu, quod qui dimiserit vxorẽ suam ex causa formicationis, & aliam duxerit, non mœchatur.*

Ex quibus patet, quod inseparabilitas matrimonij non est de iure naturæ in lege & in euangelio contento, de quo tamen suprà Mat. xix. Deo duce amplius videbitur, vbi postillator de hoc large tractat. Item illud, quod Deus in lege sua non solum expressè mandat fieri, sed etiam dat modum & formam quomodo fieri debeat, non est intelligendum cõcessum fuisse per modum permissionis alicuius illiciti. Vnde in argumento à simili, quod deducit postillator de vsura permissa alieno, Deus non dedit modum & formam, quomodo Hebræus daret pecuniã alieno ad vsuram, sed solum dixit: Non trades fratri tuo ad vsuram, sed alieno. *Sed hic non solum Deus mandat seu permittit fieri repudium, sed etiam dat certam formam repudiandi dicens: Scribet libellum repudij. Ex quo habetur, quod repudium debet dari in scriptis à viro in manu vxoris, & sequitur:* Dimittat eam de domo sua. *Ex quo habetur quod de cætero non debet cohabitare cum ea. Talis ergo concessio simpliciter est tenenda esse licitum. Deus enim licet aliqua mala permittat, non tamen dat modum & formam quomodo talia fiant.*

Item si repudium esset illicitum in vetere. tunc facto repudio in lege contento, adhuc remaneret vinculum matrimonij inter repudiatem & repudiatam. Incõuenienter ergo Deus permitteret quod repudiata posset alteri nubere, cum primus semper esset verus maritus etiam post repudium, quod tamen in litera manifestè videtur permittit: vt patet præsens ca. antiuenti.

Item posito, quod de dictamine iuris naturalis esset inseparabilitas matrimonij, prout postillator præsupponit, licet minus verè, vt patebit in additione super Mat. xix. hoc non obstante repudium esset licitum in veteri lege, eò quod fiebat de mandato expresso Dei. Deus enim potest matrimonia coniungere & dissoluere prout sibi placet. sicut ipsemet postillator dicit in hac eadem materia in solutione ad secundum argumentum, excusando Abraham de hoc quod emisit Agar, eò quod illa emissio fuit facta de mandato Dei prout in postilla. Constat autem quod idem Deus est qui mandauit Abrahæ dimittere Agar vxorem

C *suam, & qui mandauit per Moysen dari libellum repudij in casu der legem determinato.*

D *Confirmatur hæc opinio autoritate Chrysostomi planè intellecta, dicentis, quod à peccato abstulit culpam legislator, quando permisit repudium.*

Autoritas enim quam postillator inducit in cõtrarium de dicto saluatoris. Mat. xix. vbi dicitur quod libellus repudij concessus est à Moyse propter duritiam cordis eorum, non concludit suum propositum. Pro quo sciendum, quod lex vetus secundum Apostolum ad Heb. vij. c. neminem ad perfectum adduxit. *cuius causa non fuit ex parte Dei legem dantis, cum Dei perfecta sint opera, vt infra xxxij. sed ex imperfectione populi cui lex dabatur. Et sic intelligitur, propter duritiam cordis vestri. id est propter ineptitudinem vestram ad capiendã perfecta seu sublimia mandata, quæ propter multa pertinentia ad perfectionem non præcipiebantur in vete. le. quæ tamen præcipiuntur in nouo. vnde saluator Mat. v. c.* Audistis, quòd dictum est antiquis: Non occides &c. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. *Constat autem quod qui irascitur fratri, non est transgressor alicuius præcepti vet. test. sed non ratum. Similiter intelligendum est de repudiatione vxoris, quod in lege veteri erat licita, non autem in lege noua, in qua matrimonium est inseparabile. vnde illud dictum Christi Mat. xix. b.* Qui dimiserit, duxerit, mœchatur. *propriè intelligẽdum est secundum legem nouam Christi. Et ideo discipuli audientes huiusmodi indissolubilitatem matrimonij, quasi de quodam nouo alias inaudito dixerũt:* Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.

Circa quod attendendum, quod est quadam ratio specialis in matrimonio, qua ratione in veteri lege separatio erat licita, non autem in noua lege: quam rationem sanctus Thomas in prima secunda. q. xcv. art. v. in responsione ad tertium argumentum ponit, vbi sic dicit: Matrimonium fuit quidem in veteri lege prout erat in officium naturæ, non autem prout est sacramentum comunctionis Christi & ecclesiæ; quæ nondum erat facta: vnde in veteri lege dabatur libellus repudij, quod est contra sacramenti rationem. Hæc ille.

Ex dictis faciliter excluditur solutiones postillatoris pro prima opinione hic posita. Nam primain qua dicit, quod vnitas vxoris in veteri lege fuit prætermissa propter maius bonum, scilicet multiplicationem prolis, non videtur valere. Nam secundum Apostolum Ro. iij. b. Non sunt facienda mala, vt veniant bona. *Constat autem secũdum ipsum postillatorem, quod pluralitas vxorum est de se mala, tanquam contra legem naturæ facta. In hoc etiam quòd vlterius intendit in eadem so-* E *lutione dicere, s. quod repudiũ de se est malum: vnde si cõcedatur propter maius malum vitandum, non facit illud licitum: præsupponit falsum. Nam repudium in veteri lege determinatum fuit licitum & bonum saltem durante tempore veteris legis, vt dictum est.*

Ad hoc quod dicit in tertia solutione, quòd aliquid est illicitũ, quod tamen lege permittitur, ostenditur vno modo esse per prophetam à spiritu sancto loquentem. Dicendum, quod hoc verum est, & isto modo non ostenditur per aliquem prophetam à spiritu sancto loquentem, quod repudium fuisset illicitum, sed potius oppositum, vt patet Malach. ij. d. vbi dicitur: Si odio habueris eam dimitte eam, nihil excipiendo, *sed indistinctè loquendo: quod æquiualet vniuersali locutioni, prout ipse postillator ibidem allegat. De alio verò modo quem ibidem ponit ad ostendendum, quod repudium sit illicitum, eò quod nullus eorum, qui commendantur in scriptura, legitur repudium fecisse &c. parum est curandum: tum quia non est necessarium, quod de omnibus licitis legatur quod sancti talia fecerunt. Esto enim eos licitus est secundum legem: vt Leui ij. non tamen legitur, quòd aliquis sanctus comederit carnes comedisse: tum quia habere plures vxores multi sancti legũntur in veteri testamento: quòd tamen aliquam sit parabilitatem matrimonij includit, cùm vir habens plures vxores, carnem suam in plures diuidat, contra illud:* Erunt duo in carne vna.

Ratio autem postillatoris in tertia solutione præsupponit, quod in repudio vxoris permittitur minus malum ad vitandum maius, quod præsuppositum, vt dictum est, non est verum. Nam in repudio tempore legis non permittitur aliquod malum, vt dictum est, sed potius conceditur aliquod bonum: non tamen ita perfectum, sicut in lege noua, in qua perfectiori modo matrimonium datur scilicet non solum in officium naturæ, sed etiam in sacramẽtum, vt dictum est.

Et notandum, quod secundum sanctum Tho. in iij. distin. ijsdem quæstionis, vtraque pars potest teneri. pro vtraque enim parte arguit & soluit, licet attendenti mentem suam ibidem primam opinionem sustinet tanquam magis communem, secundam verò tanquam probabiliorem.

ADDITIO III.

In eodem cap. xxiij. vbi dicitur in post. Ideo qui vult tenere opinionem. Non solum alia aliam quæ mitior videtur &c. opinio est mitior, sed etiam iustior & tutior. Dicitur enim suprà Exo. xxiij. Iustum & innocentem non interficias, *quod est specialius præceptum quod dirigitur iudicibus, nec habet aliquam exceptionem in litera, nec in auctoritatibus sanctorum doctor.*

REPLICA *In ca. xxiij. vbi postillator disputat de libello repudij* F

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & diuortio sicut & Scotus circa quartũ sententiarũ, & cõmuniter docto res: solus Burg. cũ sancto Thoma se procaciter determinat ad partẽ minus probabilẽ, volens quòd in veteri lege repudiũ erat nõ modo licitum, sed etiam à Deo præceptum expresse, vt terminus eius vtar: & hoc in odium puto postil. nititur multis viis hic confirmare, & pretendit rationibus postil. in contrarium factis respondere. Et quamuis hic de his longam faciat digressionem: tamen Mat. xix. resumit, & quadam alia addit: ibi vide vtriusque digressionis satis latum correctorium.

CAP. XXV.

Si fuerit causa. AVGVSTINVS. Lxx. Si autem fuerit altercatio inter homines, & accesserint ad iudicium, & iustificauerint iustum iudices, subaudi, & reprehenderint impium, & erit si dignus fuerit plagis qui impiè agit, constituet eum in conspectu iudicum, & flagellabũt eum ante se secundũ impietatem eius, numero quadragenario flagellabunt eũ, & nõ apponẽt. Notandum quia eum impium dixit, quem non morte sed paucis plagis iussit puniri. Putãt enim quidam non esse impietatem, quæ sit in hominem, vel adulterium quod tamẽ mortẽ punitur: sed est leuis impietas, quę verbere digna est: est & grauis quæ morte digna est, sic & peccata quæ non in Deũ sed in hominẽ videtur admitti, quædã sunt digna morte, quædã verbere.

Impius.

† filium plagarum videsint Heb,

† fœdè lacerat vel viuescat & horribilis sit in area fruges tuas

Allegoricè. De numero quadragenario.

b *Quadrage.* Quadragenarius denario quater ducto perficitur: nos verò de quatuor elementis secundũ corpus consistimus, præcepta decalogi per denarium accipiũtur. Iubet ergo iudicium vel vindictam in qua carnis peccatum plectitur, secundum præcepta ordinari, & omnia præcepta in decalogo vult intelligi.

Quæst. 30.

✠ THEODORETVS. Quare cum Deus præceperit delinquentem vapulare quadraginta plagis, Iudęi vna minus inferunt? Quia maior numerus vapulantem infamat. Si enim ceciderint cum pluribus, deformis abibit frater tuus in conspectu tuo. In eo transgredi legem permittunt, ne exactum obseruantes numerum, etiam nolentes vapulantẽ infament pluribus plagis illatis.

✠ PROCOPIVS. In Ezechiele item inquit Deus, post quadraginta annos Ægyptios ex omnibus gentibus in quas dispersi sunt colligá. Populus enim qui per septimanã & in sabbathi mysterium deliquit, numero septem decadum punitur. Et quoniam numerus quadragenarius pœna Ægyptiorum est, propterea arbitror Israelitam aut quemvis alium peccantem, quadragenas præter vnam plagas accipere. Infert porrò lex, nec addas ictus plures, ne frater tuus dedecore contabescat. Dedecus enim erat Israelitæ sanctæ terręciui, numero Ægyptiorum puniri. Extraxit verò etiã quadraginta annis in deserto populus. Oportebat enim ipsum ex Ægypto egressum, numero quadraginta, prorum Ægypti deponere. Necnon vbique scripturarũ mali omnis numerus quadragenarius est.

C

CAP. XXV.

a ¶ Ipsi

Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quẽ iustum esse perspexerint, 2

¶ Victoriam.

illi iustitiæ palmã dabũt: quẽ impiũ, cõdẽnabunt impietatis. Si autẽ eũ qui peccauit, 3

† dignũ viderint plagis, prosternent & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarũ 4

b modus, ita dũtaxat vt quadragenariũ numerũ nõ excedat, ne 5

a ¶ Id est victum non subtrahes prædicatori, vt totus vacet orationi & prædicationi.

† fœdè lacerat⁹ ante oculos tuos abeat frater tu⁹. † Nõ ligã- 6

a ¶ Prædicantis. b ¶ Corda auditorum vel rigorem scripturarum. c ¶ Ecclesia. d ¶ Scripturæ.

c d bis os bouis triturantis in área frũges tuas. Qñ habitauerint 7

prostratus Moyses quadraginta diebus & 40. noctibus sub plagis ieiuniorum satisfecit domino, pro reatu ipsorum.

ISIDORVS. In quadragenario hoc tempus figuratur, quo ecclesia per quatuor mũdi partes diffusa sub decalogo viuit. Quadragenario numero delinquentes cædimus, si in hoc tẽpore pœnitẽtiæ verberibus flagellamus. Debet ergo peccator tẽporalibus flagellis atteri, vt in iudicio purgatus valeat inueniri. *Beatus homo qui cor. à do.* nulla enim in æternum animaduersio affligere poterit, quos hic pœnitentiæ disciplina percussit. Si pro peccatis hic cædimur, illic sine peccato inuenimur.

Iob 5 c.

c *Os bo.* ISIDORVS. In boue vita operantium exprimitur, de quo dicitur: *Dignus est enim opera. mer. sua.* Vult ergo scriptura præstari carnalia à quibus accipimus spiritualia, qui occupati in doctrina, non possunt sibi prouidere necessaria.

Luc. 10. b.

d *Quando.* AVGVST. Lxx. *Si ante habitauerint fratres in vnũ, & mortuus fuerit vnus ex eis, semen autẽ nõ fuerit ei, vxore defuncti foris non ap-*

Quæst. 46.

F

CAP. XXV.

Diuisio. 1 Si fuerit. *Hic consequenter ordinatur rationalis in seueritate iustitia contra rebelles. & primò erga indigenas. secundò erga alienigenas, ibi:* Memento quæ fe. ti. Amalec. *Circa primum per seueritatem pœnæ excludit iniustitiam, & secundò concludit iustitiam, ibi:* non habebis in sacculo diuer. *Adhuc primò declarat seueritatem in sexu virili. secundò in sexu muliebri, ibi:* Si habuerint inter se iur. *Adhuc primo facit propositum in casu litigij. secundò in casu matrimonij, ibi:* Quando habita. *Prima adhuc in duas, in partem principalem & incidentalem, ibi:* Non lig. os bo. *Circa primum sciendum quod pax communis frequenter impeditur & turbatur per litigia iniusta, & ideo lex arcet à talibus per seueritatem pœnæ erga iniustè litigantes, & per exhibitionem honoris erga iustam causam habentes, quia exhibitio huius honoris reflectitur in pœnam iniustæ partis. & hoc est quod dicitur:* Si fuerit. *& subditur;*

2 Quem iu. *id est victorem, pronuntiantes eum causam iustam habuisse, nomine autem palmæ significatur victoria, eò quod antiquitus victores in prælijs ramis palmæ in capite & manibus ornabantur. Vel ad literam, habenti iustam causam dabatur palma in manu, ad ostendendum quod habuisset victoriam in causa.*

3 Sinau. *vtpote quia eius malitia non potest conuenienter puniri pecunia.*

4 Prosternent. *Ex quo patet quod non erat verberandus stando vel sedendo, sed in terra iacendo ad maiorem confusionem.*

5 Et co. *ne in eorum absentia executores iustitiæ deficerent propter fauorem à debita punitione, vel odio seu alia occasione excederent, ideo subditur:* Promensura &c. *sequitur:*

6 Non liga. *Hæc est pars incidentalis, vbi reprimitur iniustitia erga bruta animalia, ad quandam enim iniustitiam videtur pertinere irrostr. are bouem, vt nõ possit de frugibus in quibus actualiter laborat, comedere. Dicet autem Rab. Salo. quòd idem intelligendum est de omni animali laborante circa rem ab eo comestibilem, sed ponitur tantũ exempium de boue, in quo frequentius hoc accidit. Fuit etiam hoc institutum ad assuefaciendum homines in pietate circa bruta animalia, vt ex hoc magis mouerentur ad pietatem erga creaturam rationalem.*

7 Quando habi. *Hic determinatur pœna in causa matrimonij, videlicet quando homo moriebatur sine liberis, & ideo ne deleretur nomen eius, eò quod non habebat successorem in hæreditate sua, quod est contra inclinationem naturalem, eò quod omnes apperunt post mortem remanere in hominum memoria, præceptum fuit in lege, vt frater defuncti vxorem eius acciperet, & primus filius ex illo matrimonio procreatus fratri defuncto ascriberetur, & ei succederet in hæreditate. Ratio autem quare talis suscitatio seminis statuta fuit fieri per fratrem defuncti est, quia filius sic procreatus magis videbatur pertinere ad defunctum, quam si hoc fieret per extraneum. Item quia frater defuncti magis tenebatur esse sollicitus de conseruatione nominis fratris sui defuncti quam extraneus, & ideo quando nolebat hoc facere puniebatur pœna confusibili tanquam deuians a fraterna charitate, quæ pœna describitur, cum dicitur:*

Quare suscitatio seminis instituta.

✠ 1 Tollet &c.

MORALITER.

✠ 1 *Si fue.* Morale est vsque ibi: *Non liga.* Mysticè. Bos triturans prædicans est siue docens, cuius non debet os ligari. scilicet eius doctrinam impediendo vel ei victum denegando. j. Cor. ix. b. *Si nos vobis spiritualia seminamus, non est ma. si nos car. &c.*

7 *Quando ha.* per hanc fratrum cohabitationem figurata fuit habitatio Christi cum apostolis, alijsque discipulis: de quibus dicitur Hebr. ij. propter quam causam non confunditur eos vocare fratres. Christus autẽ dici potest mortuus absq; liberis. nam ante mortem eius pauci valde comparatiuè fuerunt eius filij per fidẽ, quod autem modicum est, non est cõputandũ, vt habetur ij. Phy.

✠ *Accipiet*

non appropiante, frater eius intrabit ad eam. & accipiet vxorẽ sibi, & cohabitabit ei, & erit infans quicunque natus fuerit, cõstituetur ex defuncti nomine, & non delebitur nomen eius ex Israël. Videtur tantum lex præcepisse hoc, vt suscitetur semen fratri qui defunctus est. Quod autem ait: *Constituetur ex defuncti nomine*, dictũ videtur vt qui nascitur nomen habeat defuncti cui propagatur. Vnde nobis visum est magis secũdum adoptionis morem, soluere in euãgelio quæstionem de duobus patribus Ioseph, quorum vnũ memorat Matt. scilicet qui eũ genuit, alterum Lucas, cuius s. filius erat, quia nulli⁹ eorum Ioseph nomẽ accepit, nisi fortè intelligatur, constituetur ex defuncti nomine, nõ vt nomen eius accipiat, sed vt ex nomine eius, i. tanquam filius, non eius à quo genitus, sed eius cui semen suscitatur. Qd' autem dictũ est: *Non delebitur nomẽ eius ex Israël*, potest intelligi, non quod nomen eius puer accipiat, sed quia non sine posteritate mortuus esse videbitur. & ideo permanebit nomen eius, i. memoria. neque enim si ipse filiũ genuisset, nomen suũ ei imposuisset, vt nomen eius nõ deleretur ex Israël, sed vt sine liberis ex hac vita nõ migraret: & hoc iubetur in vxore eius impleri, quod ipse non potuit. Nã etsi frater non fuisset, propinquus ducebat vxorẽ mortui, sicut Booz Ruth, vt semẽ excitaret ei de quo vxor nõ pepererat. Qui tamen de illa natus est, ex nomine defuncti cõstitutus est: quia eius filius dictus est, ne nomẽ eius deleretur, nõ tamẽ eius nomine appellatur. Abundantius ergo duobus modis solui potest euãgelica quæstio, vt vnus eorũ s. ita fuerit propinquus alteri, ad ducendã vxorẽ eius, vt alios parentes atque maiores iste, alios ille habore potuerit. Nam si fratrũ filij fuissent, vnũ auũ habuissent: sed secũdũ Matth. Mathã est auus Ioseph, secũdũ Lucã Mathat. Quod si quis putat tantam esse similitudinẽ nominis, vt à scriptoribus in vna litera erratũ sit, vt fieret tãquã parua & penè nulla diuersitas, quid diceret de istorũ patribus? Nã secundũ Luc. Mathat filius fuit Leui, secundũ Mat. Mathã fuit filius Eleazar. Ita sursum versus diuersi sunt patres & aui & maiores vsque ad Zorobabel, qui verè est vicesimus sursum versus à Ioseph apud Lucã, apud Matthæũ xj. Qui propterea idẽ esse creditur, quia pater eius apud vtrũq; Salathiel dicitur. Fieri tamẽ potuit, vt alius esset eodẽ nomine habẽs eiusdẽ nominis patrẽ cuius & ille, quia deinde sursum versus diuersi sunt. apud Lucã quippe Zorobabel habet auũ Neri, apud Matthæũ Iechoniã. & inde nulla est cõsonãtia vsque ad Dauid: apud Matthæũ per Salomonẽ, apud Lucã per Nathan. Difficile autẽ videtur nõ fuisse aliquẽ propinquiorẽ, qui duceret vxorẽ fratris sui, quã qui ex Dauid esset consanguineus tã lõginquo gradu, eũ fit Dauid apud Lucam penè quadragesimus à Ioseph, apud Matthæũ vicesimus septimus. Vel si propinqui ex sanguine fœminarum ratũ ad hoc quærebantur, fieri potuit, vt aliquis ita propinquus Ioseph genuerit de vxore propinqui sine liberis defuncti, si esset ei alter ex natura pater, alter ex lege. In patribus verò & auis & maioribus, ideo nulla appareret propinquitas, qa nõ ex maribus, sed ex fœminis propinquarẽt. Sed si ita esset, vt Dauid aliquãdo vn⁹ pater occurreret, aut si quis potuisse cõtendat, opponimus, q nõ cõsueuit scriptura fœminas in genealogia pro maribus ponere. vnde nullas euãgelista interposuit: vbi enim cõmemorãtur matres, nõ cõmemorantur nisi cũ patribus. Ideo autẽ propinquior defuit ad vxorẽ defuncti sibi copulandã, vt origo cognationis à Dauid reperiretur, aut adoptio fecit alterũ patrẽ, quẽ posset habere Ioseph.

Matt. 1. b.

Lucæ 3. c.

Lucæ 3. f.

a ¶ Christus qui ait: Ite nuntiate fratribus meis. Matt. xx. viij. c.

b ¶ Quia adhuc electorum numerum non impleuit.

a fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, v- 1

a ¶ Ecclesia. b ¶ Christi. c ¶ Philosopho vel hæretico. d ¶ In suam.

¶ Synagoga. c ¶ Apostolorum chorus.

b xor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius & † 2

a ¶ Prædicando, hortando. b ¶ Sanctum.

¶ Fideles, sanctos filios Dei scilicet. ¶ Fidem scilicet & bona opera ex synagoga. c ¶ Semen.

suscitabit semẽ fratris sui, & primogenitum ex ea filium no- 3

a ¶ Vt Christianus dicatur à Christo.

minẽ illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israël.

a ¶ Id est si doctor noluerit confiteri ecclesiæ. b ¶ Vt regat. c ¶ Ecclesiã.

Si autem noluerit accipere vxorem fratris sui, quæ ei lege 4

a ¶ Id est ecclesia. b ¶ Vbi sunt iudicia.

c debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit

a ¶ Sanctiores & digniores. b ¶ Sacerdos vel episcopus ecclesiæ sponsus. c ¶ Vel nomen

maiores natu, dicetq;: Nõ vult frater viri mei suscitare semen

a ¶ Inter sanctos videntes Deum.

fratris sui in Israël, nec me in cõiugium sumere. Statimq; ac- 5

cersiri eum facient, & interrogabunt. Si responderit: nolo eã

vxorẽ accipere, accedet mulier ad eum coram senioribus, &

a ¶ Qui proximi curam neglexit. b ¶ Manifeste improperabit, & contemptu dignum ostendet.

d tollẽt calciamentum de pede eius, spuetq; in faciem illius, & 6

e

¶ Christi.

f dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. Et 7

vocabitur nomẽ illius in Israël, domus discalceati. Si habue- 8

a ¶ Christus.

b *Accipiet eã frater ei⁹.* Nõdũ enim manifestata resurrectione, ipsa posteritas, ac memoria per ipsam generis conseruata solatio veterib⁹ fuit. Interim verò resurrectionis figuram obtinuit. Qua neglecta Onan cũ noluit cũ Thamar eõcumbere, ipsius semẽ loco insolito effusum est meritò. Eã verò cum obseruasset Booz & duxisset Ruth, prodigij quiddam simile adeptus est, vt proauus esset Christi, nato ex ipso Iesse parte Dauidis, futurum promissionem resurrectione mortali imitatus. Nam oportebat eum qui nobis resurrectionem donauerat, genus deducere per eos qui typũ eius secundum carnem conseruauerant, eumque in quo cessauerunt omnes typi, ipsam veritatem nobis oxhibere.

Sed accipiet &c. qui regere valet, cui noluit in faciem mulier expuit. Qui enim donis spiritalibus, nõ curat prodesse aliis, huius etiam bonis ecclesia exprobrans quasi in faciem iactat saluam.

c *Ad portam ciuitatis.* ✠ PROCOPIVS. Illic enim veteres cœtus agitabant. Illic peregrinos tãquam quodammodo venari volentes eos, excipiebant. Quemadmodum in exemplo Loth, qui etiam Angelorum aduentu dignus est habitus, hc manifestum.

Ephe. 6. c.

d *Calciamentum.* De quo dicitur: *Calciati pedes in præparatione euangelij pacis.* Si vt nostram, sic curam proximi gerimus, vtrumque pedem calciamento munimus: qui verò suam cogitans vtilitatem proximorum negligit, quasi vnius pedis calciamentum cum dedecore amittit.

e *De pede.* id est mercede prædicationis priuatum ostendet. Doctorum enim pedes calciati sunt, quia exemplis præcedentium patrum muniti gressus prædicationis eorum imitati sunt. Vtroque pede calciatus est, qui sibi & aliis prodest.

f *Spuetq;.* ✠ THEODORETVS. Quare hoc? Necessitatẽ diligendi fratris adfert ab infamia. Satius enim erat affectione naturali permotum consulere mortuo. Sed quia non omnes naturæ legem reuerentur, infamiæ pœnam necessariò iussis imponit.

Quæst. 31.

F

✠ 1 Tollet cal. &c. *tanquam hominis ab omnibus despicabilis. Dicit autem Ra. Salo. quod spuebat coram eo in terram in contemptum illius.*

2 Et vo. &c. *ita quod istud vituperium transibat ad posteros ipsius, vt magis abhorrerent homines denegare suscitationem seminis fratrum suorum.*

3 Si habuerint inter &c. *Hic determinatur fuerit ne iniustitia in sexu muliebri, quia præcipitur amputari manus mulieris apprehendentis verenda hominis, vt liberet maritum suum de manu illius, & patet litera. Et multo fortius imponi debebat hæc pœna si in alio casu minus habente de motiuo apprehenderet virilia hominis. Dicit autem hic Ra. Sa. quod manus mulieris non erat amputãda, quam poterat se redimere per pecuniam, & tunc secundum arbitrium iudicum taxabatur manus pretium. Sed hoc dictum non consonat ei quod subditur:*

✠ 1 Nec

MORALITER.

✠† *Accipiet eam fra. &c.* quod impletum est mystice in apostolis, quia quilibet eorum in solidum accepit officium generandi filios in ecclesia ipsi Christo, & ex eius nomine nominandos. Christiani nanque dicuntur, & non Petrini vel Paulini. Et apostolorum

stolorum successores per se & per alios inferiores ecclesiæ ministros debent hoc officium exercere. Quòd si noluerint, sed magis circa terrena lucra occupari voluerint, ecclesia debet in eorum faciem spuere, id est viles & contemptibiles reputare.

✠ Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Et vnus contra alterum.* Catholicus hæreticusq; quorum pertinacia contentio, quia dispar intentio: Alter enim falsitatem alterius defendit veritatem, & resistere oportet errori, ne sibi stultus sapiens videatur.

Veritas defendenda.

b *Miseriq;* Per falsam ignominiam vel actionem abominandam volverit catholicæ conuersationē maculare, vel doctrinam diffamare.

c *Verenda.* Infirmiora membra ecclesiæ scilicet volent blandiendo decipere, vel insultando deridere.

✠ PROCOPIVS.

Digna enim est supplicio, tum propter cædem tum propter impudentiam.

B

d *Nō habebis in sacculo.* In Leuitico idem interdicitur. Salomō quoque ait: *Pondus magnum & pusillū & mensuræ duplices immundæ sunt apud Deum.*

Prouer. 20.b

Mysticè. ISIDORVS. *Nō habebis in sac.* Spiritualiter quoque studēdum est, ne diuersa pondera in corde habeamus, id est districtionis regulā nobis mollientes, eos quibus verbū Dei prædicamus districtioribus præceptis quasi grauioribus ponderibus obruamus. Quod cū facimus, diuerso pondere præceptorum domini mercedem frugemque appendimus.

C

vnde:

¶ Disputationem de fide.

rint inter se iurgium viri: & vnus contra alterum rixari cœperit, volensq; vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miserit manum & apprehenderit verenda eius, abscides manum illius, nec flecteris super eam vlla misericordia.

a ¶ Hæreticus prauitas. b ¶ Subiecti. c ¶ Hæreticum. ¶ Catholici.

a ¶ Crudeli. ¶ Id est, non doceas agere quod nō vis facere, quia cœpit Iesus facere & docere. Act. 1. d.

d Nōn habebis in sacculo diuersa pōdera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebit iustum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quam dominus Deus tuus dederit tibi. Abominabitur enim dominus eū qui facit hæc, & e auersatur omnem iniustitiā. Memento quę fecerit tibi Amalec in viā, quando egrediebaris ex Ægyptō, quomodo occurrerit tibi & extremos agminis tui, qui lassi residebant, cecidérit, quando tu eras famē & labore confectus, & nōn timuerit Deum. Cùm ergo dominus Deus tuus dederit tibi †

a ¶ Vitæ præsentis. b ¶ Spiritali.

a ¶ Quasi leo frendens. b ¶ Primos non audet inuadere. c ¶ Exercitus ecclesiasticis. d ¶ Tædio laborū. e ¶ Eunues occidere non potest. Bestiæ enim qui ambulant in lege domini. Psal. 111. d.

a ¶ Gladio spiritali. b ¶ Verbi Dei fame & labore confecti facile occiduntur. c ¶ Qui factus est vt nullum timeret.

a ¶ Ab infestatione dæmonum adepta victoria. b ¶ Dæmonum qui circumeunt quærentes quem deuorent.

requiem, & subiecerit cunctas per circumitum nationes in

a ¶ Promissionis. b ¶ Cum esses in Ægypto. c ¶ Hoc Samuel & Saul impleuerunt. d ¶ Sanctorum habitaculo.

terrā, quam tibi pollicitus est, delébis nomen eius sub cœlo.

¶ Hoc præceptum.

Caue ne obliuiscaris.

plures è re nata dies interceſſerunt, ſicut ex his certius apparet quæ ſequuntur.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nec flc. &c. *Si autem mānus posset redimi pecunia, fieret sibi aliqua misericordia.*

2 Non habe. *Exclusa iniustitia per seueritatem pœnæ, hīc consequenter concluditur iustitia, cum dicitur:* Non habebis in sac. & cæ. *vt cum maiori emas, & cum minori vendas.*

3 Pondus ha. &c. *tam in vendendo quam in emendo, tam erga extraneos quam erga propinquos.*

4 Memento. *Hīc ponitur seueritas iustitiæ erga alienigenas, scilicet erga Amalecitas, qui in exitu de Ægypto inuaserunt filios Israël primo, & sic dederunt occasionem aliis gentibus per circuitum impugnandi eos.*

5 Et ex. &c. *scilicet filios Dan, qui erant vltimi in motione castrorū, & aliquos de aliis tribubus, qui lassi non poterant sequi locum suarum tribuum.*

6 Et non timuerit Deum. *inuadendo populum cuius erat ductor in columna nubis, & defensor in mirabilibus factis.*

7 Delebis nomen eius sub. *quod factum fuit tempore Saulis, vt habetur. j. Reg. xv.*

✠ CAP.

MORALITER.

✠ 2 *Non habebis in sac. &c.* scilicet maius ad accipiendum ab aliis, & minus ad tradendum aliis. Igitur moraliter ille habet in sacculo diuersa pondera, qui magna beneficia accipit in ecclesia & Deo reddit praua obsequia. Contra quos dicit Greg. Homil. xxxj. Tantò ergo esse humilior atque ad seruiendum Deo promptior quisque debet ex munere, quantò se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione.

† *Cum ergo &c.* Per Amalec, qui interpretatur gens bruta, significatur sensualitas, per quam homo conuenit cum brutis. Per Israël qui interpretatur videns Deum ipsa ratio, seu pars intellectiua. Per requiem verò gratia contemplandi. Per hoc ergo quod habita requie nomen Amalec per Israël deleri præcipitur, significatum fuit, quod homo habens gratiam contemplandi, delere debet nomen sensualitatis. Quod tunc deletur, quando sensualitas iam non repugnat rationi, sed sibi subijcitur. ab hoc enim sensualitas nominatur, quod rationi contradicit, secundū illud Gal. v. c. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.*

† MORAL.

CAP. XXVI.

Mystice. Primitias offerre.

A a *Vmque intraueris &c.* Situt Israëlitæ in terra promissionis suas primitias iubētur offerre pro gratiarū actione, quia erepti sunt de Ægypto, sic nos per spiritalem Iordanem, id est baptismum, terram ecclesiæ intrantes ponamus in cartalo conuersationis nostræ primitias operationis bonæ, & offeramus Deo in altari fidei catholicæ, vt sacerdos noster Christus suscipiat, ibiq; cōfiteamur domino dicētes, quod Syrus qui interpretatur sublimis vel humectans, i. diabolus persequebatur patrem nostrum. i. protoplastū, vt deceptū p superbiā, gulā, & auaritiā, paradisi possessiōe priuaret, vnde exul in Ægypto huius mūdi pegrinatus est in paruo numero, quia multi idololatriam secuti sunt, & pauci fideles remanserūt. Sed postquā lege data plures surrexerūt, sciētiā & fidem D vni⁹ Dei accipientes afflixerunt eos Ægyptij, i. dęmones, onera peccatorū grauissima imponētes. Sed respexit De⁹ humani generis afflictionē & laborē, & misit filiū suū, q man⁹ ei⁹ & brachiū dicitur, vt eriperet de potestate tenebrarū, & trāsferret in regnū lucis. Sic tradidit nobis terrā lacte & melle manantē, i. potentē ecclesiā, vbi lac innocētiæ & fauus doctrinę, vñ nutriātur paruuli, & mel dulcis & multi-

B C D E F

CAP. XXVI.

1 a ¶ Ecclesiam.

VMQVE intraueris terram quā dominꝰ Deus tuꝰ tibi daturus est possidēdā,

a ¶ Potenter victo hoste.

& obtinūeris eam atq; habitāueris in illa, tolles de

a ¶ Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Psal. 14. a.

2 a ¶ Virtutibus & operibus.

cunctis frūgibus tuis primi

a ¶ Vase vimineo.

tias, & pones in cārtalo, per

a ¶ Cōuersationis vel spiritus Dei. ¶ Altare fidei.

B stus suscipiat, ibiq; cō

gesq; ad locū quē dominus Deus tuꝰ elegerit, vt ibi in-

a ¶ Quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit. Ioel 2. g.

uocetur nomen eius. Accedes ad sacerdotē q fuerit

a ¶ In tempore huius sacerdotis non est nox. b ¶ Gratias agens.

in diēb⁹ illis, & dices ad eū:

a ¶ In conspectu domini Dei, non hominis.

Profiteor hodie cōram do-

a ¶ Secundum humanitatem.

mino Deo tuo, q ingressus

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Firmiter promittendo.

sum in terram pro qua iurauit pātrib⁹ nostris, vt daret

a ¶ Fide vel carne. ¶ Abrahā, Isaac, & Iacob.

a ¶ Filiis. vnde Gen. 28. c. Terram in qua dormis, tibi dabo & filiis tuis & semini tuo.

eam nōbis. Suscipiensq;

a ¶ Qui bona nostra offert patri mediator Dei & hominum. b ¶ Opere.

sa-

a cerdos cartalum de mānu

a ¶ Cælestę.

3 tua, ponet ante altāre domi

¶ Vel soi.

ni Dei tui, & loqueris in cō

4 spectu domini Dei tui: Sy-

a ¶ Laban. ¶ Diabolus qui omne sublime videt, & est rex filiorum superbiæ. ¶ Adam.

rus psequebatur patrēmeū,

a ¶ De paradiso: hic est qui descendit ab Ierusalē in Iericho & incidit in latrones. Lu. 10. c. b ¶ Mundum, nocte peccati tenebrosum.

5 q descēdit in Ægyptum,

a ¶ Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. 2. Corin. 5. b.

6 & ibi perēgrinatus est in

a ¶ Ad comparationem infidelium. ¶ Vnde: Cum essent numero breuipaucissimi & incolæ eius. Psal. 14. b. b ¶ Fidelium. c ¶ Accepta lege. d ¶ Sanctorum.

7 pāucissimo nūmero, crēuitq; in gentē magnā

¶ Sicut stellæ cœli.

8 ac robustam & infinitæ multitudinis. Afflixe-

¶ Visibiles vel inuisibiles.

rūtq; nos Ægyptij, & persecuti sunt, imponē-

a ¶ Peccatorum. b ¶ Animæ. c ¶ Intentione cordis.

† tes onēra grauissima, & clāmauimus ad dominum Deum patrum nostrorum, qui exaudiuit

¶ Vt consueta beneficia quæ patribus impendit, non negaret filiis.

a ¶ Clamantes. b ¶ Qui humilia respicit, & alta à longe cognoscit.

nōs, & rēspexit humilitatē nostram, & labo-

¶ Corporis.

a ¶ Mentis.

11 rem atq; angustias, & eduxit nos de Ægyptō

a ¶ De potestate tenebrarum.

F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVI.

nisio. 1

Vmq; intraueris. *Superius xij. ca. & citrà posita sunt illa præcepta, quæ sunt quasi quædam conclusiones elicitæ ex præceptis decalogi: hic consequenter ponitur intēta conclusio respectu dictorum à dicto loco, videlicet vt homo sit gratus Deo de beneficiis acceptis, & obediens eius mādatis, secundum quod ponitur ibi:* Hodie dominus Deus tuus præcepit tibi. *Gratitudo autem hominis ad Deum debet esse non tantum in corde, sed etiam in ore & opere, secundum quod dicitur Ro. x. b.* Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *Et ideo confessio huiusmodi gratitudinis statuitur hic per legem. Primò in redditione primitiarum. Secundò in redditione decimarum, ibi:* Quando compleueris decimam. *Circa primum dicitur sic:*

Cumque intraueris. *Ex hoc patet, quod nō tenebantur ad primitias, donec terra promissionis esset obtenta & diuisa.*

2 Tolles de &c. *Dicit hic Ra. Sa. quòd primitiæ quantùm ad terræ nascentia de septem rebus tantùm dabantur scilicet de frumento, hordeo, vinea, oliua, malogranato, ficu, & palma: de aliis autem fructibus seu terræ nascentibus non tenebātur dare. vnde saluator Matth. xxiij. c. improperat Pharisæis, quòd sub ostentatione maioris iustitiæ decimabant mentam & anethum, & talia minima, ad quæ non tenebantur, secundum aliquos doctores nostros, grauioralegis, ad quæ necessariò astringebantur, relinquentes. Quòd autem ibidem subditur:* Hæc oportuit facere, & illa non omittere, *li* oportuit, *non videtur posse referri ad vtrunque, quia tunc esset necessitas eadem faciēdi hæc & illa, quia non omittere aliquid, idem est quod facere illud, quod tamen saluator intendit excludere. Et ideo saluator addidit, & illa non omittere, ad ostendendum quod soluere decimas de talibus minimis, non erat malum de se, sed bonum, quamuis non esset necessarium: dabantur etiam primitiæ de lana. vt habetur supra xviij. c.*

3 Pergesq; ad lo. *scilicet in Ierusalem, & idem intelligēdum est de aliis locis, vbi fuit arca domini, & cultus diuinus post acquisitionem terræ promissionis, & antequam cultus ille esset in Ierusalem.*

4 Profiteor ho. coram do. *opere & ore beneficia eius recognoscendo.*

5 Ponet ante al. *In Hebræo habetur,* ventilabit, *quia sacerdos supponebat manus suas manibus offerentis & tenentis primitias suas, & eleuabat sursum, & retrahebat deorsum, & postea vertendo ad quatuor partes orbis, ad designandum quòd ille cui talia offerebantur, erat dominus cæli & terræ, & totius orbis siue creaturæ.*

6 Syrus persequebatur &c. *quia Laban qui fuit de Mesopotamiæ Syriæ, persecutus est Iacob vt habetur Genes. xxxj. qui fuit pater totius populi Israël.*

7 Qui descendit in &c. *fame vrgente, vt habetur Gene. xlvj.*

8 In pau. *scilicet in lxx. animabus, vt ibidem dicitur.*

9 Creuitq; in *gentem mag.* per diuinæ legis susceptionem, quam posteritas Adæ per Seth & alios patres sanctos in monte Sinai suscepit.

10 *Afflixeruntq; nos Ægyptij.* Per Ægyptios qui tenebrosi interpretantur dæmones significantur, qui affligunt fideles suis eos tentationibus impugnantes.

† *Et clamaui. ad dominum Deum patrum nostrorum qui exaudiuit nos & cæt.* Ad clamorem enim sanctorum patrum venit filius Dei in mundum.

11 *Et eduxit nos &c.* id est do diaboli seruitute.

✠ 1 Et bra-

MORALITER.

† 1 *Cumque intra.* Secundum sensum allegoricum ista terra significat ecclesiam militantem, in quam per Iordanis transitum, id est baptismi sacramētum intratur, & per bonam vitam, susceptionem baptismi sequentem possidetur, sed de cunctis frugibus primitiæ ad sacerdotem afferuntur, cùm opera bona Christo, qui est sacerdos secundum ordinem Melchisedech attribuuntur, qui primitias huiusmodi ponit super altare domini: quoniam offert eas Deo patri, & tunc offerens potest dicere:

5 *Syrus persequebatur patrem meum.* Per Syrum qui sublimis interpretatur, diabolus intelligitur, de quo dicitur Iob xl. j. d. *Omne sublime videt.* Per patrem intelligitur Adam primus pater: hunc enim diabolus persecutus fuit quando eum decepit.

7 *Qui descendit in &c.* id est à paradiso deiectus fuit.

9 *Creuitq; in gentem mag.* per diuinæ legis susceptionem, quam posteritas Adæ per Seth & alios patres sanctos in monte Sinai suscepit.

10 *Afflixeruntq; nos Ægyptij.* Per Ægyptios qui tenebrosi interpretantur dæmones significantur, qui affligunt fideles suis eos tentationibus impugnantes.

† *Et clamaui. ad dominum Deum patrum nostrorum qui exaudiuit nos & cæt.* Ad clamorem enim sanctorum patrum venit filius Dei in mundum.

11 *Et eduxit nos &c.* id est do diaboli seruitute.

† *In ma.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

multiplicis sapientię.
A vnde satientur pfecti.
a *Quia dominus Deꝰ de.&c.* Quasi non offero nisi quod dedit: omne enim bonum à Deo est.
b *Domini Dei tui.* Qui quasi sub oculis seruabit, & reddet in illa die iustus iudex.
c *Epulaberis.* spiritali conuiuio, de quo dicitur: *Comedite amici, & inebriamini charissimi.*
d *Et Leuites.* vetus Dei minister assumptus ex hominibꝰ, & constitutus pro hominibus in his quæ ad Deum sunt.
B c *Quando cõple.* hoc legis implesse Tobiã: sed qui longè erant à templo tertio anno collectas triũ annorũ decimas dabant pauperibus & Leuitis qui secum morabantur.

Cantic. 5. 1.

† postquam curuaueris te

Prouer. 20.

Mysticè

a ¶ Filio inuincibili & manifesto
in manu forti & brachio
a ¶ Aegyptiorum. †
extento, in ingenti pauore,
¶ Minoribus. ¶ Maioribus.
in signis atque portentis, &
a ¶ Tam præclusum tam amœnum.
introduxit ad locum istum, †
a ¶ Ecclesiam.
& tradidit nobis terram la-
a ¶ Facilis doctrinæ. b ¶ Dulcedine. c ¶ Abundantem.
ctè & melle manantem. Et
idcirco nunc offero primi-
a ¶ Quod ipse incipit in nobis, ipse perficit. Philip. 1. a. b ¶ Virtutum bonorum operum. c ¶ Fructificantis animæ vel conuersationis sanctæ.
a tias frugum terræ, quam do
a ¶ Gratis. b ¶ Seruo.
minus Deus dedit mihi: Et
a ¶ Cõmendabis seruandas. b ¶ Beneplacito.
dimittes eas in conspectu
b domini Dei tui, & † ado-
a ¶ Per talia sacrificia. ¶ Secũdum illud: Dominum Deum tuum adorabis &c. †
c rato domino Deo tuo epu-
¶ Spiritualibus.
laberis in omnibus bonis,
quæ dominus Deus tuus
¶ Imitatoribus tuis.
dederit tibi, & domui tuæ tu & Leuites & ad- d
a ¶ Qui vere dicit: Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Psal. 38. b ¶ Eiusdem voluntatis est in cælo, & transit in terra.
uena, qui tecum est. Quãdo compleueris de- e 6
¶ Perfectionem.
cimam cunctarum frugum tuarum anno de- 7
a ¶ In nomine trinitatis, quæ perfectionem dat nobis. b ¶ Communicet is qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Gal. 6. b. c ¶ Qui non habet hic manentem ciuitatem. d ¶ Cui mortuus est pater diabolus.
C cimarũ tertio, dabis Leuitæ & aduenæ & pu- d 8 9

a ¶ Cui defuncus est mundus. Beatus qui intelligit super egenum & pauperẽ. Psal. 4. Vnde: Maxime autem ad domesticos fidei. 1. Timo. 2. a. D
pillo & viduæ, vt comedant intra portas tuas
¶ Non te iactando, sed te non ingratum ostendendo.
10 & saturentur. Loquerisq; in conspectu domi-
11 ni Dei tui: Attuli quod sanctificatũ est de do-
12 mo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ & pu-
13 pillo ac viduæ, sicut iussisti mihi: Non prẽteriui mandata tua, nec sum oblitus imperij tui.
14 Nõ comedi ex eis in luctu meo, nec separaui
15
16 ea in qualibet immunditia, nec expẽdi ex his
17 a ¶ Parentalia significat, quæ solebant obseruare gentes.
quicquam in re funẽbri. Obediui voci domini Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi: Respice de sanctuario tuo & de excelso cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Israël, & terræ quam dedisti nobis, sicut iurasti E
patribus nostris, terræ lacte & melle mananti.
18 Hodie dominus Deus tuus præcepit tibi, vt fa-
19 cias mandata hæc atque iudicia, vt custodias
20 & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima
21 tua. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus,
22 & ambules in viis eius, & custodias ceremonias illius & mãdata atque iudicia, & obedias
23 eius imperio. Et dominus elegit te hodie, vt sis
24 ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, &
25 custodias omnia præcepta eius, & faciet te
26 excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudẽ, & nomen & gloriã suam, vt sis populus sanctus domini Dei tui sicut locutus est. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et brachio extento. *eos in mare submergendo.*
2 In ingenti pauore. *quia alia gẽtes ex auditu taliũ fuerũt territæ.*
3 In signis. *de cælo datis, vt in columna ignis & nubis & descensu manna.*
4 Atque portentis. *in terra datis, vt in eductione aquarum de petra. Cætera patent vsque ibi:*
5 Epulaberis in omnibus bo. *non de primitiis quæ erant sacerdotum, sed de oblationibus pacificis, quarũ maior pars erat offerentium.*
6 Quando comple. *Hic describitur confessio gratitudinis in redditione decimarum, cum dicitur:* 7 Anno dec. ter. *quod exponũt aliqui, eo quod tertio anno erant tres decimæ, vt dicunt, vna enim erat ad sustẽtationem Leuitarum, secunda erat de nouem partibus residuis, & ista portabatur in Ierusalem, & inde epulabantur offerentes cum suis familiis & Leuitis, & fiebat similiter singulis annis. Tertia fiebat tertio anno solum, & dabatur pauperibus: sed secunda decima quæ ab istis ponitur, videtur conficta, quia non habetur ex textu nec ex glo. sed solũ duæ aliæ, vt habitum est supra xiij. c. & ideo dicendum, quod cum dicitur:* Anno decimarũ tertio, *intelliguntur istæ duæ decimæ, scilicet prima, quæ erat Leuitarum, & alia quæ erat pauperum, quæ ambo fiebãt anno tertio, & ideo dicitur anno decimarum in plurali: duobus verò annis præcedentibus fiebat tantum prima, quæ erat Leuitarum.*
8 Dabis Leui. *scilicet primam decimam, quæ Leuitis debebatur.*
9 Et aduenæ & pu. & vi. *aliã decimam, quæ pro pauperibus fiebat.*
10 Loquerisq; in com. *profitendo eius bonitatẽ.* 11 Attuli quod san. *In Hebræo habetur,* abstuli quod sanctificatũ est de domo mea, *id est separaui ab aliis rebus ad vsum meũ pertinentibus.* 12 Et dedi &c. *modo iam exposito ideo litera nostra quæ habet attuli, videtur falsificata vitio scriptorum propter similitudinem dictionum, quia decima prædicta, quæ vocantur hic sanctificatum, non afferebantur in Ierusalem, sed dabantur Leuitis & pauperibus ad domum decimantiũ venientibus: nisi forsitan in casu, vt si in tertio anno esset de eis aliquid residuum, quod non fuisset Leuitis & pauperibus traditum, tunc debebat apportari in Ierusalem.* 13 Non præteriui man. *hoc non dicebatur ad sui ipsius commendationem: sed agendo gratias Deo, qui voluntatem & fortitudinem dederat homini adimplendi mandata eius, sicut Ezechias dixit Esa. xxxviij. a.* Memẽto domine quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto. 14 Non comedi. *id est tempore indigentiæ meæ non consumpsi talia in vsus meos.*
15 Nec separaui. *quia illud quod separabatur pro decima, debebat esse mundũ ex parte rei separatæ, ita quod non esset polluta ex contactu alicuius rei immundæ. Similiter ex parte hominis separantis, qui debebat esse mundus quando talia separabat. Aliter etiam exponitur.*
16 In qualibet &c. *i. aliquid pertinens ad idololatriam, quæ in scriptura immunditia nominatur.* 17 Nec expen. *faciendo inde conuiuia in sepulturis aut anniuersariis mortuorum. Cætera patent.*
18 Hodie dominus &c. *Hic ponitur intenta conclusio quantum ad partem secundam, quæ est obediẽtia in diuinis mandatis, cum dicitur* Hodie dominus &c. *i. semper debes esse paratus ad obediẽdũ diuinis mandatis; ac si præsentialiter præciperet tibi, sicut fecit in mõte Sinai.*
19 Vt facias. *quantum ad moralia.* 20 Atque in. *quantũ ad iudicialia.* 21 Ex toto &c. *hoc est expositũ supra vj. cap.* 22 Dominum &c. *i. hoc semper debet esse in corde tuo, sicut quando elegisti eũ in monte Sinai legem recipiendo.* 23 Et dominus &c. *i. ita familiariter se habet ad te & habebit, sicut se habuit in monte Sinai, dum tamen obedias ei.* 24 Vt sis ei &c. *id est singulariter dilectus.*
25 Et faciet &c. *in sanctitate, fama & potestate, quòd adimpletum est in Christo.*
26 Quas creauit in &c. *quia quicquid est excellentiæ & boni in quacunque creatura, ordinatur finaliter ad gloriam Dei.*

Nos

¶ CAP.

MORALITER.

†† *In ma. &c.* scilicet in crucis ligno.
† *Et intro. &c.* id est ad ecclesiam militantem per sacramentũ
† baptismi, quod habet à Christi passione virtutem.
† *Et adorato domino Deo &c.* iũ est recipies sacramentum eucharistiæ, quod nõ administratur nisi baptizatis, & est cibus in se cõtinens omne bonũ, & quia non proficit nisi recipiẽtibus deuotè; ideo præmittitur: Et adorato domino Deo t. s. ex mag. deuotione,

ADDITIO.

In ca. xxvj. vbi dicitur in postilla: Ventilabitq; *quia sacerdos supponebat manus suas &c. In hac vẽtilatione sacerdos proprio faciebat signum crucis, prout fuit dictum supra Leu. vj. in additione quadam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca